# ANNALES
## ECCLESIASTICI
AUCTORE
# CÆSARE BARONIO
SORANO
E CONGREGATIONE ORATORII
S. R. E. PRESBYTERO
# CARDINALI
TIT. SS. NEREI ET ACHILLEI
ET SEDIS APOSTOLICÆ BIBLIOTHECARIO
UNA CUM CRITICA HISTORICO-CHRONOLOGICA
# P. ANTONII PAGII
DOCTORIS THEOLOGI
*Ordinis Minorum Convent. S. Francisci.*

In qua rerum narratio defenditur, illustratur, suppletur, ordo temporum corrigitur, & Periodo Græco-Romana munitur.

*Additur præterea Dissertatio Hypatica ejusdem* PAGII; *& Epistola consularis Henrici* CARD. NORISII.
*In hac vero editione Fasti Consulares ab A.U.C. 709. ad annum Christi 567. illustrantur, supplentur, & castigantur.*
*Accedunt animadversiones in Pagium, & præcipue circa Chronologiam inferioris ævi ab eo digestam.*

## Tomus Decimus.




LUCÆ.
Typis LEONARDI VENTURINI MDCCXLI.
*De Superiorum Licentia.*



# ANNALES
## ECCLESIASTICI.

| JESU CHRISTI ANNUS 546. | VIGILII PAP. ANNUS 7. | JUSTINIANI IMP. 20. TOTILÆ REG. 5. |
|---|---|---|

I. SEquitur annus Domini quingentesimus quadragesimus sextus, idemque belli Gothici a Procopio undecimus numeratus, & post Consulatum Basilii quintus: quo Totilas Spoletum in deditionem accepit, Perusiumque obsedit; diuque obsidione frustra tentata, demum dolo necans Cyprianum, cui custodia mandata erat, occupavit. Scribit hæc omnia Procopius (*a*) pluribus, qui & tradit capti eo modo Perusii a Totila præfectos custodiæ Meledium & Ulifum transfugas. Sed quomodo tunc contigerit sanctum Herculanum ejusdem civitatis Episcopum subire martyrium, ex S. Gregorio sic habeto (*b*):

(*a*) *Procop. de bello Goth. l. 3.*

(*b*) *Greg. dial. l. 3. c. 13.*



PAGIUS SÆC. VI. Anno Eræ Hispan. DLXXXIV. A.C. 546.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6039.

☉ 13. G. ☾ 15. P. 8. April. Indict. 9.

JESU CHRISTI 546.

VIGILII PAPÆ 10.

JUSTINIANI IMP. 20.

TOTILÆ REG. 6.

I. *Post consulatus.* [s] HIc annus ista formula notatus: *Post Consulatum Basilii V. C. V.* vel secundum modum loquendi Victoris Tunuoensis; *post Consulatum Basilii V. C. anno VI.*

II. *Gesta anno superiori in bello Gothico.* A num. I. ad VIII. Est hic annus belli Gothici XII. non vero XI. Quare quæ Baronius narrat, ad annum præcedentem revocanda. Procopius itaque lib. 3. capite 12. ad caput 16. refert gesta anno XI. belli Gothici, atque *Totilam* Firmum, Asculum, Spoletium & Assisium cepisse: *Perusiam* tamen frustra tentasse: deinde *Romam* profectum famem arctiorem premere cœpisse Romanos. In summas redactus angustias *Belisarius* qui ex Urbe Ravenna ubi erat, juvare obsessos non poterat, præsertim cum exiguis copiis, *Epidamnum* se confert, & *Narses* Eunachus Eralos sibi adjunxit. Interim Valentinus & Phocas Gothos Romam obsidentes lacessant, *Bessa intra Urbis muros residente*. Verum Valentinus & Phocas, cum se ad hostem invadendum cum majoribus copiis accingerent, ex insidiis occisi sunt. *Eodem tempo-*

NOTÆ [s] P. C. *Basilii* V. vel an. VI.
Vetus inscriptio, Ticini in S. Epiphanii apud Muratorium tom. 1. pag. CDXXVI. 3.

DEP. SVB. D. V. KAL. NOVEMBR.
DVODECIES P. C. PAVLINI. IVN. V. C.
IND. X.

Novells Justiniani CXV. Regula S. Cæsarii in vetusto codice monsterii S. Maximini Treviteosis, apud Martenium itineris Litterarii P. 11. pag. 586. *In Christi nomine fundatum est monasterium virorum Dei in civitate Arelatensi a S. Aureliano Episcopo; jubente sancta memoria Childeberto Rege Francorum XV. Kal. Decemb. Indict. XI. ANNO QUINTO post Consulatum BASILII junioris.* Error cubat in annis indictionis; nam *anno quinto* post consulatum Basilii more Marcellinoisno in carsu erat indictio *nona*, & initio Septembris eo anno, indictio *decima*. GEORGIUS

II. *Nuper quoque Floridus venerabilis vir vitæ Episcopus narravit quoddam memorabile valde miraculum* (Fuit hic Floridus Tifernas Episcopus sanctitate clarus, de quo inferius idem sanctus Gregorius (a) meminit) dicens: *Sanctissimus Herculanus nutritor meus, Perusinæ civitatis Episcopus fuit, ex conversatione monasterii ad sacerdotalis ordinis gratiam deductus. Totila autem perfidi Regis temporibus eamdem urbem annis septem continuis Gothorum exercitus obsedit; ex qua multi civium fugerunt, qui famis periculum ferre non poterant. Anno vero septimo nondum finito, obsessam urbem Gothorum exercitus intravit.* Hic admonendum putamus, ex depravato codice pro mensibus annos positos Perusinæ obsidionis: siquidem ex Procopio, qui vestigia Totilæ est assectatus, apparet non ante præsentem annum ab eodem Rege tentatum esse Perusium, utpote qui in aliis expugnandis munitionibus intentus fuit. Pergit vero Gregorius:

(a) Greg. dial. l. 3. c. 35.

III. S. Herculanus martyrio coronatur. *Tunc* (inquit) *Comes, qui eidem exercitui præerat, ad Regem Totilam nuncios misit, exquirens quid de Episcopo vel populo fieri juberet. Cui ille præcepit, dicens: Episcopo prius a vertice capitis usque ad calcaneum corrigiam tolle, & tunc caput ejus amputa: omnem vero populum qui illic inventus est, gladio extingue. Tunc idem Comes venerabilem virum Herculanum Episcopum super urbis murum deductum capite truncavit, ejusque cutem jam mortui a vertice usque ad calcaneum incidit, ut ex ejus corpore corrigia sublata videretur: moxque corpus illius extra murum projecit. Tunc quidam humanitatis pietate compulsi, abscissum caput cervici apponentes, cum uno parvulo infante, qui illic extinctus inventus est, juxta murum corpus Episcopi sepulturæ tradiderunt.*

IV. *Cumque post eamdem cædem die quadragesimo Rex Totila jussisset, ut cives urbis illius, qui quolibet dispersi essent, ad eam sine aliqua trepidatione remearent: hi qui prius fame fugerant, vivendi licentia accepta, reversi sunt: sed cujus vitæ eorum Episcopus fuerat, memores, ubi sepultum esset corpus illius quæsierunt, ut hoc juxta honorem debitum in Ecclesia B. Petri Apostoli humarent. Cumque itum esset ad sepulcrum, effossa terra invenerunt corpus pueri pariter humati, utpote jam die quadragesimo, tabe corruptum, & vermibus plenum; corpus vero Episcopi, ac si die eodem esset sepultum: & quod est adhuc magna admiratione venerandum, quia ita caput ejus unitum fuerat corpori, ac si nequaquam fuisset abscissum, sic videlicet, ut nulla vestigia sectionis apparerent. Cumque hoc & in terga verterent, exquirentes si quod signum vel de alia monstrari incisione potuisset, ita sanum atque intemeratum omne corpus inventum est, ac si nulla hoc incisio ferri tetigisset.* Hactenus de sancto Herculano Gregorius.

Subdit vero Procopius, e Perusio mox Totilam ad Urbem obsidendam perrexisse: a qua cum octo tantum milliaribus procul abesset, de sancto Cerbonio Episcopo spectaculum truculentum populo exhibuit, quod S. Gregorius refert. Accidit enim ut in dies magis magisque sæviret crudelis barbarus, qui cum de ferocia sua monitis sancti Benedicti aliquid ad tempus remisisse visus esset, eamdem duplo resumpsit; ut intelligere potes tum ex iis quæ dicta sunt, tum etiam ex iis quæ mox dicemus de crudelitate, quam exercuit in S. Cerbonium Populonii Episcopum, dum idem barbarus Rex hoc anno in Tuscia (ut tradit Procopius) versaretur. Rem gestam idem S. Gregorius ita narrat (b): *Vir quoque vitæ venerabilis Cerbonius Populonii Episcopus magnam diebus nostris sanctitatis suæ probationem dedit. Nam cum hospitalitatis studio valde esset intentus, die quadam transeuntes milites hospitio suscepit, quos Gothis supervenientibus abscondit, eorumque vitam ab illorum nequitia abscondendo servavit. Quod dum Gothorum Regi perfido Totilæ nunciatum fuisset, crudelitatis immanissimæ vesania succensus, hunc ad locum qui octavo hujus Urbis milliario Merulis dicitur, ubi tunc ipse cum exercitu sedebat, jussit deduci, eumque in spectaculo populi ursis ad devorandum projici.* V.

(b) Greg. dial. l. 3. c. 11.

VI. S. Cerbonius Episc. obiicitur Urso. *Cumque idem Rex perfidus in ipso quoque spectaculo consedisset ad inspiciendam mortem Episcopi, magna populi turba confluxit. Tunc Episcopus deductus in medium est, atque ad ejus mortem immanissimus ursus exquisitus, qui dum humana membra crudeliter carperet, sævi Regis animam satiaret. Dimissus itaque ursus ex cavea est, qui accensus & concitus Episcopum petiit: sed subito suæ ferocitatis oblitus, deflexa cervice, submissoque humiliter capite, lambere Episcopi pedes cœpit: ut patenter omnibus daretur intelligi, quia erga illum virum Dei & ferina corda essent hominum, & quasi huma-*

PAGIUS. *pore Vigilius Rom. Pontifex, e Sicilia, ubi morabatur, onustas frumento naves quamplurimas misit, &c. Vehebantur una Romani multi, inter quos erat Episcopus nomine Valentinus. Consurgunt ex insidiis Barbari, navesque omnes, repugnante nemine, capiunt*, inquit Procopius cap. 15. qui statim subdit, cum his finem anno belli Gothici XI. impositum esse, ideoque ea anno superiori gesta.

*mana bestiarum. Tunc populus, qui ad spectaculum venerat mortis, magno clamore versus est in admirationem venerationis. Tunc ad ejus reverentiam colendam Rex ipse permotus est; quippè cum quo superno judicio actum erat, ut qui Deum sequi prius in custodienda vita Episcopi noluit, saltem ad mansuetudinem bestiarum sequeretur. Cui rei hi qui tunc præsentes fuerunt, adhuc nonnulli supersunt, eamque cum omni illic populo se vidisse testantur.* Hæc de sancto Cerbonio Gregorius, qui & de eodem quæ contigerunt tempore Longobardorum mox subiicit: sed de his suo loco.

VII. Didicit igitur ferus homo ub urso humanitatem, quam tamen cito exuit, ut dicemus: verum eam solum ergu agrorum cultores, cum ad Urbis obsidionem veniret, illibatam servatam voluisse, idem Procopius docet istis verbis (*a*): *His Totilas rebus peractis, Romam contendit, quam statim ubi proxime ventum, obsedit. Agrorum vero cultoribus per omnem Italiam mali nihil quippiam intulit; sed terram ut intrepide colerent, nil secus ac antea imperavit, sibique ac Reipublicæ tributa dependerent, & fructus dominis reportarent.* Hæc Procopius de Totila hac lege etiam de hostibus benemerente. Sed obsessis commiserationem omnino negavit. Etenim cum sciret, qui Romæ essent, fame laborare cœpisse, omnem mox interclusit, viam terra marique per quam victualia inferri possent in Urbem. Ex quo factum est, ut frumento a Vigilio Papa ex Sicilia missum in ipso Romano Portu in hostium conspectu cœperit. Rem gestam idem Procopius narrat, quam ad finem anni bujus contigisse æque testatur, nosque paulo inferius dicturi sumus.

Agricolas libere colere agros sivit Totilas.

(*a*) *Procop. de bello Goth. l. 3.*

VIII. Hoc item anno Pelagius sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconus functus munere Aprocrisarii apud Justinianum Imp. Constantinopoli, accepto successore Stephano, Romam rediit, ut Procopius testatur, dum ait, ipsum haud diu ante Urbis oppugnationem a Totila factam, esse reversum. Hujus absentiæ nactus occasionem Justinianus Imperator promulgavit edictum adversus Tria capitula sacrosancti Chalcedonensis Concilii ex sententia Theodori Archiepiscopi Cæsareæ Cappadociæ, qui in odium Pelagii, cujus opera (ut dictum est, damnatus fuerat Origenes cum suis erroribus, Imperatori suggessit de damnando Theodoro Mopsuesteno cum epistola Ibæ & scriptis Theodoreti adversus duodecim Cyrilli capitula: ex his fore pollicitus, ut si id fieret, omnes Acephali adversarii Chalcedonensis Concilii, illud mox suscepturi essent. Cum enim, resistente Pelagio, id facere haud integrum fuerit Imperatori; eo Constantinopoli recedente, illud a Theodoro conscriptum edictum suo nomine promulgavit, per universum sibi subjectum Imperium.

Pelagius Diac. Romam rediit.

Id quidem cum Liberatus diaconus in primis tradat, Facundus etiam Hermianensis in Africa Episcopus res sui temporis scribens affirmat, cum his verbis Imperatorem ipsum compellat (*b*): *Nostra te* (inquit) *reprehensio nihil offendat. Egerunt enim callide per suos complices (sicut solent) adversarii veritatis, cum ipsa quæ scribi fecerunt, etiam titulo nominis tui prænotarunt, existimantes quod posito terrore tuæ personæ, condemnationem vel etiam evictionem suæ temeritatis effugerent. Verum nos illa scripta nolumus tua dici, quæ scimus cognita nobis tuæ fidei contraria.* Hæc Facundus, ex quo & plura inferius dicturi sumus. Id ipsum quoque affirmat Vigilius Papa in sententia adversus ipsum Theodorum Cæsariensem prolata, ubi hæc verba leguntur (*c*): *Deinde tuis ex consuetudine incitamentis, liber condemnationem capitulorum ipsorum continens, in Palatio, te assistente & instruente, coram quibusdam Græciæ Episcopis est relectus, a quibus assentationum favorem tuis vocibus exigebas.* IX.

(*b*) *Facun. pro defens. trium Cap. l. 2.*

Justinian. Theodoro patrocinatur.

(*c*) *Extat t. 2. Conc. in Vigilio*

X. Quinam autem fuerit ejusmodi Justiniani libellus, ignorare se illum dicat opus est, qui non considerat vendicandum libellum illum, sive potius constitutionem diximus, a Joannis Papæ tempore, sub quo mendaci inscriptione notatur; & hic sub Vigilio esse restituendum, ex iis quæ modo dicta sunt, non intelligit. Qui enim rerum gestarum tempora minime accurate distinxit, falsa opinione ad Joannem Papam libellum illum conscriptum esse putavit. Verum ut certo scias recentem esse illam inscriptionem, consule antiquitus scriptam Novellarum collectionem & translationem factam in Latinum a Ju-

Sub Vigilio scriptus libel. de trib. Cap.



PAGIUS III. A num. VIII. ad LVI. *Pelagius* Vigilii Papæ apud Justinianum Constantinopoli Apocrisarius, non hoc anno, ut putat Baronius, sed anno DXLIV. Romam reversus est; post cujus discessum Imperator Edictum contra *Tria Capitula* promulgavit, idque eodem anno; cum Petrus Hierosolymitanus & Ephremius Antiochenus, qui eidem subscripsere, eo anno mortui sint, ut mox ostendam. Baronius Edictum contra Tria Capitula, cujus initium est: *Scientes quod nihil aliud*, &c. a num. XI. ad XXX. recitatum, illud esse arbitratur, quod Justinianus contra illa tunc promulgavit. Verum Card. Norisius in Differ. de Synodo V. cap. 3. ex verbis in eo positis illud post annum DL. emissum esse ostendit. Scribit ibidem de Theodoro Mopsuesteno Justinianus: *deleverunt ipsi* (scilicet Clerici Mopsuestiæ) *ex illo a Sacris* &c.

*Primum Edictum adversus Tria Capitula.*

Juliano Antecessore cognominato, & invenies eamdem constitutionem ab eo absque illo ad Joannem Pontificem titulo esse conscriptam, hacque tantum inscriptione notatam: *Edictum piissimi Imperatoris Justiniani, fidei confessionem continens, & refutationem hæreseon, quæ adversantur Catholicæ Dei Ecclesiæ.* Hæc habet titulus, qui in collectione Conciliorum apposito Joannis Papæ nomine adulteratus est ab imperito librario: cum liquido constet, minime ante præsens tempus potuisse esse conscriptum libellum, illum præcedentibus primum quæ dictæ sunt Theodori cum ☞ Pelagio diacono ☜ controversiis, quæ sub Papa Vigilio & non alio contigerunt. Quod igitur in dicto libello totius obortæ discordiæ ob Tria capitula cardo vertitur, in quo plerosque scimus hallucinatos esse: illum ipsum prolixam satis hic aliqua saltem ex parte reddere, operæ pretium existimavimus; sic enim se habet (*a*):

(*a*) Tom. 1. Conc. vet. edit. in Joanne 2. Papa.

XI. Confessio fidei ab Imperatore edita.

*Scientes quod nihil aliud sic potest misericordem Deum placare, quam ut omnes Christiani unum idemque sapiant in recta & immaculata fide, nec sint dissensiones in sancta Dei Ecclesia: necessarium putavimus, omnem occasionem interimentes eis qui scandalizantur vel scandalizant, rectæ fidei confessionem, quæ in sancta Dei Ecclesia prædicatur, præsente edicto facere manifestam: ut & illi qui rectam fidem confitentur, firmiter eam custodiant: & illi qui adversus eam contendunt, discentes veritatem, festinent semetipsos unire sanctæ Dei Ecclesiæ.*

XII. Trinitatis Mysterium.

*Confitemur igitur credere in Patrem & Filium & Spiritum sanctum, Trinitatem consubstantialem, unam Deitatem, sive naturam, & substantiam & virtutem & potestatem in tribus subsistentiis sive personis adorantes, in quibus baptizati sumus, in qua credimus, & quibus confessionem dedimus, proprietates quidem separantes, Deitatem autem unientes: unitatem enim in Trinitate & Trinitatem in unitate adoramus, mirabilem habentem & divisionem & unionem; unitatem quidem secundum rationem substantiæ, sive Deitatis, Trinitatem autem secundum proprietates vel subsistentias sive personas: Dividitur enim sine divisione (ut sic dicamus) & conjungitur divisa. Unum enim est Deitas in tribus, & tria unum, in quibus Deitas est. Aut (ut subtilius dicamus) ipsa trina est Deitas, Deus Pater, Deus Filius, & Deus Spiritus sanctus, cum unoquæque persona solum intelligitur, mente separante inseparabilia. Et ita unus Deus cum simul intelligitur propter eamdem virtutem, eamdemque naturam, quam oportet & unum Deum confiteri, & tres subsistentias prædicare, seu tres personas, & unamquamque cum sua proprietate. Et unitatem confitentes, confusionem non facimus secundum Sabellium dicentem, Trinitatem unam esse personam, trinominem, eumdem Patrem & Filium & Spiritum sanctum; nec dividentes proprietates, alienamus a Dei Patris substantia Filium & Spiritum sanctum secundum Arii furorem, in tres diversos naturas incidentes Deitatem. Unus igitur Deus Pater ex quo omnia, & unus unigenitus Filius per quem omnia, & unus Spiritus sanctus in quo omnia.*

XIII. Christi humanitatis exacta discussio.

*Credimus autem ipsum unigenitum Filium Dei, Deum verbum ante sæcula & sine tempore ex patre natum, non factum, in ultimis diebus propter nos, & propter nostram salutem descendisse de cælis, & incarnatum esse de Spiritu sancto & sancta gloriosa Dei genitrice semper Virgine Maria, & natum ex ipsa, qui est Dominus Jesus Christus, unus de Trinitate, & consubstantialis Deo Patri secundum Deitatem, & consubstantialis nobis idem ipse secundum humanitatem, passibilis carne, impassibilis idem ipse Deitate. Non enim alius quidam est præter Deum Verbum, qui passionem & mortem suscepit, sed ipse impassibilis & sempiternus Deus Verbum, generationem carnis humanæ sustinere dignatus implevit omnia. Ideo non alium Deum Verbum esse qui miracula operatus est, & alium Christum qui passus est cognoscimus, sed unum eumdemque Dominum nostrum Jesum Christum Dei Verbum incarnatum & hominem factum, & ejusdem ipsius miracula & passiones, quas carne voluntarie sustinuit, confitemur. Non enim homo aliquis pro nobis semetipsum dedit: sed ipse Deus Verbum suum corpus pro no-*

PAGIUS

*a*

*Ecclesiæ Diptychis ejus nomen, sicut gesta in eadem Civitate apud Concilium Episcoporum illius Provinciæ confecta ostendunt.* Hoc autem Concilium anno DL. celebratum, & recitatur in Synodo V. Act. V. ejusque initium est: *Imperii divini & piissimi D. N. Fl. Justiniani perp. Aug. Imperatoris. Anno XXIII. post Consul. Basilii V. C. anno IX. mensis Junii XVII. instantis XIII. Indict. in Mopsuestia colonia*, &c. ubi loco, *anno XXIII.* legendum, *anno XXIV.* ut Baluzius in Nova Collect. Concil. pag. 1521. in veteribus Libris haberi observat, & Indictio XIII. cum mense Junio conjuncta ostendit. Ubi obiter observabis, *instantem Indict. XIII.* idem esse ac præsentem, ut anno DCXXX. fuse explicabo. Præterea Facundus lib. 4. cap. 4. scribit in illo Justiniani Edicto hæc inserta fuisse: *si quis dicit, hæc nos ad abolendos, aut excludendos Sanctos Patres, qui in Chalcedonensi fuere Concilio dixisse, anathema sit.* Quæ sane verba in Edicto Justiniani a Baronio recitato non continentur: primum itaque Justiniani Edictum contra Tria Capitula ad nos non pervenit. In quo ea sita fuerint, exposui anno DXXXVIII. num. XX. Ste-

*nobis dedit, ne in hominem fides & spes sit nostra, sed in ipsum Deum Verbum nostram fidem habeamus. Et Deum igitur eum confitentes, non abnegamus ipsum esse hominem; & hominem dicentes, non abnegamus ipsum esse & Deum. Si enim Deus tantummodo esset, quomodo patiebatur? quomodo crucifigebatur & moriebatur? Aliena enim ista sunt a Deo. Sin autem homo solum, quomodo per passionem vincebat? quomodo salvos faciebat? quomodo vivificabat? Hæc enim supra hominis naturam erant. Nunc autem idem ipse patitur & salvos facit: & per passionem vincit idem ipse Deus, idem ipse homo, utrumque tamquam unum, utrumque tamquam solum. Unde ex utraque natura, id est, ex Deitate & humanitate unum Christum compositum dicentes, confusionem unitioni non introducimus. Et in utraque item natura, id est, in divinitate & humanitate unum Dominum nostrum Jesum Christum Dei Verbum incarnatum & hominem factum cognoscentes, divisionem quidem per partes, vel intercisiones non ferimus unius subsistentiæ.*

XIV. De duabus in Christo naturis. *Differentiam autem naturarum, ex quibus compositus est significamus non interemptam propter unitatem, quoniam utraque natura in ipso est. Cum enim compositionem dicamus, necesse est confiteri & partes in toto esse, & totum in partibus cognosci. Nec enim divina natura in humanam transmutata est, nec humana natura in divinam conversa est. Magis autem intelligitur, quod utraque in proprietate & ratione suæ naturæ manente, facta est unitas secundum subsistentiam. Unitas autem secundum subsistentiam significat, quod Deus Verbum, id est, una subsistentia ex tribus Deitatis subsistentiis non ante plasmato homini unitus est, sed in utero sanctæ Virginis creavit sibi ex ipsa in sua subsistentia carnem animatam anima rationali & intellectuali, quod est natura humana. Hanc autem secundum subsistentiam unitatem Dei Verbi ad carnem docens nos & divinus Apostolus, dicit* (a)*: Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, æqualem se esse Deo, sed semetipsum exinanivit, formam servi accipiens. Per hoc enim quod dixit, qui cum in forma Dei esset, Verbi substantiam in natura Dei ostendit: Per hoc autem quod dixit, Formam servi accepit, naturæ hominis & non subsistentiæ sive personæ unitum esse Verbum significavit. Nec enim dixit, quod cum qui in forma servi erat, accepit; ne ante plasmato homini unitum esse Deum Verbum ostenderet, sicut Theodorus Mopsuestenus & Nestorius impii blasphemaverunt, effectualem dicentes unitatem.*

(a) Phil. 2.

XV. *Nos autem sequentes divinas Scripturas & sanctos Patres confitemur, quod Deus Verbum caro factus est, quod est secundum subsistentiam sibi unire naturam humanam. Ideo & unus est Dominus noster Jesus Christus, habens in semetipso perfectionem divinæ naturæ & perfectionem naturæ humanæ. Et est unigenitus quidem & Verbum, utpote a Deo Patre natus, & primogenitus autem in multis fratribus idem ipse cum factus homo: Filius enim Dei Filius hominis factus est. Unde & duas nativitates ejusdem ipsius unigeniti Dei Verbi confitemur, ante sæcula quidem ex Patre incorporaliter nati, in ultimis autem diebus ejusdem ipsius incarnati & nati de sancta gloriosa Dei genitrice & semper Virgine Maria. Qui enim de Patre splenduit supra intellectum, ex matre ortus est supra rationem: & cum Deus verus esset, factus est vere homo. Ideo proprie & vere Dei genitricem sanctam gloriosam & semper Virginem Mariam confitemur: non quod Deus Verbum initium ex ipsa accepit, sed quod in ultimis diebus unigenitus Deus Verbum, qui ante sæcula erat, incarnatus ex ipsa, immutabiliter homo factus est: & cum invisibilis in suis esset, visibilis factus est in nostris: & cum impassibilis Deus esset, non dedignatus est passibilis esse homo, & immortalis mortis legibus subjacere. Istum qui in Bethlehem de semine David natus est secundum carnem, & similis factus est hominibus, & crucifixus est pro hominibus sub Pontio Pilato, prædicaverunt sancti Apostoli ipsum esse Deum, ipsum hominem; ipsum Filium Dei, ipsum Filium hominis; ipsum de cælo, ipsum de terra; ipsum impassibilem, ipsum passibilem.*

XVI. *Deus enim Verbum, qui natus est desursum ex Patre ineffabiliter, inenarrabiliter, incomprehensibiliter, sempiterne, ipse in tempora nascitur deorsum de Virgine Maria; ut illi qui deorsum prius nati sunt, desursum secundo nascerentur, id est, ex Deo. Cum enim accepisset mortalem patrem hominem Adam, dedit hominibus suum Patrem immortalem, secundum quod dicitur* (b)*: Dedit eis potesta-*

(b) Joan. 1.

PAGIUS IV. *Ecclesiam divisit.* *Stephanus* Diaconus Apostolicæ Sedis Apocrisiarius, qui Pelagio successerat, Edicto subscribere noluit: ei tamen subscripsere tres Patriarchæ licet nolentes, scilicet *Mennas* Constantinop. Episcopus, *Petrus* Hierosolymitanus Episc. & *Ephræmius* Episcopus Antiochenus. *Pelagius* Diaconus, qui tunc Romæ versabatur, quique impugnator erat Origenistarum, adversus illud insurrexit, sicuti & Episcopi Africani, ut fuse Baronius narrat a num. XLV. ad LVI.

*statem filios Dei fieri. Unde & mortem secundum carnem gustavit Filius Dei propter carnalem suum patrem *, ut filius hominis vitæ ejus particeps fieret propter suum secundum spiritum Patrem Deum. Ipse igitur secundum naturam Filius est Dei, nos secundum naturam sumus filii Adam. Pater enim est ejus Deus secundum naturam, noster autem secundum gratiam: & Deus ei fuit secundum dispensationem, eo quod homo factus est: noster autem secundum naturam Dominus est & Deus: & ideo Deus verbum, qui est Filius Patris, unitus carni factus est caro, ut homines uniti spiritui fierent unus spiritus. Ipse igitur verus Filius Dei omnes nos indutus est, ut omnes induamur unum Deum; & est post incarnationem unus de sancta Trinitate unigenitus Filius Dominus noster Jesus Christus, compositus ex utraque natura: compositum autem Christum confitemur, sanctorum Patrum doctrinam sequentes. In mysterio enim Christi unitas secundum compositionem, confusionem & divisionem vetuit, & servat quidem utriusque naturæ proprietatem. Unam autem subsistentiam seu personam Dei Verbi & cum carne ostendit: & est unus, idemque perfectus in Deitate & perfectus in humanitate, non tanquam in duabus subsistentiis sive personis, sed in divina natura & humana cognoscendus, ut unus sit utraque perfectus Deus & perfectus homo, idem ipse Dominus noster Jesus Christus unus de sancta Trinitate, conglorificandus Patri, sanctoque Spiritui: nec enim quartæ personæ adjectionem, suscepit sancta Trinitas, incarnato uno de sancta Trinitate Deo Verbo.* His de Verbi incarnatione quam exactissime assertis, subjicit ad omnia confirmanda sanctorum Patrum assertiones, quas nos brevitatis causa referre prætermittimus.

* suam matrem

XVII. Æmulatio Theodori. Voluit enim Theodorus Cæsariensis Justinianum non minus esse prolixum in his edendis, ac fuerat in constitutione lata contra Origenem: sed & quod persuaserat Imperatori sub hujus fidei professione Acephalos Ecclesiæ uniendos; eam omni genere doctrinæ voluit esse refertam, omnique ex parte constantem. Ubi autem de enarrato incarnationis divinæ mysterio longiorem produxit orationem, postea subjungit de his quæ spectant ad confessionem quatuor œcumenicorum Conciliorum, nempe Nicæni, Constantinopolitani, Ephesini, & Chalcedonensis: ita ut quemque Catholicum gaudio afficere potuisset, dum disertis verbis probat eamdem quam hactenus detestati essent Acephali hæretici Catholicæ fidei confessionem. Sed cum post hæc quatuordecim subjicit anathematismos, illis ultimo loco tria illa includit capitula, de quibus nuper mentio fieri cœpta est. Anathematismi autem sic se habent;

*Si quis non confitetur Patrem & Filium & Spiritum sanctum, Trinitatem consubstantialem, & unam Deitatem, sive naturam & substantiam, & unam virtutem & potestatem in omnibus subsistentiis sive personis adorandam: talis anathema sit.* XVIII. Anathematismi adversus dissidentes prolati.

*Si quis autem non confitetur eum qui ante sæcula & tempora ex Patre natus est, Deum Verbum in ultimis diebus descendisse de cælis, & incarnatum esse de sancta gloriosa Dei genitrice semper Virgine Maria, & hominem factum & natum esse ex ipsa, & propter hoc ejusdem Dei Verbi duas esse nativitates, quæ est ante sæcula incorporaliter, & quæ est in ultimis diebus secundum carnem: anathema sit.*

*Si quis dicit, alium esse Deum Verbum qui miracula operatus est, & alium Christum qui passus est, aut Deum Verbum cum Christo esse nascente ex muliere dicere * vel ipso esse tamquam alterum in altero, sed non unum eumdemque Dominum nostrum Jesum Christum Deum Verbum incarnatum & hominem factum, & ejus ipsius miracula, & passiones, quas carne sponte sustinuit: talis anathema sit.* XIX.

* vel Deum in ipso.

*Si quis dicit, secundum gratiam, vel secundum operationem, vel secundum dignitatem honoris, vel secundum auctoritatem, vel relationem, vel effectum, vel virtutem, unitionem Dei Verbi ad hominem esse factam, vel secundum homonymam *, per quam Nestoriani, & Deum Verbum vocantes Christum & hominem, separatim Christum nominantes, solo vocabulo unum Christum dicunt: Aut si quis per bonam voluntatem dicit unitionem factam esse, sicut Theodorus hæreticus ipsis verbis dicit, quasi quod placuit Deo Verbo homo, eo quod bene visum est ei de ipso, sed non secundum subsistentiam Dei Verbi ad carnem animatam anima rationali & intellectuali unitionem confitetur, & ideo unam ejus subsistentiam esse: talis anathema sit.* XX.

* homonymiam.

*Si quis per relationem, aut abusive Dei genitricem sanctam gloriosam semper Virginem Mariam dicit, aut hominis genitricem, aut Christotocon, tamquam Christo Deo non existente, sed non proprie & vere Dei genitricem ipsam confitetur, eo quod ipse qui ante sæcula ex Patre natus est Deus Verbum, in ultimo ex ipsa incarnatus & natus est: talis anathema sit.* XXI.

*Si quis non confitetur Dominum nostrum Jesum Christum, qui carne crucifixus est, esse verum & Dominum gloriæ, & unum de sancta Trinitate: talis anathema sit.* XXII.

Si

XXIII. *Si quis in duabus naturis dicens, non tamquam in Deitate & humanitate unum Dominum nostrum Jesum Christum, Deum verbum & incarnatum confitetur, nec ad significandam differentiam naturarum, ex quibus compositus est, sed pro divisione per partes talem excipit vocem in mysterio Christi, quasi separatim unaquaque natura suam habente subsistentiam, sicut Theodorus & Nestorius blasphemaverunt: talis anathema sit.*

*Siquis in uno Domino nostro Jesu Christo, hoc est, Deo Verbo incarnato, numerum confitens naturarum, non intellectu differentiam earum, ex quibus & compositus est, excipit, utpote non interemptam propter unitatem, sed pro divisione per partem numero utitur: talis anathema sit.*

XXIV. *Si quis dicens unam naturam Dei Verbi incarnatam; non sic hoc intelligit, quod ex divina natura & humana unus Christus effectus est, consubstantialis Patri secundum Deitatem, & consubstantialis nobis idem ipse secundum humanitatem; sed quod Deitatis & carnis Christi una natura sive substantia effecta est, secundum Apollinaris & Eutychetis perfidiam: talis anathema sit. Æqualiter enim & eos qui per partem incidunt vel dividunt, & eos qui confundunt divinæ dispensationis mysterium Christi, rejicit & condemnat universalis Dei Ecclesia.*

XXV. *Si quis non anathematizat Arium, Eunomium, Macedonium, Apollinarium, Nestorium, & Eutychetem, & eos qui similia eis sapuerunt, vel sapiunt: talis anathema sit.* Qui autem sequuntur tres anathematismi, continent Tria capitula, de quibus agitata diu controversia post hæc fuit. Ex eo enim quod in Concilii Chalcedonensis Actione decima recitata reperitur Ibæ epistola, in qua Theodorus Mopsuestenus laudatur, accusatur vero sanctus Cyrillus ex calumniis in eum a Theodoreto illatis, quasi particeps fuisset sententiæ Apollinaris: ne occasione illius epistolæ quis Theodorum recipiendum esse putaret, vel Theodoreti scripta contra Cyrillum probanda, aut ipsam Ibæ nomine recitatam dictam epistolam receptam esse quis assereret ab eodem Concilio Chalcedonensi; ex tribus inquam his causis, tres qui sequuntur formati sunt anathematismi, ex quibus Tria capitula post hæc derivata inveniuntur; quorum primus contra Theodorum sic se habet:

XXVI. Primum ex tribus capitulis. *Si quis defendit Theodorum Mopsuestenum, qui dixit, alium esse Deum Verbum, & alium Christum a passionibus animæ & desideriis carnis molestiis patientem, & ex profectu operum meliorem, & baptizatum in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti, & per baptisma gratiam sancti Spiritus accepisse, & affiliationem meruisse, & ad similitudinem Imperialis imaginis in personam Dei Verbi adorari, & post resurrectionem immutabilem cogitationibus, & impeccabilem omnino factum fuisse: & iterum dixit talem factam esse unitionem Dei Verbi ad Christum, qualem dixit Apostolus (a) de viro & muliere, erunt duo in carne una. Et super alias suas innumerabiles blasphemias ausus est dicere, quod post resurrectionem, cum insufflasset Dominus discipulis suis, & dixisset (b), Accipite Spiritum sanctum, non dedit eis Spiritum sanctum, sed figurative tantummodo insufflavit. Sed etiam confessionem quam fecit Thomas, cum palpasset manus & latus Domini post resurrectionem, dicens (c), Dominus meus & Deus meus; inquit non esse dictam a Thoma de Christo. Nec enim dixit Theodorus, Deum esse Christum, sed ad miraculum resurrectionis stupefactum Thomam glorificasse Deum, qui Christum resuscitavit. Et quod pejus est, etiam in interpretatione, quam in Actus Apostolorum scripsit Theodorus, similem fecit Christum Platoni & Manichæo & Epicuro & Marcioni: quod sicut illorum unusquisque ex dogmate quod invenit, suos discipulos fecit vocare Platonicos, & Manichæos & Epicureos & Marcionistas; simili modo & cum Christus dogma invenisset, ex ipso Christianos vocari. Si quis igitur defendit eumdem Theodorum qui talia blasphemavit, & non anathematizat eum & ejus scripta, & eos qui similia illis sapuerunt, vel sapiunt; talis anathema sit.*

(a) Ephes. 5.

(b) Joan. 20.

(c) Joan. 20.

XXVII. Secundum ex tribus capitulis. *Si quis defendit conscripta Theodoreti, quæ exposuit pro Nestorio hæretico adversus rectam fidem, & Ephesinam primam sanctam Synodum, & Sanctum Cyrillum, & duodecim ejus capitula, in quibus sceleratis conscriptis idem Theodoretus affectualem dicit unitatem Dei Verbi ad hominem quemdam, de quo blasphemans dixit, quod palpavit Thomas eum qui resurrexit, & adoravit eum qui resuscitavit; & propter hoc impios vocat doctores Ecclesiæ, qui unitatem secundum subsistentiam Dei Verbi ad carnem confitentur; & super hæc Dei genitricem abnegat sanctam, & gloriosam semper Virginem Mariam. Si quis igitur memorata scripta Theodoreti defendit, & non anathematizat ea; talis anathema sit. Propter tales ejus blasphemias ab Episcopis ejectus est, & postea in Sancto Chalcedonensi Concilio compulsus est omnia contraria memoratis suis conscriptis facere, & rectam fidem confiteri.*

XXVIII. *Si quis defendit impiam epistolam, quam ad Marin Persam hæreticum Ibas conscripsisse dicitur, quæ abnegat Deum Verbum hominem factum esse, & dicit non*

De-

Tertium ex tribus capitulis. *Deum Verbum ex Virgine incarnatum esse, sed purum hominem ex ipsa esse natum, quem templum vocat, ut alius sit Deus Verbum, & alius homo: & super hoc injuriat Ephesinam primam Synodum, quasi sine inquisitione & examinatione ab ipsa Nestorio condemnato: & S. Cyrillum vocat hæreticum, & duodecim ejus capitula impia dicit: Nestorium autem & Theodorum, cum impiis eorum conscriptis collaudat, & defendit. Si quis igitur (sicut dictum est) eamdem ipsam epistolam vindicat, vel rectam esse dicit ipsam vel partem ipsius, sed non anathematizat eam; anathema sit.* Hactenus anathematismi, quorum tres novissimi (ut diximus) complectuntur tria illa capitula, de quibus mota controversia est, additis his quæ sequuntur:

XXIX. *Tali ergo* (subdit ipse) *epistola juste anathematizata propter insertas ei blasphemias, Theodori & Nestorii impietatis sequaces conantur dicere susceptam esse etiam a sancto Chalcedonensi Concilio. Hoc autem dicunt, sanctam quidem Chalcedonensem Synodum calumniantes, nomine autem ejus festinantes debita condemnatione liberare Theodorum, & Nestorium & impiam epistolam, pro qua Ibas sæpius accusatus, non est ausus dicere esse suam propter insertas ei blasphemias, &c.* Pergit agere de Actis Tyri cum ibi causa ventilata est Ibæ, item de Actis Chalcedonensibus, negans a Synodo ipsa Ibæ epistolam esse receptam, quam inquit ipsum Ibam negasse esse suam. Unde subdit: *Si igitur ipse Ibas propter impiam epistolam sæpius accusatus, non est ausus eam suam dicere, sed etiam Chalcedonense Concilium omnia ei contraria compulit eum peragere; quomodo eadem sancta Synodus memoratam epistolam susciperet, & condemnationi impietatis quæ in ea continetur se subjiceret, a qua Ibam liberare festinavit?* Ista autem quæ adeo imperator inculcat, non ausum Ibam profiteri epistolam esse suam, quomodo subsistant, consule quæ dicta sunt superiori tomo, ubi de rei gestæ veritate accuratissime actum est.

XXX. Sed quod ita rem gestam esse putavit idem Justinianus Imp. ibidem post multa subjicit ex ejusdem epistolæ Ibæ nomine editæ occasione, quod dolose hæretici, ut Catholici haberentur multa ponant quæ a Catholicis dici debent; ut cum in ea auctor confitetur in Christo naturas duas, unam vero personam, ut Orthodoxi profiteri solent: cum tamen aliter vocem Naturæ atque Personæ ipsi accipere consueverint. Unde subjungit: *Nihil autem mirandum, si vocabulo naturarum usus est scriptor impiæ illius epistolæ. Solent enim hæretici, ut simpliciores deciperent, vocibus quidem uti quæ ab Orthodoxis pie dicuntur, rectum autem eorum intellectum & expositionem ad suam impietatem transferre.* Rursus vero adversus eosdem, qui Synodi esse dicerent cuncta quæ in Actis Synodi reperirentur, sicque inurere notam hac via viderentur Concilio Chalcedonensi, quod plura in eo reperirentur esse hæreticorum: his occurrens idem Justinianus Imperator, post alia ista subjicit:

*Quæ enim de hæreticis proferuntur in Synodis, & pars Gestorum fiunt, non ad deliberationem inferuntur, sed ad majorem condemnationem eorum & qui eis similia sapiunt. Oportet autem etiam illud attendere eos qui veritatem perscrutantur, quod forsan in Conciliis quædam a certis ibi convenientibus dicuntur aut per favorem, aut per contrarietatem, aut per ignorantiam: Nemo autem attendit ea quæ per partem a quibusdam dicuntur, sed sola illa quæ ab omnibus communi consensu definiuntur. Si enim aliquis secundum illos voluerit attendere hujusmodi contrarietates, unaquæque Synodus invenietur se ipsam destruens. Propter hæc igitur oportebat eos, si sanctum Concilium recte susciperent, non tales blasphemias ei applicare, sed sequi doctores Catholicæ Ecclesiæ, &c.* XXXI. Quæ ratio habenda Synodalium Act.

Ad postremum autem de Theodoro damnando, cujus rei gratia omnia quæ eadem constitutione superius dicta sunt, præmissa videntur: ista addit Imperator post alia in hominis detestationem sæpius inculcata: *Impio enim Theodoro* (inquit) *non sufficit super alias ejus blasphemias ad suum errorem male interpretari symbolum trecentorum decem & octo sanctorum Patrum, sed etiam contempto eo, aliud symbolum exposuit omni impietate plenum, in quo anathematizare ausus est eos qui aliter sapiunt vel tradunt; ut quantum ad illius insaniam pertinet, omnes sancti Apostoli, & Patres condemnarentur. Hoc autem Theodori impium symbolum & in Ephesina prima Synodo prolatum, & in Chalcedonensi recitatum, ab utraque Synodo cum ejus expositore, & eis qui illud suscipiunt condemnatum est.* XXXII. De Symbolo Theodori Mopsuesteni.

*Quoniam autem quidam verba pro Theodoro facientes, cum proferunt impia ejus conscripta, propter insertam eis blasphemiam, confingunt quidem dicere, quod impia sint; ipsum autem, qui talem iniquitatem evomuit, recusant anathematizare: miramur eorum dementiam, quod divinæ Scripturæ contraria agunt, evidenter dicenti (a), quod æqualiter horribilia sunt apud Dominum impius & impietas: actio enim cum auctore punietur. Si autem similiter impietate horribilis est Deo il-* XXXIII.

(a) Sap. 14. excommunicatus Theodorus.

*ille qui impie agit, certe separatus est talis a Deo, & anathemati juste subjicitur. Anathema autem nihil aliud significat, nisi a Deo separationem, sicut in veteri & novo Testamento judicium de anathemate significat. Quod autem & Dominus eos qui non permanent in verbo veritatis ipsius, separatos esse ab Ecclesia dicit; in Evangelio secundum Joannem Judæos alloquens, sic ait (a): Omnis qui facit peccatum, servus est peccati; servus autem non manet in domo in æternum. Quod autem Dominus nominat domum, divina Scriptura Ecclesiam Dei vivi vocat: id Apostolus testatur (b) in epistola prima ad Timotheum.*

(a) Joan. 8.

(b) 1. Tim. 3.

XXXIV. Post mortem etiam potest infligi Anathema.

*Si vero quidam dicunt, non oportere Theodorum post mortem anathematizari: sciant qui talem hæreticum defendunt, quod omnis hæreticus usque ad finem vitæ in suo errore permanens, juste perpetuo anathemati & post mortem subjicitur: & hoc in multis hæreticis & antiquioribus & propioribus factum est, id est, Valentino, Basilide, Marcione, Cherintho, Manichæo, Eunomio, & Bonoso: hoc autem idem & in Theodoro factum est & in vita accusato & post mortem anathematizato a sanctis Patribus: quibus si credere voluerint, ut hæretici ejus defensores, vel impiæ epistolæ, quam ipsi defendunt, credunt: quæ licet Theodorum collaudet, manifeste tamen dixit, quod in Ecclesia a sanctis Patribus anathematizatus est, & ex illo plurima inquisitio facta est de ejus conscriptis, utpote plenis impietate. Hoc autem tunc faciebant Catholicæ Ecclesiæ doctores, ne simpliciores legentes illius impia conscripta, a recta fide declinarent.*

XXXV. Damnati post mortem hæretici.

*Quod autem impii, licet non in vita in suam personam anathema susceperint, tamen post mortem anathematizantur a Catholica Ecclesia, ostenditur a sanctis Synodis. Nicæna enim Synodus eos qui impii Arii sectam colunt sub nomine anathematizavit: quæ autem Constantinopoli congregata est, impiam Macedonii hæresim similiter condemnavit, si tamen Dei sancta Ecclesia & post mortem Arium & Macedonium nominatim anathematizat. Cum autem ex multis probationibus convincuntur, quod superfluæ & impie agunt, qui Theodorum & impietatem ejus defendunt, ad aliam vanam occasionem confugiunt, dicentes non oportere eum anathematizari, eo quod in communicatione Ecclesiarum mortuus est.*

XXXVI. Theodorus a suo Eccl. damnatus.

*Oportebat autem scire eos, quod illi moriuntur in communicatione Ecclesiarum, qui commune pietatis dogma, quod in universali Ecclesia prædicatur, usque ad finem servaverunt. Iste autem usque ad mortem in sua permanens impietate, ab omni Ecclesia ejectus est. Itaque & omnis plenitudo Mopsuestenæ Ecclesiæ, in qua Episcopus dicitur fuisse, cum invenisset, quod Paganis & Judæis & sodomitanis a sanctis Patribus connumeratus est, deleverunt ipsi ex illo de sacris Ecclesiæ Diptychis ejus nomen, sicut Gesta in eadem civitate apud Concilium Episcoporum illius provinciæ confecta ostendunt. Miramur igitur Theodori sequaces, qui eum & impietatem ejus tamquam suam defendunt; cum Ecclesia, in qua fuit Episcopus, utpote hæreticum, ex multis temporibus eum rejecit.* Hæc & alia Imperator, subjiciens plura exempla, quibus pateret & damnari & absolvi consuevisse mortuos, qui viventes vel damnari vel absolvi meruissent. Atque demum ejusmodi contestatione finem imponit ipsi quam de fide constitutionem conscripsit.

XXXVII. Contestatio Imp.

*Si quis igitur post ejusmodi rectam confessionem & hæreticorum condemnationem, salvo manente pio intellectu, de nominibus, vel syllabis, vel dictionibus contendens, separat se a sancta Dei Ecclesia, tamquam non in rebus, sed in solis nominibus & dictionibus posita nobis pietate: talis, utpote dissensionibus gaudens, rationem pro semetipso & pro deceptis & decipiendis ab eo reddet magno Deo & Salvatori nostro Jesu Christo in die Judicii.* Hactenus Justiniani de fide Catholica promulgatum edictum, non ob aliam causam (ut vult Liberatus) quam ob æmulationem Theodori Cæsariensis in Pelagium diaconum, qui Origenem damnari curasset.

XXXVIII. De Tribus capitulis summa.

Antequam autem ulterius de his progrediatur oratio, hic ad limen monendum putamus lectorem, quod etsi demum post obortas plurimas controversias, immensaque parta dissidia Catholica Ecclesia sententiam Justiniani Imperatoris contra Tria capitula sit secuta; tamen hoc ipso exordio propositæ quæstionis, immo assertæ ab Imperatore sententiæ, contra eadem Tria capitula complures Orthodoxi, immo & ipse Vigilius Romanus Pontifex, quasi vindices Chalcedonensis Concilii, in cujus præjudicium ea videbantur ab Imperatore sancita, insurrexere. Cum autem perspicue pleneque cognitum fuit, nequicquam derogatum sacrosancto Concilio Chalcedonensi per damnationem Trium capitulorum, ipsa in primis Apostolica sedes eam Imperatoris edicto primum promulgatam & postea per Quintam Synodum confirmatam assertionem probavit atque retinuit, itumque est a Catholicis omnibus in eamdem sententiam cum Quinta Synodo habita Constantinopoli, & cum ipsis Romanis Pontificibus, aliisque Apostolicæ sedi communicantibus. Qui vero postea ab his discessere, ut schismatici habiti sunt atque rejecti; cum tamen interea ante novissimum

Apostolicæ sedis assensum non esset piaculum pro Tribus pugnare capitulis, cum præsertim in ea assertione habuerint aliquando quem sequerentur ipsum Vigilium Romanum Pontificem.

XXXIX. Quo etiam tempore, qui tria capitula defendubant, pugnare su æque pro Synodo Chalcedonensi, præsetulerunt, cum nihil vellunt de eodem sacrosancto Concilio imminutum: nec ita impugnabant Imperatoris edictum illud adversus Tria capitula datum, ut errores dogmatum, qui sive in Theodoro, sive in Iba, vel Theodoruto jure condemnabantur, defeudeodos putarent: respuebant euim & ipsi eorum errores & execrabantur: sud erat ab istis pro personis instituta defensio, nempe contendentibus nou esse damnandum Theodorum Mopsuestenum, quem indemnatum a Patribus constaret esse in Catholica communicatione defunctum; neque Ibam, vel Theodoretum, quos damnantes hæreses Chalcedonensis Synodus recepisset; neque facessendum negotium mortuis dictitabant, quos in pace Ecclesiæ esse defunctos, nec ab ea fuisse rejectos, probari posset. Sic igitur isti pro Tribus pugnantes capitulis, nequaquam defendebant (ut dictum est) quæ dicebaotur repertæ hæreses in commentariis Theodori, neque errores in epistola Ibæ ununciative insertos, vel antea jam improbata scripta Theodoreti adversus duodecim Cyrilli capitula, quæ omnia ipsi etiam respuubant, retinentes pariter quæcumquu in sacrosancti Concilii Chalcedoneosis Actis esse invenirentur intexta; & defendentes licet epistolam Ibæ, nequaquam blasphemiis in ea relatis patrocinabantur: cum tamen iidem omnes adversus Justinianum Impuratorem tanta sibi in Ecclesia Catholica arrogantem invuherentur, atque edicto ab eo promulgato simul adversarentur: quo nomine (ut dictum est) inter alios ipse Facundus Hermianensis in Africa Antistes sciptum adversus eumdem Imperatorem pro Trium capitulorum defensione volumen edidit.

XL. Defensorum trium capitul. triplex status.

Porro defensores isti laudati aliquando sunt, cum quem sequerentur haberent Vigilium Romanum Pontificem; interdum vero tolerati, cum de hujusmodi controversia quid sancta Synodus definiret, expectaretur; reprobati autum tunc penitus, ubi damnantu Tria capitula, Quinta Synodo, & eam postea probante Vigilio, atque successoribus Romanis Pontificibus, ipsi ab ea nimis obstinatu resilierunt. Hæc est summa totius historiæ, immo tragœdiæ, utpote per quam plurima damna Ecclesiæ Catholicæ noscantur illata, quæ tu ipse plorabis, cum legeris. His autem summatim ingestis, quorum meminisse debes, prosequamur jam suo ordine cœptam historiam, & in primis du Justiniani Imperatoris conatu in edicto illo promulgando, eodemque ab adversariis in deteriorem partem accepto, atque proinde rejecto.

Cum ergo ea omnia velamento quodam pacis agerentur, factum est ut animosius ab Imperatore Episcopis subscribenda ingererentur. Nam de unione promissa ista Facundus (a): *His igitur ita fraudulenter agentibus, ac nescio quam promittentibus unitatem, quæ si etiam sequeretur, confusio potius dicenda esset, &c.* Sed justius, utsi tamen acrius, dum inferius in Zenonem perfidum Imperatorem invehitur, qui impia illa excogitata unione, du unitate pariter impium olim promulgavit edictum, ipsum Justinianum Imperatorem coarguit atque perstringit, ubi post multa (b): *Etiam aliud deterius addens ait, quod sanctæ quæ ubique essent Catholicæ Ecclesiæ, & qui eis præessent Deo amabiles sacerdotes, non aliter deberent credere: quasi omnium fides Ecclesiarum ex ejus voluntate penderet, & nemini liceret aliter credere, quam præciperet Imperator. Videbat (ut arbitror) quosdam timidos, vel rerum temporalium cupidos, sibi favere, & ex illis cæteros existimabat: quibus etsi vocem contradictionis abstulerit, animum certe mutare non potuit. Nec enim amplius aliquid mundi potestas valet in his quos a libera fidei assertione retraxerit, nisi ut in illud incidant, quod Dominus ait (c): Qui me erubuerit & meos sermones, hunc Filius hominis erubescet, cum venerit in majestate sua * & Patris & sanctorum Angelorum. Aliquod ergo jus mundana potestas Ecclesiæ valet auferre, nullum sibi tamen acquirere. Melius ergo est, ut semet intra limitem suum contineat; quem cum transgreditur, perdere multos potest, lucrari neminem. Nam & suas habent officinas vel artifices, omniaque ex proposito doceri videmus. Numquam enim de textrina personare incudes audivimus, & ignem illic in fornacibus anhelare. Numquam comperimus a sutore quæsitum quæ cujusque fabricæ proportio latitudinis conveniret, & quanta utrisque conveniens congrueret altitudo: quoniam illa integre scire possunt, quæ ab ipsis artis sunt præceptoribus instituta schola.* Hæc licet in Zenonem ab ipso esse videantur dicta, in Justiniamum tamen vult retorqueri; qui cum esset penitus illiteratus, eruditas tamen sibi arrogaret de fide Catholica edere sanctiones, quas dolose conscripsissent hæretici. Pergit vero Facundus:

XLII. Non esse Imp. sancire leges Ecclesiæ.

*In contemptu sunt divinæ litteræ, quæ nec suam scholam nec magistros habeant, ut de quibus peritissime disputare se credat, qui numquam didicit. Deinde cum Palatii causæ transferantur ad Ecclesiam: quomodo Ecclesiæ causam ad Palatium trans-*

XLI. (a) Facun. pro defens. Cap. l. 1. In Zenone redarguitur Justinianus.

(b) Facun. pro defens. Cap. l. 2. in fin.

(c) Luc. 9.

* in præsentia.

*transferebat? Poſtremo, numquid jam domuerat, vel pacaverat omnes infenſas Reipublicæ barbaras nationes? jam per univerſas Imperii ſui provincias ſeditiones ac ſeditionum cauſas abſtulerat? jam cunctis criminalium, ſive civilium cauſarum, qui illic conveniunt, dederat finem? Cum ergo his non ſufficeret, quibus nemo ſufficere poteſt: quomodo ſi cogitaret tanta loci ſui pericula, & de omnibus ſe rationem crederet redditurum, etiam periculis ſe alienis immergeret?*

XLIII. Facundus perſtringit Juſtin. En quam belle, ſed argute magis Facundus in Zenonem intendens jacula, eadem in Juſtinianum ex peritia bellicæ artis vibrat: quippe qui (ut etiam damnat Procopius) cum undique ingruerent bella & ſeditiones, ipſe tamen totus eſſet intentus diſputationibus divinæ Scripturæ. Quantum, rogo, ipſi in his temporis inſumendum fuit, ut qui nec prima elementa calleret, ut legere poſſet, ejuſmodi perplexas quæſtiones vel ſaltem leviter intelligeret? quamque facile, ut non auditis quæ objicerentur ab adverſariis, in ſuam eum ſententiam traherent, qui jam ejus præoccupaſſent aures? At quis in tantum diſcrimen fidem Catholicam adducendam eſſe cenſeat, ut qui ejuſmodi eſſet, & de fide leges ſanciret, univerſam Eccleſiam Catholicam eiſdem parere obligaret? Hæc addidiſſe voluimus ad roborandam Facundi ſententiam, qua cum Vigilio tunc Tria capitula defendebat.

XLIV. Adulatio Imperatorem dementat. Sed unde iſta mala in ipſum provenerint Juſtinianum etiam ſub Zenonis perſona idem auctor declarat, cum hæc addit: *Ad hoc autem deteſtandum facinus adulantium laudibus eum credimus excitatum, cum ei dicerent quemadmodum ſoleat: quod omnes ſuos deceſſores ſapientia & religione præcelleret: quod nullus ei poſſet in univerſis qui eſſent vel fuiſſent Dei ſacerdotibus comparari. Quibus ille credulus, exiſtimavit per ſingularem ſapientiam, quam ei præter aſſentatores nemo tribueret, invenire ſe poſſe rationem faciendæ unitatis, quam nullus ante per tot tempora potuerit invenire.* Hæc & alia prudentiſſimus Eccleſiaſticus agoniſtes Facundus, cum inter Catholicos militans, ea ſcriberet, jubente Vigilio Catholicæ ſedis Antiſtite, imprudentem Juſtiniani conatum ſugillans, atque ſimul omnes Principes illos arguens, qui immiſcentes ſe fidei cauſæ, tantum ſibi ſumunt, ut non vereantur legem credendi præſcribere Chriſtianis.

XLV. Stephanus Apocriſarius reſtitit Imp. Imperator igitur ſimulac de fide tale promulgavit edictum, ſciens ejuſmodi conſtitutiones nullarum virium eſſe, niſi ab Epiſcoporum ſubſcriptione auctoritatem acciperent: primum omnium Apoſtolicæ ſedis Apocriſarium ibi degentem Stephanum diaconum, ut id faceret, vehementer rogavit: ſed tantum abeſt ut illum ad id præſtandum impellere potuerit, ut eumdem maximum ſuis conatibus expertus fuerit adverſarium, ſicut & Dacium Mediolanenſem Epiſcopum, qui tunc item erat Conſtantinopoli; iidem vero Vigilium Romanum Pontificem monuerunt abſentem. At non ſic quidem Orientales Epiſcopi; qui ſive blanditiis, ſive terroribus compulſi, magna ex parte Imperatori ceſſerunt, licet iidem ſicut antea, ita & poſtea facinus fuerint deteſtati. Nam audi, quæſo, quid de Patriarchalium ſedium Epiſcopis idem Facundus ſcribat: *Illud eſt inſuetum, illud mirabile, illud in quo magna vis veritatis apparet, quod ipſos quoque præſumptores internis conſcientiæ ſtimulis fateri coegit, ad deſtructionem Concilii Chalcedonenſis hæc fuiſſe conſcripta.*

*Nam primus infirmator eorum Mennas Conſtantinopolitanus Epiſcopus cum adhuc tentaretur ſcripto (ſicut præceptum fuerat) præbere conſenſum; contra Synodum Chalcedonenſem fieri, proteſtatus eſt. Sed & poſtquam conſenſit, a prædicto venerabilis memoriæ Stephano Eccleſiæ Romanæ diacono & Apocriſario conventus: cum priori ſententiæ ſuæ contrarius acquievit his quæ ante culpaverat, & de quibus ſe nihil acturum ſine Apoſtolica ſede promiſerat; ſub ea ſe conditione ceſſiſſe, juratum ſibi fuiſſe reſpondit, quod chirographum ſuum reciperet, ſi hæc Romanus Epiſcopus non probaret.* XLVI. Mennas Epiſ. ſubſcribit invitus. Hæc de Menna Facundus: ex quibus intelligas Apoſtolicæ ſedis ſummam auctoritatem, cujus arbitrio quæ eſſent ab Imperatore ſtatuta & a Patriarchis ſubſcripta, validanda relinquerentur, caritura robore & auctoritate, ſi ipſius Romani Pontificis approbatione carerent. Sed quæ cum aliis Patriarchis tunc tranſacta fuerint, ex eodem auctore cognoſce, qui paulo poſt iſta ſubjungit per antiphraſim:

*Quis porro auctoritatem contemnere poſſit iſtorum? Quis dubitet talium ſequi ſententiam, videns quam libere ab his & intrepide veritas prædicatur? Zoïlus quoque Alexandrinæ urbis Antiſtes cum Romanum Epiſcopum venire cognoſceret* (quod contigit anno ſequenti) *obviam illi ad Siciliam miſit, conquerens ſe ad ipſius decreti affirmationem fuiſſe compulſum. Quod hic ei, poſtquam venit, idem Romanus Epiſcopus in facie palam, nobis quoque inter alios præſentibus, exprobravit. Nec non Ephræmius Antiochenus, cum primum ei mandaretur, ut hoc etiam ipſe ſubſcribendo firmaret, conſentire noluit. At poſtquam ei denun-* XLVII. Tres Patriarchæ ſubſcribunt nolentes.

*tiatum est, quod excludendus esset, nisi faceret, sui potius honoris, quam veritatis dilector inventus est. Quid autem Petrus Hierosolymitanus? nonne publica notitia refert, quoniam conveniente ad se multitudine monachorum, juratus pronunciavit, quod si quis eidem decreto monitus consentiret, contra Chalcedonense Concilium faceret: nec tamen se ab ejus consensione suspendit? Hoc autem velut hæreditarium de prævaricatione primæ illius mulieris cognovimus esse contractum, quæ prius interdictum sibi fuisse respondit, ne de ligno, quod erat in medio paradisi, comederet: & postea quod ipsa illicitum pronunciaverat, usurpavit, ac viro ut comederet, persuasit. Et quid dicemus ad hæc? nisi quod Dominus dixit: Verumtamen veniens Filius hominis, putas inveniet fidem super terram?*

XLVIII. Quid Episcopi aliarum civitatum. *Jam vero de aliarum civitatum Episcopis quid loquamur? Qui & cum subscribere compellerentur, palam reclamaverunt, contra magnam Synodum fieri: & post subscriptionem memorato Stephano Romano diacono libellos dederunt, sedi Apostolicæ transmittendos, confitentes in eis, quod a Constantinopolitano Episcopo coacti subscripserint. Quæ si a vestra pietate quærantur, poterunt & apud vos nostris assertionibus attestari. Unde non solum ipsi qui hæc fecerunt, sed & illi etiam qui facientibus communicando consentiunt, de ignorantia semetipsos excusare non possunt, & frustra dissimulant, frustra se dicunt nescire quod factum est, sive lucra temporalia diligentes, sive gratis suas animas negligentes. Cui enim non sufficiat ad cognoscendum causæ meritum sola confessio transgressorum & verbis publice facta & libellis exposita?* Cum interea ipsum Vigilium consulere non prætermisissent.

XLIX. Quid autem excusando se quod Justiniano Imperatori paruissent, illi dicerent, idem Facundus superius sic ait (a): *Adhuc dicant, quod de tanta sua præsumptione Ecclesiam quoque Romanam consuluerint, & sententiam beati Vigilii Præsulis adhuc expectent.* Hæc ipse: qui post multa subdit (b) & de Domitiano Episcopo Metropolitano Ancyræ in Galatia, qui Origenista cum esset, scripto tamen libello ad Vigilium Romanum Pontificem, ingenue professus est, Origenistarum studiis ea fuisse ab imperatore contra Theodorum Mopsuestenum & alios adversus Synodum Chalcedonensem promulgata: ait enim (c): *Quia per instantiam tuæ religionis ejusdem profani dogmatis* (Origenis scilicet) *iterata damnatio est: hinc ejus sectatores exarserunt adversus Ecclesiam quærentes eam quacumque possent immissione turbare. Et hoc totum publicam notitiam non effugit. Præsertim cum & Domitianus Ancyrensis quidem civitatis Episcopus provinciæ Primæ Galatiæ, qui fuit ipsius Origenianæ hæresis manifestus assertor per libellum quem ad beatum Papam Vigilium scripsit, Deo extorquente, confessus est, quod ejus complices Origeniani cum viderent non se posse proprium dogma defendere, neque sibi quisquam spei de conflictu restare; ad ultionem eorum quæ contra Origenem gesta sunt, hæc Ecclesiæ scandala commoverunt.* Hæc Facundus, qui & inferius ejusdem Domitiani verba in libello fusius scripta recitat. Sed de his modo satis, quod ex Liberato diacono eadem superius fuerimus prosecuti, hic vero occasione libelli ad Vigilium missi oportuit repetisse.

(a) Facun. pro defens. cap. lib. 2.

(b) Facun. pro defens. cap. lib. 4.

(c) Facun. lib. 1.

Ab Origenistis hoc malum processit.

L. Studia Pelagii & Anatolii Diaconorum. Sed qui fuerint hoc eodem tempore Occidentalium conatus adversus ejusmodi Justiniani imperatorie promulgatum de fide decretum, videamus. Pelagius Romanæ Ecclesiæ diaconus simul ac Constantinopoli reversus hoc anno in Urbem est, contra ejusdem Imperatoris de fide sancitum edictum classicum cecinit, & cum alios, tum etiam Africanos Episcopos armare conatus est: qui enim (ut ex Liberato diximus) hostis erat & acerrimus impugnator Origenistarum, & adversarius Theodori Cæsariensis, adversus eadem inventa magno animo insurrexit una simul cum collega Anatolio: de quibus pauca tantum hæc, unde multa valeas intelligere, ex Facundo (d) dicemus, quæ sic se habeat: *Non ergo civilis hæc causa credenda est, vel talis quæ pro Ecclesiarum pace ferenda sit, sed quæ merito judicetur contra ipsius Catholicæ fidei statum hæreticorum subreptione commota; pro qua parte maxima orbis Christiani, quæ potuit, primum inter primos Christianos sacerdotem, nempe Vigilium, publica contestatione pulsavit: & Romana quidem universitas atque Africa, priusquam ipsius Romani Antistitis asseperimus epistolam, non parvo jam agnoveramus indicio, quid de hujus facti novitate sentirent.*

(d) Facun. pro defens. cap. lib. 4.

LI. Africani Episcopi resistunt Imperatori. *Nam venerabilis Pelagius & Anatolius Romani diaconi debitam officio suo & loco solicitudinem pro Ecclesiis Dei gerentes, laudabilis in Christo memoriæ Ferrando diacono Carthaginensi scripserunt, ut habita de hac causa diligenti tractatu cum reverendissimo ejusdem Ecclesiæ Carthaginensis Episcopo, vel aliis, quos & zelum fidei & divinæ Scripturæ scirent habere notitiam, consulentibus responderent, quid observandum in commune omnibus videretur.* His ab Ecclesiæ Romanæ diaconis acceptis litteris, Ferrandus diaconus Carthaginensis facere minime prætermisit quod fuit injunctum: quamobrem omnes ejus esse sententiæ invenit Africanos Episcopos, ne Imperatoris decre-

tum

tum in aliquam acciperetur auctoritatem, nec quicquam penitus de ipso Chalcedonensi Concilio pertingendum. Hæc cum Facundus testetur; memineris quod superius, dum de Ferrandi scriptis mentio facta est, jam diximus scriptam fuisse ab eo ad Pelagium & Anatolium Romanæ Ecclesiæ diaconos eo argumento epistolam, quæ desideratur. At quæ eo tempore de his extat epistola Pontiani Episcopi Africani ad Imperatorem conscripta videamus, quæ sic se habet (*a*):

(a) Extat Concil. tom. I. inter Acta Joan. Papæ.

LII. Pontiani Episcopi Afric. ad Justinianum epist.

*Clementissimo ac piissimo filio Justiniano Imperatori Pontianus Episcopus in Domino salutem.*

*Principaliter nomen ab ipsis incunabulis justitiæ suscepisti: & justus Dominus qui ita præstitit, ut nomen ante justitiæ tribueret, cui Imperii postmodum gubernacula contulisset. Adunata est igitur gratia Salvatoris non solum in nomine, verum etiam in merito, cujus vita exaltata est imperando, & Imperium juste vivendo. Dignatus es nos in Africanis partibus commorantes litteris admonere, qualem fidem teneas & defendas. Cognovimus quod Dominus B. Petro statuit dicens (b): Super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adversus eam: & tibi dabo claves regni cælorum. Exultavit spiritus noster, hoc firmiter te piissime esse Imperator, quod Apostolica fides prædicat, credentes quod a rectæ credulitatis tramite non declines. Talem enim decet esse Imperatorem, pium, justum, fidelem, qualem te nos esse cognovimus.*

(b) Matth. 16.

LIII. Non putat damnandos mortuos.

*In extremo itaque epistolæ vestræ cognovimus, quod nos non mediocriter remordet, debere nos Theodorum & scripta Theodoreti & epistolam Ibæ damnare. Eorum dicta ad nos usque nunc minime pervenerunt. Quod si & pervenerunt, & aliqua ibi apocrypha, quæ contra fidei regulam sint, legerimus; dicta possumus respuere, non auctores jam mortuos præcipiti condemnatione damnare. Quod si adhuc viverent, & correcti errorem suum non condemnarent, justissime damnarentur. Nunc autem quibus recitabitur sententia damnationis nostræ? Quod in eis recorrigatur, non est. Sed timeo, piissime Imperator, ne sub obtentu damnationis istorum, Eutychiana hæresis erigatur; & dum minima indicia non spernimus, ad majorem hæresim collisionemque veniamus. Et quid nobis cum mortuis inire bellum, ubi nulla invenitur in congressione victoria? Apud judicem verum jam tenentur, a quo nullus appellat. Per ipsum, in quo nos honoratis & diligitis, supplicamus clementiam tuam, ut pax permaneat temporibus tuis, ne dum quæris damnare jam mortuos, multos inobedientes interficias vivos, & exinde compellaris reddere rationem ei qui venturus est judicare vivos & mortuos.* Hucusque ad Imperatorem Pontianus ex Africa, cum illuc missum hoc anno ab ipso Justiniano fidei decretum Episcopis Africanis innotuisset: cujus autem sedis iste Episcopus fuerit, ignoratur. At illud opinari facile quisque potest, quod ab eo factum est, id ipsum ab aliis Episcopis diversarum regionum minime prætermissum: nam liquet omnes fidei Catholicæ professores simul adversus ejusmodi novitatem insurrexisse, vindicesque se Chalcedonensis Concilii exhibuisse.

LIV. Imp. Constant. arcessit Vigilium.

At quid inter hæc Imperator? Cum cerneret primarum sedium Orientalium Episcoporum, præcipue vero Mennæ Constantinopolitani Episcopi suspensam esse sententiam ad Vigilii Papæ arbitrium, & ex ejus voluntate pendere: existimavit necessarium fore, ipsum Romanum Pontificem Constantinopolim convocare; quod fecit hoc anno, ipsum summa celeritate venire rogans. Nec remoratus quidem ipse Vigilius fuit, qui hoc item anno recessit ab Urbe, & se contulit in Siciliam, ubi hiemavit. Sed tum ex his quæ ex Facundo dicta sunt, tum ex his quæ dicentur ex Procopio, ambobus hujus temporis scriptoribus, aperti mendacii redarguitur Anastasius, dum alias profectionis Vigilii Constantinopolim causas affert, atque subtractum violenter ab Urbe, insectatumque jurgiis & blasphemiis tradit. Porro res adeo ignominiosa minime latere potuisset res suorum temporum accuratissime prosequentes auctores.

LV. Non recedendum ab urbe Pontificibus.

Cæterum cum non alia causa præcessisse cognoscatur profectionis ipsius Vigilii Papæ Constantinopolim; oportuit eum summo cum honore ab Imperatore vocatum esse, ne ipse adversans inefficaces redderet omnes ejus de promulgato de fide decreto conatos. Sciens enim (quod dictum est) præcipuos Orientis Episcopos ex Romani Pontificis definitione pendere: eum sibi, quibus valuit, studuit conciliare blanditiis, ut quæ dicturi sumus quam perspicue demonstrabunt. Cæterum Vigilii Papæ Constantinopolim profectionem magnum intulisse Catholicæ Ecclesiæ damnum, declararunt eventa, quæ & significarunt, quam prudentissime egerint prædecessores Romani Pontifices, ut sanctus Leo & alii, qui vocati sæpe ab Orthodoxis licet Imperatoribus in Orientem, numquam passi sunt ab ipsa fixa Romæ sede divelli. Obfuisse haud modicum usu rerum reperitur Pontificum ab urbe profectio ad Comitatum, cum Imperatorum sive blanditiis sive minis, contrariis hisce ex adverso pugnantibus ventis, exposita sæpe noscatur magno periculo Petri navicula,

cu-

cujus clavum immobilis sedens Romanus Pontifex tutius teneat.

LVI. Hoc igitur anno, qui (ut dictum est) a Procopio undecimus belli Gothici numerator, Vigilium Papam Roma recessisse Constantinopolim profecturum, & in Siciliam pervenisse, idem affirmat: ubi Dacium Mediolanensem Episcopum Constantinopoli venientem obviam habuit, & legatum suscepit ab Ephræmio Episcopo Antiocheno missum, a quibus cuncta quæ Constantinopoli gesta essent, copiosius intellexit. Quid autem egerit ubi ea omnia comperta habuit, a Facundo accipe, cum ait (a): *Hoc est autem mirabile, ut postquam horum condemnationem fecerunt, diceret quod Ecclesiam Romanam consulerent, & sententiam Vigilii ejus Præsulis expectarent: cui, quantum ad illos attinet, non permiserunt censere quod senserit, ante statuentes, ut si quis Theodorum Mopsuestenum cum suis dogmatibus & epistolam venerabilis Ibæ non anathematizat, sit anathema. Sed ecce jam veniens, ex itinere, quod ei videbatur edixit, & facti hujus auctori correctionem tumultuariæ suæ transgressionis indixit; & nisi citius quod male factum est, auferretur, etiam vindicaturum se esse prædixit, protestans & dicens cum Apostolo & Timotheo (b): Ne forte cum venero, non quales volo inveniam vos, & ego inveniar a vobis qualem non vultis.* Erant hæc scripta in epistola quam Constantinopolim Vigilius misit, quam etiam iisdem præcurrentibus legatis dedit ad Imperatorem, ne quid innovari pateretur: nam subdit idem Facundus:

(a) Facun. pro defens. Cap. l. 4.

Vigilius Papa quid comminatur in Novatores.

(b) 2. Cor. 12.

LVII. *Præter quod & a vestra clementia summis precibus, summoque adnisu per suos legatos petit, sicut eum venientem diversæ provinciæ contestatæ sunt, ne patiamini stare quod factum est: tale siquidem ipsius facti crimen esse judicavit, ut illo Doctoris Gentium testimonio duceret arguendum, quo discipulo Timotheo scribens dixit: Depositum custodi, devitans profanas vocum novitates, & oppositiones falsi nominis scientiæ, quam quidam promittentes circa fidem exciderunt. Quid ergo adhuc quæritur, utrum contra fidem & Synodum Chalcedonensem factum fuerit (quod dolemus) quando ille, cujus dicebatur expectari sententia, profanas vocum novitates & oppositiones falsi nominis scientiæ, quam quidam promittentes circa fidem exciderunt, in ipsius facti auctorem sibi * vendicaverat arguendas? Denique etiam beatum Dacium Mediolanensem Episcopum, quem hinc reversum in Sicilia se vidisse perhibuit & alios consacerdotes suos, sed venerabilis memoriæ Stephanum solum, quem Romanæ Ecclesiæ, cui per Dei gratiam præsidet, hic habuit responsalem, & per missos * Ecclesiæ suos approbavit, quod & pro hac causa a venerabilis Menna hujus regiæ urbis Episcopi communione suspenderit, & eos qui ei communicaverant, sub debita satisfactione susceperit.*

Quæ Vigilius Constantinopolim scripserit.

* ibi.

* multos

LVIII. *Quod non faceret nisi contrarium Synodo Chalcedonensi, quod factum est; sicut & alii, judicaret: non autem solos quos commemoravimus sanctos & venerabiles viros hoc secum judicasse monstravit, quando non tacuit quod Romana quoque universitas egredientem, quod venientem Africa, atque etiam Sardinia, quamquam non per eas transierit, per ipsius tamen consiliarium publica eum contestatione pulsaverint, sicut Hellas & Illyricus provinciæ, per quas venit; ut nullatenus novitati, quæ facta est; acquiescat. Non ergo civilis hæc causa credenda est, nec talis quæ pro Ecclesiarum pace ferenda sit; sed quæ merito judicaretur contra ipsius Catholicæ fidei statum hæreticorum subreptione commota; pro qua pars maxima orbis Christiani, quæ potuit, primum inter primos Christianos sacerdotem publica contestatione pulsavit: & Romana quidem universitas atque Africa, priusquam Romani Antistitis acceperimus epistolam, non parvo jam agnoveramus indicio, quid de hujus facti novitate sentirent.* Hactenus Facundus de Vigilii Papæ rebus gestis hoc anno antequam pervenerit Constantinopolim, quod sequenti anno contigisse suo loco dicemus.

Multæ provinciæ contestatæ sunt Vigilium Pap.

LIX. Porro ipsum Vigilium diutius mansisse in Sicilia, indeque laboranti fame Urbi frumentum misisse, Procopius testatur, ubi

PAGIUS V. *Emissum fuit anno DXLIV.*

A num. LVI. ad LXI. *Vigilius*, ac reliqui Occidentis Episcopi Edictum contra *Tria Capitula* subscribere recusabant, arbitrati id absque gravi in Synodum Chalcedonensem injuria perfici nullo modo posse. Quare Imperator curavit plena Synodo quæstionem in Regia Urbe discuti, atque illuc Patriarchas facilius pertraheret, *Acephalorum* sectæ ad Orthodoxam societatem reducendæ studium prætexuit. *Vigilius* etiam ab Imperatore ad Synodum vocatus fuit, qui tamen non recta Constantinopolim perrexit, sed in Siciliam profectus est, eo consilio ut ibidem Synodus cogeretur. De ejus in Sicilia mora hæc scribit Procopius lib. 3. de Bell. Goth. cap. 6. loquens de gestis anni belli Gothici XII. vere ineunte hujus Christi anni inchoato: *Vigilius Romanus Pontifex Byzantium Imperatoris accitu venit ex Sicilia, ubi jamdiu degerat profectionis illius causa.* Vigilium anno superiori in Sicilia moratum fuisse, indeque naves onerarias frumento onustas tunc Romam misisse, hujus anni initio ex eodem Procopio ostendi. Perperam autem scribit Baronius eum hoc anno in Siciliam profectum esse, & naves illas misisse. *Vigilium* enim longo tempore in ea

Pro-

(a) Procop. lib. 3. de bello Goth.

Vigilius e Sicilia triticum mittit in Urbem.

ubi ait (a): *Per idem tempus Vigilius urbis Romanæ Præsul, cum in Sicilia esset, magnum navium numerum frumento complet, & Romam transmittit, ratus omnino Urbem tuto adire hos posse, qui onera navibus importarent. Qui atque cum Romanum ad Portum cursum tenerent, hostes eorum adventu percognito, paulo ante priores ipsi cum in Portum venissent, intra muros delituerunt, ut eo naves jam descendentes nullo negotio caperent. Sed hos, qui in mœnibus erant custodes mox conspicati, e propugnaculis veste alias agitata, signum nautis ad se navigantibus dabant, ne ultra progrederentur, sed alio quocumque possent, verterent vela. Illi vero prodito signo non intellecto, sed rati potius, qui in Portu erant, Romanos præ gaudio ex suo adventu alacres factos id signum dedisse, seque ad Portum ineundum hortari, prospero ac præsenti afflante his vento, intra Portum celerrime cum navibus pervenerunt; in quibus Valentinus Episcopus quidam cum Romanis plerisque aliis navigabat. Tunc barbari ex insidiis confestim exorti, naves omnes, nemine defendente, mox capiunt, Episcopum cum Romanis comprehensum ad Totilam ducunt, ceteros vero obtruncant; & cum oneribus naves remulco trahentes evestigio abeunt. Totilas interea cum Episcopum quid sibi jam vellet rogasset, & mendacii apertius convicisset, utrasque illi manus præcidit.* Hæc Procopius, qui de longa Vigilii in Sicilia mora, deque profectione ipsius anno sequenti Constantinopolim agit.

LX. Porro onerasse naves Vigilium ea Ecclesiæ frumento, possumus intelligere; quod constet amplissimum fuisse Romanæ Ecclesiæ in Sicilia patrimonium, ut ex sancti Gregorii epistolis liquet. Quod autem ad Valentinum Episcopum pertinet; hunc fuisse Episcopum Silvæ Candidæ, alio titulo sanctarum Ruffinæ atque Secundæ; Anastasius tradit, missumque a Vigilio in Urbem, ut ibi Vicarius consideret, affirmat: quem reversum ad Vigilium Constantinopoli jam agentem; quæ postea dicentur, ostendent. Ad hæc insuper addit Anastasius, ipsum Vigilium in Sicilia commorantem, Catanæ ordinationem habuisse mense Decembri, ordinasseque presbyteros atque diaconos, ex quibus Romam misisse Ampliatum presbyterum Vicedominum suum, Valentinum vero (quem diximus ad cleri gubernationem, utque loco Pontificis Vicarius ibi degeret in ædibus Lateranensibus. Dum vero subdit, in vigilia Natalis Domini eumdem Pontificem pervenisse Constantinopolim, ex dicendis e Procopio mendacii redarguitur. At hic finis esto rerum gestarum hujus anni Vigilii Romani Pontificis. Ceterum annis singulis inchoatæ tragœdiæ Actus luctuosi inferentur in scenam cunctis spectandi. Quæ vero reliquarum hujus anni rerum gestarum narratio superest, prosequemur.

Vigilius ordinationem in Sicilia habet.

☞ Hoc eodem anno, cum Auxanius Arelatensis Episcopus ex hac vita migrasset, in locum ejus subrogatus est Aurelianus, quem Vigilius suum decrevit esse Vicarium. Epistola autem tunc ad eum scripta ab ipso Romano Pontifice sic se habet:

*Dilectissimo fratri Aureliano Vigilius.*

*Administrationem vicium nostrarum fraternitati vestræ animo libenti committimus, & credimus charitatis vestræ officio actibus Deo placitis diligenter universa compleri, quando & summi sacerdotii consortio vos dignos divina esse gratia judicavit, & gloriosissimi Childeberti Francorum Regis Christiana & Deo placita in perhibendo vobis testimonium voluntas accessit. Quapropter vices nostras vestræ charitati hac auctoritate committimus, ut universa quæ decessorum nostrorum vel canonum statuta sanxerunt, Deo congruis operibus faciendo atque servando, & nostrum & prædicti gloriosi Regis judicium circa charitatem tuam rectum fuisse possis ostendere. Sacrarum enim Scripturarum nos docet auctoritas,* LXI.

Vigilii Papæ epistola ad Aurelian. Episc. Arelat.

quia

PAGIUS Provinciis mansisse, ostendunt Legationes, quas ibidem excepit. Africæ quippe, ac Sardiniæ Episcopi eum per Oratores rogarunt, ne novis Justiniani contra Tria Capitula Decretis acquiesceret, ut testatur Facundus lib. 4. cap. 3. *Quod Romana quoque universitas egredientem, quod venientem Africa, atque Sardinia, quamquam non per eas transierit, per ipsius tamen consiliarium publica cum contestatione pulsaverint, sicut Hellas, & Illyricus Provincia, per quas venit, ut nullatenus novitati, quæ facta est acquiesceret.* Quibus ex verbis etiam colligere est, Edictum contra *Tria Capitula* anno DXLIV. Constantinopoli datum fuisse, & a Vigilio Romæ acceptum; cum antequam Romæ egrederetur, eum Romani rogaverint, ne illi acquiesceret. Refert illum Facundi locum Baronius num. L. aliumque in eandem rem ejusdem Auctoris num. XLVII. Imo dum *Vigilius* adhuc Romæ esset, *Pelagius & Ferrandum* in Africa positum de quæstionibus consuluit, & a Ferrando post *longam taciturnitatem* responsum accepit. Quare *Vigilius* in Siciliam tardius profectus non est, quam sub finem anni DXLIV. Diem discessus ejus ab Urbe nobis conservavit Anastasius.

VI. Adhæc Victor Tununensis, qui hoc tempore vixit, recte ait: *Post Consulatum Basilii V. C. anno IV.* (qui secundum ejus supputandi modum est annus Christi DXLIV.) *Justinianus Imp. Acephalorum subreptionibus instigatus Vigilium Romanum Episcopum subtiliter compellit, ut ad Urbem*

quia Christus Deus & Dominus Salvator noster prius universa quæ bona sunt facere voluit, quam docere: scriptum est

(a) Act. 1. enim (a): Primum quidem sermonem feci de omnibus, o Theophile, quæ cœpit Jesus facere & docere, usque in diem qua præcipiens Apostolis per Spiritum sanctum, quos elegit, assumptus est. Item quid commonendo Timotheum Doctor Gentium dicat Apostolus, fraternitatem tuam semper ante oculos habere confidimus: ait

(b) 2. Tim. 2. enim (b): Confortare in gratia, quæ est in Christo Jesu: & quæ audisti a me per multos testes, hæc commenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt & alios

(c) Ibid. docere. Et item ipse (c): Solicite cura te ipsum probabilem exhibere Domino operarium, inconfusibilem, recte tractan-

(d) Ibid. tem verbum veritatis. Et iterum (d): Labora sicut bonus miles Christi Jesu. Intellige quæ dico: dabit enim tibi Dominus in omnibus intellectum.

LXII. Si quam ergo inter fratres diabolus humani generis hostis antiquas zizaniam seminaverit calliditate nequitiæ consuetæ, aut de aliquo sacerdote fraternitati tuæ, servatis majorum per omnia constitutis, fuerit querela deposita: adhibitis tibi fratribus & Coepiscopis secundum qualitatem negotii numero competenti, causam canonica & Apostolica ordinatione discutiens, ea sententia definies, quæ & decessorum nostrorum conveniat statutis, & Deo æquitatem in omnibus diligenti sit grata. Si quod vero de religione fidei (quod Deus auferat) fuerit certamen exortum, aut tale aliquod negotium fortassis emerserit, quod pro sui magnitudine ibidem nequeat definiri: veritate discussa, relationis serie distincta, ad nostram consultationem potius ut remittas hortamur: quia ita decessores vestros, qui decessorum nostrorum vices egisse monstrantur, fecisse, testimonium nostri declarat scrinii: quatenus ea dispositione servata, Ecclesiæ unitas stabili firmitate persistens pacis bono in omnibus perfruatur, cujus velut hæreditarium munus Christus Deus & Salvator noster ad cælos, unde numquam defuit, rediturus, discipulis suis

(e) Jo. 14. legitur reliquisse, dicens: (e) Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis.

LXIII. Et ut universa fraternitas vestra diligenti possit ratione complere, Episcopis quibus pro vice nostra te præesse voluimus, nos præcepta destinasse signamus; ut & illi vobis obedientiam exhibere debeant competentem, & fraternitas tua eos in Christi charitate complectens, exemplis bonorum potius operum ad quæ sunt Deo placita facienda semper invitet. Illud pari eis auctoritate signavimus, ne quis sine Formata tuæ fraternitatis ad longiora loca audeat proficisci: sed ut consuetudinem illam debeant custodire, quam constat semper nostræ sedis habuisse Vicarium, & a vobis Formatam postulent, si causarum suarum necessitate compulsi ad longiora itinera destinare disponunt. Sed ne in aliquo sedis nostræ Vicarius minor suis decessoribus videatur, necessarium fore credimus pallii vobis usum, quemadmodum decessori vestro hactenus dederamus, præsenti auctoritate concedere: at & morum, & omnium bonarum rerum vobis beato Petro Apostolo suffragante, non desit ornatus. Pallio donatur Aurelius a Vigilio Papa.

LXIV. Oportet ergo charitatem vestram sacerdotali semper studio inter dominos filios nostros clementissimos Principes, & gloriosissimum virum, id est, filium nostrum Childebertum Regem gratiæ intacta fœdera custodire. Scitis enim, nec vos convenit ignorare, quod necessario prædicatis, quia Scriptura pronunciat, dicens: (f) Beati pedes evangelizantium pacem, evangelizantium bona. Et hoc quoque vestrum facere desideramus affectum, ut glorioso viro filio nostro Patricio Belisario destinatis scriptis gratias referatis, qui homini vestro laborem ad clementissimum Principem abstulit transeundi, sed mox ut responsum recepit, nobis suis litteris indicavit. Dominus te incolumem custodiat, frater charissime. Data XI, Kalendas Septembris. Quinquies post Consul. Basilii V. C. Dedit & alias eodem argumento ad Galliarum Episcopos, quæ sic se habent: (f) Rom. 10.

LXV. Epistola Vigilii Papæ ad Galliæ Episcopos. Dilectissimis fratribus universis Episcopis qui sub regno gloriosissimi filii nostri Childeberti Regis sunt per Gallias constituti, Vigilius.

Admonet nos loci nostri ministerium divina misericordia Domini collatum, Domi-

PAGIUS Vigilius a Justiniano Constantinopolim evocatur ut damnet Tria Capitula. hem Regiam properaret, & sub speciem congregationis eorum, qui ab Ecclesia sunt societate divisi, Tria Capitula condemnaret. Præterea Vigilius tradit, hæc se ad Justinianum suo nomine per Nuncium deferenda dixisse: Nos ad Pietatem suam festinantes ante septem annos de Civitate nostra sic egressi sumus, ut nulla haberemus privata negotia. Data est hæc Epistola Nonis Februarii anni DLII. ut infra ostendetur. Parte altera Clerici Italiæ in Epistola Legatis Francorum, qui Constantinopolim proficiscebantur, directa, inquiunt: Veniens ibi (scil. Cpolim) ante sex annos istos Beatissimus Papa Vigilius, magis autem, ut quod verius est, dicatur, prope violenter deductus, cœperunt ibi ipsum expectare, ut damnationem aliquorum Capitulorum faceret, per quam Sancta Synodus modis omnibus solveretur. Scripta autem est Epistola anno DLI. & Clerici illi loquuntur de Vigilii ex Urbe Roma abitu, qui exeunte DXLIV. contigit; quamvis Baronius eum hoc anno ex Urbe in Siciliam digressum esse tradat.

*mini gratia protegente, nec legentis * evitando periculum, bonis potius palmam retributionis promissæ & studeamus & mereamur accipere. Unde quantum nobis Christus Deus Dominus & Salvator noster primi Apostolorum locum pro ineffabili pietatis suæ genere largitate concessit; tantum nos de universarum pace Ecclesiarum, quæ licet in multis, una tamen est toto Orbe diffusa, incessante studio convenit esse solicitos. Quippe quia nos sacrarum Scripturarum eloquia reddunt diligenter instructos, quod cum Moyses Dei famulus divinis jussionibus obsecundans ad montem voluisset ascendere, loco sui Aaron & Hur legitur reliquisse, dicens: (a) Expectate hic, donec revertamur ad vos. Habetis Aaron & Hur vobiscum: si quid natum fuerit quæstionis, referetis ad eos. Ita enim inter sacerdotes Domini potest pax super omnia Deo placita custodiri, si fuerit qui vicium nostrarum auctoritate subnixus, personam nostram in Galliarum partibus præsentans secundum consuetudinem a nostris decessoribus attributam sapientium solicita indagatione custodiens, si quam humani generis hostis antiquus zizaniam inter Dei famulos nequitia consueta seminare tentaverit, sapientiæ suæ moderamine, adhibitis sibi fratribus & Coepiscopis nostris, justitia Deo placita scandala orta submoveat.*

(a) Exod. 24.

LXVI. *Unde quia dudum Auxanio quondam Arelatensis civitatis Antistiti vicem nostrarum solicitudinem dederamus, sed cursum vitæ præsentis implendo, de hac luce migravit, in cujus loco Aurelianus frater noster noscitur successisse: necessarium valde credimus solicitudinem bene a nobis antefato debere committi, confidentes illum & pro loci sui qualitate bonis actibus universa quæ Deo placeant posse complere, & maxime cum gloriosus filius noster Childebertus Rex testimonium bonæ conscientiæ pro Christiana sua voluntatis devotione perhibuit. Oportet ergo charitatem vestram eis in omnibus, quæ servatis per cuncta canonibus salubriter secundum nostrorum definita majorum pro nostra auctoritate censuerit, præbere obedientiam competentem.*

*Et quia omnino necesse est, ut pro diversis confratribus, Deo juvante, tractandis, statutis aptisque temporibus Episcoporum Synodum debeat congregare: idcirco præsenti auctoritate censemus, ut nullus, ubi aut quando constitaerit, se audeat excusare, excepta infirmitatis causa, quam humana non potest vitare fragilitas, aut certe quem digna excusationis ratio fecerit non venire. Omnibus nihilominus scientibus, quid Christus Dominus & Salvator noster pia institutione pronunciat, dicens (b): Quia si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re quemcumque petierint, fiet illis a Patre meo, qui in cælis est. Quemadmodum autem quis sibi quæ postulat credit posse concedi, si congregationis sancta conventum, ubi Dominus præsentiam suam promisit modis omnibus affuturam, sine aliqua recta excusationis causa evitare crediderit? Sed sicut præfati sumus, si justa causa illum ad Synodum fecerit non venire, pro se aut presbyterum aut diaconum destinare non differat, quatenus quæ fuerunt constituta, per eos possit agnoscere, & definita complere. Pari auctoritate mandantes, ut nullus sine prædicti Formata ad longinquiora loca audeat proficisci: præsertim quia & decessorum nostrorum decessoribus ejus, quibus vices suas commisisse præteritis temporibus releguntur, sic definiunt statuta: ut his omnibus obedientia Deo placita custoditis, pax Ecclesiarum stabili firmitate persistat, & sicut Doctor Gentium dicit Apostolus (c), Ecclesia Dei possit sine ruga & macula permanere. Dominus vos incolumes custodiat, fratres charissimi.* LXVII.

(b) Matt. 18.

(c) Ephes. 5.

Hoc anno Ephræm Episcopus Antiochenus, cum sedisset ferme viginti an- LXVIII.



PAGIUS VII. *Vigilius inter Constantinopolitanum invitus suscepit.*

Quando Clerici Italiæ scribunt, Vigilium prope *violenter* deductum, Anastasio non favent, qui ait eum captum esse Romæ, jussu *Theodoræ* Augustæ ab Anthemio Scribone, qui *invenit eum in Ecclesia Sanctæ Cæciliæ, X. Kalend. Decemb.* qui *erat Natalis ejus dies*, sed Vigilium invitum illud iter suscepisse innuont. Alia etiam fabulosa de Vigilio habet Anastasius, ut observavit Baronius num. LIV. Profecto *Justinianus*, qoi Vigiliom in suam sententiam pertrahere volebat, eum indigne haberi mandare non poterat. Scribit etiam Anastasius eum ingressum esse Constantinopolim *in Vigilia Domini Nostri Jesu Christi*, ubi si intelligat de Vigilia Nativitatis Domini, ut intelligere videtur, fallitur; cum paolo antea dixerit, eum *permissum esse facere ordinationem per mensem Decembrem*, & postea Constantinopolim profectum relicta Sicilia. Non inde tamen sequitur, Anastasium etiam in die quo Vigilius Roma discessit, falsum esse; cum ex ipsomet constet, *Vigilii* ordinationem in diem XXII. Novemb. Sanctæ Cæciliæ Sacrum incidisse. [s]

VIII. Ad num. LXVIII. & seqq. Tam in Chronico Ni-

NOTÆ [s] NUper opera Cl. Baluzii Miscellan. Tom. V. pag. 465. prodiit scriptum quoddam continens integram Confessionem fidei editam a Vigilio eodem tempore, quo & condemnationem Theodori pronunciavit. Transmissam autem eamdem ab eodem Vigilio ad Clerum Romanum, ut de rebus a se gestis certiorem illum faceret. Eadem vero tradita ab eodem Clero videtur Legatis, quos cum alia Epistola a se scripta ad Provinciales Episcopos direxit, ut emitur

Domnus Antiochenus Episc.

annos [illegible] ex hac vita migrat; in cujus locum Domnus ejus nominis secundus est subrogatus. Hæc ex Nicephori Chronico. Qui autem eum anno superiori diem obiisse putarunt; ex his quæ ipsum egisse cum Justiniano Imperatore hoc anno vidimus, errare noscuntur. Idem dicendum de Petro Episcopo Hierosolymitano, quem non ante præsentem annum diem obiisse oportuit, licet anno superiori eum defunctum ponat; in cujus locum suffectum esse Macarium secundum hujus nominis, tum Evagrius tum Nicephorus tradunt. Quæ autem hujus Petri obitum præcesserint ante sex menses memoria digna, & prophetia de ejus obitu, quæ & ejus vitæ sanctitatem commendent, narratam a Sophronio (a): hic historiam attexamus: quam cum a Sophronio petitam dicimus, ita quidem more majorum citare consuevimus librum illum qui a Joanne conscriptus ad Sophronium legitur: etenim apud Damascenum, necnon apud Septimæ Synodi Acta Sophronii nomine citatus habetur. Ait igitur auctor:

(a) Sophron. Prat. Spir. c. 127.

LXIX. De Abbate Georgio divinitus translato.

*Narravit nobis Abbatissa Damiana solitaria mater Abbatis Athenogenis Episcopi Petrensis, dicens: Erat quidam Abbas in sancto monte Sina, nomine Georgius, miræ virtutis, & abstinentiæ vir. Huic Abbati Georgio magno sabbati die in cellula sua venit desiderium faciendi sacrum diem Resurrectionis in sancta civitate, & sumere veneranda mysteria in sancta Christi Dei nostri Resurrectione. Per totum ergo diem senior hujusmodi cogitatione sollicitabatur, & orabat. Cum itaque sero factum esset, venit discipulus ejus, dicens ei: Jube, Pater, ut eamus ad synaxim. Senex autem respondit ei: Vade, & tempore sanctæ communionis veni ad me, & pergam. Mansit itaque senex in cellula. Cum autem advenisset tempus sanctæ communionis in sancta*

PAGIUS

Moritur Ephremius Antiochenus.

Nicephori, quam in Tabulis Theophanis Ephremio Episcopo Antiocheno anni XVIII. assignantur. Quare mors ejus retrahenda ad annum quingentesimum quadragesimum quintum, cum anno DXXVII. ad Sedem illam evectus fuerit. Quam ob rem Auctor Tabularum Theophani inferturum ad annum Incarnat. secundum Alex. DXXXVIII. qui Kalendis Septemb. anni Christi DXLV. inchoatur, initium Domni seu Domnini Ephremii successoris accurate collocavit. Facundus lib. 4. cap. 4. de Zoilo Alexandrino Episcopo hæc scribit: *Zoilus quoque Alexandrinæ Urbis Antistes, cum Romanum Episcopum venire cognosceret, obvium illi ad Siciliam misit*, præsenti sc. anno. Quæ cum Baronius Facundum scribere de Ephremio per inconsiderantiam existimaret, ait illos, qui ante currentem annum *Ephremium* mortuum putarunt, errare; cum tamen, ut notat Emin. Card. Norisius in Dissertatione laudata, quæ Baronius ann. XLVII. ex Facundo narrat, de Zoilo, non de Ephremio dicta sint. In Vita Sancti Symeonis Junioris Stylitæ, quæ in Actis Bollandianis ad diem XXIV. Maji legitur, num. 75. refertur, Sanctum Symeonem Ephremii obitum prædixisse: *Deinde illucescente jam Veneris die convocavit denuo fratres, dixitque: Pontifex Dei hac nocte e vita migravit: vidi enim animam illius turba magna candidis vestitu comitante, huc transvolantem, salutantemque me, & memoriam sui apud Deum, ut facerem, præcipientem: commemorantemque qualiter erga me ac matrem meam fue-*

NOTÆ

tur e verbis illis eidem Epistolæ præmissis ut *ipsas chartas in provincia vobiscum deferatis*. Quæ si vera sunt, cum in eadem narratione, Epistolæ præmissa, exprimatur fuga Vigilii Chalcedonem, & injuriæ ab illo ibidem perlatæ, ubi *S. Papa cæsus est*; jam constat legationem illam per quam Clerus Romanus Epistolam suam misit ad Gallos componendam esse non quidem cum anno 551. ut contendit hic Pagius, sed cum anno 552. ut vult Sirmondus, nam postremis anni 551. diebus Vigilius Chalcedonem fugit. Nec Pagii objecta contrarium plane evincunt, nam sexennium illud ab adventu Vigilii Constantinopolim, de quo in Epistola Cleri Romani, duci commode potest ab ingressu Pontificis Constantinopolim; & anno 552. Anastasius biennium compleverat, & aliquot menses ex quo ab Aurelianensibus missus fuerat Costantinopolim; quapropter rectissime dici potuit ante biennium missum fuisse.

Forte tamen in veteri illo fragmento duo simul, quæ diverso tempore acciderunt, confusa sunt. Primo literæ indicantur ejusdem Vigilii, quibus damnavit Theodorum, & suspendit, (Mennam) sed non adhuc eadem sententia publicata fuerat. *Sed usque nunc non est proposita charta ipsa*. Hæc damnatio decreta ibidem legitur, *ante sex menses*, menses scilicet sex ante quam publicaretur. Quorum forte mensium initium sumendum est ex *die VIIII. Kal.* Septembris (ita in eodem fragmento legitur, cum in sententia quæ integra in Collectione Conciliorum refertur sit XIX. Kal. Septembris) *Justiniani XXV. Post Consulatum Basilii X.* Hæ forte literæ missæ sunt primo a Clero Romano ad Gallos anno eodem 551. Dein novas litteras a Vigilio acceperunt Romani, quibus certiores facti sunt de fuga Pontificis Chalcedonem & de promulgatione sententiæ in Mennam & Theodorum. Tunc demum in Civitate Regia, & in locis frequentioribus proposita est charta damnationis ejusdem Theodori, & excommunicationis Episcoporum huic errori consentientium. Hæc enim omnia in eodem Baluziano monumento leguntur. Et hæc pariter Epistola altero a priori, anno nempe 552. Roma in Galliam missa fuit. Ex his intelligimus vanam esse Norisii, quam Pagius adoptavit conjecturam, nimirum sententiam damnationis in Theodorum vulgatam a Vigilio non fuisse. Facile tamen suppressa suspensio Mennæ credi potest, nihil enim de promulgatione sententiæ in illum hic dicitur. MANSI

*cta Resurrectione, inventus est senex prope Archiepiscopum beatum Petrum, qui præbuit tum illi, tum presbyteris sanctam communionem. Videns igitur eum Patriarcha, dixit Mennæ assessori suo: Quando venit Abbas montis Sinai? Respondit ille: Per orationes vestras, domine, non vidi illum nisi nunc solummodo. Tunc ait Patriarcha: Dic illi ut non recedat: volo enim ut mecum sumat cibum. Ille vero profectus id dixit seni. Qui ait: Voluntas Dei fiat. Cum ergo salutasset synaxes, adorato sancto monumento, inventus est in cellula sua. Ecce discipulus ejus pulsavit, & dixit. Pater veni ut communices. Senex vero profectus in ecclesiam cum discipulo suo, iterum sumpsit veneranda mysteria.*

LXX. Georgii Abbatis excusatio & prædictio.

*Petrus autem Archiepiscopus contristatus quod illi inobediens fuisset, post solemnitatem misit ad Episcopum Phari Abbatem Photinum & ad Patres Sina, ut Abbatem ad se mitterent. Cum ergo venisset qui attulerat litteras, dedissetque illas, misit & senex tres presbyteros, Abbatem scilicet Stephanum Cappadocem magnum illum virum, cujus & supra meminimus, & Abbatem Zosimum cujus etiam superius mentionem fecimus, & Abbatem Dulcitium Romanum ad Patriarcham, purgavitque se ipsum senior scribens ac dicens: Absit a me, mi domine sanctissime, ut sanctam Angelum vestram contempserim. Scripsit autem idem Georgius Abbas & hoc ad eum: Ut sciat beatitudo vestra, post sex menses Christo Domino & Deo nostro simul occursuri sumus, & illic adorabo vos. Egressi itaque presbyteri dederunt Patriarchæ litteras. Dixerunt tamen & hoc ei quoniam senex multos annos habebat, ex quo non venerat in Palæstinam. Ostendebant item & litteras Episcopi Phari simul contestantes, quod ferme septuaginta annos habebat senex, ex quo de sancto monte Sina non exierat. Sanctus vero & mitissimus Petrus afferebat testes eos qui tunc affuerant, Episcopos & clericos, dicentes: Vere nos senem vidimus, & omnes osculo sancto illum salutavimus. Postquam igitur impleti sunt sex menses, requieverunt in pace senex & Patriarcha, juxta scilicet ipsius senis prophetiam.* Hucusque ibi: quibus vides his innovata antiqua signa Habacuc & Philippi diaconi, qui in momento translati sunt de loco in locum. Voluntatem enim timentium se facit Dominus, & desiderium pauperum exaudit. Etenim cupienti seni ultimum suum Pascha agere Hierosolymis, id magno miraculo præstitit ei Deus dives in omnes qui invocant illum, non senescens, ut virtute ex diuturnitate temporis minuatur, quo minus præstare semper valeat, quod olim aliis concessisse legitur.



PAGIUS *fuerit affectus. Hisce de Pontifice fratribus a Symeone prædictis, notarunt illi tempus, compereruntque hac ipsa nocte Sanctum Ephremium decessisse.* Photius in Biblioth. Cod. CCXXVIII. varia exscribit ex Orationibus Sancti Ephræm Theopolitani Patriarchæ, & Cod. CCXXIX. refert, quæ exscripsit ex Libris quatuor ejusdem Ephremii de Sacris Antiochiæ legibus.

IX. *Macarius fit Episc. Hierosolymitanus.*

Victor Tunnunensis *anno post Consulatum Basilii IV.* qui secundum ejus loquendi modum est annus Christi DXLIV. ait: *Hierosolymitanæ Ecclesiæ Præsulatum post Petrum Macarius suscipit.* Quare cum Sedem inierit *Petrus* anno DXXIV. eique tam in Tabulis Theophanis, quam in Chronico Nicephori anni viginti attribuantur, ultra illum Christi annum vitam non prorogavit. Cum autem ex Facundo lib. 4. cap. 4. constet, tam *Ephremium* Antiochenum, quam *Petrum* Hierosolymitanum Edicto Justiniani contra Tria Capitula, licet invitos, subscripsisse, ut videre est apud Baronium num. XLVIII. & seqq. recte inde infert Card. Norisius citatus, illud tardius quam anno DXLIV. emissum non fuisse; quod & ex iis, quæ de anno discessus Vigilii a Romana Urbe hoc anno diximus, etiam manifestum redditur. Quare frustra Garnerius in Dissert. de V. Synodo generali cap. 3. contendit. Edictum illud a Justiniano publicatum esse anno DXLV. circa autumnum.

X. *Epocha Conciliorum Ilerdensis & Valentini.*

Duo hoc anno Concilia in Hispaniis celebrata, quorum nulla in Annal. Ecclesiast. mentio; alterum *Ilerda*, quæ Tarraconensis Provinciæ Civitas; alterum *Valentiæ*, quæ hodie Regni Valentini Caput & Sedes Archiepiscopalis. Codex enim MS. Conciliorum Hispaniæ Lucensis, qui alios omnes Bibliothecæ Regis Catholici antiquitate superat, quique descriptus fuit, & Romam missus, cum Decreto Gratiani emendando Gregorius XIII. Pontifex Rom. opera usus doctissimorum Virorum, incumberet, id diserte testatur de Ilerdensi, ut nos docet Garsias Loaisa in Præfatione sua loquens *de Codicibus MSS. quibus fuit usus in Editione Conciliorum Hisp.* ubi enim varii MSS. Codices habent, *anno quintodecimo Theudaredi Regis, sub die octavo mensis Augusti*, vel *Theoderici Regis*, in Lucensi legitur; *Anno quinto decimo Theudis Regis*, qui cum regnare cœperit in Hispania anno DXXXI. post diem quartum mensis Decembris, ut mox ostendemus, mense Augusto currentis anni Regni decimum quintum numerabat. Ad hæc Gaspar Escolanus in Historia Civitatis & Regni Valentinensis lingua Hispanica scripta lib. 2. cap. 9. notavit omnes antiquos Codices MSS. uno excepto Vigilano seu Alveldensi Era MXIV. seu Christi CMLXXVI. exarato habere utrumque Concilium Era DLXXXIV. qui Christi est DXLVI. congregatum fuisse, & Vigilanum, qui habet Eram DLXXXVII. errorem Exscriptoris prodere, & ex aliis corrigendum esse. Loco vero *Theudaredi* vel *Theoderici*, legendum esse, *Theudis*, duratio utriusque Regis demonstrat; cum *Theodoricus* Era DLXIV. anno sc. Christi DXXVI abierit, & *Theudis* Era DLXXXIV. seu anno Christi DXLVI. annum Regni decimum quintum numerarit. Imperiti itaque Exscriptores loco, *Theudis*, posuere, *Theudaredi*, & alii, *Theoderici*. Quare Em. Card. de Aguirre Tom. II. Concil. Hisp. pag. 282. & seqq. ac Nicolaus Antonius anno MDCLXXXIV. demortuus Tom. I. Biblioth. Hispanæ Veteris pag. 208. utrumque Concilium accurate usque ad hunc annum di-

LXXI. De Macario Episcopo Hierosol.

Qoi autem io locum Petri soffectus est in sedem Hierosolymitanam Episcopus (ut dictum est) Macarius nomine, in suspicionem adductus est hæresis: adeo ut multi ab ejus se commonlooe separarint, ut patet ex eodem Sophronio (*a*): verum id potius ex levitate quam veritate factum, ostendunt quæ ab eodem auctore narrantur inferius verbis istis (*b*): *Cum alius hic fuisset senex genere Arabs, Julianus nomine, captus oculis, ipse aliquando scandalizatus est in Macarium Archiepiscopum Hierosolymitanum, nolebatque communicare illi. Quadam ergo die Abbas Julianus significavit Abbati Simeoni, qui erat in monte Mirabili, (distat autem a Theupboli mons ille milliaribus novem) dicens: Cæcus sum, & quo abeam nescio: neque vero babeo qui possit auxiliari mibi, & communicare Macario detrecto. Indica mibi, Pater, quid agere babeam de fratre qui fornicatus est, & de illa qui se cum eo juramento constrinxit. Respondit autem Abbas Simeon Abbati Juliano, dicens: Ne recedas, neque te ipsum a sancta Ecclesia separet: neque enim illa male habet gratiam Domini nostri Jesu Christi Filii Dei.* Hæc de Macario ibi. In Vita (*c*) sancti Gregorii Episcopi Agrigeotini prolixa atqoe hooesta pariter meotio fit de Macario isto, eidemque spiritus prophetiæ tribuitur: ab eoque ipsum Gregorium fuisse diaconum ordinatom, auctor affirmat. Foit autem hic ejus nominis secandus Hierosolymorum Episcopus: Senior enim Macarius vixit temporibus Constantini Magni Imperatoris.

Qui

(*a*) *Sophr. Prat. Spir. c.* 29.

(*b*) *Idem c.* 96.

(*c*) *Apud Sur. die* 23. *Novemb.*

PAGIUS

distolere, qoemadmodum etiam *Hieronymus Puiades* in Hist. Cataloniæ lingua Hispana scripta, lib. 6. cap. 45. dum de Ilerdensi Concilio verba facit.

XL. *Opiniones contrariæ refelluntur.*

Librariorom errores aoxere, qui de utroque Concilio egere; & numeros recte ab eisdem descriptos corrnpere. Vasæus enim ait, *anno DXXV. Theodorici Junioris XV.* congregatum esse *Concilium Ilerdense*; Binius vero & Labbeus anno Christi DXXIV. quo supponunt Theodoricum annum Regni XV. numerasse; & denique Onuphrius in Chron. *Ilerdense* anno Christi DVII. & *Valentinum* anno Christi DVIII. affigit, & quia in Codicem mendosum inciderat, Concilium Ilerdense *Flerdense* vocat; nec ullus ex illis annum Eræ Hispanicæ LXXXIV. qui tamen solus temporis character certo difficultatem dirimere potest, memoravit; quia Eram mendose a Librariis descriptam fuisse aotumarunt. Onuphrius annum Christi DVII. & sequentem elegit, quia putavit in Actis utriusque Concilii annum XV. Theodorici Regis proficisci a Regno ejus Italice an. CDXCIII. inchoato, licet certum sit, *Theodoricum* annos Regoi sui Hispanici ab anno DXI. repetiisse. Binius denique & Labbeus annum illum XV. Theodorici ab anno Christi DX. deducunt, & ex hujusmodi numerorum depravationibus ac Theodorici nomine, annum Eræ corrigendum esse aut abiiciendum iotulere. Quæ depravationes, falsæque interpretationes, ne imposterum Doctorum Virorum ingenia torquere pergant, in prima quæ fiet Conciliorum editione annus Eræ DLXXXIV. cum nomine Regis *Theudis* in texto exprimendus erit; com revera annus Eræ in antiquis MSS. compareat, & ex eo nominis Regis correctio, certa & indubitata reddatur. In utroque Concilio egregia Decreta ad restituendam Disciplinam Ecclesiasticam condita, sed in Ilerdensi Canones sexdecim a novem Episcopis, & in Valentino Canones tantum *sex a* sex Episcopis sanciti. Cum vero Concilium Valentinum *sub die II. Nonas Decembris* seu die quarta ejusdem mensis, anno Theudis Regis XV. coactum fuerit, necessario sequitur, *Theudim* anno DXXXI. post diem IV. mensis Decemb. Regnom iniisse, ad quod nullus hactenus animum advertit.

Ob Quadragesimæ prorogationem Constantinopoli tumultuatum, ut anno superiori videre est.

I. QUi sequitur post Basilii Consulatum annus sextus, idem numeratur Domini quingentesimus quadragesimusseptimus, qui & a Procopio ponitur belli Gothici annus duodecimus: quo cum obsessa anno superiori Roma a Totila, gravi premeretur incdia, ad eam levandam incubuit opera Pelagii diaconi sanctæ Romanæ Ecclesiæ: cujus res gestas cum Totila hoc ipso anno duodecimo belli Gothici, simul & cladem Urbis sic idem describit Procopius (a): *Erat* (inquit) *tunc forte inter Romanos & sacros viros Pelagius quidam diaconus, qui diu Byzantii commoratus, maximam sibi cum Imperatore conciliaverat amicitiam. Unde & pecuniarum vi maxima circumfultus, Romam se paulo ante quam obsideretur, contulerat. In eaque deinde obsidione necessariis indigentibus ejus pecuniæ partem largiter impertitus, eam vel antehac esset inter Italos omnes vir probus, majorem (ut par erat) charitatis & in proximus quosque benevolentiæ gloriam retulit. Hunc igitur, cum præ fame indigna quædam Romani & difficillima paterentur, facile suadeat, conventum ut Totilam precaretur, paucorum sibi dierum induceret hic conditionibus dare: ut si intra constitutum inter se tempus nemo sibi suppetias ex Byzantio venerit, sine mora, se ipsi Urbemque barbaris proderent. His cum mandatis ubi ad Totilam Pelagius venit, & ab eo est perbenigne susceptus, prior Totilas sic exorsus est:*

(a) Procop. de bello Goth. l. 3.

Legatio Pelagii diaconi ad Totilam.

*Constat sane apud barbaros omnes, id lege cautum esse, oratores ut hi plurimum colant & revereantur. Mihi vero, qui virtutis sibi aliquid compararant, qualis es tu, honorem deferre simul & reverentiam jampridem studium fuit. Sed oratoribus delatos honores, sive illatam his ignominiam, non personarum mansuetudine, sive verborum tumiditate & elegantia discerni reor: sed cum vera quædam fateantur, vel non sanis admodum verbis utuntur. Oratori illi itaque honor deferre maxime solet, qui veritate mox patefacta, ad suos dimittitur: sed is ignominia præ cæteris affici, qui ubi commentitia quædam & subdola fecerit verba, ad suos mox redeat. Cætera quidem, Pelagi, quæ a nobis petieris, facile consequeris, tribus dumtaxat exceptis; & ubi hæc caveris, ut plane subjicias magis expediet: ne forte maximam ipse causam præbeas, quo minus eorum vel peragas, quorum ob gratiam huc advenisti, vel nos forte ex re infecta incuses. Petere namque quæ præsentibus haudquaquam rebus conveniant, plurimum procuidubio facit, nemo pro votis ut quippiam consequatur.*

II. Totilæ ad Pelagium diaconum oratio.

*His*

---

PAGIUS SÆC. VI. An. V. C. 1300. Anno Eræ Hisp. DLXXXV. A. C. 547.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6040.

☉ 24. F. ☽ 16. P. 24. Mart. Indict. 10.

JESU CHRISTI 547.

VIGILII PAPÆ 21.

JUSTINIANI IMP. 22.

TOTILÆ REG. 7.

I. [1] HIc annus ista formula notatus: *Post Consulatum Basilii VI.* vel juxta modum loquendi Victorianum, *post Consulatum Basilii* anno VII. Quinta Quinquennalia Imperii vivente Justino a Justiniano suscepti, ad quæ referendum quod habet Theophanes die XI. mensis Maii Sanctæ Pentecostes Sabbato ludos Circenses Natalitios celebratos esse.

*Quinta Quinquennalia Justiniani.*

A num. I. ad XXVI. Est hic annus belli Gothici decimus tertius, non vero XII. ut habet Baronius. Quare quæ hic recitat ex Procopio de Roma a Totila Gothorum Rege capta, gesta sunt anno superiori. Procopius itaque lib. 3. de Bell. Goth. cap. 20. refert, *Totilam* Isaurorum proditione *Romam* cepisse, quam dum rescindere cogitat, Literis *Belisarii* ab eo consilio revocatur; cumque Romam penitus vacuam *Totilas* reliquisset, eandem recepit, munivit, ac eum fortissime repulit Belisarius. Legendus Procopius a cap. 16. usque ad cap. 25. & quæ ea

*Roma anno superiori a Totila capta.*

---

NOTÆ [1] P. C. *Basilii* VI. vel. *an.* VII.

Hieronymus Rubeus in Historia Raven. lib. III. pag. 160. olim Ravennæ in Divi Vitalis porticus quam Ardicam appellabant, hanc extitisse epigraphen tradit: *Beati Vitalis basilicam, mandato Ecclesii Episcopi Julianus Argentarius* ædificavit, ornavit, atque dedicavit; *Consecrante vero Reverentissimo Maximiano Episcopo sub die XIIII. Kal. Mai.* SEXIES P. C. *Basilii Jun.* V. C. *Indict. X.* Vide hanc epigraphen paullo immutatam apud Bacchinium ad Agnellum P. II.

Lapis Augustæ in Delphinatu, editus a Muratorio tom. I. pag. CDXXVI. 6.

OBIIT IN X̄Ō VI. KL. DECEMBR.
NOVIES P. C. IOANNIS V. C. GEORGIUS

III. *His autem sic interdico, ne quoquam pacto pro Siculis, vel Urbis muribus bisce, vel transfugis servis verba nunc facias: quandoquidem fieri non potest, ut aut Gothorum opera uti pro Siculis queas; aut murus ut iste Urbis integer maneat; vel servi ipsi, qui nobiscum nunc militant, suis quondam de cætero dominis serviant. Verum ne videantur hæc inconsiderata, quadam per nos prætendi sententia, & causas ipsas explicaturi mox sumus. Fuit olim Sicilia insula & priscis quidem temporibus pecuniarum ut felix proventu, ita & cujusvis generis frugum in eo nascentium cæteris terris fœcunditate præstantior; atque ut non solum hæc incolis suppetant, sed vel vobis Romanis etidem ad vitam fiat necessaria per annos singulos exportantibus satis. Unde tunc primum Romani Theodoricum deprecabantur, ne ea in insula majus aliquod Gothorum præsidium collocaret, ne ea reo forte ad cæteras prosperitates eorum libertatem interpellaret. His ita peractis, hostium exercitus in Siciliam navigavit, qui ferme nec hominum multitudine, nec re alia illa nobis essent in bello pares. Siculi vero, visa hostium classe, non ad Gothos quicquam denunciare, nec se continere munitionibus, nec hostibus saltem censere utcumque occursandum tunc esse, sed promptissime patefactis tunc urbium portis, supinis hostium exercitum manibus exceperunt; & haud secus egere, ac infidissima servitia solent, quæ diutius in carcere asservata, dum dominorum volunt manus effugere, in novos quosdam & alienigenas statim incidunt. Ea itaque ex insula hostes, ut e loco munito impetu facto, omni Italia eo sine ullo potiti negotio sunt, quinetiam vel urbem hanc Romam cepere, ac tantum inde frumenti numerum importarunt, ut vel obsessi in anni spatium queant Romani obsistere. De Siculis hactenus, quibus per Gothos ut venia detur, fieri nullo modo jam poterit, criminum magnitudinem misericordiam ab his adimente qui affecti injuria sunt.*

*Nunc vero intra hos muros hostes se exercendo, in campum quidem descendere, & nobiscum acie decertare minime censent: dolis vero & deceptiunculis continenter & per singulos dies nos oppugnando, injuste quidem nostris his rebus & plane absurdius nunc potiuntur. Ne itaque iterato hæc eadem patiamur, providendum jam ducimus. Qui enim præ ignorantia semel circumventi falluntur, si rursus in infortunium recidant, quia minus periclitando prævideant consuetam sibi calamitatem, haudquaquam ex adversante fortuna id fieri videbitur, sed quia se deliquisse plane ignorent: vel illud quidem adjecerit quispiam, & vobis omnibus maxime profuturum, ut Urbis hæc mœnia solo æquentur; ne cum aliis, & ipsi demum coerciti, vel ab insultantibus hostibus circumvallati, sed malis exclusi alieno periculo, nec ullo vestro discrimine victoribus futuri sitis in præmium. De servis vero, qui ultro ad nos concesserunt, dictari hæc sumus. Si enim qui nobiscum fuere in hostem instructi, & a nobis deinde fidem nostra ex confessione acceperunt, ne se umquam veteribus dominis utcumque restituamus, vestras in manus dedendos esse nunc censuerimus: profecto nec vobis quidem traditam fidem servaturi quandoque essemus. Non enim qui vel cum omnium miserrimus pactiones factas neglexerit, erga alium quempiam firmiorem præseferre animum queverit: quin potius veluti absurdioris naturæ indicium, ad omnes qui secum versantur, circumferre perfidiam videtur. Hæc Totilas.* IV.

V. Pelagii Diac. ad Totilam responsio.

*Pelagius vero ita respondit: Summum tibi, vir strenue, in dicendo studium fuit, me simul & oratoris nomen extollere, etsi alias in sordidissima statuisti nos sorte. Virum namque amicum & oratorem non solum eum affecisse contumelia dixerim, qui vel caput illi percusserit, vel alio quovis in hunc desæviat modo, sed vel qui eo infecta dimiserit ad se delegatum. Non enim homines oratoris munere idcirco funguntur, at honorem ab*

bis

PAGIUS ex eo recitat Baronius, qui in eo tantum peccat, quod Urbem hoc anno in *Totilæ* potestatem venisse contendit, eo fundamento quod arbitretur, currentem Christi annum XII. esse belli Gothici, primumque cum anno Christi DXXXVI. perperam illigaverit.

II. *Contraria opinio refellitur.* Em. Card. Norisius in Differt. de quinta Synodo cap. 3. & 6. Baronio adhæret, non quod annos belli Gothici cum annis Christi exacte non copularit, sed quod credat, apud Procopium aliquorum annorum gesta haud suo tempore recenseri, inter quæ ipse numerat *Romæ* expugnationem, quod in Auctario Marcellini legatur: *Indict. X. post Consulatum Basilii VI.* (anno nempe Christi DXLVII.) *Totilas dolo Isaurorum ingreditur Romam XVI. Kalendas Januarias*. Quare, inquit Card. doctissimus, anno DXLVII. die XVII. Decemb. Totilas Urbem occupavit. Verum in isto Auctario varii insunt anachronismi, & ei hac in re adversus Procopium nulla fides haberi debet. Diem tamen ingressus Totilæ Regis Romam, cum ex aliquo veteri Monumento accepisse, & tantum in anno peccasse non dubitandum, & obiter observandum, hunc Continuatorem, qui annum incipit a Kalendis Januariis, & cum Indictione tunc currente, eam postea non mutare, quando narrat quæ a mense Septembri contigere; alioquin scripsisset, *Totilam Romam* ingressum esse XVI. Kalendas Januarias, sed Indictione undecima. Quoad Procopium, quem Card. Norisius anni unius additione corrigendum

dum

*bis consequantur, qui suscepturi se sint, sed quod usui Reipublicæ in posterum sit peragendo, ad eos qui se legaverint, mox redeant. Sic igitur velut affectis injuria longe magis conducat eorum aliquid effecisse, quorum ob causam venerint, quam Principum verbis benignioribus auditis, nihil pro spe consecutos ad suos redire. Deprecor autem haudquaquam fat scirem, quæcumque præfatus nunc es. Cur enim quisquam ei molestum se præbeat, qui antequam postulatis respondeat, conventiones facturum se neget? Sed illud quidem minime subticebo, quod præ te facile ferat, quantum erga Romanos, qui in te arma susceperint, ostensurus benignitatis & benevolentiæ sit, qui in Siculos nil tibi adversatos immortale quoddam decerneris effundere odium. Sed ipse, mea ad te omissa legatione, ad Deum hunc transferam, qui supplicum contemptores ulcisci solet. His Pelagius dictis, abscessit.*

VI. Quæ Romani ad Duces. *Quem Romani ubi re infecta ad se redeuntem videre, eo acrius animo conflictari, quo & fames quotidie invalescendo, insanabiliter eos afficeret. Militibus vero nondum necessaria deerant, sed se adhuc sustinebant. Unde Romani Græcis immixti, exercituum Præfectos Bessam & Cononem adeuntes, lacrymabundi & multo cum gemitu profati hujusmodi sunt: Talem vobis præsentem esse fortunam spectamus, ut si vel impium aliquod adversum vos facinus patrassemus, haudquaquam posset id merito nobis in crimen adscribi: necessitatis siquidem magnitudo excusationis in se plurimum habet. Nunc vero cum nobis ipsis ad opitulandum nil quicquam sit virium, verbis ostensuri calamitatem ipsam, hanc deploratum nunc ad vos venimus. Sed benigne quæ dicturi nos sumus audiatis, precamur; nec ulla dicendi audacia obturbari vos volumus, sed malorum ex ea pensitare nunc magnitudinem. Nam qui de salute cogitur desperare, nec opere quidem nec verbis decorum servare de cætero poterit. Nos vero, o Principes, nec Romanos quidem, nec vobis consanguineos duxistis, nec eorumdem vel morum vel legum socios esse, sed perinde rebelles, & qui Imperatoris non ultro intra Urbem exercitum exceperimus, sed hostes potius ipsos, in vos armis desumptis. Nunc vero veluti acie victis, captisque bello, vobis in servitutem ex lege cedentibus, date vestris mancipiis alimenta, non ad necessitudinem suffectura, sed quæ ad tenuem saltem vitam ducendam sint satis: ut & nos superstites facti, vobis contra subministremus, quæcumque dominis servi par est ut ministrent. Quod si id vobis non facile placet, sed dignum duxeritis sine ulla ope missos nos facere; id lucri estis denique habituri, quod in servorum nihil opera insudabitis sepulturam. Et si ne id quidem de vobis sperandum relinquitur, saltem nos obtruncate, nec morte honesta nunc fraudetis, nec vita exitum nobis invideatis omnium proculdubio suavissimum; sed uno facinore infinitis Romanos liberate difficultatibus.* Hactenus ad Præfectos militum Romani. Pergit vero Procopius:

*Præfecti itaque, his auditis, commeatus Romanis quos tribuant, nullos in præsentia esse respondent: ipsos vero necare, impium ducere, nec plane sine discrimine fore, si sic relinquuntur: Belisarium tamen & ex Byzantio transmissos exercitus identidem affirmare affuturos propediem esse. Denique his verbis Romanos solati dimittunt. Fames interea invalescendo in immensum cum accrevisset, maximum in malum evasit, ut quæ ciborum absurdiora quædam suggereret genera & naturæ excedentia terminos. Sed Bessas, Cononque eius Urbis Præfecti custodia, frumenti maximum numerum intra mœnia sibi reconditum, sua necessitate militibus fraudatis, Romanorum primoribus & his quidem divitibus ingenti pecunia venditabant: medimni siquidem (quod utique mensuræ est genus) aurei septem pretium erat. Sed quibus non erant tantæ domesticæ facultates, cibos tam delicatos ut possent, & tanti opulentiorum more absumere, ejus pretii parte quarta depensa, furfure medimnum complentes, pane inde fordidiore confecto divescebantur, id cibi genus* VII. Dira fames urget Romanos.

PAGIUS dum existimat, quod scripserit, receptam esse Romam a Belisario anno primo belli Gothici, quam certum est captam anno secondo ejusdem belli, Christi nempe DXXXVI. jam anno DXXXVII. num. II. & seqq. illud fundamentum overtimus.

III. *Iterum refellitur.* Fundatur etiam Card. Norisius in Chronico Marii Aventicensis, qui ad annum VI. P. C. Basilii, & Indict. X. annum scilicet Christi, DXLVII. scribit: *Eo anno Baduila Rex Gothorum Roma capta depopulavit, dejectisque muris partem Cremmis incendit.* At Marius ibidem habet: *Hoc anno Vigilius Papa Romanus Constantinopoli properavit.* Ubi profectionem Vigilii Constantinopolitanam, & expugnationem Urbis Romæ, quæ eodem anno contigere, recte simul narrat, sed utramque perperam anno uno tardius collocat, quod de profectione *Vigilii* Em. Card. Norisius non negat. Præterquamquod Marius non raro in Chronologiam peccat, ejusque adversus Procopium testimonium nullum censeri debet. Denique refert Card. Norisius locum Sancti Gregorii Magni ex lib. II. Epist. XXXVI. ad Episcopos per Hyberniam constitutos: *Postquam recordandæ memoriæ Vigilius Papa in Urbe Regia constitutus contra Theodoram tunc Augustam, & Acephalos damnationis promulgavit sententiam, tunc Romana Urbs ab hostibus adita, & captivata est. Ergo bonam causam habuerunt Acephali, &* in-

*nus necessitate ipsa suavissimum faciente.*

VIII. Miserrimus status Romanorum. *Bessas porro & ejus armigeri, qui bovem haberent venalem, aureis quinquaginta vendebant. Ex Romanis vero cui vel equus forte obiisset, vel istiusmodi aliquid demortuum erat & putidum, inter felicissimos habebatur, quia mortui animalis carnibus vesci posset. Cætera hominum turba urticas dumtaxat edebat, quales circa Urbis pomærium & locis incultioribus passim & affatim nascuntur: quas tamen decoctas, ne vel sapore vel innatis offenderentur aculeis, esitabat. Quamdiu itaque fuit Romanis nummus, frumentum (ut dictum est) & furfures comedebant: verum ubi demum id defuit, domesticam supellectilem omnem in forum inferre, & pro diurno hanc victu in eorum commutare jacturam: sed ubi frumenti militibus nihil reliquum fuit quod impertiri Romanis possent, ad urticas universi jam circumspicere. Quibus deficientibus, cum earum usu magna his copia abesset, atque adeo ad saturitatem non omnes haberent, corpore extenuari denique cœperunt; colorque cum in pallorem se paulatim & lividum convertisset, simillimi idolis videbantur: plerique vero vel incedentes, vel dentibus adhuc ipsis urticas mandentibus, de improviso exanimati cadebant.*

IX. Quousque miseros fames adegit. *Jamque vel purgamentis in cibum & stercoribus utebantur: nonnulli etiam fame nimia prægravati manus sibimet inferebant, cum nec canes quidem, nec mures de cætero invenirent, nec aliud usquam demortuum animal, quibus uti in cibum possent. Erat inter cæteros Romanos vir quidam liberorum quinque factus jam pater: hunc filii omnes circumsistebant, prehensandoque, ut assolent, cibum sibi efflagitabant. Tum ille nec ingemiscens quidem, nec ullo edito perturbationis indicio, sed fortissime dolore dissimulato, filios jussit se subsequi, & cibum mox accepturos. Ubi vero supra Tiberis pontem pervenit, capite obvoluto, velatisque oculis, in Tiberis aquas confestim exilivit, spectantibus filiis, Romanisque cæteris qui ea tunc forte e regione consistebant.* Hæc de fame. Ad postremum vero cum copiæ missæ Constantinopoli ab Imperatore variis in via bellis detentæ & a Gothis interea profligatæ essent: milites Romæ degentes obsessi, clam prodendi Urbem Gothis consilium iniere. Hi fuerunt Isauri, de quibus ista Procopius (*a*):

(a) Procop. de bello Goth. lib. 3.

X. Isaurorum proditio. *Cum itaque perpauci (ut diximus) admodum ad murorum custodiam relinquerentur, & hi quidem jam fame confecti: quaterni custodes quidam & Isauri genere ad portam Asinariam custodias noctis, nocte concubia observata, qua cæteros somnus oppresserat, demissa e pinnis ad terram reste, & ea se demittentes, Totila inde adito, excepturos se Gothorum intra Urbem exercitum pollicentur, idque se nullo negotio facturos affirmant. Tum Totilas gratias illis se redditurum ingentes professus, pecuniaque donaturum non parva, si ea quæ obtulissent, peragerent: duos quosdam suis e satellitibus cum his statim dimittit, locum contemplaturos, unde hi aditum affirmassent suis in Urbem fore. Qui ubi ad muros venere, reste comprehensa, in propugnacula ipsa, nullo interpellante, evadunt. Quo ubi est ventum, Isauri barbaris omnia ostentare, & nihil omnino edicere impedimenti usquam fore volentibus muros conscendere, & item licentiæ plurimum, ubi jam conscendissent, quia nemo obsisteret. Proinde Gothi jussi Totilæ cuncta renunciare quæ viderant, eodem quo prius ascenderant, fune, protinus dimittuntur.*

XI. Isauri secundo, & tertio vocant in Urbem Totilam. *Quorum relatu omnibus Totilas cognitis, etsi eo fuisset ex nuncio lætitia non mediocri affectus suspicione tamen propter Isauros captus, haud dum confidendum his nimium esse censebat. Non multos inde post dies ad Totilam Isauri iidem venere ad id facinus hortaturi: Tum ille alios duos cum his rursum ire mox jussit, ut & ipsi diligentius omnibus & accurate pervestigatis, visa renunciarent. Qui utique non longe post ad Totilam revertentes, priorum simillima referunt omnia. Interea vero Romani milites multi explôratum quid hostes agerent missi, non procul ab Urbe Gothis decem occurrunt iter eo habentibus: quos statim comprehensos ad Bessam deducunt. Sciscitantique Bessæ, quidnam Totilas animo agitaret: Gothi respondent, eum sperare Isauros quosdam ejus in potestatem Urbem daturos: jam enim ad barbaros ut certior rumor is emanarat. Sed nihilominus Bessas & Conon Urbis tunc Præsides, his auditis, negligenter se (ut cœperant) gerere, nec aliquam tantæ rei rationem habere. Unde factum, ut tertio demum Isauri Totilæ cum in conspectum venissent, ad aggrediendum id facinus incitarent. Tum ille alios quosdam cum Isauris mittit,*

PAGIUS *injuste damnati sunt, post quorum damnationem talia contigerunt?* Verum non de prima Urbis per Totilam occupatione, post quam statim populus Romanus libertatem recuperavit, divus Gregorius loquitur; sed de posteriori, quæ contigit anno DXLIX. quæque annos fere quatuor duravit, quo tempore populus Romanus vere captivus dici potuit. Porro *Theodora* anno DXLVIII. damnata est a Vigilio non nominatim, sed generatim ac suppresso ejus nomine, damnatis scilicet Acephalis, quorum illa sectam totis viribus promovebat. Nullius enim sententiæ adversus eam Historici coætanei meminere.

vit, cum bisque & sanguine quemdam sibi propinquiorem. Hi vero ad Totilam paulo post redeuntes, ad rem peragendam confirmant.

XII. Totilas potitur urbe.

Qui omnium certior factus primis tenebris, universo armis instructo exercitu, ad portam Asinariam duxit, quaternosque inde e Gothis prævalidos viros, Isauris ducibus, per funem jubet in muros evadere. Qui nocte statim eadem qua & Isauris ipsis obvenerat per vices custodia, dormientibus cæteris, ad fores Asinarias aperiendas descendunt, præcisaque lignea securibus obice, refractisque ferreis claustris, Gothis aditum patefaciunt, & patentibus portis cum universo exercitu Totilam intra Urbem ad hostium arbitrium recipiunt. Sed ipse ubi intro est itum, unum in locum copias omnes coegit, nec abire diversim permisit, hostium insidias veritus. Verum ubi (uti par erat) tumultuatum, & perturbatio inde & timor, ut in capta Urbe, Romanos invaserant; militum Romanorum pars maxima cum Ducibus ipsis, ut facile cuique fugam capessunt. Pauci quidam Romanis cum civibus se immiscentes, in templo perfugium habuere. Soli omnium ex Patriciis viris Decius & Basilius cum aliis nonnullis, cum præparatos ad id equos haberent, cum Bessa fugere potuerunt. Sed Maximus Olybriusque & cum his simul Orestes & alii quidam in Petri Apostoli ædem se fuga recipiunt. Constat sane e plebe tunc homines ad quingentos in Urbe resides per id tempus fuisse, qui in divorum se templa receperant; cætere omnes jam ex Urbe excesserant, & in alias se contulerant terras, vel (ut supra jam diximus) lue absumpti perierant.

XIII. Multi interea & noctu quidem de Bessa & hostium discessione Totilam fecerant certiorem: quo affirmante pergratam illos sibi rem nunciare, neminem tamen suorum fugientium insistere vestigiis sivit; nihil esse homini suavius dictitando, quam terga sibi ut hostes darent. Verum ubi primum illuxit, nec ulla ad insidias relinquebatur suspicio, Totilas ipse orandi gratia Petri Apostoli templum ingreditur; sed Gothi interea quos obvios habent, obtruncant. Unde hoc pacto ex militibus quidem desiderati viginti duntaxat sunt, sexaginta e plebe homines. Ineunti itaque id Totilæ templum, Pelagius ipse sese obviam offert, Christi in manibus Evangelia gestans, supplexque omnibus factus, & genu procumbens: Parce, inquit, o Princeps, tuis. Tum ille arridens, & sane profusius, ita profatus est: Nunc mihi supplicaturus advenisti, Pelagi? Ita quidem, respondit, quandoquidem tuum me servum effecit Deus. Sed ab his jam abstine manus, qui tibi in servitutem cessere. His itaque victus precibus Totilas, Gothis militibus edicto mox imperat, Romanorum de cætero ut neminem obtruncarent, & ei in primis pretiosissima quæque delecta servarent, cætera sibi haberent in prædam. Quam multa in Patriciorum ædibus inventa fuere, sed omnium maxima extitere quæ Bessas reliquerat, ut qui velut omnium perditissimus homo infaustum illud divenditi frumenti pretium Totilæ ad cæteram prædam accumulasset. Sic itaque cum Romanis & Patriciis viris tunc actum. Totilæ erga Romanos benignitas.

XIV. De Rusticianæ calamitate.

Unde vel Rusticiana Boetii quondam uxor & Symmachi filia id reliquum fuit ad vitam, & miseriarum ad cumulum, ut ab hostibus panem vel necessarium aliud quicquam emendicando deposceret, quæ facultates antehac suas egentibus impertiisset; & servilibus ipsa rusticanisque indumentis amiciretur. Haud secus & Romanorum primores, amissis prorsus fortunæ bonis, domos circumeundo, foresque oppulsando, cibum dari sibi suppliciter precabantur, nil prorsus hic ignominiæ ea re afferente. Sed Gothi in Rusticianæ mortem jam conspiraverant, ejus hanc noxæ insimulantes, quod tradita Romani exercitus Ducibus non parva pecunia, Theodorici statuas disturbasset, in Symmachi patris, utrique vindictam. Totilas tamen nulla hanc uffici jactura permisit, sed eam ac cæteras feminas omnes, ut extra injuriam essent, servavit, vel Gothis has sibi maxime cupientibus conjugio jungi. Quocirca factum, ut nulla ex his sit per barbaros vitiata; qua ille ex re maximam retulit continentiæ laudem.

XV. Rusticianæ plures

Quod autem ad Rusticiaoam perrinet, de qua agit, Symmachi filiam, uxoremque Boetii: plures ejus nominis ejusdemque generis reperiri est feminas: prima illa habetur oxor Symmachi Senioris, quam viro suo doctissimo tenuisse, candelam & candelabrum, Sidonius scribens (a) ad Hesperium tradit: alia vero, de qua est sermo, Symmachi Junioris filia, conjuxque Boetii: rursum etiam alia Rusticiana, quæ ex Urbe migravit Constantinopolim, clarissima femina, ad quam extant complures S. Gregorii Papæ epistolæ datæ, cum Pontifex esset; unde diversam ab hac ipsam existimare licet: etenim quæ ætate senescens erat cum occisus est vir ejus a Theodorico anno Domini quingentesimo vicesimo sexto, ut pervenerit ad annum Domini sexcentesimum quando ad illam scribebat Gregorius, nequaquam persuaderi facile potest; fuisse tamen ejusdem familiæ, ex epistola ipsa Gregorii (b) ad eam scripta sub Indictione quarta, facile quis intelliget. Sed ad res Totilæ redeamus, de quo ista Procopius subdit:

(a) Sidon. lib. 2. ep. 10.

(b) Greg. l. 9. epist. 3.

XVI. Totilæ ad suos oratio parænetica.

*Postero autem die Gothis omnibus Totilas ad se convocatis, verba hujusmodi fecit: Non equidem novum aliquod vel vobis incognitum monendi genus in præsenti facturus, o viri commilitones, huc vos convocavi, sed eadem illa vel nunc disserturus, quæ apud vos antehac sæpe disserui. Vobiscum vero, quia ea ex me accepistis, actum quam optime est. Non igitur ita commonefactis in segnitiem est relabendum: nam & verborum, quæ ad felicitatem traducunt, nulla esse mortalibus satietas debet, vel si quos forte inscitia opprimat rationis: quandoquidem eorum nullo sunt pacto, quæ probe dicuntur, beneficia respuenda. Quorsum hæc? Fuere quondam & Gothis militum millia centum bellicosissimorum in unum tunc coeuntium, qui utique maximum in modum ad gloriam opibus utebantur: & equorum armorumque summa his copia suppetebat, veteranorum præterea & prudentissimorum vis ingens, qui sane ipsis in certaminibus constituti nostris rebus conducere plurimum videbantur: & alioqui a Græcorum militum millibus septem hi omnes devicti, Imperio primum fuere, deinde & cæteris rebus privati.*

XVII. Causa ruinæ Gothorum.

*Nunc vero nos qui reliqui sumus, & tanta præsertim paucitate, nudi quidem & plane calamitosi & ignavissimi omnium, hostium ultra viginti millia vicimus; & summatim ut dicam, quæ gesta fuere, ejusmodi sunt, ut credi vix possint. Causas vero cur hæc ita nobis contigerint, statim aperiam. Gothi tunc primum præ cæteris omnibus æquitate postbabita, ut inter se invicem, ita & in Romanos tunc subditos indigna quædam patrabant: quibus (uti par erat) permotus & ira succensus Deus, pro hostibus & contra nos depugnabat. Quo factum, ut etsi multitudine ac virtute, cæteroque belli apparatu hostibus essemus maximo intervallo superiores, vi quadam tamen occultiore ac plane divina devicti nos simus. Vestra itaque interesse jam reor, quæ rectiora sunt ut servetis, id est, ut æquitatem de cætero sectemini: nam hanc pervertentibus vobis, vel divina quidem subsidia infestiora mox erunt. Non enim Deus sine ullo delectu vel temere humano generi, vel privatæ cuiquam rationi ferre præsidium consuevit; sed his quam maxime favet, apud quos æquitatis ratio habeatur: & illi quidem haudquaquam difficile est ad alios bona transferre, ut qui rerum omnium habeat potestatem. Illud itaque vobis pernecessarium fore asseveraverim, justitiam, ut invicem & in subditos quosque servetis, hoc est, ut perpetuam vobis adipiscamini felicitatem.*

XVIII. Ita quidem Totilas apud suos egregie philosophatus, ex justitiæ cultu a Deo rependi victoriam docuit. Quod adeo verum est, ut etiam si a parte adversa stet pietas veraque religio, nihil ob id erga illos propensior sit divina clementia, si peccata reliqua adsint; immo magis in eos vindictam exerceat, qui cum confiteantur se nosse Deum, factis tamen negant, deterioraque infidelibus scelera patrant. In quam sententiam Apostolus, (a) præco cælestis edicti, ista proclamat: *Ira & indignatio omni animæ operanti malum, Judæo primum & Græco.* Quid Judæo primum & Græco, nisi quod prius ad supplicium advocatur, qui acrius deliquisse noscatur? Sed & sententia Domini (b) gravioris est culpæ reus qui scit voluntatem Domini & non facit, utpote qui multis præ aliis sit afficiendus plagis. Adeo ut ex his cogatur Deus (si ita dicere licet) adversus nequissimos Christianos favere Gentilibus, & ad plectenda Catholicorum facinora interdum propitio vultu ad castra respicere Ethnicorum, & iis uti ad puniendos illos nefandorum criminum reos: quod in Propheta contestatus esse videtur, ubi ait (c): *Virga furoris mei, Assur*, nempe ad infligenda Judæis verbera, quorum promissiones, adoptio, legislatio, & vera religio erat: ut ad corrigendos improbos filios alioqui dilectos, cogatur adhibere sibi odibiles servos, juxta quod ingemiscat amans Pater, & dicat (d): *Heu: consolabor super hostibus meis.* Sed ad Totilam revertamur, de quo subiicit ista Procopius:

Cur infideles adversus fideles aliquando prævaleat.

(a) Rom. 2.

(b) Luc. 12.

(c) Isai. 10.

(d) Isai. 1.

XIX. Quæ ad Senatores querelæ Totilæ.

*Totilas cum apud Gothos disseruisset, Senatorii ordinis ex Urbe viris ad se postmodum convocatis pleraque exprobrando, indignandoque obiicere, & illud in primis quod per Theodaricum quam multis affecti sint beneficiis, quodque in omnibus semper constituti urbanis fuat per eum antehac magistratibus, & Rempublicam ipsi ejus permissu administraverint, & ingentibus præterea fuerint aucti divitiis: & alioquin in beneficos Gothos ingratissimos se præstitissent, in quorum jacturam ad defectionem respexerint, ac Græculos simul invexerint in patriam homines, suimet proditores tam subito indecenterque facti. Sciscitari deinde, num ipsi a Gothis mali jam essent quicquam perpessi; effarique mox cogere, num boni adhuc quippiam sibi a Justiniano obvenerit: & singula deinceps enumerare, quemadmodum omnibus fere magistratibus fiat per eum privati; quod ab exactoribus sæpe antehac vapulaverint; quod demum coacti sint animum ad ea intendere, quæ adversus Gothos gessissent, belloque pressi publica non minus tributa Græcis dependere, ac si pacifici essent: & alia pleraque his dictis adjecit, quæ domini soleat infensiores subditis exprobare.* Et fortasse illa non tacuit,

quæ

quæ primum omnium fuerant inculcanda, nimirum sub Catholico ipsorum Imperatore adeo ignominiose habitum Romanum Pontificem Silverium, ut ab Urbe sub falso prætextu quod Gothis faveret, ignominiose avulsus, fuerit deportatus in Græciam, atque relegatus tandem in insulam, illic fame confici perireque coactus sit: quodque nihil magis curæ Græcis esset, quam primam sedem deprimere, qui se subesse molestissime ferrent. Sed quæ de Pelagio Romanæ Ecclesiæ diacono, cujus nuper mentio facta est, his addat Procopius, videamus: ait enim:

XX. Pelagius rogat pro captivis.

*Pelagius vero pro viris sontibus ita & infelicibus supplex Totilæ factus, non prius precari hunc desiit, quam ille clementiorem in omnes se fore pollicitus, Romanos dimisit. His ita peractis, Pelagium Totilas & ex Urbis rectoribus præcipuum unum Theodorum nomine ad Justinianum Imperatorem legavit, arctius jurejurando adactos, suas ut partes amice ac benevole tuerentur, & in Italiam reditum accelerarent. His deinde injunxit, totis ut viribus niterentur pacem sibi cum Imperatore & amicitiam conciliare: ne postmodum cogeretur, si pace infecta redirent, Romam ad solum diruere, interfectisque Patriciis viris, in Illyrios bellum transferre: litterasque Justiniano conscripsit.* Quæ sic se habent:

XXI. Totilæ epistola ad Justinianum.

*Quæ in urbe Roma ad hanc diem contigerunt, cum te fuisse edoctum jam putem, silentio prætereunda videntur. Ea vero, quorum de causa ad te oratores hos miserim statim, intelliges. Bona pacis tuto ut deligas, nobisque tradas, in primis deposcimus. Quorum ipsi monumenta quam optima & simul exempla Anastasium & Theodoricum habemus, qui paulo ante regnarunt, paceque & cæteris bonis sua tempora complevere. Si igitur hæc tibi placita erunt, merito meus pater vocabere, & belli nos socios in quoscumque libitum fuerit, habebis.* Hæc Totilas ad Justinianum Augustum. Subdit vero Procopius:

XXII.

*His cognitis Imperator mandatis, & oratoribus auditis, hos statim responso dato dimisit; Totilæque rescripsit, Belisarium se bellicis rebus præfecisse, & liberam habere hunc potestatem quæ ad Totilam pertinent pertractandi.* His exacerbatus Totilas, cum ab oblata pace se viderat excludi, in Lucania accepta interim clade, quomodo Urbem delere penitus meditatus sit, Procopius ita narrat: *Quibus cognitis Totilas rebus, Romam in primis ad solum prosternere decernit, & majore exercitus parte ibidem relicta, cum reliqua adversus Joannem in Lucanos contendere. Sed muri tantum & diversis in locis hic diruit, quantum totius partem esse hanc tertiam conjectura quis consequi poterat.* Adhuc est visere ejusmodi Totilæ ruinam in mœniis a Belisario fabricatis diversis in locis solo prostratis, sed postea opere subitaneo haud eadem pulchritudine hoc anno a Belisario restitutis.

Totilas muris aliqua ex parte spoliat Urbem.

Sed pergit Procopius: *Pulchriora præterea, magnificentioraque absumere incendio ædificia animo inerat, & urbem Romam in ovium pascua idoneam reddere. Quibus de rebus Belisarius certior factus, nuncios simul & litteras ad Totilam misit. Qui ubi illi in conspectum venere, & sui adventus causam explicarunt, litteras reddidere in hanc sententiam scriptas.*

XXIII. Litteræ Belisarii ad Totil. pro Urbe servanda.

*Ad urbium ornamenta, ædificia, quæ antea nulla fuissent, construere, sapientum ferme virorum inventiones fuere, & civiliter vivere percallentium: Quæ vero ad pulchritudinem extant, delere, insipientium proculdubio est, & quos minime pudeat in suæ malignioris naturæ argumentum monumenta posteritati relinquere. Roma quidem civitatum omnium quæ sub Sole nunc sunt maxima & magnificentissima esse facile affirmatur: non enim est viri unius virtute constructa; nec brevi quodam temporum spatio in tantam hanc magnitudinem & decorem evasit: sed Imperatorum multitudo & maximi summorum virorum cœtus, temporis diuturnitas ipsa, divitiarumque & potentiæ magnitudo, ut cætera omnia, ita ex universo terrarum orbe cogere hunc in locum opifices potuere; qui Urbem hanc talem tantamque paulatim ædificando, omnium monumenta virtutum posteris prodèrent. Fit itaque, ut his illata vis jure appareat totius sæculi sempiternam mortalibus ad injuriam cedens, quandoquidem progenitoribus ipsis virtutis memoria demovetur, posteris vero operum tantorum spectaculum.*

XXIV. Dilemmate persuadet.

*His itaque se ita habentibus, recte velim intelligas, e duobus alterum necessarium fore: aut enim hoc bello victus ipse succumbes; aut, si ita forte contigerit, nos superabis. Quod si viceris & Romam demolieris, non alterius Urbem sed tuam delebis; quam si servaveris, ex possessione cæterarum omnium præstantissima opulentior fies. Seu vero ad tuam deteriorem fortunam res nobis successerint; Roma incolumi servata, gratia tibi apud victorem conciliabitur & non mediocris: qua per te tum forte deleta, nullus tibi de cætero relinquetur ad humanitatem consequendam & clementiam locus; nec facti ullus erit apud te usus, & existimationem apud omnes homines ipso facto dignam mereberis: nam qualia Principum opera fuerint, tale necesse est ex iis etiam nomen ferant.* Hactenus Belisarii ad Totilam litteræ: *Quibus* ( inquit Pro-

copius) *Totilas sæpe perlectis, & ut bene monentibus magni factis, suasus demum, Urbem inoffensam servavit & integram, deque ejus in hanc voluntate certiorem per oratores Belisarium fecit.*

XXV. Sed quis anni hujus rerum Urbis finis? Cum igitur eo consilio usus esset, ut mœnium parte eam Totilas spoliaret, ne universum exercitum cogeretur ad præsidium Urbis relinquere, si eam defendere vellet, sicque destituta remanerent quæ in Italia præsidia expugnasset, aut occurendi Belisario nulla facultas esset; revertendique iterum ad eam eum vellet, sibi per diruta mœnia aditum patere putans: mox ipse Totilas egressus ab urbe, cum Romanis apud Lucanos primum, inde Calabros pugnat. Interea vero Belisarius Urbem aggreditur, eamque ingreditur, murosque dirutos (ut licuit statim instaurandos curavit, fossisque munivit, adeo ut revertentem ad ejus oppugnationem Totilam omnino repulerit: *qui ab ea spe rejectus, Tibur se contulit.* Huncque tandem finem res Urbis anni hujus habuerunt, luctuosæ quidem omni ex parte atque funestæ.

Belisarius Urbem ingreditur & munit.

XXVI. Hoc item anno transacta hieme, redditoque navigandi opportuno tempore, Vigilius Papa e Sicilia solvit Constantinopolim: nam sub hoc anno duodecimo belli Gothici ista Procopius (*a*): *His ita peractis, jam hiems se circumegerat. Vigilius interea Romanus Antistes ab Imperatore ex Sicilia evocatus, Byzantium venit: nam ut eo contenderet, diutinam ea in insula bis traxerat moram.* Hæc Procopius, nec de eo quicquam ulterius. Reduxisse secum Dacium Mediolanensem Episcopum, qui sibi occurrerat in Sicilia, quæ dicentur inferius demonstrabunt. Anastasius (*b*) autem ista subjicit de ejus adventu Constantinopolim, quæ tamen in omnibus haud arrident, ut in his præsertim quibus ait, ipsum illuc pervenisse in Vigilia Natalis Domini: nam si ordinationem habuit (ut ait) mense Decembri Catanæ prope diem Natalis Domini; quomodo in Vigilia ejusdem potuit pervenisse Constantinopolim? Sed de ejus adventu audi ipsum: *Tunc* (inquit) *obvius est ei Imperator; & osculantes se cœperunt flere, & plebs illa psallebat ante eum usque ad ecclesiam sanctæ Sophiæ, dicens: Ecce advenit Dominator Dominus, &c.*

(*a*) Procop. de bello Goth. l. 3.

Vigilius Papa venit Constantinopolim.

(*b*) Anast. in Vigilio.

XXVII. *Per biennium vero fuerunt contentiones de Anthimo Patriarcha, quomodo promisisset revocare & remittere eum in locum suum, & cautionem manus suæ ostendebant, cum promiserat eum in ordine suo revocare; sed Vigilius nullatenus voluit eis consentire, sed tantu roboratus virtute, mori magis desiderabat, quam vivere. Tunc Vigilius Papa dixit: Ut video non me fecerunt venire ad se Justinianus & Theodora piissimi Principes, sed hodie scio quod Diocletianum & Eleutheriam inveni: facite ut vultis; digna enim factis recipio.* Cætera autem quæ sequuntur, post obitum Theodoræ contigerunt; quando excitata in eum rursus persecutione per Theodorum Episcopum Cæsariensem, oportuit ipsum confugisse Chalcedonem in basilicam sanctæ Euphemiæ. Hæc de his quæ spectant ad altercationes Vigilii cum Theodora Augusta. Cæterum aliæ inter ipsum atque Imperatorem intercessere alia ex causa contentiones nempe ex Tribus capitulis, quorum causa (ut anno superiori dictum est) vocatus fuit ab Imperatore Constantinopolim. Sed antequam rerum gestarum narrationem aggrediamur, primum elucidandum, quænam esset ista de Tribus capitulis suborta contentio in Oriente.

Vigilii cum Theodora & Justiniano contentio.

XXVIII. Etsi enim ex superius dictis possit cuique eadem esse perspicua, & ex iis quæ per singulos ferme annos dicenda erunt, nulla de ipsis dubitatio penitus exoriri possit; tamen hic occurrendum putamus cuidam viro erudito, qui a veraci majorum sententia discedens, novam de Tribus capitulis iniit rationem, quippe qui

PAGIUS IV. Ad num. XXVI. & seqq. Non *transacta hyeme*, ut habet Baronius, *Vigilius* hoc anno e *Sicilia* solvit, sed sub finem anni superioris. Procopius enim lib. 3. postquam scripsit, finiisse hyemem, annumque XI. belli Gothici, cap. 16. incipit narrare quæ anno ejusdem belli XII. contigere, a verno scilicet tempore superioris Christi anni ad initium vernæ tempestatis hujus anni atque: *Vigilius Romanus Pontifex Byzantium Imperatoris accitu venit ex Sicilia; ubi jam diu degerat profectionis illius causa.* Quare hujus anni initio Vigilius jam Constantinopoli erat, quo eum die XXV. Januarii advenisse prodit Continuator Marcellini ad annum P. C. Basilii U. C. VI. *Papa Vigilius ingressus est Constantinopolim VIII. Kal. Feb.* Neque tantum ex Procopio & ex Continuatore Marcellini liquet, *Vigilium* prioribus hujus anni mensibus Constantinopoli egisse; verum etiam ex Theophane in suo Chronico.

*Vigilius hujus anni initio Constantinopolim pervenit.*

V. Gesta hoc anno Constantinopoli, quando ibi aderat Vigilius, explicat Theophanes anno Incarnat. secundum Alex. DXXXIX. Kalendis Septemb. superioris Christi anni inchoato, his verbis: *Hoc anno Roma a Gothis capta est. Papa vero Vigilius Constantinopolim profectus, & ab Imperatore summis honoribus exceptus; Catholica Ecclesia unitatem & concordiam se præstiturum, & Tria Capitula anathemate proscriptarum pollicitus est. Tantis honorum & cultus indiciis ab Imperatore decoratus, adeo animatus est, ut a communione exclusionem menses quatuor sustinendam Menna Constantinopolit. Episcopo in pœnam imponeret: & ex adverso Mennas parem animadversionem in eum constitueret. Ob irrogatam itaque pœnam hujusmodi, tum quod*

*Gesta Constantinopoli post Vigilii in eamUrbem adventum.*

qui hæc illa tria putavit esse capitula, quorum diserta mentio fit in epistola a Joanne Romano Pontifice ad Avienum & alios Senatores conscripta his verbis: (a) *Justinianus equidem Imperator filius noster (ut ex ejus epistolæ tenore cognovistis) de his tribus quæstionibus orta certamina fuisse significavit: Utrum unus ex Trinitate Christus & Deus noster dici possit, hoc est, una de tribus personis sanctæ Trinitatis sancta persona: An Deus Christus carne pertulerit, impassibili Deitate: An proprie & veraciter mater Domini & Dei nostri Jesu Christi Maria semper Virgo debeat appellari. Probavimus in his Catholicam Imperatoris fidem, &c.* Habet eadem Justinianus Imperator in fidei professione (b) ad ipsam Joannem Romanum Pontificem.

(a) *Extat in Bibliot. t. 4.*

(b) *l. redditus C. de sum. Trinit. & fid. cum recta Cod. ed.*

XXIX. Confutatur falsa opinio de tribus Capitulis.

At procul a veritate aberrat, ut ista sint Tria illa capitula, quorum causa diro schismate Ecclesia longo tempore scissa est. Etenim cum constet illam de Tribus capitulis inter Catholicos contentionem esse obortam, non autem inter Catholicos & hæreticos: quis, rogo, Catholicorum umquam negavit Verbum carni unitum unam esse personam sanctissimæ Trinitatis, & eumdem hominem factum, eumdemque Deum unum de Trinitate perseverasse indivisa & inconfusa atque inconvertibili unione? Et quis aliquando Orthodoxorum vel leviter dubitasse reperitur, sanctissimam Mariam Virginem vere proprieque Dei matrem in Ecclesia appellatam? Aut quis umquam pietatem colentium revocavit in dubium, Deum vere dici passum in carne? Cum igitur in his inter se Catholici semper consenserint: & pro his adversus Nestorianos & Eutychianos junctis manibus animisque certaverint, & posthac pugnare numquam desierint; quæ ergo causa, ut ob tria dicta capitula inter se invicem tum in Oriente quam in Occidente Fideles fuerint scissi, atque schismate separati? Præterea si quis rerum gestarum seriem disponat ordine temporis, inveniet, non tempore Joannis illius Papæ, sed sub Vigilio Romano Pontifice de Tribus capitulis quæstionem exortam esse: unde appareat longe diversa illa esse tria capitula, quæ a Joanne Papa recitantur in epistola ad Senatores, ab illis, quæ a Joanne Papa recitantur in epistola ad Senatores, ab illis quæ (ut dicemus) sub Vigilio in controversiam deducta sunt.

XXX. Explosis igitur his quæ nulla ex parte veritati cohærent, neque subsistere possunt: non alia quisque prudens Tria illa affirmare poterit fuisse capitula, quam quæ ipse Justinianus Imp. sæpius suis epistolis inculcavit, præsertim vero in ea quæ ad Joannem inscribitur, sed re vera ad Vigilium esse datam ostendimus, & in ea quæ in exordio Quintæ Synodi recitatur: nempe primum de damnatione Theodori Mopsuesteni: secundo loco de damnatione epistolæ Ibæ Episcopi Edesseni: tertio demum de damnatione scriptorum Theodoreti Episcopi Cyri contra Cyrillum. Hæc sunt tria illa capitula dissensionum omnium locuples seminarium. Etenim (ut dictum est) non inter Catholicos & hæreticos ejusmodi certamen extitit, sed inter Catholicos tantum ipsos, qui omnes salvum vellent Chalcedonense Concilium; neque ex diversa causa conflatum, sed plane eadem: siquidem tam qui ista Tria volebant damnari capitula, quam qui defendi, id se facere dictitabant, ut in omnibus consultum esset Concilio Chalcedonensi, ne illorum occasione ipsum labefactari ab hæreticis posset. Sic igitur eorum negatio vel assertio pro tuendo Chalcedonensi Concilio facta vel prætensa, nisi aliud quippiam erroris admiscuisset, non constituebat quemquam hæreticum; sed esse schismatici convicti sunt, qui diversam a Romano Pontifice in his decernendis sententiam secuti essent; nam de personis & non de fide quæstionem fuisse, Gregorius (c) Magnus affirmat. Magna fuit ista in Ecclesia Dei tentatio, cum miserando modo inter se Catholici ita confligerent, non secus ac cum in castris contingit oriri tumultus, & inter se arma collidere ac vibrare jacula milites sub eodem Principe constitutos.

Quæ tria Capitula.

(c) *Greg. l. 3. ep. 37.*

XXXI. Sed quid factum sit hoc anno, ubi Vigilius (ut dictum est) Constantinopoli moraretur, jam videamus. Cum ipse diu

cx-

PAGIUS

*ea, quæ de Ecclesiarum concordia & unione consulta decretaque fuerant, a Vigilio non adimplerentur, Imperator indignatus, misit qui eum detinerent. Ille Imperatoris iram veritus, ad Sergii Martyris altare, quod in Hormisdarum Monasterio erectum confugit: a quo vi revulsus, apprehensis altaris suffulcientes columnas, cum gravi proceroque corpore validus, secum traxit, & omnino evertit. Demum Imperator facti poenitens Papam Vigilium in gratiam recepit. Vigilius pariter a Theodora Augusta rogatus, Junii die vigesimo nono, qui Sanctis Apostolis Sacer Patriarchæ Constantinopol. Menæ pacem restituit.*

VI. Ubi Theophanes quatuor illorum mensium, post quos Menæ pacem restituit *Vigilius*, ducit initium, non a die ejus in Urbem Regiam adventus, sed a tempore, quo *Mennam* a communione sua exclusit, a mense sc. Februario. Perperam tamen hic scribit, *Vigilium* hoc anno a Monasterio Hormisdæ vi evulsum, columnas altaris secum traxisse; id enim contigit aliquot post hunc annis, ut ad DLII. ostendemus. Male Vigilium hoc anno Constantinopoli habitum fuisse, docent Clerici Italiæ in Epistola Legatis Francorum Constantinopolim proficiscentibus directa. Aiunt enim: *Veni-*

*Vigilius Constantinopoli male habitus.*

Studia diversa de Trib. Cap. expectatus Constantinopolim pervenisset: primum omnium (ut ex Facundo liquet) Zoilum Alexandrinum occurrentem sibi de emissa subscriptione redarguit, atque etiam alios. Dumque maximam inter Episcopos concitatam reperit esse discordiam, in summumque periculum adductam Ecclesiam, ut schismate scinderetur; faventibus aliis iisdemque longe majori numero & præstantiorum sedium Episcopis Imperatori; Africania autem ex adverso stantibus, inter quos Facundus ipse (quem diximus) scientia eminebat: ipse Vigilius Papa inter hos omnes pacis arbiter sedit, ut ambarum partium auditor sedaret, si posset, concitatos inter eos conflictus illos.

XXXII. Synodum Vigilius agit. At non ipse id agere solus verum colligi voluit eorum qui aderant Synodum triginta Episcoporum: in qua cum adversæ partes inter se conflictantes adessent, & inter differendum altercarentur haud pacifice (ut par erat) rem agentes, adeo ut quid magis veritati congruum esset, minime posset examinari & æqua judicii lance perpendi: placuit tunc Vigilio, ut quæ quisque sentiret, & quibus quam proponeret sententiam defendendam rationibus comprobaret, scripta proderent. Tunc opportune accidit, ut idem Facundus ex commentario illo duodecim libris partito, quem habebat præ manibus, necdum absolverat, responsionem elicitam ederet: qui postea ipsum integrum commentarium pro Trium capitulorum defensione perfecit, atque vulgavit: quem quidem in communione Catholica esse scriptum, cum ipse Vigilius Papa pro defensione eorumdem capitulorum epistolas (ut vidimus) conscripsisset, & adhuc in opus incumberet, satis liquet ex iis quæ toto illo commentario pluribus in locis idem ostendit. Quæ vero in ipsius operis præfatione haud obscure habet, atque ea quæ sunt a nobis dicta confirmat, accipe, ubi ait:

XXXIII. *Hoc opus, suadentibus fratribus, ad Imperatorem Constantinopoli scripsi: quo nondum finito ac pertractato * adductus est Romanus Episcopus: in cujus certamine, cum Gestis super hac causa disceptaremur, mediante conflictu, interrumpi acta præcepit, & ab universis Episcopis qui aderamus expetiit, ut scripto quisque ostenderet, quid eis de his capitulis videretur. Cum ergo per Magistrum Officiorum sub gravi necessitate respondere contingeret, vix mihi septem dierum induciæ datæ sunt, in quibus erant etiam duo festi. Unde ut omnia dicerem quæ magis necessaria judicabam, ex his libris aliqua decerpsi, quia non occurrebat omnia nova dicere: siquidem tria millea versuum excedit illa responsio. Sane quoniam (sicut dixi) necdum a me pertractati fuerant iidem libri, quædam testimonia pro mendositate codicum, ex quibus ea posueramus, vel pro incuria translatorum aliter continebant; quæ sic etiam in illa responsione transposita sunt. Idcirco præloqui hæc ac præmonere curavi, ut neminem, qui memorata responsione perlecta, hos contigerit libros, offendat ista diversitas, sed illic ignoscat festinanti, & huic potius credat.* Hæc cum præfatur in duodecim suos libros Facundus, adhuc sub judice tunc temporis litem fuisse demonstrat.

* peracto, vel perfecto.

Qua occasione Facundus commentarios scripsit.

XXXIV. Adversarii expectarunt voluntatem Rom. Pont. Ceterum quantumlibet adversarii urgerent condemnationem, cui ipsi subscripserant, Trium capitulorum: haud tamen ita videri voluerunt effrontes, ut ea de re aliter statuere, quam decrevisset Romanus Episcopus, cujus expectarent sententiam, sint professi. Id quidem pluribus in locis Facundus ipse testatur, ut secundo libro, dum ait: *Adhuc dicunt, quod de tanta sua præsumptione Ecclesiam quoque Romanam consuluerat, & sententiam beati Vigilii Præsulis expectent.* Et post plura: *Quomodo ab his creditur quartusdecimus successor ejus,* nempe Leonis, *sanctus Vigilius novum posse aliquid judicare, præsertim illo dicente: Nam secundum Apostolum (a), Si quæ destruxi hæc ædifico, prævaricatorem me constituo; & aut me alienum conditionibus subdo, quas non solum auctoritas beatæ memoriæ Principis Marciani, sed etiam ego mea defensione firmavi, &c.* Habet autem ad finem operis idem Facundus ad ipsum Imperatorem,

(a) Gal. 2.

PAGIUS *ulent ibi ante sex annos illos Beatissimus Papa Vigilius, magis autem, ut quod verius est dicatur, prope violenter deductus, coeperunt ibi ipsum expectare, ut damnationem aliquorum Capitulorum faceret, per quam Sancta Synodus Chalcedonensis, quæ fidem Catholicam, assistente tunc Beatissimo Papa Leone, contra diversas hæreses vindicavit, modis omnibus solveretur. Sed cum Papa Vigilius in hac parte non vellet adhibere consensum, jam tunc talis violentia facta est, ut publice in Conventu clamarit: Contestor, quia etsi me captivum tenetis Beatum Petrum Apostolum captivum facere non potestis. Postea tamen Tractatu habito prædictus Sanctus Papa Vigilius sub aliqua dispensatione ipsam causam ordinaverit, sollicite monendo, ne per occasionem aliquam supradicta Synodus pateretur injuriam, & quamvis nec hoc quod Papa fecerat, acquieverunt Afri & Illyriciani atque Dalmatæ Sacerdotes recipere; tamen cœpit iterum sæpe dictus Beatissimus Papa Vigilius, ut absolute ipsa Capitula sine Synodi Chalcedonensis mentione damnaret.*

VII. Pollicitum esse Vigilium se Tria Capitula anathemate proscripturum, quod scribit Theophanes laudatus, confirmant Literæ Justiniani Eu-

rem, cui fcribit, admonitionem Orthodoxo Antiftite dignam, hic merito inferendam, dum primo Theodofii Imp. exemplo eum, quid agere debeat, ita docet:

XXXV. *Ex Theodofii exemplo fumpta admonitio.*

*Major Theodofius Imperator cujus femper memorabilis erit in Ecclefia Chrifti memoria, quamquam fæpe de magnorum barbarorum præliis & de maximorum tyrannorum triumphaverit, non tamen in ejufmodi victoriarum frequentia, in quibus Trajano filio gehenna comparari non poteft, veram meruit gloriam, fed de fupplice & publica peccati fui pœnitentia, quam expugnato regali faftigio, placide ac humiliter, Ambrofio Epifcopo caftigante, fufcepit, & indictum fibi debitæ fatisfactionis tempus ab Ecclefiæ communione remotus implevit pie admodum credens, & fapienter intelligens, quod non ex temporali poteftate, qua fuerat etiam facerdotibus Dei præpofitus, fed ex eo pervenire poffet ad vitam, quod illis erat ipfe fubjectus. Unde credendum eft, quod fi nunc Deus aliquem Ambrofium fufcitaret, etiam Theodofius non deeffet: Sed cum minor eft exigendi fiducia minor eft reddendi devotio: non eft autem magnus amator veritatis, cui * etiam perfona commendet auctoritas.* Et poft pauca: *Non tale aliquid petimus corrigi, quale fuit quod excommunicatione ulcifcebatur Ambrofius. Illud enim non, quamvis male fuerit geftum, creditum tantum erat Theodofii poteftati: quod autem nunc factum eft, vel fi rectum fuiffet, recte non fieret: quia nulli Regum hinc aliquid agere, fed folis eft facerdotibus datum.* Sancire videlicet de fide decretum, cum Imperatorum fit fidem Catholicam coram facerdotibus profiteri, non eamdem præfcribere facerdotibus atque omnibus Chrifti Fidelibus. Hæc ad calcem ferme librorum locutus eft Facundus: quos abfolutos paucos poft dies ipfi obtulit Juftiniano Imperatori.

XXXVI. Sed redeamus ad Synodum, quam diximus hoc anno Conftantinopoli ab ipfo Vigilio Romano Pontifice fuiffe collectam, & in ejus prima Actione auditis altercationibus ambarum partium, defenfiones ab ipfis fcriptis mandandas, Synodoque reddendas effe præceptas: quibus omnibus acceptis, eafdem Imperatori juffit effe tradendas. At non placuerunt ifta Facundo, nec reliquis Trium capitulorum defenforibus, cum jam poftea inter fchifmaticos militare cœpiffet: ipfe enim eadem conatus eft fugillare, in deteriorem partem accipiens. Sed audi ipfum Facundum in libello ad Mocianum inter plura de eadem Synodo ifta fubinfenfe dicentem: *Geftis de medio fublatis, quibus caufa cœperat aperiri, & interrupto fuo judicio Vigilius, a confidentibus Epifcopis flagitavit, ut quid eis de caufa videretur, prolata quifque in fcriptis refponfione, fignaret. Et quia illi Epifcopi maxime Conftantinopolim occurrerant in ejus adventum, quorum nulla in hac caufa fubfcriptio tenebatur, & de fua fuerant integritate fecuri; per occafionem hujus interrogationis ipfi quoque feparatim compulfi funt ab adverfariis Ecclefiæ, quomodo dictaverunt in præjudicium magni Concilii, refpondere: Ac ne poftea fubtraherent, & quæ fcripto refponderant, judicio non offerent: jam fub profecutione ipforum atque cuftodia palam ad illum deducebantur, tradere fua profana & deteftanda refponfa. Oculis noftris hæc vidimus nos: Acephalos coram ipfo Judice alacres & exultantes afpeximus, cum Epifcopos ad eum,* Vigilium fcilicet, *adducerent, eadem refponfa portantes. At quomodo hæc fic inhæreant cordibus audientium, ut fic eu deteftari ac lugere poffitis, ficut nos, in quorum animis ipforum malorum adhuc imago verfatur?* Hæc ipfe fubinfenfus in Vigilium, cum jam adverfæ parti faviffe vifus eft. Sed pergit:

*Vigilius fcriptas partium refponfiones exigit.*

*Sufcipiens vero ille,* nempe Vigilius, *memoratas refponfiones, poft aliquot dies ad Palatium attulit, atque alteri detulit parti in præjudicium Synodi Chalcedonenfis cum aliorum chirographis, qui antea fubfcripferant, refervandas. Verum ne fuis traditor videretur, talibus verbis eos fefellit, ut diceret: Quod apud nos refervamus ifta contraria Synodo Chalcedonenfi refponfa, ut inventa quandoque in Ecclefiæ Romanæ fcrinio, a nobis approba-* XXXVII.

PAGIUS *Vigilius Conftantinopoli pofitus fe III. Capitula damnaturum promittit.*

Eutychio, tribus aliis Patriarchis, aliifque Epifcopis datæ *pridie Id. Jul. Chalcedone, Imperante Domno Juftiniano PP. Augufto an. XXVII. poft Confulatum Bafilii V. C. anno XII.* anno fcilicet Chrifti DLIII. *Quando,* inquit Juftinianus, *Religiofiffimus Papa Antiquioris Romæ ad iftam magnam Civitatem pervenit, omnia ifta manifeftata funt* (nempe Tria Capitula a recta fide effe aliena) *& cum hæc examinaffet, & condemnavit, & fatisfactionem in Scriptis expofuit tam nobis, quam piæ recordationis tunc conjugi noftræ. Nec enim putabamus, nec ab eo, nec ab aliis quorumque inviolatam communionem fufcipere, qui non iftam impietatem condemnat. Sed & facramenta terribilia in Scriptis juravit, ut in eadem permaneret voluntate in condemnatione & anathemate prædictorum Trium Capitulorum, & nullo modo vel tempore conaretur aliquid ad refutationem condemnationis prædictorum impiorum Trium Capitulorum. Quod autem fine fcriptis fæpius condemnavit impia Tria Capitula coram glorioffimis Judicibus & religiofiffimis Epifcopis, & plures ex vobis, qui convenitis cognofcunt; & hæc agens permanfit feptem annos. Poftea vero & fcripta inter vos & illum proceffrunt, in quibus invicem confeffi eftis convenire & Synodice prædictorum Capitulorum facere condemnationem. Et poftea invitatus tam a nobis quam a veftra Religiofa Synodo communiter quidem convenire recufavit,* Con-

*bata credantur? Sed afferamus illa in Palatium, & de illis agant ipsi qui jam noverint. Quasi ea scindere vel arere ipse non posset, autem per suam evacuare sententiam aut ipsis a quibus fuerant data refundere, qua nec suscipere ab eis nec extorquere debuerat. Si vero decretum generalis Synodi præcavebat, atque ista solita fictione fingens ejus præjudicium se cavere, hoc pro voluntate contrariorum fecit, quod ei, si dissimulemus, præjudicet: quomodo enim non præjudicet, si demonstrentur triginta circiter Episcopi cum Romano Antistite Constantinopoli congregati (ut illos omittam qui ante subscripserant) condemnasse cum approbatoribus suis epistolam a Chalcedonensi Concilio approbatam, & illum Episcopum cujus doctrina laudes in memorato Chalcedonensi Concilio citatæ sunt, nemine resistente, cum suis dogmatibus anathematizasse post mortem, scientibus cæteris & in eorum communione manentibus?* Hæc Facundus postea jam factus hostis, cum videlicet se inter schismaticos collocasset, invectus & in Vigilium plurimum de chirographo ante ab eo tradito, cum Pontifex fieri ardenti desiderio laboraret; ista refricans & inculcans, ne (quod ait) personæ summa auctoritas causæ præjudicium afferret: ut schismaticorum atque hæreticorum mos est, cum ea criminibus in adversarios irrogatis suam volunt causam defendere, & præseferre justitiam. Utinam extarent ipsa Synodalia Acta, ex quibus fuissent ipsi redarguendi schismatici; non enim locus relictus esset imposturæ.

XXXVIII. Quid ad Vigilium Facundus in Synodo. Sed quod illis caremus, fragmenta hinc inde non sine magno labore collegimus, nec aliunde quidem quam ex ejusdem temporis scriptis, licet magna ex parte illa perierint. In primis autem ex ipso Facundo accipe, quæ in libello tunc temporis ad Mocianum conscripsit; ubi tunc adversatum se fuisse Vigilio tradit, dum ait: *Accipite quæ in judicio ipsius Vigilii inter alia fuerim prosecutus, sicut edita nobis ab Officio tertiæ Actionis gesta declarant. Ego enim fateor simpliciter beatitudini vestræ, non pro Theodori Mopsuesteni damnatione me a contradicentia communione subtraxisse: hoc enim vel si approbandum non sit, ferendum tamen existimo, nec tantam esse causam judico, pro qua deberemus a communione multiplici segregari: sed quod ex persona Theodori epistolam Ibæ Nestorianam probare conati sunt; & quod ex epistola Ibæ Synodum,* Chalcedonensem scilicet, *a qua suscepta est, improbarent.* Hæc Facundus, cum jam a Vigilii sententia recessisset, in ipsum invectus, quod jam in defensione Trium capitulorum, quam ante acerrime susceperat, tepuisset.

Qui enim absens (ut diximus) pro Trium capitulorum defensione visus est laborasse Vigilius, & adversus eos, qui ea una cum Justiniano Imperatore oppugnabant, insurrexisse: re perpensa, videns nihil afferri præjudicii Chalcedonensi Concilio, vel Catholicæ fidei, quam quis partem tueretur, cum re vera omnes æque damnarent errores qui fuerunt Theodori, Theodoreti, & Ibæ; sed maximum damnum accipi ex eo, quod iidem ferme omnes inhærentes novæ Imperatoris constitutioni, qui in Ecclesiæ Catholicæ communione hactenus retinebantur, jamjam in gratiam Imperatoris schismate essent dividendi: hæc, inquam, Vigilius Papa considerans, primum quidem ne ob id Occidentales defensores Trium capitulorum scandalum paterentur, rem secreto transigendam esse, atque (ut in ea quæ non spectaret ad fidei veritatem) dissimulandam putavit. Demum vero cum sibi adversarii sentiret Episcopos Africanos, & res esset in eo statu reposita, ut sive Occidentalibus paucis, sive Orientalibus omnibus sibi inhærendum esset; consultius sibi visum, istorum, nempe Orientalium favere sententiæ, quam illorum; secreto de his judicans: sperans fore, ut & ii etiam in eam sententiam perducerentur: sed res aliter accidit, perstantibus Occidentalibus in sententia qua semper fuerant pro Trium defensione capitulorum, atque eidem firmiter inhærentibus; adeo ut ejus causa sese a communione Catholica, schismate conflato, diviserint. Hæc quidem de Vigilio Papa ita transacta esse, ea quæ dicta sunt atque dicentur, certam fidem faciunt. XXXIX. Vigilius eos favere visus est Orientalibus.

Sa-

PAGIUS *Contraria autem factus est suæ voluntatis, ea defendens, quæ Nestorii & Theodori sequaces sapiunt, &c.*

VIII. Synodus Constantinopolitana. Has Literas Baronius non viderat, sed recitantur a Baluzio Tomo I. Novæ Collectionis Concil. pag. 1546. hujusque pollicitationis meminit Facundus in Libro contra Mocianum his verbis: *Occulta ejus ante Judicium pollicitatio tenebatur, in qua se spopondit eadem Capitula damnaturum*, ubi *Judicii* nomine intelligit Synodum LXX. Episcoporum apud Constantinopolim, cui præfuit Vigilius, & interfuit Facundus. Agit hoc anno Baronius num. XXXII. & seqq. de hac Synodo Constantinopolitana, quam dicit fuisse triginta Episcoporum. Verum Facundus, qui tunc præsens erat, in Libro contra Mocianum ait: *Adfuere septuaginta circiter Episcopi cum Romano Antistite congregati.* Præterea hæc Synodus anno tantum sequenti celebrata. Nam Justinianus loco laudato septem annos, quos memorat, ab ea Synodo non deducit, sed a priori pollicitatione Vigilii facta *ante Judicium*, seu ante Synodum istam, quæ habita fuit antequam Vigilius suum *Judicatum* emitteret, quod etiam anno sequenti datum esse mox ostendam. Hæc Synodus tribus Actionibus absoluta fuit, in quarum ultima hæc a se dicta esse testatur Facundus in lib. contra

Mo-

XL. Vigilius contra tria Capitula laboravit.

Sane quidem nemo jure inficias ire poterit, Vigilium adversus Tria capitula ad Mennam Constantinopolitanum Episcopum libellum conscripsisse; id ipsius Vigilii scriptis testantibus, nempe publicis Actis latæ ab ipso sententiæ in Rusticum & Sebastianum & alios Trium capitulorum defensores, de quibus dicturi sumus; cum queritur adversus Rusticum, quod se inconsulto, quam citissime sententiam suam, quam *Judicatam*, appellat, ad Mennam conscriptam, in diversas provincias promulgasset. Id quoque testari videtur in epistola ad Valentinianum (*a*) Episcopum Tomitanum in Scythia, ubi tamen de calumnia queritur, nimirum quod ab ipsis fuisset divulgatum, Vigilium quoque damnasse Theodoretum & Ibam, quos recepisset Chalcedonense Concilium. Equidem sparsum in vulgus fuisse de damnato ab eo Theodoreto, ex alia epistola Vigilii olim scripta ad Theodoram Augustam, Liberatus (*b*) diaconus tradit; at id ut omnino commentitium neque ejus postea adversarii ausi sunt (quod procul abhorreret a veritate) illi tribuere. Sed & de consensu Vigilii sive scriptis, sive sine scriptis prodito contra Tria capitula, Acta Quintæ Synodi sæpe fidem faciunt. Quinetiam Sexta Synodus Actione septima continet Vigilii Papæ adversus Tria capitula monumenta, quibus argumenta contra eadem Tria capitula allata narrantur: adeo ut nulla dubitatio esse possit, quin de his Justiniani sententiam edicto editam comprobarit.

(*a*) *Extat act. 7. Quint. Synod.*

(*b*) *Liberat. diac. Brev. c. 22.*

XLI. Vigilii de quæstione tacendum decernit.

Sed quid accidit? Cum id innotuisset Africanis Episcopis, & aliarum Ecclesiarum sacerdotibus atque primum omnium ipsis, quos secum duxerat, diaconis Romanæ Ecclesiæ Rustico, Sebastiano & aliis; & magnæ ob eam causam turbæ, discordiæ, dissidiaque essent obortæ: mox idem Vigilius emissam de Trium capitulorum damnatione sententiam suspendit, seu potius revocavit; & consentientibus etiam illis qui jam damnarent eadem Tria capitula, Theodoro videlicet Episcopo Cæsariensi atque Menna Constantinopolitano, rursum ab eodem Vigilio promulgatum decretum est, quo decernebatur, ut de controversia de Tribus capitulis penitus taceretur usque ad proxime cogendam Synodum universalem: sicque res aliquandiu consopita siluit. Ita prudenter periclitanti Ecclesiæ visus est consuluisse Vigilius, ne ob eam controversiam universus Christianus orbis inter se collideretur, atque Oriens ab Occidente schismate scinderetur: sperans fore, ut mora temporis aliquod posset excogitari remedium, quo utrique parti consuleretur.

XLII. Vigilius patientia agendum putavit.

De hoc quidem Vigilii decreto, & quodammodo inita cum Theodoro atque Menna transactione, testes sunt Acta publica, quibus lata a Vigilio Papa postea sententia contra Theodorum atque Mennam continetur: etenim hæc ipsa verba scripta leguntur in ipso libello sententiæ vigesimoquinto anno Imperii Justiniani dato, anno nimirum Domini quingentesimo quinquagesimoprimo; cum quid ab hoc tempore per Vigilium actum sit, ita ab ipso docetur: *Nos vero longanimitatem nostram divina largitate concessam tam circa te, quam circa seductos abs te, pene hoc quinquennio elapso monstravimus. Primum quidem in eo, quod pro scandalo refrenando, condescendentes quorundam animis, quos aliqua dispensatione * credimus temperandos, quia tu jam eos pluribus annis inquietissimus stimulator accenderas, quadam pro tempore medicinaliter existimavimus ordinanda, tali sub conditione, ut omni in posterum perturbatione sopita, nihil ultra nec verbo, nec litteris quisquam facere ex eadem causa præsumeret. At tu consuetudinis tractus audacia, neque tunc cessare a conscribendis vel prædicandis novitatibus voluisti; ita ut sæpius libellis Episcoporum redditis, & consensum tuum cum eis propria confessione condemnans, eorum vel tuis excessibus sæpius a nobis concedi veniam postulasses.*

* dissipatione Theodori temeritas condemnatur.

XLIII. *Post hæc autem, cum te a præsumptione solita nec pudor humana verecundiæ, nec sacerdotii pondus, nec timor divini judicii cobiberet, dum amplius quam justum fuerit, patientiam tuis facinoribus*



PAGIUS

Mocianum: *Ego fateor simpliciter Beatitudini vestra non pro Theodori Mopsuesteni damnatione mea contradicentium* (idest Severianorum) *communione subtraxisse. Hoc enim vel si approbandum non sit, ferendum tamen existimo; nec tantum esse causam judico, pro qua deberemus a communione multitudinis segregari; sed quia ex persona Theodori Epistolam Ibæ Nestorianam probare conati sunt, & ex Epistola Ibæ Synodum, a qua suscepta est, improbare.* Quæ protulit, Facundus post quam jam a Vigilio recessisset.

IX. *Vigilius Judicatum emittit.*

Cum secus ac sperabat, res succederet, Facundo & quibusdam aliis Actis *Tria Capitula* vehementius oppugnantibus Acta Synodi *Vigilius* interrumpens statuit per semetipsum sententiam proferre, tandemque *Judicatum* ad Mennam scripsit, in quo propugnata huc usque Tria Capitula mutata derepente sententia, damnavit, objecta tamen hac clausula: *Salva in omnibus reverentia Synodi Chalcedonensis.* Jam enim videre cœperat, quod Græci recte monebant, Tria Capitula ad Synodum Chalcedonensem non spectare, quæ jam finita erat, antequam illa nominarentur, & de quibus Leo Magnus sententiam minime tulerat, quippe qui Acta Synodi usque ad definitionem fidei solummodo approbarat. Sed de his fuse Baronius, licet loco non suo: ideoque hæc Synodus Constantinopolitana cum Sirmondo in Notis ad Facundum & Em. Card. Norisio in Dissert. de Quin-

*præberemus : ad hoc est causa producta, quatenus, sematis omnibus, quæ de Trium capitulorum quibuslibet dicta scriptave fuerant, quid de ipsa re facto opus esset, cum Africanarum, Illyricanarum seu Valliarum* * *partium congregata Synodo tractaremus, eorum maxime præsentiam requirentes, quarum fuerat scandalizata fraternitas. Illud quoque magnopere nobis cum clementissimo Principe, præsentibus etiam Menna Constantinopolitanæ civitatis, & Dacia Mediolanensis urbis Antistite, aliisque tam Græcis quam Latinis Episcopis, cum quibus omnibus etiam tu Theodore pariter affuisti, necnon & præsentibus Judicibus ac proceribus, universoque Senatu, convenit, ne usque ad memoratam Concilii definitionem quicquam de præfatis Tribus capitulis ab aliquo fieri intentaretur. At deinde tuis ex incitamentis liber condemnationem capitulorum ipsorum continens in Palatio te assistente & instruente, coram quibusdam Græcis Episcopis est relectus, &c.* Satis hæc modo ex sententia in Theodorum lata, quam suo loco inferius integram recitabimus: ea eaque hæc deducta sufficiant, ad ostendendum ab hoc anno ad illud usque tempus in ea causa Trium capitulorum ab ipso Vigilio indictum fuisse silentium; cum & ipse Theodorum eorumdem prius factam condemnationem iterum promulgantem, lata in eum sententia condemnavit.

* Galliarum Helladarum vel aliarum.

XLIV. *Vigilius creditus consensisse damnationi trium Capitulorum.*

Sed quid accidit? Ea his quæ dicentur satis apparet, ejusmodi indictum a Vigilio Papa silentium a defensoribus capitulorum in deteriorem partem acceptum, collusionemque cum adversariis interpretatum, vel saltem subdolam conniventiam; cum videlicet (ut ostensum est ex petulantia Theodori) iidem nequaquam conticescerent, sed eorumdem condemnationem in Palatio omnibus ostentarent: sicque indictum ea de re silentium, non aliud quam tacitum Vigilii consensum interpretati sunt. Quod enim ipse cum esset absens, litteris libellisque, iis qui consenserant (ut vidimus) fuisset comminatus, quodque etiam (ut dictum est anno superiori) litteras absens in via scripsisset adversus eos qui edito ab Imperatore fidei decreto subscripserant; verum iisdem Vigilius veniens consensisset, & postea silentium indixisset, atque ad futuram Synodum provocasset: ipsum non recto incedere pede sunt arbitrati: adeo ut perseveraverit apud Occidentales illa de ipso sententia, Vigilium Papam in damnationem Trium capitulorum consensisse. Atque grave passi sunt scandalum ipsi capitulorum defensores, qui ejus cupidissime expectarunt adventum, ut Apostolica auctoritate ab ea quam patiebantur vindicarentur Imperatoris tyrannide usurpantis sibi quæ essent Episcoporum; ubi viderunt omnia in contrarium esse mutata, atque demum transacta silentio, quæ sibi videbantur fuisse insectanda atque explodenda clamoribus; sicque in eumdem veluti desertorem prævaricatoremque insurrexere, quem cum adversariis communicare viderent.

XLV. *Vigilius communicat damnantibus tria Cap.*

Constat quidem, eosdem quos ante vel ipse Vigilius, vel ante ipsius adventum ejus diaconus Stephanus a communione eadem ex causa suspenderant, a Vigilio ipso, cum venit in communionem esse susceptos, nempe Zoilum Alexandrinum Episcopum, qui (ut vidimus) edicto subscripserat, ea tamen conditione si ratum haberetur a Romano Pontifice, & Theodorum malorum omnium auctorem, necnon Mennam Episcopum Constantinopolitanum, qui primus post Theodorum ab eis vocabatur in crimen. Hos namque omnes, Zoilum, Theodorum, & Mennam a Vigilio communionis Catholicæ factos fuisse participes, ex eodem Vigilii libello de sententia in Theodorum lata evidenter apparet: testante disertis verbis ipso Vigilio, Zoilum Romanæ connexum Ecclesiæ ex Apostolica eidem communione concessa; itemque Theodorum & Mennam usque ad illud tempus indicti silentii eidem communione fuisse conjunctos postea vero ea Theodorum privatum, Mennam vero suspensum. Ea ejusmodi igitur confœderationis ostensis symbolis, non

PAGIUS

ta Synodo cap. 4. in annum sequentem conferenda.

X. *Sed anno tantum sequenti.*

Non bene etiam Baronius num. XL. tradit, *Judicatum* hoc anno a *Vigilio* publicatum. Nam, ut observavit ibidem Card. Norisius, *Vigilius* Judicatum tradidit Mennæ *Sabbato Sancto*, ut ipsemet Vigilius in Epistola ad Rusticum & Sebastianum asserit, & Justinianus, Vigilii sententia commendata, tandem Sacris Divalibus omnibus Romani Imperii populis anno sequenti intimavit, teste Victore Tununensi Trium Capitulorum Defensore, cujus Chronicon Baronii tempore nondum in lucem prodierat: *Post Consulatum Basilii anno VIII.* (qui juxta Tununensem est annus Christi DXLVIII.) *Justinianus Imp. per diversas Provincias Regni sui finibus constitutas instantissime scribit, & Antistites cunctos præfata Tria Capitula damnare compellit*. Quod si hoc anno Judicatum publicatum fuisset, ut credidit Baronius, ejus intimationem Justinianus usque in annum sequentem non distulisset, ac præterea Sabbato Sancto Mennæ traditum non fuisset; cum juxta ejus opinionem *Vigilius* nondum Constantinopolim pervenerit. Adhæc hoc anno, Sabbato Sancto, die nempe XXIII. mensis Martii in quem illud incidebat, Mennas exclusus erat a communione, neque ea illi reddita ante diem XXIX. mensis Junii hujus anni, ut mox ex Theophane ostendimus. Quare *Judicatum* acce-

non a defensoribus tantum ( ut dictum est ) fuit existimatum & prædiextum Vigilium Papam adversariis adhæsisse, atque pariter Tria illa capitula condemnare perseverasse; verum etiam ab iisdem Trium capitulorum impugnatoribus id ipsum, fuit assertum atque summa gloria divulgatum,

XLVI. *Excusatus Vigilius.* Qui rem exacte absque aliquo affectu privato considerant, ipsum Vigilium excusant: quod qui absens adeo per litteras fuerat comminatus, mitius egit, ubi præsens rem proxime est intuitus: ostensa enim & ob oculos posita Ecclesiæ facies omni ex parte miserabilis & quovis deplorandæ luctu, aliter decernere persuasit: Siquidem simul eum quatuor Orientalium sedium Patriarchis qui subscripserunt, omnes ferme illis subiectos Episcopos in eamdem sententiam atque subscriptionem inductos inveoit. Quamobrem nimis durum & asperom, valdeque acerbum atque inhumanum ipsi visum, Apostolica auctoritate, quam ad ædificationem non ad destructionem sibi sciret esse concessxm, veluti ono gladii ictu Orientem ab Occidente discindere: cum præsertim sciret, re vera non de fide esse quæstionem, quæ dissimulari minime posset, sed de personis, ut ex S. Gregorio superius dictum est.

XLVII. Licet enim pro fide pugnare adversus errores Theodori, Theodoreti, & Ibæ, impugnatores præseferrent; non tamen

( quod sæpe inculcatum est ) his adversantes ipsi defensores Trium capitulorum æque defendebant errores Theodori, Theodoreti, vel Ibæ: nam & ipsi eos penitus execrabantur, sicut & illi qui contra tria capitula sententiam propugnabant; cum & utraque pars in primis nihil se magis velle contestaretur, quam consultum esse Catholicæ fidei probatæ a sacrosancto Concilio Chalcedonensi. His etiam accedebat, quod qui impugnabant Tria capitula, a sententia illa divelli posse, cui astringebantur Imperatoria voluntate, impossibile videretur. *Non de fide, sed de personis fuit contentio.*

XLVIII. *Vigilius prudenter egit.* Quid igitur peccasse Vigilius dicendus fuit, si de causa illa usque ad futuram Synodum esse tacendum indixit, quæ potius ( si fieri potuisset ) perpetuo erat silentio condemnanda, sopienda, immo sepelienda, atque penitus extinguenda? Quod vero id non liceret, partibus acerrime adversus se invicem concertantibus, nec spes ulla esset ut posset pax desperata componi: ad fœderis remedium in tanto discrimine itum est, ut cum nulla spes esset in perpetuum sanciri silentium, illud saltem ad tempus indiceretur, ut interea cum cessatum esset ab armis, pax mutua tranquillioribus animis tractaretur: ad quam conciliandam, sicut tempore fœderis sunt concessa commercia, ita & Vigilio placuit omnibus concedendam esse communionem.



PAGIUS

XI. *Gesta anni DL. & DLII.* cepit Mennas die XI. mensis Aprilis, in quem anno sequenti Sabbatum Sanctum cadit.

Em. Card. Norisius citatus dicit, Mennam, ut Vigilium in suam sententiam traheret, ejusdem nomen in Sacris Diptychis primo loco recitendum jussisse: qeam ix rem hæc verba Theophanis laudat: *Mense Januario Patriarchæ Constantinopolitani nomen primo gradu motum est Vigilio ei præposito; nomen enim ejus in Ecclesiasticis Tabulis ad primum gradum promotum fuit.* Annum vero hoc charactere ibidem designari Card. Norisius ait: *Julii mensis die XXVIII. feria tertia* hoc scilicet anno, quo feria III. in diem XXVIII. Julii incidit. Verum Theophanes hæc recitat anno Incarnat. secundum Alex. DXLII. qui Kalendis Septemb. anni Christi DXLIX. inchoatur; ideoque actum id mense Januario anni Christi DL. & Dedicatio, de qua ibidem mentio, facta XXVIII. die Junii, qui cum feria tertia anno DL. concurrebat, non vero die XXVIII. Julii, ut apud Theophanem errore Librariorum legitur, quod anno DLII. evidenter demonstrabo.

XII. In antiquo Codice MS. Bibliothecæ Colbertinæ, qui fuit Nicolai Fabri V. C. referuntur duæ Constantini Magni Epistolæ quarum hic est titulus: *Epistola Constantini Imperatoris a Justiniano Augusto interpretata, ac Vigilio Papæ missa.* Prior his verbis inchoatur: *Gaudete dilecti fratres, perfectam ut divinam accepimus Gratiam,* &c. Secunda scripta est Ecclesiæ Nicomediensi, & his verbis exorditur: *Dominum Deum & Salvatorem Christum omnes cognoscitis,* &c. Post ea in eodem MS. subjicitur: *Hæc exemplaria duarum Epistolarum Dominus Imperator Justinianus Beatissimo Papæ Vigilio translatas in Latino direxit, die quinto Kalendarum Juniar. sexies post Consulatum Basilii, Viri Clarissimi,* hoc sc. Christi anno. Utriusque Epistolæ exemplar a Nicolao Fabro accepit Baronius, ut ipsemet fatetur anno CCCXXIX. num. XII. sed præfatum earumdem titulum omisit, solam clausulam num. XIV. recitare contentus. Posterioris Epistolæ fragmentum tantum Theodoretus retulit lib. 1. cap. 20. Baronius vero eam integram ibidem num. XIII. & XIV. exhibet, addita scilicet priori parte ex interpretatione Justiolani. Sed ubi Theodoretus de ea loqui incipit, Justiniani Translationem Baronius omittit, & Christophorsoni versionem exhibet. Prioris Epistolæ Baronius ibidem num. VIII. meminit, sed eam non repræsentat, verum ea solum, quæ Theodoretus ea ea decerpsit, ut legenti patebit; cum tamen posterioris Epistolæ versio integra, & prior Epistola luce dignæ sint. In utraque invenitur *Constantinus* in Eusebium Nicomediensem, quem Sede dejecerat, eitque se Concilio Nicæno interfuisse, ut perturbationem ex Arii amentia exortam reprimeret, & Episcopos, qui ejus pravitatis consortes fuere, longissime exterminaret. Quare existimo, *Justinianum* Versionem utriusque Epistolæ ad *Vigilium* Papam tunc Constantinopoli agentem misisse, ut ostenderet se in causa Trium *Justinianus versionem duarum Epistolarum Constantini Magni ad Vigilium mittit.*

XLIX. *Theodora Aug. cum Acephalis a Vigilio excommunicata.* Quod autem sciamus ejusmodi Vigilii consilium in deteriorem fuisse partem acceptum, ob idque ipsum collusorem, prævaricatoremque ab adversariis conclamatum, quod ob timorem Imperatoris, ad ejus gratiam promerendam, a cœptis continuo resilierit: ad hæc omnia excusanda illud satis superque esse potest quod summæ constantiæ specimen edidit, ubi hoc anno Constantinopolim venit. Ubi enim non cum Catholicis, sed pugnandum sibi fuit adversus hæreticos, cum quibus minime esse dissimulandum sciret: mox auctoritate Pontificia insurrexit, ac nullo habito respectu potentium, & pro nihilo hac ex parte ducens Imperatoriam potestatem, in ipsam Theodoram Augustam, diutissime magno Ecclesiæ detrimento toleratam, sententiam tandem excommunicationis inflixit, eadem pœna afficiens hæreticos omnes Acephalos Severianos & Eutychianos, quam ipsa eorum patrona meruerat. Hæc quidem haud vulgo jactata, vel teste minus digno feruntur, sed eo, quo ob Pontificiam dignitatem, vitæque sanctitatem, & rerum usum atque scientiam nullus dignior dici potest: Etenim testatur id Gregorius Magnus in epistola ad Hibernos Episcopos schismaticos verbis istis (a): *Postquam recordandæ memoriæ Vigilius Papa in urbe regia constitutus, contra Theodoram tunc Augustam & Acephalos damnationis promulgavit sententiam: tunc Romana urbs ab hostibus adita & captivata est. Ergo bonam causam habuerunt Acephali, & injuste damnati sunt, post quorum damnationem talia contigerunt? Absit: hoc enim nec nostrum quempiam, nec alios qui Catholicæ fidei mysteriis instituti sunt, dicere, vel aliquo modo confiteri convenit.* Hæc Gregorius adversus schismaticos eorumdem Trium capitulorum defensores.

(a) Greg. l.2. ep.36.

L. *Vigilii in pugnando discretio.* Vides igitur, pro diversitate personarum, Vigilium magna consideratione adhibita atque prudentia diverso modo pugnasse, aliterque se adversus hæreticos, aliter cum Catholicis exhibuisse: illos quidem, quibus nec Ave dicendum monet Apostolus (b), quamvis fastu elatos, potentiaque sublimes, excommunicationis sententia, fulminis instar cælitus emissi prostravit: hos autem non abjicit, sed Apostolicis charitatis visceribus fovens, iterum parturit, cum dissimulat annuit, expectat, reprimit, corripit, tolerat. In quorum etiam salutem istiusmodi adversus Theodoram Augustam redundavit ostensa severitas: intendit enim in eam eo modo nervos censuræ Catholicæ, ne ob defensa antea, damnata postea vel suspensa Tria illa capitula, in suspicionem vocaretur proditæ fidei, & cum Eutychianis initæ secreto societatis: sed ut tam evidenti signo ostenso vigoris sacerdotalis in Orthodoxa fide tuenda, & hæreticos eorumque patronam damnando, omnes qui Catholici re vera essent, erigerent animos

(b) Joan. 2.

PAGIUS

um Capitulorum & turbis Ecclesiæ compescendis Constantini Magni exemplum sequi. Vigilius enim linguam Græcam non callebat.

XIII. *Regni Northumbriæ initium.* Hoc anno sextum Heptarchiæ Anglo-Saxonicæ Regnum, *Northumbria* sc. exordium habuit, Malmesburiensi lib. I. de Reg. cap. 3. & Chronographo Saxonico testibus, qui addunt, Idam primum ejus Regem fuisse. Northumbrorum Principatus magnitudo ea fuit, quæ nunc est Eboracensis, Dunelmensis, Northumbriæ, Cumbriæ & Westmollandiæ Comitatuum, & reliquam præterea Lancastrensis Comitatus partem continebat. Ea Provincia in *Deiros & Bernicios* divisa aliquando fuit. Quidquid ab Humbro flumine ad murum Picticum erat, *Deiri* tenebant; quod inde porrigebatur ad Edemburgi fretum usque, *Bernicii*. Hæc tamen divisio aliquo tantum tempore duravit. *Ida* successit *Ella*, vel *Alla*, sub quo venales pueri in Romano foro *Gregorium Magnum* ad Saxonum conversionem traxerunt, ut videre est apud Baronium anno DXCIII, num. LXXXIII. Ex Northumbria, postquam illic Evangelium annunciatum, complures Sancti prodiere.

XIV. *Dedicatio Monasterii Glannafoliensis.* Faustus in Vita Sancti Mauri loquens de Monasterio Glannafoliensi in Episcopatu Andegavensi sito, a Floro ædificato, ait: *Igitur octavo anno postquam ibi adveneramus, Monasterium omne satis convenienter in omni constructione consummatum atque ab Episcopo Provinciæ ipsius dedicatum est. Porro in ipso Monasterio Ecclesiæ quatuor ædificatæ fuerant, &c. His ita completis, prædictus vir Florus non immemor promissionis, quam Deo voverat, pergens ad Theodebertum Regem, licentiam ab eo expetiit, ut ei regularem liceret suscipere habitum, &c. quam cum Rex negare nequivisset, tristis licet & mœrens, pro eo quod ab eo separari nollet, permisit illi quæ deposcebat implere.* Postea Faustus pluribus agit de Floro, atque; cum *annis duodecim, mensibus tribus ac diebus totidem* sanctissime vixisset, XII. Kalend. Septemb. ad Dominum feliciter migrasse. Dein regreditur ad Theodebertum de quo scribit: *Theodebertus Rex, cum quatuordecim annis strenue ac nobiliter Francorum gubernasset Regnum, Theodebaldo filio suo Sedem Regni post se dereliquit*, hoc scilicet Christi anno, non vero anno DLII. ut habet Baronius, quem ibidem refellemus. Monasterii Glannafoliensis anno DXLIV. aliquot post Sancti *Benedicti* mortem mensibus, fundamenta Sanctus *Maurus* jecit. Quare, ut recte observavit Cointius hoc anno num. II. temporum ordinem *Faustus* invertit non alio consilio, quam ut narrationem de Glannafoliensis Monasterii constructione semel inchoatam absolveret. Simili modo, ne sermonem de *Floro* jam institutum interrumperet, prius ejus obitum narravit, quam mortem *Theodeberti* Regis, quamvis fateatur ipsum Florum inter Monachos vixisse *annis duodecim*, & amplius, recteque scribat, *Theodebertum* annos tantum XIV. regnasse. Dedicatio itaque Monasterii Glannafoliensis peracta est anno VIII. ab adventu Mauri

mos; & quæcumque ab ipso Vigilio gererentur, in meliorem partem acciperent: cum jam certo scirent, nihil apud ipsum Romanum Pontificem antiquius esse, quam adversus hæreticos fidem Catholicam propugnare, posterisque sartam tectam relinquere. Quæ autem hæc secuta sint, suo loco dicemus.

Quin-

PAGIUS ri in Franciam, ac post Theodeberti Regis mortem. Quod si quis contendat, Theodeberto vivente illud Monasterium dedicatum esse, Faustum vel Odonem insinuare, respondebo, loco *altero anno postquam advenerramus*, legendum esse, *quarto anno postquam advenerramus*, intra quod tempus quatuor illæ Ecclesiæ ædificari potuere. Nam, ut inquit Faustus, *Opus ceptum quotidie accelerabant*, & Theodebertus Rex Floro mandaverat, ut undique Architectos colligeret, ut huic ædificio incumberent.

Denique in Vita Sancti *Placidi* ejus Monasterium dicitur intra annos quatuor absolutum, & in Vita Sanctæ *Gertrudis* in tres Libros divisa part. 2. num. X. legitur, Monasterium a *Begga* ejus sorore, in quo erant quinque Ecclesiæ, intra duos annos in *Gertrudis* honorem conditum fuisse. Quæ in medium adduco, quia non existimo hac in parte Vitam Sancti Mauri ab Odone interpolatam fuisse, sed errorem in numeros irrepere potuisse.

| JESU CHRISTI ANNUS 548. | VIGILII PAP. ANNUS 9. | JUSTINIANI IMP. 22. TOTILÆ REG. 7. |
|---|---|---|

I. QUingentesimus quadragesimus octavus Christi annus, idem post Consulatum Basilii septimus, & belli Gothici decimustertius a Procopio (*a*) numeratur: quo novis cladibus in Italia diversis in locis Romanus exercitus a Gothis afficitur: additumque ad alia damna, ut Sclavinorum exercitus, transmisso Istro, Illyricum occuparit. Hæc omnia Procopius pluribus. Sed neque his motus adversis revocatur Imperator a susceptis adversus Tria illa capitula studiis, quibus majorem inflixit Ecclesiæ cladem, quam a barbaris pateretur Illyricus. Audi igitur lugubrem de oborto schismate & a Romano Pontifice defectione tragœdiam.

(*a*) *Procop. de bello Goth. l. 3.*

*Sclavini occupant Illyricum.*

II. Cum Romanæ Ecclesiæ diaconi Rusticus atque Sebastianus Constantinopoli apud Vigilium agentes vidissent ipsum Summum Pontificem minime condemnasse (ut in votis erat) qui damnarant Tria illa capitula, immo & ipsum cum illis communicasse: iidem ab Africanis impulsi, adversus ipsum Vigilium rebellarunt: id vero præ ceteris operati sunt Felix Gillitanus monasterii in Africa Abbas, atque Lampridius, qui hanc ob causam Constantinopolim se contularant: & licet hi primum rejecti fuissent a Vigilii Papæ clericis, eo quod ipsius Pontificis vitarent communionem; dolo tamen se insinuantes Sebastiano diacono, eumdem a Vigilio abstraxere, qui & secum in eamdem schismatis societatem Rusticum item Romanæ Ecclesiæ diaconum captivum duxit. Hi vero cum gloriarentur vindices insurgere pro Concilio Chalcedonensi, in eamdem societatem traxerunt etiam Vigilii subdiaconos, Defensores, atque Notarios, quorum hæc sunt nomina, Joannes, Gerontius, Severinus, Importunus, alterque Joannes, & Deusdedit. Hi quidem adversus eumdem Romanum Pontificem ad diversos Episcopos in diversas provincias litteras dedere. Hæc autem omnia expressa habentur in libello sententiæ adversus Rusticum atque Sebastianum prolatæ, quem suo loco recitabimus. Ejusdem vero Felicis Gillitani hujus schismatis instigatoris meminit etiam Facundus episcopus in libello ad Mocianum, eumque maximum defensorem fuisse Theodori Mopsuesteni docet, Abbatemque nominat. Sic itaque sub prætextu defendendi Concilii Chalcedonensis maximum fuit in Ecclesia Dei schisma conflatum, & ca-

*Qui Rom. Eccl. clerici defecerunt a Vigilio.*

---

PAGIUS SÆC. VI. Anno Eræ Hispan. DLXXXVI. A.C. 548.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6041.

☉ 25. ED. ☽ 17. P. 58. April. Indict. 11.

JESU CHRISTI 548.

VIGILII PAPÆ 12.

JUSTINIANI IMP. 22.

TOTILÆ REG. 8.

I. *Postconsulatus.* [1] HIc annus ista formula notatur: *Post Consulatum Basilii V. C. VII.* & juxta modum loquendi Victorianum, *P. C. Basilii V. C. anno VIII.*

II. *Gesta anno belli Gothici XIV.* A num. I. ad VII. est hic annus belli Gothici, XIV. ideoque gesta anno ejusdem belli XIII. quæ attingit Baronius, ad annum superiorem revocanda. Quæ cum parvi momenti sint, legenda apud Procopium lib. 3. de Bello Gothico a cap. 15. ad 30.

III. *Vigilius Constantinopoli Synodum cogit, & Judicatum emittit.* Vigilius Papa Constantinopoli Synodum celebravit, & diuturnioris in Urbe Regia moræ impatiens, Justiniani violentiis fractus *Judicatum* ad Mennam Patriarcham Constantinopol. in quo Tria Capitula damnavit, scripsit; qua de re Vigilius ipse in Literis contra Theodorum ita loquitur: *Pro scandala refrenando, condescendentes quorumdam animis, quos aliqua dispensatione credidimus temperandos, quia tu jam ex pluribus annis inquietissimus stimulator accenderas, quædam pro tempore medicinaliter existimavimus ordinanda, tali scilicet conditione, ut omni imposterum perturbatione sopita, nihil ultra nec verbo, nec literis quisquam facere ex eadem causa præsumeret.* Utrique parti se fecisse satis Vigilius putavit; Græcis, quod Tria Capitula condemnasset; Latinis, quod salva Synodo Chalcedonensi id se fecisse contestaretur. Præsto erant Vigilio inter alios *Rusticus & Sebastianus* doctissimi Romanæ Ecclesiæ Diaconi, qui uterque *Judicatum* summis laudibus extulit. At Facundus Episcopus Hermianensis, qui etiam Constantinopoli aderat Vigilium mendacii, proditionis, collusionis cum Ace-

---

NOTÆ [1] P. C. *Basilii* VII. vel *an.* VIII.
Lapis Terracinæ in Ecclesia Cathedrali, inter Donianas Inscriptiones Cl. XX. n. 77. pag. 540.

HIC. REQVIESCIT. IOANNES. B. M. Q. V.
PL. M. AN. LX. IN PACE. C. III.
IDVS. FEBR. SEPTIES. PC BASILI VC.

Exstat & apud Fabrettum pag. 758. n. 633. GEORGIUS

& calumuiis eaugitatus ipſe Vigilius, quaſi ſautor acceſſerit impugnantibus ipſam ſactoſanctam Synodum Chalcedonenſem: factumque ut undique ab Epiſcopis Orthodoxis querelarum plenæ ad eumdem Pontificem litteræ ſcriberentur, de quibus ſuis locis agemus.

III. Tumultus udverſus Vigilium exortus.

Cum enim iſtiuſmodi ab Eccleſiæ Romanæ diaconis diverſarum Eccleſiarum Epiſcopi litteras percepiſſent: haud putantes contemni debere, quæ de re tanta a viris tantis e tali loco, nempe Conſtantinopoli ſcriberentor; magnopere turbati ſunt, verumque eſſe exiſtimantes quod ab ipſis diaconis Romanæ Eccleſiæ ſcriberetur, ipſum ſcilicet Romanum Pontificem molitum aliquid contra Chalcedonenſe Concilium: magnopere commoti ſunt, eorumque nonnulli ſe ab ipſius Romani Pontificis communione disjunxere; alii ad tempus donec res magis ſibi explorata fieret, ab ejus ſe conſuetudine temperavere; alii vero, quibus major inerat in re tanta prudentia, ad rem apertius cognoſcendam nuncios miſere Conſtantinopolim, litteraſque ad ipſum Vigilium conſcripſere: ſicque duorum Romanæ Eccleſiæ diaconorum nempe Ruſtici & Sebaſtiani litteris univerſus concuſſus eſt Orbis, Eccleſiaque Catholica perturbata & in ſummum diſcrimen adducta, jactaque ſunt ab eiſdem immenſi ſchiſmatis fundamenta, adnitentibus cum ipſis potiſſimum Africanis, qui (ut dictum eſt) adverſus Imperatorem primum pro Concilio Chalcedonenſi (ut ſibi videbatur) erexere vexillum. Hæc omnia (ut diximus) expreſſa habentur in libello damnationis amborum diaconorum ſequenti anno a Vigilio Papa conſcripto.

IV. Ruſticus Diac. ſcribit contra Vigilium.

Sed & his omnibus inſuper a Ruſtico diacono additum, ut ad ſuam firmandum pro Trium capitulorum defenſione ſententiam, commentarium per dialogiſmum ſcriberet adverſus Acephalos, ad cujus finem poſita ab eo fuit de Tribus capitulis diſputatio. Extat ipſe quidem, ſed fine decurtatus, ubi de Tribus capitulis controverſia tractabatur. Nam inter diſputandum, cum urgeret Orthodoxus hæreticum, ut Dioſcorum anathematizaret; ad hæc hæreticus: *Nos interim non de cauſis ſingulorum colloquimur perſonarum, ſed de fide univerſaliter diſceptamus: Hoc vero negotium illi ſervabimus tempori, quando de Diodoro, Theodoro, Iba, & Theodoreto diſputabimus, cauſas perſonarum quæſtioni de fide miſcentes.* Hæc ibi: ex quibus appareat eumdem librum fine carere, cum ea illic quæ dicenda propoſuerat, deſiderentur. Sed & cum deſit in fronte operis nomen diaconi ad quem tomum illum inſcribit: conjectura ducimur & illud eſſe ſubtractum, neque alium quemquam hunc fuiſſe, quam collegam in ſchiſmate, quem diximus, Sebaſtianum diaconum, ad quem inter alia præfatur:

V. *Memento* (inquit ipſe) *Chriſtianum te eſſe atque diaconum, & hoc ſummæ totius univerſitatis Eccleſiæ*, nempe Romanæ. *Si importabile onus eſt ordinis, quare ullo modo aggreſſus es dignitatem? Semel diaconus factus, tuis votis obligatus es Deo: alioqui debuiſti reputare prius, & circa* * *hujuſmodi gradum cum adverſario tenere pacem, perquirens ſi tu cum decem millibus viginti adverſarii millia evincere potuiſſes.* Hæc & alia Ruſticus diaconus collegam incendens ad prœlium: un-

* circa

PAGIUS

cephalis, ambitionis, venalitatis arguit, ut videre eſt præſertim in libro contra Mocianom.

IV. *Ob Judicatum in Occidente tumultuatum.*

In Occidente ubi primum Vigilii *Judicatum*, ac nova Principis Edicta innotuere, conqueri ſimul ſinguli, ac deplorare Synodi Chalcedonenſis auctoritatem a Vigilio depreſſam, proditam ab illo fidem, & Eccleſiam pravo dogmate imbutam. Africani non modo *Judicatum* non approbarunt, ſed eidem conſentientes Eccleſiaſtica communione privarunt. Idem ab Illyricis Epiſcopis factum. Fremebat univerſus Occidens, palamque Juſtiniani Juſſis non modo Epiſcopi, ſed integræ plebes refragabantur, unde Imperator ex Vigilii Judicato lites in immenſum auctas intelligebat, quas tamen eo Scripto componendas ſperaverat.

V. *Ruſticus Diaconus ſcribit adverſus Vigilium.*

Non ſolum in Occidente, ſed etiam a pluribus, vel in ipſa Regia Urbe, paſſim *Vigilius* traducebatur; eorum nomina habentur in ſententia lata a Vigilio contra *Ruſticum & Sebaſtianum*, qui perſuaſionibus victi exeunte hoc anno a priori ſententia diſceſſere, ac perfricta fronte a Vigilii communione ſegregati hoſtium numerum auxere, ac Literas quaquaverſum diſſeminantes, quibus ſignificabant, Vigilium *aliquid ſcripſiſſe, quod reperiatur adverſum definitioni Sanctæ Chalcedonenſis Synodi*, teſte ipſomet Vigilio in ſententia adverſus eos lata, de qua infra. Exiſt adhuc Libellus Ruſtici in Bibliotheca Veterum Patrum, cujus titulus: *Dialogus adverſus Acephalos, in quo fidei definitio in Concilio Chalcedonenſi facta defenditur, & hæretici ab ea deſcientes refutantur.* Baluzius Tomo I. Novæ Collect. Concil. in Præfatione ad Acta Concilii Chalcedonenſis num. XXV. & pag. 1128. hunc *Ruſticum* Vigilii Papæ nepotem unum eumdemque cum illo fuiſſe, qui priorem Verſionem Latinam Concilii Chalcedonenſis cum Codicibus antiquis contulit, demonſtrat. Uterque enim Acephalorum hoſtis fuit, ac Trium Capitulorum Defenſor. Nam de interprete Concilii Chalcedonenſis multa ſunt, quæ probent: in prima Actione Chalcedonenſi, ubi recenſentur Acta ſecundæ Synodi Epheſinæ Euſtathius Epiſcopus Beryti laudat Epiſtolas Cyrilli Alexandrini ad Acacium Epiſcopum Melitenæ, Valerianum Iconii & Succeſſum Diocæſareæ. Ad hunc autem locum ita annotat Ruſticus: *Nota Epiſtolas, quibus nunc uſque abutuntur Acephali, ad Acacium, Valeria-*

unde & illud percipere valeas, quibus animis initum sit certamen, tali tantoque classico præcantato. Demptis autem ex libro illo spinis quibus ager fertilis abundabat, & vepribus quibus in angulo silvescebat excisis, quæ remanserunt, viro quidem docto sunt digna: in quo cum plura notanda sint, illud obiter inculcatum de perseverante in Ecclesia pristino sacrarum reliquiarum usu non prætermittam, ne quis putet traditiones a Patribus acceptas temporum fuisse diuturnitate vel varietate dimissas: *Clavos* (inquit) *quibus confixus est Christus, & lignum venerabilis Crucis, omnis per totum mundum Ecclesia absque ulla contradictione adorat, &c.*

VI. Dirum schisma in Ecclesia Catholica obortum. At non Rusticus tantum exarsit contra Vigilium Romanum Pontificem stylum pro defensione Trium capitulorum, sed alii plures: nam in Africa id præstitit Liberatus Ecclesiæ Carthaginensis diaconus, Facundus Episcopus Hermianensis in libello præsertim contra Mocianum edito, necnon Victor Episcopus Tunnensis, de quibus inferius prolixior sermo erit. Horum meminit Isidorus: licet corrupte, pro Facundo, Secundus legatur. De illis vero qui postea Vigilii patrocinium susceperunt, & pro Trium capitulorum damnatione pugnarunt, suo dicemus loco, ubi de Quinta Synodo pertractabimus. Sic igitur maximo Ecclesiæ Catholicæ detrimento ubique rixæ, ubique dissidia, contentiones & dissensiones sunt simul exortæ, pugnantibus adversus se invicem Orthodoxis enormi schismate scissis, inter seque mutuo collidentibus, ex quo totum hoc sæculum redditum plane est infelicissimum. Sed de his modo satis.

Hoc anno Theudis Rex Gothorum in Hispania occisus est, ubi regnasset (ex sententia Isidori) annos sexdecim & menses quinque licet depravate legatur apud eum anno Justiniani Imperatoris XII. pro XXII. ex quibus etiam corrigas Æræ menda. Sub hoc Rege Theude recensetur ab Isidoro de Viris illustribus Justinianus Valentinus Episcopus istis verbis (a): *Justinianus Ecclesiæ Valentiæ Episcopus, ex quatuor fratribus & Episcopis eadem matre progenitis unus scripsit librum Responsionum ad quemdam Rusticum de interrogatis quæstionibus: Quarum prima responsio est de Spiritu sancto: Secunda est contra Bonosiacos, qui Christum adoptivum & non proprium dicunt: Tertia responsio de baptismo Christi, quod iterare non licet: Quarta responsio, de distinctione baptismi Joannis & Christi: Quinta responsio, quia Filius sicut Pater invisibilis est. Floruit in Hispaniis temporibus Theudis Principis Gothorum.* Hæc ipse, qui pergit dicere de ejus fratribus, Justo Orgelitano Episcopo, Nebridio, & Helpidio, iisdemque sacrorum scriptorum auctoribus: sed periere præclara horum virorum illustrium monumenta. VII. Theudis Rex occisus.

(a) Isid. de Vir. illust. c. 20.

Paulo autem ante obitum Theudis, inter tot tenebras Gothorum perfidia superinductas, nobilem Hispalensem Ecclesiam S. Lauriani martyrio illustratam, vetera Ecclesiæ Catholicæ monumenta testantur, quæ diem natalem ejus anniversa- VIII.

PAGIUS

...pianum, & Successum. Eundem fuisse Trium Capitulorum defensorem hinc certo probatur, quod Ibam vocat Confessorem in annotatione quinta ad Actionem V. *contra Iba Confessoris Epistolam*.

VI. Ille Rusticus diversus non est a Rustico Synodi Chalced. Emendatore. Præterea eodem argumento abutitur Auctor Dialogi & Auctor Annotationum ad Synodum Chalcedonensem, ubi disputans de duabus Christi Naturis adversus hæreticos. Hæc sunt verba Dialogi: *Ergo ut dicis, multo magis quatuor secundum te erunt Trinitatis, imo potius, ut dicitur Quaternitatis natura*, &c. Author vero Annotationum ita scribit ad definitionem Synodi, in V. Actione lectam: *Hic Quaternitatem putant induci, qui cæci sunt animo, nec vident non esse additamentum quarta ad repletionem unius ejusdemque de Trinitate Persona.* Alias conjecturas affert Baluzius, quibus patet, *Rusticum* Concilii Chalcedonensis Emendatorem, sese profiteri apertissimum Acephalorum hostem ac Ibæ fautorem. Baronius num. IV. & seq. existimat, Dialogum illum a Rustico missum ad Sebastianum Diaconum, sed istius nomen postea in titulo Operis esse subtractum, idque colligi ex his verbis in Præfatione positis: *Memento Christianum te esse atque Diaconum, & hoc Summa totius universitatis Ecclesia.* Verum, inquit Baluzius citatus, si quis attendat ad verba Rustici, is intelliget illa ad ipsummet Rusticum referri, non ad alium quempiam. Fingit enim se decrevisse manere in silentio, sed rationem sibi e contrario suggessisse, ut non occultaret talenta, quæ ei commissa erant. Inter hæc ergo ratio quam loquentem inducit, ait: *Memento Christianum te esse atque Diaconum.*

Ad num. VII. ad XIII. *Theudis* Visigothorum Rex, qui anno DXXXI. *Amalarico* successerat, regnavit *annis decem & septem*, ut inquit Isidorus in Chronico Gothorum, tam ex editione Grotii, quam Labbei, eoque interempto *Theudiselus* Gothis præficitur *Era DLXXXVI. anno Imperii Justiniani XXIII.* ut habet utraque citata Isidori editio. Verum Era illa convenit in annum Justiniani XXII. ideoque error in numerum XXIII. irrepsit, & *Theudis* nex præsenti Christi anno contigit. Baronius usus est Isidori Codice adhuc magis depravato; in eo enim dicitur regnasse *Theudis* annos XVI. & menses V. & loco, *anno Justiniani Imp. XXII.* in eo habetur, *anno Justiniani Imp. XII.* VII. Theudis Visigothorum Rex occiditur.

Quoad Sancti *Lauriani* Hispalensis Episcopi Martyrium, illud in *Gallia* consummatum fuisse, omnes consentiunt, sed quo tempore, quo loco, & cujus insidiis neci traditus sit, vix sciri potest, ob varios errores, qui in Acta ejus irrepsere. Cointius anno CXVIII. num. XIV. VIII. S. Lauriani Episc. Hispalensis Martyrium.

(a) Rom. Martyrol. ea die.

De S. Lauriano Episc. Hispalensi martyre.

saria memoria renovant (a) quarto Nonas Julii. Qui prosecuti sunt res Hispaniæ, tradunt, hunc fuisse Pannonium genere, presbyterum vero Mediolanensis Ecclesiæ, invectumque zelo fidei in perfidum Totilam Arianum Principem, ab eo quæsitum ad necem, sed fuga lapsum Hispaniam ad latebras delegisse: adduntque quod ibi cum virtutum præstantia qualis esset cito innotuisset, delectus est in Episcopum Hispalensem post Maximum. Cum vero id Totilas cognovisset, barbarica obstinatione per gentilem suum Theudem Regem illi necem inferendam curavit: qui divino monitu fugam rursus captans, Romam se contulit, cum nondum Vigilius esset profectus in Orientem, a quo honorifice exceptus est: sed cum reversurus in Hispaniam, pervenisset in Gallias; mira sagacitate ab exploratoribus Totilæ singula ejus vestigia assectantibus repertus apud Massiliam, ab eisdem apprehensus, capite gladio Ariano truncatus est. Cujus corpus Eusebius Episcopus Arelatensis, qui præcessit Aurelianum, sepeliendum curavit; caput vero in suam delatum ecclesiam, populum fame pesteque laborantem (ut prædixerat) liberavit: cum paulo post occisus est Theudis, & regnum arripuit Theodegiselus, idemque Gothus & Arianus. Hunc tandem felicem consecutus est finem vir sanctissimus Laurianus, ardore Catholicæ veritatis & dicendi libertate omnes hujus sæculi Catholicos facile antecellens, & miraculorum operatione nulli secundus: ex quibus illud tantum posteris notum, cæcum in itinere, cum Romam peteret illuminasse.

IX. Theodegiselus Rex in Hispania.

Porro Theodegiscli haud fuit in regno longa permansio: siquidem Isidorus tradit, quod post annum & menses septem, pari exitu, conjuratorum manu inter epulas gladio confossus extinctus est, ob pœnam (ut Gregorius Turonensis existimavit) offensi numinis, dum curiosius divina disquirere, & illis detrahere laboravit. Homo enim Catholicæ fidei infensissimus, ægerrimo patiebatur animo, ut Deus manifestis iisdemque perennibus miraculis declararet quæ sibi religio cordi esset, & veram fidem a perfidia signis manifestissimis discriminaret: Adeo ut, antequam regnum adipisceretur, cum Theudo adhuc superstite, habenas regni administraret, admodum curiose scrutatus sit, ut redargueret posset imposturæ, quod Deus inter Arianos evidens edere consuevit signum, quo & fides Catholica veluti Dei digito probaretur, & Ariana impietas damnaretur. Sed quodnam id fuerit meminimus superius alia occasione retulisse, cum de aliis hujusecmodi miraculis in Sicilia, Italia, & Oriente fieri solitis sermonem habuimus: hic vero (quod locus & tempus postulat) ejusdem Gregorii verbis repetere, haud putamus legenti fore fastidio. Sic enim ait (b):

(b) Greg. Tur. de glo. mar. c.24. 25.

X.

*Est & illud illustre miraculum de fontibus Hispaniæ, quos Lusitania provincia profert. Piscina, namque est apud Osen* * *campum antiquitus sculpta, & ex marmore vario in modum crucis miro composita opere: sed & ædes magna claritatis ac celsitudinis desuper a Christianis constructa est. Igitur cum dies sacer post curriculum anni antecedentis advenerit, quo Dominus, confuso proditore, mysticam discipulis præbuit cœnam: conveniunt in locum illum cum Pontifice cives, jam odorem sacri persentientes aromatis. Tunc data oratione sacerdos, ostia templi simul jubet muniri signaculis, adventum virtutis Dominicæ præstolantes. Die autem tertia (quod est sabbati) convenientibus ad baptizandum populis, adveniens Episcopus cum civibus suis, inspectis signaculis, ostia reserat clausa. Ac mirum dictu, piscinam quam reliquerant vacuam, reperiunt plenam, sed ita cumulo altiore refertam, ut solet super ora modiorum triticum adgregari: videasque huc illucque latices fluctuare, nec partem in diversam defluere. Tunc cum exorcismo sanctificatum, consperfum desuper chrisma; omnis populus pro devotione haurit, & vas plenum domi pro salvatione reportat, agros vineasque aspersione saluberrima tutaturus. Et cum exinde multitudo amphorarum sine collecto numero hauriatur, numquam tamen vel cumulum minuit: licet ubi infans primo tinctus fuerit, mox aqua reducitur: & baptizatis omnibus, lymphis in se reversis, ut initio produntur nescio, ita & fine clauduntur ignaro.*

* Osser.

De miraculis in fonte baptismatis quotannis renovari solitis.

XI. Divina ultio in contemptorem.

*Cuidam vero ex hæreticis Deum non metuenti, neque venerationem præstanti huic loco sancto, neque credenti corde miraculum quod in eo Dominus ad corroborandam suorum Fidem præstare dignatus est, quid evenerit, non silebo. Venit cum turba equorum, solutisque impedimentis jussit in basilica poni, equisque in ea præsepia præparari, irridens miser quæ de hoc loco narrabantur ab incolis. Igitur*



PAGIUS XIV. & seq. existimat. *Theoderici* Regis loco nomen irrepsisse *Totila*, & pro *Eusebio* Episcopo *Aurelianensi* scriptum esse *Eusebium* Episcopum *Arelatensem*, eoque modo non parvam rerum ac temporum introductam esse confusionem; *Totilas* enim in Hispania nunquam regnavit, & nullus *Eusebius*, qui tamen funus Lauriani Martyris curasse dicitur, hoc sæculo Arelatensis Episcopus fuit. De hoc itaque Martyrio legendus idem Cointius, qui Sancti *Lauriani* Acta expurgare conatus est.

A aum.

*tur media nocte prætereunte, a febre corripitur, ac pene exanimis, & tardius quam debuerat pœnitens, exclamat, equites ab æde expelli: erat enim ei, sub Rege licet, magna tamen in ea regione potestas. Expulsisque a basilica sancta equitibus ad se conversus cœpit dentibus proprium lacerare corpusculum, nec prorsus retineri a suis ob nimiam poterat debacchationem: tandemque oppressus inter suorum manus spiritum exhalavit.*

XII. * Theodegisclus.

Theodegisclus Rex suo damno periculum de fonte facit.

*Denique Theodegisilus * hujus Rex regionis cum jam vidisset hoc miraculum, quod in his sacratis Deo fontibus gerebatur, cogitavit intra se dicens: Quia ingenium est Romanorum (Romanos enim vocitant homines nostræ religionis) ut ita accidat, & non est Dei virtus. Veniens vero ad annum sequentem, ostium cum sigillis suis cum Episcopi sigillo munivit, posuitque custodes in circuitu templi, si forte aliquem deprehendere posset fraudis alicujus conscium, per cujus ingenium in fontibus aqua succresceret: similiter & alio fecit anno. Tertio vero convocata virorum multitudine, fossas in circuitu basilicæ fieri jussit, ne forte locis occultis lymphæ deducerentur in fontem: fueruntque fossæ in profundum vicenum quinum pedum, in latitudinem vero quindecim. Sed nihil abditum potuit reperiri. Tamen vitæ finem faciens, & credo pro hujus inquisitionis temeritate, anni sequentis diem, quo hoc mysterium celebrabatur, videre non meruit, eo quod arcanum virtutis divinæ investigare præsumpsit. Habentur autem in ea reliquiæ sancti Stephani Levitæ.* Hactenus de his Gregorius: quibus haud vulgarem conciliant fidem, quæ ejusdem generis in unum congesta miracula superiori tomo sunt enarrata.

XIII. Hoc eodem anno Macarius Hierosolymorum Episcopus, ubi sedisset annos duos, pellitur: de quo iste Evagrius habet (a): *Sedit Macarius, Imperatore nondum ei suffragante: qui postea sede sua pulsus fuit; nam ferebatur, eum dogma Origenis tutatum. Cui in Episcopatu successit Eustochius.* Hæc Evagrius: verum ipsum Macarium passum fuisse calumniam, ex quæ superius in ejus creatione dicta sunt, possunt facile suadere. Hincque factum est, ut ubi Origenem damnasset, (ut idem auctor ait) in suam sedem receptus sit: quem sedisse annos quatuor, Nicephorus tradit. Cæterum post eum rursum liquet restitutum Eustochium: siquidem constat, ipsum ei quæ celebrata est anno Domini quingentesimo quinquagesimotertio, per legatos Quintæ Synodo interfuisse. Unde corrigendum est Nicephori Chronicon, ubi habet annum tantum sedisse Eustochium.

(a) Evag. l.4. c.36. & Nicep. l.17. c.26.

Macarius Epis. Hierosol. sede pulsus.

XIV. Quod autem ad Eustochium spectat, qui hoc anno suffectus est Macario pulso; ab Evagrio (b) ista accipe, dum ejus meminit occasione Barsanuphii sanctissimi anachoretæ: *Vixere per idem tempus viri plane divini, qui multis in locis magna edebant miracula, & quorum gloria ubique pervagata fuit. Ex quorum numero erat Barsanuphius genere Ægyptius: ipse vixit in monasterio prope urbem Gazam, & in carne vitam carni adversam degit, adeo ut multa mirabilia ederet miracula. Creditur porro, cum in ædicula quadam clanculum ætatem degisse, atque a tempore quo eam ingressus est ad spatium quinquaginta annorum & amplius neque a quoquam visum esse, neque quidquam alimenti, vel aliarum rerum in terra cepisse. Quibus rebus cum Eustochius Episcopus Hierosolymorum minime fidem adhiberet; cumque ædiculam, in qua ille divinitus inclusus fuit, perfodere constituisset: parum aberat, quin ignis ex ea erumpens, omnes, qui cum eo illuc venerant, combussisset.* Hæc de Eustochio occasione Barsanuphii habet Evagrius. Vivebat tunc & in Palæstina miræ sanctitatis vir Mirogenes nomine, de quo hæc inter alia Sophronius (c): *De hoc Abbate Mirogene cum audisset Hierosolymitanus Ar-*

(b) Evag. l.4. c.32.

De Barsanuphio admirando Anachoreta.

(c) Sophro. Prat. Spir. c.8.

PAGIUS IX. *Eustochius fit Episc. Hierosolymorum.*

A num. XIII. ad XXIV. Victor Tununensis in Chronico *Post Consulatum Basilii XII.* qui secundum ejus loquendi modum in annum Christi DLII. convenit, ait: *Macarius Hierosolymitanus Episcopus ejicitur, & eo superstite Eustochius ordinatur.* Nicephorus in Chronico Macario hujus nominis II. ante depositionem annum unum, post destitutionem annos quatuor assignat: sed, ut ex infra dicendis constabit, vel hallucinatur, vel error in numeros irrepsit.

X. *Floret S. Barsanuphius.*

Evagrius lib. 4. cap. 32. refert, Eustochio Ecclesiam Hierosolymitanam regente, *Barsanuphii*, qui in quodam Monasterio juxta Gazam vivebat, gloriam inclaruisse, additque credi ab omnibus *etiamnum* (anno sc. DXCIII. quo Historiam suam absolvit) vivere in cella reclusum, *Quamvis quinquaginta & amplius anni jam excesserint, ex quo nec visus est a quoquam, nec terrenum quidquam degustavit. Quæ cum falsa esse crederet Eustochius Hierosolymorum Antistes, & cellulam in qua vir Dei se se incluserat, perfodi jussisset, ignis inde exiliens universos propemodum, qui aderant, combussit.* Quare Barsanuphius circa annum DXL. se se Monasterio incluserat, & fortasse mortuus erat, quando Eustochius ejus cellulam aperiri jussit. Nam Sanctus *Dorotheus* Archimandrita in Institutione IV. ait: *Cum adhuc essem apud Abbatem Seridum senis illius Joannis Abbatis, contemporanei Abbatis Barsanuphii, minister ægrotavit; mihique præcepit Abbas, ut seni ministrarem.* Cum ergo Barsanuphius senex esset, antequam se se in Monasterio includeret, utpote coævus Joanni seni, vix potuit vivere usque ad annum, quo Evagrius Historiam suam ab-

*Archiepiscopus Eustochius, voluit ad eum mittere quaecumque erunt necessaria, nam hydropisi laborabat: sed ille numquam ab eo quicquam consensit accipere: hoc autem solum illi significabat: Ora pro me Pater, ut liberer ab aterno cruciatu.* Hæc ipse.

XV. (a) Evagr. lib. 4. c. 33. De Simeone Salo. Pergit autem Evagrius (*a*): *Fuit Emesæ vir quidam nomine Simeones, qui omni inanis gloriæ cupiditate abiecta, quamquam sapientia cujusque generis & divina gratia refertus fuit, tamen his qui eum minime ignorabant, delirus visus. Iste maxima ex parte remotus ab aliorum conspectu vitam transegit, nec cuiquam potestatem concessit comprehendendi quando aut quomodo Deum precaretur, neque quo tempore solus apud se vel abstineret cibariis, vel eadem cuperetet. Interea vero cum in publica platea vel in foro versaretur, visus est a pristina vivendi consuetadine deflexisse, immo vero etiam nihil omnino vel prudentiæ habere, vel ingenii. Quin etiam tabernas aliquando ingressus, esculentis, cum esuriret, vel cibis, quibuslibet vescebatur. Quod si quisquam inflexo capite, eum salutabat, ira accensus e loco illo celeriter excessit, veritus ne sua virtus a vulgo deprehenderetur.* Hæc & alia de eodem Simeone

(b) Habes ea apud Sur. to. 4. die 1. Julii. (c) Conc. Nicæn. 2. Act. 4. Evagrius, quibus ostendit eum virtutem miraculorum fuisse adeptum, atque etiam propheticum spiritum consecutum. Porro res ab eo præclare gestæ fusius scriptis (*b*) mandatæ fuere a Leontio Neapolis Cypri Episcopo, ut Acta Nicænæ posterioris Synodi (*c*) fidem faciunt.

XVI. At quid de his temporibus quibus in Palæstina præsertim hæreses Origenis invaluerunt, interrogare cupientibus quid de Origene sibi videretur, responderit: accipe scite dictum, sed stultitiæ pannis obtectum. Sic eam Leontius narrat historiam: *Cum autem duo quidam Patres tunc in quodam monasterio prope Emesam inter se quærerent & perscrutarentur, cur cecidisset Origenes hæreticus, qui tanto ingenio & tanta sapientia a Deo fuerat ornatus: Et unus quidem diceret, non fuisse a Deo eam quæ ei aderat scientiam, sed fuisse quoddam donum naturæ & dexteritatem ingenii: nam cum in lectione divinæ Scripturæ & sanctis Patribus maxime esset versatus, acuit ingenium, & ideo libros conscripsit. Alius vero contra, diceret, neminem ex dono naturæ posse tales, quales ille edidit, habere orationes, & maxime ea quæ sunt de iis quæ dicuntur Hexapla: quocirca ea vel in hodiernum diem suscipit Ecclesia tamquam necessaria. Cum ille autem rursus responderet: Crede mihi: sunt Gentiles, qui eo majorem habuere sapientiam, & qui eo plures libros conscripsere: quid ergo? oportetne eos laudare propter verbosas eorum nugas?* Qualis Origenes fuerit declaratus.

*Cum, inquam, non potaissent convenire tandem dicit unus alteri: Audimus ex iis qui veniunt ex sanctis locis, esse magnos monachos in solitudine Jordanis: eamus, & hoc discamus ex ipsis. Cum itaque ad sancta loca venissent, & orassent, veniunt etiam ad Mortui maris solitudinem, in quam secesserant semper memorandi Joannes & Simeon. Cum ergo fecisset Deus ut eum laborem non frustra susceperint, invenerunt Abbatem Joannem, qui ipse quoque ad perfectam jam mensuram pervenerat. Postquam enim eos videt, dixit: Bene venerunt qui mare reliquerunt, & in siccum lacum veniant ad hauriendum.* Hæc ea ex causa, quod eum in patria haberent Simeonem, eo non cognito, & ob XVII.



PAGIUS absolvit. perperamque Nicephorus lib. 12. cap. 57. Salustium pro Eustochio nominavit; cum *Salustius* anno CDLXXXVI. Episcopus Hierosolymorum dictus sit, annoque CDXCIV. obierit. Porro *Barsanuphium* senem fuisse, quando vitam illam Angelicam ducere cœpit, magis liquet ex Vita Sancti *Dosithei* Monachi in Palæstina, quam ab Auctore æquali Anonymo scriptam recitat Bollandus ad diem XIII. Februarii. [5] *Dositheus* enim circa annum DXXX. mortalitatem explevit, in extremis illi adstante Sancto Barsanuphio, qui in ea Vita, ubi præsertim de morte Dosithei agitur, nonnisi *Senis* nomine exprimitur. Papebrocius ad diem XI. Aprilis exhibet Encomium Historicum *Barsanuphii*; sed quia memoriæ lapsu *Salustium* anno DIII. Episcopum creatum, & anno DXI. mortuum supposuit, in suis conjecturis non potuit non falli.

XI. Floret S. Symeon Salus. Eodem, quo Barsanuphius & Eustochius tempore, in Urbe Emesena floruit Sanctus *Symeon* Monachus, vulgo *Salus* appellatus; quo nomine Syris significatur *Simplex*, vel etiam *Stultus*, quod Symeon propter Christum stultitiam simularit. Tempus quo vixit, indicat Evagrius lib. 4. cap. 34. cum ait: *Cum immineret terræ motus ille, quo Phœnice maritima concussa est, & quo Berytus, & Byblis, ac Tripolis præ reli-*

NOTÆ [5] Barsanuphios fuisse duos sicut & Dorotheos totidem docet duplex Codex M. S. Biblioth. Coislin. apud Montfaucon p. 199. & 393. & 297. Horum alter Dorotheus, & Barsanuphius Severianorum dogma probarunt; alter vero Catholicus & Monachus fuit, cujus nempe Barsanuphii ex eadem Bibliotheca Opusculum contra Origenistas Monachos idem Montfauconius ibid. p. 304. vulgavit. Hæc doctrina seu opusculum scriptum, seu directum dicitur Aureliano Episcopo Gazæ. Extant etiam in Codice alio ejusdem Bibliothecæ interrogationes S. Dorothei ad S. Barsanuphium; sicut & ibidem afferuntur doctrinæ S. Dorothei post *S. Barsanuphii perfectum silentium*, idest post intimam ejus reclusionem. MANSI

id præterito, ad ipsum tam longo itinere perrexissent. Sed pergit auctor: *Cum longa ergo, piaque ac religiosa inter eos fuisset congressio, dicunt ei, quanam de causa tantum iter confecerant. Is vero dicit eis: Nondum, Patres accepi donum discretionis judiciorum Dei: sed obite ad Salum Simeonem, qui est in vestra regione: ipse vobis potest & hæc & omnia quæ vultis solvere, ei dicentes: Precare etiam pro Joanne, ut illi quoque decem forte contingant.* Quid autem per hæc decem significarit, nota ista erant inter se symbola, quæ ipsorum Vitæ exordia auctor declarat. Sed rursum Leontius:

XVIII. *Postquam autem venerunt Emesam, & rogaverunt ubinam esset ille Simeon qui dicitur Salus, id est, Stultus: omnes eos irridebant & dicebant: Quid ex eo vultis Patres? Est homo amens, qui omnes vexat & subsannat, & maxime monachos. Cum ii autem qui quæsierant, invenissent eum apud Fuscarium rodentem lupinos tamquam ursum; unus ex eis statim passus est scandalum, & dixit apud se: Venimus ad videndum virum magna cognitione præditum; is potest multa nobis dicere? Postquam ergo appropinquaverunt, dicunt ei: Benedic. Ille vero eis dicit: Male venistis, & qui vos misit stultus. Apprehensa vero auricula ejus qui scandalum passus fuerat, impegit ei talem alapam, ut plus quam tres dies signum apparuerit; & dicit: Cur vituperas lupinos? ii fuerunt madefacti quadraginta diebus: Origenes vero ex eis non comedit, quoniam mare subiit, & non potuit egredi, & fuit suffocatus in profundo. Ii ergo obstupefacti, quod eis omnia prædixisset: quin etiam quod decem velit Salus, sed est stultus, vobis similis: Accipitis ne, ait, plagam in crure? Certe, certe, abite. Statimque sublata olla, in qua erat levis vesica, ussit eos duos in labiis, ne quid possent dicere quod eis dixisset.* Ista symbolice de Origene Simeon, quod deserens ille Christianam bene probatam simplicitatem per lupinorum esum repræsentatam, cum plus sapere vellet quam oportet sapere, evanuit in cogitationibus suis; & putans se sapientem, vere stultus factus est. Istiusmodi igitur ludibrio Simeon Origenem cum Origenistis voluit condemnasse. At quonam alio edito stultitiæ signo grassantem his temporibus Acephalorum hæresim palam ob oculosque omnium idem damnatam ostenderit; accipe quæ his mox idem Leontius ita subdit:

Ex facto judicans monachus corripitur.

Origenes sibi sapiens stultus factus.

*Cum autem quadam die esset in officina in qua erant vesicæ, accepit calamum, & cœpit tibia canere in quodam angusto vico, ubi erat spiritus immundus. Canebat autem tibia, & dicebat orationem magni Niconis, ut ex eo loco effugaret spiritum: multos enim vexaverat. Postquam ergo fugit dæmonium, transiit tamquam Æthiops per vesicarum officinam, & confregit omnia. Reversus ergo ille admirabilis, dicit dominæ: Quis hæc fregit? Illa autem dixit: Unus Mauritanus sceleratus venit, & omnia contrivit. Is vero dicit ridens: Pumilio, pumilio. Illa vero dicit: Certe, Sale. Ille autem dicit: Re vera ego eum misi, ut omnia confringeret. Postquam autem illa hæc audivit, voluit eum verberare. Ille vero se incurvans, & pulverem tollens projecit, & oculos ejus Sanctus obscuravit, & dixit: Re vera non me apprehendes, sed aut in Ecclesia mecum communicabis, aut Mauritanus confringet omnia. Erat enim ex hæresi Acephalorum. Postquam ergo recessit ab ea, ecce eras eadem hora venit Maurus, & rursus confregit omnia, tam aperte, ut videretur oculis. Vires itaque sumpserunt Orthodoxi, ut qui Simeonem haberent Dei famulum, de eo autem nemini audentes dicere, quamvis quotidie transiret Salus & eas irrideret.* Ita plane ut illud Apostoli his aptari possit: (a) *Cum mundus per sapientiam Deum non cognovisset, placuit per stultitiam prædicationis salvos facere credentes.* Sed quod ad recitatam historiam spectat, aliqua deesse videntur in textu, nempe tum feminæ, tum viri ejus Fuscarii, conversio ad fidem Catholicam: quod ex iis quæ idem auctor superius dixerat, elici satis potest, ubi de eodem Simeone hæc ait: XIX.

Dæmon in officinam hæretici hominis debacchatur.

Acephali convicti miraculo.

(a) 1. Cor. 1.

*Cum autem Deus vellet salvum facere Fuscarium (erat enim hæreticus ex hæresi Acephalorum Severianorum) vidit ipsum ejus uxor in manu suffumigantem:* XX.

ea

PAGIUS

*liquis Urbibus vexata sunt, flagello in altum sublato, ex columnis, quæ erant in foro, plerasque verberare jussit, inclamans his verbis: State, saltandum vobis est.* Hic autem terræ motus contigit anno DLI. ut eo anno ostendam. Leontius, Neapolis, Cypriorum Insulæ Episcopus Vitam ejus scripsit, ut legitur in IV. Synodi Nicænæ II. Actione, ubi ejusdem Vitæ mentio fit, seu τῦ ὁσίυ Συμεὼν τῦ Σαλῦ hoc est, *Sancti Symeonis Sali.* Quod cum non satis attenderet Anastasius Bibliothecarius in versione hujus Synodi, Σαλῦ pro legit, σάλυ & tamen σάλος est *jactatio, sive turbatio*, ideoque Anastasios addit, scripsisse *turbationes propter Christum, circa ea tempora in Ecclesia factas*, ut primus omnium observavit Rosweidus in Notis ad lib. 1. de Vitis Patrum. Hic autem Anastasii error Baronio anno DXCIV. num. XXX. occasionem dedit scribendi Sanctum Leontium Constantiæ in Cypro Episcopum scripsisse *turbationes, quas his temporibus Dei Ecclesia passa est; sed hactenus incompertum nobis opus, vel excidit, vel latet incognitum.* Ubi male etiam *Leontium* Constantiæ Episcopum Baronius vocat, quem anno

DCXX.

*ea vero obstupefacta dixit: Unus Deus, a Abbas Simeon, in manu tua suffumigas? Postquam autem hoc senex audivit, præfetulit se comburi, & nescio quæ lucida e manu sua transtulit in vetus pallium quod gestabat, & dixit: Si nolis in manu mea, ecce in meo pallio suffumigo. Virtute autem Domini, qui rubum conservavit incombustum, & pueros, nec Sanctus sensit flammam, nec ejus pallium. Quomodo autem salvi evaserunt Fuscarius & ejus uxor, dicetur in alio capite.* Eo nimirum, quo ab Æthiopis formam induto pravo dæmone ea ipsos passos esse damna auctor narrat. Sed qui eo modo per Æthiopem Acephalos condemnavit, & in iupinis Origenis insipientiam demonstravit; quomodo, & de Judæis triumphum egerit, ex eodem auctore accipe, qui ista subjungit:

XXI. Judæorum conversio. *Quidam vero ex his qui præerant officinis civitatis, voluit eum publicare, cognoscens ejus virtutem: semel enim vidit, cum lavaretur, duos Angelos qui cum eo conversabantur. Erat autem is qui præerat officinis Hebræus, & Christum sæpe blasphemabat. Apparet ergo ei in somnis hic Sanctus dicens, ut nemini diceret quod viderat. Mane autem voluit de eo triumphum agere & eum traducere. Protinus autem astans sanctus, eius labia attigit, & compressit, nec potuit ullum verbum loqui. Venit autem ad Salum, & ei manu annuit, ut faceret eum loqui. Simulabat vero Abbas Simeon amentiam, & ei contra annuebat tamquam stultus: ei autem annuebat, ut se signaret. Licebatque utrosque videre inter se annuentes terribili spectaculo. Ei ergo rursus apparet in somnis senex, dicens: Aut baptizare, aut eris mutus. Atque tunc quidem nec induxit in animum, ut crederet. Postremo autem quando mortuus fuit Abbas Simeon, & se vidit adductum in angustias, maxime autem dum ejus transferrentur reliquiæ, tum ipse baptizatus fuit & ejus domus. Et cum primum ascendit de sacro lavacro, est locutus. Faciebat autem Sali quotannis commemorationem, & invitabat pauperes.* Sed quomodo alium idem Salus Hebræum baptizari coegit, audi.

XXII. Alterius Hebræi conversio. *Rursus autem semel sedebat cum fratribus, & se calefaciebat prope caminum vasorum vitreorum opificis: erat autem vitreorum opifex Hebræus. Dixitque ludens pauperibus: Vultis faciam, vos ridere? Ecce quando artifex facit poculum, faciam crucem, & franget. Postquam autem septem fregit ordine, cœperunt ridere pauperes, & rem ei dixerunt. Is vero illum ira accensus est persecutus. Postquam autem recessit, clamavit ei, dicens: Re vera, Mamzer, donec crucem in tua fronte feceris, contererentur omnia. Cumque rursus tredecim alia confregisset ordine, compulsus est, fecitque crucem in fronte, nec ullum fregit amplius. Hoc ergo modo abiit, & factus est Christianus.* Sed qui Origenistas atque Acephalos vicit, Judæosque superavit, quem de magis triumphum egerit, paucis accipe:

*Erat autem illo tempore quædam mulier divinatrix, quæ faciebat amuleta, & utebatur incantationibus. Hanc conabatur hic vir justus facere sibi amicam, dans ei ea quæ colligebat, sive escam, sive pultem, sive etiam vestes. Itaque quadam die dicit ei: Vis tibi faciam amuletum, ut numquam sit tibi lema in oculo? Illa vero dicit ei: Certe, Sale: reputans, quod etsi sit fatuus, id forte possit præstare. Abiens itaque scripsit in tabella Syriace: Deus te faciat cessare & desistere ab avertendis ab ipso hominibus: Dedit ergo ei, & ipsa gestavit; neque potuit amplius alicui divinare.* XXIII. Magiæ usus ademptus maleficæ. Hæc & alia plura Leontius: sed ad institutum ista satis. Vides in his plane quam vehementer admireris Dei providentiam, dum quo tempore infatuata videri poterat Græcorum sapientia, cum jam Oriens sterilis prorsus redditus parere desiisset doctissimos illos atque sanctissimos viros, qui sicut antea orbem terrarum scientia illustrarent, atque adversus hostes fidei Christianæ pugnarent ac superarent; virum excitat, qui se stultum fingens, omnium sapientissimus demonstretur: simulque iusu quodam adversantes Christianæ religioni hæreticos, Judæos, & magos vincat. Ut plane illud cum Apostolo liceat exclamare: (a) *Ubi sapiens? Ubi scriba? Ubi inquisitor hujus sæculi? Nonne stultam fecit Deus sapientiam hujus mundi?* Sed quod superest anni hujus tetrum Theodoræ Augustæ funus, inspiciamus. Didicit ipsa infelix tandem, quam sit terribilis qui aufert spiritum Principum.

(a) 1. Cor. 1.

XXIV. Hoc enim anno Imperii Justiniani vigesimo secundo, eadem Theodora Aug.

ad

PAGIUS DCXX. num. V. Neapolis in Cypro Episcopum recte nuncupat, perperam tamen addens eum *scripsisse Historiam sui temporis incipientem a Mauricio narrare eas, quæ fuerunt in Ecclesia perturbationes*. Colitur Sanctus *Symeon Salus* die prima Julii.

XIII. Ad num. XXIV. Procopius lib. 3. de Bello Goth. cap. 30. loquens de iis, quæ anno belli Gothici XIV. accidere, dicit, *Belisarium* Antoninam oxorem ex Italia ad Augustam misisse, addique: *Augustam (Theodora vocabatur) morbo extinctam reperit, postquam in summa fortuna per annum unum & viginti ac menses tres vixerat.* Quod confirmat Theophanes qui anno Incarnat. secundum Alex. DXL. cum mense Augusto hujus Christi anni absoluto ait: *Eodem anno* Theodora Augusta moritur.

De obitu Theodoræ Aug. ad cladem fidei Orthodoxæ solum intenta, ex hac tandem vita, licet sero, subducitur, cum (inquit Procopius) *imperasset unum annum & viginti, mensemque tertiam*. Ita ipse scribens de bello Gothico, & in fine commentarii de rebus Persicis id ipsum affirmat, ubi cum refert res gestas in bello Persico anno ejusdem Justiniani Imp. vigesimotertio, mox ista subdit: *Joannes autem Cappadox anno superiore ab Imperatore revocatus est; quo tempore finis item vitæ Theodoræ Aug. advenit*. Hæc de tempore obitus Imperatricis Procopius: sed quo morbi genere fuerit ex hac luce subtracta, hic omnino silentium. Verum qui hæc Procopius obiter attigit, seorsum (teste Suida) in aliis libris scripsit vituperationes Justiniani & Theodoræ, necnon Belisarii, & ejus conjugis: sed cum ejusmodi a Procopio scriptis libris careamus, nihil est ut de Theodora aliud dicere possimus, nisi quod a Vigilio sauciatam primum diro jaculo anathematis, haud post diu ulciscente numine, est secutus interitus.

XXV. De Joanne in ordinem redacto. Sed videamus quæ de Joanne Cappadoce, qui semper apud Justinianum Imper. primarium locum obtinuit, idem Procopius istis subjicit: *Joannes ob suspicionem magistratu dejectus, sacerdotium sumere compulsus est: quamquam in eo statu in phrenesim quandam atque opinionem consequendi Imperii venit. Quærit enim dæmon ambitiosos homines deditos summorum honorum spe deludere, qui præsertim constanti natura seu proposito non sunt: quod Joanni accidit, cui mira ac vana soliti prædicere homines, cum alia, tum futurum ut is quandoque Augusti habitum indueret: quod fortasse factum in hoc verum apparuit, quod quidam sacerdos nomine Augustus Byzantii thesauri Sophiæ templi custos prope aderat, quando Joannes sacerdotis habitum induit; forteque suum, cæteris deficientibus, accomodavit*. Hæc Procopius: qui & hic finem imponit historiæ de bello Persico.

Quod vero ait compulsum Joannem effici sacerdotem, non sic accipias, ut invitus potuerit ordinari sacerdos. Sed cum ea offerretur ab Imperatore conditio, ut si vitam sibi salvam vellet, sacris initiaretur ordinibus, alioqui foret gladio feriendus; ille fieri sacerdos magis elegerit, minime cogendus, si renuisset. Est namque exemplum de Anastasio Imperatore, qui cum quemdam ex Senatorio ordine vellet ordinari presbyterum, ipsum penitus renuentem, & omne potius supplicium subire paratum, laicum tandem remanere permisit potius quam vi cogeret fieri sacerdotem; quem a successore Justino Imperatore creatum fuisse Præfectum Prætorio testatur ex Romani scrinii scriptis Petrus Damiani in epistola ad Nicolaum Romanum Pontificem. XXVI.

Sed ad Joannem redeamus, de quo idem Procopius (*a*) in bello Persico, quæ sunt reliqua ipsius tragœdiæ memoria digna, prosequitur verbis istis: *Igitur de magistratu primum dejectus, in exilium in Cyzici suburbanum, quod Artacem vocant, missus est; ubi presbyteri tantum habitum, non autem sacrificandi animo sumpsit, ne impedimento fieret ad repetendos forsitan honores, quorum spem non omnino abjecerat. Bona ejus Constantinopoli publicata, quamquam lon-* XXVII. (a) Procop. de bello Pers. lib. 11. In exilium Joannes mittitur.

PAGIUS *no, mense Junio, Indictione undecima, Imperatrix Theodora cum pietate obdormivit*. Idem habet Cedrenus ad annum XXI. Justiniani, ubi legitur eam *pie* defunctam *XI. Julii*. Sed loco *Julii*, legendum, *Junii*; qui error passim a Librariis commissus. Incertum autem, an Theophanes ac Cedrenus ex consueta Imperii ac Principum reverentia, an vero quod pœnitentiam male factorum egerit, dicant eam *pie* mortuam. Genus morbi, quo extincta est, notavit Victor Tununensis in Chronico, qui hoc tempore vivebat: *Theodora Augusta*, inquit, *Chalcedonensis Synodi inimica canceris plaga corpore toto perfusa, vitam prodigiose finivit*. Adversus eam pluribus invehitur Procopius in Historia Arcana, quam fatetur hic Baronius se non vidisse; quæ tamen hodie apud Historicos Byzantinos Alemanni Notis illustrata legitur. Ex laudatis porro Procopii verbis constat, cum res durante bello Gothico in Italia gestas accurate annis suis reddidisse, & currentem esse XIV. belli Gothici, non vero XIII. ut existimavit Baronius, qui tamen contra suam ea in re sententiam Theodoræ mortem hoc Christi anno refert, licet Procopius eum vocet annum XIV. belli Gothici, & diserte significet concurrere cum anno Justiniani XXII. Hic etiam locus evertit opinionem Em. Card. Norisii, qui putavit annis a Procopio in Libris de bello Gothico memoratis unitatem addendam esse. Nam hoc pacto Theodora anno sequenti interiisset, quod nullus dixerit.

Ad num. XXV. & seqq. *Joannes Cappadox*, qui omnia apud Justinianum per multos annos potuerat, quique *ingenii vi ad improbitatem, qua etiam mortales omnes superabat, abutebatur*, inquit Procopius lib. 1. de Bell. Pers. cap. 24. Præfectus Prætorio anno DXXX. creatus est, annoque insequenti Justinianus, ut sedaret seditionem, quæ eo anno Constantinopoli exarsit, populumque sibi demereretur, eum a Magistratu submovit, in quem eumdem anno DXXXIV. restituit, collato etiam in eum post aliquot annos Consulatu ordinario. Nam anno DXXXIV. cœpta est expeditio Africana, a qua cum Præfecturam Prætorii gereret, revocare Justinianum nitebatur, teste Procopio lib. 1. de Bell. Vandal. Verum cum omnes, inquit Procopius lib. 2. de Bell. Pers. cap. 25. *cunctis uno tempore pecuniis exhauriret, indicta causa, decimo tandem Præfecturæ anno pœnas jure meritoque dedit sceleratissimæ & contaminatissimæ vitæ*. Exutus enim fuit Præfectura, omnibus facultatibus, imo & vestibus, *& una admodum tegula, eaque oppido aspera ac paucis empta oboli* XIII. Joannis Cappadocis justa punitio.

con-

*longa pars ei Imperatoris benignitate dimissa est. Cum his itaque, atque aliis quæ occultaverat, ditissimus remanserat, eaque vixit nihilominus licentia & his deliciis, quibus prius: adeo procul ab omni cura fuit. Quamobrem odium in se Romanorum accumulavit, perspecta hominis impudentia, & in calamitate merita inconsiderantia. Verum cum Deus graviori pœnæ, puto, reservaverat: quod hoc modo contigit.*

XXVIII. *Erat quidam apud Cyzicum Episcopus Eusebius, omnibus cum quibus versaretur, non minus quam Joannes gravis. Hunc Cyziceni apud Imperatorem accusantes, ad judicium accersiverunt; verum eo viribus ac potentia resistente, nihil tunc egerunt: conspirantibus demum quibusdam juvenibus, in foro interficitur. Erat autem Joannes in dissensione cum Eusebio, ex quo illi insidiæ in primis provenisse putabantur. Mittitur igitur a Senatu Romanorum qui crimen cædis inquirant. Hi Joannem ante omnes in carcerem conjiciunt. Deinde hominem olim inter Patricios potentissimum & Præfectum, & quandoque Consulem, nudum more latronis constituentes, auctores cædis dicere coegerunt. Deinde cunctis ejus bonis direptis, brevi tantum eum ac linea contectum veste navi imposuerunt: sic itaque circumductus per totum Ægypti iter usque ad Antinoi urbem, petere ab obviis stipem cogebatur. Hic vero tres annos in custodia servatus est. Quodque mirum, in tantis ærumnis constitutus, numquam imperandi spem dimisit; sed & quosdam Alexandrinos publice aurum debentes, palam etiam calumniabatur. Post decem itaque annos a Joanne male administrata Respublica pœna exacta.* Hactenus Procopius de Joanne illo insignis nominis, ad quem Præfectura Prætorii fungentem extant complura Justiniani Imperat. data rescripta, homine plane in exemplum posito rerum mundi hujus volubilis status, & ejus animi insania obdurati, quem nec malleus ferreus tribulationum valuit ullo pacto conterere, secundum illud Sapientis (a): *Si contuderis stultum in pila quasi ptisanas, feriente desuper pilo, non auferetur ab eo stultitia ejus.* Sed hic jam finis anni hujus rerum gestarum esto.

Rursum Joannes revocatur ad pœnas.

(a) Prov. 27.

An-

PAGIUS contectus Cyzicum deportatus est, *Sacerdos invito factus, decimo Magistratus anno*. Quare cum anno DXXX. primum Præfectus Prætorio renunciatus sit, ei exilium anno quingentesimo quadragesimo primo irrogatum; & perperam Marcellini Continuator ejus exilium recitat P. C. *Basilii anno III.* Christi sc. DXLIV. Hæc ejus verba: *In Oriente Belisario constituto, exulatur Joannes ex Consule ordinario, Patricius, atque Præfectus Prætorio, & domus ejus datur Belisario.* Alemannus in Notis ad Historiam Arcanam ad cap. 21. exhibet Tabulam Præfectorum Prætorii, qui Justiniano imperante eam Dignitatem gessere, ibique *Joannis* Præfecturam Decennalem exorditur ab anno Christi DXXXI. juxta Procopium lib. 1. de Bell. Pers. cap. 25. ubi ait, excidium *Joannis* accidisse Antoninæ Belisarii uxoris ingenio & artibus, postquam *bellum Persicum ipsi iterum datum est*, quod certum, Belisario anno DXLI. rursus commissum fuisse. Ex quo vides, quam sæpius idem Continuator hallucinetur. Chronicon Marcellini primum ab Onuphrio, & postea a Sirmondo, ac ex eo a Scaligero, publicatum. Sirmondi editio Onuphriana in multis correctior, sed ea in aliquot locis, ut videtur, interpolata fuit. Nam a Joannis Consulatu anno DXXXVIII. gesto ad Postconsulatum Basilii V. annum nempe Christi DXLVI. in editione Onuphrii præter Indictionem, nomina Consulum, & Postconsulatuum, nihil legitur; cum tamen in editione Sirmondi nullus ex his annis vacuus sit. Nam longe verosimilius est, Marcellini continuationi aliqua adjecta fuisse, quam ex eadem aliqua detracta. Quæ obiter dicta sint.

Hoc anno *Justinianus* partem Galliarum Francis confirmavit, & *Artabanes* adversus Justinianum conspiravit, ut infra videbimus.

I. Annus sequens post Consulatum Basilii octavus numeratus, quingentesimus undequinquagesimus Domini ponitur, idemque a Procopio belli Gothici decimusquartus asseritur: quo Belisarius, relicta Italia, Constantinopolim remeavit: de eo enim ista Procopius habet (a): *Belisarius interim nulla referens militiæ decora, Byzantium venit, cum per quinquennium ex Italia nuspiam descessisset, nec potuisset per eam quoquam pacto vagari, sed tacita fuga quadam deterritus ut vitabundus id omne tempus de loco in locum navigando consumpsit. Qua ex re factum, ut urbem Romam iterata in servitutem receperint Gothi, cumque ea & cætera fere Italiæ oppida.* Sed id anno sequenti. Reversum autem Constantinopolim otiosam degisse vitam, idem auctor affirmat. Amantissimæ vero conjugis precibus ipsum testatur idem Procopius ab Italia revocatum.

(a) Procop. de bello Goth. l. 3.

Belisarii reditus inglorius.

II. Sed quo statu res Occidentalis Imperii essent antequam inde recesserit Belisarius, ex eodem auctore accipe, ubi ait: (b) *Dum hæc agerentur, totius Occidentis barbari Imperio potiuntur. Romani vero cum Gothis, etsi paulo ante (ut diximus) debellatis, bellum dum integrant, pecuniarum hominumque jactura ingenti facta, & sine ullo eorum commodo, Italiam amisere, cum hac simul Illyricos omnes, Thracesque, cum a barbaris jam finitimis factis sua omnia agerentur in prædam, & item ipsi fœde deprædarentur.* Hæc Procopius, qui & subdit, Romam iterato in servitutem a Gothis redactam fuisse. At de his suo loco.

(b) Procop. de bello Goth. l. 3.

Occidentale Imperium collapsum.

III. Quod varo pertinet ad Belisarium, considerare ne prætermittas qaam disparis exitus a priore posterior hic fuit ipsius in Italiam adventus, & reditus Constantinopolim. Ex quo enim (quod sæpius ob oculos repræsentandum est) in Romanum Pontificem Silverium violentas manus iniecit, vis omnis ipsius roburque Romanæ militiæ concidit; addita vero fuit hostibus bellica fortitudo, qoam innumeræ victoriæ sunt secutæ: osque

Causa malorum.

---

PAGIUS SÆC. VI. Olymp. 532. Anno Eræ Hispan. DLXXXVII A. C. 549.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6042.

☉ 26. C. ☽ 18. P. 4. April. Indict. 12.

JESU CHRISTI 549.

VIGILII PAPÆ 13.

JUSTINIANI IMP. 23.

TOTILÆ REG. 9.

I. Postconsulatus. [1] Hic annus ista formula notatur: *Post Consulatum Basilii V. C. VIII.* vel juxta aliquos, *Post Consulatum Basilii V. C. anno IX.*

II. A num. I. ad VI. Quæ de bello Gothico, & de Belisarii ex Italia discessu Baronius narrat, pertinent quidem ad annum XIV. belli Gothici, sed non ad currentem Christi annum, cum quo illigari debent, quæ anno belli Gothici XV. contigere. Anno itaque belli Gothici XV. Totilas Gothorum Rex Isaurorum proditione Romam cepit; sed anno superiori, annoque belli Gothici XIV. Antonina ab Imperatore reditum Belisarii conjugis petiit; *quod facillime impetravit, cum ad hoc Justinianum Aug. impelleret bellum Persicum, quo jam is gravissime urgebatur*, inquit Procopius lib. 3. de Bell. Goth. cap. 30. Addit Procopius cap. 35. *Belisarius Byzantium indecore profectus est: cum Italia quinquennio sic fuisset exclusus, ut nequivisset certis itineribus progredi*, &c. *Unde factum, ut liberius hostes Romam ipsam cæteraque omnia subegerint.* Paulo post: *Vigilius vero Pontifex Romanus, cum Italis, qui ibi* (nempe Constantinopoli) *tunc aderant & plurimi & Nobilissimi, non absistebat Imperatorem urgere, ut viribus omnibus Italiam sibi vindicaret*, &c. *At Imperator se Italiæ prospecturum pollicitus, in Christianorum Dogmata maximam temporis partem conferebat, tollendis eorum controversiis intentissimus.* Belisarius itaque, qui ineunte anno Christi

Roma a Totila capta, & Belisarius Byzantium redit.

---

NOTÆ [1] P. C. *Basilii* VIII. vel *an.* IX.

Vetus inscriptio Ravennæ in basilica S. Stephani apud Bacchinium P. II. ex Agnello Ravennate: *Servus Christi Maximianus Episcopus hanc basilicam ipso adjuvante construxit & dedicavit die* III. *Id. Decemb. Ind.* XIV. (a mense septembri anni 550. inchoata) *NOVIES* P. C. *Basilii junioris.*

Vetus inscriptio Ravennæ in basilica Classensi S. Apollinaris apud Bacchinium in Agnellum P. II. . . . . *Mandante vero beatissimo Ursicino Episcopo &c. consecrante vero beato Maximiano Episcopo die IX. Majarum Ind.* XII. *octies* P. C. *Basilii*. Paullo aliter legitur apud Hieronymum Fabrum in monumentis Sacris Ravennatibus P. I. pag. 99. his verbis.

*Beati Apollinaris Sacerdotis basilicam mandata beatissimi Ursicini Episcopi a fundamentis Julianus argentarius ædificavit, ornavit, atque dedicavit, consecrante vero beato Maximiano Episcopo die Nonarum Maii Indictione* XII. *octies* P. C. *Basilii Jun.* GEORGIUS

que adeo, ut quæ tanto fuerunt parta labore, pessumierint, cum illis potiti sunt Gothi: reliquas vero provincias, nempe Pannoniam & finitimas regiones, Longobardi a propriis sedibus super Istrum fluvium positis Gipedum regioni finitimis excitati invaserunt; grassatoresque in Dalmatiam & Illyricum, Epidamnum usque cuncta depopulati sunt. Hæc omnia pluribus Procopius habet, qui de aucto hoc anno Francorum regno hæc subdit (a):

(a) Procop. de bello Gothic. l. 3.

IV. Franci ob Imp. jura Galliarum occipiunt.

*Dum hæc gererentur, totius Occidentis barbari Imperio potiuntur.* Et paulo post: *Galliarum partem suæ quondam ditionis effectam in hujus belli principio Gothi Germanis*, nempe Francis, *tradiderant, cum minus se posse existimarent Romanis simul ac Germanis resistere. Id fane factum non solum Romani nil prorsus interpellarunt; sed ut Gallias sibi Germani haberent, Justinianus ultro permisit: non enim illi has tuto se possessuros rebantur, nisi & Imperator eas suæ ditionis futuras perpetuo confirmasset. Quo factum, ut ex eo tempore Principes Germanorum Massiliam Phocensium quondam coloniam, & cætera circa mare loca tenuerint, totiusque ejus oræ maritimæ potiti imperio sint: unde & Arelate nunc resident ad certaminis equestris spectaculum.* Quis ista legens, & in memoriam revocans usurpatum a Justiniano indebite titulum Francicum, non admiretur Dei providentiam rebus humanis invigilantem, ad hoc in primis, ut mente elatos deprimat, & humiles elevet? Ecce enim qui inani titulo, præter alia gloriæ nomina e populis debellatis accepta, Francicus a Francis superatis dici voluit, quos nec bello tentaverat; modo cogitur cedere Francis quæ potiora in Galliis Romani essent Imperii. Ita plane accidit, ut nihil sit in cæteris Galliarum provinciis, quod justius Franci possederint, quam Massiliam cum aliis ejusdem provinciæ locis, acceptis illis concessione Gothorum, & cessione facta Imperatoris.

V. Franci primi cudunt aureos cum Regis imagine.

Pergens Procopius, ad gloriam insinuandam Francorum hæc adjicit: *Aureum nummum nativo & Galliarum metallo hi cudunt, non Romani Imperatoris (ut cæteri solent) imagine, sed sua impressa. Persarum siquidem Imperator etsi ad arbitrium argenteum numisma facit, auro tamen non illi fas est suam ut imponat effigiem, nec barbarorum Princeps alius quisquam id facere ausit. Sed de his hactenus. Franci interea pleraque sibi & nullo jure in Venetos occupant loca, cum nec Romani ea tueri jam possent, nec Gothis tantum virium esset, ut his utrisque bellum inferrent.* Hæc Procopius de statu Occidentalis Imperii.

VI. Conjuratio in Justinianum.

Sed & hoc pariter anno accidisse tradit, ut Artabanes, qui Guntharidem tyrannum occidisset in Africa, una cum Arsace cognato suo atque aliis nonnullis proceribus adversus ipsum Iustinianum Im-



PAGIUS

sti DXLIV. in Italiam profectus fuerat, hujus Christi anni initio, currente adhuc belli Gothici XIV. ex Italia Byzantium rediit.

III. Bellum Persicum in Colchide continuatum.

*Chosroes* Persarum Rex de universa *Lazica* suæ Ditioni adjicienda cogitavit. Verum *Gubazes* Lazorum Rex, qui cum omni Gente sua Religionem Christianam profitebatur, petitus insidiis auxilium Justiniani Aug. imploravit, *validamque opem ut præsens præberet Lazis, Medorum jugum excutere peroptantibus: quod pares per se soli non forent Persicis viribus repellendis.* Hoc lætus nuncio Justinianus Dagisthæo Duci jubet, ut suppetias Lazis afferat, qui cum illis conjunctus *Petræ* obsidionem aggressus est: quæ diuturna admodum fuit, Persico præsidio e muris fortissime defensante, ubique annona instructo. Verum *Dagisthæus* bello Persico administrando impar, rem ex usu præsenti gerere nescivit; *Mermeroes* enim Persarum Dux cum exercitu venit, & ille Petræ obsidionem solvit. *Anno Induciarum, quas Romani cum Persis pepigerant, quarto exeunte, Imperii tertium ac vigesimum agente Justiniano Aug.* inquit Procopius lib. 2. de Bello Pers. cap. 30. postquam cap. 28. & seq. fuse de Lazica & de Petræ obsidione egisset. Quod confirmat lib. 4. de Bello Goth. cap. 1. ubi ait, se Libris de bello Persico tradidisse *acta ad annum IV. Induciarum quinquennalium, quas cum Persis Romani pepigerant*. Procopius lib. 2. de bell. Pers. cap. 17. *Est Petra*, inquit, *urbs maritima Colchidis ad littus Ponti Euxini.*

IV. Imperium Rom. variis casibus concussum.

Anno superiori *Justinianus* partem *Galliæ*, quam Gothi possederant, Francisque cesserant, confirmavit, ut hos a fœdere Gothico magis revocaret, ut habet Procopius lib. 3. de Bello Goth. cap. 33. *Gepædes*, qui olim Urbem *Sirmium*, *Daciamque* omnem obtinuerant, vim vastitatemque omnem Imperio Romano attulere. *Longobardi quibus urbem Noricum & Pannoniæ munitiones, aliaque loca Justinianus donaverat, patriis sedibus relictis*, in adversa Istri fluminis ripa consedere, haud procul a Gepædibus, & in Dalmatiam ac Illyricum irrupere. Denique *Eruli*, quibus quædam Daciæ loca Imperator attribuerat, Illyricum Thraciamque crebris incursionibus populati sunt, ut narrat Procopius citatus anno belli Gothici XIV. quæ ideo ad superiorem Christi annum revocanda.

V. Conjuratio adversus Justinianum.

Ad num. VI. & seqq. Procopius lib. 3. de Bell. Goth. cap. 31. & 32. narrat conjurationem contra *Justinianum* factam ab *Artabane* & *Arsace* hujus propinquo. Ille, qui *Guntharim* Africæ tyrannum e medio sustulerat, *Præjectam* Imperatoris ex sorore neptem uxorem ducere vehementissime cupiebat. Sed cum ea nupsisset Joanni filio Pompeii, qui fuit frater Hypatii, *Artabanes* exacerbatus, cum Arsace in Imperatorem conspiravit, qui conjuratione detecta Artabanem de gradu *Magistri militum in præsenti & fœderatorum Ducis* dejecit, eumque, cæterosque *honesta custodia, in Palatio attinuit*. Sed gesta hæc anno belli Gothici XIV. ideoque anno Christi superiori.

peratorem conspiraverit; & nisi molitiones detectæ fuissent, plane de ipsius Justiniani vita atque Imperio actum esset. Describit hæc pluribus ipse Procopius, sed nihil ad institutum.

VII. *Studia Justiniani circa dogmata.* Illud vero satis admiratione dignum, quod licet tot tantisque malis obortis undique Romanum adeo fluctuaret Imperium, Justinianus tamen totus erat in dogmatibus Ecclesiasticis perscrutandis. Nam cum de conjuratione Artabanis in Imperatorem Procopius agit, hæc ab Arsace de eo inter alia dicta refert (a): *Ad multam noctem hic sedet, circumstantibus sacratis quibusdam & effetæ ætatis viris, Christianorum scriptis mira studio revolvendis intentus.* Et post multa subdit ista Procopius: *Vigilius autem urbis Romanæ Præsul cum Italicensibus aliis & primoribus viris, qui secum Byzantii erant, ab Imperatore suppliciter & enixius postulabant, Italiam omnibus in suam ut viribus redigeret potestatem: sed Gothicus præ cæteris maxime vir sane Patricius ad ipsum id hunc crebro impellere, hortarique, ut qui ea de causa Byzantium se contulisset. Imperator vero Italiam sibi caræ fore, respondit. Sed circa Christianorum dogmata componenda nimis intentus, earum altercationes ut recte disponeret nitebatur.* Hæc Procopius de Imperatoris studiis: quibus dum plus quam decet Imperatorem, curiose vacaret, universum pessumdedit Imperium.

(a) *Procop. de bello Goth. l. 3.*

VIII. *Contra politicos Novatores.* Videant ergo politici Novatores, quanta cum jactura quæ sunt Pontificum arrogent sibi Principes, quamvis, sicut Justinianus, ex sacrarum legum præscripto cuncta se facere profiteantur. Regum namque est de sacris dogmatibus ex Ecclesiastica disciplina accipere ab Episcopis leges, non quovis colore præscribere; sed sancitas ab ipsis ipsorumque majoribus illibatas servare, & pro illis adversus hæreticos decertare. Intelligant illud insuper vel ex ipso rerum usu, quanto cum Imperii detrimento regnandi juris inani prætextu peccent Principes in sacerdotes: Recolant Silverium Papam abductum ab Urbe eo colore ne proderet ipsam Gothis; quæ, illo pereunte, ab iisdem Gothis iterum capitur; insuper & Italia ab eodem Imperatore a Gothis antea fortiter vindicata, rursus amittitur; atque universi demum barbari, veluti impellente numine, ad cladem Romani convocantur Imperii. Tanta sub Justiniano mala Romano Imperio sunt allata. Sed & parva hæc quodammodo videri possent, nisi ipse gravia intulisset in Catholicam Ecclesiam damna Justinianus, dum laborat leges sacras præscribere sacerdotibus, a quibus accipere potius debuisset: edicto enim illo de Tribus capitulis promulgato, materiam præparavit & ignem quo universus orbis Catholicus concisus schismate conflagraret, apposuit. Tot igitur tantaque mala sæculi prudentia (quæ mors est) invexit in mundum, & usque hodie in sui perniciem laborare non cessat. Sed jam reliqua ordine temporis prosequamur.

Quin-

PAGIUS VI. *Agila fit Rex Visigothorum.* Era DLXXXVII. *Teudiselo* Visigothorum Rege, qui anno uno regnarat, inter epulas jugulato, succedit *Agila*, qui Catholicam Religionem ludibrio habuit, ut habet Isidorus in Chronico Gothorum.

VII. *Illyrici Tria Capitula defendunt.* Episcopi Illyrici ubi primum *Judicatum* Vigilii ad eos pervenit, *Synodum* indixere, & communi consilio Trium Capitulorum defensionem suscepere, teste Victore Tunnunensi anno *post Consulatum Basilii IX.* (qui janis eum annus est Christi DXLIX.) *Illyriciana Synodus in defensione Trium Capitum Justiniano Aug. scribit: & Benenatum primæ Justinianæ Civitatis Episcopum obtrectatorem eorumdem Trium Capitum condemnat.* Mirum non est, inquit Em. Card. Norisius in Dissert. de Synodo Quinta cap. 4. *Benenatum* ex Metropolitis Illyrici solum contra Tria Capitula sensisse. Nam Justinianus ignobili loco natus in Dardania Europæ apud *Tauresium*, ibidem postea nobilissimam Urbem condidit de qua Procopius lib. 4. de ædificiis Justiniani, & a Vigilio Papa, ut Metropolitana Sede nobilitaretur, obtinuit; *Tauresio* autem primæ Justinianæ postea appellato *Benenatum* Justinianus præfecerat.

Celebrata hoc anno Synodus *Aurelianensis* V. de qua anno DLII. agemus.

I. QUingentesimus & quinquagesimus annus Domini, post Consulatum Basilii oonus, & belli Gothiei decimus qointus, agitur, Imperil vero Justiniani annus vigesimusquartus notatur a mensis Aprilis exordio. Quo ipso anno, mense Martio Vigilius Papa ad Valentinianum Episcopum Tomitanum litteras dedit adversus schismaticos, qui ubique scriptis litteris illud vulgarant, ipsum Vigilium Papam Tria damnando capitula, impugnare Chalcedonense Concilium. Cum enim ejus rei causa complures haud leviter perculsi animo resilirent ex ipsius Vigilii Papæ communione: prudentiores qui essent, rem accuratius considerandam rati, litteras miserunt ad ipsum Vigilium agentem Constantinopoli, inter quos fuit hic Valentinianus Tomitanus in Scythia Episcopus Metropolitanus, ad quem Vigilius ista rescripsit (a):

(a) Extat apud Synodam Quin. Act. 7. & t. 9. ep. Rom. Pont. ep. 6. Vigilii.

*Dilectissimo fratri Valentiniano Episcopo de Tomis provinciæ Scythiæ, Vigilius.*

II. Vigilii ep. ad Valen.

*Fraternitatis tuæ relegentes scripta, Pontificalem in vobis solicitudinem inesse gratanter accepimus: quia prophetica sibi possunt verba competenter aptari, quibus ait (b): Salvabo gregem meum, & suscitabo super eum pastorem, qui pascat eum servum meum. Oportet ergo charitatem tuam ea quoque Domini nostri verba sectari, per quæ dixit (c): Speculatorem te posui domui Israel, & audies de ore meo verbum, & annunciabis eis ex me; & convocatos eos quos scandalizari diversis rumoribus retulisti, incessanter hortari: ne per hos forsitan seducantur, qui sub prætextu Catholico, nequissimo spiritu simplicium Christianorum corda fallacia sua decipere moliuntur; & patris sui diaboli consuetudinem maligno sectantes spiritu, Ecclesiam tibi commissam diversis mendacibus scriptis conturbare desiderant: quibus Apostolica lectio congruenter aptatur, dicens (d):*

(b) Ezech. 34.

(c) Ezech. 3.

(d) Rom. 16.

III. *Rogo autem vos, fratres, ut observetis eos qui dissensiones, & offendicula præter doctrinam quam vos didicistis faciunt, & declinate ab illis.* Et infra: *Et per dulces sermones & benedictiones seducunt corda innocentium. Vestra autem obedientia in omni loco divulgata est, quatenus fraternitatis vestræ adhortatione sæpe commoniti nulla fideles eorum animos a rectitudine via, quæ Christus est, qui ait (a), Ego sum via, veritas, & vita, qualibet maligna annunciatione submoveant: sed si (quod non oportet) ab adversariis conturbati, aliquid (quod Deus avertat) contra fidem factum forte formidant: cum mansuetudine, qua convenit Christianis, prophetica verba sectentur, dicentis (b: Interroga patrem tuum, & annunciabit tibi: seniores tuos, & dicent tibi. Et alius Propheta (c): Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirunt ex ore ejus.*

(a) Joan. 14.

(b) Deut. 32.

(c) Malac. 2.

IV. *Et quoniam Basinianus illustris & magnificus vir filius noster cum his, qui pro actibus tuæ fraternitatis Ecclesiæ in Constantinopoli observant, pari ratione dixisse noscuntur, etiam hoc Dei inimicos fuisse mentitos, quod persona Episcoporum Ibæ atque Theodoreti in nostro (quod absit) fuissent Judicato damnata; legant ergo, quæ de causa, quæ hic mota est, ad fratrem nostrum Mennam Constantinopolitanæ urbis Episcopum scribentes, legimus definisse: & tunc cognoscent, nihil a nobis, Deo nos custodiente, commissum, vel certe dispositum, quod contra fidem, prædicationemque venerandarum quatuor Synodorum, quæ pro una eademque fide definita sunt, id est, Nicæna, Constantinopolitana, Ephesina prima, & Chalcedonensi reperiatur adversum; aut unius ex his qui definitionis suprascriptæ Chalce-*



PAGIUS SÆC. VI. Anno Eræ Hispan. DLXXXVIII A. C. 550.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6043.

☉ 27. B. ☽ 19. P. 24. April. Indict. 13.

JESU CHRISTI 550.

VIGILII PAPÆ 14.

JUSTINIANI IMP. 24.

TOTILÆ REG. 10.

I. Quinta Quinquennalia Justiniani.

[1] HIc annus ista formula notatus: *Post Consulatum Basilii V. C. IX.* vel juxta quosdam, *Post Consulatum Basilii V. C. anno X.* Quinta Quinquennalia Justiniani post Justinum imperatoris, ad quæ referenda Dedicatio Basilicæ SS. Apostolorum, de qua infra.

II. Roma a Totila capta, hujusque Legatio ad Regem Francorum.

A num. I. ad XIV. Est hic annus belli Gothici XVI. non vero XV. ut perperam habet Baronius, ideoque quæ Procopius lib. 3. de Bell. Goth. a cap. 38. usque ad cap. 40. narrat, ad annum superiorem revocanda. Tunc *Totilas* copias omnes *Romam* duxit, captoque tandem portu, post longam obsidionem, Isaurorum proditione eam cepit, ut refert Procopius cap. 36. Dein cap. 37. ait: *Non ita pridem Totilas missa ad Francorum Regem Legatione, ejus filiam sibi petiverat in matrimonium. Is vero abnuerat, negans illum Italiæ Regem esse, vel futurum unquam; qui Romam captam retinere nescivisset, ac parte ejus diruta, illam iterum permisisset hostium potestati. Quamobrem jam in Urbem annonam invehere satagit Totilas, & propere in-*

*donensis fidei subscripserunt, tangat injuriam: vel quod decessorum prædecessorumque nostrorum inveniatur (quod absit) constitutis forte contrarium; sed in omnibus Apostolicæ sedis Præsulum & beatæ recordationis Leonis Papæ & prædicatarum* * *Synodorum adversariis restitisse.* (* prædictarum.) *Fraternitatem autem vestram credimus non latere, inimicos fidei Christianæ hoc semper sæculari & reprobanda molitos astutia, ut Evangelistas quatuor contraria sibi (quod absit) dixisse monstrarent: quibus a sanctis Patribus per Evangeliorum concordiæ libros est cælesti sapientia contradictum.*

V. *Quod nunc quoque sancti Chalcedonensis Concilii adversarii (inter quos etiam Rusticum & Sebastianum comperimus istius auctores scandali, quos nlim pro meritis suis a sacra communione suspendimus; in quibus nos, si non resipuerint celeriter, fraternitas tua noscat canonicam sententiam prolaturos) qui sub prætextu falsæ defensionis student, ut eamdem Synodum contra prædictas tres Synodos dixisse (quod absit) abstendant. Quibus hæc conantibus. Propheta dicta consonanter aptantur, dicentis* (a): *Vere mendacium operatus est stylus mendax scribarum: verbum Domini nostri projecerunt, & sapientia nulla est in eis: docuerant enim linguam suam loqui mendacium, ut inique agerent, laboraverunt. Quibus, si non pœnituerint, veniet Psalmistæ inventa sententia, dicentes* (b): *Ut destruas inimicum & defensorem.*

(a) Hier. 8. 9.

(b) Psal. 8.

VI. *Credimus enim, Catholicis Ecclesiæ filiis, ea quæ tunc ad fratrem & coepiscopum nostrum Mennam scripsimus, id est, de blasphemiis Theodori Mopsuesteni, ejusque persona, vel de epistola quæ ad Marim Persam scripta ab Iba dicitur, & scripta Theodoreti quæ contra rectam fidem & duodecim capitula sancti Cyrilli facta sunt, abunde posse sufficere. Quippe dum in Constituto nostro superius designato possit diligenter agnosci, quia in ipsa definitione fidei quam sancti Chalcedonensis Concilii sacerdotes secundum præcedentes eam tres alias sanctas Synodos protulerunt, non aliquid mutaverunt; sed laudantes omnia quæ a superioribus acta sunt, sancta definitione sua perpetuo robore firmaverunt. Tamen si post hæc aliquis (quod non credimus) dubitare voluerit, hortamur ut cum tuæ fraternitatis ordinatione ad nos venire festinet: quatenus lucida admonitione cognoscat, omnia quæ decessorum nostrorum & antefatarum quatuor Synodorum sunt de una eademque fide acta scriptaque temporibus, a nobis inviolabiliter fuisse servata.*

*Qua ratione percepta, sublato (sicut oportet) de Christianissimis animis scandalo, pax Deo placita in ejus Ecclesia illibata perduret. Hoc quidem fraternitatem tuam credimus adhortandam, ne ulterius prædictorum Rustici & Sebastiani, aut illorum qui pravæ eorum præsumptionis probentur esse participes, scripta suscipiat; sed & universos ad tuam pertinentes ordinationem commoneas, ne vel ipsi a prædictis relegant aliquid destinatum, vel falsitati eorum ulterius animum suæ credulitatis accomodent. Deus te incolumem custodiat, frater charissime. Data XV. Kalendas Aprilis, Imperii domini Justiniani perpetui Augusti anno vigesimo tertio, post Consulatum Basilii viri clarissimi anno nono.* Per Joannem presbyterum & Apocrisarium, & ipse direxit eam per Maxentium hominem suum. Hactenus Vigilii epistola ad Valentinianum, cujus mentio fit in litteris Justiniani Imp. recitatis in Quinta Synodo. VII.

At non Oriens tantum, sed & Occidentalis Ecclesia hoc eodem concussa est terræmotu: cujus rei fidem quoque faciunt legatio missa ab Aureliano Episcopo Arelatensi & litteræ datæ Anastasio Constantinopolim ad eumdem Vigilium Romanum Pontificem: de hoc enim ipso quærenti, num videlicet verum esset, adversum Chalcedonense Concilium aliqua ab ipso esse tentata, quidnam rescripserit Vigilius Papa, ipsius quæ extant tunc datæ litteræ docent, quæ sic se habent (c): VIII. Aureliani Episcopi Arelat. ad Vigilium legatio.

*Dilectissimo fratri Aureliano Episcopo Arelatensi Vigilius.*

(c) Vigil. ep. 4. t. 1. ep. Rom. Pont.

*Fraternitatis vestræ litteras pridie Idus Julias, Anastasio deferente suscepimus; & gratias referimus divinæ clementiæ, quia sollicitudinem vestram in fidei causa, vel in nostræ opinione personæ sacris relegimus convenire mandatis, ut digne cha-* IX. Vigilii ad Aurelianum Arelat. Episc. epistola.

PAGIUS *stanrari jussit.* Quare hæc Totilæ ad Regem Francorum Legatio missa non est anno DXLVIII. quo Totilas iterum Urbem occupavit, sed anno DXLVII. quo *Theodebertus* Francorum Rex vitam cum morte commutavit. Procopius quidem, nec Regis Francorum, nec filiæ cujus nuptiæ ambiebantur, nomen expressit; sed cum nec *Childebertus*, nec *Clotarius*, quibus etiam erant filiæ, se se rebus Italicis immiscuerint, de *Theodeberto* sine dubio Procopius intelligendus; sicuti & de anno Christi DXLVII. Procopius enim ex occasione tantum de his nuptiis sermonem habet, ut scilicet causam aperiat, cur *Totilas* in hac secunda Urbis expugnatione aliter ac in prima se se gesserit, ut ex ejus verbis clarum est.

III. Nec Literæ Vigilii Papæ Constantinopoli positi ad *Aurelianum* Episcopum Arelatensem datæ *III. Kalend. Majas imperante Justiniano Aug. anno XXIV. P. C. Basilii V. C. anno IX.* quas recitat Baronius num. VIII. & seqq. ejus opinioni expugnationem Urbis in hunc annum diffe-

*charitati tuæ verba Dei & convenienter aptentur, quibus ait: Elegi te sacerdotem ex omnibus: ut ascendens ad altare meum, portes coram me nomen magnum cunctis diebus vitæ tuæ. Necesse ergo nobis est, charitatis vestræ sollicitudinem brevi interim (quantum pro temporis qualitate potuimus) relevare colloquio: quatenus modis omnibus confidatis, nihil nos penitus admisisse, quod decessorum nostrorum constitutis, vel sanctæ, quæ una eademque est, fidei quatuor Synodorum, id est, Nicænæ, Constantinopolitanæ, Ephesinæ primæ, atque Chalcedonensis, inveniatur (quod absit) esse contrarium; aut quod ad personarum injuriam pertineat, quæ definitioni ejusdem sanctæ fidei subscripserunt, vel sanctorum prædecessorum nostrorum Cælestini, Xysti, Leonis, aliorumque præcedentium atque sequentium definitis reperiatur adversum: sed a nobis, omnibus prædictis Synodis unam venerationem, unamque fidei credulitatem indubitabiliter exhiberi; & eos qui omnes suprascriptas quatuor Synodos cum rectitudine fidei non sequuntur, vel unam ex ipsis vel omnes in fide reprobant, aut reprobare, aut injuriare, vel repudiare nituntur, abjicimus. Sed & ea quæ in ejusdem sanctæ fidei injuriam verbo dicta, vel reperiuntur scripta, anathematizanda, execrandaque judicavimus, & constituimus judicanda: Simili pœna plectentes etiam eos, qui fidem beati Cyrilli, quam sanctæ recordationis Leo prædecessor noster ad prædecessores vestros aliosque datis probavit & laudavit scriptis, & Chalcedonensis veneranda sancta Synodus legitur protulisse, aliorumque Patrum, quos Apostolicæ sedis Præsules susceperunt, atque secuti sunt, execranda superbia impiam vocaverunt.*

X. *Fraternitas ergo tua, quam Apostolicæ sedis per hoc constat esse Vicarium, universis Episcopis innotescat, ut nullis aut falsis scriptis, aut mendacibus verbis, aut nunciis qualibet ratione turbentur: sed potius primi Apostolorum (sicut convenit) verba sectentur, dicentis (a): Adversarius vester diabolus ut leo rugiens circumit, quærens quem devoret: cui resistite fortes in fide. Et quod item Doctor Gentium dicit Apostolus (b): Rogo autem vos, fratres, ut observetis eos, qui dissensiones & offendicula præter doctrinam, quam vos didicistis, faciunt: & declinate ab illis: In Domino confidentes, quia (sicut præfati sumus) ab Apostolis fidem traditam, & a prædictis sanctis quatuor Conciliis declaratam, & a decessoribus nostris & ab antedictis Patribus prædicatam atque inviolabiliter custoditam, sincera voluntate tenuimus, tenemus, venerati sumus, & veneramur, atque defendimus: & contra eam facientes Apostolica auctoritate damnamus.*

(a) 1. Pet. 5.

(b) Rom. 16.

*Sed quanta possumus per filium nostrum Anastasium de his quæ gesta sunt breviter nos indicare necesse est: & cum nos dominus filius noster clementissimus Imperator, sicut promisit, Deo, qui cor ipsius tenet, juvante, reverti præceperit; hominem, qui vobis ad singula subtiliter innotescat, Deo propitio, destinamus. Quod ideo adhuc non fecimus, quia & hiemis asperitas, & Italiæ quæ vos non latet, necessitas præpedivit: donec serenissimus Princeps, sicut desiderat, Domino adjuvante, ipsi subveniat. Illud quoque credimus sperandum, ut quia scriptum est (c): Frater fratrem adjuvans exaltabitur: & sicut de credentibus in Domino Actuum Apostolicorum scriptura testatur (d), Quia erat credentibus in Domino cor unum & anima una: ut sit fraternitas vestra in hac quoque parte sollicita: & glorioso filio nostro Childeberto Regi, quem Christianitatis studio venerationem integram sedi Apostolicæ, cui nos Deus præesse voluit, cognovimus exhibere, supplicare non desinas, quatenus in tanta rerum necessitate circa Ecclesiam Dei sollicitudinem (sicut & confidimus) Christiana devotione persolvat: ut quia Gothi cum Rege suo in civitatem Romanam perhibentur ingressi, hoc eis dignetur scribere, ne se in Ecclesia nostræ præjudicio (quippe velut alienæ legis) immisceat, & aliquid faciat, aut fieri qualibet ratione permittat, unde Catholica possit Ecclesia perturbari.* XI.

(c) Prov. 18.

(d) Act. 4. Vocatur Rex Francorum in auxilium.

*Dignum enim est, & Catholico (sicut est) Regi conveniens, ut fidem & Ecclesiam, in qua Deus illum voluit baptizari, omni debeat virtute defendere. Scriptum est enim (e): Vivo ego, dicit Domi-* XII.

(e) 2. Reg. 2.

PAGIUS

*Vigilii litera ad Aurelianum Episcop. Arelat. de Roma capta & Tribus Capitulis.*

ferenti favent. Aurelianum hortatur in illis Vigilius, ut intercessione Childeberti Regis impediret, ne Totila Ecclesiæ Catholicæ damnum inferret: *Credimus sperandum, ut sit fraternitas vestra sollicita, & glorioso filio nostro Childeberto Regi supplicare non desinas, ut quia Gothi cum Rege suo in Civitatem Romanam perhibentur ingressi, hoc eis dignetur scribere, ne se in Ecclesia nostræ præjudicio immisceat, & aliquid faciat, aut fieri qualibet ratione permittat, unde Catholica possit Ecclesia perturbari.* Quibus ex verbis colligit Baronius, Romam hoc anno a Totila captam fuisse. Verum perperam; Roma anno DXLIX. expugnata *Aurelianus* Episcopus Arelatensis Literas dedit ad Vigilium, quæ periere, in quibus agebat de Tribus Capitulis, ad eumque Anastasium direxit, ut in fine Literarum Vigilii dicitur. Anastasius autem, vel quilibet alius, Totilam Romam ingressum esse Vigilio significavit. *Vigilius* itaque Aureliano mense Ap[illegible]us anni respondens dixit, nihil a se adm[illegible]e contra Conci-

lia

*minus, quia glorificantes me glorificabo. Festina ergo, frater charissime, ut in sanctæ fidei sinceritate persistens, Ecclesiarum pacem, quæ vel a Deo per meritum sacerdotii tibi commissa est, vel a nobis per Apostolicam auctoritatem vicaria potestate mandatur, competenti sollicitudine, Deo propitiante, custodias, & Vicarium te sedis nostræ dignis Deo manifestes operibus. Deus te conservet, frater charissime. Data III. Kalendas Majas, Imperii domini nostri Justiniani perpetui Augusti anno XXIV. post Consulatum Basilii V. C. anno octavo*: per hominem quem Anastasius direxit.* Hactenus Vigilius. Mentio hujus epistolæ fit a Justiniano Imperatore in litteris ad Quintam Synodum datis & ibidem recitatis. Porro hic Aurelianus, ad quem Vigilius scripsit, claruit sanctitate, agiturque ejus celebritas annua die decima sexta Junii (*a*).

* nono

(*a*) *Martyr. Rom. ea die.*

XIII. De Urbe a Gothis iterum capta.

Quod autem Vigilius Papa his ad Aurelianum litteris meminit de Urbe a Gothis capta, rogatque ut de ejus incolumitate apud Childebertum Regem Francorum agat: bene hæc consentiunt iis quæ Procopius sub hoc eodem anno decimoquinto belli Gothici narrat, nimirum hoc anno rursus proditione Isaurorum Urbem Gothis cessisse, Romanis cæsis, his exceptis qui in ecclesias se recepissent: quibus cum cæteris abire jussis, & jam destitutam habitatoribus Urbem ac desolatam relinquendi cum Totilas consilium iniisset; quo minus id faceret, requisitus per Aurelianum a Vigilio opportuna oblata occasione destitit: nempe cum Totilas ab eo filiam in matrimonium petiisset, & eo prætextu recusaret ille, quod Urbem caput Imperii destitutam hostibus relinquens, se summa gloria pariter spoliaret: factum est, ut Totilas cives alio migrare jussos revocarit in Urbem, quam & novis ædificiis munivit & illustravit. Sed hæc omnia Procopius pluribus. Idem vero inferius subdit, magno cum exercitu post Liberium Patricium missum esse Germanum, cum jam Totilas Siciliam invasisset. His addit, quod Sclavinus populus iterum, Istro transmisso, Illyricum & Thraciam devastavit, & summa crudelitate in necem omnium incolarum sæviens, exsaturatus humano sanguine, præda spoliisque onustus ad propria remeavit. Quæ autem per Germanum gesta sint, anno sequenti idem Procopius narrat.

XIV.

Neglectis tamen his Justinianus, quæ primo (ut decebat Imperatorem, sibi subditos ab hostium invasione) defendere) curare debuisset, exagitatus prurigine quadam adversus mortuos ineundi certamina obtentu firmandæ pacis Ecclesiæ, sed re vera turbandæ: ut stabiliret quæ de capitulis Tribus, instigante, immo & scribente Theodoro Cæsariensi, statuisset, hoc anno (ut inferius dicetur) curavit ut Mopsuestiæ in Syria Synodus cogeretur, a qua Theodori ejus civitatis Episcopi ante centum & amplius annos defuncti facta atque alia de eo monumenta cognoscerentur. Porro homini in his omne studium impendenti, & ob id optimo Imperii regimine frigescenti illud fuit vetus proverbium occinendum, *Non ultra crepidam*. Dum enim amplius quam par est aures admovet occultis hæreticis, sub prætextu conservandæ fidei, & pacis in Ecclesia reintegrandæ, factiosorum se studiis inseruit, sacra dogmata in discrimen adduxit, inter Catholicos schisma dirum invexit, & ipsum Romanum Imperium barbaris desolandum reliquit. Queritur de his sæpe Procopius nempe de cura Reipublicæ Justinianum redditum segniorem, nec ea qua antea sollicitudine bellicas res curasse.

XV. Vigilius agit adversus schismaticos Clericos.

Sed ad Vigilium redeamus, qui schismaticorum factione adeo vexabatur, ut a suis quoque clericis compluribus destitutus, ab eisdem indignissime urgeretur tum dictis, tum scriptis, iisdemque per Orbem ubique vulgatis, ut suas ad diversos) ut vidimus cogeretur scribere apologias. Quamobrem quod in grave id damnum vertere intelligeret totius Ecclesiæ unitatis, hæcque diutius tolerare, patientiaque differre, nonnisi graviora mala in Ecclesiam inferre cognoscens; adversus desertores clericos suos, qui in castris hostium militabant, censura Ecclesiastica…

PAGIUS

lia generalia damnando *Tria Capitula*, de quibus in suis Literis agebat Aurelianus, & postea eum hortatur, ut per *Childebertum* Regem ad Totilam scribendum curet. Hinc colligi posse videtur, *Romam* sub finem duntaxat anni DXLIX. a *Totila* occupatam; cum hujus anni initio id Constantinopoli certo non innotesceret.

IV. *Rusticus & Sebastianus a Vigilio damnati.*

A *num.* XV. ad XXXVII. Non solum in Gallia, ut mox vidimus, *Vigilius* a multis fraudulenter insimulabatur, quod Concilio Chalcedonensi adversaretur, ob damnationem scilicet Trium Capitulorum; sed etiam alibi, ita ut a suis quoque Clericis indignissime urgeretur. Quare *Rusticum & Sebastianum* Ecclesiæ Romanæ Diaconos sententia sua damnavit. Eam refert Baronius, & præsenti anno datam existimat. Addo eandem latam post diem XVIII. mensis Martii hujus Christi anni. Epistola enim Vigilii ad Valentinianum Episcopum Tomitanum scripta, & a Baronio num. V. recitata, data est *XV. Kalend. Aprilis Imperii Domini Justiniani PP. Augusti anno XXIII. post Consulatum Basilii V. C.* anno IX. In ea ait Vigilius: *Quod nunc quoque sancti Chalcedonensis Concilii adversarii (inter quos etiam Rusticum & Sebastianum comperimus istius auctores scandali, quos olim pro meritis suis a Sacra communione suspendimus, in qui-*

clesiastica sibi agendum esse putavit. Collectis igitur qui ibi tunc erant Italiæ Episcopis, adversus eosdem, præcipue vero Rusticum & Sebastianum, ejusmodi damnationis sententiam (a) protulit, cujus fit mentio in epistola Justiniani ad Quintam Synodum:

(a) Vigil. ep. 3. to. 1. ep. Rom. Pont.

*Vigilius Episcopus, Rustico & Sebastiano.*

XVI. Sententia lata in Auctores schismatis.

*Diu vobis, Rustice & Sebastiane, canonibus, & decessorum nostrorum* decretis *congruentem ultionem inferre, pro Apostolica moderatione distulimus. Sed quia Doctoris Gentium in cordis vestri duritia (quod a nobis cum nimia tristitia dicitur) verba videmus impleta, quibus ait:* (b) *Nescitis quia patientia Dei ad pœnitentiam vos adducit? Tu autem secundum duritiam tuam & impœnitens cor, thesaurizas tibi iram in die iræ. Ut excessus vestros ex plurimis paucos interim (in quantum possumus) designemus: venientibus nobis hic in regiam civitatem, tu Rustice, dum aliqua nobis ignorantibus legeres, quæ hominem loci tui omnino legere non decebat, & plura committere dicereris, quæ etiam nostram, si te non prohibuissemus (quod absit) opinionem atque animam lædere potuissent: dicente quoque de te nobis aliqua Paulo diacono, etiam te præsente, sicut oportuit, & pro affinitate, qua nobis a germano, quem dileximus, jungebaris, & pro eo quod nos te ad Leviticum provexeramus officium, frequenter & secrete paterna monuimus charitate, ut si ea quæ de te dicebantur, ex aliqua parte cognosceres, a talibus temperares: ne, quia Dei causam indiscussam non pateremur qualibet ratione relinquere, canonicum per nos in te judicium proveniret.*

(b) Rom. 2.

XVII. *Tu autem non solum admonitionem nostram audire malevolo spiritu noluisti, sed etiam (sicut scriptum est c): Argue sapientem, & adamabit te: stultum, & odio habebit te. Et iterum (d): Noluit intelligere ut bene ageret, iniquitatem meditatus est in cubili suo) ad hoc malitia tua perducta est, ut nostra admonitione contempta, in odium potius prosilires, & occasionem quæreres, quatenus causa Capitulorum, id est, de dictis Theodori Mopsuesteni, ejusque persona, sed & de epistola quæ ab Iba ad Marim Persam perhibetur scripta, necnon & dictorum Theodoreti, quæ contra rectam fidem & epistolam beatæ recordationis Cyrilli Synodicam ad Nestorium cum duodecim capitulis, quam & sancta Synodus Ephesina prima suscepit, & beata Chalcedonensis Synodus ad convincendas Nestorii vesanias in definitione fidei legitur posuisse........ quæ, te etiam instante, certum est flagitata, ita ut filiis nostris Sapato & Paulo diaconis, sed & Surgentio Notariorum Primicerio clamitares, dicens, non solum nomen & scripta Theodori Mopsuesteni a nobis debere damnari, sed & territorium ejus ipsum, ubi positus est: & si ossa ejus evulsa quisquam de sepultura eiiceret, & cum eodem territorio incenderet, gratanter acciperes.*

(c) Prov. 9.

(d) Psal. 35.

*Et cum necesse esset, ut negotium quod fuerat in judicio nostro perductum, te etiam quam maxime inter alios tam sacrati ordinis quam sequentis consentiente, sententia finiretur (quod constat effectum) & quid de eodem Judicato feceris, quomodo etiam in Palatio ut fratri nostro Mennæ, ad quem scripseramus, celeriter traderetur, institeris, nulli habetur incertum: ita ut filio nostro Surgentio Primicerio petenti schedam ipsam Judicati nostri, ut apud se pro loco suo secundum consuetudinem retineret, per multos dies dare penitus noluisses, donec exemplaria per plurimos sacerdotes ac laicos, sed & per gloriosum virum Tyrannum Magistrum militum, aliosque laicos, in Africana provincia destinares: quod in Ecclesia nostra a diacono numquam factum est: ac nobis etiam nescientibus, ejus exemplaria destinares.* XVIII.

*Nam & sabbato sancto, quo ipsum, te, (sicut præfati sumus) imminente, protulimus Judicatum, in ecclesiam sessum processisse, & communicasse, & officium tuum implesse cognosceris. Nam & eodem die revertens ab ecclesia, coepisco-* XIX.

PAGIUS *quibus nos, si non resipuerint celeriter, fraternitas tua cognoscat, Canonicam sententiam prolaturos), qui sub prætextu falsæ defensionis student, ut eandem Synodum contra prædictas tres Synodos* (Nicænam scilicet, Constantinopolitanam & Ephesinam) (*quod absit*) *ostendant*. Quare ante diem quidem XVIII. Martii, quo ea Epistola scripta, Vigilius Rusticum & Sebastianum ab Officiis suspenderat, sed nondum in eos tanquam rebelles depositionis sententiam tulerat.

V. Non anno superiori sed currenti.

Garnerius in Dissert. de V. Synodo cap. 5. paragr. 9. ut ostendat eam depositionis sententiam anno superiori datam, contendit emendandam esse laudatam subscriptionem: *Neque enim*, inquit, *annus XXIII. Justiniani coincidit cum IX. post Consulatum Basilii, sed cum VIII. ut Epistola dicatur scripta anno DXLIX. die XV. Kalend. April.* Sed summopere fallitur Vir Eruditus: annus enim XXIII. Justiniani a Kalendis Aprilis usque ad Kalendas Januarii concurrit quidem cum anno Christi DXLIX. annoque VIII. post Consulatum Basilii; sed a Kalendis Januariis hujus Christi anni usque ad Kalendas Aprilis, quo die annus ejus XXIV. inchoatus, convenit in præsentem Christi annum, ac in annum post Consulatum Basilii IX. & hoc sine controversia. Tomo V. Concil. pag. 558. hujus Epistolæ subscriptio in margine alio modo depravatur his verbis; *Forte XXIV. X.* idest, XXIV. Justiniani, & X. post C. Basilii, quæ notatio omnino expungenda. Afri-

scopo nostro (quantum perhibet) Juliano hoc diceres, quia melius fieri non potuit, quam quod factum est Judicatum, & hortareris, ut Deus oraretur, neque quod factum est tollaretur: Quod etiam succedente Dominico die Paschæ, similiter effecisti: & diu in eadem perdurando sententia, alios, ut Judicatum nostrum libenti animo sequerentur, nihilominus hortabaris.

XX. Nam dum Antiochenæ Ecclesiæ Apocrisariis ejusdem Judicati exemplaria nos dare petentibus differremus, sed hoc magis justum esse prædictis Apocrisariis diceremus, ut a fratre nostro Menna potius exemplaria peterent, ad quem a nobis videbatur fuisse prolatum; tu autem publica voce deposceres, dicens dominum Leonem ita de epistola sua diversis exemplaria destinasse, nos facere debere similiter, asserendo quia metueres, nisi universitas Judicati nostri exemplaria de scrinio nostro edita teneret, qualibet ratione postea forsitan celaretur.

XXI. Nam dum occasionem euntis ad Siciliam reperisses, & Judicatum nostrum, laudesque ejus, ubi etiam filii nostri diaconus Primiceriusque tecum manifestum est subscripsisse, filiis nostris Pelagio diacono, aliisque dirigere voluisses pro cautela, ne ab aliquo inveniri forsitan potuisset, nobis etiam ignorantibus in membrano conscriptum & in brevitate quadruplicatum, & litteris conscriptum minutissimis destinasti. Nam & Vincentio secundæ regionis subdiacono iterum a nobis postea ad Siciliam directo, per eum filio nostro Pelagio diacono similiter scripsisti: sed quia ita memoratus subdiaconus prospere navigavit, ut illum qui in membrano scripta portaverat, præcedere potuisset; quantum nobis retulit, ea quæ in membrana scripseras, Pelagius diaconus ipso præsente percepit.

XXII. Ergo dum &, te pro omnibus imminente, prolatum fuerit Judicatum, & tanta in ejus Judicati laude succensus per multum tempus scripseris, feceris ve, ut numquam te crederemus ab hac posse rectitudine deviare: immutatum te subito post hæc quadam animi levitate, vulgante opinione comperimus, & cum adversariis Ecclesiæ, qui contra Judicati nostri seriem utebantur, & a nobis sunt per Judicati ipsius tenorem a communione suspensi, secrete, tractare; & dum filius noster diaconus Paulus ad Italiam discedere voluisset, postquam & ad eum pervenit, quod scandalum Ecclesiæ in communione adhuc nostra positus secrete & hic & in Africana provincia, ubi antea defendendo, & laudando Judicatum nostrum, ejus exemplaria destinasti facere nitebaris: tunc tibi cœpit insistere & dicere, ut si verum esset, producere debuisses, quod tu convictus celare minime potuisti.

Tunc vero memoratus nobis cœpit imminere diaconus, ut aut corrigere te ab his quæ illicite faciebas, sub nostra præsentia clericorumque promitteres, aut certe petitionem adversum te, & veritatem tuam atque fallaciam ab eo factam, quam & præ manibus gerebat, debuissemus accipere: ad hoc es propria voluntate perductus, ut tactis Evangeliis sacramenta præstares, & verba tua a Notario scripta in nostro teneantur scrinio, quibus inter alia legeris promisisse, te numquam a nostro penitus obsequio discessurum. Postquam vero pejor te Sebastianus pro solo scandala faciendo (sicut & initia ipsius venientis in Constantinopolim monstraverunt, & exitus pejor edocuit) noscitur advenisse, ita ut mox tui immemor sacramenti, conjurationem inter vos contra statuta canonum, nobis ignorantibus, facientes, in apertum uterque proromperetis scandalum. XXIII.

Sed ut tua, Sebastiane, non in quantum sunt, sed in quantum referre possumus, mala quæ feceris diversi cognoscant, & juste te (nam magis tarde) canonicam advertant subiisse sententiam: ad tuæ ordinationis veniamus initia. Absentibus filiis nostris diaconis Anatolio atque Stephano, a nobis postulasti, ut ad tempus pro implendo officia absentium loco, diaconum te interim faceremus. Hæc cum Vigilius ingerat in Sebastianum ad tempus creatum diaconum, non accipias quo ad ordinem, sed potius quo ad mini- XXIV.

ni-

PAGIUS VI. *Africani Vigilium excommunicant & ab eo excommunicantur.*

Africani Episcopi *Reparato* Carthaginensi Duce non modo *Judicatum* rejecerunt, sed etiam *Vigilium* ipsum anathemate perculerunt, teste Victore Tununensi, qui *anno post Consulatum Basilii X.* juxta ejus supputationem hoc Christi anno scribit: *Africani Antistites Vigilium Romanum Episcopum damnatorem Trium Capitulorum Synodaliter a Catholica communione, reservato ei pœnitentiæ loco, recludunt, & pro defensione memoratorum Trium Capitulorum Literas satis idoneas Justiniano Principi per Olympium Magistrianum mittunt.* Verum Justinianus acceptis Actis Synodalibus Episcoporum Illyricorum, quibus anno superiori Tria Capitula defenderant, Actisque Concilii in Africa eandem in rem hoc anno coacti, contra Illyricos & Africanos rescripsit; ut docet Isidorus in lib. de Vir. Illustr. cap. 19. *Justinianus*, inquit, *Imperator condidit quoque & Rescriptum contra Illyricianam Synodum & adversus Africanos Episcopos, in quo Tria Capitula damnare contendit.* Parte alia Vigilius Africanos pari pœna mulctaverat; nam Judicati detractores ipso facto anathemati subiiciebantur, quod ex his, quæ in sententia ejus contra Rusticum & Sebastianum leguntur, intelligitur: *Quos pro hoc*, ait Vigilius, *quod contra Judicatum nostrum scripserant, per ejusdem Judicati seriem constabat jam a nobis communione suspensos.* Sed

nisterium, ut qui diaconus jam esset, ministrare loco diaconi Cardinalis permitteretur. Pergit vero Vigilius: *Quod ideo tibi ad præsens sperante concessimus, quia ante ordinationem tuam cautionem nobis propria voluntate legeris emisisse, quam & testibus roborasti, & tactis Evangeliis juramentum corporaliter præstitisti, ut quicquid tibi a nobis pro Ecclesiastica utilitate fuisset injunctum, fideliter & sine aliqua fraude compleres; officium vero, locumque diaconi sine aliquo vitio, sine aliqua superbia, sine aliquo neglectu, donec reverterentur diaconi memorati, aut quanto te tempore ex Levitarum voluissemus ordinatione ministrare, cum omni humilitate & studio sine neglectu modis omnibus impleturum: in eadem cautione rursus adjiciens, quod si de his omnibus quæ cum sacramento, tactis corporaliter Evangeliis, promisisti, aliquid minus implesses, tunc a sancta communione esses suspensus: ita ut si a die excessus tui intra annum pœnitentiæ noluisses colla submittere, tu tibi anathema manu propria scribendo dixisti. Tunc ergo ad præsens factus es sub ea quam sperabas & pollicitus fueras conditione diaconus.*

XXV. *Postea vero ut a nobis ad Dalmatiarum patrimonium mittereris, summis precibus postulasti: quod nos secure, quia talem feceras cautionem, animo libenti concessimus. Qui dum in Salonita urbe pro ordinatione patrimonii advenisses (quantum ad nos postea est plurimorum relatione perductum) illicitis te & a sede Apostolica prohibitis ordinationibus miscuisti; & quos Honorius tunc prædictæ civitatis Episcopus contra consuetudinem Romanæ vel suæ Ecclesiæ, & sedis Apostolicæ constituta sacris ordinibus applicaverat, non solum prohibere penitus noluisti; sed nec nobis de hac causa scripta referre, vel quando Thessalonicæ nobis occurreras, memor conscientiæ tuæ ne verbo quidem suggerere voluisti; & cum illis tamquam cum legitimo & rationabili ordine factis cupiditatis spiritu acquievisti procedere, & eorum socius es communionis venalitate repertus.*

XXVI. *Iterum Thessalonica ad Dalmatias patrimonii regendi causa remissus es; ex* Ann. Eccl. Tom. X. *qua provincia frequenti te auctoritate monuimus, ut non ante discederes, nisi omnes secundum pollicitationem tuam tam de Dalmatiarum patrimonio, quam de Prævalitano colligeres pensiones. Sed tu omnia prætermittens, ad Constantinopolitanam urbem pro stilo faciendo scandalo venire, festinasti quantum & sequens exitus declaravit. Relegens tamen Constituti nostri seriem, quam de præfatis capitulis ad Mennam hujus civitatis Antistitem dedisse relegimus, in conspectu diaconorum, subdiaconorumque vel universorum clericorum publica voce laudabas, ut de cælo Judicatum nostrum ordinatum atque prolatum, omnibus (sicut præfati sumus) clericis loquereris. Dicta vero Theodori Mopsuesteni asserebas te in Romana urbe inter aliquos codices invenisse, quæ confirmabas omni execratione, & blasphemiis esse completa. Hæc dicendo, in nostro obsequio & in Ecclesia publice, & in Placidias officium diaconatus implebas.* Erat locus ad Placidias, sive Palatium Placidiæ, ubi Vigilius Constantinopoli morabatur, prout Synodalia Acta declarant. Sed subdit hæc idem Vigilius:

*Nativitatis Christi Dei Domini & Salvatoris nostri secundum carnem præterito anno dies advenit. Vocavimus te; quia ad nos quæ supra meminimus te fecisse in Dalmatiæ, de recenti pervenerunt: & sicut oportuit diximus tibi: Si cum illis qui contra Apostolicæ sedis constituta in sacratis sunt applicati ordinibus processisti, aut eorum te communioni (sicut dicitur) sociasti: necesse nobis est, ut si nos Deus ad nostram dignatur Ecclesiam revocare, quæramus ista, & veritatem manifestius cognoscentes, secundum canones vindicemus. Tu vero conscientiæ tuæ reatu perterritus, quia contra Apostolica feceras constituta, occasionem tibi discedendi, dissimulans, requirebas. Nam cum te pro certo mandato cum Joanne Episcopo, & Surgentio Primicerio atque Saturnino Consulario nostro ad Mennam fratrem nostrum hujus civitatis Antistitem misissemus; reversus in Placidias, multis præsentibus, & officium diaconi tu & Rusticus ex more complestis. Et quando clementissimus Princeps dominus filius noster,* XXVII.



PAGIUS VII. *Humanus sanguis etiam alicubi effusus.* Sed non tantum scripta, ut inquit Em. Card. Norisius in Dissert. de Synodo quinta cap. 4. verum etiam armis decertabatur, tantaque rabie suæ quisque factioni studebat, ut nonnulli ne Sacrosancta quidem loca reveriti, eadem impia cæde polluerent. Conqueritur enim Vigilius ex Literis rebellium Diaconorum contra Judicatum emissis tantas alicubi turbas excitatas, *ut humanus sanguis in aliquibus locis intra Ecclesiam, quod dici nefas est, funderetur,* ut inquit Vigilius in sententia contra eosdem lata. Quare Oecumenica Synodo opus esse non modo Vigilius, sed Justinianus quoque optime intelligebant. Vigilius priori sententiæ inhærens in Italiam cogi illam malebat, nec semel hoc a Principe se petiisse testatus in Constituto ad Justinianum anno DLIII. emisso: *Optavimus, Venerabilis Imperator, sicut frequentissime supplici prece poposcimus, eandem ad quemlibet Italiæ locum, aut certe ad Siciliam, & convocatis ad nos Africanæ, & aliarum Provinciarum Latina lingua Sacerdotibus, vel Ecclesia nostra Sacratis ordinibus, secundum consuetudinem tractaremus & de quæstionibus Trium Ca-*

ut alia die ad ecclesiam procedere deberemus, Referendarium destinavit; ut eî promitteremus, cum aliis diaconis, & clericis nos tu & Rusticus fuistis hortati. Nam & ad refectionem pariter in nostra mensa ambo fuisse, simili ratione probabimini: sed sicut Judas, postquam buccellam accepit, de traditione Domini cogitavit, & ita vos noctis horis pro concitando scandalo Ecclesiæ discessistis.

XXVIII. Nos autem alio die mandantes vobis, ut aut procederetis, locum diaconi ex more complentes, aut a communione vos agnosceretis fuisse suspensos: tu vero, Sebastiane, his quos inter alios miseramus fratribus nostris Joanni & Juliano Episcopis hos (quantum renunciaverunt) dixisti: Ego Judicatum, quod Papa protulit, sequor, si tamen in illis vendicat quæ contra Judicatum faciunt. Nam & simili eis (quantum perhibent) ratione dixisti, in tantum ut diceres ibi venisse Lampridium & Felicem monachos qui nostrum Judicatum suscipere noluerunt: & mandasse vos eis: Non possumus vos videre, quia vos aliam causam habetis, & nos aliam. Postea vero ad hoc nequitia vestra pervenit, ut excommunicatis communicare contra canones superbo præsumeretis spiritu, id est, memoratis, vel aliis, quos pro hoc quod contra Judicatum nostrum scripserant, per ejusdem Judicati seriem constabat jam a nobis communione suspensos: cui Judicato (sicut supra meminimus) vos acquievisse & consensisse & communicasse, Catholica probavit Ecclesia. Unde constat vos secundum regulas canonum juste damnari. Definiunt enim canones: Si quis excommunicatus ante audientiam communicare præsumpserit; ipse in se damnationem protulit. Item: Placuit universo Concilio, ut qui excommunicatus fuerit pro suo neglectu, sive Episcopus, sive quilibet clericus, & tempore excommunicationis suæ ante audientiam communicare præsumpserit; ipse in se damnationis judicetur protulisse sententiam.

XXIX. Adjecistis etiam execranda superbia quæ nec leguntur, ut sine sui Pontificis jussione aliquando ordinis vestri homines præsumpserunt, auctoritatem vobis prædicationis contra omnem consuetudinem vel canones vendicare, Ephesinæ primæ Synodi impugnationem & exprobrationem, sed & beatæ recordationis Cyrilli, blasphemias quoque contra Jesum Dominum nostrum dictas simili defendentes insania, & per omnes provincias fallaciter scribentes nos aliquid commisisse, quod reperiatur adversum definitioni sanctæ Chalcedonensis Synodi, quæ præcedentium se trium, id est, Nicænæ Constantinopolitanæ atque Ephesinæ primæ concordat fidei Synodorum. Ita ergo cunctorum animos, qui vestram malitiam nescierunt, sed tamquam a Romanis diaconis suscipientes scripta, simpliciter crediderunt, ad tantum scelus operatio fallaciæ vestra pervenit, ut humanus sanguis in aliquibus locis intra ecclesiam (quod dici nefas est) funderetur: & omnem legem Ecclesiasticam superbo spiritu conculcare voluistis: sanctarum quoque regularum consequentiam injuriis affecistis, impia & quæ non sunt licita per universas contra nos provincias fallaciter indicando.

Nuper etiam malis vestris addentes pejora prioribus, dominum Leonem prædecessorem nostrum in Theodori Mopsuesteni dictis, quæ contra rectam fidem legitur scripsisse, consensum præbuisse atque firmasse, dato scripto ad Christianissimum Principem dominum filium nostrum, ausi fuistis astruere. Hæc enim & Facundus habet in suis citatis a nobis superius scriptis. Sed pergit: Absit ergo quemlibet credere Christianum, quod aliquid tale, quod contra rectam fidem a quolibet invenietur scriptum, illius tanti Præsulis sanctitas suscepisset: quippe qui in universis epistolis suis & Nestorium & Eutychetem vel eis similia sapientes pari legitur sententia condemnasse. In quo memorato scripto etiam contra divinas Scripturas non solum Pontificibus multis, sed etiam (quod dici nefas est) ipsi quoque Principi sacrilegas injurias irrogare tentastis, quatenus ignorantem Christianum populum diabolica amplius deciperetis astutia. XXX.

Hæc ergo sustinentes per multa temporis spatia patientia sacerdotali, resecare distulimus, credentes vos forsitan resipiscere & ab illicitis temperare. Sed quia semel & secundo adhortatione nostra per fratres nostros Episcopos, id est, Joannem Marsitanum, Julianum Cingulanum, vel Sapatum filium nostrum atque diaconum, nec- XXXI.

PAGIUS pitulorum Pietati Vestræ redderemus plena deliberatione Responsum. Quod quia fieri Serenitas Vestra non annuit, hoc iterum noscitur constitutum, ut oblatis a nobis Mansuetudinis Vestræ nominibus de suprascriptis Provinciis, qui nobiscum ad tractandum adhiberentur Antistites, Clementia Vestra faceret advenire; cui dispositioni item præbuimus Ecclesiasticæ pacis amore consensum.

VIII. Hoc postremum ipsummet Vigilium a Principe petiisse Clerus Italiæ in Libello sui supplici affirmat: quod aliorum tamen consilio id Papæ insinuatum ex laudatis Vigilii verbis liquet. Hæc verba in hujusmodi Libello contenta: Et quamvis nec hoc quod Papa fecerat acquieverunt Afri & Illyriciani, atque Dalmatæ Sacerdotes recipere; tamen cœpit iterum sæpe dictus Beatissimus Papa Vigilius ad hoc compelli, ut absolute ipsa Capitula sine Synodi Chalcedonensis mentione damnaret. Sed Papa non acquiescens hoc facere, & videns se nimium ingravati, Concilium ad discordias sedandas necessarium creditum est.

*necnon & per gloriosum virum Patricium Cethegum, & religiosum virum item filium nostrum Senatorem, aliosque filios nostros commoniti, noluistis audire, & neque ad Ecclesiam neque ad nos reverti (sicut omnia facitis) voluistis detestanda superbia: Et ideo necesse nobis est in vobis canonice vindicare, ne videamur divinarum Scripturarum increpationibus subjacere. Scriptum est enim (a): Videbas furem, & simul currebas cum eo, & cum adulteris portionem tuam ponebas. Et ipse Dominus ac Salvator noster dicit (b): Quod si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum & projice abs te: expedit enim tibi ut pereat unum membrum tuum, quam totum corpus mittatur in gehennam. Et quoniam iste intellectus magis de officiis Ecclesiarum vel proximis non recte agentibus & scandala in Ecclesiis mittentibus sano sensu debet aptari; sicut & alibi nos admonet, dicens (c): Oportet venire scandala, sed væ illi per quem veniunt. Et beatus Apostolus simili prædicat ratione (d): Utinam & abscindantur qui vos conturbant. Et iterum sancta Scriptura nos commonet, dicens (e): Ejice pestilentem de Concilio, & exiet cum eo jurgium.*

(a) Psal. 49.
(b) Matt. 5.
(c) Matt. 18.
(d) Gal. 5.
(e) Prov. 22.

XXXII. *Oportet ergo nos jam post tantas admonitiones in vobis, Rustice & Sebastiane per auctoritatem B. Petri, cujus nos Dominus sibi voluit vice servire, regulariter vindicare: propterea ne si jam diutius differamus, omnis Ecclesiasticus ordo solvatur. Ideoque (quod a nobis cum gemitu, sed cum beati Petri Auctoritate dicendum est) pro suprascriptis excessibus alienos vos a diaconi esse honore decernimus, & omni ministerio officii Levitici, prædictum vobis honorem auferentes, penitus submovemus, nullam ulterius licentiam habentes, ut ex Levitico nomine aut gradu aliquid facere præsumatis, vel sub nomine diaconorum scribendo iterum Dei conturbetis Ecclesiam: quippe ex Apostolica auctoritate, & Patrum regulis, contra quas multa spiritu superbo atque irreligioso fecistis, vos olim dignos damnatione, præsenti auctoritate deponimus. Et ut universi nos hæc pro loco in quo nos Deus esse voluit, & auctoritate beati Petri Apostoli recte fecisse cognoscant: canonum constituta posuimus, quæ sancta Chalcedonensis Synodus apud se relecta laudavit.* Subiicit hæc ex Actis ejusdem Concilii Chalcedonensis:

*Aetius Archidiaconus relegit: Si quis presbyter aut diaconus suum contemnens Episcopum, a communione semetipsum suspendit Ecclesiæ, & secretius collectam facit & altare constituit, & nolit evocanti Episcopo consentire, & noluerit eidem acquiescere neque obedire & prius & secundo vocanti: hunc omnino damnari, nec umquam hunc curationem mereri, nec recipere eum posse honorem. Si autem permanserit turbas faciens, & seditiones Ecclesiæ per extraneam potestatem, tamquam seditiosum debere comprimi. Omnes reverendissimi Episcopi clamaverunt: Hæc justa regula: hæc regula Patrum.* XXXIII.

*Pariter statuentes, ut si nobis viventibus (sicut optamus) sub humilitate & mansuetudine canonice pænitentes matrem recognoveritis Ecclesiam, competenter a nobis venia concedatur. Si vero (quod non optamus) sub regulari pœnitentia ad matrem Ecclesiam consueta distuleritis redire superbia: Conciliorum in vobis, quorum regulas posuimus, censura servetur: ut nullus post transitum nostrum contra Constitutum nostrum, quod ex beati Petri cujus locum licet immerito gerimus, auctoritate proferimus, canonum regulas exequentes, in Ecclesiastico gradu audeat revocare Joannem, Gerontium, Severinum, Importunum, Joannem, atque Deusdedit, quos constat vestræ conjurationis & conspirationis esse participes: quos nos putantes bonos, militare Ecclesiæ, cui Deo præsidemus auctore, nostro tempore feceramus: tamen ut & ipsi possint & diversi cognoscere, de subdiaconorum & Notariorum vel Defensorum officio præsenti se sententia noverint fuisse depositos, & nullum penitus in Ecclesia nostra gradum ulterius detinere; nisi forte (sicuti præfati sumus) nobis in hac luce superstitibus, & ipsi pœnitentia canonica colla submiserint.* XXXIV.

*Felicem etiam monachum Afrum, qui Gilitano monasterio dicitur præfuisse, & levitate sua atque inconstantia congrega-* XXXV.



PAGIUS *ri, dixit tunc Serenissimo Principi: Veniant huc fratres nostri ex omnibus Provinciis quini aut seni Episcopi, & quidquid sub tranquillitate, tractatu habito, omnibus visum fuerit, cum pace disponemus; quia sine consensu omnium ista, quæ & Synodum Chalcedonensem in dubium fuisse veniunt, & scandalum Fratribus meis generant, solus facere nullatenus acquiescam.* Verum Card. Norisius citatus jure merito falsum esse arbitratus quod ibi dicunt Clerici, nempe compulsum esse Vigilium, *ut Capitula sine Synodi Chalcedonensis mentione damnaret.* Hanc enim clausulam in Judicato Vigilius posuerat: *Salva in omnibus reverentia Synodi Chalcedonensis.* Et tantum abest, ut hac clausula Justinianus offenderetur, ut ipsemet eandem suo Decreto contra Tria Capitula his plane verbis inseruerit: *Si quis dicit nos hæc ad abolendos, aut excludendos Sanctos Patres, qui in Chalcedonensi fuere Concilio, dixisse, anathema sit.* Clerici itaque Italiæ de iis, quæ Constantinopoli gesta fuerant, documenta in quibusdam circumstantiis falsa, ut inter partium altercationis fieri solet, acceperant.

*tionem ejusdem monasterii per diversa loca certum est dispersisse, & vestræ pravitatis incentor est, cum universis qui eum vel vos tam clerici vel monachi quam laici post præsentia interdicta in aliqua vestra se societate polluerint, aut consensum consiliumque præbuerint, regularem in his, quæ item superius legitur, constituimus manere sententiam: quatenus in his remediis ordine servato canonico, nullus præsumat pacem, quam Dominus diligit, ulterius Ecclesiæ perturbare. Præsentem autem sententiam per Joannem Marsicanum, Zacchæum Scyllacenum, Julianum Cingulanum fratres & coepiscopos nostros, sed & Sapatum atque Petrum filios nostros diaconos, necnon & filium nostrum Surgentium Primicerium Notariorum, atque Servum Dei subdiaconum regionis primæ, necnon & Vincentium subdiaconum regionis secundæ nostræ cui præsidemus Ecclesiæ, vobis noscimur transmisisse.* Hactenus Vigilii sententia in schismaticos lata.

XXXVI. Quamvis autem ista hoc anno Constantinopoli a Vigilio Papa adversus schismaticos decreta fuerint, nequaquam tamen conflatum schisma sedatum est, sed magis exacitatum, utraque parte adversus ipsum commota, nimirum & capitulorum defensoribus ob damnata Tria illa capitula, atque etiam ob non damnatos adversarios, & impugnatoribus Trium capitulorum, eo quod silentium ab ipso Vigilio de illis esset indictum, ut diximus superius ex verbis ipsius Vigilii in sententia de Theodori Cæsariensis damnatione relatis. Horrendum plane spectaculum reddebat cunctis spectantibus exorta, tribus simul ex adverso flantibus contrariis ventis, maris ista tempestas, qua navis illa, quæ typum gerit Ecclesiæ, agitabatur; Catholicis adversus Catholicos confligentibus, & ipsis etiam Romanæ Ecclesiæ clericis adversus suum Antistitem rebellantibus. Gratum id tantum fuit hæreticis, illis præsertim, qui mentito Catholico nomine, Orthodoxos inter se scissos, ita contra se invicem pugnare fecissent. Ad tanta sedanda dissidia cum unicum illud esset excogitatum remedium, ut universalis Synodus haberetur: quæ sibi conducere possent Justinianus parare solicitus, Mopsuestenam Synodum agi curat, ut aliquis inde Patribus de damnatione Theodori Mopsuesteni facta olim afferret.

XXXVII. De Synodo Mopsuestena. Hoc eodem igitur anno, qui (ut dictum est) nonus post Consulatum Basilii numeratur Mopsuestiæ in Cilicia celebratur Synodus adversus Theodorum ejusdem civitatis Episcopum centesimum jam ante annum defunctum: ubi ab iis qui convenerunt, hoc actum, ut adversus ipsius Theodori acerrimos defensores, e loco ipso ubi sederat atque scripserat, antiquæ proderentur memoriæ, si quæ de ipso ibidem adhuc reliquæ essent. Hujus Synodi Acta habentur inserta in Quintæ Synodi (a) Actione quinta. Incumbente itaque Imperatore in opus, ad hoc ab ipso missus est Marcianus Comes Domesticorum, cui & litteras dedit ad Metropolitanum Joannem, necnon ad Cosmam Episcopum Mopsuestenum & alios. Interfuerunt eidem conventui novem Episcopi & complures viri clarissimi comites atque Tribuni. In qua Synodo nihil prætera factum est, nisi diligens examinatio de nomine Theodori, num in ejus Ecclesiæ sacris Diptychis una cum aliis ejusdem civitatis Episcopis Catholicis reperiretur ipse Theodorus ascriptus: & diligenti facta testium examinatione, nempe eorumdem qui aderant clericorum, qui essent longa senectute probati; inventum est omnium assertione, nullam ejus sæculi memoriam esse, quod nomen Theodori Episcopi fuerit e Diptychis recitatum, in quibus nec scriptum erat, sed ejus loco positum fuisse, ipso dempto, Cyrillum. His igitur quam exacte percogni-

(a) Quint. Synod. Act. 5. t. 2. Concil.

PAGIUS IX. Synodus Mopsuestena. A num. XXXVII. ad XL. Idem Card. Norisius citatus cap. 9. Synodum *Mopsuestiæ* hoc anno habitam recte exposuit. Cum accepisset Justinianus nomen *Theodori* e Sacris Diptychis Ecclesiæ Mopsuestenæ, cujus is olim Episcopus fuerat, erasum esse, ad Joannem Metropolitam Justinopolitanum, Literas dedit, quibus mandavit, ut collecta Provinciæ Synodo investigaret, quandonam id factum fuisset. Est *Justinopolis* Urbs prima Ciliciæ minoris, *Anazarbus* antea dicta, quæ teste Evagrio lib. 4. cap. 8. terræ motu dejecta, & a Justino Imp. restituta ejusdem nomen acceperat. Ejusdem fere exempli Epistolam scripsit ad *Cosmam* Episcopum Mopsuestiæ, qui ante paucos menses in demortui Symeonis locum subrogatus fuerat. Datæ sunt Literæ Justiniani die XIII. Maii, *anno Imperii ejusdem XXIV. P. C. Basilii IX.* Synodus autem Mopsuestiæ coacta die XVII. Junii, cujus Acta recitantur in Synodo V. Collat. V. Horum initium est: *Imperii divini & piissimi nostri Domini Fl. Justiniani perpetui Augusti Imp. anno XXIII.* (legendum, XXIV. ut alibi diximus, & ex dictis ad Cosmum Literis patet) *post Consulatum Basilii V. C. anno nono mensis Junii XVII. instantis Indictionis XIII.* Adfuere cum Joanne Metropolita octo alii Episcopi, seniores Clerici, & Nobiles Civitatis.

X. Theodorus Mopsuestenus Episc. alias e Diptychis expunctus. Defunctorum illius Ecclesiæ Antistitum nomina iis Diptychis inscripta legebantur: *Pro requiescentibus Episcopis Protogene, Zosymo, Olympio, Cyrillo, Thoma, Bassiano, Auxentio, Palatino, Jacobo, Zosimo, Theodoro, Symeone:* qui duo ultimi paulo ante defuncti erant. Recitato hoc Diptycho Stephanus Presbyter annos LXX. uno minus nato dixit: *Nullatenus scio, vel audivi Theodorum, qui olim in nostra Civitate fuit Episcopus, nominatum in sacris Diptychis. Cognovi autem ex quo huic connumeror Clero, quod illo adempto ex ipsis aliquando Cyrillus Alexandrinæ Civitatis Episcopus in illius loco insertus est sacris Diptychis requiescentium Epi-*

gnitis, eadem Synodus ea de re certiorem reddidit Vigilium Romanum Pontificem ejusmodi testificatione:

XXXVIII. Synodalis ad Vigilium Pap. *Dicebat vere, cum primam Sacerdotis dignitatem sortiti estis, sanctissime, ea quæ ad sanctarum Ecclesiarum statum respiciunt, manifesta vestræ divinitus honoratæ beatitudini fieri. Hoc bene & Christianissimus noster Imperator considerans, & ad vestram scientiam quædam quæ de Theodoro quondam Mopsuestenæ Ecclesiæ Episcopo mota sunt, jussit inferri. Piissimis enim ad nos litteris usus, hortatus est, ad Mopsuestenam civitatem convenire, quæ una Secundæ Ciliciæ est; & cum subtilitate perscrutari, quomodo Theodorus, qui olim prædictæ civitatis fuit Episcopus, sacris Diptychis ejectus est; & manifesta ea tam ejus tranquillitati quam vestræ divinitus honoratæ facere beatitudini. Statim igitur Mopsuestiam accedentes, religiosissimum congregavimus clerum & fidelem ejus populum: eligentes eos qui seniores sunt, qui & retinere forsitan memoria possent subtilitatem ejus quod quærebatur. Et divina & adoranda eis proponentes Evangelia, ut suspicionem sui testimonii emendarent; dicere invitavimus, si sciunt, quo tempore Theodori antiqui nomen ejectum est Diptychis. Illi vero multos annos & suam excedentes memoriam esse juraverunt, ex quo nulla ejusdem Theodori memoria sacris Diptychis infertur: Cyrillum autem religiosæ memoriæ Alexandrinæ civitatis Pontificem ejus loco scriptum esse: quæ ex Patribus suis audisse asseruerunt.*

XXXIX. *Sed eorum quæ dicebatur subtilitatem investigantes, & per ipsa venimus sacra Diptycha, & mortuorum commemorationem considerabamus. Et Theodori quidem in antiquioribus temporibus nullam memoriam invenimus: in ipsis vero sine sacrorum Diptychorum Theodorus scriptus est, quem omnes nuper quidem mortuum esse dixerunt, ex Galatia vero ortum esse provincia: hunc & nos omnes nostri Concilii partem factum ante biennium mortuum esse cognovimus. Hæc ita habere, ipsa Gesta vobis sanctissimis manifestant, quæ humili suggestioni conjungentes, ad scientiam vestram destinavimus. Sed petimus divinitus inspiratos vos religiosissimis & Deum placantibus vestris orationibus nos humiles suffulcire.* Hæc Mopsuestena Synodus, quæ ad Vigilium Papam Justiniani consilio & opera missa fuerunt, ne in futura generali Synodo Theodorum ipse damnare aliquo modo detrectaret, quem sciret fuisse jam ante condemnatum.

Ad hunc usque annum perduxit Jordanus, sive Jornandes Gothorum Episcopus, quem scripsit commentarium de Regnorum ac temporum successione, ut ipse in præfatione ad Vigilium quemdam alium a Romano Pontifice testatur, cum hæc habet in fine: *Ab ipso Romulo ædificatore Urbis originem sumens in vigesimoquartum anno Justiniani Imperatoris, quamvis breviter, uno tamen in tuo nomine & hoc parvissimo libello confeci, jungens ei aliud volumen de origine & actu Geticæ gentis, quod jamdudum communi amico Castalio edidissem: quatenus diversarum gentium calamitate comperta, ab omni ærumna liberum te fieri cupias, & ad Deum conversus, qui est vera libertas. Legens ergo utrosque libellos, scito quod diligenti mundum semper necessitas imminet. Tu vero ausculta Joannem Apostolum, qui ait (a): Charissimi, nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt: quia mundus transit & concupiscentia ejus: qui autem fecerit voluntatem Dei, manet in æternum. Esto-* XL. Digna admonitio Jordani Historici. (a) 1. Jo. 2.

*que*

PAGIUS *Episcoporum, qui usque nunc pro ipso prædicatur.* Idem cæteri tum Clerici, tum Nobiles Cives contestati sunt. Itaque Theodorus inter Olympium & Thomam in Sacris olim Libris legebatur, ex quibus postea expunctus fuit. Hæc expunctio declarabat Theodorum mortuum fuisse in communione Ecclesiæ, post mortem vero errorum accusatum, atque convictum communione privatum fuisse. Synodus itaque Mopsuestena hanc sententiam de Theodoro pronuntiavit, *Theodorum veterem in antiquis temporibus extra prædicationem divini Mysterii fuisse, & sacris Diptychis ejectum esse; pro illo vero alterum constitutum esse, & in illius vocabulum inscriptum esse Cyrillam sanctæ memoriæ.*

XLI. *Vigilius se Tria Capitula damnaturum promiserat.* Baluzius Tomo I. Novæ Collect. Concil. in Præfat. ad Acta Concilii V. num. II. observat, *Vigilium* ante ordinationem suam promisisse se damnaturum Tria Capitula, si Papa fieret, quod docet Victor Tununensis in Chronico ad annum Post C. Basilii secundum: deinde eam pollicitationem renovasse ac implesse, cum advenit Constantinopolim, ut ostendi anno DXLVII. num. V. & seqq. & isto quoque stipulatum, ut occulto esset, ut ibidem ex Facundo diximus: demum præsenti anno eam rursus pollicitationem fecisse cum eadem stipulatione. Unde Facundus in lib. contra Mocianum, ait: *Ob hoc etiam de ipsius Episcopi Romani Chirographis, vel prius ambitionis impulsu, cum fieri arderet Episcopus, vel postea venalitate parti alteri factis, necessarium duximus non tacere.* Recitat Vigilii juramentum Baluzius pag. 1544. factum in præsentia *Theodori* Episcopi Cæsareæ, & Flavii Cethegi Patricii, qui ei promittunt se chartulam illam nulli ostensuros; *Vigilius* vero se constuturum, ut Tria Capitula anathematizentur. Hæc juramenti subscriptio. *Datum est hoc juramentum XV. die mensis Augusti Indictione XIII. Imperii Domni Justiniani anno XXIV. novies P. C. Basilii V. C.* id est, currenti Christi anno. Agebat Vigilius cum pervicacissimis Trium Capitulorum oppugnatoribus Justiniano & Theodoro, qui propterea toties ab eo sacramenta exigebant de eorumdem Capitulorum damnatione.

Er-

*quæ toto corde diligens Deum & proximum, ut impleas legem, & ores pro me, nobilissime frater*. Hactenus ille, perbelle admonens, hanc nos ex historiarum lectione consequi debere utilitatem, ut mundi hujus pravitates & ærumnæ, quibus indesinenter volvitur & involvitur, eum nos contemnere penitus debere, & odio prosequi persuadeant. Quod si a lectore hæc exigit auctor: ab auctore quomodo non totus id ipsum mundus jure requirat? Faxit Deus (quod est in optatis) nos mundi scabra & lutulenta illæso & impolluto pede transire. Sed jam ad anni sequentis res gestas enarrandas progrediamur.

Quin-

PAGIUS XII. *Ipso Pontificatus initio.*

Erraruntitaque qui scripsere Augustam Silverium Romano Pontificatu dejecisse, ut Vigilius Chalcedonensem Synodum damnaret. Ab hoc enim tantum petiit, ut Papa effectus Tria Capitula Synodi Chalcedonensis proscriberet, arbitrata mulier hæretica, hoc peracto Synodum per se ruituram. Eutychiani enim in Synodo Chalcedonensi offendebantur, quod laudes suscepisset *Theodori* & Epistolam *Ibæ* non damnasset, ut habet Liberatus cap. 24. Licet itaque anno DXXXVII. quo *Vigilius* Pontificatum Romanum invasit, controversia de Tribus Capitulis a Theodoro Cappadoce Justiniano Augusto nondum proposita fuisset, jamdiu tamen Eutychiani contra illa invehebantur, ut eo quasi cuniculo Synodum Chalcedonensem everterent.

*Victor Capuanus* Cyclum suum condit, ut ostendi anno DXLV. Dedicatio Basilicæ SS. Apostolorum de qua anno DLII.

I. *Novis cladibus affligitur Romanum Imperium.* QUingentesimus, quinquagesimusprimus advenit Christi annus, idem numeratus post Basilii Consulatum decimus, & a Procopio belli Gothici decimussextus, Justiniani vero Imperatoris vigesimusquintus, Romano Imperio funestissimus; quo Germanus insignis ductor exercitus, in quo omnis recuperandæ Italiæ collocata spes erat, improvisa morte subtrahitur, classisque Imperatoria naufragium passa est in ostiis Hadriatici maris contra Calabriam: Sclavinique barbari iterum grassantes, apud Hadrianopolim Romanum profligarunt exercitum, victoresque progressi usque ad Murum longum, qui unius diei spatio distat Constantinopoli; sed vixere pulsi, ad propria remearunt. Habet pluribus omnia ista Procopius (a). Sed unde tot mala, quibus, terra marique ubique ab irato numine Romanum pessumdatur Imperium? Dictum est sæpe, repetendum vero sæpius, pro hostibus pugnare Deum, cum a principibus in religionem peccatur; reddique imbecilles ac prorsus inutiles robustissimos quosque exercitus, nisi pietate firmentur; at debiles hostes evadere potentes, cum in adversariorum castris offensam passa religio mœret: quæ quidem ex divinis litteris pluribus declarata exemplis, eadem crebrius singulis sæculis producuntur expressis signata monumentis. Tu vero hæc clarius intueberis ex recenti quæ ob oculos ponetur historia.

*(a) Procop. de bello Goth. l. 3.*

Quænam autem hoc anno adversus sacros canones, contra Ecclesiasticas sanctiones, decretaque Patrum, majorumque II.

---

PAGIUS SÆC. VI. Anno Eræ Hisp. DLXXXIX. A. C. 551.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6044.

☉ 28. A. ☽ 2. P. 9. April. Indict. 14.

JESU CHRISTI 551.

VIGILII PAPÆ 15.

JUSTINIANI IMP. 25.

TOTILÆ REG. 10.

I. *Tricennalia Justiniani.* [1] HIc annus ista formula notatus: *Post Consulatum Basilii V. C. X.* vel secundum quosdam, *Post Consulatum Basilii V. C. anno XI. Tricennalia* Imperii a Justiniano vivente Justino suscepti, quod indicat Dedicatio Ecclesiæ Sanctæ Irenes *mense* Septembri Indictione XV. solemni pompa Constantinopoli peracta, & a Theophane, cujus verba infra referam, narrata.

II. Ad num I. Est hic annus belli Gothici XVII. ideoque quæ Baronius de Gestis anno ejusdem belli XVI. narrat, anno Christi superiori gesta. *Sclavenorum* enim, qui trajecto Istro flumine *Naissum* venerunt, irruptio recitatur a Procopio libro tertio de Bell. Goth. cap. 40. dum loquitur de iis, quæ acta sunt anno XVI. belli Goth. Justinianus *Germanum* patruum, cujus nomen apud hos Barbaros celebre erat, Magistrum militum totius Thraciæ adversus eosdem misit. Sed in summo Imperii detrimento obiit: ei substitutus est ab Imperatore *Joannes* Germani gener, & Vitaliani ex fratre nepos, qui cum Sclavenis pugnavit, sed magna Romanorum clade; ita ut Sclaveni late facta populatione pervenerint *ad Muros longos qui Byzantio diei itinere paulo amplius distant*. Justinianus, ut narrat Procopius lib. 4. de Bell. Goth. cap. 21. noluit *Belisarium* in Italiam mittere post obitum Germani; sed ipsum, jam Præfectum Prætorio Orientis corporis sui custodibus præposuit, tenuitque apud se. Joannes autem Salonis hyemabat: *Cujus expectatione hoc anno suspensi in Italia exercitus Romani Duces cessarunt*, anno Christi DL.

*Sclavenorum in Ditiones Romanorum irruptio.*

A num. II, ad V. Advenere Constantinopolim Episcopi Africani *Reparatus*, ac *Firmus*, illa Pro- III.

---

NOTÆ [1] P. C. *Basilii* X. vel an. XI.

Vetus lapis Sepulcralis versibus exametris exaratus, erutus A. D. 1734. in pavimento Ecclesiæ Metropolitanæ Ravennatis, dum eandem Ecclesiam pene labentem Maphæus Farsettus Archiepiscopus a fundamentis restituere moliretur. Editus est autem in Commentariis ad Scurrilem fabellam de rustico quodam Bertoldo ejusque progenie, & soluta oratione in Italicum Scurrile carmen conversam editamque typis nitidissimis Bononiæ A. D. 1736. Rursus recusus est a Muratorio in novo thesauro veterum inscriptionum tom. 1. pag. CDXXVII. 3.

In fine inscriptionis hæc leguntur:

D̄P̄. S̄D̄. I D. F E B. X. P. C. B A S I L. I N D. X I I I I.

Hoc anno Indictio *decimaquarta* in cursu erat a Kal. Septemb. anni superioris inchoata. Item ibid. Apud Muratorium n. 4. habetur alius lapis, detectus Augustæ in Delphinatu.

O B I I T I N P A C E N O N. K A L. M A I A S.
X. P. C. B A S I L I. V. C. C O N S. I N D I C T I O N E
Q V A R T A D E C I M A

Edictum Justiniani de tribus Capitulis & libellus Cleri Romani ad eundem. GEORGIUS

Imperator cum Theodoro evertit Eccleſiam.

que traditiones, in contumeliam primæ ſedis Antiſtitis uſque hactenus mortalibus inaudita facta ſiot Conſtantinopoli, videamus. Inſtigante rurſum Theodoro Cæſarienſi omnium malorum auctore, contra præcedentis Synodi decretum & emiſſam ſponſionem de ſervando uſque ad Concilium univerſale ſilentio, Juſtinianus Imp. contra Tria illa capitula publice appendi juſſit edictum; quod nec rogante per ſuos Vigilio, revocare voluit: immo & præter minas, vim quoque adhibuit, ſuis mandans ſatellitibus, nimium oblitus ſui, furore percitus, mente dimotus, correptus maligno ſpiritu, agitatus a ſatana, ut in ipſum Vigilium Apoſtolicæ ſedis Epiſcopum manus injiciant. Convertit in unum Vigilium (o laudem egregiam!) quod adverſus tot barbaros ubique devaſtantes Imperium prœlium agendum erat: hinc ſibi cupit parari triumphos illitteratus Theologus, ſi vincat, vi, quem non poſſit ratione convincere, Eccleſiæ univerſalis Antiſtitem; univerſam jam ſubjugaſſe Eccleſiam ratus, cui ut ſibi ſubditæ aggreſſus erat præſcribere leges. Ubi vero audiſſet iſta Vigilius, in fuga tantum ſpem ponit; ſicque ex domo Placidiana, ubi degebat, confugit ad ibi proxime junctam eccleſiam S. Petri (a); ubi & Eccleſiaſtica tractans, ad aliquod temporis ſpatium manſit, in adverſarios ſententiam ferens.

(a) Vigil. ep. 7. t. 1. ep. Rom. Pont.

III. Theodori Cæſarienſis impudentia.

Nam & Theodorus ille Cæſareæ Cappadociæ Præſul, qui inhærens Imperatori omnium malorum illi auctor acceſſit, ejus gratia niſus, & potentia factus impudens, eo audaciæ progreſſus eſt, ut primæ totius Orientis Eccleſiæ Zoilum Patriarcham Alexandrinum, quod inhærens olim Vigilio Romano Pontifice Tria illa capitula ab Imperatore promulgata damnare penitus renuiſſet, ſua ſponte, nulla Synodo congregata, vel aliquo ordine judiciali ſervato, veluti ſi primarius ipſe ſolus toti Orbi præſideret Antiſtes, condemnarit, in ordinemque redigens, ſedu privarit; & tamquam hæretici hominis ex ſacris Diptychis ejus nomen expunxerit, inque locum ipſius ſucceſſorem ſubrogarit Apollinarem. Sed & illud adverſus Apoſtolicam Romanam ſedem non eſt veritus perpetrare, ut cum ſynodice Vigilius Papa (ut vidimus) ſtatuiſſet, tacendum eſſe de quæſtione oborta

PAGIUS

Reparatus Epiſc. Africanus Byzantium evocatur.

Proconſularis, hic Numidarum Primas, Primaſius Adrumetinus, ac Verecundus Nicenſis, pro Trium Capitulorum defenſione obſtinatiſſimi. De Reparato teſtis eſt Victor Tununenſis, qui anno XII. poſt Conſulatum Baſilii, qui ſecundum ejus ſupputationem eſt Chriſti DLII. ait: Reparatus Archiepiſcopus plurimis calumniis impetitur, pro eo quod damnationi Trium Capitulorum memoratorum aſſenſum non præbuit officio, ſumptibuſque privatus Euchaita exilio relegatur. Eſt Euchaita Urbs Hellenopolis in Aſia minori Cappadociam inter & Paphlagoniam. Sed quantum ad annum rei geſtæ manifeſte hallucinatur Victor; in Libello enim Cleri Italici hoc anno ſcripto legitur: Cum Afri Epiſcopi in Civitatem Regiam perveniſſent, cœperunt eis nunc blandimentis, nunc terroribus extorquere, ut præberent in Capitulorum damnatione conſenſum. Sed cum nullatenus eis extorquere potuiſſent, concinnata eſt cauſa Sancto Reparato Epiſcopo Carthaginenſi, quaſi Areobindam Magiſtrum militum a Gunthari tyranno in Africa feciſſet occidi, & ſub hoc colore in exilio deportatus eſt. Paulo poſt: mittunt etiam ad Carthaginem, & alium in loco S. Reparati Epiſcopi contra omnes regulas & contra omnia Statuta Patrum Epiſcopum ordinari fecerunt: quod cum nimia effuſione ſanguinis & interitu multorum innocentum hominum feciſſe dicuntur. Quæ ideo tardius quam ſuperiori vel currenti anno contingere non potuere. Poſt laudata verba ſubjungit Victor: Primaſius Diaconus Apocriſiarius ejus (ſcilicet apud Imperatorem) poſtquam damnavit, quæ ſunt Synodaliter atque univerſaliter defenſata, eo ſuperſtite contra vota Cleri, ſimulque & populi Epiſcopus Carthaginenſis Eccleſiæ ordinatur. Porro Reparati innocentiam probat quod de ea & Areobindi nece narrat Procopius lib. 2. de Bell. Goth. cap. 26.

IV. Firmus Numidarum Primas Conſtantinopolim anno poſt Baſilii Conſulatum XI. etiam evocatus fuit, inquit Victor, ideoque ſecundum ejus ſupputationem hoc anno, qui poſt Baſilii Conſulatum anno XII. ait: Firmus Concilii Numidiæ Primas donis Principis corruptus damnationi eorumdem Capitulorum aſſenſum præbuit: Sed ad propria remeans in navi morte turpiſſima periit. Primaſius, qui tertius erat ex Africanis, quos Victor ad annum poſt Baſilii Conſulatum XI. Byzantium evocatos tradit, diu contra Juſtinianum ſtetit; nam hoc anno, ut mox videbimus, ſubſcripſit Decretum contra Theodorum ruſuſque anno DLIII. Conſtitutum Vigilii. Quare a Juſtiniano in Aquimetenſe Monaſterium relegatus fuit. Verum audita morte Boethii Primatis Byzaceni, ut ei ſuccederet, damnationi Capitulorum nomen dedit, & in Africam reverſus, cum rapinis & violentiis Eccleſiæ ſtatum turbaret, a Provinciæ Synodo depoſitus eſt, ut habet Victor ad annum P. C. Baſilii XII. Verecundus hoc anno etiam Conſtantinopolim juxta Victorem evocatus, cum Juſtiniani furori ſe ſubduxiſſet, Chalcedonem fugiens, ibidem moritur, ut mox oſtendemus. Quæ licet diverſis annis geſta, ad hunc annum recte congeſſit Card. Noriſius in Diſſert. de Quinta Synodo cap. 5. ad majorem rerum geſtarum claritatem.

Firmus; Primaſius & Verecundus Epiſc. Africæ Cp. evocantur.

V. Juſtinianus Edicto ſuo Tria Capitula damnat.

Juſſerat Juſtinianus Nobiliores ſingularum Provinciarum Epiſcopos Conſtantinopolim accedere: miſſi ſunt ergo, inquit Clerus Italicus in ſuo Libello, a clementiſſimo Principe ad Africam & Illyricum, ut venire Epiſcopi debuiſſent: Sed de Illyrico nullus venire voluit. Quare cum ex Occidente ad Synodum paucos accedere videret, neque Vigilius ſine Occidentalibus Epiſcopis quidquam decerni vellet, incentore Theodoro Cæſareæ Epiſcopo, Edictum contra Tria Capitula publicavit, atque palam in Eccleſia Regiæ Urbis, atque alibi ſuſpendi juſſit: Conſtantinopoli vero, inquit Clerus Italiæ in eodem Libello, cœperunt iterum Beatiſſimum Papam Vigilium compellere, ut ſi Afri, al-

ta condemnationis Trium capitulorum, usque ad generalem Synodum celebrandam, iste pervicax adversus eadem Tria capitula cuncta publice agere non destiterit, egeritque ut contra eadem ab ipso Justiniano Imperatore palam edicto proposito omnes æque assentirentur Episcopi. Addidit vero, ut Vigilio contradicenti, atque sub anathemate id prohibenti non solum non acquieverit, sed plane despexerit, insultarit, inque ejus contumeliam, licet, ab eo vetitus, Missas tamen publice celebraverit, aliaque nefaria id genus adjecerit, quibus contumax ingenium, refractariumque animum, atque rebellem penitus voluntatem ostenderet; nec ipsarum memor legum Imperatoris, quibus haud semel quidem, sed sæpius quanta esset super omnes totius Orbis Episcopos Romani Pontificis auctoritas declarasset.

IV. En quo tandem progressus est præceps ex monacho Origenista præpotens armiger Justiniani: hoc enim nomine nuncupaverim eum, qui lateri ejusdem assistens, fecit analphabetum Imperatorem palliatum repente apparere Theologum, atque de dogmatibus acutissime disputare, qui numquam legere sciverit vel ipsum foris inscriptum sacrorum titulum Bibliorum. Accipiat & a Novatoribus, quibus etiam militat, miles iste stipendium; cum nihil præterea suis studiis intelligant hominem istum vafrum esse conatum, nisi ut tam profana quam sacra cuncta tribui vellet Imperatori, a quo sicut laici, ita & accepturi essent leges Episcopi, sicque omnem in ecclesia dissolveret institutum divinitus ordinem, faceretque ex regno cœlorum (quo nomine sæpe Ecclesia denotatur) ergastulum inferorum, ubi nullus ordo inest, sed ubique confusio: verum quæ Dei (inquit Apostolus) (*a*) a Deo ordinata sunt. Hæc vero omnia ex Actis publicis accepimus, ex ipsa, inquam, sententia Vigilii Papæ in eumdem Theodorum lata, quam proxime hic descripturi sumus, ut cuncta certa explorataque absque ulla dubitatione reddantur.

(*a*) *Rom.* 13.

V. *Vigilius adversus Theodorum insurgit.* Quid autem ipse Vigilius? Num dissimulanda putavit atque negligenda, tempori inserviendo, quæ contra statuta decreta a Teodoro ignominiose peracta cognovit? Num timore perculsus, agere desinit adversus canonum violatorem, juriumque Ecclesiæ invasorem? An non protinus adversus pacis perturbatorem, vio-



PAGIUS *atque Illyriciani, vel Dalmatæ Episcopi nollent, ipse cum Græcis Episcopis eadem Capitula condemnaret. Sed Beatissimo Papa Vigilio nullatenus acquiescente Edicta ex nomine Imperiali tum in Ecclesia Constantinopolitana, quam in diversis locis suspendi fecerunt, per quæ eadem Capitula damnarentur.*

Card. Norisius in Dissert. de Synodo quinta cap. 5. hoc Edictum putat fuisse illud ipsum, quod Baronius anno DXLVI. num. XI. & seqq. recitat. Nam cum in eo, inquit, nominetur Synodus Mopsuestena, in qua de eraso e Sacris Diptychis Theodori nomine actitatum est, illud post anno DL. evulgatum. At cum in eodem Edicto nulla fiat mentio Synodi V. in qua a Patribus Tria Capitula anno DLIII. damnata sunt, illud ante Synodum emissum constat. Cum vero ineunte anno DLII. *Vigilius* in Justiniani gratiam redierit, totoque anno perseveraverit, palam fit nullum eo anno Edictum a Principe scriptum. Quare anno DLI. conditum fuisse Card. Norisius concludit; neque hac de re ullum dubium esse debet.

VI. *Contenta in edicto Justiniani contra III. Capitula.* Auctor Chronici Alexandrini ad Indictionem XV. annumque post Consulatum Basilii XI. anno scilicet Christi sequenti, tam Edictum illud, quod integrum recitat, quam Synodum Quintam Oecumenicam consignat; sed fœde in utroque hallucinatur; cum Synodus hæc ab anno DLIII. nullo modo removeri possit, & Edictum antequam ea celebraretur, publicatum fuerit. In eo *Justinianus* Canones IX. statuit contra Nestorianos, atque Eutychianos, qui ad verbum omnes fere approbati sunt a Synodo V. Postea hunc Canonem ponit: *Si quis non anathematizat Arium, Eunomium, Macedonium, Apollinarium, Nestorium, & Eutychen, & omnes, qui similia eis sapuerunt, vel sapiunt, talis anathema sit.* Quo in Canone cum *Origenis* nomen non legatur, optime colligit Baronius Edicti Auctorem fuisse *Theodorum* Cappadocem Origenistarum Ducem. Cumque in eodem quoque Acephalorum hæresis pluribus proscribatur, Card. Norisius citatus recte deducit, eundem non fuisse Acephalum, in qua secta *Theodorum* fuisse non semel tradit Baronius Liberati fidem in Breviario cap. 24. secutus. Postea *Justinianus* transit ad *Tria* Capitula, quibus sub pœna anathematis damnatis diffusam Disputationem init contra Trium Capitulorum Defensores, ostenditque Hæreticos vel Schismaticos, licet defunctos posse damnari.

VII. *Ob Edictum illud Constantinopoli tumultuatum.* A num. V. ad XIV. Vigilius, uti optime Card. Norisius laudatus exponit, ubi Edicta Principis contra Tria Capitula publice affixa intellexit, in Placidianam domum tum Latinos, tum Græcos Episcopos venire jussos hisce admonuit: *Quicumque Edictis istis consensum præbere voluerit, sciat se ab Apostolica Sedis communione suspensum.* Ita Clerus Italiæ, qui addit: *Sed & Sanctus Datius Mediolanensis Episcopus contestationem omnibus sub magna vociferatione deposuit, dicens: Ecce ego & pars omnium Sacerdotum, inter quos Ecclesia mea constituta est, id est, Gallia, Burgundia, Spania, Liguria, Æmilia, atque Venetia, contestor, quia quicumque in Edicta ista consenserit, suprascriptarum Provinciarum Pontifices communicatores habere non poterit. Quia constat apud me Edicta illa Sanctam Synodum Chalcedonensem, & fidem Catholicam perturbare.* At Theodorus Auctor Edicti, Græcorum Antistitum catervam secum trahens ad Ecclesiam, in qua suspensa erant Edicta, se contulit, ac Sacrosancta mysteria celebravit. Rem autem Vigilius in sententia excommunicationis in Theodorum lata apud Baronium num. X. his verbis Theodorum increpans: *Tu autem sedis Apostolicæ sacerdi-* cen-

violentumque Ecclesiæ grassatorem vindex insurgit? Sed quid agat in terra aliena, ubi silent jura, & a legum conditore intelligit leges proculcari, & justitiam a Justiniano exulem agi? Non despondet animum, non concidit viribus, quibus scit Apostolica auctoritate fulciri; non timore percellitur: fugitivus licet, aggredientem insequitur hostem, erigitque se ex adverso pro Ecclesia Dei, inque sacrilegum pseudoepiscopum immo tyrannum insurgit; collectoque paucorum, quos secum habebat, Episcoporum conventu, execranda Theodori facinora examinanda proponens, demum adversus perversorem legum & eversorem jurium, occultum hæreticum, manifestum schismaticum, sententiam excommunicationis intorquet his verbis (a):

(a) Extat t. 1. ep. Rom. Pont. & t. 2. Concil.

VI. Excommunicatio in Theodorum.

*Vigilius Episcopus sanctæ Ecclesiæ urbis Romæ dixit: Res est quidem divinæ conveniens jussioni, patientiam præbere peccantibus: quum non tamen adusque decet extendi, ut spe continuæ impunitatis jugiter sine correctione peccetur. Quoniam igitur tu, Theodore Cæsareæ Cappadociæ civitatis Episcope, qui hactenus ab ordinationis tuæ tempore, unius anni spatio in Ecclesia, cujus gubernacula susceperas, non passus es residere; sed auctoritate nominis Episcopalis abusus, universalis Ecclesiæ scandala generare non cessas & a nobis modo familiariter objurgatus, modo precibus obsecratus, nonnunquam vero fraterna increpatione correptus, sæpe etiam divinarum Scripturarum auctoritate commonitus, vel Ecclesiasticæ consuetudinis convictus exemplis, semper emendationem sermone promittens, quam factis nequissimis respuebas, nunquam a prava intentione cessasti.*

VII. *Nos vero longanimitatem nostram divina largitate concessam, tam circa te, quam circa seductos abs te, pene hoc quinquennio elapso monstravimus. Primum quidem in eo, quod pro scandalo refrenando condescendentes quarumdam animis, quos aliqua dispensatione * credimus temperandos, quia tu jam eos pluribus annis inquietissimus stimulator accenderas, quædam pro tempore medicinaliter existimavimus ordinanda, tali scilicet conditione, ut omni in posterum perturbatione sopita, nihil ultra nec verbo nec litteris quisquam facere ex eadem causa præsumeret. At tu prava consuetudinis tractus audacia, neque tunc cessare a conscribendis & prædicandis novitatibus voluisti; ita ut sæpius libellis Episcoporum redditis, & consensum tuum cum eis propria confessione condemnans, eorum vel tuis excessibus sæpius a nobis concedi veniam postulasses.*

* dissipatione.

*Post*

PAGIUS *centis per nos auctoritate despecto, ad Ecclesiam, in qua Edicta ipsa pendebant, reliquos tecum attrahens perrexisti, ibique aliis adjectis prævaricationibus Missarum solemnia celebrasti, & quasi nihil tibi esset prima Sedis Antistitem præsentem & contradicentem contempsisse, Pontificem etiam Alexandrinæ Ecclesiæ Sacerdotem fratrem nostrum Zoilum, cujus nomen usque ad memoratum diem communicatum a vobis fuerat, Diptychis eximentes, Apollinarem quemdam pervasorem, atque Ecclesiæ ipsius vobis adulterum sociastis, ut vestra iniquitas non solum in removendo simplicissimo Sacerdote, sed etiam in recipiendo patefieret pervasore.*

VIII. *Vigilius Edictum supprimi petit.* Idem Vigilius in Epistola Encyclica, quam anno sequenti Chalcedone in Templo Divæ Euphemiæ conscripsit, testatus se coram diversarum Provinciarum Episcopis, ac Constantinopolitano Clero in Placidiana domo, publice protulisse hæc verba a Baronio num. X. ex eadem Epistola recitata: *Rogate Piissimum Principem, ut Edicta sua, quæ præcepit appendi, removere dignetur, & Constitutam commune expectare, id est, ut scandalizati Episcopi Latinæ linguæ ad Synodum veniant, aut certe remota omni violentia, suas scripto declarent sententias. Quod si forte preces nostras audire nolueritis, vos nulli rei præbeatis assensum, quæ ad divisionem tendit, nec contra Constitutum comminatione aliqua veniatis. Quod si hoc forsitan, quod non credimus, feceritis, noveritis ex præsenti die, ut prævaricatores Apostoli Petri per ministerium vocis meæ haberi suspensos.*

IX. Quæ mense Julio hujus anni contigisse, ex sequentibus intelligitur: *Et quoniam his actis*, prosequitur in Encyclica Vigilius, *non solum ea, quæ commissa fuerant, nullo modo sunt correcta; sed etiam ex aliis causis de ipso in Regularum Ecclesiasticarum præjudicium, vel injuriam Sedis Apostolicæ pejora præsumpta sunt, nec alterius vos communionis nostræ permisimus esse participes, nec aspectus vorum post tot prævaricationes nostri oculi receperunt.* At in damnatione Theodori scripta die XIV. Augusti ait Vigilius: *Licet ante triginta dies pro memoratis excessibus vestris ab Apostolica vos communionis removissemus consortio.* Quare, ut recte ex his colligit Card. Norisius citatus, circa diem XIV. Julii Edicta appensa sunt, ac *Zoilus*, quod nollet eisdem consensum dare, eadem die depositus. Hæc Card. Norisii observatio confirmatur ex his, quæ habet Theophanes ad annum Incarnat. secundum Alex. DXLIV. qui Kalendis Septemb. hujus Christi anni inchoatur: *Hoc anno, mense Septembri, Indictione XV. Sycis, trans Urbis Regiæ portum Sanctæ Irenes Dedicatio peracta; comitantibus vero duobus Patriarchis Mena Constantinopol. & Apollinario Alexandriæ e magna Ecclesia Sancta Reliquia protulerunt. Sedebant autem illi in Imperatoris Curru Sanctas Reliquias genibus appositas sustentantes. Ad lemborum itaque stationem venerunt, & trajicientibus portum occurrit Imperator. Solemni itaque ritu Sanctæ Irenes Ecclesiam aperuerunt.* Quare Zoilus ante mensem Septembrem abdicatus, & in ejus locum *Apollinarius* substitutus, quod *Tria* Capitula damnare nollet. Illud hoc anno contigisse testatur etiam Tunnunensis ad annum XI. post Consulatum Basilii. Cum vero anni septem tam in Chronico Nicephori, quam in Tabulis *Theophanis Zoilo* assignentur, ipseque citius quam anno DXLIII. Episcopatum suscipere non potuerit, annis il-

Edictum mense Julio emissum.

iis

VIII. *Post hæc autem cum te a præsumptione solita nec pudor humanæ verecundiæ, nec sacerdotii pondus, nec timor divini judicii cohiberet, dum amplius quam justum fuerat, patientiam tuis fautoribus præberemus: ad hoc est causa perducta, quatenus semotis omnibus quæ de Trium capitulorum a quibuslibet dicto scriptove fuerant ordinata, quid de ipsa re facto opus esset, cum Africanarum, Illyricianarum, seu Gallicarum* * *partium congregata Synodo tractaremus, eorum maxime præsentiam requirentes, quorum fuerat scandalizata fraternitas. Illud quoque magnopere nobis cum clementissimo Principe, præsentibus etiam Menna Constantinopolitanæ civitatis & Dacio Mediolanensis urbis Antistite, aliisque tam Græcis quam Latinis Episcopis, cum quibus omnibus etiam tu Theodore pariter affuisti, necnon & præsentibus Judicibus atque proceribus, universoque Senatu, convenit, ut usque ad memoratam Concilii definitionem quicquam de præfatis Tribus capitulis ab aliquo fieri non tentaretur. At deinde tuis ex consuetudine incitamentis liber condemnationem capitulorum ipsorum continens, in Palatio, te assistente & instruente, coram quibusdam Græcis Episcopis est relectus, a quibus assentationem favorem tuis vocibus exigebas. Ex quo facto tamen, quam tibi consentientes Episcopi, mitius licet a nobis quam oportuit increpati, ad promerendam ficta satisfactione veniam convolastis.*

* aliarum

IX. *Quis autem commemorare sufficiat, quæ te incitante atque exequente mala commissa sunt? Nam ut de magnis excessibus tuis parva narremus, totius scandali incitamentum fuisti atque seditio. Qui domi tuæ sedens*, antiquarios pretio caro conducens, ea quæ jurata voce te non esse facturum usque ad constitutum tempus frequentius firmaveras, conscripsisti; & sub prætexta religionis, ea quæ Ecclesiam Dei dividerent (sicut etiam rebus ipsis agnoscitur) perpetrasti. Nam usque ad hoc animum Christianissimi Principis falsis suggestionibus perduxisti, ut clementia ejus, quæ in suis hostibus pia semper apparuit, contra nos graviter moveretur. Sed hæc omnia bona desideria nostra, quæ pro pace Ecclesiæ proculdubio militabant, ita animus tuus quietis impatiens dissipavit, ut illa quæ fraterna collatione, & tranquilla, Episcoporum fuerant reservanda judicio, subito contra Ecclesiasticum morem, & contra paternas traditiones, contraque omnem auctoritatem Evangelicæ Apostolicæque doctrinæ, edictis propositis, secundum tuum damnarentur arbitrium; dum Fidelium nullus ignoret, per quos Dominus & Deus noster doctrinis cælestibus plebem suam jusserit erudiri, vel quibus ligandi solvendique super terram dederit potestatem.*

X. *Deinde in domo Placidiana cum Græcarum vel Latinarum partium Episcopis, qui in urbe regia aderant, & presbyteris ac diaconibus Constantinopolitanæ*



PAGIUS X. *Vigilius sævius tractatur.* lis septem plures menses addendi sunt.

Hæc ubi accepit Justinianus, indignatus non modo Vigilium Edictis Imperatoriis adversari; verum etiam & eidem obtemperantes ab illo Ecclesiastica communione privari, eum custodiæ tradi jussit, qui sibi timens, una cum *Datio* in Ecclesiam Sancti Petri in Hormisda se recepit: *Et tamen*, inquit Clerus Italiæ *Beatissimus Papa Vigilius nec in Basilica S. Petri sedes tutas habere meruit: intantum ut illuc Prætor, ad quem fures & homicidæ tantummodo pertinent, mitteretur, qui cum multitudine militum spathas nudatas, & arcus tensos portantes supradictam Basilicam introivit; quo viso Sanctus Papa columnas Altaris amplexus est, sed ille ferocitate & animo concitatus primo de Altari Diaconos ejus & Clericos a capillis tentos ejecit, postea vero ipsum Sanctum Papam alii a pedibus, alii a capillis & barba tentum crudeliter abstrahebant. Sed cum ille Altaris columnas non dimitteret, cecidit altare, & columnæ aliquæ fractæ sunt, & quantum ad ipsos, ibi super ipsum altare in partibus mitti habuit. Sed Deus, qui in talibus angustiis semper adesse dignatur, tam aliquorum ex ipsis militibus, quam populi, qui ad tumultum venerant, animos ad misericordiam provocavit, & cœperunt voce atque stridore mittere: & sic contigit, ut Judex iniquitatis supradictus Prætor cum ministris crudelitatis suæ terribiliter fugiendo discederet.* Vigilius in laudata Encyclica rem *mense Augusto* peractam affirmat, eamque his verbis enarrat: *Cum in eadem Ecclesia a comitatu Prætoris cum multitudine armatorum militum veniente tanquam ad bellum instructa acie a sancto ejus altare tractis pedibus traheremur, & super nos etiam ipsa altaris mensa cecidisset, nisi Clericorum nostrorum fuisset manibus sustentata.* Quæ perperam Theophanes contigisse scribit anno DXLVII. Ejus verba ibidem num. V. retulimus, & hac de re rursus anno sequenti agemus.

XI. *Vigilius sententiam fert adversus Theodorum.* *Vigilius* vulneri non jam fomenta, sed ferrum admovendum ratus in Italorum Episcoporum congressu pluribus *Theodori* Cæsareensis Episcopi in Apostolicam sedem injuriis recensitis, quas & scripto consignavit, hanc contra eumdem sententiam protulit: *Theodorum Cæsareæ Cappadociæ Civitatis quondam Episcopum sententia promulgatione tam sacerdotali honore, & communione Catholica, vel omni officio Episcopali, seu Potestate spoliatum esse decernimus.* Mennam vero Constantinopol. Patriarcham ac consentientes Episcopos a Sacra tantum communione suspendit. Hæc sententia *data XIX. Kalend. Septemb. imperante Domino Justiniano PP. Augusto, anno XXV. post Consulatum Basilii anno X.* Eam subscripsere *Datius Mediolanensis* qui semper Vigilio adhæserat, licet, si verum scribat Tununensis, a sententia postea discesserit. Secundus ponitur *Joannes Marsicanus*. Est Marsorum populus in Latio mediterraneo, & Marsicana Ecclesia etiam hodie est Episcopalis. Tertius *Zachæus Scyllatenus*. Est Scylacium mediteranea Civitas Calabriæ ulterioris IV. *Valentinus Sylvæ*

*Ecclesiæ convenisti: ibique sub magnæ vociferationis contestatione, tum nos quam frater noster Mediolanensis Episcopus prohibuimus, ne aliquis vestrum prævaricationi communis Constituti, contempta fraternitate, præberes assensum. Tu autem sedis Apostolicæ interdicentis per nos auctoritate despecta, ad Ecclesiam in qua edicta ipsa pendebant, reliquos tecum attrahens processisti, ibique aliis adjectis prævaricationibus Missarum solemnia celebrasti: & quasi nihil tibi esset, primæ sedis Antistitem præsentem & contradicentem contempsisse; Pontificem etiam Alexandrinæ Ecclesiæ sacerdotem fratrem nostrum Zoilum, cujus nomen usque ad memoratum diem communicatum vobis fuerat, Diptychis eximentes, Apollinarem quemdam pervasorem atque Ecclesiæ ipsius adulterum vobis sociastis; ut vestra iniquitas non solum in removendo simplicissimo sacerdote, sed etiam in recipiendo pateficret pervasore. Reticemus interim alia, quæ eodem die a vobis in Apostolicæ sedis & in canonum perpetrata probantur injuriam: ne detenti enumeratione culparum, quarum inventor ostenderis, quod tibi competit, diutius differamus.*

XI. Sententia in Theodorum Cæs. Epi. *Et licet ante triginta dies pro memoratis excessibus vestris ab Apostolicæ vos communionis removissemus consortio, credentes, quod sacerdotali proposito facilius quæ male gesta fuerant, satisfactione congrua curaretis: Ideoque ex persona & auctoritate beati Petri Apostoli, cujus licet exigui nos locum gerimus, cum Dacia Mediolanense, Joanne Marsicano Zacchæo Scyllaceno, Valentino Silvæcandidæ, Florentio Matelicatensi, Juliano Signino, Romulo Numentanensi, Dominico de Callipoli, Primasio Adrumetino, Verecundo Lunensi, Stephano Ariminensi, Paschasio, Alatrino, atque Joanne Cortonensi, fratribus & coepiscopis, hac Theodorum Cæsareæ Cappadociæ civitatis quondam Episcopum sententiæ promulgatione, tam sacerdotali honore & communione Catholica, quam omni officio Episcopali seu potestate spoliatum esse decernimus: nullis te vacare ulterius rebus, nisi pœnitentiæ lacrymis censentes, quibus percepta remissione culparum, locum, communionemque tuam aut a me aut post obitum meum a successore meo (si merueris) indulgentiæ recipias.*

*Teque Mennam Constantinopolitanæ civitatis Episcopum, qui non dissimili culpa constringeris, cum omnibus Metropolitanis & Micropolitanis Episcopis ad tuam diœcesim pertinentibus, sed & tuos Orientales, vel diversarum provinciarum majorum minorumque civitatum Episcopos, qui his excessibus, pro quibus Theodorum Cæsareæ Cappadociæ quondam Episcopum condemnavimus, præbuistis assensum; humaniore* sententia *pro Dei consideratione tamdiu a sacra communione suspendimus, donec unusquisque vestrum errorem suæ prævaricationis agnoscens, culpam apud nos propriam competenti satisfactione diluerit.* Hæc est subscriptio sancti Papæ: *Deo juvante & ipsius gratia Vigilius Episcopus sanctæ Ecclesiæ Catholicæ urbis Romæ huic damnationi atque excommunicationi Theodori Cæsareæ Cappadociæ & huic communicantis Mennæ Constantinopolitanæ urbis Episcopi, vel aliorum Prælectorum, subscripsi. Data XIX. Kalendas Septembres, imperante domino Justiniano perpetuo Augusto, anno vigesimo quinto, post Consulatum Basilii viri clarissimi anno decimo.* * Hactenus Constitutum Vigilii de anathemate. Quod autem ad Zoili depositionem ac substitutionem Apollinaris pertinet, hæc Liberatus diaconus ait (a): *Zoilum postea Imperator deposuit, & Apollinarem ordinavit, qui nunc est Præsul ipsius Alexandrinæ Ecclesiæ.* Hæc Ipse. An-

XII. Sententia in Mennam.

* undecimo.

(a) Liber. diac. Brev. t. 23. t. 2. Concil.

PAGIUS *Candida.* Erat Latii Urbs, & *Valentinus* hujus Urbis Episcopus nuper a Gothis captus fuerat, ut suo loco ex Procopio diximus. V. *Florentius Matelicatensis.* Est Matelica insigne Oppidum in Piceno, subjectum tamen hodie Episcopo Camerti. VI. *Julianus Signinus.* Signia Latii Urbs antiquissima. VII. *Romulus Numanatensis.* Fuit Numana vetus Picini Urbs hodie parvus vicus prope Sirollum, *Humana* incolis vulgo dictus. Baronius num. XI. legit *Numentanensis*, a Numento, seu Nomento Latii Urbe. Sed Card. Norisius citatus, ubi hos omnes Episcopatus accurate explicat, veterem lectionem retinendam ostendit. VIII. *Dominicus de Callipoli.* Est antiqua Calabriæ Urbs, quæ promiscue Calliopolis, vel Callipolis dicta. IX. *Primasius Adrumetinus.* Adrumetum Byzacenæ Provinciæ Metropolis novis mœnibus a Justiniano munita fuit, & de ejus nomine appellata, ut liquet ex Procopio lib. 6. de ædificiis Justiniani. Baronius num. XIII. putat hunc *Primasium* eumdem esse ac eum, qui Commentaria in Epistolas Pauli, aliisque plurima scripsit; sed hoc hactenus incertum.

XII. *Nomina Episcoporum qui sententiam subscripsere.* Decimus fuit *Verecundus Lunensis*, alii legunt *Lucensis*, sed omnes errare demonstrat Card. Norisius citatus; nam *Verecundus* iste fuit Nicensis Episcopus in Provincia Byzacena, & a Justiniano ad Synodum cum collega Primasio evocatus Vigilio adhæsit, teste Victore Tununensi post Consulatum Basilii anno XI. *Reparatus Archiepiscopus Carthaginensis Ecclesiæ, Firmus Numidarum Episcoporum Primates, & Primasius & Verecundus Concilii Byzaceni Episcopi pro fidei causa ad Urbem Regiam ejusdem præcepto Principis evocantur.* Hinc colligit Card. Norisius, falsum esse solum Primasium ex Africanis Vigilio adhæsisse, quod putavit Baronius num. XIII. qui existimat, *Verecundum* Italiæ Episcopum fuisse. XI. *Stephanus Ariminensis*, prætermissus ab Ughello in Catalogo Episcoporum Ariminensium XII. *Paschasius Alatrinus.* Aletrum, vel Alatrum Latii Urbs, cujus Episcopos exhibet Ughellus in Italia Sacra. Postremo loco subscripsit

XIII. De Primasio Ep. Adrumetino. Antequam autem quæ post hæc sunt subsecuta narremus: cum inter Episcopos, qui una cum Vigilio dicto conventui interfuerunt, nominatus reperiatur Primasius Episcopus Adrumetinus in Africa: hunc illum esse putamus, qui clarus habetur inter scriptores Ecclesiasticos, cujus & meminit Isidorus & alii. Solus hic (quod sciam) inter Africanos Episcopos reperitur, qui inhæserit Vigilio, cæteris ab ejus communicatione recedentibus. Cum vero hic dicatur Episcopus Adrumetinus, errore lapsus videtur Trithemius, dum eum nominat Episcopum Uticensem: nisi quis dicere velit, duos fuisse Primasios Episcopos Africanos eosdemque eruditione claros; quod non persuadetur: nam dum de Primasio meminit Cassiodorus, ipsum sui fuisse æqualem profitetur, cum ait (a): *Nostris quoque temporibus Apocalypsis beati Primasii Antistitis Africani studio minute & diligenter quinque libris exposita est, &c.* Porro his temporibus vixisse Cassiodorum, nullus ignorat. Quod vero Primasium Trithemius dicit fuisse Episcopum Uticensem, discipulumque S. Augustini: & Scholiastes eumdem ipsum floruisse, ait temporibus Theodosii, anno Domini quadringentesimo quadragesimo: sane quidem uterque decipi reperitur: nam cum idem Primasius inveniatur in commentariis in epistolam ad Hebræos citare ipsum Cassiodorum, qui his vixit temporibus Justiniani Imperatoris, longe post Theodosii tempora ipsum claruisse oportuit. Quamobrem nonnisi unum eumdemque Primasium dixerimus, ipsumque Episcopum Adrumetinum, qui Constantinopoli (ut videmus) cum Vigilio Papa adversus schismaticos stetit.

(a) Cassiod. de divin. lect. c. 9.

Hæc autem omnia acta sunt ab ipso Vigilio Constantinopoli in Ecclesia sancti Petri, ad quam Imperatoris ministrorum violentiam metuens ante confugerat, ut ipse docet litteris (b) circularibus anno sequenti datis. Ubi dum moraretur, atque ea quæ per Theodorum essent gesta cognovisset, eam ipsam quam recitavimus sententiam tulit; verum non statim promulgavit, sed apud se retinendam aliquantulum, in consilio habuit, paci interim Ecclesiæ consulturos. XIV.

(b) Vigil. ep. 7. t. 5. ep. Rom. Pont.

Sed quæ præcesserunt, cum ad evitandos Imperatoris satellites Vigilius e Placidiana domo hoc anno fugit ad ecclesiam san- XV.

PAGIUS psit *Jordanus Corthonensis*. Est Cortona Italiæ Urbs in Hetruria. Hi ergo cum *Vigilio* tum temporis contra Justinianum, eique adhærentes Græcos Antistites Constantinopoli pro Tribus Capitulis militabant.

XIII. Sententiam illam Vigilius non publicat. Ad num. XIV. & seqq. *Vigilius* adhuc Ecclesiasticæ Concordiæ studens, latam depositionis contra *Theodorum*, & excommunicationis contra *Mennam* sententiam minime publicandam duxit, veritus ne Justinianum, cujus furorem jam expertus erat, in rabiem rursus impelleret, Theodoro præsertim omnia ex arbitrio faciente. Putavit Baronius num. XVIII. *Vigilium* ad Divi Petri Basilicam parum tutam sibi moram existimantem inde Chalcedonem aufugisse. Verum in Libello Cleri Italici dicitur, quod *in Ecclesia D. Petri Sacramenta accepit Beatissimus Papa Vigilius, & Datius Mediolanensis, nihil ut contra ipsos actum iri, & sic interim sunt egressi*. Extat Tomo V. Concil. edit. Labbeanæ integra Vigilii Epistola Encyclica, quæ Baronii tempore mutila erat, ut apud eum videre est anno DLII. num. XV. in qua suarum calamitatum seriem Pontifex exponit. Cum apud D. Petri in Hormisda moraretur, Belisarius, Cethegus, & Petrus Exconsules, ipseque Justinus Imperatoris nepos cum Marcellino Quæstore ad Vigilium accessere, ut accepto juramento in Placidianas ædes veniret, secus vel sub omni violentia a templo retrahendus.

XIV. Vigilius Chalcedonem aufugit. Quid consilii Pontifex ceperit, ipsemet his verbis declarat: *Judicatum dedimus, per quod davi nostra persona scripto petivimus jusjurandum, quod Clementissimus Princeps non quale nos voluimus, praeberi consensit, sed quale ipsi placuit, per Judices suos dandum esse dictavit. Et cum sæpe dicti Judices posito indiculo super altare, & cataracta Beati Petri Apostoli, & super Crucem, qua de ligno Passionis Domini habet inclausum, sed & super claves Beati Petri Apostoli præstitissent corporale jusjurandum, ad Placidianas tanquam nihil mali ulterius passuri, secundum Piissimi Principis redivimus voluntatem.* Cæterum tam sancta fide posthabita, cum in dies sævius se tractari Vigilius animadverteret, semel, iterum ac tertio Belisarium, aliosque Judices contestatus est, ut jusjurandi religione tenerentur, *quatenus*, inquit, *nullas inquietudines, aut molestias, sicut nobis juratum fuerat, pateremur.* Interea Justinianus veritus, ne *Vigilius* iterum e Placidianis in Templum confugeret, missis clam militibus ædes sedulo custodiendas jussit: quod ubi *Vigilio* significatum fuit, biduo ante Natalem Domini fugam meditatus, nocte intempesta ex Placidiano Palatio cæcis vestigiis discedens Chalcedonem transfretavit, atque apud D. Euphemiæ domicilium latuit. *Nam si circumspiciatur quale, quantumque discrimen metu faciente despeximus, ut per parvam maceriem fabricantium transire compediti dolore nimio in nocturna obscuritate possis cogeremur, tunc poterit evidenter agnosci, quanta nobis fuerit temporis pro sola Ecclesia causa necessitas, aut quanta custodia, quæ nos sub tali discrimine coegit discedere.* Vigilium Datius Mediolanensis secutus est, aliique etiam Latini Episcopi, inter quos fuit *Verecundus* Nicensis in Byzacena Provincia Episcopus, quem paulo post ibidem defunctum esse scribit Victor Tununensis: *P. C. Basilii XII.* (est illi annus DLII.) *Verecundus Ecclesiæ Nicensis Episcopus in defensione numerarorum* (Trium scilicet Capitulorum) *perdurans Chalcedonem ubi refugium fecerat, in diversorio gloriosæ Matris* (legendum Martyris) *Euphemiæ de hac vita migravit ad Dominum*. Hæc jam ante me Card. Norisius citatus observavit.

Anno DXLIX. *Aurelianus* Episcopus Arelatensis ad Vigilium Papam tunc Constantinopoli degentem Litteras dedit de Tribus Capitulis per *Anastasium* delatas, ut supra vidimus. Anasta- XV.

fius

Vigilius confugit ad Ecclesiam S. Petri. (a) Vigil. ep. 7.

XVI. sancti Petri, nuper a nobis relata, jam ex ejusdem Pontificis scriptis sequenti uno datis hic recitemus, quo cuncta certius habeas explorata: ait enim ipse in epistola circulari universæ Ecclesiæ Catholicæ scripta (a):

*Posteaquam edicta sua piissimus Princeps jussit appendi: omnibus Episcopis diversarum partium & presbyteris atque diaconibus necnon & clericis Constantinopolitanæ Ecclesiæ ad nos venientibus in Placidiana domo, antequam ad sancti Petri confugeremus basilicam, facie ad faciem ita locuti sumus: Rogate piissimum Principem, ut edicta sua, quæ præcepit appendi, removere dignetur, & constitutum commune expectare; id est, ut scandalizati Episcopi Latinæ linguæ ad Synodum veniant; aut certe remota omni violentia, suas scripto declarent sententias. Quod si forte preces vestras audire noluerit: vos nulli rei præbeatis assensum, quæ ad divisionem tendit; nec contra constitutum commnatione aliqua veniatis. Quod si hoc forsitan (quod non credimus) feceritis: noveritis ex præsenti die, ut prævaricatores Apostoli Petri, per ministerium vocis meæ haberi suspensos.*

XVII. Vigilius excommunicat adversarios.

*Et quoniam his actis non solum ea quæ commissa fuerant, nullo modo sunt correcta, sed etiam ex aliis causis die ipso in regularum Ecclesiasticarum præjudicium, vel injuriam sedis Apostolicæ, pejora præsumpta sunt: nec ulterius eos communionis nostræ permisimus esse participes, nec aspectus eorum post tot prævaricationes nostri oculi receperunt. Ea enim quæ verbo de memorata excommunicatione cunctis Episcopis vel presbyteris & diaconibus alisque clericis Constantinopolitanæ Ecclesiæ voce publica dixeramus, postea etiam die Nonarum * Septembrium nuper præteritarum in beati Petri basilica scripto firmavimus: in quo etiam illum, qui sub habitu Episcopali lupi rapacis Dominico gregi tendit insidias, & assumens totius ducatum scandali, universalem pertur-*

* decimonono Kalend. ita in sententia lata in Theodorum.

PAGIUS

Clerici Italiæ verentur ne Episcopi Gallicani in causa III. Capitulorum decipiantur.

fius autem Constantinopoli in Galliam rediens tulit Literas, quibus Pontifex Episcopis Gallicanis, ut antea *Aureliano Arelatensi*, nihil in causa Trium Capitulorum scribebat, nisi quod fidem Catholicam, & quatuor Synodorum reverentiam secundum traditionem Patrum custodiret atque conservaret. Harum Litterarum meminerunt Italiæ Clerici in Libello suo hoc anno scripto. Timebant enim, ne *Anastasius* in Galliis aliqua mentiretur, ajuntque eum, cum exire Constantinopoli non posset, hoc usum fuisse consilio, ut promiserit omnium Episcoporum Gallicanorum animos ad damnanda Tria Capitula sese inclinaturum. Ea de causa Clerici illi sub Libelli seu Epistolæ finem Legatos Francorum, de quibus mox, plurimum urgent, ut sub omni cautela & celeritate, de rebus illis Galliarum Episcopos certiores faciant: *Hæc*, inquiunt, *Prudentia vestra sub omni cautela & celeritate ad Provinciam dignetur scribere; admonendo, ut Episcopi illarum partium Beatissimo Papæ, & Sancto Datio Epistolas dirigant, contestantes ne novitates aliquas recipere patiantur, & ut animos eorum fraterna consolatione confirment*, &c. *Solliciti tamen esse dignemini, quia si qui Capitula damnari volunt, fingunt se & fidem Catholicam vindicare, & Chalcedonensem Synodum venerari cum nobis omnibus; ut qui ignorant intentionem eorum videantur aliquid injustum expetere*, &c. *Hæc enim omnia quædam fidelissima persona de Constantinopoli veniates ita actu esse veraciter confirmaverunt. Sed & multa crudeliter circa diversos Diaconos & Clericos Afros, qui eis consentire nolunt, acta esse vel agi: interdictumque esse omnibus Romanis, ne ad Beatissimum Papam accedant.*

XVI. Hunc Libellum Sirmondus post Baronii mortem vulgavit, annoque sequenti scriptum credidit, uti etiam Cointius ad annum DLII. Verum currenti anno exaratum demonstrat Card. Norisius loco citato ex eo quod in eo nulla *Vigilii* fugæ ad proximam Chalcedonis Urbem mentio fit. Secundo, quia in eo Libello scribitur, quod *Anastasius quidam, quem Sanctus Episcopus Aurelianus Arelatensis Civitatis ad Beatissimum Papam ante hoc biennium direxerat, ibidem in Galliis aliqua mentiatur, quin & ipse, ut Constantinopoli exire posset, promisit se omnium Gallicanorum Episcoporum ad damnanda Capitula pro quibus hæc scandala orta sunt, animos inclinare. Cui & pravia plurima dantes disteicte ibi de hoc implendo Sacramenta præstare fecerunt: & non permiserunt per eumdem Anastasium Beatissimum Papam quid in ipsa causa ageretur fratribus suis Episcopis Gallicanis scribere*, &c. At Anastasius pridie Idus Julias anni DXLIX. Literas Aureliani Episcopi Vigilio tradidit, ut in fine earum legitur; quare cum ante biennium idem ad Vigilium venerit, Libellus iste hoc anno scriptus. Præterea hæc in eo leguntur: *Veniens enim ibi ante sex annos iste Beatissimus Papa Vigilius, magis autem, ut quod verius est dicatur, prope violenter deductus*. Et Vigilius in sua Encyclica data *die V. Februarii* anni DLII. *ante septem annos* Roma se discessisse testatur. Si itaque annus DLII. septimus est a profectione *Vigilii* ex Urbe Roma, annus DLI. sextus est ab eadem profectione: non vero ab ejus adventu Constantinopolim ad quem Clerici Italiæ non respiciunt. [1]

Libellus Clericorum Italiæ hoc anno scriptus.

XVII. Neque quia dicat cum Sirmondo in epistola illa numerari sextum annum ab ingressu *Vigilii* Constantinopolim, secundum vero ex quo Anastasius ab Arelatensi Episcopo missus fuerat ad Vigilium; & Anastasium anno Christi DL. ad Vigilium *pridie Idus Julias* pervenisse, hunceque Constantinopolim anno DXLVII. ineunte introisse. Nam *Anastasius*, non superiori anno, sed anno DXLIX. Constantinopolim pervenit ipso Vigilio teste in Epistola mox citata, & a Baronio loco suo recitata. Ea enim *tertio Kalendas Maii* anni quingentesimi quinquagesimi scri-

Evertitur opinio contraria.

NOTÆ [1] Quæ de literis a Clericis Italiæ ad Gallicanos scribit hic Pagius, discussa sunt a nobis in Nota ad A. 546. 7. quam consule. MANSI

*turbavit atque perturbat Ecclesiam, de Episcopatus ordine deponentes, damnavimus: alios vero, qui superius memorati sunt, a communione suspendimus.*

XVIII. *Sed hæc hactenus. Paginam ipsius damnationis proferre volumus: quoniam & clementissimum Principem pro tali ac tanto scandalo ea quæ facta sunt, divini considerationi judicii revocare confidimus: omnibus oportebat nos spatium pœnitentiæ reservare, imitantes beatum Petrum, cujus sedem tenemus immeriti. Chartam vero ipsam excommunicationis atque damnationis eidem Christiana persona tradidimus conservandam: ut si forsitan hi qui excesserant nullo modo corrigere voluissent, aut si nobis vis aliqua irrogaretur, sive qualibet inquietudo fieret, vel certe humana sorte transitus de hac luce contingeret, mox eam in celeberrimis locis proponeret; quatenus ejus notitia Christianis omnibus patefacta, servetur in posterum.* Hæc de sententia in Theodorum atque Mennam lata Vigilius quæ ipse scri-

PAGIUS scripta, in qua asserit Vigilius se eas Literas *Anastasio deferente pridie Idus Julias* suscepisse, ideoque *pridie Idus Julias* anni quingentesimi quadragesimi noni. Denique Libellus ille anno sequenti scriptus esse non potuit; cum, ut titulus ejus præfert, traditus fuerit *Legatis Francorum, qui Constantinopolim proficiscebantur*. Hi autem currenti anno a *Theodebaldo* Rege Francorum Constantinopolim missi sunt anno XVII. belli Gothici, qui in cursu fuit usque ad vernum tempus sequentis Christi anni, cujus hyemali tempore Legatos viæ se se dedisse existimandum non est. Docet enim *Procopius* lib. 4. Bell. Goth. cap. 24. de gestis anno belli Gothici XVII. verba faciens, cum conventum esset inter Francos & Gothos, ut se in Italia invicem armis non lacesserent, *Justinianum* Aug. ad *Theodebaldum* Francorum Regem Legatum misisse *Leontium* Senatorem, postulaturum, ut arma secum adversus Gothos jungeret, cederetque locis, *quæ Theodebertus in Italia contra jus fœderis occupasset*; sed Leontio *Theodebaldum* respondisse se ad societatem belli in Gothos venire non posse; & quoad loca illa, patrem suum Theodebertum Romanis non eripuisse: *Sed de his*, inquit Theodebaldus, *Legatos Byzantium mittemus brevi. His dictis, remisit Leontium; & Leudardam genere Francum ad Justinianum Aug. legavit cum tribus aliis. Atque illi cum pervenissent Byzantium, rem cujus gratia venerant ex sententia confecerunt*, inquit Procopius, si itaque Legatio illa hoc anno obita, Libellus ille hoc anno scriptus & Legatis traditus.

XVIII. *Terræ motu varia Orientis Urbes eversæ.* Theophanes anno Incarnat. secundum Alex. DXLIII. qui eum mense Augusto hujus Christi anni absolvitur scribit: *Hoc anno, mense Aprili Indictione quarta, Narses Cubicularius bellum Gothis, qui Urbem ceperant, illaturus, Romam missus est*, &c. *Julii vero mensis die nono, magnus & terribilis terræ motus factus est, per omnem Palæstina, Arabia, Mesopotamia, Syria, & Phœnicis Regionem: adeo ut Tyrus, Sidon, Berytus, Tripolis, & Biblis multa damna acceperint, & hominum perierint multa millia. Ad Bostram vero Civitatem, magna pars promontorii mari adjacentis, cui nomen Lithoprosopus, avulsa in mare translata est: portumque effecit multis magnis navibus recipiendis idoneum; cum Urbs illa prius portum non habuisset*, &c. Sed loco, *Indictione quarta*, legendum, *Indictione decima quarta*, quod & ex ipsomet Theophane liquet, qui annum Incarnat. secundum Alex. DXLIV. Indictione XV. recte notat. Procopius lib. 4. de Bello Goth. cap. 25. verba faciens de iis, quæ anno belli Gothici XVII. contigere, ait, *per id tempus extitisse in Græcia maximos terræ motus, & Bœotiam, Achaiam, circumjectasque sinui Crisæo oras concussisse*, ac solo adæquasse Urbes *Chæroniam, Coroniam, Patras, & Naupactum*. Quæ de eo terræ motu, quem Theophanes narrat, sine dubio intelligenda.

Anno DXLV. Romanos inter & Persas pactæ fuere priores quinquennales Induciæ; *non ita quidem, ut absolutissimam pacem agerent, neque ut omnibus in partibus pericula bellica cessarent, sed tantum circa Oritatem & Armeniæ fines utrique genti pax sancita erat: circa Colchicam vero regionem bellum vigebat. Lazi autem olim Colchi dicebantur, & hos illos esse constat*, inquit Agathias lib. 2. pag. 55. Ubi *exiit annus Induciarum quintus. Tunc Petrum Patricium, eundemque Magistrum Officiorum ad Chosroem Justinianus Augustus legavit, ut de pace Orientis totius ageret*, inquit Procopius lib. 4. de Bell. Goth. cap. 11. qui addit Chosroem Petrum Byzantium remisisse, ut ibi cum Isdiguna Legato suo de pace ageretur. *Dum hæc aguntur Byzantii, Bessas cum omnibus Romanorum copiis Petram obsidet. Ac mœnia quidam Romani suffoderunt in ea parte, qua prius excavata a Dagisthæo, murus eo loci collapsus fuerat*, inquit ibidem Procopius. Tandem Petra vi a Romanis capta, Persæque, qui in arcem confugerant, ad deditionem invitati, arcis incendio perire maluere, quam se hosti permittere. *Mermeroes* vero Persarum Dux Archæopolim, *quam fluvius alluit*, totis viribus oppugnavit, sed irrito conatu, ut pluribus refert Procopius sequentibus capitibus. *Est Archæopolis* ad Phasidem fluvium sita, totius Laziæ primaria, ex Procopio variis in locis. XIX. *Petra a Romanis expugnata.*

*Byzantii post multam disceptationem, tandem convenit, ut Induciis utrumque Regnum quinquennio gauderet, eoque interim spatio Oratores ultro citroque libere commeantes controversiam, quæ de Lazica esset, ac Saracenis componerent. Hac autem accessit conditio, ut pro his Induciis quinquennalibus Persæ a Romanis auri centenaria XX. acciperent, itemque alia sex pro XVIII. mensibus, qui inter priores Inducias atque istas intercurrissent; quod tempus mutuis impensum esset Legationibus: neque enim gratis a se permissa dicebant Persæ colloquia pacificatoria*, inquit Procopius cap. 15. qui subdit, Legatum Persicum voluisse sibi solvi, abjecta omni cunctatione, integram pacti auri Summam, pro spatio annorum XI. & mensium sex; annumque XXV. Imperii egisse Justinianum Augustum, *cum Romani & Persæ has inducias pepigerunt, plerisque invisas Romanis*. XX. *Secundæ Induciæ quinquennales inter Romanos & Persas.*

Abulpharaius in Historia Dynastiarum pag. 94. mentionem facit Epistolæ hoc anno a Justiniano Imp. ad Episcopos scriptæ: *Anno*, inquit *Vicesimo quinto (Imperii) sui ad omnes (ubique) Episcopos scripsit, ut Festum Natalis celebrarent vigesimoquinto Canuni prioris* (Decembris scilicet nostri), *& Epiphaniam sexta Canuni posterioris* (videlicet mensis Januarii); *dilloque ejus pa-* XXI. *Natale Christi & Epiphaniam diversis diebus celebrari præcepit Justinianus.*

fcripfit anno fequenti in bafilica S Euphemiæ Chalcedone, ad quam, urgente rurfus violentia regiorum miniftrorum, ex dicta ecclefiæ fancti Petri confugere coactus eft.

Quin-

PAGIUS *paruerunt, exceptis Armenis: illi fiquidem morem priorem retinuerunt, qui utrumque Feftum eodem die celebrant*. Feftum Nativitatis Chrifti exeunte fæculo quarto diei vigefimæ quintæ menfis Decemb. Conftantinop. affixum fuit, quod confirmavit Theodofius Junior lege 5. *de Spectaculis*, anno CDXXV. data; in ea enim Natalem & Epiphaniam Chrifti diferte diftinguit. Feftum Epiphaniæ prifcis Ecclefiæ temporibus idem erat ac Feftum Natalis Chrifti, quo fcilicet Salvator nofter mortalibus fe fe confpiciendum præbuit, & *Epiphania* tam Chrifti Natalem quam adventum Magorum, & Chrifti Baptifmum fignavit, ut in illius legis Commentario ex Sanctis Patribus demonftrat Gothofredus. Id factum antiquitus a Græcis maxime Ægyptum incolentibus, ut a Theophilo in proœmio Pafchal. Epift. & a Caffiano Collat. lib.10. cap. 2. memoriæ proditum eft. Sane Epiphaniorum quoque fit mentio in Geftis anni CCCLX. idque per Gallias, apud Ammianum Scriptorem gentilem lib. 2. menfe Januario celebratorum; *Feriarum*, inquit, *die, quem celebrantes menfe Januario Chriftiani Epiphania dictitant, progreffus in eorum Ecclefiam folemniter Numine orato difceffit*, nempe Julianus Imperator. Ubi Ammianum Epiphaniorum nomine Natale Chrifti defignare docet Zonaras in Imperio Conftantini, Conftantii, & Conftantis, qui idem referens, ait; *Natalis Salvatoris die, in Templo adorat, ut confentire cum militibus videatur*, quia fc. tunc Conftantinopoli dies Natalis Chrifti & Epiphania eodem die celebrabantur.

XXII. *Hæc fefta eodem die alias celebrata.*

Sed cum initio Natalis feu Epiphaniorum dies in plurimis Ecclefiis Orientis, Afiaticis & Græcis, fexto Januarii celebraretur, ut teftes funt Epiphanius lib. 3. & Caffianus loco laudato, & eo tempore, quo Chryfoftomus habuit Orationem I. in Pentecoften quæ Tomo V. ejus Operum extat, tres tantum præter Dominicum dies Fefti colerentur, fcilicet Pafcha, Pentecofte, & Epiphania feu Natale Chrifti, poftea Conftantinopolitani a Romanis edocti quartum Feftum addidere, & diem Natalis a die Epiphaniæ diftinxere, & quidem paulo poftquam Divus Chryfoftomus prædictam Orationem I. in Pentecoften habuit. Immo Tom. V. ejus Operum refertur Homilia de *Die Natali*, in qua ait, quando eam Concionem dicebat, nondum fuiffe decem annos elapfos, ex quo primum is dies illi Ecclefiæ, ex Occidente feu per Romanos innotuerit. Ab illo tempore Natalis menfe Decembri Feftivitatibus additus, remanente tamen priftina, Januario menfe, *Epiphaniorum* folemnitate. Sed aliæ tunc caufæ illius appellationis & Feftivitatis reddi cœptæ; nam qui dies prius colebatur, vel celebrabatur, ut Natalis Chrifti, jam cultus eft, ut Baptifmum ejus repræfentans, & Magorum adventum. Videatur Chryfoftomus in Orat. de Baptifmo Chrifti, & Hieronymus lib 2. Comment. in Ezechielem. Plura hac de re Gothofredus loco laudato.

Celebratum hoc anno Concilium *Parifienfe* II. ex dicendis anno DLIX.

I. QUingentesimus quinquagesimus secundus Domioi unnus post Consulatum Basilil undecimus notatur in Fastis, u Procopio uutem belli Gothiei decimus septimus, quo & meosis Aprilis exordio unnus incipit numeruri Justioiuni Imperatoris vigesimussextus: cum mense Februario, adhuc anno duraote ejusdem Imperatoris vigesimoqointo, idem Justioianus functionem edidit adversus Judæos, qui suos prohiberent sacræ legis libros ulis tradi docerique lingua, quum Hebraica: qoo fiebat, ut simplicioribus, quos vellent, ipsorum magistri magno illorum damno propinarent errores. Hos igitur lege coerceri præcipit, si quid iidem contra divinam Scriptoram ausi sint docendo tradere, ut negure mortoorum resurrectionem sive universale Judicium, vel usserere per Angelos cuncta esse creutu. Quantum enim ex Justiniani sanctione conspicitur, Hebræi jam vulgo u linguæ Hebruicæ usu descivernnt, & nationum linguu, sive ea quæ apud eos vulgaris esset, utebantur. Ista igitur functio sic se hubet (a):

Omni lingua doceri legem Judæis conceditur.

(a) Novel. 146.

II. Justiniani constitutio de Judæis.

*Necessarium quidem erat, Hebræos sacros audientes libros, non solis litteris adhærere, sed ad reconditas eis prophetias inspicere, per quas magnum Deum & Salvatorem generis humani Jesum Christum annunciant. Sed etiam si insensatis semetipsos interpretationibus tradentes, a recta usque nunc aberraverunt gloria; tamen certare adinvicem discentes ipsos, non sustinuimus sine judicio eis relinquere tumultum. Per has enim ipsorum quæ nobis adductæ sunt interpellationes, didicimus, quod quidem solam habentes Hebraicam vocem, & ipsa uti in sacrorum librorum lectione volunt, nec Græcam tradere dignantur, & multum dudum tempus per hoc adinvicem commoventur. Nos igitur hujusmodi discentes, meliores judicavimus esse & Græcam vocem ad sacrorum librorum lectionem tradere volentes, & vocem omnem simpliciter, quam locus aptiorem & magis cognitam audientibus facit.*

*Sancimus igitur, licentiam esse volentibus Hebræis per synagogas suas, in quocumque Hebræi omnino loca sunt, per Græcam vocem sacros libros legere convenientibus, vel etiam patria forte (Italica hac dicimus) lingua, vel etiam aliorum simpliciter, una scilicet cum locis etiam lingua commutata, & per ipsorum lectionem, per quam clara sunt quæ dicuntur, convenientibus omnibus deinceps, & secundum hæc vivere & conversari. Neque fiduciam esse his qui apud eos sunt expositoribus solam Hebraicam tradentibus malignari hanc quemadmodum voluerint, multorum ignorantia suam ipsorum abscondentes malam consuetudinem.* III.

*Verumtamen hi qui per Græcam legunt, Septuaginta utantur traditione, quæ omnibus certior est & præ aliis melior judicata, præcipue propter quod circa interpretationem contigit: quia & per duos divisi & per diversa interpretantes loca, tamen unam tradiderunt omnes compositionem. Ad hæc vero quis non horum virorum & illud admiretur, quia multo antiquiores salutari apparitione magni Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi constituti, tamen illam futuram tamquam videntes sacrorum librorum traditionem fecerunt, tamquam prophetiæ gratia circumfulgente eos? Et hac quidem utantur præcipue omnes: sed non tamen tamquam eis residuas excludere sanciverimus interpretationes. Licentiam damus & Aquila uti, etsi alienæ tribus ille, & non competentem in aliquibus sermonibus habet cum Septuaginta interpretatione dissonantiam.* IV.

*Eam vero quæ ab eis dicitur Secunda editio, interdicimus omnimodo, utpote sacris non conjunctam libris, neque desuper traditam de Prophetis, sed inventionem constitutam virorum ex sola loquentium terra, & divinum in ipsis habentium nihil. Et ipsas ergo sacras voces* V.



PAGIUS SÆC. VI. Anno Eræ Hispan. DXC. A. C. 552.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6045.

☉ 9. GF. ☽ 2. P. 30. Mart. Indict. 15.

JESU CHRISTI 552.

VIGILII PAPÆ 16.

JUSTINIANI IMP. 26.

TOTILÆ REG. 1.

[1] HIc annus ista formula notatus: *Post Consulatum Basilii V. C. XI.* & secundum aliquos: *Post Consulatum Basilii V. C. anno XII.* I. *Post consulatus.*



NOTÆ [1] P. C. *Basilii* XI. vel *an.* XII. Vigilii Epistola Encyclica. GEORGIUS

*legant, codices ipsos respuentes, sed non abscondentes quidem quæ per eos dicta sunt, exterioribus vero traditis sine scriptis vana voces utentes ad simplitiorum per ipsos excogitatis perditionem.* (Thalmudistas Judæorum signat Imperator.) *Ut hac data a nobis licentia, neque damnis aliquibus subiiciantur omnino qui Græcam vocem & alias tradunt, neque ab alio quovis prohibeantur. Neque licentiam habebunt hi qui ab eis majores omnibus Archipherecitæ, aut presbyteri forsitan vel magistri appellantur, perinimis aliquibus aut anathematasinis hoc prohibere: nisi velint propter hos castigari corporis pœnis, & insuper privationem facultatum valentes sustinere, meliora vero & Deo amabiliora volentibus nobis & jubentibus.*

VI. *Si quidam vero apud eos atheos vana nova vocis eloquia inferre præsumpserint, aut resurrectionem & judicium negare, aut facturam Dei & creaturam Angelos subsistere: hos & expelli volumus loco omni, & non relinqui vocem blasphemiæ, & ita a Dei simul lapsam notitia: præsumentes enim eos afferri aliquid hujusmodi, ultimis subdantur suppliciis, illato terrore ex hoc Judæorum emendantes gentem. Oramus autem eos, aut per istam, aut per illam linguam sacros libros audientes, servare quidem interpretantium malignitatem, non solas vero considerare litteras, sed rebus refici, & divinum veraciter intellectum recipere: ut & redoceri quod melius est, & quiescere aliquando errantes, & in hoc ipso, quod est omnium* κυριώτατον *peccantes in Deum spem dicimus. Propterea enim omnem eis vocem aperimus ad sacrorum librorum lectionem, ut omnes de cætero eorum accipientes scientiam, doctiores ad melius fiant, re confessa constituta, paratiorem multo ad discretionem esse, & ad meliores intentionem, sacris nutritum libris, & parum quod desit habentem ad emendationem, quam scientem quidem horum nihil, solo vero cultus inchoatum nomine, & tamquam anthora retentum sacra, & doctrinam piam hæresis appellationem esse putantes.*

*Quæ igitur nobis placuerunt, & per hanc præsentem piam legem declarata sunt, custodiet quidem tua gloria, & quod tibi obtemperat Officium: servabit & pro tempore qui in eodem cingulo ordinabitur, & non permittet omnino Hebræos præter hæc facere; sed insistentes & prohibere omnino nitentes corporalibus primum pœnis subiiciens, exilium incolere compellet, auferens & bona, ut non simul ipsi contra Deum sed & Imperium audaciter insurgant. Utetur autem & præceptionibus ad provinciarum Præsides, præcipiens ipsis nostram legem, ut & ipsi hanc discentes proponant per civitatem unamquamque: scientes, quia hæc observari utile erit his qui nostram indignationem veriti fuerint. Data sexto Idus Februarii, Constantinopoli, D. N. Justin. PP. Aug. ann. XXV. post Basilii. U. C. Consulatum anno XII.* VII. .t

* Sed corrigendum, ut dicut, anno undecimo: annus enim Imperatoris vigesimus quintus absolvitur hoc anno in fine mensis Martii; nam Aprili mense vigesimussextus inchoatur. Hac igitur Imperatoris functione ordine temporis recensita, jam rerum Vigilii Papæ anni hujus nullius alterius lectionis obice intercisam, narrationis seriem ingrediamur. * XI.

Meminisse, lector, debes, quæ anno superiori Constantinopoli adversus Vigilium Romanum Pontificem sunt sacrilege perpetrata, cum ipse Catholicæ & Apostolicæ sedis Antistes vim metuens Imperatoris ad sancti Petri basilicam primum confugere coactus est. Sed quod nec sacer ille asylus, servilis etiam conditionis quibuscumque securus, tanto Pontifici ab Imperatoris sacrilegi violentia videri poterat esse tutus ante oculos ejus positus: trans mare quæsivit effugium & in basilica sanctæ Euphemiæ apud Chalcedonem (si quis tamen inveniri possit locus ab Imperatoris furore securus) habitare disposuit. Hoc plane tempore accidisse noscuntur, quæ Anastasius Biblio- VIII.

PAGIUS II. *Justinianus Legatos ad Vigilium Chalcedone agentem mittit.*

A num. VIII. od XVI. Ex iis quæ anno elapso de gestis in causa Trium Capitolorum diximus liquet fabulosa esse quæ Baronius ex Anastasio in Vita Vigilii recitat; ac præterea non hoc anno *Vigilium* Chalcedonem fugisse sed anno superiori, ubi *ante biduum Natalis Domini* jam fuisse, ex Epistola Encyclica ostendimus. Sed quoad Legationem ad Vigilium ab Imperatore missam, ea recte a Baronio num. XIII. & seq. ex eadem Encyclica consignata. Belisarius, aliique in ea memorati Legatione perfuncti sunt non *Dominico die, idest, Kal. Februariis*, ut ibi mendose legitur, sed *Dominico die, id est, V. Kal. Februarii*, in quem diem hoc anno Dominica incidit. Legati cum Vigilio egerunt, ut accepta iterum publica fide ex Urbe Chalcedonensi Constantinopolim rediret; sed respondit Pontifex: *Si causa Ecclesiæ ordinatur, ut parem ejus, quam avunculi sui* (idest Justini Senioris qui Justinianum adoptaverat) *pissimus Princeps fecit temporibus, & modo restituat, ego Sacramentis opus non habeo; sed statim egredior. Si autem causa Ecclesiæ finita non fuerit, item Sacramentis opus non habeo; quia numquam de S. Euphemiæ Basilica exire dispono, nisi scandalum ab Ecclesia Dei fuerit amputatum.* Quod ubi Justinianus intellexit, chartam ad eumdem mendaciis ac injuriis refertam misit *per magnificum virum Petrum Referendarium die pridie Kalendas Februarias*, ideoque Legati Chalcedonem non venerant Kalendis Februariis, sed *V. Kalend. Februarii*, perperamque Baronius in margine loco, *pridie*, legit, *postridie*, idest, die secunda mensis Februarii; character enim Dominicæ non in hunc locum, sed in priore, errorem irrepsisse demonstrat. Cum vero Augusti *manu* sub-

bliothecarius jungit, immo confundit cum prioribus quæ acciderunt vivente adhuc Theodora Augusta: *Tune* (inquit) antequam scilicet ab ecclesia S. Petri recederet, *dedit alapam in faciem ejus quidam, dicens: Homicida, nescis quid loqueris: quia Silverium Papam occidisti, & filium mulieris viduæ ad calces & fustes interfecisti. Tunc fugiens in basilicam sanctæ Euphemiæ, tenuit columnam altaris.* Hæc ibi usque ad posteriorem fugam, priorem omittens: cætera autem quæ sequuntur, suo loco dicentur.

IX. In eadem itaque sanctæ Euphemiæ basilica Vigilius degens, sicut prius fecerat, nihil penitus remisit Apostolicæ auctoritatis: atque perinde ac si Romæ in ipsa Lateranensi basilica sive Vaticana summa pace consisteret, ibi cum suis memoratis ante Episcopis degens, quæ essent Ecclesiæ libertatis, & Catholicæ fidei integritatis, tractare minime prætermisit: Sed ex eo cujus in sede consisteret, ipso inquam Petro Apostolorum Principe, tanta est ipsi parta fiducia, ut ex Apostolico throno, cui in sua persona sciret considere Petrum, & in Petro Christum, summa potestatis plenitudine adversus Metropolitanos Episcopos, immo in ipsum Patriarcham Constantinopolitanum ferre sententiam, insuper & perperam facta Imperatoris rescindere magno animo sit aggressus, minime reverisus vultum potentis, sciens majore fulciri quam Hieremiam auctoritate, cui a

(a) Hier. 1. Domino dictum: (a) *Ecce constitui te hodie super gentes & regna.* Ac rursum: *Dedi te hodie in civitatem munitam & in columnam ferream & in murum æreum super omnem terram Regibus Juda, Principibus ejus & sacerdotibus, & omni populo terræ: & bellabunt adversum te, & non prævalebunt: quia ego tecum sum* (*ait Dominus*) *ut liberem te.* Tanto namque ipse potentior est Prophetis effectus, quanto differentius præ illis nomen hæreditavit. Cuinam aliquando Propheta-

(b) Matt. 16. rum dictum: *Tu* (*b*), *es Petra? & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adversus eam.* His igitur Domini promissionibus roboratus, tum aliis tum se ipso robustior tunc apparuit, cum magis deorsum mergeretur.

Vidisses plane tunc non characteribus X.
tantummodo exaratam sententiam illam omnium ore versatam, Ubi Papa, ibi Roma, sed velut in tabula graphice coloribus delineatam veritatem ipsam: dum idem ipse qui ad fugam captatus est locus, & veluti delectus ad latebras, idem fit effectus ipsius præsentia Romani Pontificis eminens cunctisque perspicuum ad judicandum tribunal, & ad reprimendos sternendosque adversarios sublimis turris, innaccessibilis cuilibet humanæ potentiæ, e qua missilia in hostes jaceret is qui confugit in eam, manens ipse securus secundum illud Proverbiorum (*c*), *Tur-* (c) Prov. 18.
*ris fortissima nomen Domini: ad ipsum currit justus, & exaltabitur.* Intellexisses pariter, quam verum sit quod Apostolus Paulus ingenue profitetur (*d*): *Cum* (d) 2. Cor. 12.
*infirmor, tunc potens sum.* Etenim qui animi infirmitate visus esset iterata fuga longius esse progressus, ibique corporis quoque languore graviter affectus, animi tamen vigore resumpto, fortior factus atque robustior intrepide de victoria securus insurgit, potentissimaque spiritalia spicula jacit in hostes, feritque ipsu illæsus existens,

Ita plane magno veluti miraculo fa- XI.
ctum, ut dum fugit Vigilius, vincat: Mira facta
dum insequentem & persequentem pari- mutatio.
tur Imperatorem, eumdem reddat humilem & obsequentem: ut perspicue apparuerit vel ex hoc facto, quod non homo tantum, sed Christus ipse Deus & homo cum homine in sede Petri sedente considеat, cui cedere necesse sit omnem humanam potentiam atque portas etiam inferorum. Sed quomodo hæc facta sunt, jam enarrare aggrediamur. Ubi Justinianus Imperator accepit Vigilium Romanum Pontificem justo metu perculsum e Petri basilica confugisse Chalcedonem, & in ecclesia Euphemiæ martyris cum suis degere, insuper & corporis mala valetudine laborare: facti pœnitens, non milites qui eum inde abducerent misit iratus, sed dignam tanto Pontifice legatio-



PAGIUS *subscripta* non esset, nullam illi fidem Vigilius præstandam duxit, contentus objecta quæcumque crimina valide confutare, ut in ea Encyclica ipsemet Vigilius asserit, qui subdit: *Dum hesterno die, idest Dominicorum, qui fuit pridie Nonas Februarias, magnificus vir Petrus Referendarius ad nos cum mandatis clementissimi Principis remeasset*, ut scilicet acceptis sacramentis Vigilius in Urbem Regiam securus remearet, respondet is: *Si directis duobus Judicibus sacramenta præstare dignetur, ut post hæc sine metu periculi fratrem nostrum Datium Episcopum Mediolanensis Ecclesiæ, vel alios, quos cum eo transmiserimus, loco nostro suscipiat, parati sumus dirigere, ut per eos de Ecclesiastica causa quæcumque mandavimus veraciter innotescant.*

Desunt hæc & plura alia in exemplari quod III.
ad Baronii manus pervenerat, sicuti & quod Vigilius
ibidem dicitur, Encyclicam illam die sequenti senten-
datam esse; cum his verbis terminetur: *Data* tiam ad-
*Nonis Februarii, imperante Domino Justiniano PP.* versus
*Aug. anno XXV. post Consulatum Basilii anno* Theodorum
*X.* Sed loco, *anno X.* legendum, *anno XI.* ut latam non
annus XXV. Justiniani cum mense Februario publica-
copulatus manifestum facit. In ea Epistola Vi- vit.
gilius scribit de lata in Theodorum sententia, qua Episcopatu deponebatur: *Pro Mansuetudinis Vestræ intuitu, & spe conversionis ejus, sicut di-*

nem ornavit, qua cum juramento præstito in pristinum domicilium honorifice revocaret.

XII. Vigilius aboleri jubet Imp. edictum. At ipse Vigilius inde egredi numquam consensit, neque juratis Patriciis fidem voluit adhibere, nisi prius in omnibus consultum esset sedis Apostolicæ dignitati: nempe ut quæ contra ipsius Romani Pontificis voluntatem de Tribus capitulis Imperator appendisset edicta, idem protinus revocaret, atque penitus aboleret. Sed & quod magna licet pollicentibus missis nunciis haud facile putaret esse credendum, utpote (quod in proverbio est) Græcorum fides; illud excogitavit, ut ante ad universos Christi fideles encyclicam daret epistolam, qua cuncta quæ gesta essent, universæ Ecclesiæ innotescerent: sic namque fore, ut si quid in ipsum Vigilium decerneret Imperator fidifragus, omnes scirent qua animi constantia ipse illi restiterit; & si quid præter illa quæ statuisset, ab eo suis sanctionibus vulgaretur, nihil esse nossent sua consensione firmatum. Epistola autem encyclica tunc ab ipso Vigilio Papa conscripta ita se habet (a):

(a) Vigil. ep. 7. t. 1. ep. Rom. Pont.

*Vigilius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ universo populo Dei.*

XIII. Encyclica Vigilii ad Christi fideles. *Dum in sanctæ Euphemiæ basilica gravi laborantes ægritudine teneremur, piissimus atque clementissimus Imperator Dominico die, id est, Kalendis Februarii, gloriosos Judices suos ad nos destinare dignatus est, id est, Belisarium & Cethegum Exconsules atque Patricios, necnon & Petrum Exconsulem Patricium atque Magistrum, sed & Justinianum Exconsulem & Curampilatri *, & Marcellinum Exconsulem & Comitem Excubitorum, sed & gloriosum virum Constantinum Quæstorem, qui nobis dicerent, ut sacramenta percipere deberemus, & de sanctæ Euphemiæ ecclesia ad civitatem regiam remeare.*

* Curopalatem

XIV. Quid Vigilius petat. *Quibus tale dedimus, Deo adjuvante responsum, dicentes: Nos quidem in hanc basilicam, pro nulla pecuniaria vel privata causa confugimus, sed pro Ecclesiæ tanto scandalo, quod jam toti mundo pro pretatis innotuit. Et ideo si causa Ecclesiæ ordinatur, ut pacem ejus, quam ab avunculo sui piissimus Princeps fecit temporibus, & modo restituat: ego sacramentis opus non habeo, sed statim egredior: si causa finita non fuerit, iisdem sacramentis opus non habeo: quia numquam de sanctæ Euphemiæ ecclesia exire dispono, nisi scandalum ab Ecclesia Dei fuerit amputatum. Nam posteaquam edicta sua, &c.* Pergit narrare quæ gesta sunt anno superiori, quæ suo loco posuimus: quibus recensitis, ista ad postremum addit:

*Dum hæc autem præfatis Judicibus diceremus, rogavimus eos, invocato omnipotentis Dei Judicio, ut clementissimo Imperatori hoc quoque ex nomine nostro suggererent: Quia illis qui a nobis excommunicati sunt, in quibus & is quem prædiximus est damnatus, communicare non debet, ne grave (quod absit) peccatum incurrat. His ita se habentibus, per magnificum virum Petrum Referendarium die * pridie Kalendas Februarias quædam charta nobis allata est, quam a clementissimo Principe nullo modo credimus destinatam, quia nec fuerat pietatis ejus manu scripta. Et dum memorato Referendario diceremus, ut in ea scriberet diem, & quomodo ab ipso fuerat oblata, pariter signaret.* Hucusque in codice: reliqua desunt, magno præjudicio historicæ veritatis. Cæterum ex his quæ dicentur, constat cessisse tandem Vigilio Imperatorem, atque appensa amoveri jussisse a se prolata de Tribus capitulis edicta, & ex sententia ipsius Vigilii nihil de illis tractari voluisse ante Synodum generalem, quam ex ejusdem Pontificis desiderio & voluntate convocari fecit, ut suo loco sequenti anno dicemus. XV.

* postridie

Cedit Vigilio Imperator.

Ex his igitur complura convincenda sunt scriptorum mendacia, primumque ab Anastasio (b) tradita; nisi quæ mixtim confuseque ab eo narrantur, suis seorsum reponantur locis, & non sub Theodora Augusta referantur quæ longe post ejus obitum facta esse noscuntur. Epistolari enim historiæ cætera a quibusvis scripta XVI.

(b) Anast. in Vigilio. Refelluntur errores.

PAGIUS *dictum est, publice proferre distulimus.* Quibus ex verbis Em. Card. Norisius in Dissert. de Synodo V. cap. 5. deduxit, falsum esse, quod in Chronologica Synopsi in calce ad Facundum Sirmondus, scribit. *Vigilium* latam demum contra *Theodorum* sententiam publicasse.

IV. *Theophanis & Nicephori error.* Ad num. XVI. & seq. Recte Baronius monet, quæ huic similibusve Epistolis contraria referuntur ab Anastasio, vera non esse; sed perperam scribit, Nicephorum lib. 17. cap. 26. male tradere Mennam Constantinopoli Episcopum a Vigilio communione suspensum fuisse, & *Mennam* in *Vigilium* parem sententiam tulisse; quod hujus rei in laudata Encyclica nulla mentio fit. Nicephorus enim suffragatur Theophanes eo longe antiquior, cujus verba anno DXLVII. in medium adduximus; quis cum eo anno ea perfecti fuerint, non debuit *Vigilius* horum in sua Encyclica meminisse. In eo pariter nec Theophanes, nec Nicephorus errant, quod scribunt, Vigilium ad Sancti Sergii aram confugisse, licet Vigilius ad Sancti Petri, inde ad Euphemiæ Basilicam confugisse affirmet. Eodem quippe in loco Sergii & Apostolorum, aliud nimirum ab eo quod Constantinus extruxit, Templum fuit, & utrumque asili privilegio gaudebat. Justinianus Imperator, ut patet ex Procopio lib. I. de ædific. cap. 14. bina illa Templa excitavit, quæ a latere cohærebant, & vestibulorum porticus, atria, & propylæa communia habebant. In eo itaque tam Theophanes, quam Nicephorus falluntur, quod quæ gesta sunt anno superiori, scri-

*Nicephori errores arguuntur.* pta cedant necesse est; si præsertim ex illis accepta noscatur epistolis, quæ encyclicæ dictæ, universo populo Christiano, patentes unicuique, scriptæ esse noscuntur. Ex iisdem pariter habes ex quibus redarguas Nicephorum Callistum, qui de hujuscemodi turbis historiam scribens, multipliciter errasse comperitur, dum parum æquus in Vigilium Papam, quod Constantinopolitanum Episcopum Mennam a communione suspenderit, in eum invehitur, & mendacissime asserit parem sententiam adversus Vigilium ipsum a Menna latam. Quod si ille ausus fuisset, necessario plane & præcipue de his habenda mentio erat in ejusdem Vigilii epistola circulari. Sed alia plura mendacia miscuit, quæ tu ex ejus verbis colliges, quæ sic se habant (*a*):

(*a*) *Niceph. l. 17. c. 26.*

XVII. En (inquit) *Vigilius insoleatiæ progressus est, ut & Mennam a communione quatuor mensibus excluserit. Idem sane & Mennas adversus illum fecit. Sed enim Justinianus rebus hujusmodi ad iram commotus, eum comprehendere misit. Vigilius autem sibi metuens, ad Sergii martyris aram confugit, & sacris ibi fistulis implicitus, non prius inde extractus essit, quam illas evertit: erat enim magnus & corporis statura vastus. Postea vero cum ejus rei Justinianum pœniteret, partibus suis interponente Imperatrice Theodora, Vigilium suscepit, atque ille rursus Mennam ad communionem admittit.* Hæc Nicephorus: qui etsi non in aliis corrigendos foret, certe defendi non potest, dum hæc vivente adhuc Theodora Augusta facta narrat, cum redarguatur ex Procopio: & dum ait ad sancti Sergii aram Vigilium confugisse, plane mendacii convincitur ex ipsius Vigilii scriptis, quibus (ut vidimus) ait, ad S. Petri, inde ad Euphemiæ basilicam confugisse.

Porro turbata in hunc modum Ecclesia, rerum naturam etiam æque esse turbatam, ea quæ hoc anno accidisse Procopius tradit declarant: etenim hoc ipso anno Græciæ civitates plures terræmotu excisas, hiatu terræ loca multa absorta, portentosasque maris æstuationes factas enar- XVIII.

PAGIUS scribant contigisse anno, quo *Vigilius* Constantinopolim adventavit; cumque anno elapso, dum milites persequerentur, Sancti Sergii Martyris columnas evertisse; cum id in Ecclesia Sancti Petri accidisse, ipsemet Vigilius prodat, ut anno superiori vidimus.

V. *Gesta inter Gothos & Romanos anno DLI.* Ad num. XVIII. Est hic annus belli Gothici XVIII. ideoque quæ ex Procopio Baronius narrat, gesta sunt anno XVII. ejusdem belli, & ad annum superiorem revocanda, ubi egimus de terræ motu de quo ille hoc anno disserit, ac præterea de Legatione Justiniani ad *Theodebaldum* Francorum Regem. Ad hæc diximus, Imperatorem tunc *Narsen* adversus *Totilam*, ac Gothos in Italiam misisse, quem Procopius lib. 4. de Bell. Goth. cap. 21. ubi de gestis anno XVII. belli Gothici agit, asserit, in mediam Thraciam cum florenti exercitu progressum, aliquandiu Philopopoli substitisse, *intercluso itinere turmis Hunnorum*. Denique Procopius cap. 25. refert, Sclavanos, *facta in Illyricum irruptione*, nefanda perpetrasse, *& cum infinita captivorum multitudine prædaque omni, quam cuncta vastando collegerant*, domum rediisse. *Interea loci Gepades & Langobardi inter se bellum reparabant*. Imperator cum Gepædibus fœdus panxit, sed cum hi post fœdus ictum, *Sclavenorum* agmen Istrum fluvium transportassent, adversus illos auxilia Langobardis misit, & cum iis abiit hiems anni belli Gothici XVII. Quare pertinent hæc omnia ad annum DLI.

VI. Hinc non discedam, quin finem Regni *Gepidum* seu Gepædum anno Christi superiori contigisse monstravero; quia video illum cum anno DXLVII. a Sigaberto in Chronico, & cum anno VII. Just. in Jun. ab Abbate Biclariensi male alligari [t] Procopius itaque lib. 4. Hist. Goth. cap. 25. de rebus anno belli Gothici XVII. Christi DLI. gestis verba faciens, ait: *Gens tota Langobardorum in Gepidas it bellatum, quibus obviæ prælio congressi, tam feliciter pugnarunt, ut non modo victi sint Gepidæ, sed & pars magna interfecti*. Verum Procopius locum *Alboinus*, Langobardorum Regis, qui ab an. DXLIII. ut testatur Sigebertus in Chronico, regnabat, *Audovini* ejus decessoris nobis nomen obtrusit. Hanc enim Gepidum cladem *Alboino*, qui Langobardos in Italiam postea duxit, Rege accidisse fidem etiam faciunt Paulus Diaconus & Abbas Biclariensis. Paulus Diaconus lib. 1. de Gest. Langobard. cap. 27. rem fusa narrat, antequam verba faciat de adventu Narsetis in Italiam, aitque: *Committitur ergo prælium, pugnatumque est totis viribus. Langobardi victores effecti sunt, tanta in Gepidos ira sævientes, ut eos ad internecionem usque delerent, atque ex copiosa multitudine vix nuncius superesset. In prælio Alboin Cunimundum* (Gepidorum Regem) *occidit*, &c. *Cujus filiam nomine Rosimundam, cum magna simul multitudine diversi sexus & ætatis, duxit captivam. Quam quia Clotsuinda* (quæ erat filia Clotharii) Regis Francorum) *in suam, ut post patuit, perniciem duxit uxorem. Tunc Langobardi tantam adepti sunt prædam, ut jam ad amplissimas pervenirent divitias. Gepidorum vero gente ita est diminutum, ut ex illo tempore ultra non habuerint Regem, sed*

*Finis Regni Gepidorum.*

NOTÆ [t] BLancus in annotationibus ad lib. 1. Pauli Warnefridi de gestis Langobardorum c. 27. Rer. Ital. t. I. p. 1. fol. 454. scite animadvertit, Procopium quidem ad annum 551. revocasse prælium quoddam Langobardorum cum Gepædibus; non satis tamen distinxisse utrum postrema illa fuerit pugna Gepædibus exitialis; cum præsertim idem Procopius anno sequenti referat Ildisgum ad Gepædas confugisse, *quod utique*, addit idem Blancus, *regno eorum everso evenire non poterat*. Igitur opportunius judicat chronologiam Biclariensis retineri oportere. MANSI

Ecclesiasticum bellum ubique viget.

enarrat. His accessit Sclevinorum & Hunnorum in Romanum Imperium incursio repetita. Sed & hoc pariter anno Gothos Corsicam & Sardiniam cepisse, idem Procopius refert. Quid enim potuit esse stabile, cum religio, basis ipsa Orbis exagitatur? Concuti quidem opus est omnia, cum ipsa petra, super quam Ecclesia fundata est, motibus in diversa propellitur. Etenim ejusdem etiam testificatione Procopii illud asseritur, ejusmodi qui Constantinopoli contigit motu alias etiam Orientis Ecclesias fluctuasse: quo uno allato exemplo, quæ in reliquis facta sint civitatibus, facile quisque intelligere possit: sunt enim hæc ipsius verba (a): *Cæteri milites, Imperatoris jussu, circa Ulpianam in Illyrico urbem stationem habuerunt ob seditionem ea de causa inter incolas ortam, qua Christiani solent de fide solertius disceptando inter se altercari.* Hæc Procopius: ex quibus licet paucis magna possumus intelligere, nempe miserandum totius Ecclesiæ statum, Catholicis inter se in qualibet civitate pugnantibus.

(a) Procop. de bel. Goth. l. 3.

XIX. Theodori Epis. pœnitentia.

Verum cum inter tot discrimina fluctibus agitatæ naviculæ omnino una cum capite universum periclitari visum est Ecclesiæ corpus: repente excitatus est tamquam dormiens Dominus, imperansque vento & mari, cuncta, temporis ferme momento, fecit esse tranquilla. Etenim (ut dictum est) Imperator appensa antea de Tribus capitulis tolli jussit edicta, & ex sententia Vigilii Papæ, quod fecerat abrogavit; atque quod idem Pontifex postularat, cuncta in generali agitanda Concilio reservavit. His accessit, quod & Theodorus malorum omnium auctor, cujus causa universa hæc fuerat tempestas exorta, jam pœnitens facti (quod admiratione summa dignum est) ad eum a quo sententiam damnationis acceperat, accedens humilis, libellum supplicem ipsi Vigilio Papæ offert, quo & rectam fidem pro-

PAGIUS

*sed universi, qui superesse bello poterant, aut Langobardis subjecti sunt, aut usque hodie Hunnis eorum patriam possidentibus duro imperio subjecti gemunt.* Procopius laudatus *Thorisinum* Gepædum Regem, cui *Cunimundus* successit, hujus cladis tempore Gepædibus præfuisse supponit, & de *Cunimundo* non loquitur; sed Procopium ea in re falli demonstrat conjugium filiæ *Cunimundi* cum Alboino victore, quod in dubium revocari non potest.

VII. *Gepidæ Orthodoxos non vexarunt.*

*Marcianus* Imp. postquam *Gepidæ* Hunnorum sedes occuparunt, annua dona eis largitus est, ut anno CDLIV. num. IX. ostendimus, ipsique licet Ariani non male erga Orthodoxos se se gessere. *Eugenius* enim Pontifex Romanus hujus nominis II. in Literis sæculo anno datis, quibus Archiepiscopatum Laureacensem jam diu extinctum in integrum restituit, & *Urolphum* Archipræsulem renunciavit, ait: *In quibus etiam* (scilicet partibus) *quondam Romanorum quoque Gepidarumque ætate, ut lectione certum est, in septem Episcoporum Parochias Antecessores sui jure Metropolitano obtinuerant Diœcesim.* Superiori itaque anno adhuc stabat Archiepiscopatus Laureacensis, prioribus Ecclesiæ sæculis institutus, & non nisi post discessum Langubardorum in Italiam, ab Hunnis eversus est, ut infra monstrabimus. Regnum vero *Gepidarum* quod superiori anno finitum est, sæculo tantum, eoque non integro perduravit, at ex dictis anno CDLIV. constat. Jornandes qui lib. de Reb. Get. cap. 50. scribit, Gepidas *usque nunc* consuetum donum ab Imperatore accipere, manifeste indicat, se Librum illum ante annum DLI. absolvisse, alioquin eo loquendi modo non uteretur, neque prætermisisset Regni Gepidarum finem annotare. Quare Hermannus Contractus in fusiori Chronico ad annum DL. accurate scribit: *Huc usque Jornandes Episcopus* (nempe Ravennatensis), *Chronica sua de Gestis Romanorum abbreviata perduxit.* Sigebertus vero in Chron. imo & ipsemet Hermannus in priori sui Chronici editione eadem verba habeat ad annum DLI. Denique ipsemet Jornandes lib. de Reb. Get. cap. 19. de pestilentia Gallo & Volusiano imperantibus exorta verba faciens, ait: *Quando & pestilens morbus pene istius necessitatis consimilis, ut nos ante hos novem annos experti sumus, faciem totius Orbis fœdavit.* Hæc autem pestis, ut anno DXLIV. num. V. & seq. vidimus, Urbes & populos devastare cœpit anno DXLI. vel saltem insequente. Ex quibus colligo, Jornandem ipso anno DL. Operi suo finem imposuisse, & tam Sigebertum, quam Hermannum in priori editione sui Chronici annum DLI. excludere.

VIII. *Interitus Totilæ.*

Baronius anno DLIII. num. XV. & seq. gesta anno belli Gothici XVIII. recitat quæ cum ad præsentem spectent, & præterea quæ sequentibus annis Gothos inter & Romanos in Italia acta fuere, neque apud Baronium neque apud recentes Historicos satis accurate digesta legantur, ad majorem claritatem relicto Baronii ordine quælibet cum suis annis alligare opportunum duximus. Procopius itaque lib. 4. de Bell. Goth. a capite 26. usque ad finem suæ Historiæ, recitat, quæ anno belli Gothici XVIII. currenti scilicet Christi anno, in Italia contigere. Gothi *Crotonem* obsidione cinxerant; qua de re Imperator certior factus classem in Italiam navigare jussit, quæ cum Crotonis portum appulisset, *Barbari protinus obsidionem cum magna perturbatione solverunt*, ut habet Procopius cap. 26. Tandem *Narses* cum ingenti exercitu Ravennam advenit; cumque accepisset, *Totilam* castra locasse ad montem Apenninum, castra & ipse in eodem monte metatus est, *centum ad summum stadiis procul a castris hostium*, inquit Procopius cap. 29. Ad Romanos progressus Totilas, eos de colle, quem occupabant, sæpe deturbare aggressus est, sed irrito conatu. Tunc Procopius cap. 32. narrat pugnam Narsetem inter & Totilam commissam; alio modo *Narses*, alio modo *Totilas* acies ordinarant; *In omnibus par alacritas animi & virtus æmula emicabat.* Jam dies declinabat in Vesperum, cum Gothi fusi fugatique sunt; fugit Totilas *in tenebris cum viris non amplius quinque*, ac demum occiditur ut ibidem narrat Procopius, qui addit: *Annos undecim Gothis Totilas imperaverat.* Interitum Totilæ cum præsenti Christi anno recte connectit Hermannus contractus juxta editionem Canisii.

Nar-

professus est, & quatuor sacra Concilia comprobavit non in his tantum quæ spectant ad fidem, sed & cuncta quæ in eis essent acta, rata firmaque habenda esse, pariter comprobavit: quibus plane docuit, excitatam a se primum de Tribus capitulis quæstionem profundo esse silentio obruendam: his adjecit, ut & de irrogatis in ipsum Summum Pontificem probris & contumeliis eodem libello suppliciter veniam peteret.

XX. Quis, rogo, ista considerans, non miretur, atque etiam obstupescat, Davidicum (a) illud exclamans: *Hæc mutatio dexteræ Excelsi*: &, *A Domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris?* Cum primaria illa petra, quam adeo rejecerant ædificantes, eadem repente reposita sursum inspiciatur in caput anguli, præcipuo digna honore habita: ut præ miraculo illud factum appareat, quod inde Propheta occinit, ita dicens (b): *Absor-*

(a) Psal. 76. & Ps. 117.

(b) Psal. 140.

PAGIUS IX. *Narses Romam occupat.* Narses successu lætus Romam contendit, eamque oppugnavit, *annum Imperii XXVI. agente Justiniano Augusto. Sic Roma quintum capta est illo Principe*, inquit Procopius cap. 33. Hoc itaque anno & Roma recuperata, & Totilas occisus, idque mensem circiter Junium; cum mense Augusto hujus cædes Constantinopoli nunciata fuerit, ut præter Cedrenum testatur Theophanes anno Incarnat. secundum Alex. DXLIV. qui Kalend. Septembris superioris Christi anni inchoatur, ubi ait: *Augusto mense triumphales nuncii & victoriæ monumenta Romæ Constantinopolim delata, Narse nimirum Cubiculario, & Romanorum Exarcho victore. Pugna siquidem cum Totila Gothorum Rege conserta summam sibi suæ virtutis peperit victoriam, Romam recepit, Totilam interfecit, vestimentaque ejus adhuc sanguine tincta, pileolumque ejus gemmis ornatum Constantinopolim misit: quæ ad Imperatoris pedes in Secreto projecta sunt.* Secretum apud Scriptores Byzantinos, pro foro, seu loco; in quo Judicia exercentur, vulgo accipitur. Regnum inieret Totilas anno DXLI. Quare annos undecim, ut mox ex Procopio diximus regnavit. Gregorius Magnus lib. 2. Dial. cap. 15. ait: Sanctum *Benedictum* Totilæ se invisenti dixisse: *Novem annis regnans decimo morieris*. Sed Totilas cum ei hoc Sanctus *Benedictus* prædixit, jam annum & amplius regnarat, ut suo loco dixi, ideoque annos XI. & aliquot menses Regnum Gothorum tenuit.

X. *Gothi Tejam Regem creant.* *Gothi, qui ex prælio evaserant, trajecto Pado, Urbem Ticinum, circumjectaque loca occuparunt, ac sibi Regem crearunt Teiam*, inquit Procopius, cap. 33. Teias vero Gothos infirmiores judicans, quam ut soli pugnare possent cum Romano exercitu, Legatione missa ad Francorum Regem *Theodebaldum*, ad belli societatem ingentis pecuniæ pollicitationibus eum invitavit, inquit Procopius cap. 34. qui subdit, eum nihil a Francis obtinuisse, tandemque Gothos Romanos invasisse, Teiamque post aliqua heroicæ fortitudinis argumenta in prælio occubuisse. Quibus narratis Procopius Historiam suam his verbis claudit: *Itaque Romani Cumas ac reliqua omnia cepere præsidia, & annus exiit XVIII. belli hujus Gothici, cujus Historiam Procopius scripsit.* Incertum autem, an *Teias* hoc anno vel sequentis initio ante vernum tempus, quo annus belli Gothici XVIII. desinit, interierit. Cum eo desiit *Ostrogothorum* in Italia Regnum, quod ultra annos LX. prorogatum non est, cum cœperit anno CCCCXCIII. quo *Odoacer* periit [1].

XI. *Totilæ mors in annum sequentem differi non potest.* Em. Card. Norisius in Differt. *de Synodo V.* cap. 6. existimans, Procopium in designandis belli Gothici annis lapsum esse, duorumque annorum gesta in unicum annum perperam congessisse, contendit *Totilam* anno tantum sequenti, qui belli Gothici decimus nonus fuit, nece a *Narsete* victum esse, Romamque receperatam; quod Marius Aventicensis in suo Chronico, & interitum Totilæ, quem *Badvilam* appellat, & initium *Teiæ* ejus successoris cum anno XII. *post Consulatum Basilii Indict. I.* anno sc. Christi DLIII. copulet. Verum fundamentum, cui Card. doctissimus innititur, ruinosum esse jam ostendimus, & vel ex sola *Theodoræ* Augustæ morte, quam certum est contigisse anno DXLVIII. annoque belli Gothici XIV. constat, Procopium annos duos in unum non confudisse; cum eam recitet eodem belli Gothici anno. Immo ipsemet Card. Norisius pag. 32. ejusdem Differt. asserit, *Procopium* lib. 3. de Bello Goth. Gothos cum Rege suo Romam ingressos esse *anno XV. belli Gothici* scribentem priorum annorum metachronismum correxisse. Quare ipso fatente Chronologia Procopii ab anno belli Gothici XV. recte procedit, ideoque in sequentibus annis ab eo minime discedendum. Quoad Marium, eum non solum in *Totilæ* nece consignanda; sed etiam in aliis quæ eam secuta sunt, parum accuratum fuisse ex dicendis liquebit. *Totilas* apud Ducangium in Familiis Augustis Byzantinis pag. 92. in uno nummo dicitur DN BADUELA REX, & in altero, DN BADUILA REX, qui tamen a Procopio *Totila* nomine semper appellatur.

XII. *Gesta in Lazica anno superiori & currenti.* *Cum Romani ac Persæ Byzantii Inducias anno superiori pangerent, Persæ proditione cujusdam hominis Lazi, viri non obscuro genere, Petrocorio Castello politi suam in Lazica Ditionem firmissime stabiliverunt; nec Lazicam tantum eo modo sibi subdidere; sed aditum etiam Romanis ac Lazorum Regi præcluserunt, in Scymniam & Suaniam, Regionemque omnem, quæ a Muchirisiide ad Iberiam usque pertinet*, inquit Procopius lib. 4. de Bello Goth. cap. 16. qui addit, Mermeroem, *instante hyeme*, Cutatisium, seu Cotæsium, idoneo præsidio muniisse. Tum cap. seq. refert, *acta hyeme*, Legatum Persicum ad *Chosroem* reversum esse, huncque accepto auro, hoc mora Inducias confirmasse: Lazica tamen decedere noluisse: sed *Mermeroë* mandasse, ut pro viribus cœpta urgeret, qui cum

NOTÆ [1] Pugna Narsetis cum Teja, qua Tejas ipse interfectus & Gothi fusi sunt, ab Agnello in Pontificali Ravennatensi ad vitam S. Maximiani cap. 5. commissa dicitur *Kalendis Octobris*. Id autem licet a Scriptore ineuntis sæculi noni traditum minus certum videretur; accepisse tamen potuit a coævo aliquo scriptore. Igitur Tajæ interfectio ab hoc anno removenda non est. Vide Rer. Italic. t. II. p. 1. fol. 107. MANSI

Mennæ Episc. Constantinop. pœnitentia.

*scripti sunt juncti petra Judices eorum:* dum eidem cessere penitus qui adversati erant terræ Principes & summi religionis Antistites. Nam præter Theodorum Archiepiscopum Cæsariensem, præstitit id ipsum etiam Mennas Constantinopolitanus Episcopus, qui ab eodem Vigilio eadem ex causa fuerat ad certum tempus communione privatus: ipse enim, sicut & Theodorus, totidem verbis scriptum libellum supplicem Vigilio obtulit, quo etiam præter ea quæ dicta sunt, pariter professus est, libellum quemdam in Vigilium scriptum, minime esse suum. Sic igitur tali præmissa satisfactione, Vigilius eosdem in communionem accepit, redditaque est Ecclesiæ pax: quæ ex optato cunctis innotescens, eo jucundior atque gratior facta est, quo magna secum bona vexit, quæ dicemus. Porro hæc omnia ha-

PAGIUS

cum universo Persarum Hunnorumque exercitu ex Muchiriside movit, sed neque in Abasgia, neque in Archæpoli, quam obsidione cinxit, aliquid efficere potuit. *Demum Persæ Cotæsum & Muchirisim repetiere*; quibus verbis Procopius lib. 4. Bell. Goth. cap. 17. narrationem rerum Persicarum claudit. *Suaniam* vero anno superiori in potestatem Persarum venisse, & cum eo Chosroem pacta conventa firmasse, ideoque & Procopium de gestis hoc anno in bello Persico sermonem habere, ex iis, quæ an. DLXI. num. X. in medium adducam, certo constabit.

XIII. *Gesta hoc anno in Lazica.*

A currenti itaque anno, ab eo sc. ubi desiit Procopius, suam de rebus Persicis narrationem inchoavit Agathias, ut ipsemet lib. 2. pag. 36. testatur: *Mermeroes*, inquit, *Persarum Dux cum antea his in Archæpolim impetum fecisset, repulsus est, aliaque nonnulla gessit, quæ quidem prætereo: quandoquidem Procopius Rhetor abunde hæc eo usque conscripsit. Tunc itaque rursus (nam hinc ordienti mihi, quæ sequuntur sunt carptanda) ad Muchirisim & Cotæsum propugnaculum pervenit eo consilio ut difficultate locorum, quæ sunt circa Telephim prætergressa, ad Phasidem fluvium pertingeret*, ubi Telephim diversum non existimo a *Tzibili* in Abasgia Iberiæ regione posito, de quo loco laudato loquitur Procopius. *Mermeroes* ad Phasidem usque fluvium, quo ad quamdam insulam Romani ab eo in fugam versi se se receperant, pervenit; sed cum tanto exercitui commeatus in medio Ditionis Romanæ sibi non suppeteret, neque alioquin ad obsidionem bene comparatus esset, *Phasidem* fluvium cum universo exercitu, nemine obsistente, trajecit, ac *Cotæsum denuo & Muchirisim se recepit. Repente autem morbo quodam correptus*, maxima exercitus parte ibi relicta, in Iberiam concessit, ubi diem obiit, *Vir sane inter Persas præstantissimus, maximi consilii, reque bellica peritissimus*. Hæc Agathias loco citato, quæ ad hunc annum pertinere, ex posterioribus Induciis quinquennalibus inter Persas & Romanos pactis, & rebus inter eosdem anno superiori gestis, quemadmodum & ex iis, quæ sequentibus annis dicemus, certum redditur. Ortelius in Thesauro Geographico arbitratur, *Cotæsum* Urbem fuisse Iberiæ. Verum Agathias contrarium insinuat, cum asserit, *Mermeroem* Cotæsio in Iberiam secessisse, quod ideo non longe ab ea distabat: & Procopius lib. 4. de Bello Goth. cap. 14. testatur *Muchirisim* diei iter unius ab Archæopoli abfuisse & extitisse agrum felicissimum Colchidis; ubi Colchi veteres castellum *Cotiaium* voce Græca appellatum, & a Lazis *Cotatisium* dictum condiderant.

XIV. *Corruptus Agathiæ locus restituitur.*

Annum mortis *Mermeroïs* Agathias lib. 2. pag. 66. certis characteribus designarat; sed numeri corrupti sunt, quod cum neque Bonaventura Vulcanius ejus interpres, neque alii, quod legerim, animadverterint, & sequentium expeditionum anni ab hujus celeberrimi Ducis anno emortuali pendeant, locus ille Agathiæ nobis emendandus. Ait hic Historicus *Chosroem*, aliosque Persarum Reges ejus Decessores genus repetere ab Artaxare qui Parthica potentia subversa, Persis denuo pristinum Imperium reddidit; subditque Agathias: *Hoc tantum in præsentia lucis utilitatisque ad plurima causa dicam, undeviginti supra trecentos annos terminari atque desinere in vigesimum quintum annum Imperii hujus Chosrois; quo ipso tempore, & bella in Colchica ditione vigebant, & Mermeroem mortem obire contigit. Justinianus vero Imperator tum temporis vigesimum octavum annum, ex quo Romanis imperat, peregerat*. Si Mermeroes obiit an. ab instituto Regno Persico CCCXIX. mors ejus in annum Christi DXLIV. ante priores Romanorum cum Persis Inducias accidit. Initium enim Regni Persici cum anno Christi CCXXVI. annoque Periodi Græco-Romanæ 5719. alligatur ut ibidem demonstravi. Si vero anno XXV. Chosrois & XXVIII. Justiniani vita functus est, vixit usque ad annum Christi DLV. quod utrumque absurdum; cum posteriores Induciæ anno Christi DLI. & Justiniani XXV. constitutæ fuerint, & Procopius partem rerum Persas inter & Romanos anno DLII. gestarum, aliam vero partem Agathias recitet, & quæ hic postea narrat spectent ad annum Christi DLIII. & sic deinceps. Quare numeros illos depravatos, manifestissimum est. Legendum itaque, *viginti septem supra trecentos annos terminari atque desinere in vigesimum secundum annum Imperii hujus Chosrois; quo ipso tempore, &c. Justinianus vero Imperator tum temporis vigesimum sextum annum, ex quo Romanis imperarat, peregerat*. Quæ emendatio certa.

Agathias Historiam Gothicam Procopii prosecutus est, & in ejus Præfatione ait, *Procopium* Gothorum res narrasse *ad annum usque sextum & vicesimum Regni Justiniani*, subditque: *Ego vero his proxima & consequentia, ut initio mihi propositum fuit persequens, res ipsas aggredior*. Tum Librum suæ Historiæ primum exorditur, narratisque *Teiæ* morte, & Gothorum cum Romanis *pace*, de quibus etiam agit Procopius in fine suæ Historiæ, refert Gothos quosdam *Francorum* auxilia implorasse, sed cum eorum petitio *Theodebaldo* Francorum Regi non admodum probata fuisset, *Leutharim & Butilinum*, duos germanos fratres, genere quidem Alamannos, maximam vero apud Francos potentiam consecutos, belli cum eis societatem iniisse, ad duo & septuaginta strenuorum virorum millibus collecta. *Narses* confestim moto exercitu ad *Cumas* Oppidum munitissimum in arduo quodam colle situm, processit, & post diuturnam obsidionem, quam pluribus refert Agathias, illud sub suam potestatem redegit. Hoc summarium Libri primi Histo- XV. *Primus Agathiæ Liber supplementum est Historiæ Gothicæ Procopii.*

habentur in Vigilii Papæ Constituto, de quo inferius agendum erit.

XXI. Pax Ecclesiæ est salus Imperii.

Sed quænam hæc mox secuta sunt bona? Accipe. Gothi e Sicilia præter omnem spem expelluntur, belloque navali vincuntur: missoque in Italiam a Justiniano Imperatore Narsete, res Gothorum in deterius dilabi cœperunt. Ut plane perspicue fuerit demonstratum pro statu rerum Ecclesiasticarum res Imperii a Divinitate disponi: ut cum lacessuntur Dei sacerdotes, barbari invalescant; proterantur autem, cum illorum dignitati consulitur: sicque veluti quadam necessitate Ecclesiæ pacem felicitas subsequatur Imperii, Ecclesiæ vero illatum a Principe bellum cladem Imperii secum ducat. Sed de anni hujus rebus prospere gestis in Sicilia atque Italia terra marique Procopium consule. At hæc magis anni sequentis facta docebunt.

XXII. Dedicatur a Menna Basilica Apostolorum.

Respirante jam populo, atque optata pace lætante, immensæ ubique & ab omnibus gratiarum actiones Deo redduntur: quando & publica festa parantur, quæ triumphi quamdam speciem præseferant. Etenim hoc anno ipse Mennas Constantinopolitanus Episcopus, postquam a Vigilio Papa in communionem admissus est (ut inquit Nicephorus (a) vigesimanona Junii die Encænia celebravit basilicæ sanctorum Apostolorum, cum sacræ reliquiæ curru aureo circumvectæ ab eodem Menna reconditæ sunt. Sed quæ de eadem basilica Procopius (b) habeat, audi: *Erat (inquit) antiqua apud Byzantium ecclesia Apostolis consecrata, longitudine temporis jam emota, & quæ (ut suspicabatur) amplius stare non poterat. Hanc Justinianus instauravit pro dignitate. Ubi latomi & artifices, effosso fundamento invenerunt ligneas arcas tres insculptis litteris indicantes esse scilicet Trium Apostolorum corpora, Andreæ, Lucæ, & Timothei. Quæ Rex ipse & omnes Christiani maximo cum fervore conspexerunt, & conspectu rursus terra occuluere, non negligentes locum & vicinis orbatum relinquentes, sed Apostolorum corporibus dedicatum cum pietate constituentes. Constat autem, quod Apostoli beneficiorum memores, ad Regis honorem nunc hominibus apparuerint, Regis inquam pii & religiosi. Neque enim ab hominibus recedunt divino, sed misceri percupiunt & hominum conversatione oblectari.* Hactenus Procopius de restituta basilica Apostolorum, quam Mennas hoc anno (ut dictum est) dedicavit.

(a) Nic. l. 17. c. 26

(b) Procop. de ædific. Justin. Imp. lib. 1.

XXIII. Mennas moritur.

Porro eidem bene cessit, ut post tot Ecclesiæ conflata dissidia, ex quibus extra Ecclesiam ipse positus fuerat, reddita



PAGIUS

storiæ Agathiæ, in qua, nonnisi quæ Procopius anno belli Gothici XVIII. tractat, iis solum additis, quæ is prætermiserat, & fusiori stylo narratis, quæ Procopius brevius tetigerat. Quare quæ Libro Agathiæ primo continentur ante vernum tempus sequentis anni gesta, non vero anno Christi sequenti, at Cointius, aliique passim neoterici Scriptores, aut anno DLV. at Baronius eo anno num. XI. & seqq. arbitrati sunt. Prior itaque Agathiæ Liber aliud non est quam ultimi anni Belli Gothici a Procopio descripti supplementum: & quemadmodum hic annorum militarium, de quibus agit, initium ducit a vere; ita & Agathias. Is cum Librum secundum ab his verbis, *Ineunte vere* exordiatur, nulliusque antea *veris* meminerit præterquam illius quod pag. 31. *ver proximum* appellat, manifestum est, eum continuationem suam a vere illo ac Libro secundo auspicari, & antecedentia ea esse, quæ ipsemet in sua Præfatione citata, præcedentibus *proxima* appellat. Quæ diligenter animadvertenda fuere, quia ex primi veris ab Agathia memorati consignatione universa ejus Chronotaxis pendet.

XVI. *Sicilia a Romanis, Corsica & Sardinia a Gothis occupantur.*

Ad num. XXI. *Narses* anno superiori in Italiam missus est, ut ibidem ostendimus. Eodem pariter anno Artabanes quem Imperator Siciliæ præfecerat, *Gothos in præsidiis Insulæ relictos oppido paucos, obsedit, & certamine victis, qui exinopera ausi sunt, omnes fame extrema ad deditionem compulit*, inquit Procopius lib. 4. de Bello Goth. cap. 24. qui subdit, Gothos, *Corsicam ac Sardiniam* occupasse. Quæ cum narret anno belli Gothici XVII. ea ad annum superiorem etiam pertinere, manifestum.

XVII. *Basilica SS. Apostolorum Constantinopoli dedicatur.*

Ad num. XXII. Theophanes anno Incarnat. secundum Alex. DXLII. qui Kalend. Septemb. anni Christi DXLIX. auspicatur, ait: *Julii mensis die vigesimo octavo, tertia feria, Sanctorum Apostolorum ædis facta est consecratio, & Sanctarum Reliquiarum Andreæ, Lucæ, & Timothei, qui Sancti Apostoli, depositio. Episcopus vero Menas una cum Sanctis Reliquiis progressus est vehiculo aureo Imperatorio gemmis exornato vectus. Tres autem Sanctorum Apostolorum gestabat loculos super genua: atque ita dedicationem celebravit.* Sed loco, *Julii mensis die XXVIII.* legendum, ut Cedrenus habet, *XXVIII. die Junii*, quem mensem etiam exhibent Anastasius, Nicephorus lib. 17. cap. 26. & Auctor Miscellæ. Anno autem DL. quo ea Dedicatio peracta Justinianus, quinta Quinquennalia dedit, & dies XXVIII. Junii in feriam tertiam incidit, & Vigilia Festi Sanctorum Petri & Pauli insignitur. Vides, ut identidem Librarii *Junium* in *Julium* commutarint. Templum Sanctorum Petri & Pauli Apostolorum ad Hormisdæ aulam, ubi olim extiterat domus Justiniani adhuc privati idem Imperator primus ædificavit, uti scribit Procopius lib. 1. de Ædif. cap. 4.

XVIII. *Obitus Mennæ Episc. Constantinop.*

Ad num. XXIII. *Mennas* Episcopus Constantinopolit. hoc anno mortuus est, non ineunte circiter Decembri, ut Card. Norisius citatus scribit sed mense Augusto. Sedit enim annos XVI. & menses sex ut testatur Nicephorus in Chronico; qui menses utrimque incompleti e nam ordinatus fuerat die XIII. mensis Martii anni DXXXVI. Adhæc Theophanes anno Incarnat. secundum Alex. DXLIV. qui Kalendis Septemb. anni Christi DLI. inchoatur, inquit: *Eodem anno Hebdomi portus repurgatus, eodemque tempore Menas Episcopus Constantinopol. defunctus*

ta pace postliminio quodam, & communionem Apostolicæ sedis, cujus jacturam fecerat, consecutus, & cuncta antea benefacta recipiens, feliciter mox ex hac vita migrarit: hoc enim anno finem vivendi fecit, cum sedisset annos sexdecim: in cujus locum sequentis anni exordio subrogatur Eutychius: de ejus electione divinitus facta anno sequenti, quo contigit, nos agemus. Quid autem acciderit Constantinopoli sub Menna de puero Hebræo ab incendio divinitus liberato, ita narrat Evagrius (a):

(a) Evag. l. 4. c. 35.

XXIV. De puero Judæo ab incendio servato.

*Mennæ temporibus miraculum editum fuit plane memorabile. Vetus fuit consuetudo Constantinopoli, ut si quando multæ admodum particulæ puri & immaculati corporis Christi Dei nostri superessent, pueri impuberes qui scholas frequentabant, accerserentur, easque manducarent. Quod cum factum fuit, filius cujusdam hominis Hebræi quidem opinione, arte autem vitriarii, una cum pueris versatus est: qui quidem, parentibus percunctantibus ab eo causam moræ, respondit, uti res se habuit, seque cum aliis pueris pariter comedisse. Hebræus bile, furore, & iracundia inflammatus, in clibanum ardentem, in quo vitrum formare solebat, puerum conjicit. Postquam vero mater puerum quæritans reperire non potuit, passim per totam urbem ibat, Deum cum gemitu obtestans, & flebilibus lamentis se dedens. Triduo autem post ad ostium officinæ viri sui consistens, luctu miserabiliter divexata, nomine puerum compellat. Puer matris vocem ut agnovit, e clibano responsum dat. Mater effractis foribus, introrumpit videre puerum in mediis carbonibus candentibus consistentem illæsum ab ignis incendio. Qui cum rogaretur, quo pacto illæsus manserit: Mulier, inquit, veste amicta purpurea crebro ad me venit, porrexit aquam, qua carbonum flammas corpus ambientes extinguerem, cibum denique dedit quoties esuriebam. Qua re ad Justinianum perlata, puerum cum matre lavacro regenerationis tingendos decrevit; patrem aut pueri, qui recusavit in numerum Christianorum ascribi, in Syris cruci suffigendum curavit.* Hactenus Evagrius rem suo tempore gestam universo jam factam Orbi notam enarrans.

XXV. Synodus Aurelianensis quinta.

Hoc eodem anno, qui numeratur Childeberti Francorum Regis trigesimusoctavus, habita est Synodus Aurelianensis, ejus nominis quinta, ubi vigintitres canones statuti reperiuntur. Interfuit eidem Aurelianus Arelatensis Episcopus, ille ipsemet qui ad Vigilium Papam agentem Constantinopoli legationem misit una cum eo epistola, ad quam etiam Vigilium diximus rescripsisse. Trium namque capitulorum occasione ipsam fuisse Synodum celebratam, canon primus admonet, dum ejus exordio damnantur hæreses Nestorii & Eutychetis, quarum causa sciret Ecclesiam Orientalem incendio conflagrare. Præfuisse autem eidem Synodo reperitur, primoque loco subscriptus sanctus Sacerdos ita nominatus Episcopus Lugdunensis, cujus egregiam sanctitatem testantur Ecclesiasticæ tabulæ, dum ipsius anniversariam commemorationem celebrandam repræsentant pridie Idus Septembris (b). Itemque præsens fuit S. Agri-

(b) Martyrol. Rom. 12. Septe.

PAGIUS

*ctus est, in cujus locum suffectus Apocrisiarius Amasea Presbyter, & Monasterii ipsius Amasea Monachus Eutychius, eo ipso die quo Menæ cadaver in sacris adytis expositum jacebat. Augusto mense triumphalis muneris, & victoria monumenta Roma Constantinopolim delata, Narse nimirum*, &c. Mennas itaque Indictione XV. adhuc currente mortuus est, statimque *Eutychius* in locum ejus suffectus, cujus tamen ordinationem perperam in annum sequentem Baronius differt. Colitur *Mennas* in Martyrologio Romano die XXV. Augusti, quemadmodum & in Menologiis, isque forsan dies ejus mortualis fuit; cum ex dictis ante Indictionem primam Kal. Septemb. hujus Christi anni cœptam obierit.

XIX. *Concilium Aurelianense V.*

A num. XXV. ad XXIX. Concilium *Aurelianense* V. Celebratum anno quingentesimo quadragesimo nono, ut liquet ex subscriptione *Sacerdotis* Episcopi Lugdunensis: *Notavi sub die V. Kal. Novembris, anno XXXVIII. Regni Domini nostri Childeberti Regis, Indict. XIII.* quæ Indictio cœpta Kalendis Septemb. anni DXLIX. annus vero XXXVIII. Childeberti die XXVII. mensis Decemb. anni Christi DXLVIII. inchoatus, qui ideo adhuc in cursu erat die XXVIII. mensis Octobris anni DXLIX. Ex quo & valide confirmantur annus ac dies emortuales *Chlodovei Magni*, quem die XXVII. Novembris anni DXI. vita functum diximus. Ex tripartito Franciæ Regno, ut Episcoporum subscriptiones demonstrant, hæc Synodus convocata licet in Præfatione unus tantum *Childebertus* Rex a Patribus laudatus sit, quia Civitas Aurelianensis in ejus ditione sita erat. Paulo post istam Synodum, celebrata est alia in Regno *Theodebaldi*, etiam Francorum Regis, Synodus nempe *Arvernensis secunda*, in qua ejusdem Synodi Aurelianensis V. priores quindecim Canones cum XVII. iterum iisdem verbis approbati sunt. Hujus non meminit Baronius, sed Sirmondus post ejus mortem eam publicavit.

XX. *Plures Sancti Episcopi ei interfuere.*

Concilio *Aurelianensi* V. subscripserunt Episcopi L. & XXI. vel Presbyteri, vel Archidiaconi, vel Diaconi, vel Abbates a suis Episcopis directi. Ex Episcopis, qui subscripsere decem in Sanctorum numerum adscribunt Ecclesiasticæ Tabulæ, *Albinum* Episcopum Andegavensem, *Agricolam* Episcopum Cabilonensem *Aurelianum* Episcopum Arelatensem, *Gallum* Arvernensem, *Eleutherium* Altissiodurensem, *Sacerdotem* Lugdunensem, *Leobinum* Carnotensem *Lautonem* Constantinum, *Firminum* Ucetiensem *Nicetium* Trevirensem. Præterea colunt Trajectenses *Domitianum*, Bituricenses *Desideratum* Burdigalenses *Leontium*, Æduenses *Nectarium* Viennenses *Eusebium* Nivernenses *Aregium* & Ebredunenses *Gallicanum*. *Gnobaudus* Episcopus Laudunensis Sanctus fuisse dicitur a Flodoardo lib. 1. cap. 14. Baronius num. XXVII. dicit S. *Firminum* mendose dici in exemplari, quo usus est

Agricola Episcopus Cabilonensis & ipse inter Sanctos adnumeratus, cujus & natalis dies decimosexto Kalendas Aprilia singulis annis agitur, extat de ipso epigramma Venantii Fortunati his versibus (a):

(a) Fortu. carm. l. 3. De S. Agricola Episc. Cabilon.

*Præsul honoris apex, generis fideique cacumen,*
*Cultor agri pollens, pastor opime gregis:*
*Cum mea terra manu meruit genitoris arari,*
*Reddatur nati vomere culta sui.*
*Nam pater affectu dulci memorabilis Orbi*
*Me Vobiscum uno fovit amore duos.*
*Corde parens pastu nutrix, bonus ore magister*
*Dilexit, coluit, rexit, honesta dedit.*
*Ille pio studia sulcatu novalia sevit:*
*Quod pater effudit, hoc mihi semen ale.*

Ita ipse alludens ad nomen Agricolæ patri filioque commune.

XXVI. Inter alios etiam sanctitate celebres viros interfuit Tetricus Episcopus Lingoniensis, qui sicut vivens novit gregi suo bene præesse, ita & post mortem ejusdem curam gessisse, ipsius vindicta in successorem suum moribus depravatum ostendit: de ipso enim mira hæc Gregorius Turonensis (b) habet, dum interitu Pappoli, qui ei subrogatus est, ita conscribit: *Anno octavo Episcopatus sui, dum diœceses & villas Ecclesiæ circumiret, quadam nocte dormienti illi apparuit beatus Tetricus vultu minaci. Cui ita: Quid tu, inquit, hic, Pappole? Ut quid sedem meam polluis? Ut quid Ecclesiam pervadis? Ut quid oves mihi creditas dispergis? Cede loco, relinque sedem, abscede longius a regione. Et hæc dicens, virgam quam habebat in manu, pectori ejus cum ictu valido impulit. In quo ille evigilans, dum cogitat quid hoc esset, fixo in loco illo defigitur, ac dolore maximo cruciatur: abhorret cibum potumque, & mortem jam sibi proximam præstolatur. Quid plura? tertia die, cum sanguinem ore projiceret, expiravit.* Hæc Gregorius, quæ in commendationem sancti Tetrici, qui Synodo interfuit, hic voluimus recitasse: quo & illud quam perspicuo cognoscatur, suorum laborum post obitum sanctos viros non esse immemores. Sed accipe dignum

(b) Greg. Turon. hist. Fran. l. 5. c. 5. S. Tetrici ultio in Successorem.

tanto viro epitaphium scriptum ab eodem Venantio Fortunato (c):

(c) Ven. For. carm. l. 4.

S. Tetrici epitaphium.

*Palma sacerdotii venerando, Tetrice, cultu,*
*Te patriæ sedes, nos peregrina tenet.*
*Te custode pio, numquam lupus abstulit agnum,*
*Nec de fure timens pascua carpsit ovis.*
*Sex quasi lustra gerens & per tres insuper annos,*
*Rexisti placido pastor amore gregem.*
*Nam ut condirentur divino corda sapore.*
*Fudisti dulcem jugiter ore salem.*
*Summus amor Regum populi decus, arma potentum **
*Ecclesiæ cultor, nobilitatis honor,*
*Esca inopum, tutor viduarum, cura minorum,*
*Omnibus officiis omnia pastor eras.*
*Sed cui præbebat varie tua cura medelam,*
*Funere rectoris plebs modo triste gemit.*
*Hoc tamen, alme Pater, speramus, dignus in astris,*
*Qualis honore nites, hic pietate probes **

* parentum

* profis

Hactenus epitaphium. Sed ad Synodum redeamus.

XXVII. Ornavit etiam tantam coronam Patrum sanctus Eleutherius Episcopus Antisidori & ipse inter Sanctos adnumeratus: (d) itemque sanctus Firminus Episcopus mendose scriptus Uticensis pro Venciensi. Quid Uticæ Episcopo cum Concilio in Gallia celebrato? In Martyrologio Usuardi non legitur Firminus Episcopus in Africa, qui re vera in Gallia floruit hoc ipso tempore. Interfuit eidem Concilio S. Gallus Episcopus Arvernensis, de quo plura superius; atque item Isichius Viennensis: ex quo corrigas Adonem ejusdem Ecclesiæ Episcopum. qui ipsum tradit pervenisse usque ad Zenonis Imperatoris tempora, cum appareat his Justiniani temporibus eum sedisse cum Patribus in dicto Concilio quinto Aurelianensi. Sed & Lauto Constantiensis & ipse relatus inter Sanctos, necnon Nicetius Treverensis, insuper & Prætextatus Rhotomagensis, atque Quintianus Rutenensis pariter præsentes fuerunt, quos omnes sanctitate conspicuos Catholica colit Ecclesia, sacris tabulis adscriptos.

(d) Martyrol. Rom. die 16. Aug.



PAGIUS est Episcopum *Uticensem* pro *Venciensi*; sed correcta omnia exemplaria, ipsaque S. Firmini Vita eum *Vencensem* Episcopum fuisse testantur. Præterea scribit *Prætextatum* Episcopum Rotomagensem huic Concilio interfuisse qui tamen in Actis non nominatur, sed tantum O*ptatus* Abbas, directus a Prætextato Episcopo Cabellicensi. Denique ait, *Quintianum* Rutenensem Episcopum Synodum subscripsisse, qui tamen a pluribus annis jam e vivis excesserat, ut patet ex Cointio in Annal. Ecclesiast. Franc.

A num.

ptos. Omnes vero fuere numero quinquaginta, qui simul ejusdem Regis cohortatione ad Synodum convenientes, ejus pietatem in ipsa Synodi præfatione iidem Patres verbis istis testatam reliquerunt: *Dominus Childebertus cum pro amore sacræ fidei, studio religionis, in Aurelianensium urbem congregasset in unum domnos sacerdotes, cupiens ex ore Patrum audire quod sacrum est, &c.*

XXVIII. Constituti sunt ab iisdem Patribus canones vigintitres, quos tu consulas. Quod vero in ejusdem Concilii canone decimoquinto mentio habetur de xenodochio Lugdunensi ab eodem Rege ejusque conjuge Ultrotho ædificato: restitue pro Ultrotho, Ultrogotho: hoc enim nomine Francorum Reginam Childeberti conjugem nominatam fuisse, tum ex Gregorio Turonensi, (a) tum ex Venantio Fortunato (b) liquet; de qua inferius dicendum erit. At de his quæ spectant ad Aurelianense Concilium hactenus.

*(a) Greg. Turon. hist. l. 7. c. 42.*
*(b) Fortun. carm. l. 2.*

XXIX. *Theodoberti Reg. obitus.* Hoc eodem anno Theodobertum Regem invadentem Italiam ex hac vita discessisse, filiumque Theodibaldum regni hæ-

PAGIUS XXI. *Moritur Theodebertus Rex Francorum.* A num. XXIX. & seq. Hadrianus Valesius, Cointius, aliique passim recentiores rerum Francicarum Historici *Theodeberti* Francorum Regis mortem cum anno quingentesimo quadragesimo octavo copulant; quod Marius Aventicensis in Chronico scribat: *Post Consulatum Basilii anno VII. Indict. XI. Theudebertus Rex Magnus Francorum obiit.* Verum Marius per hæc tempora res sæpe suis annis non reddit. Quare standum est Gregorio Turonensi, qui *Theodebertum* anno quingentesimo quadragesimo septimo demortuum manifestissime indicat, quando in fine lib. 4. Hist. ait: *a transitu Theodeberti Senioris usque ad exitum Sigiberti, supputantur an. XXIX.* Sigiberti autem obitus, ut nunc inter Eruditos convenit, cadit in annum DLXXV. Sensit difficultatem Duchesnius, indeque in margine Historiarum Gregorii Turonensis posuit, *an. XXVIII.* sed emendationem ejus refellit Fredegarius Gregorii Epitomator, qui cap. 46. *annos etiam XXIX.* habet. Quando igitur idem Gregorius in fine lib. 3. scribit: *a transitu Clodovechi usque in transitum Theodeberti computantur anni triginta septem. Mortuo ergo Theodeberto, quartodecimo Regni sui anno, regnavit Theodovaldus filius ejus pro eo,* tam anni illi XXXVII. quam anni XIV. incompleti intelligendi. Aimoinus enim lib. 2. cap. 25. annos XIII. *Theodeberto* assignat, quia scilicet eos integros enumerat. *Theodebertum* egregie commendat Fortunatus lib. 2. cap. 32.

XXII. *Contraria sententia refellitur.* Cointius anno DXLVIII. num. VI. asserit, Procopium Libro quarto de bello Gothico cap. 24. Regis *Theodeberti* mortem in annum belli Gothici XVII. Christi scilicet DLI. perperam rejecisse, & in errorem traxisse Agathiam, qui existimaverit eum obiisse cum *Narses* in Italia jam occupatus esset. Verum in utroque capite Vir doctissimus fallitur. Procopius enim locuturus de Legatione Imperatoris ad Theodebaldum, de qua suo loco egimus, ait: *Paulo ante Francorum Rex Theodebertus morbo obierat,* scilicet anno DXLVII. triennio aut quadriennio ante eam Legationem ad Theodebaldum ejus filium missam. Quoad Agathiam, is lib. 1. pag. 13. de altera Legatione a Gothis ad Theodebaldum directa digreditur, ut ejus mos est, a suo argumento, & obiter verba facit de quatuor filiis Clodovei, quorum *Theodericus* unus erat; mortem narrat Theodeberti ejus filii ac *Theodebaldi* patris. Quare non magis sequitur, *Agathiam* putasse Theodebertum anno DLII. obiisse, quam Clodomerem, & Theodericum eodem anno decessisse; licet de utriusque morte etiam agat. De horum igitur morte ex occasione tantum sermonem habet Agathias.

XXIII. Hoc anno *Armeni* Eutychianam hæresim antea amplexi novam Æram instituerunt, quæ etiamnum apud eos usurpata. Cœpta ea die nona mensis Julii, feria tertia, ad formam annorum Nabonassareorum; ita ut anni singuli constent mensibus duodecim æquabilibus, ac triginta diebus cum epagomenis quinque, ut in annis Nabonassareis. Differt hæc Æra ab Izdegirdica in Persia usitata, non numero dierum vel characteribus, sed tantum antiquitate, ut ostendunt Scaliger lib. 3. de Emendat. Temp. pag. 234. & lib. 7. pag. 762. ac Calvisius in Isagoge Chronologica pag. 81. Sed uterque in eo fallitur, quod existiment, hanc Epocham ab accepta fide ab Armeniis deductam. Hi enim tempore *Gregorii Illuminatoris*, circa Constantini Magni tempora fidem Christianam receperunt, & anno XXXVII. Theodosii Jun. si fides habenda sit Auctori Anonymo narrationis *a S. Gregorii tempore ad nostram usque ætatem, de iis qui ejus, seu Sedis ejus ordine Successores fuerunt*, publicatæ a Combefisio in Historia Hæresis Monothelitarum pag. 271. coacti sunt ad ignem adorandum, & postea a Catholica se Ecclesia abstraxerunt, jubente Persarum Rege. Certe Theodosio Juniore imperante Christiani in Perside per annos triginta vexati, annoque hujus Imperatoris XXXVII. ab *Isdigerde II.* Persarum Rege persecutioni finis impositus, ut suis locis ostendi.

*Nova Epocha ab Armeniis instituta.*

XXIV. *Armeni Synodum Chalcedonensem damnant.* Addit idem Anonymus, *Chosroe* in Perside regnante, *Catholicum* Armenorum indixisse Synodum in Urbe *Tiben*, in qua Armeni Synodum Chalcedonensem damnarunt, & *Trisagio* hæc verba Petri Fullonis addiderunt, *Qui crucifixus es pro nobis*. Præterea *Isaac* Magnæ Armeniæ Catholicus, seu Patriarcha in Oratione invectiva adversus Armenios, ibidem a Combefisio relata, pag. 317. meminit blasphemæ Synodi, quam Armenii fecerunt *in Deo odibili eorum loco, quem Tiben Armeniace vocant*, ubi sanxerunt: *Si quis Christi Carnem, æqualem Patri Deitatem non dixerit, anathema sit.* Deinde pag. 319. meminit duplicis Synodi, in quibus Armenii unionem adversus Ecclesiam Catholicam defectionem statuerunt, habitis *in satanicis, ac diabolicis, dæmoniisque eorum locis, tum appellato Tiben, tum Mantzicerti.* Isaac autem Orthodoxus erat, vixitque sæculo Ecclesiæ XII. & ipsemet testatur pag. 395. se apud Armenios natum, & eorum errores traducentem se ad mortem quæsitum. Denique Galanus in Conciliatione Ecclesiæ Armenæ cum Romana, exhibet Chronicon lingua Armena scriptum ab Anonymo orthodoxo, in cujus cap. 20. & seq. legitur, *Niersem* Patriarcham convocasse Synodum in Civitate *Thevin*, & superaddidisse Trisagio verba illa Fullonis, *Qui Crucifixus es*, & aliquot post annos indictum fuisse aliud Concilium in eadem Urbe, cujus Decreto *Turco-ma-*

hæredem & paterni instituti prosecutorem reliquisse, Procopius tradit. De pietate Theodoberti nonnulla habet Vita S. Mauri Abbatis, in quem plura idem Rex contulit beneficia. Quomodo autem in venatione occasio est obitus ejus exorta, narrat Agathias: sed Gregorius morbo interiisse tradit: qui & de Parthenio, cui regni ab eo cura commissa erat ista non addit (a): *Franci vero cum Parthenium in odio magno haberent, pro eo quod tributa eis antedicti Regis tempore inflixisset: ille vero in periculo positum se cernens, confugium ab urbe facit, & a duobus Episcopis suppliciter exorat, ut eum ad urbem Trevericam deducentes, populi sævientis seditionem sua prædicatione comprimerent. Quibus euntibus, nocte dum in stratu suo decumberet, per somnium vocem magnam emisit dicens: Heu, heu, succurrite qui adestis, & auxilium ferte pereunti. A quo clamore expergefacti qui aderant, interrogabant, quod hoc esset. Respondit illo:*

(a) Greg. Turon. hist. l. 3. c. 36.

PAGIUS *manorum annorum computatio in Armeno Kalendario posita est*, & præfata additio confirmata. Quare Armeniorum Eram ab anno susceptæ, aut potius magis confirmatæ hæreseos, deductam esse, certissimum. In Opusculo Arnaldi Doctoris Sorbonici, quo respondet ad Librum Claudii Ministri Calvinistæ *circa perpetuitatem fidei de Sacramento Eucharistia*, anno 1671. Parisiis impresso, exhibetur Testimonium Jacobi Catholici & Patriarchæ omnium Armeniorum, cui sui subscribunt, & detestantur dogmata in Libro ejusdem Claudii contenta, quod dicitur *Datum Constantinopoli, anno MCXX. secundum calculum Armenorum die XII. Aprilis* idest anno Eræ nostræ Dionysianæ MDCLXXI. Porro cum *Turcomania* olim Armenia Major dicta fuerit, recte vidit Scaliger citatus anno Christi DLII. *Armenos* novam Eram suam ad Persicam conformasse, & immerito Petavius Lib. III. de Doct. cap. XVII. & seqq. eum hac in re reprehendit.

XXV. *Moritur S. Datius Epis. Mediolanensis.*

Mortuus est hoc anno Sanctus *Datius* Mediolanensis Episcopus, non die XIV. mensis Januarii, quo in Tabulis Ecclesiasticis colitur, ut Bollandus in Actis SS. mensis Januarii & Em. Card. Norisius loco laudato scripsere, sed post diem quartum mensis Februarii; cum ex Epistola Encyclica *Vigilii* hoc anno scripta constet, eum fuisse cum Vigilio papa in Ecclesia Sanctæ Euphemiæ *pridie Nonas Februarii*. Adhæc *Datius* mortuus est ante Totilam, mense circiter Junio hujus anni occisum. En Literis enim Pelagii Papæ Vigilii successoris ad Narsetem illud certo eruitur: *Recolere debet Celsitudo vestra, quid per vos Deus fecerit, tempore illo, quo Istriam & Venetias tyranno Totila possidente, non ante tamen Mediolanensem Episcopum fieri permisistis, nisi ad Clementissimum Principem exinde retulissetis.* Loquitur Pelagius de ordinatione *Vitalis*, qui Divo Datio successit, quique obfirmato animo Tria postea Capitula defendit. Recte tamen Bollandus hoc anno *Datium* demortuum scripsit. Em. Card. Norisius ejus mortem in annum sequentem distulit, quod existimarit, Procopium *Totila* interitum male hoc anno consignasse, eumque unius anni additione corrigendum esse; sed illud fundamentum jam hoc ipso & superioribus annis eversum. Cum itaque S. *Datii* corpus Constantinopoli, ubi obiit, Mediolanum reportatum fuerit & in æde S. Victoris conditum ut tradunt Scriptores Mediolanenses, is dies ad eam Translationem referendus. Victor quidem Tununensis in Chronico *anno XIV. post Consulatum Basilii*, qui secundum eum est annus Christi DLIV. non vero DLV. ut perperam eum explicat Bollandus & *Datii* mortem & *Totila* necem narrat, additque illum *damnatione Trium Capitulorum* consensisse. Verum ultimum hoc valde dubium est & ex eo quod *Totila* cædem biennio tardius narrat, ejus in Datii obitu consignando error manifeste detegitur; cum utrumque eodem anno, quod negari non potest, defunctum tradat.

XXVI. *Datius nullam Chronicon composuit.*

*Datio* Archiepiscopo Mediolanensi ad hæc usque tempora Chronicon de rebus Urbis & Ecclesiæ Mediolanensis attributum fuit. Verum Mabillonius Tom. I. Analect. pag 3. & seqq. testatur, se accepisse Literis Antonii Mariæ Pustulæ Canonici & Bibliothecarii Capituli Metropolitani Mediolanensis, Chronicon, quod ibidem asservatur, diversa manu scriptum esse, prioremque partem composuisse *Landulphum Seniorem*, secundam *Arnulphum*, & tertiam *Landulphum Juniorem*, omnes Mediolanenses Historicos, ideoque Chronicon illud, cujus etiam titulus recentior, non posse esse *Datii* Mediolanensis Archiepiscopi. Denique illud non incipere ab exordio mundi, sed referre initia Ordinum Ecclesiæ Mediolanensis; narrare illa quæ in ea Ecclesia contigere tempore Alexandri Papæ II. & claudere Historiam anno MLXVII. in canonizatione Sancti *Arialdi*, Mediolani anno antecedenti Martyrium passi; postquam relationem inter omnes convenire debet Chronicon *Datio* Archiep. Mediolanensi adscriptum quod nemo unquam asserat se legisse, suppositium esse, nihilque continere quam partem aliquam trium Historicorum Mediolanensium mox citatorum. Mirum autem Puricellum Mediolanensis Basilicæ Archipresbyterum, qui ab aliquot annis ejusdem Ecclesiæ Historiam docte illustravit, persuasum habuisse, *Datium* Archiep. Mediolanensem cujusdam Chronici Auctorem extitisse. Nam in Basilica Nazariana capp. 37. & 38. laudat caput sextum Libri primi Landulphi Senioris de Sancto Ambrosio loquentis, atque in fine MS. Ecclesiæ Metropolitanæ Mediolanensis legi: *Explicit Liber Historiarum Landulphi Historiographi*, & lib. 2. de SS. Arialdo & Herlembaldo cap. 2. num. 3. affirmat, se accepisse quæ ibi narrat *ex MS. pergameno Capituli Metropolitani Codice, quo Libri quatuor Mediolanensium Historiarum Landulphi Senioris continentur usque ad Gregorii Papæ septimi mortem pertingentes*, cui nimirum tempori Landulphus ipse videtur coævus fuisse.

XXVII. *Quo tempore Chronicon Datio attributum.*

Idem Puricellus variis Historiæ suæ locis fatetur, se nullum Manuscriptum Chronici Datii vidisse, & quæ ex eodem narrat ab aliis hausisse præsertim in Basilica Nazariana cap. 39. num 16. ubi ait: *Utinam vero ille nobis etiam* (nempe Datius) *in præsens suppeteret! atque utinam felix exitus demum respondisset accuratissima saltem diligentia, qua illum Federicus Cardinalis & Archiepiscopus noster Borromæus perquirendam curavit. Ipse siquidem ille Liber se solo quæstionem hanc nostram dissolveret; nec aliter quam ex nostra sententia; cum nempe suam Histo-*

le: Ansanine amicus meas cum Papinnilla conjuge, quos olim interfeci, ad judicium me accersibant, dicentes: Veni ad respondendum. Zelo enim ductus ante aliquot annos conjugem innocentem amicumque peremerat.

XXX. Parthenius crudeliter occisus. Igitur accedentibus Episcopis ad antedictam urbem, cum strepentis populi seditionem ferre non possent, eum in ecclesia abdere voluerunt, scilicet ponentes eum in arca, & desuper sternentes vestimenta quæ erant ad usum ecclesiæ. Populus autem ingressus, perscrutatusque universos angulos ecclesiæ, cum nihil reperisset, frendens * egrediebatur. Tunc unus ex suspicione locutus, ait: En arca, in qua non est inquisitus adversarius noster. Dicentibus vero custodibus, nihil in ea aliud nisi ornamenta ecclesiæ contineri; illi clavem postulant, dicentes: Nisi reseraveritis velocius, ipsi eam sponte confringimus. Denique reserata arca, amotis linteaminibus, inventum extrahunt, plaudentes atque dicentes: Tradidit

* fremens

PAGIUS Boria ferieus usque ad Gregorii septimi Pontificatum ab uno eodemque Auctore continuatam exhiberet. Verum non exhiberet, sed jam exhibuit, & majori emolumento, quam Puricellus putarit; cum supposititius *Datius* nostris diebus detectus certos nos fecerit, *Datium* Mediolanensem Archiepisc. nullum Chronicon scripsisse, sed ei veram Landulphi Senioris Historiam in quatuor Libros divisam attributam esse. Manuscriptum illud ante finem sæculi XIII. Datii nomen præferebat, ut probat Puricellus in Nazariana cap. 30. n. 15. ex processu verbali anno MCCLXXXIX. in gratiam Decumanorum Metropolitanæ Ecclesiæ Mediolanensis contra Præpositum & Canonicos Sancti Ambrosii confectu. „In eo autem processu, inquit Puricellus, duo præsertim testes in attestationis suæ confirmationem proferebant *Datium*, sive Datii Chronicon, prior a semetipso lectum, alter auditum cum legeretur a Primicerio Urbis Mediolani .. . isque Dominus Ardizonus de Comite vocabatur . . . nunquam ipsum aliter appellabant, quam Datium *de Antiquitatibus Mediolani*, quia scilicet Liber ille ita *inscriptus*. Eumdem vero sic etiam prior ille testis describebat; *erat unus Liber majoris voluminis quam Liber Psalterii communis*. Alter vero intendo, quod Liber ille esset viginti quaternionum, vel plus secundum quod videbatur. Ita Puricellus. Ex quibus intelligimus, Manuscriptum illud complexum esse duntaxat initium magni Operis Landulphi, in quo facta singularia legebantur quibusdam Ecclesiasticis adversus alios faventia, ideoque quanta poterat antiquitas, huic Libro tribuenda erat.

XXVIII. Illud majori ex parte Opus Landulphi Senioris. Ut eam Historiam *Datio* Mediolanensi Archiep. Canonici illi affingerent, fundamentum desumere potuere ex Auctoris Miscellæ verbis lib. 16. cap. 15. quibus ir famem, qua Datii tempore Roma afflicta fuit, narrat, dicens, *Sicut vir beatissimus Datius Mediolanensis Antistes retulit*. De qua etiam fame loquitur Anastasius Biblioth. in Silverio: *Eodem tempore*, inquit, *tanta fames fuit per universum mundum, ut Datius Episcopus Mediolanensis relatione sua hoc evidenter narraverit*, &c. Verum Anastasius & Auctor Miscellæ laudatis verbis tantum significant, *Datium* in suis de hac fame Literis ad varios datis retulisse quantum fames apud Liguriam excreverit, quando eo universus Orbis angebatur. Quæ conjectura eo certior, & suppositio manifestior, quo Mabillonius loco laudato asserat, sibi Mediolani responsum esse, *in* Manuscripto, quod Datii nomen præfert, nullam fieri hujus famis, de qua ipse sciscitatus fuerat, mentionem, nec ejus fieri potuisse; cum in eo Chronico ea narrentur, *quæ contigerunt octavo & undecimo sæculo*. Porro quæ Auctor Miscellæ de illa fame scripsit, de verbo ad verbum recitat Baronius anno DXXXIX. num. XVII. Nullus ergo *Datius* Chronographus quærendus præter Landulphum Seniorem Datii personam ferentem; frustraque Puricellus in Basilica Nazariana cap. 39. Gavantus Rubric. part. 2. sect. 5. cap. 19. n. 1. aliique Mediolanenses Historici duos Datios utrosque Chronographos distinguunt, quorum posterior Gregorii septimi Pontificatu vixerit. Galvaneus Flamma Ordinis Sancti Dominici in suo Chronico inedito, circa annum MCCCXL. elucubrato, quatuor Landulphi Senioris Libros Datio attribuit, & Archiepiscopum a Chronographo diserte distinguit, asserens se ab ultimo hausisse, quæ de electione Gregorii VII. in Literas misit, quod recenter Historici Mediolanenses ad examen non revocantes, alter alterum in eumdem errorem induxit. Anno CCCLXXXVIII. de hymno *Te Deum* verba facientes diximus in Chronico S. Datii Archiep. Mediolanensi tributo dici a Divis Ambrosio & Augustino post hujus baptismum decantatum, sed Chronicon illud Datii non esse. Nunc ex mox dictis colligere est, ejusdem Chronici Auctorem esse Landulphum Seniorem, qui cum anno millesimo centesimo adhuc in vivis fuerit, ut suo loco dicetur, perspicuum est, Auctori res post sexcentos annos gestas referenti fidem adhibendam non esse, indeque Canticum illud fœtum non esse, SS. Ambrosii & Augustini.

Romani in Colchide, postquam anno superiori turpissimam fugam arripuissent, *Gubazem* Lazorum Regem, qui totius facti culpam in eorum vecordiam referebat, *Martinus* Dux & *Rusticus* Quæstor insidiis appetitum occiderent, & Imperatori significarunt, illum Medorum partes foventem esse deprehensum, interimque *ingruente hyeme per Oppida universum exercitum distribuunt*, inquit Agathias lib. 3. pag. 80. Statim *ineunte vere, Nacheragan in locum Mermerois a Chosroe Persarum Rege missus copias coegit*, ait Agathias pag. 90. *Nacheragam* ad Phasidem Urbem se conferre statuit, eoque Romanos evocare, quod facillimum expugnatu illic esse propugnaculum audiisset. Est porro *Phasis* Urbs Cholchidis, etiamnum ampla, ad ostium fluvii cognominis sita. Verum Romani Duces strenue eam defenderunt, & Persarum ad duodecim millia in prælio occiderunt; cum vix ducenti Romanorum cecidissent. *Nacheragan* collectis reliquiis in Iberiam concessit, cum paucis *tanquam ibi hybernaturus*, ut scribit Agathias in fine lib. 3. postquam fuse prælium illud narravit. Baronius anno DLVI. num. XLIII. de hac Romanorum victoria, in qua *Justini* Germani filii, qui unus e Ducibus erat, pie- XXIX. Gesta inter Persas & Romanos in Colchide.

tas

*dit Deus inimicos nostros in manus nostras. Tunc cedentes eum pugnis, sputisque perurgentes, vinctis post tergum manibus ad columnam, lapidibus obruunt.*

Hæc de nece Parthenii Gregorius. Atque hic finis esto rerum gestarum præsentis anni.

Quin-

PAGIUS tes inclaruit, verba facit. At certum est, eam currenti reportatam, anno scilicet secundo post pactas Persas inter & Romanos Inducias, ut ex dictis sequitur. Interim *Justinianus*, Duces suos, qui Gubazem Lazorum Regem indicta causa trucidarant, capitis damnavit, ut fuse refert Agathias lib. 4.

*Eustochius* fit Episcopus Hierosolymorum, ut videre est anno DLXVIII. num. IX. S. *Eutychius* fit Episcopus Constantinopolitanus, ut ostendam anno sequenti.

| JESU CHRISTI ANNUS 553. | VIGILII PAP. ANNUS 14. | JUSTINIANI IMP. 27. THEJAS REX. |
|---|---|---|

I. *De Euthyc. Ep. Constantinop. ordinatione.*

Quingentesimus quinquagesimustertius Christi inchoatur annus, ascriptus in Fastis post Consulatum Basilii duodecimus, quo & Justiniani vigesimusseptimus mense Aprili incipit, idemque numeratur a Procopio belli Gothici decimusoctavus: cum excitatis turbis illis adversus Vigilium Papam sedatis, atque sacerdotali auctoritate compressis adversariis, jam extincto Menna, in locum ejus successit Eutychius monachus, qui communionis Catholicæ Ecclesiæ particeps fieri ab ipso Vigilio Papa petiit; & ut Catholicus haberetur Antistes, fidei rectam confessionem conscripsit: de qua antequam agamus, hic de ejusdem Eutychii ordinatione dicendum est: etenim mirifica quædam eam præcessisse narrantur: ipsam vero hujus anni exordio contigisse, ex ejus fidei professione & Vigilii responsione hoc anno reddita suademur.

II. Qui res ab eo gestas est prosecutus Eustathius (a) ejus alumnus, in primis narrat visionem ipsi divinitus ostensam, ubi jussu Amaseæ Episcopi Constantinopolim ad Synodum indictam mittitur: ea enim illuc veniendi causa intercessit, ubi universale Concilium est convocatum.

(a) *Apud Sur. die 6. Apr. t. 2.*

*Præcedens visio ostensa Eutychio.*

*Videbam* (inquit) *in visione noctis digitum manus Domini in firmamento cæli, & montem sancto monasterio imminentem* (*est enim mons ille valde sublimis & excelsus, in quo sancti martyris Thalalæi ædem constructam videmus*) *cujus vertex mihi a digito illo ostendebatur, & vox audiebatur, dicens: Illic eris Episcopus. Quis per montem illum aliud quam urbem regiam* (*ut exitus docuit*) *significari existimasset? Cum igitur visionem hanc vidisset, Deum qui illam ostenderat, deprecabatur, ut sacrum illud munus & periculum, quod ex eo immineret, a se transferret, atque sibi potius concederet in futura vita bonis illis, quæ justis promissa sunt, perfrui, atque audire verba illa* (b): *Esto super decem civitates. Sed Deus, qui nubes educit ab extremis terræ, quique a gregibus ovium vocavit David, unxitque illum Prophetam & Regem, elegit & mitem hunc virum, & occasione illa quam dixi* (nempe ut ab Episcopo Amaseno morbo detento, suo nomine mitteretur ad Synodum) *in urbem amplissimam duxit.*

(b) *Luc. 19.*

III. *Mansit cum Menna Eutychius.*

*Mansit autem apud Patriarcham qui tunc erat: Mennas appellabatur, eratque vir sanctissimus & divinus. Cumque angelicam ageret vitam, futuraque prospiceret, magnum Eutychium hortatus est, ne a se discederet: ostendensque illum sancto clero, dixit: Hic monachus erit successor meus. Confestim autem illum misit ad Imperatorem; apud quem cum de rebus propositis disputaretur, apparuit omni divina humanaque disciplina instructus.*

---

PAGIUS SÆC. VI. Olymp. 333. Anno Æræ Hisp. DXCI. A. C. 553.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6046.

☉ 2. E. ☽ 3. P. 20. April. Indict. 2.

JESU CHRISTI 553.

VIGILII PAPÆ 17.

JUSTINIANI IMP. 27.

I. *Postconsulatus.*

[1] Hic annos ista formula notatur: *Post Consulatum Basilii XII.* & secundum aliquos *post Consulatum Basilii V. C. anno XIII.*

II. A num. I. ad XV. Eustathius Presbyter qui Sancti *Eutychii* familiaris domesticus vixit, quique nunquam ab ejus latere discessit, Vitam ejus scripsit, ab Henschenio ad diem sextam Aprilis recitatam, in qua testatur, cum omnes Episcopi convocarentur a Justiniano, ut examinarent, improbarentque Tria Capitula, Metropolitam Amasenum infirma corporis valetudine impeditum, *Eutychium* Monachum misisse Constantinopolim. *Mansit autem apud Patriarcham, qui Menna appellabatur, eratque vir sanctissimus ac divinus*, qui eum successorem sibi elegit, ut habet Eustathius citatus cap. 3. & pluribus explicat Baronius. Verum fallitur Cardinalis doctissimus in eo quod Mennæ morte anno superiori collocata, Eutychii vero ordinationem præsenti consignat; nam, ut ibidem ex Theophane ostendimus, Eutychius eo *ipso die, quo Menna cadaver in Sacris adytis adhuc expositum jacebat*, Constantinopolitanus Episcopus a Justiniano electus. Verum quidem est fidei ejus Professionem Vigilium Papam *Theophaniorum die* se se accepisse testari Literis su-

*S. Eutychius anno superiori dictus Ep. Constantinop.*

---

NOTÆ [1] P. C. *Basilii* XII. vel an. XIII.
Nolana inscriptio apud Blanchinum in præfatione ad Anastasium n. 96.

DEP. D. XIIII. KAL. NOVEMB. XII. P. C. BASILI. V. C.

Acta Concilii Cpolitani II. GEORGIUS

ctissimus. Cumque congressus esset cum hæreticis, qui soliti sunt verbis digladiari, non ad utilitatem, sed ad simpliciorum eversionem: illi non potuerunt resistere sapientiæ & spiritui quo loquebatur. Cum enim quidam negarent eos anathemate feriendos qui post mortem deprehensi essent hæretici; ipse divinarum scripturarum testimoniis anathemate puniendos esse demonstravit. Rex enim Jo-
(a) 4. Reg. 23. sias (a inquit) cum id prophetia ante significasset, ossa eorum, qui vitulis immolarant, post mortem effodit atque combussit. Idem ergo in hæreticos servandum est, ut post mortem anathemate damnentur.

IV. Aperta via Eutychio ad Episcopatum.

Hoc igitur imperator, & qui adstabant, admirati magnopere coluerunt & observarunt. Itaque majore cum libertate deinceps in Regia versabatur: & majores cognitionis ejus divitiæ apud Deum atque homines declaratæ sunt. Amabat eum Imperator, immo vero Imperatorum ac Regum omnium Dominus: cui cum ante
(b) Rom. 8. ortum nostrum nota sint omnia (quos b) enim præscivit & prædestinavit, hos & vocavit & glorificavit) magnum etiam Eutychium summa cum gloria vocavit ad Pontificatus dignitatem. Paucis enim post diebus sanctus Dei servus Mennas regiæ urbis Patriarcha, de quo mentionem fecimus in senectute bona & dierum plenus, quos cum Dei gratia transegerat, hinc ad Angelorum & sanctorum Patrum vitam migravit. Cujus quidem obitus nuncio ad Christianissimum Imperatorem perlato, multi certatim incredibili studio conabantur amicos Imperatoris promissis & muneribus corrumpere, ut hominibus indignis Pontificatum deferret.

V. Asservari jubetur Eutychius.

Sed qui omnia facit & mutat, quique corda scrutatur & renes Deus, in manuque sua cor Regis continet cum finibus terræ, quietissimi Imperatoris cor ad virum dignum inclinavit. Qui celeriter uni e Referendariis (Petrus hic appellabatur) mandavit, ut quæreret & teneret & congruenti honore custodiret magnum Eutychium: quod sane factum est. Sed audito visionem, quam is, dum servaretur, vidit: Videbar (inquit magnus ille vir) magnam quamdam & præclaram domum videre & lectum splendide stratum, in quo mulier nomine Sophia jacebat: quæ cum vocasset me, ornamentaque demonstrasset, vidi mox domui adjacens solarium urve repletum, & puerum in solario stantem, nomine Satericum, qui e solario casurus videbatur, nisi ego præcurrens, e urve eductum, a lapsu conservassem. Hoc viso quid aliud significabatur, nisi pulcherrima Ecclesiæ sanctissimæ opera? Hæc enim erant illa ornamenta. Per puerum autem in urve periclitantem, dogmatica disciplina laborare indicabatur. Quæ quidem omnia sancti viri præsidentis operam & diligentiam requirebant.

VI. Justinianus studet electioni Eutychii.

Cum igitur hæc ita processisset, sancto clero, sacroque Senatui libere consilium suum exposuit Christi studiosissimus Imperator, affirmans se de illo divinam visionem vidisse. Cum enim (inquit) in æde sancti Petri Principis Apostolorum, in qua Senatus habebatur, me somnus complexus esset, in quiete vidi Principem Apostolorum mihi magnum Eutychium ostendentem, dicentemque: Fac ut hic sit Episcopus. Hæc cum ita se habere jurejurando affirmaret Imperator, omnes ipsius intentionem & studium (quod divino quodam splendore vultus declarabat) conspicientes, uno animo eademque mente, & cunctis suffragiis atque una voce ante tempus clamabant: Dignus est, Dignus est. Cum igitur illi omnia ordine & ex divinorum canonum præscripto contigissent, & tempus esset ut sacrarum manuum impositione & initiatione consecraretur Pater & magister ipsorum, adducitur ad sanctum altare, qui multos ad illud sacerdotes atque Pontifices erat adducturus: precibus ac manu & divinis ac venerandis oraculis consecratur: sancto inungitur Spiritu, vel potius sanctificatus ipse vicissim præsentes omnes Pontifices sanctificat: ovis errantis typum super humeros tollit, in sedem sublimem ascendit, in solio sedet, atque pastorum principem Christum in cælum revertentem imitatur. Dicit enim ipse quoque populo universo verbum illud, quod conjunctionem, conciliationemque & conservationem significat, nempe, PAX OMNIBUS, atque ab omnibus illud vicissim accipit. Hactenus de electione & consecratione Eutychii Eustathius, qui & paulo inferius ait, eum tunc fuisse ætatis annorum quadraginta.



PAGIUS suis datis VI. *Idus Januarii* currentis anni, quas Baronius recitat; sed inde non sequitur, ut putavit Annalista Eruditissimus, Eutychium hujus tantum anni initio Præsulem dictum esse; cum ipso etiam die suam fidei Professionem Vigilio tradiderint *Apollinaris* Episcopus Alexandrinus, *Domnus* Antiochenus Episcopus, *Elias* Episcopus Thessalonicensis; *sed & cæteri, qui primam Professionem non fecerunt*, inquit Vigilius in suo Constituto apud Baronium num. LV. Quare ex ea fidei Professione nihil colligi potest ad Eutychii ordinationis tempus statuendum. *Vigilius*, postquam accepit Professionem fidei ab Eutychio, Constantinopolim regressus est quod Em. Card. Norisius in Dissert. de quinta Synodo cap. 6. colligit ex eo, quod priorem Professionem fidei hoc titulo inscribat in suo Constituto: *Exemplum primæ Professionis, quam ad Sanctæ Euphemiæ Templum fecerunt*; posteriori autem Eutychii hunc titulum præfigat: *Exemplum Professionis, quam residui Episcopi Theophaniorum die nobis fecerunt*, ubi prior

VII. Sed antequam ulterius progrediatur oratio, quid significare velit verbis illis Eustathius, videamus, quibus ait: *Ovis errantis typum super humeros tollit*. Isidorus Pelusiota de hac re interrogatus, respondit, pallium illud, quod decoris gratia super omnia indumenta superinducitur sacerdoti, significare deperditam ovem illam, quam pastor ille Evangelicus super humeros imponit suos. Hæc enim ipse in epistola ad Herminum Comitem habet (a): *Id autem amiculum, quod sacerdos humeris gestat, atque ex lana & lino contextum est, ovis illius, quam Dominus oberrantem quæsivit, inventamque humeris suis sustulit, pellem designat: Episcopus enim qui Christi typum gerit, ipsius munere fungitur atque ipso etiam habitu illud omnibus ostendit, se boni illius ac magni Pastoris imitatorem esse, qui greges infirmitates sibi ferendas proposuit*. Hæc Isidorus. Sed ad Eutychium redeamus; qui simulac sacris initiatus est mysteriis, fidei suæ professionem, more majorum, Vigilio Romano Pontifici dedit, quæ sic se habet (b):

(a) Isid. Pelus. lib. 1. epist. 136.

(b) Extat in Quinta Synod. collat. 1. & inter Vigilii ep. 1. 3. ep. Rom. Pont.

VIII. Eutychii fidei professio.

*Sanctissimo & beatissimo domino & consacerdoti Vigilio Eutychius.*

*Scientes quoniam bonorum causa est pax Dei, custodiens corda & sensus Fidelium, & colligens eos, ut unum idemque sapiant in recta fidei confessione, & ad perficienda divina mandata, & propitium Deum faciens in his quæ recta sunt concordantibus: ideo festinantes unitatem conservare, ad Apostolicam sedem vestræ beatitudinis manifestam facimus, quod nos semper & servavimus & servamus fidem ab initio traditam a magno Deo & Salvatore nostro Jesu Christo sanctis Apostolis, & ab illis in omni mundo prædicatam, & a sanctis Patribus explanatam, & maxime ab his qui in sanctis quatuor Synodis congregati sunt: quos in omnibus & per omnia amplectimur & suscipimus, id est, trecentos decem & octo sanctos Patres qui Nicææ congregati sunt, & sanctum Symbolum sive mathema fidei exposuerunt, & Arianam impietatem anathematizaverunt, & eos qui similia eis sapuerunt vel sapiunt. Suscipimus autem centum quinquaginta sanctos Patres Constantinopoli congregatos, qui idem sanctum mathema explanaverunt, & de Deitate sancti Spiritus dilucidaverunt & hæresim Macedonianam sanctum Spiritum impugnantem, & impiam Apollinariam condemnaverunt cum his qui similia illis sapuerunt vel sapiunt. Suscipimus autem & sanctos ducentos Patres in Ephesina prima Synodo congregatos, qui per omnia secuti sunt idem sanctum Symbolum sive mathema, & condemnaverunt Nestorium impium, & impia ejus dogmata, & eos qui similia ei aliquando sapuerunt vel sapiunt.*

IX. *Ad hæc autem suscipimus & sexcentos triginta sanctos Patres Chalcedone congregatos, qui etiam ipsi per omnia consenserunt prædictis tribus Synodis, & secuti sunt prædictum Symbolum sive mathema a trecentis decem & octo sanctis Patribus expositum, & a centum quinquaginta sanctis Patribus explanatum, & anathematizaverunt eos qui aliud præter prædictum Symbolum præsumunt docere, aut exponere, aut tradere sanctis Ecclesiis Dei. Condemnaverunt autem & anathematizaverunt & Eutychetem & Nestorium, & impia eorum dogmata, & eos qui similia his sapuerunt vel sapiunt. His ita se habentibus certum facimus, quod omnia quæ a prædictis sanctis Synodis judicata & definita sunt, & servavimus & servamus: quia etsi per diversa tempora prædictæ sanctæ quatuor Synodi factæ sunt, tamen unam eamdemque confessionem fidei servaverunt & prædicaverunt. Suscipimus autem & amplectimur etiam epistolas Præsulum Romanæ sedis Apostolicæ cum aliorum, quam Leonis sanctæ memoriæ de recta fide scriptas, & de quatuor sanctis Conciliis, vel uno eorum.*

X. *Cum igitur prædicta omnia & servavimus, & servamus, & in his nobis ipsi invicem consentimus; necessarium est conferri de Tribus capitulis, unde quibusdam quæstio nata est. Et ideo petimus, præsidente nobis vestra beatitudine, sub tranquillitate & sacerdotali mansuetudine, propositis sanctis Evangeliis, communi tractatu eadem capitula in medio proponenda quæri & conferri, & finem quæstioni imponi Deo placitam, & convenientem his quæ a sanctis quatuor Conciliis definita sunt: quoniam ad augmentum pacis & concordiam Ecclesiarum pertinet, ut omni de medio dissensione sublata, quæ prædictis quatuor sanctis Conciliis definita*

PAGIUS prior fidei Professio loco, altera tempore signatur.

III. Ceterum *Eutychius* Vigilium rogavit Epistola a se & ab *Apollinari* Alexandrino, *Domno* Antiocheno, & *Elia* Thessalonicensi Patriarchis subscripta, ut jam tandem Concilium ad Trium Capitulorum causam terminandam inchoaret. Vigilius VIII. Idus Januarii Patriarchis respondit, ipsorum fidem collaudavit, petitioni vero de causa Trium Capitulorum discutienda hæc reposuit: *Annuimus ut de Tribus Capitulis ex quibus quæstio nata est, facto regulari Conventu servata æquitate, modeste Sacrosanctis Evangeliis collationem cum unitis fratribus habeamus, & finis detur placitus Deo, & conveniens iis, quæ a sanctis quatuor sunt definita Conciliis*. At illis clausulis, *Facto regulari Conventu servata æquitate*, ita Synodum Pontifex indici consentiebat, ut & Latini Episcopi pari numero adessent, quod tamen numquam obtinere potuit.

Auctor de Synodo Generali indicenda ob quæstionem de III. Capitulis.

*ta funt, inconcuffa ferventur, fanctarum Synodorum reverentia in omnibus cuftodita. His autem & fubfcripfi incolumis in Domino. Ora pro nobis, fanctiffime & beatiffime Pater. Ego Eutychius mifericordia Dei Epifcopus Conftantinopolis novæ Romæ omnibus fuprafcriptis fubfcripfi.* Hucufque Eutychius: ex quibus intelligis, tam ipfum quam Imperatorem manus dediffe, ut quæftio de Tribus capitulis fynodice difputaretur, nec abfque Patrum diligenti examinatione, quæ ille de iifdem Tribus capitulis promulgaffet edicta, a Fidelibus reciperentur. Sic igitur fatis vides, tum fæcularem potentiam, tum etiam facerdotalem reverentiam Pontificia auctoritate repreffas, nec aufas præter id quod a Vigilio Papa ftatutum effet, aliquid decernere, vel quæ ante promulgato edicto decreta effent, ullatenus approbare. Quæ autem Vigilius ad ifta ab Eutychio data refcripferit, accipe (*a*):

(*a*) Ex Quinta Synod. col. 1. & ep. 8. Vigil. to 1. ep. Rom. Pont.

XI. Vigilii refponfio ad Eutychium.

*Dilectiffimo fratri Eutychio & Epifcopis fub fe conftitutis, Vigilius.*

*Repletum eft gaudio os noftrum & lingua noftra exultatione, quod difcordiæ confufione fubmota, pacem Deus fuæ reformavit Ecclefiæ: ut impleretur quod dictum eft* (*b*)*: Ecce quam bonum & quam jucundum habitare fratres in unum. Valde enim nos in Domino exultare convenit, quod charitatis veftræ fcripta nobis eft oblata profeffio, cujus tenor ita fe habet: Scientes quantarum donorum caufa eft pax Dei, &c.* Defcripta hic habebatur & inferta ipfa integra Eutychii fidei profeffio: eaque abfoluta, hæc mox Vigilius fubiicit, quæ in ipfa defiderantur: *His autem & fubfcripfimus, hujus profeffionis Orthodoxa claritatem libenter amplexi, eadem nos per omnia & in omnibus approbantes cuftodituros atque inviolabiliter fervaturos Deo noftro profitemur auctore.* Pergit vero Vigilius in fua epiftola:

(*b*) Pfal. 132.

XII. *Omnibus igitur, quæ profeffio veftra continet, in fua perenniter firmitate durantibus, papafcit veftra fraternitas, ut nobis præfidentibus, de Tribus capitulis, ex quibus quæftio nata eft, fub tranquillitate & facerdotali manfuetudine, fanctis propofitis Evangeliis, conferatur, & finis quæftionis ipfi Deo placitus, & conveniens iis quæ a memoratis fanctis quatuor Conciliis definita funt, imponatur: ut omni de medio diffenfione fublata, quæ ab iifdem quatuor fanctis Synodis definita funt, inconcuffa ferventur, earumdem Synodorum reverentia in omnibus cuftodita. Quam profeffionem paternarum traditionum memorem & fequacem tam in fraternitate veftra, quam in omnibus fimilia confeffis atque confitentibus, omni laude pleniffimam judicavimus, & noftros ex ea re vere fratres agnofcimus.*

XIII. *Unde divinæ clementiæ fupplicamus, ut omnes nos in hac confeffione & in paternis traditionibus permanentes, noftro digni reperiamur officio, & in die divini judicii nulli prævaricationi paternarum conftitutionum inveniamur obnoxii. Quibus ita prædictis poftulationibus veftrum defiderium cognofcentes annuimus, ut de Tribus capitulis, ex quibus quæftio nata eft, facto regulari conventu, fervata æquitate, mediis facrofanctis Evangeliis, collationem cum unitis fratribus habeamus, & finis detur placitus Deo & conveniens iis quæ a fanctis quatuor funt definita Conciliis. Scientes utique, ficut & communis profeffionis teftimonia declaratur, memoratarum Synodorum in omnibus reverentiam cuftodiri. Deus te incolumem cuftodiat, frater chariffime. Datu VI. Idus Januarii, Imperii domini Juftiniani perpetui Aug. anno vigefimofexto, poft Confulatum Bafilii V. C. anno duodecimo.*

XIV. Sic igitur reddita eft pax Ecclefiæ, cum a perfecutione Vigilii Juftinianus Imperator ceffavit, fuumque appenfum jam in foro de Tribus capitulis revocavit edictum, penitufque ipfius Romani Pontificis voluntati ceffit, qua ftatuerat, ut nihil ea de re ufque ad generalem Synodum decerneretur: annuitque eidem & Eutychius recens creatus Epifcopus, feque Vigilio fubjecit, fuæ fidei profeffione illi oblata; ut Catholica ab ipfo communione percepta, legitimus Epifcopus haberetur. Id ipfum fecit & Apollinaris Alexandrinus, cui licet vitiofum, & adulterinum ingreffum ad Epifcopatum patefecerit Imperator, cum, pulfo Zoilo, ipfum intrufit, tamen eodem Zoilo ex hac vita fublato, cum ficuti Eutychius & ipfe eidem Vigilio ejufdem fidei Catholicæ profeffionem obtulit, ficut ille pariter receptus eft. Sic itaque animis junctis, reftitutoque in priftinam dignitatem atque honorem ipfo Romano Pontifice, indicta eft œcumenica Synodus diu a Vigilio expetita, ad menfem Majum, jam exoptata diu (ut dictum eft) fancita in Ecclefia pace: quæ quanta mox Romano Imperio attulerit bona, breviter percurramus.

Apollinaris recipitur a Vigilio.

XV. Primum omnium Gothorum claffis Orientem infeftans, redire cogitur cum igno-



PAGIUS IV. A num. XV. ad XX. *Totilæ* interitum, Romanæ Urbis expugnationem a Narfete, ac *Teiæ* ultimi Gothorum Regis mortem anno fuperiori, quo hæc omnia contigere, retulimus; quare hic narrabimus quæ anno belli Gothici XIX. ab Agatia Libro fecundo fuæ Hiftoriæ recitata, gefta, funt licet ea a Baronio in annum DLV. num. XI. & feqq. differantur. Agathias itaque ipfo Libri fecundi initio fcribit, *ineunte vere*, currentis fcilicet Chrifti anni, ut fupe- rio-

*Leutharis Dux Francus & Butilenus ejus frater Italiam deprædantur.*

Totilas a Narsete vincitur & occiditur.

ignominia: Tarentum a Gothis antea, captum, Romanis militibus redditur: præterque opinionem Narses cum exercitu, obstructis licet & obseratis itineribus a Francis & Gothis, Raveonam pervenit incolumis, ac tandem in Rubiconem fluvium ab hostibus custoditum, occiso Gothorum Duce, transiens, in Tuscia occurrentem eum ingenti exercitu Totilam nactus, adversus eum collatis signis dimicans ac superans, in fugam ipsum convertit, atque occidit, universo cum eo exercitu trucidato. Factumque Dei opera (quod & ipse Narses ingenue professus est) ut bellicosissimus vir Totilas una cum potentissimo exercitu, innumeris clarus victoriis, ac viribus pollens a semiviro Narsete (eunuchus enim erat) cuncta nitente Mariæ Virginis ope (ut dicemus inferius ex Evagrio) vinceretur. Nonne, quæso te, lector, contrectas manibus, nedum e longe digito signas, simulac Ecclesiæ capiti debitus honor impenditur, a Deo esse repensa bona cuncta, quæ in Pontifice vim passa & contumelia affecta religio penitus effugarat?

XVI. Cum religioni consulitur, Imperium propagatur.

Sic igitur Invictissimus Rex Gothorum, qui ob offensum a Catholicis numen ex tenuibus parvisque principiis in immensum auctus, quam sæpissime prostratis adversariorum copiis, universam pene Italiam Urbe iterum potitus subegerat; inlata demum pace Ecclesiæ, numineque concilliato, eodem ferme momento conteritur una cum suis atque necatur, anno regni sui (ut Procopius (*a*) ait) undecimo inchoato, decimo expleto, secundum sancti Benedicti vaticinium (*b*): regnare enim cœpisse diximus ex Procopio anno septimo belli Gothici, qui Domini est quingentesimus quadragesimus secundus. Quo interempto, ejusque exercitu cæso, cum aliæ nobilissimæ Italiæ civitates, tum Urbs ipsa a Narsete brevi tempore capta est: cujus portarum claves ad Justinianum Imperatorem ab eo Constantinopolim missas, idem Procopius tradit. Factumque est, ut divini compensata lance judicii, postquam Imperator cum suis Orientalibus obsequentem se præbuit Romano Pontifici, Romana ipse potiretur urbe; ejusque claves acciperet, cum Petri claves in Vigilio recognovit.

(*a*) Procop. de bello Gothic. l. 3.
(*b*) Greg. dial. l. 2. c. 15.

XVII. Ad hæc additum, ut cum Theias Gothorum fortissimus in Regem ab iis electus esset, & reparare Gothorum res satageret, postquam compressionem diu Romanorum militum fortiter sustinuisset, demum & ipse occideretur. Hæc omnia adeo præclara & immensa consecutus est Imperator, dum sibi imperari a Romano Pontifice passus est. Porro hæc tanta summatim collecta, pluribus prosecutus est Procopius, iisdemque rebus gestis (ut ipso in fine testatur) operi finem imponit. Cætera autem ab Agathia in posterum petenda erunt. Est mentio de Procopio Cæsariensi apud Sophronium, (*c*) quem eumdem cum isto esse putamus. Corrige vero errorem illapsum apud eumdem auctorem in numerum annorum Imperatoris, dum hæc omnia facta esse anno vigesimoquarto Justiniani dicuntur, quæ contigerunt vigesimoseptimo.

Thejas Rex Gothorum occisus.

(*c*) Prat. Spir. c. 132.

XVIII. Sed unde tantum virium semiviro Narseti, ex Evagrio audi, dum ait (*d*): *Commemoratum est ab his qui una cum Narsete fuerunt, dum precibus & aliis pietatis officiis divinum numen placaret, debitumque cultum ei tribueret, sanctam Virginem Deiparam ei apparuisse, planeque tempus præscripsisse, qua bellum cum hostibus gereret, atque ut non prius ad prœlium committendum se accingeret, quam cœlitus signum acciperet. Multæ aliæ quoque res a Narsete valde memorabiles gestæ sunt, &c.* Intelligis, lector, cujus niti præsidio Duces debeant, ut maxima quæque & inconcessa aliis præstare valeant, nimirum Dei genitricis Mariæ, quæ interpellata precibus adversus ho-

(*d*) Evag. l. 4. c. 23.

Auxilio Dei genitricis Narses potens.

PAGIUS riori demonstravimus, *Butilinum* cum majore validioreque exercitus parte Tyrrhenum littus, & totam fere Campaniam, Lucaniam & Brutios deprædatum esse, ac ad fretum usque, quod Siciliam & fines Italiæ dirimit, pervenisse: *Leutharim* vero ejus fratrem reliquas copias ducentem, & Apuliam & Calabriam infestasse, & Hydruntem usque progressum esse; denique quotquot eorum Franci erant indigenæ, multam reverentiam pietatemque circa Templa exercuisse, Alemannicam vero gentem universam Templa irreverenter diripuisse, suisque ornamentis spoliasse: *alter enim hi circa religionem sunt affecti*, inquit Agathias. *Rebus hisce perpetratis cum jam ingentem spoliorum vim concervassent, & jam præterlapso vere vigeret æstas*; alteri quidem Ducum, Leutari videlicet, in animo erat domum reverti; sed cum viæ se se dedisset *Artabanes*, & qui cum exercitu Romano erant insidiis in transitu collocatis perquam exiguam a præda, quam *Leutharis* Francique fecerant, eis reliquit, eosque in fugam coniecit, postquam eorum multos trucidasset.

V. Interitus Leutharis.

*Paulo post pestilens quidam morbus repente incidens multitudinem absumpsit; & nonnulli quidem illorum ambientis aeris pravitatem incusabant, causam morbi ei adscribentes: alii vero quod continuis bellis & longis itineribus peracti repente ad otiosam mollemque vitam essent traducti, vitæ immutationem in causa esse putabant: at ipsam revera originem necessariamque causam mali plane intelligebant, qua profecto erat injustitia, & Divina pariter atque humana jura ab ipsis proculcata. Ipsum itaque Ducem videre erat evidenter pœnis, divinitus immissis obnoxium: insania enim, manifestaque rabie, instar eorum qui mente capto furere solent, corripiebatur*, inquit Agathias, pag. 38. qui addit, Leutharim, ceterosque omnes in Ditione Veneta periisse. *Butilinus* alter Dux, omnibus ad Si-

hostes consurgat: de ea enim canit Ecclesia (a): *Terribilis ut castrorum acies ordinata*. Cujus fultus auxilio Narses, indomitos barbaros est expertus imbelles. Porro fuisse & ipsum Narsetem æqui amantissimum, quæ de eo Procopius refert ostendunt: nihil enim apud eum antiquius fuit, quam justitiæ cultus, quo milites in officio continere consuevit æqui atque recti cultores; ut quæ de Longobardis ab ipso dimissis ostendit Procopius, ubi ait (b):

(a) Cant. 6.

(b) Proc. de bello Goth. l. 3. prope fin.

XIX. Narses dimittit Longobardos.

*Narses itaque ex re bene gesta lætior factus, id omne Deo acceptum (ut erat in vero) indefinenter referre. Conversus deinde ad ea quæ proxima erant administrandum, Longobardorum in primis nefanda facinora se in expeditionem sequentium vindicare primum & expiare curavit. Illi namque ad ceteram vitæ factorumque impietatem & scelus, vel ædificia ipsa in quæ forte diverterant, injussi cremabant, stuprumque feminis & vim inferebant sacras in ædes refugientibus. Unde magna pecunia hos primum donatos ad proprios redire penates permisit, Valeriano, Damianoque suis cum copiis Ducibus traditis, qui eos tamdiu deducerent, quoad in Romanorum confinia pervenissent; & illis injunctum, ut sine aliorum injuria pertransirent*. Hæc Procopius de Narsete, qui delegit potius robore fortissimorum carere militum, quam Deum eorum perperam factis offendi: probe sciens ex militum delictis infirmiorem exercitum reddi, ea pietate autem imbelles effici quosque fortissimos. Jam vero ex barbaricis prœliis ad Ecclesiasticas lites orationem convertamus.

XX. Agitur de cogenda quinta Synodo.

Cum Justinianus Imperat. (ut superius dictum est) vi rem agere destitisset, propositumque de Tribus capitulis edictum revocasset, atque ea omnia esse in Synodo generali cognoscenda secundum Vigilii Papæ sententiam acquievisset: de ejusmodi cogendo Episcoporum conventu laborat, quem pernecessarium Ecclesiæ paci putavit: etenim non ob Tria illa tantum capitula schismate Orbis videbatur esse divisus, verum etiam ob damnatum edicto Imperatoris (ut diximus) Origenem una cum ipsius erroribus: ejus enim rei causa Oriens ferme totus cum Palæstina provincia gravioribus exagitatus motibus erat. Ad hos igitur omnes sedandos tumultus Synodum vocatam esse, Evagrius (c) pluribus docet; nos autem ea hic referre prætermittimus, cum de his suo loco latius dictum sit, tempore videlicet promulgati adversus Origenem Imperatoris edicti, ubi & res perperam gestas ab Origenistis in Palæstina usque ad præsens tempus, Quintæ videlicet Synodi, ex ejusdem temporis scriptoribus abunde satis prosecuti sumos. Ceterum præcipua hujus cogendæ Synodi causa fuit haud dubium maxima illa de Tribus capitulis altercatio.

(c) Evag. l. 4. c. 37.

XXI. Qui vigerent conflictus Ecclesiæ.

(d) Leont. de sect. Act. 6.

Leontius (d) Scholasticus, qui bis vixit temporibus Justiniani Imperatoris, ad decernendum de Tribus capitulis cum convocatam Synodum dicit, hujuscemodi ejus cogendæ dignos prætextus adducit, dicens ad occultos hæreticos avertendos Eutychianos atque Nestorianos ejusmodi fuisse remedium excogitatum: cum eo ventum esset, ut tam illi quam isti sese Nestorii vel Eutychetis esse discipulos palam profiteri detrectarent, erubescentes; horum tamen favere dogmatibus, aliis quibusdam inventis causis, justis apparentibus minime prætermitterent. Nam omnes qui Eutychetis laborabant morbo, cum non communicarent Ecclesiæ, non ob defensionem erroris ipsius id facere profitebantur; sed nolle dicebant amplecti Synodum Chalcedonensem eam ob causam, quod quædam in ejus Actis esse corrigenda viderentur, quæ Tribus illis erant comprehensa capitulis. Hos vero non Eutychianos, sed Hæsitantes nominatos fuisse, cum tamen ex Eutychianis progrederentur, affirmat.

XXII.

Ad hos igitur Ecclesiæ Catholicæ uniendos, in causa Trium capitulorum Imperatorem studuisse dictam Synodum congregare, idem qui supra Leontius tradit. Quod cum hi haud longius viderentur aberrare, facile corrigi posse, & ex dubitantibus reddi certos atque securos existimavit; ita persuasus (ut dictum est superius) a Theodoro Episcopo Cæsareæ Cappadociæ, fore nimirum ut omnes isti susciperent Chalcedonense Concilium, si damnatis illis capitibus, eadem Synodus purgaretur; cum idem simul omnes juste clamare viderentur, Nestorianæ hæresis suspectos esse qui faverent Theodo-

ro

PAGIUS

Siculum fretum usque vastatis, Campaniam versus ac Romam se receperat, & maxima exercitus qui ei aderat pars morbo correpta interierat. *Vergente enim jam æstate & autumno ineunte*, (currentis etiam Christi anni) *vinea quidem uvis onusta erant; hi vero inopia aliarum rerum necessariarum (omnes enim commeatus per Narsetem prudentissime prareptus erat) avulsis uvis, succoque manibus expresso, musto se se ingurgitabant, &c. unde vehementissimo alvi profluvio laborarunt, & nonnulli eorum eo interierunt*.

VI. Interitus Butelini.

*Priusquam itaque hic morbus omnes pervaderet, committendum sibi quocumque eventu prælium censebat. Quocirca cum in Campaniam venisset, castra non procul a Capua Urbe fixit, ad ripas Casulini fluminis*. Narses vero ubi hæc cognovit, *statim & ipse universo exercitu Roma educto, non procul ab hostibus castra locat, sed unde & strepitus exaudiri, & vallum confici posset*. Tandem ventum est ad prælium, in quo ipse Dux *Butelinus* cum universo exercitu ad internecionem periit; neque quis-

quam

ro Mopſueſteno, Ibæ epiſtolæ, & Theodoreti ſcriptis adverſus Cyrillum Alexandrinum, quod ſcilicet Theodorus inſtitutor fuerit Neſtorii, cujus, & ſectatores ac ſocii extitiſſent Ibas atque Theodoretus.

XXIII. Porro iidem ipſi qui Tria illa eſſe damnanda capita aſſerebant, adverſarios qui id negarent faciendum, *Synoditas* nominare conſueverunt: e converſo autem Catholici appellabant *Hæſitantes* hujuſcemodi occultos Eutychianos & Severianos: qui quidem (in quantum foris apparebat) ſe eſſe Catholicos, Synodumque ſuſcipere profitebantur; immo & pro eadem certare iſti, ſicut illi, tum ore tum ſcriptis etiam aſſerebant. Ad hos igitur ſimul uno nexu fidei Catholicæ conſtringendos ſtudium inſudavit Imperatoris, qui ante Synodum indictam (ut vidimus) ut ejuſmodi Hæſitantes colligeret, de damnandis Tribus illis capitibus edictum antea promulgavit. Sed cum nec factus eſſet ſui compos deſiderii, ut illi redierint ad Eccleſiam, immo ſubſecutus eſſet contrarius optatis effectus, dum qui erant in Eccleſia Synodi defenſores, exiſtimantes ex Tribus illis capitibus condemnatis maximam irrogatam eſſe eidem Synodo contumeliam, ſeſe ab aliis Catholicis ſepararant, ut inter alios feciſſe diximus complures Epiſcopos Africanos: ſed & cum inter hæc pars alia nec illis nec iſtis inhærens, Synodum expectandam eſſe diceret, quæ ambages omnes iſtas ſolveret, & quid de his agendum eſſet, ſumma auctoritate decerneret: bene conſultum fuit, ut ex Vigilii Papæ ſententia Synodus œcumenica ageretur. Id quidem Vigilius ipſe Pontifex præ cæteris expoſcebat, quem ejus rei cauſa tot tantaque mala eſſe perpeſſum vidimus.

XXIV. Ex Vigilii Papæ ſententia Synodus indicta.

Cum igitur ejus cedendum eſſe voluntati neceſſitatem cogere intelligeret Imperator; quievit tandem, atque ex ipſius ſententia Synodum convocandam eſſe decernit, ratus nimirum fore, ut editum a ſe de Tribus capitibus decretum ab œcumenica Synodo firmaretur, quod abſque Epiſcoporum decreto & Pontificia auctoritate omnibus carere penitus viribus ſciret. At ſicut laudabile fuit ex Vigilii Papæ ſententia Synodum colligere laboraſſe; ita illud reprehenſione non caruit, dum quos ſciret ſuæ eſſe ſententiæ Epiſcopos, eoſdem ad Synodum convocare, omiſſis cæteris, conatus fuerit. Hujus quoque rei conſequendæ cauſa Epiſcopatum Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ (ut vidimus) Eutychio contulit, quem acerrimum eſſe noſſet Theodori Mopſueſteni impugnatorem: optime enim ipſum compertum habuit, dum Conſtantinopoli conſtitutum Apocriſarium agentem Epiſcopi Amaſeni (ut Nicephorus tradit) ſæpe ſæpius adverſus defenſores Trium capitulorum ipſum audierat ſtrenue dimicare. Inſuper ejuſdem quoque rei conficiendæ cauſa illud antea fuiſſe orditum vidimus, ut in ordinem redacto Zoilo Epiſcopo Alexandrino, in locum ejus ſubſtitueret Apollinarem ejuſdem cum ipſo ſententiæ defenſorem, cum & in eam traxiſſet quam plurimos Orientales Epiſcopos: ſed cunctantem expertus Romanum Pontificem, ad eum permovendum, penes quem ob ſedem Apoſtolicam ſummam ſciebat eſſe prærogativam, tot tantoſque (ut vidimus) terrores ipſi incuſſit, & ignominias irrogavit.

Hic vero ſicut ſemper inconcuſſus reſtitit Imperatori ſibi nimium arroganti & inconceſſa tentanti, nec quievit quouſque omnes ſibi ſubjecerit adverſarios: ita modo conatui iſtiuſmodi Imperatoris occurrere feſtinavit, illud in primis aggreſſus, ſi ſuadere illi poſſet, cum de ea re ageretur, cujus cauſa univerſus fere Orbis Occidentalis eſſet perturbatus, ut Occidentalium Epiſcoporum æque requireretur aſſenſus, atque ſententia rogaretur, ſicque ad eamdem Synodum vocarentur. Verum quod ob ingruentia bella perdifficilis eſſet eorumdem in Orientem acceſſus, acquieſceret Imperator, ut in Sicilia eadem Synodus ageretur, loco nimirum in meditullio poſito, quo & Orientales & Occidentales una cum tranſmarinis Africanis Epiſcopis facilius convenirent: horum namque potiſſimum eſſe habendam rationem aſſerens, qui ob Imperatoris de Tribus capitibus promulgatum edictum ſeſe ab Orientalibus ſegregarant, neque cum Occidentalibus convenirent, quos in imperatoris ſententiam abductos ſuſpicarentur. Propoſuit & Juſtiniano Vigilius, ſi ad Synodum cogendam Sicilia non placeret, ut aliam ali-

XXV. Vigilius in Occidentem cupit trahere Synodum.

PAGIUS quum e Germanis ad ſuos eſt reverſus, præter quinque viros, quocumque tandem modo illi evaſerint; ſoli vero ex Romanis octoginta viri deſiderati, qui quidem primum hoſtium impetum exceperant. *Leutharis* itaque & *Butilini* fratrum expeditio hunc calamitoſum exitum habuit, *ob injuſta, impiaque ipſorum facta*, inquit Agathias pag. 46. & quidem currenti anno, de cujus vere, æſtate, & autumno Agathias ſine dubio intelligendus; ideoque Continuator Marcellini hanc cladem perperam confert in annum poſt *Conſulatum Baſilii XI.* Chriſti ſc. ſuperiorem, & magno anachroniſmo Marius in ſuo Chronico in annum *poſt Conſulatum Baſilii XIV. Indict. III.* annum ſcilicet Chriſti DLV. quæ & Baronii, qui ejus Chronicon non viderat, ſententia etiam erat. Hoc itaque anno finis fuit diuturni belli, quod ab anno DXXXVII. Franci ſub *Theodeberto & Theodebaldo* Regibus per annos ſeptemdecim in Italia geſſerunt, exitu adeo infelici, ut poſt tot prœlia, ne unam quidem Civitatem retinuerint.

Ad

aliquam ipse Italiæ civitatem maritimam æque sibi subditam Imperator eligeret.

XXVI. De vocandis Occidentalibus Episc.

Verum etsi æqua hæc videri poterant, facere tamen abnuit imperator, timens ne Latinorum Episcoporum suffragiorum frequentia obruerentur qui de Tribus capitibus condemnandis Orientales ex adverso pugnabant: Nimis enim suæ ipsius sententiæ tenax Imperator sic Synodum cogi curabat, ut tamen eamdem sibi, si liceret, faceret consentientem. At instat rursus Vigilius, urgetque imperatorem, ut saltem (quod æquitas non negaret) ex Italia & Africa ad Synodum Constantinopolim accerserentur Episcopi: aliter fore, ut tamquam exclusi sacro cœtu iidem haud æquo animo id laturi essent, periculumque ingens de alio excitando ab eis schismate immineret: cum enim id expetitum a Romano Pontifice ipsi scirent, ab Imperatore vero negatum, nullamque sui habitam rationem, sed pro ipsius Augusti arbitrio cuncta facta cognoscerent; fore ut seorsum illi Synodum collecturi essent, & adversantes decretis Orientalium de Tribus capitulis sive aliis canones sancituri.

XXVII.

His adeo efficacibus rationibus Justinianus persuasus, tunc Vigilio assensus est, sed ea adhibita conditione, ut exæquato numero Episcoporum, qui sive ex Italia, sive ex Africa vocarentur, non plures hi essent, quam qui ab ipso Imperat. ex diversis Orientis Ecclesiis Constantinopolim vocarentur. Hujusceemodi igitur pactis conventis, cum Vigilius hæc cuncta festinaret implere, ut legitima Synodus haberetur: Justinianus imperator per Theodorum Decurionem Palatii ad eumdem Vigilium Romanum Pontificem a se ante conscriptum volumen de Tribus capitulis misit, ut quæ de illis sua esset sententiæ, scriptis ipse profiteretur. Tunc Episcopi qui cum Vigilio aderant, negaverunt id esse faciendum, non expectato fratrum adventu. At Imperator eam temporis dilationem moleste ferens, rursus suos ad eum proceres destinavit, qui urgerent ipsum quantocyus de ea re ferre responsum.

Interpellat Vigilium Imp. prodere quid sentiat.

XXVIII.

Ad hæc Vigilius rogavit Imperatorem, ut sibi saltem viginti dierum temporis daret inducias, cum (quod omnibus erat manifestum) nondum convaluisset a corporis ægra valetudine, quæ eum diutius detinuisset ægrotum. Hæc ut impetraret ab Imperatore, idem Vigilius Pelagium diaconum ad eum abire jussit. Quibus obtentis, Vigilius æger adhuc in his cogitur laborare, & addere ad priora, simulque in volumen quoddam ab Imperatore per Benignum Episcopum Heracleæ Paphlagoniæ ante delatum insudare, in quo horrendæ erant conscriptæ blasphemiæ capitibus sexaginta distinctæ, nomine Theodori Mopsuesteni in ipsius liminari pagina prænotatæ. Has omnes idem Vigilius per singulas rejecit, confutavit, anathematizavitque, atque tandem in fine quæ de Tribus capitibus sua esset sententia fusius scripsit. Extat libellus ipse sive Constitutum Vigilii ad Justinianum Imperatorem datum hoc anno pridie idus Maji: quod descriptum ex Vaticano codice antiquitus scripto inferius ponemus suo loco. Ex quo quidem cuncta hæc quæ ad Synodum præfati sumus, desumpsimus: quæ præstat audire magis, quam quæ ex Nicephoro præmittuntur ad Quintam Synodum.

XXIX. Synodi quintæ acta corrupta.

De qua illud etiam admonendum putamus, ipsa quæ edita in hanc diem Acta reperiuntur, esse corrupta, atque decurtata in pluribus, ut suis locis fiet cuique manifestum: id autem factum ab adversariis Origenistis, sive a Monothelitis, fuit nonnullorum sententia. Pudenda plana in illis intexta habentur, ac prorsus indigna Synodo œcumenica: cum alioqui nec œcumenicæ tunc Synodi potuerit habuisse nomen, utpote nec in Spiritu sancto legitime congregata, cui sive per se sive per suos ipse Romanus Pontifex noluit interesse.

XXX. De numero actionum.

Quod ad Actiones ejusdem Synodi, sive Collationes dixeris, seu Sessiones pertinet: duas dumtaxat Nicephorus numerat, alteram adversus Tria capitula congregatam, alteram vero adversus Origenis errores: verum quæ extant Quintæ Synodi Acta, octo continent Collationes, de quibus singulis dicturi sumus.

XXXI.

Sed ut ab ejusdem Synodi principio exordiamur: coeunt sine capite membra; im-

PAGIUS VII. *Benignus fuit Episc. Heraclea Macedonia.*

Ad num. XXVIII. Anno superiori frequentissimi Episcopi Bysantium jam ad Synodum advenerant, inter quos tres Patriarchæ, itemque *Elias* Metropolita Thessalonicensis, ut ex subscriptione Libellorum ad Vigilium patet. *Elias* tamen paulo post discessit, relicto *Benigno* Episcopo Heracleæ *Pelagonia*, qui suas in Concilio vices ageret. Baronius hunc *Benignum* Heracleæ in *Paphlagonia* Episcopum appellat. Verum Card. Norisius laudatus cap. 4. recte animadvertit, nullam unquam hujus nominis Urbem in Paphlagonia extitisse, & *Benignum* Episcopum fuisse in *Pelagonia*, quæ est parva Macedoniæ Regio inter Axium & Erigonum posita. Jam enim olim tum in latrocinali Conventu Ephesino, tum in Synodo Chalcedonensi legitur subscriptus *Quintillus Heraclea Macedonia agens vices Anastasii Episcopi Thessalonicensis*. Quare sicut tunc Episcopus Heracleæ Macedoniæ vices gessit Episcopi Thessalonicensis; ita & in Synodo quinta.

VIII. *Agitur de celebranda Synodo generali.*

A num. XXX. ad XXXVI. *Vigilius* cum Occidentales Episcopos timore Justiniani adesse nolle intelligeret, se cum paucis Italis atque Illyricis rem ita definiri posse negabat, ut nulla deinceps ab Occidentis Episcopis contradictio Se-

immo nec cum aliis qui sub capite censebantur artubus compaginari curantes, nulla Vigilii Papæ ægrotantis adhuc habita ratione, hoc eodem anno, cum vocatus prima die mensis Maji (ut habetur in ejus Synodi Collatione secunda) Vigilius ad Synodum non venisset: quarto Nonas Maji Orientales Episcopi, qui Constantinopolim venerant, una conveniunt, acturi de ventilata diu quæstione Trium capitulorum, omnes numero centum sexagintaquinque. Tunc enim cum ibi essent, vocaverunt ad Synodum ipsum Vigilium Summum Pontificem honestissima vocatione, nempe Episcoporum nomine Synodi, & magistratuum nomine Imperatoris: hac prærogativa etiam adversarii dignati Romanum Pontificem, ut cum alias (quod sæpe vidimus) si Patriarchalium sedium vocandi essent Episcopi, tres mitti solerent; ad convocandum ipsum Romanum Pontificem Vigilium viginti missi fuerint, tres Patriarchæ, reliqui vero omnes Metropolitani Episcopi, ut Acta ipsa docent in quibus nomina singulorum descripta leguntur.

XXXII. Inter nobilium autem sedium Episcopos, qui Synodo interfuerunt, post Eutychium Episcopum Constantinopolitanum, de quo diximus, numerantur Apollinaris Patriarcha Alexandrinus, Domnusque Antiochenus; Eustochius autem Episcopus Hierosolymitanus per legatos interfuit. Externorum vero Sextilianus Episcopus Tuniensis sive Tunetensis præsto fuit legatus missus a Primoso Episcopo Carthaginensi, qui sedit post Reparatum, de quo superius est habita mentio. Reliquos autem numerare prætermittimus, & quarum essent civitatum Antistites, cujusve vitæ meriti. *Præcipui Episcopi qui Synodo interfuerunt.*

XXXIII. *Collatio prima.* Cum igitur (ut dictum est) Episcopi convenissent: considentibus omnibus, Theodorus Silentiarius a Justiniano Imperatore missus libellum attulit coram Patribus in Synodo legendum: qui, cunctis audientibus, jussus est legi: Est ejus exordium: *Semper studium fuit Orthodoxis & piis Imperatoribus*, &c. Ea in primis scriptione, quid omnes prædecessores rectæ fidei Imperatores ad destruendas obortas hæreses egerint, quantumve studii in id ipsum sedulo impenderint, per singulos recenset. Qualis autem ante sua tempora Ecclesiæ esset facies lurida, sic describit: *Post Concilium Chalcedonense, exiguo tempore transacto, iterum*

PAGIUS fieret. Ea tandem sententia placuit, ut pari Latinorum ac Græcorum numero Synodus componeretur, quod ante Festum Paschæ hoc anno die XX. Aprilis celebratum, statutum fuisse observat Doctissimus Card. Norisius citatus cap. 7. Ipsemet enim Vigilius in Constituto ad Justinianum ait: *Postea vero hoc magis cum consensu fratrum nostrorum, nostrarum partium Episcoporum nuper ante sanctum Pascha diem Pietas vestra constituit, ut exæquato numero his Pontificibus, qui in Constantinopolitana Urbe præsentes sunt, de Tribus Capitulis, ex quibus quæstio vertitur, secundum superius designatam fratrum nostrorum Episcoporum professionem deberemus inire tractatum*. At Græci Episcopi his intellectis tumultuari, venisse se ex longinquis Provinciis Synodi Oecumenicæ causa, hujus auctoritatem, ac nomen deprimi, si a paucissimis celebretur; plurimos Sapientissimos excludendos, si pari cum Latinis numero coeundum sit. Synodos frequentissimas a solis Græcis celebratas; in Chalcedonensi sexcentorum & triginta Patrum Conventu Legatos tantum *Leonis* Papæ ex Latinis interfuisse, Nicænam omnibus venerabilem Synodum ex Græcis tantum conflatam; notam esse Occidentalium in Trium Capitulorum defensione obstinationem, cum quibus si exæquato numero Orientales disputationem ineant, paribus hinc inde suffragiis se infecta Concilium dimissum iri.

IX. *Indictio quinta Synodi generalis.* *Justinianus* his acceptis a priori sententia discessit, Synodumque indixit, non ad *IV. Nonas Maii*, ut habet Baronius num. XXXI. cum Codicibus editis, sed *die III. Nonas Maias*, ut habent Codices Bellovacenses & Parisiensis, qui fuit Claudii Jolii Cantoris Ecclesiæ Parisiensis. Hanc enim lectionem potiorem esse inde docuit Garnerius in Dissert. de *Quinta Synodo generali* cap. 5. quod hoc anno dies tertius Nonas Maii inciderit in feriam secundam, qua more Majorum post rem Divinam die Dominico rite procuratam, inchoabantur Synodi. Sic Chalcedonensis die *VIII. Octobris*; sic Ephesina *die XXII. Junii*; sic Constantinopolitana I. *die XXIV. Maii*; sic denique Nicæna *die XIV. Junii* congregatæ fuere, diebus qui cum feria secunda concurrebant, ut ex methodo Cyclica liquet. Adfuere tres Patriarchæ, & Patres CLXV. lecta Sacra divalis *Justiniani*, qua Imperator significabat, nihil antiquius sibi fuisse, quam, hæresibus eliminatis, quietem Ecclesiæ dare, post excitatos ab Acephalis tumultus. Sed cum probe scirent Episcopi Græci Synodum, Romano Pontifice non præsente, nihil haberi apud Occidentales; nobilissima ad eundem destinata Legatione trium Patriarcharum, omnium Primatum Autocephalorum, aliorumque Antistitum Vigilium rogarunt, ut Synodo interesset, & secum disputaret de Tribus Capitulis. Eis seposuit Vigilius: *se propter corporis infirmitatem non posse ad hanc petitionem respondere, in postero autem die pollicitus est manifestare, quid ei de tali Conventu placuerit*. Atque ita die quinta mensis Maii prima Collatio se habuit.

X. *Fragmentum Judicati Vigiliani.* Baluzius in Nova Collectione Concil. Acta vulgata Concilii V. cum MSS. Bellovacensi & Parisiensi diligenter contulit, multas varias lectiones ex his notavit, & præterea varia fragmenta, quæ sunt magni momenti. Inter ea insigne fragmentum ex Judicato Vigilii, quod ad nos non pervenit, supplevitque Sacram divalem Justiniani, quæ mutilata in omnibus Conciliorum editionibus legitur. Ait Justinianus in sua Epistola Vigilium in suo Judicato *prædicata empia Capitula* anathematizasse his verbis: *Et quoniam hæc quæ nobis de nomine Theodori Mopsuesteni scripta porrecta sunt, multa contraria recta fidei et leguntur, nos monitum Pauli sequentes Apostoli dicentis*, Omnia probate, quod bonum est retinete, *ideoque anathemati*-

za-

*rum surrexerunt Nestorii & Eutychetis sequaces, & tantas turbas in sanctis Ecclesiis fecerunt, ut divisiones & schismata in eis fierent, & nullam ad se invicem communionem haberent. Neque enim præsumebat aliquis de civitate in civitatem veniens, in ecclesiam procedere.* His addit suum a se naviter impensum studium ad concillandas ac simul uniendas Ecclesias: quo minus autem fieret in omnibus voti compos, Nestorianos obstitisse ait, qui scripta Theodori Mopsuesteni, aliaque Theodoreti Episcopi Cyri, necnon epistolam Ibæ proferrent in medium; sicque ea vi restituere conati essent Nestorii hæresim. Quibus cum occurrendum sibi esset, pro remedio ea Tria capitula primum ab Episcopis qui convenerant Constantinopoli damnanda procurasse; quæ item Vigilii Papæ auctoritate improbata iterum atque iterum fuisse, testatus est.

XXXIV. Insuper (quod nuper accidisset) se per suos convenisse Vigilium, ut scriptis dicta capitula damnaret, vel si minus facere vellet, quæ esset sua de ea quæstione sententia itidem scriptis commendaret: quod & ipse se esse facturum, pollicitus esset. Post hæc autem suæ fidei confessionem cum subdit, illos omnes qui ad Synodum convenerunt Patres rogat de his omnibus ferre sententiam, afferens de Theodoro Mopsuesteno: *Non nuper nomen ejus abrasum est e Diptychis, sed ex quo ipsius hæreses prodiere in lucem.* Hæc continet libellus Justiniani Imperatoris oblatus Synodo, scriptus autem (ut ibi notatur) tertio Nonas Majas, hoc ipso anno vigesimo septimo sui ipsius Imperii. Eadem etiam Actione, suggerente sancta Synodo, jussæ sunt legi litteræ Eutychii Episcopi Constantinopolitani, quibus suæ fidei professionem (quam superius recitavimus) dedit eidem Vigilio Papæ: rursumque ipsius Vigilii ad Eutychium de eadem redditæ litteræ.

XXXV. His omnibus recitatis, Synodus testata est, aliquos Episcopos rogasse Vigilium Romanum Pontificem, ut ad Synodum una cum cæteris conveniret, nec tamen hactenus id fecisse: quam ob causam illum solemni esse accersendum vocatione, operæpretium duxit. Missi itaque sunt iidem qui eum vocarent Episcopi (ut dictum est) omnes numero viginti, iidemque Metropolitani præter tres præcipuarum sedium Patriarchas, nimirum Constantinopolitanum, Alexandrinum, & Antiochenum. Qui redeuntes, de illo retulere, causatum ipsum esse corporis ægritudinem, scriptis tamen se Synodo satisfacturum pollicitum, & quid de Tribus capitulis sentiret, palam facturum.

XXXVI. Rursum enim ad octavum Idus Majas convenerunt (a) Episcopi: ubi primum viginti illi ac primarii Ecclesiæ Orientalis Antistites, qui iterum missi erant ad conveniendum atque invitandum ad Synodum Vigilium Romanum Pontificem, quid ab eo acceperint, coram omnibus referunt: nimirum eam suæ absentiæ causam Vigilium prætexuisse, quod non adessent Occidentales Episcopi, nisi perpauci admodum; se autem conscriptam de ea quæstione sententiam ad Imperatorem missurum. Ad hæc se respondisse testati sunt missi Episcopi, olim in quatuor præcedentibus Synodis œcumenicis perpaucos Occidentalium interfuisse sacerdotes: satisque esse, ut qui adessent, convocati Episcopi, ipsi inter se de proposita agerent quæstione. Hæc autem cum retulissent Imperatori; ipsum suos una cum Episcopis sequenti die ad Vigilium accersendum missurum, esse pollicitum; quod & fecisse, testati sunt, misisseque ad eum Liberium Patricium, Petrum Patricium Magistrum Officiorum, Patricium Patricium, Constantinum Quæstorem, & cum his Belisarium, Cethegum, atque Rusticum Exconsules una cum deputatis Episcopis a Synodo missis pridie ejus diei.

(a) Tom. 2. Conc. nov. edit.

Collatio secunda Synodi.

XXXVII. Post priorem istam habitam relationem, jussi sunt a Synodo ii qui missi erant,



PAGIUS *zamus Theodorum, qui fuit Mopsuestiæ Episcopus cum omnibus suis Scriptis, & qui vindicant eum. Anathematizamus & impiam Epistolam, quæ ad Marim Persam scripta esse ab Iba dicitur, tanquam contrariam rectæ Christianorum fidei, & omnes qui eam vindicant, vel rectam esse dicunt. Anathematizamus & Scripta Theodoreti, quæ contra rectam fidem, & duodecim Capitula Sancti Cyrilli scripta sunt. Et hæc quidem in eo, quod dicitur Judicatum, inserta sunt.*

XI. *Queritur Justinianus de Vigilio quod ad nullam voluerit propositionem convenire.* Paulo post in eadem Epistola, seu Epistolæ fragmento dicit Justinianus: *Quoniam vero cum postea venissetis ad Regiam civitatem scripta facta sunt inter vestram sanctitatem & Vigilium religiosissimum Papam Senioris Romæ, ut vos omnes conveniatis, & propter eos, qui vel ex ignorantia vel scientes impietatem Capitulorum vindicant, convenientem his, qui a sanctis quatuor Conciliis de fide definita sunt, sententiam dare, & nunc idem religiosissimus Vigilius contrarie factus est suæ voluntatis, nolens una cum omnibus secundum quod placuit convenire, &c. Cum autem ad nullam propositionem voluisset convenire, mandavimus ei quod & vestram sanctitatem & alios Patriarchas in scriptis de hoc interrogavimus, ut tanquam impia ista Capitula ab omnibus condemnentur, vel si quis putaverit, recta ea esse, evidenter suam voluntatem manifestet.*

XII. *III. & IV. Collatio.* A num. XXXVI. ad XLI. In secunda Collatione Antistites, qui pridie Nonas Majas *Vigilium* iterum convenerant, ipsum rogaturi, ut ad Synodum accederet, Legationis suæ exitum ad Patres retulere *VIII. Idus Majas.* Respondeat autem se cum illis convenire non posse, quod Occidentales Episcopi sibi adhæren-

quæ apud Vigilium geſſiſſent, palam facere. Qui retulerunt, Vigilium iterum inducias poſtulaſſe, quo ſuam ſententiam ſcriptis depromeret; ut quid ſentiret, omnibus notum faceret. Reſpondiſſe autem hos, ipſum idem jam alias ſenſiſſe, condemnaſſeque Tria capitula, & per hæc ſuam eſſe ſententiam declaratam; tantum ab eo requirere, ut quod ſolus feciſſet, cum Patribus in publico conventu ageret. Et ſi ad hoc inducias optaret, ut tandem ad Synodum conveniret; Synodum expectaturam: alias inter ſe de quæſtione Trium capitulorum Patres qui conveniſſent acturos. Ad hæc autem Vigilium, ſe ſolum ſuam de ea re ſententiam conſcripturum reſpondiſſe. His porro tam ab Epiſcopis miſſis quam a prædictis Patriciis in Synodo relatis: qui miſſi erant ab Imperatore ſe jam functos munere, receſſuros; de reliquo hortari Patres ut rei cæptæ finem imponerent, cum id Imperator optaret, apud quem nihil eſſet antiquius, quam ut fides Catholica ſemper maneret inconcuſſa.

XXXVIII. His peractis, Synodus juſſit mitti tres Epiſcopos, qui Primaſium Epiſcopum Adrumetinum in Africa Metropolitanum Conſtantinopoli tunc degentem vocarent ad Synodum ſimulque Sabinianum, Projectum, & Paulum Epiſcopos Illyrici. Legati ſunt ad hoc opus tres Epiſcopi, totidemque presbyteri. Hi redeuntes, de Primaſio in primis hæc retulerunt, illum dixiſſe: *Papa non præſente, non venio*. Reliquos autem citatos Epiſcopos Illyricos recuſaſſe accedere, eo quod non adeſſet eorum Archiepiſcopus Benenatus. His relatis, de Primaſio ſententiam differre Synodo placuit; illi vero Illyrici ut Benenatum adirent, ut idem cum illo ſentirent, quem conſtaret unius eſſe cum ipſis qui aderant ad Synodum convocati ſententiæ, eadem decrevit Synodus. His in hunc modum rebus geſtis, finis habetur impoſitus ſecundæ Collationi.

XXXIX. Collatio tertia. Sequenti die, ad ſeptimum Idus Majas, iterum Epiſcopi convenerunt; recitatiſque omnibus ante actis, agendum jam eſſe de quæſtione Trium capitulorum propoſuerunt. Antequam autem rem ipſam aggrederentur, publica profeſſione Synodus fidem Catholicam profitetur: ſe nimirum credere quæ olim ſancti Apoſtoli, quæ & ſanctæ quatuor Synodi tradidiſſent, quæ inſuper ſancti Eccleſiæ doctores tam Græci quam Latini, quos recolit, ſcripſiſſent, tenere. Sunt vero hi a Synodo nominati, Athanaſius, Hilarius, Baſilius, Gregorius Theologus, Gregorius Nyſſenus, Ambroſius, Auguſtinus, Theophilus, Joannes Chryſoſtomus, Cyrillus, Leo, Proclus. Cæterum profeſſa eſt Synodus, & alios ſe ſuſcipere Patres, qui in ſancta Dei Eccleſia rectam fidem uſque ad finem vitæ prædicaſſent. Quæſtio autem de Tribus capitulis, videlicet de Theodoro Mopſueſteno & ſcriptis ejus, deque ſcriptis Theodoreti in Cyrillum, atque de epiſtola quæ dicta eſt Ibæ Epiſcopi ad Marim Perſam, in ſequenti Collatione tractanda proponitur. Sicque præſens tertia Collatio finem accepit.

Convenerunt (*a*) rurſus Epiſcopi ad quartum Idus Majas: juſſæque ſunt palam in Synodo recitari horrendæ blaſphemiæ excerptæ ex ſcriptionibus (ut dicebant) Theodori Mopſueſteni olim Epiſcopi, quibus & ſubjecerunt ejuſdem Theodori impium fidei ſymbolum. Porro in eis non tantum quæ impius homo adverſus Chriſti Domini noſtri humanitatem in una perſona cum divinitate conjunctam dicebatur conſcripſiſſe, ſunt poſita; ſed & quæ improbus in Cantica Canticorum, librum tam ab Hebræis quam a Chriſtianis ſemper receptum, effutiit, adducta ſunt in medium; ſicut & quæ in librum Job, quem repudiaſſe aſſerebatur, tamquam ab aliquo Pagano conſcriptum, & alia ejuſmodi: adverſus quæ omnia a Patribus magna fuit deteſtatione exclamatum in Synodo. Cætera in alium conſeſſum ſunt reſervata, nimirum ut ageretur de his quæ ſancti Patres, vel leges Imperiales, aut hiſtorici de eodem Theodoro conſcripſiſſent. XL. Collatio quarta. (a, Tom. 5. Conc. edit. nova.)

Collationem autem quintam Patres quo potiſſimum die habuerint, haud adeo exploratum habetur. Nam quod in codice (*b*) typis excuſo notatus eſt octavo Idus Majas: mendum ineſſe, dubitare nemo debebit: ſiquidem nulla patitur ratio XLI. Collatio quinta. (b) Tom 5. Conc. nov. edit.

PAGIUS rentes, in minori numero eſſent quam Orientales, & Inducias poſtularat, ac denique ſe circa *Trium Capitulorum* quæſtionem ſententiam ſuam ad Imperatorem miſſurum. Retulere pariter illuſtriſſimi Patricii, quos Imperator cum Epiſcopis Legationem Synodi obeuntibus ad *Vigilium* delegarat, illum ſcilicet ſpopondiſſe, ut prius, intra dierum aliquot ſpatium, quid ſibi de controverſia videretur, reſponſurum. Quare glorioſiſſimi Judices Epiſcopis mandarunt, ut etiam *Vigilio* abſente Synodum haberent. Sequenti die, nempe *VII. Idus Maias*, Patres fidem ab Apoſtolis, & a ſanctis quatuor Synodis expoſitam profeſſi ſunt, & ſic habita eſt tertia Collatio. Triduo poſt, nempe *die IV. Idus Majas* in quarta Collatione Synodus cauſam ipſam diſcutere cœpit. Lectæ ſunt plures ſententiæ ex Libris Theodori excerptæ, ac recenſitum impium ejus Symbolum: quo audito exclamavit univerſa Synodus: *Hoc Symbolum Satanas compoſuit*. Ejus confutatio apud Marium Mercatorem legenda.

A num. XLI. ad XLVII. *Quinta Collatio* in vulgatis Codicibus dicitur habita *die VIII. Idus Ma-* XIII. V. Collatio.

tio, ut cum præcedens Actio quarta sit habita ad quartum Idus Majas, quinta hæc quæ post illam celebrata esse constat inscribatur octavo idus ejusdem mensis: unde potius vel sequenti, vel post sequentem diem pridie Idus Majas, quo & oblatum Synodo Vigilii Constitutum datum reperitur, hanc esse habitam Actionem dixerimus. In qua primum ea quæ sancti Patres adversus Theodorum scripserunt, quæve legum Imperatorum auctoritate adversus eum sancita reperirentur, insuper & quæ Hesychius presbyter Hierosolymitanus nobilis historicus de eodem scriptionum monumentis testata reliquit, in medium adducta sunt & recitata: sed & quæ etiam pro Theodoro conscripta fuerant, eadem discussa sunt & confutata.

XLII. Post hæc autem omnia fusius explicata Sextilianus Episcopus legatus missus a Primoso Carthaginensi Episcopo atque a Concilio Charthaginensi, ex S. Augustino nonnulla attulit loca, quibus ille sæpe profitetur, aliquem posse damnari post mortem; quod etiam roboratum fuit exemplis aliorum, ac præsertim Romani Pontificis, qui Dioscorum schismaticum post mortem damnavit: confirmatum est etiam exemplo ipsius Vigilii Romani Pontificis, qui damnarat Origenem: dictum est enim: *Quod etiam nunc in ipso Origene fecit & vestra sanctitas, & Vigilius religiosissimus Papa antiquioris Romæ.* Sed hæc acta ab ipsis Episcopis cum desiderentur in Synodo, utique eam haud haberi integram, sed decurtatam atque depravatam ab aliquo Origenista, nemo jure negarit. Vigilium seorsum Pontificio decreto damnasse Origenem, etiam Cassiodorus testatus (*a*) sed de hoc inferius. Ad hæc insuper post alia multa in eamdem sententiam a Patribus adversus Theodorum superaddita recitata sunt Acta Synodi Mopsuestenæ, quorum superius suo loco meminimus, quibus probaretur ipsum Theodorum olim ex Diptychis Ecclesiæ fuisse abrasum, & in locum ejus fuisse suffectum Cyrillum Alexandrinum.

(*a*) *Cassio. Instit. div. lect. l. 1. c. 1.*

XLIII. Post hæc autem omnia adversus Theodorum allata, produnt Acta, ad causam Theodoreti factum transitum, cum videlicet ex ipsius Theodoreti scriptis aliqua loca excerpta sunt recitata, quæ ab Orthodoxa fide viderentur esse aliena, contra sanctum Cyrillum scripta. His juncta legitur epistola quædam Theodoreti nomine edita post obitum Cyrilli Episcopi Alexandrini, qua mirum in modum dicteriis & scommatibus in defunctum invehitur. His sic habitis, laudavit Synodus judicium sanctorum Patrum Concilii Chalcedonensis, quod non prius Theodoretum iidem suscepissent, quam ipse Nestorium condemnasset. Sicque finis impositus est præsenti quintæ Actioni. Deteximus autem, ubi de Cyrilli obitu egimus, de Theodoreti illa quæ dicitur epistola imposturam. At hic quod opportune de ea tractari contingat, eadem modo repetere non gravamur, quo ostendatur non ea Synodi germana Acta esse, sed nebulonis cujuspiam excogitatum commentum. Dicimus itaque, epistolam illam, quæ recitatur in Synodo hac Actione quinta sub nomine Theodoreti ad Joannem Antiochenum de Cyrilli obitu gaudentis, omni ex parte convinci, minime esse potuisse Theodoreti. Ex his vero disces, lector, Synodum Quintam haud adeo esse legitimam, sed magna ex parte suppositam, in aliquibus mutilatam, auctam in aliis. Nam hæc quæ de Cyrilli Episcopi Alexandrini obitu, sub nomine Theodoreti narrantur, ab aliquo Eutychiano hæretico esse conficta, non ambigimus: idque ut credamus, immo certo affirmemus, non levi aliqua ducimur conjectura, vel tenui quadam suspicione, sed firmissima sane rei demonstratione.

*Ann. Eccl. Tom. X.*

De epist. Theodoreti nomine supposita.

XLIV. Quonam pacto, quæso, hæc Theodoretus de obitu Cyrilli ad Joannem Episcopum Antiochenum scripsisse potuit, si ante Cyrilli mortem ipse Joannes ex humanis sublatus esse reperitur? Id enim tum ex Nicephori Episcopi Chronico, tum ex aliis qui Patriarchalium sedium successiones Episcoporum conscripserunt, exploratum habetur. Verum ne rem tantam chronistarum dumtaxat fide (et si magna sit) definiendam esse velimus, in quorum scripta errorem irrepsisse quis dicere possit: ne de his ulla tibi penitus remaneat dubitatio, Joannem Antioche-



PAGIUS *Majas*, ubi manifestus error est. Baronius *pridie Idus Majas*, quo & oblatum Synodo Vigilii Constitutum, hanc Actionem habitam esse suspicatus. In editione Romana Collectores *III. Idus Majas* ea conjectura posuere. Verum Baluzius loco citato pag. 1510. hanc conjecturam refellit, ostenditque standum veteribus Codicibus, qui habent *XVI. Kal. Junias*, qui dies est decimus septimus mensis Maii. In hac Collatione recitata sunt, quæ a Sanctis Patribus contra *Theodorum Mopsuestenum* scripta fuerant. Disceptatum etiam, utrum liceret defunctos anathemate damnare, probaturque id licitum esse, & quandoque necessarium. Factus est postea transitus ad examen alterius Capituli Scriptorum scilicet *Theodoreti*, multaque ex ejus Operibus contra Sanctum *Cyrillum* deflorata. Lecta & *Theodoreti* ad Joannem Antiochenum post mortem Cyrilli Epistola, qua suam de ejus obitu significabat lætitiam. Verum Patres Synodi errore facti decepti sunt; cum Epistola illa supposititia sit, ut recte vidit Baronius, & suo loco ostendimus.

cheoum scilicet ante Cyrillom mortuum esse: habes inter eas quæ leguntur canonicas diversorum Episc. epistolas ejusdem Cyrilli Patriarchæ Alexandrini scriptam epistolam (a) ad Domnum Episcopum, qui fuit successor ejusdem Joannis Episcopi Antiocheni: ut nullus jam dubitare valeat S. Cyrillum post ejus obitum supervixisse. Quod autem ille Domnus, ad quem extat dicta epistola Cyrilli canonica, ille ipse sit, & non alius ab Episcopo Antiocheno successore Joannis, ex rebus quæ in ea tractantur, satis potest intelligi: dum tantæ illum fuisse auctoritatis ostendit, ut Episcopum posset deponere, atque iterum restituere: unde appareat non inferioris sedis aliquem esse potuisse ejus nominis Episcopum. Certe quidem in serie Episcoporum Orientalium, qui tam in Concilio Ephesino, quam Chalcedonensi iisdem temporibus celebratis recensiti reperiuntur, nullus alius ejus nominis Domnus inscriptus vel subscriptus Episcopus legitur, qui alios Episcopos sub se haberet, tantaque polleret auctoritate, ut ad libitum (quod dictum est) deponere atque restituere eos posset. Indigna plane ostenditur epistola illa tanto viro, quem probavit ac recepit sancta Synodus Chalcedonensis & S. Leo a calumniatoribus (ut vidimus) vendicavit: quem, & naviter Constantinopoli apud legatos Apostolicos pro fide Catholica vidimus insudasse. At hic iterum opportune ipsam epistolam in dicta Actione quinta Synodi Quintæ recitatam describamus: ut quisque intelligat, non esse partum hominis vel mediocriter Christianam pietatem sectantis, sed impudentissimi cujuspiam impostoris figmentum. Sic enim se habet ejusmodi titulo prænotata:

(a) *Apud Theodor. Balsam. in addit. pag. 79.*

Detegitur impostura.

XLV. Conficta ep. nomine Theodoreti. *Theodoreti ad Joannem Archiepiscopum Antiochiæ epistola scripta, cum mortuus esset Cyrillus Archiepiscopus Alexandrinus.*

*Sero tandem & vix malus homo defunctus est. Boni enim & benigni ante tempus inde demigrant: mali vero in multa tempore vitam producunt. Et arbitror omnium dispensatorem bonorum providentem, celerius quam tempus est, humanis tribulationibus eos abducere, & tamquam victores liberare luctationibus, & in meliorem vitam transducere: quæ vita præmium positum est his qui pro virtute luctantur, sine & tristitia & solicitudine libera. Malitiæ vero amatores, & operatores diutius concedit præsenti vita frui, ut aut satietatem caperent malignitatis, & virtutem postea discerent, aut pœnas darent & in hoc sæculo, pro molestia suorum morum longo tempore miseris & malis vitæ præsentis fluctibus æstuantes. Illum vero miserum nec ad similitudinem aliarum dimisit monstrarum animarum gubernator diutius eorum potiri, quæ videntur esse delectabilia; sed crescentem quotidie viri malignitatem sciens, & corpori Ecclesiæ nocentem, quasi quamdam pestem amputavit, & abstulit approbrium a filiis Israel. Lætificavit quidem superstites ejus discessio: contristavit vero forsitan mortuos: & timor est, ne prægravati ejus conversatione, iterum ad nos remittant, vel illos diffugiat, qui eum abducunt, sicut ille tyrannus Cyri Ciliciam. Procurandum igitur est, & oportet tuam sanctitatem maxime hanc suscipere festinantiam, & jubere collegia mortuos asportantium, lapidem aliquem maximum & gravissimum sepulcro imponere, ne iterum huc perveniret, & instabilem voluntatem iterum demonstraret. Infernis nova dogmata adferat: ibi diu noctuque (sicut vult) sermocinetur. Non enim timemus, ne & illos divideret, adversus pietatem publice alloquens, & morte circumdans naturam immortalem. Lapidabant enim eum non solum qui divina eruditi sunt, sed etiam & Nemrod, & Pharao, & Sennacherib, & si quis alius est similis Dei impugnator. Sed enim sine causa multa loquar: silet enim miser invitus. Egredietur enim, dicit, spiritus ejus, & revertetur in pulverem suum: in illa die peribunt omnes cogitationes. Ista vero & aliud habet silentium: nudata enim illius facta alligant linguam, obstruunt os, frænant sensum, silere faciunt, in terram inclinare cogunt. Ideo plango miserum, & ploro: nec enim parum mihi delectationem fecit mortis ejus annunciatio, sed dolore permixtam. Lætor enim & jucundor, ejusmodi pestilentia commune Ecclesiæ videns liberatum: contristor vero & ploro, quod nec requiem malorum miserabilis susceperit, sed majora & pejora pertentans defunctus est.*

*Somniavit enim (sicut dicunt) & regiam urbem perturbare, & piis iterum dogmatibus repugnare, & tuam sanctitatem accusare, utpote ea colentem. Sed vidit Deus & non despexit: immisit vero fimum in os ejus, & frænum in labia ejus, & avertit eum in terra ex qua sumptus est. Fiat vero orationibus tuæ sanctitatis, ut misericordiam & veniam consequatur, & vincat immensa Dei clementia illius malignitatem. Roga vero tuam sanctitatem, solvere nobis animæ tumultus. Plurima enim & diversa fama circumsonant, & nos perturbant, communes calamitates annunciantes. Quidam vero & tuam reverentiam proficisci dicunt ad Comitatum sine voluntate. Et usque nunc despiciebam, utpote falsa, ista quæ divulguntur. Quoniam vero vidi sola eademque omnes dicentes, necessarium existimavi veritatem a tua discere sanctitate;* XLVI.

ut

*ut vel rideamus, utpote falsa; aut ut vera, merito lugeamus*. Hactenus epiſtola. Sane quidem & hujas ſcriptor temporis valde accuratus Leontius in libro de Sectis, cum multa ab hæreticis conficta tradat, inter alia ab ipſis epiſtolas ſcriptas eſſe nomine Theodoreti teſtatur. At quam fidem, rogo, merentur Acta hujuſcemodi, quæ ſunt his contexta commentis? Illud etiam non prætermittimus leges illas Theodoſii Imperatoris adverſus Neſtorium prolatas ac recitatas in dicta Actione, aliter ſe habere in Codice Theodoſiano, atque in Actis Concilii Epheſini; quas, & nos ſuo loco ſub die & Conſule datas ſuperius recitavimus; in quibus nulla prorſus habetur mentio de Theodoro. Hæc de commentitiis atque ſuppoſitis ſcriptis hic dicta ſufficiant: de ſublatis modo dicendum.

XLVII. Deſideratur autem in iiſdem publicis Synodalibus Actis Vigilii Papæ libellus oblatus Synodo, quem ipſe Conſtitutum appellat, quod idem eſt quod Decretum. Hunc ipſum eſſe ſcias, quem de ſua ſententia ab Imperatore interpellatus idem Vigilius pollicitus fuit ſe miſſurum ſuo tempore ad ipſum Imperatorem atque ad Synodum, quod & ingenue præſtitit. Scripſerat autem illud ipſum Conſtitutum jam antea: nam ejus ipſe meminit in epiſtola ad Valentinianum Epiſcopum Tomitanum in Scythia: nec quidem illud elaboravit ut ipſi dumtaxat innoteſceret Imperatori vel Synodo, ſed ut univerſo Orbi Catholico cunctiſque Chriſti fidelibus palam fieret: nec ob aliam cauſam (ut ex ipſo patet) niſi ut omnia quæ a ſanctis Patribus in Chalcedonenſi Concilio definita eſſent, firma conſiſterent, nec alia quovis prætextu poſſent calumnia labefactari. Porro Conſtitutum hoc ipſum Vigilii, quod ſicut alia pleraque ex Actis quintæ Synodi noſcitur eſſe ſublatum, nos hic ſuo loco reſtituendum eſſe putamus.

XLVIII. De Vigilii Papæ edito conſtituto. Ut igitur hic cuncta ſuis reddantur diebus, poſt Quintam Collationem deſcribendum hic ipſum cenſuimus Vigilii Papæ Conſtitutum, antequam de reliquis agamus ipſius Quintæ Synodi Collationibus: nacti illud ſumus in Vaticana bibliotheca, ubi antiquitus ſcriptum aſſervatur. Id vero eo libentius facturi ſumus, quod numquam in hanc diem impreſſum ipſum invenerimus. Pertinere illud quidem ad ipſa Acta Synodalia Quintæ Synodi, quæ ſuperius dicta ſunt, aperte declarant. Ipſo enim voluit Vigilius, quæ de Tribus capitulis ſua eſſet ſententia, tam Imperatori, quam Synodo univerſæ innoteſcere: quod enim antea pollicitus fuerat viris clariſſimis ab Imper. miſſis & Epiſcopis a Synodo ad illud ipſum manus explendum delectis, modo opportune præſtandum putavit. Porro illud cum in fine notatum habeat diem & Conſulem, quo ipſum Vigilius publice edendum curavit, ad hunc ipſum annum & diem Collationis quintæ pertinere cognoſcitur: noſque hic ipſum ſuo loco inſerendum putavimus.

In qua quidem ſcriptione illud in primis viſus eſt Vigilius iniiſſe conſilium, ne ſcilicet Tria illa pro Chalcedonenſi Concilio defendens capitula, in ſuſpicionem vel levem ab adverſariis adduci poſſet defenſionis errorum Neſtorii ob indemnatum Theodorum Mopſueſtenum: Primum omnium multo ſtudio totus fuit in damnatione errorum illorum, qui in ſcriptis Theodori Mopſueſteni dicebantur inventi, quos attulerat ad ipſum Vigilium nomine Imperatoris (ut vidimus) Benignus Epiſcopus Heracleæ Paphlagoniæ. Sic igitur ne ipſe redargui poſſet ab adverſariis, faviſſe Theodoro, ſi eum anathemate damnare detrectaret; oblatos damnat errores: ita quidem ſe gerens, ut ad damnandos defunctorum errores accurrerit impiger; in damnandis autem auctoribus, quos ſciſſet in Catholica communione defunctos, minime præpropere agendum putarit. Jam vero ipſum Vigilii recitemus Conſtitutum, in quo primum res tranſactæ de ineunda concordia recenſentur: ſic enim ſe habet: XLIX. Vigilii prudens conſilium.

*Glorioſiſſimo, & clementiſſimo filio Juſtiniano Auguſto, Vigilius Epiſcopus.*

*Inter innumeras ſolicitudines, quibus oneratur Imperiale faſtigium, laudabile clementiæ veſtræ cognovimus eſſe propoſitum, per quod ſummotis omnibus diſcordiæ ſeminibus, quæ in agro Domini humani generis inimicus aſperſerat, univerſos Domini ſacerdotes, præmiſſis ad teſtimonium conſcientiæ ſuæ profeſſionibus, per quos ſanctorum Patrum, & venerabi-* L. Vigilii conſtitutum ad Imp.

PAGIUS XIV. *Collatio VI.* A num. XLVII. ad CCXV. *Collatio ſexta* habita *die XIV. Kalendas Junias*, die ſcilicet decima nona Maii. In ea diſcuſſum tertium Capitulum, ſcilicet Epiſtola *Ibæ* ad *Marin* Perſam, omneſque Epiſcopi exclamarunt: *Epiſtola hæretica eſt*. Conſtitutum Vigilii datum *pridie idus Majas*, ideoque confectum ante quintam Collationem die XVII. Maii habitam, ſed an tunc miſſum fuerit Imperatori vel poſtea, prorſus incertum. Recitat illud integrum Baronius, ejuſque hæc ſumma. In eo queritur *Vigilius* Synodum contra pactas conditiones coactam. Tum aggreditur diſputationem de *Tribus Capitulis*, & LX. ſententias, quæ *Theodori Mopſueſteni* eſſe dicebantur, ab Imperatore per *Benignum* Epiſcopum Heracleæ Macedoniæ ad ſe tranſmiſſas damnat. *Theodori* vero perſonam ac nomen damnari non poſſe multis argumentis probat. Quoad *Theodoretum*, decernit ejus Scripta ſpeciatim non debere damnari; cum in Synodo Chalcedonenſi Neſtorio anathema dixerit, quod ſolum ab eo poſtulabant

*bilium quatuor Synodorum ac Præsulum sedis Apostolicæ subærore definitionibus atque judiciis monstrarentur, ad unitatem atque concordiam restituere properastis: quarum professionum formam, ut Ecclesiasticæ pacis amplectendum posteris tradatur exemplum, præsenti (quemadmodum se habet) inserta pagina declaramus.*

*Exemplum primæ professionis, quam ad S. Euphemiæ templum fecerunt.*

LI. *Omnes quidem Fideles, maxime vero Dei sacerdotes pacem, & sanctificationem sequi cum omnibus oportet, sine quibus nemo secundum Apostolum (u) videbit Dominum. Nos igitur Apostolicam sequentes doctrinam, & festinantes concordiam Ecclesiasticam servare, præsentem facimus libellum. In primis quatuor sanctas Synodos; Nicænam trecentorum decem & octo, Constantinopolitanam centum quinquaginta, Ephesinam primam ducentorum, in qua in Legatis suis atque Vicariis, id est, beatissimo Cyrillo Alexandrinæ urbis Episcopo, Arcadio & Projecto Episcopis, & Philippo presbytero, beatissimus Cælestinus Papa senioris Romæ noscitur præsedisse, & Chalcedonensem sexcentorum triginta sanctorum Patrum suscipimus. Et per omnia & in omnibus quæcumque in omnibus Gestis Chalcedonensis Concilii aliarumque prædictarum Synodorum, sicut in eisdem quatuor Synodis scriptum invenitur, communi consensu cum Legatis atque Vicariis sedis Apostolicæ, in quibus juxta tempora sua prædecessores sanctitatis vestræ beatissimi Papæ senioris Romæ ipsis Synodis præsederunt, tam de fide, quam de aliis omnibus causis, judiciis, constitutionibus, aut dispositionibus definita, aut judicata, vel constituta, sive disposita sunt, inconcusse, inviolabiliter, irreprehensibiliter, atque irretractabiliter sine adjectione vel imminutione aliqua nos promittimus secuturos, nec quicquam contrarium, quod ad earum reprehensionem & retractationem vel permutationem sive injuriam sub qualibet occasione vel novitate pertineat, admissuros, aut tale aliquid præsumentibus consensuros. Sed quæcumque communi consensu cum Legatis atque Vicariis sedis Apostolicæ Orthodoxa ibidem dicta sunt, ea Orthodoxa veneramur atque suscipimus.*

(u) 1.Thes. 4.

Meonæ, Theodori, & aliorum Epis. professio.

*Quæcumque anathematizaverunt vel damnaverunt, anathematizamus & nos atque damnamus: & universa, sicut ab eisdem Synodis communi consensu cum Vicariis sedis Apostolicæ judicata, aut definita, vel constituta, sive disposita lecta inveniuntur, irretractabiliter atque impermutabiliter conservamus. Sed & beatæ recordationis Papæ Leonis epistolas & sedis Apostolicæ constituta, quæ tum de fide, quam de firmitate supradictarum quatuor Synodorum processerunt, nos in omnibus secuturos, servaturosque promittimus. Anathematizantes omnem hominem ad ordines & dignitates Ecclesiasticas pertinentem, quicumque contra ea, quæ superius promisimus, sub qualibet occasione vel altercatione venire tentaverit. Libellum autem in causa Trium capitulorum, de quibus quæstio nota est, contra constitutum piissimi Principis, & beatitudinis vestræ ego quidem nullum feci: sed volo atque consentio, ut omnes libelli, qui facti sunt sub hac forma, beatitudini vestræ reddantur. De injuriis autem, quæcumque beatitudini vel sedi vestræ factæ sunt, eas quidem non feci: sed quia pro pace Ecclesiæ modis est omnibus festinandum, velut si eas fecissem, veniam postulo. Quia vero tempore discordiæ excommunicatos vel una receptos a beatitudine vestra in communione suscepi, pariter veniam postulo.* LII.

*In hac forma fecerunt Mennas Constantinopolitanus Episcopus.*

*Theodorus Cæsareæ Cappadociæ Episc.*

*Andreas Ephesinus Episcopus.*

*Theodorus Antiochiæ Pisidiæ Episcopus.*

*Petrus Tarsensis Episcopus: sed multi alii Episcopi idem fecerunt.* Hæc quidem Vigilius in sui ponit exordio Constituti; ut quæcumque transacta fuissent cum adversariis, omnibus innotescerent; viderentque singuli, quam ab ipsorum promissione facta contraria sint secuta, & quam mobiles illi fuerint Episcopi, qui cum hæc subscripta sua ipsorum manu Vigilio obtulissent, non erubuerint rursus in

PAGIUS

ram Patres. Ne vero *Theodoretum* defendendo, in hæreseos Nestorianæ suspicionem veniret, eam quinque anathematismis percellit. Denique nec Epistolam *Ibæ* sub ejus nomine damnandam censet: tum quia relecta ea in Synodo Chalcedonensi Orthodoxus *Ibas* judicatus est; tum quia subscripsit Decretis ejusdem sanctissimæ Synodi, quam se inconcussam esse semper voluisse probat ex Epistola sua, sive *Judicato* de Tribus Capitulis ad Mennam. Tum *Constitutum* suum claudit, decernens nulli licere quidquam contrarium his quæ eo asseruit, de dictis Tribus Capitulis, post præsentem definitionem suam, movere ulterius quæstionem.

Si quid vero contra hæc quæ hic asseruit, dictum atque conscriptum est, se ex auctoritate Sedis Apostolicæ refutare. Sexdecim Episcopi huic Constituto subscripsere.

XV. *Constitutum Vigilii in Synodo lectum non est.*

Petrus de Marca in Dissert. *de Vigilii Decreto pro confirmatione Quintæ Synodi*, num. XII. recte refellit sententiam Baronii num. CCX. putantis *Constitutum* Vigilii missum a Justiniano ad Synodum, quod Baronius ex eo colligit, quod rationes in Constituto prolatæ pro Ibæ Epistola discutiuntur, & refutantur in sexta Collatione. Nam, si *Constitutum*, relectum fuisset in Synodo, illius recitatio relata esset in Acta, quibus insertæ sunt minoris momen-

in eumdem ob gratiam Imperatoris insurgere. Sed audiamus aliam quam hic subiicit Vigilius fidei professionem trium Patriarcharum, Constantinopolitani, Alexandrini, & Antiocheni, nempe Eutychii, Apollinaris, & Domni, sive Domnini, insuper & Eliæ Thessalonicensis Episcopi; sic enim se habet:

*Exemplar professionis quam residui Episcopi Theophaniorum die nobis fecerunt.*

LIII. Alia professio oblata Vigilio. *Scientes quantorum bonorum causa est pax Dei custodiens corda & sensus Fidelium, & colligens eos, ut unum idemque sapiant in recta fidei confessione, & ad perficienda divina mandata, & propitium Deum faciens in his quæ recta sunt concordantibus: ideo festinantes unitatem conservare, ad Apostolicam sedem vestræ beatitudinis manifestum facimus, quod nos semper conservavimus & conservamus fidem ab initio traditam a magno Deo & Salvatore nostro Jesu Christo sanctis Apostolis, & ab illis in mundo prædicatam, & a sanctis Patibus explanatam, & maxime ab his qui in sanctis quatuor Synodis congregati sunt, quos per omnia & in omnibus sequimur & suscipimus, id est, trecentos decem & octo sanctos Patres qui Nicææ congregati sunt, & sanctum Symbolum sive mathema fidei exposuerunt, & Arianam impietatem anathematizaverunt, & eos qui eadem sapuerunt vel sapiunt. Suscipimus autem & centum quinquaginta sanctos Patres Constantinopoli congregatos, qui idem sanctum mathema explanaverunt, & de Deitate Spiritus sancti dilucidaverunt; & hæresim Macedonianam Spiritum sanctum impugnantem, & impium Apollinarium condemnaverunt cum his qui eadem cum illis sapuerunt vel sapiunt. Suscipimus autem & sanctos ducentos Patres in Ephesina prima Synodo collectos, qui per omnia secuti sunt idem sanctum Symbolum sive mathema, & condemnaverunt Nestorium impium & scelerata ejus dogmata, & eos qui similia ei aliquando sapuerunt vel sapiunt.*

LIV. *Ad hæc autem etiam suscipimus sexcentos triginta sanctos Patres Chalcedone congregatos; qui etiam ipsi per omnia consenserunt prædictis sanctis tribus Synodis, & secuti sunt prædictum Symbolum sive mathema a trecentis decem, & octo sanctis Patribus expositum, & a centum quinquaginta sanctis Patribus explanatum, & anathematizaverunt eos qui aliud præter prædictum Symbolum præsumunt docere, aut exponere & tradere sanctis Dei Ecclesiis: condemnaverunt autem, & anathematizaverunt & Eutychetem & Nestorium, & impia eorum dogmata, & eos qui similia eis sapuerunt, vel sapiunt. His ita se habentibus, certum facimus, quod omnia quæ a prædictis sanctis quatuor Synodis judicata & definita sunt, servavimus & servamus: Quia etsi per diversa tempora prædictæ sanctæ quatuor Synodi factæ sunt, tamen unam eamdemque confessionem fidei servaverunt & prædicaverunt.*

LV. *Suscipimus autem & amplectimur & epistolas Præsulum Romanæ sedis Apostolicæ tam aliorum, quam Leonis sanctæ memoriæ de recta fide scriptas, & de quatuor sanctis Conciliis, vel de uno eorum. Cum igitur prædicta omnia servavimus & servamus, & in iisdem nobis invicem consentimus* (* consteti.): *necessarium est conferri* [*] *de Tribus capitulis, unde quibusdam quæstio nata est. Et ideo petimus, præsideate nobis vestra beatitudine, sub tranquillitate & sacerdotali mansuetudine, sanctis propositis Evangeliis, communi tractatu eadem capitula in medio proponenda quæri, & conferri, & finem quæstioni imponi Deo placitum, & convenientem his quæ a sanctis quatuor Conciliis definita sunt: quoniam ad augmentum pacis, & concordiam Ecclesiarum pertinet, ut omni de medio dissensione sublata, quæ a prædictis sanctis quatuor Conciliis definita sunt, inconcussa serventur, Sanctarum Synodorum reverentia in omnibus custodita. His autem, & subscripsimus in hunc modum fratres & coepiscopi nostri.*

*Eutychius Episcopus Constantinopolitanus.*

*Apollinaris Episcopus Alexandrinus.*

*Domninus* [*] *Antiochiæ Syriæ Episcopus.* (* Domnus)

*Elias Episcopus Thessolonicensis; sed & cæteri qui prima professionem non fecerunt, & in hac secunda professione aut subscripserunt, aut seorsum eamdem fecerunt.*

His

PAGIUS menti relectiones. Argumenta autem illa pro *Iba* Epistola, quæ discutiuntur Collatione sexta, nota erant & trita, utpote quæ a sex vel septem annis summo studio contorquerentur ab adversariis etiam scriptis copiosissimis Libris, quemadmodum factum est a Facundo: ut necesse non sit confugere ad Constitutum *Vigilii*, quasi inde illa excerpi necessarium omnino foret. Deinde promulgatio *Constituti* aliena fuisset ab instituto & prudentia Imperatoris, qui damnationi Trium Capitulorum, cum totus incumberet, non debuit suis votis officere, *Vigilii* auctoritate prolata, quæ desiderium illius improbaret. Imo vero, ut facilius obtineret quem sibi proposuerat eventum, neu quis expectaret quid Princeps *Vigilius* responderet, quemadmodum pollicitus erat se facturum, per *Constantinum* Sacri Palatii Quæstorem *Justinianus* Synodo suggessit, *Vigilii* mentem satis explicatam esse ex iis, quæ hac de re sæpius docuerat, cum scriptis, tum viva voce.

XVI. *Refellitur opinio Baronii.* Ait Baronius, instrumentorum, de quibus mox, prolatione id tentasse *Justinianum*, ut *Vigilium* prævaricationis argueret qui *Constituto* aliter quam antea decernebat. Sed Principis in eo consilium aliunde melius deprehendi

non

LVI. Quid egerit cum Imperatore Vigilius. *His igitur dispositis, optavimus quidem, venerabilis Imperator (sicut frequentissime supplici prece poposcimus) eumdem ad quemlibet Italiæ locum, aut certe ad Siciliam, ut convocatis ad nos Africanæ, & aliarum provinciarum Latinæ linguæ sacerdotibus, vel Ecclesiæ nostræ sacratis ordinibus, secundum consuetudinem tractaremus, & de quæstionibus Trium capitulorum pietati vestræ redderemus plena deliberatione responsum: quod quia fieri serenitas vestra non annuit, hoc iterum noscitur constitutum, ut oblatis a nobis mansuetudini vestræ nominibus de suprascriptis provinciis, qui nobiscum ad tractandum adhiberentur Antistites, clementia vestra faceret advenire: cui dispositioni item præbuimus Ecclesiasticæ pacis amore consensum. Postea vero hoc magis cum consensu fratrum nostrorum nostrarum partium Episcoporum, nuper ante sanctum Paschæ diem pietas vestra constituit, ut exæquato numero his Pontificibus qui in Constantinopolitana urbe præsentes sunt, de Tribus capitulis, ex quibus quæstio vertitur, secundum superius designatam fratrum nostrorum Episcoporum professionem deberemus inire tractatum.*

LVII. *Sed quia, dum ea quæ pro conservanda Ecclesiarum pace cum fratribus nostris fieri, vestra dispositione convenerant, festinaremus impleri, ut adhibita salubri deliberatione communiter, & propter informandam universalem Ecclesiam, cunctis quæ inter nos geruntur, in scriptis deductis atque jacentibus, nostrum ex his collectum de Tribus capitulis in quæstionem deductis judicium proveniret: continuo pietas vestra post illud volumen, quod nobis ante multos Paschæ dies per virum magnificum Theodorum Decurionem Palatii destinavit, in quo vos interim, quid de Tribus sentiretis capitulis exponentes, nostrum poposcitis dari ex eadem causa responsum.*

LVIII. Legitima Vigilii petitio. *Ideoque cum fratres nostri, neque exæquato nobiscum numero residere, neque in scriptum quæ ageremus, vel tractaremus, redigi paterentur, tamquam (quod absit) non convenientia rectitudinis loqueremur, quæ scribere timeremus: & insuper gloriosissimis ad nos proceribus destinatis insisteret vestra clementia, nostrum de Trium capitulorum negotio quam celerrime proferre debere responsum: nec sic destitimus vestræ obedire velle clementiæ: hoc solummodo postulantes, ut pro infirmitate corporis nostri, quæ nulli habetur incognita, viginti dierum nobis daretis inducias, quatenus habito nobiscum, Deo auxiliante, tractatu definitionis nostræ, constituto die scripto, sententiam diceremus: ad fratres & coepiscopos nostros, a quibus similiter de eadem causa responsum vos flagitare dixistis, filium nostrum diaconum Pelagium cum hujusmodi mandato direximus, dicentes: ut quia constitutus collationis faciendæ modus fuerat prætermissus, saltem viginti dies pro antedicta nostri corporis imbecillitate, quam norunt, nostrum deberent definitum de Tribus capitulis sustinere responsum, antiquum & regularem custodientes ordinem; ne ante nostræ, hoc est, sedis Apostolicæ, cui per Dei gratiam præsidemus, promulgationem sententiæ, quicquam proferre tentarent, unde scandali rursus, quæ sopita fuerat, oriri posset occasio.*

*Propositis itaque nobis & diligenter inspectis, in quantum uniuscujusque capituli in quæstionem deducti ratio postulabat, Synodalibus codicibus atque Gestis prolatis, quæ aliis eorumdem Patrum vel in sanctis quatuor Synodis, aut in una earum rescripsisse * monstrantur, Synodalibus epistolis inspectis, nihilominus prædecessorum nostrorum sedis Apostolicæ Præsulum Constitutis, aliisque probatorum Patrum necessariis instructionibus pertractatis: si qua de his quæ in quæstionem deducta sunt apud Patres nostros examinata fuerint, finita atque disposita memores superius designatarum professionum, investigare curavimus: inspicientes dogmata quædam in primi chartacei voluminis parte per fratrem nostrum Benignum Episcopum Heracleæ Paphlagoniæ a vestra parte transmissi jacentia, quorum tenor secundum intellectum subter expositum ad excludendum totius ambiguitatis errorem præsenti definitioni nostræ tenetur insertus, plena execrabilibus blasphemiis, & Orthodoxæ fidei (quæ secundum Evangelicam Apostolicamque doctrinam a sanctis qua-* LIX.

* resedisse.

PAGIUS non potest, quam ex oratione Constantini Quæstoris, qui ad excitandos & provocandos Patres, auctoritatem *Vigilii* contra isthæc Capitula scripto profert, non autem in Pontificis contumeliam. *Justinianus* enim, ut sacrum Conventum ad damnationem Trium Capitulorum animaret, Literas ea de re a Vigilio perscriptas ad *Aurelianum* Arelatensem, & ad *Valentinianum* Scythiæ Episcopum, & sententiam ab eodem Pontifice latam adversus Rusticum & Sebastianum Diaconos suos, Trium Capitulorum fautores, e Latina in Græcam linguam versas, legendas exhiberi ab eodem Quæstore curavit. Hæc sunt verba Constantini in Collatione VII. *Communiter vero convenire invitatur* (scilicet Vigilius) *& hoc facere una cum sancta vestra Synodo pollicitus est per semetipsum facere, & dare piissimo Domino. Hic igitur etiam ea, quæ sæpius ab ipso facta sunt ad condemnationem Trium Capitulorum, vos audientes alacriores efficiemini, de his formam celeriter proferre, direxit per me Sanctitati Vestræ condemnationem ab ipso Vigilio religiosissimo prolatam*, &c. *Omnibus translatis ad Græcam linguam ad faciliorem scientiam Vestræ Sanctitatis.*

*Ju-*

*quatuor Synodis, Nicæna, Constantinopolitana, Ephesina, atque Chalcedonensi probabiliter atque irreprehensibiliter sancti Spiritus cooperante præsentia, legitur definita) valde inimica esse perspeximus, & procul a Christianis sensibus repellenda. Propterea ergo utpote execrabilia, atque a sanctis Patribus olim sine dubitatione damnata, nostra quoque sententia anathematizamus atque damnamus: quorum primum capitulum ita se habet:*

LX. Prima Thendari blasphem. *Quomodo igitur tu, quem super omnes maxime decet animarum regimen, illum eumdem, qui ex Virgine natus est, Deum esse, & ex Deo consubstantialem Patri existimari dicis, nisi forte sancto Spiritui imputari illius creationem nos jubes? Sed quis est Deus ex Deo & consubstantialis Patri? is idem qui ex Virgine natus erat? (o mirandum!) & qui per Spiritum sanctum secundum divinas Scripturas plasmatus est, & confictionem in muliebri accepit ventre? inerat forsitan, quia mox quam plasmatus est, & ut templum Dei esset, accepit: non tamen existimandam nobis est, Deum de Virgine natum esse: nisi forte idem existimandum nobis est & quod natum est, & quod est in nato templo, & qui in templo est Deus Verbum: non tamen nec secundum tuam vocem pronuntiandum est omnino, ex Virgine natum Deum esse & ex Deo consubstantialem Patri. Nam si non homo est (sicut dicis) assumptus, qui natus est ex Virgine, Deus vero incarnatus; quomodo qui natus est, Deus ex Deo & consubstantialis dicetur Patri, carne non potente hanc vocem suscipere? Nam est quidem dementia, Deum ex Virgine natum esse dicere: hoc enim nihil aliud est, quam ex semine eum dicere David de substantia Virginis genitum & in ipsa plasmatum: quia quod ex semine David & de substantia Virginis est, in materno ventre consistit; & sancti Spiritus plasmatum virtute, natum fuisse dicimus de Virgine. Ut autem aliquis ex hoc concedat dicere ipsis, quod Deus ex Deo & consubstantialis Patri natus est ex Virgine, eo quod est in templo nato, sed non per se natus est Deus Verbum: incarnatus vero, sicut dicit iste sapiens. Si igitur cum carne eum natum esse dicunt; quod autem natum est, Deus ex Deo & consubstantialis Patri est; necesse est hoc & carnem dicere: quod si non idcirco caro est, quoniam nec Deus ex Deo, nec consubstantialis Patri, sed ex semine David & consubstantialis ei cujus semen est, & non id quod natum est ex Virgine Deus est & ex Deo & consubstantialis Patri: nisi forte pars nati, prout ipse in inferioribus partem Christi nominat Deitatem; sed non divina natura ex Virgine nata est: natus autem est ex Virgine, qui ex substantia Virginis constat, non Deus Verbum ex Maria natus est; natus est autem ex Maria, qui ex semine est David, neu Deus Verbum ex muliere natus est: sed natus ex muliere, qui virtute sancti Spiritus plasmatus est in ea; non ex matre natus est consubstantialis Patri (sine matre enim est, secundum beati Pauli vocem) sed qui in posterioribus temporibus in materno ventre sancti Spiritus virtute plasmatus est, utpote sine Patre propter hoc dictus.* Ita impius, duas in Christo personas constituens. Tantam hanc blasphemiam Vigilius damnans, ista subdit:

*In suprascripto primo capitulo quoniam per circuitus id videtur astrui, quia homo purus ex sancta Virgine Maria natus sit, dicendo: Si fatemur Deum Verbum, qui consubstantialis est Patri, carne ex eadem Virgine natum; necesse est, ut carnem consubstantialem Patri consequenter esse dicamus. Ideoque quicumque hujusmodi intellectus sapit, docet, credit, aut prædicat, & non eumdem Verbum ac Filium Dei per secundam nativitatem ex sancta Maria incarnatum & natum credit; anathema sit.* Cum una tantum sit dicenda persona in duabus naturis. Rursus impius: LXI. Vigilii responsio.



PAGIUS XVII. *Lectio Constituti Concilio Justiniani contraria fuisse.* *Justinianus*, qui præjudicio *Vigilii* perlecto, Patres alacriores effici ad condemnationem existimabat, non adeo supinus erat, inquit Marca, ut eorum impetum contraria ejusdem Pontificis definitione retardaret. Deinde vero locus agendi de *Constituto* hic erat, cum pollicitationem *Vigilii* Principi factam Quæstor recenset; sed adeo mentionem ejus non injecit, ut potius id omnino dissimulet, ejusque loco alia instrumenta substituat, non ut *Vigilium* prævaricationis arguat, sed ut gradus inde ad definitionem Synodi contra Capitula strueretur. Prima enim semper fuit in Synodis Oecumenicis sententia Romani Pontificis, qua non expectata nihil decerni moris erat. Itaque *Justinianus*, ne prætermissa videretur in hoc negotio *Vigilii* auctoritas, *Constitutum* quidem suppressit, sed alias *Vigilii* priores sententias, quæ annis superioribus ab eo latæ erant, Synodo exhibuit, ut in Actis omnia rite & solemniter gesta fuisse viderentur. Quare Synodus quoque ipsa in Collatione octava magnum Decreti sui momentum in eo posuit, quod *Vigilius* Tria Capitula sæpius, & scripto, & sine scripto condemnasset, etsi conqueratur, quod Conventui, licet illustri Legatione invitatus, interesse noluerit, satiusque duxerit polliceri, se suam ipsius sententiam ad Principem missurum. Ex opinione Baronii Novatores intulerunt, Pontificis Romani Scripta in Synodo non solum discuti, sed etiam refutari, & definitionem illius Decretis promulgatis contrariam cum anathemate proferri. Sed ex vera rerum gestarum narratione, hanc illationem frivolam esse constat.

LXII. Theodori error II. *Mox autem in ipso plasmato Deus Verbum factus est: nec enim in cælum ascendenti solum inerat, sed etiam ex mortuis resurgenti, utpote & resuscitans eum secundum suam promissionem: nec resurgente solum inerat, sed etiam crucifixo & baptizato, & Evangelicam post baptisma conversationem peragenti, necnon etiam de baptismo legalem adimplenti constitutionem, & præsentato secundum legem & circumciso, & fasciis pannis obvoluto: erat autem forte in ipso & nascente, & cum in utero esset a prima statim plasmatione: dispensationi enim quæ circa eum erat, ordinem imponebat, & particulatim ipsum ad perfectionem producens:*

LXIII. Theodori error III. *Et per tempus quidem ad baptisma ducens, post illud autem ad mortem, deinde secundum suam pronunciationem resuscitans, ducens in cælum, collocans eum ad dexteram Dei per suam conjunctionem, ex qua sedet & adoratur ab omnibus, & omnes judicabit. Istorum autem omnium finem apud se habebat Deus Verbum, cum in eo erat, & omnia per ordinem complebat: quem ordinem ipse arbitrabatur bene habere per fruitionem quidem & voluntatem, quam antea statuit pro his quæ eventura erant, & bona voluntate, quam circa eum habebat, ab initio similiter inerat ei, per ordinem autem placitum ad perfectionem ducebat ipsum.*

LXIV. Vigilius Papa. *In suprascriptis secundo & tertio capitulis hoc videtur astrui, quia Deus Verbum homini plasmato inerat tamquam alter in altero. Dicendo enim, ut particulatim dispensationi, quæ circa eum erat ordinem videretur imponere, & eum propter bonam voluntatem, quam circa ipsum habebat, & parabat eum qui assumptus est ad provectum perfectionis adducere: talibus verbis dualitas personarum in Domino uno & Deo nostro Jesu Christo execrabiliter videtur induci, & tamquam quemlibet hominem Dei Verbi gratia per spatia temporum profecisse. Ideoque quicumque eo intellectu sapit, docet, credit, aut prædicat; anathema sit.* Rursum ex Theodoro.

LXV. Cap. IV. hæret. *Suam autem cooperationem ad proposita opera præstabat ei qui assumptus: ubi hoc facit in loco sensus fuisse distantem illi qui assumptus est: nec enim eis quibuscumque donavit cooperationem; sensus locum ejus obtinebat: Si autem & modo præcipuam quamdam cooperationem donavit illi qui assumptus est, non hoc faciebat locum sensus Deitatem obtinere. Sed si Deitas pro sensu fiebat illi qui assumptus est, secundum vestra verba: quomodo timorem in passione suscipiebat? quid vehementioribus orationibus ad imminentem necessitatem indigebat, quas cum magna quidem & clamorosa voce, cum pluribus etiam lacrymis secundum beatum Paulum (a) referebat Deo, Evangelista (b) aperte dicente, quod globis sanguinis similis sudor descendebat? Quid autem Angeli adventu & visitatione egebat animam reficientis in experimento malorum confortantis ejus alacritatem, exercitantis eum ad imminentem passionis necessitatem, tolerare fortiter mala suadentis, urgentis ad patientiam & tolerationem malorum, ostendentis præsentium malorum fructum ex passione, mutationem in gloriam bonam circa eum post passionem futuram? Qui enim secundum Evangelista (c) vocem confortabat eum Angelus scilicet, verbis istis fortem eum faciebat, & infirmitate naturæ superiorem fieri hortabatur, & corroborando cogitationes ejus fortem eum faciebat.* (a) Hebr. 5. (b) Luc. 22. (c) Luc. ib.

LXVI. Vigilius Papa. *In suprascripto quarto capitulo, quia dici intelligitur, quod sicut aliis hominibus donavit suam cooperationem Deus, ita & ei qui assumptus est, licet præcipuam tamen similiter ut aliis hominibus dicitur esse donatam, & ita purum atque infirmum hominem circa passionem Angeli eguisse præsidio, ut ei pro corroborandis cogitationibus ejus futura gloria promitteretur de tolerantia passionis. Quæ si quis ita sapit, credit, aut prædicat; anathema sit.* Item Theodorus:

LXVII. (d) Matt. 16. Marc. 8. Cap. V. hæret. *Vade post me satanas (d), scandalum mihi es, quod non sapis ea quæ Dei sunt, sed ea quæ hominum: non est confusio mihi mors, non fugio ipsam ut indecentem, ad humanam gloriam respiciens. Sustinebo autem meliori animo experimentum mortis pro plurimis bonis futuris, in quibus & ipse fuero, & per omnes, ne mihi animum lædas atque turbes, tamquam confusione dignum fugere admonens mortis experimentum.*

LXVIII. Vigilius Papa. *In suprascripto quinto capitulo dicitur, quod ideo Jesus Christus verba Petri Apostoli fuerat aspernatus, quando ei dixit: Vade post me satanas, scandalum mihi es, quia non sapis ea quæ Dei sunt: ne dissuasione ejus animus ipsius perturbatus refugeret passionem, & quia passione sua proficeret, & pro pluribus bonis exinde adipiscendis. Qui igitur hæc ita sapit, docet credit, aut prædicat, & non magis nobis mortem ipsius quam propria carne suscepit, æternæ credit vitæ præmia contulisse; anathema sit.* Pergit hæreticus:

LXIX. (e) Matt. 4. Cap. VI. hæret. *Quod enim dictum est (e): Ducebatur a Spiritu: aperte hoc significat, quod ab eo regebatur, ab eo ad virtutem propositorum confortabatur, ab eo ad hoc quæ oportebat ducebatur, ab eo quod debebat docebatur, ab eo cogitatione multum corroborabatur, ut in tantum certamen sufficeret, sicut & beatus dicit Paulus (f): Quicumque enim Spiritu Dei aguntur, hi-* (f) Rom. 8.

*hi sunt filii Dei: Duci Spiritu, dicens illos, qui ab eo gubernantur, ab eo docentur, ab eo ad melius constituuntur, ab eo competentium doctrinam accipiunt. Cum dixisset autem Evangelista, quod Spiritu sancto plenus regressus est ab Jordane: aperte demonstravit, quod hujus causa sancti Spiritus habitationem in baptismate suscepit, ut inde propositam caperet virtutem: unde & ad certamen illud, quod pro nobis erat ad diabolum effecturus, Spiritu ducebatur.* Tantam blasphemiam damnans Vigilius addit:

LXX. Vigilius Papa. *In supradicto sexto capitulo rursus tamquam purus homo a Spiritu, cujus præsentiam, post baptisma suscepisse dicitur ad omnia ductus perhibetur, confortatus & edoctus, sicut cæteri homines, de quibus (ut hic videtur dici) Apostolus ait:*
(a) Rom. 8. *(a) Quicumque Spiritu Dei aguntur, hi filii Dei sunt. Si quis hæc ita sapit docet, credit, aut prædicat, & non Deum Verbum incarnatum unum esse credit & confitetur & prædicat Christum; anathema sit.* Insaniens adhuc impius impia addens, ait:

LXXI. Cap. VII. hæret. *Dicant igitur nobis omnium sapientissimi, si pro sensu Domino Christo, qui est secundum carnem, Deitas facta esset, sicut dicunt: quid sancti Spiritus operatione ad hæc Christus indigebat? Nec enim unigeniti Deitas Spiritu indigebat ad justificationem, Spiritu indigebat ad vincendum diabolum, Spiritu indigebat ad operanda miracula, Spiritu indigebat ut doceretur ea quæ decebat peragere, Spiritu indigebat ut immaculatus appareret. Si enim pro sensu quidem Deitas sufficiebat, ad omnia autem ejus virtus, necesse erat inde omnia fieri ut superflua esset sancti Spiritus habitatio: sed nunc*
(b) Act. 10. *unctum esse dicit (b) ipsum Spiritu, & habitasse in eo Spiritum, & ad omnia adjuvasse proposita, & doctrinam inde ipsum accepisse & virtutem, & inde impetrasse justificationem, & inde immaculatum factum esse.* Contra hæc adeo enormia ita Vigilius:

LXXII. Vigilius Papa. *In suprascripto septimo capitulo hoc dici intelligitur; quia, ut cæteri homines ad justificationem suam & ad vincendum diabolum & ad operanda miracula, & ut doceretur ea quæ decebat eum agere, & ut immaculatus appareret, habitatione sancti Spiritus eguisse, & ipso Spiritu eum ad omnia adjutum fuisse proposita. Quicumque hæc ita sapit, docet, credit, aut prædicat & non sua Deitate Christum, utpote verum Deum, omnia operatum fuisse quæ voluit, & operari quæ volet, sed tamquam purum hominem sancti Spiritus eguisse solatio; anathema sit.* Sed rursum invehitur in Orthodoxos hæreticus:

LXXIII. *Hoc quod ante sæcula erat dicit in ultimis factum esse temporibus, utpote quibusdam hoc confitentibus; cum nemo ex* Cap. VIII. hæret.
*his qui pietatis causam habent, istum patitur morbum habere dementiæ, ut dicat eum qui ante sæcula est, in ultimis factum esse; & ex his infert quod necesse est, & hoc quod in ultimis est ante sæcula esse; & accusat eos qui non omnia similiter cum observatione* dicunt; quasi hi qui unum esse Filium confitentur, necessitatem habeant cum observatione* omnia dicere. Et quis non beatificat vestram clementiam? Quis autem non optet tales impetrare doctores tantam confusionem rationi pietatis introducentes, ut dicerent, hoc quod ante sæcula, factum est in ultimis & hoc alienarent sua natura, & ad deterius deducerent; deinde obverterent, quod & hoc quod est in ultimis, ante sæcula est; cum oporteret forte dicere, quia quod ante sæcula erat, assumpsit hunc qui in ultimis erat, secundum beati Pauli (c) vocem. Vestras igitur leges sequentes, & a tua sapientia constitutam obversionem, immo magis subversionem suscipientes, age omnia simul confundamus & nulla jam sit discretio nec Dei formæ, nec servi formæ, nec templi sumpti nec ejus qui in templo habitavit; nec ejus qui solutus est, nec ejus qui suscitavit, nec ejus qui perfectus est in passionibus, nec ejus qui perfecit, nec ejus qui memoriam meritus est, nec ejus quo memor factus est, nec ejus qui visitatus est, nec ejus qui visitavit, nec ejus qui paulo minus ab Angelis minoratus est, nec ejus qui minoravit, nec ejus qui gloria & honore coronatus est, nec ejus qui coronavit, nec ejus qui constitutus est super opera manuum Dei, nec ejus qui constituit, nec ejus qui accepit ista ad sublevationem, nec ejus qui dedit sublevationem.* At uno ictu illa præcidens Vigilius ait:

* execratione.
* execratione.
(c) 1. Timo. 3.

LXXIV. Vigilius Papa. *In supradicto octavo capitulo diversis modis videtur induci dualitas personarum per hoc quod dicitur: Non ipse qui ante sæcula erat, in ultimis dicendus est venisse temporibus: sed quasi altera sit assumentis humanitatem, altera assumpti persona. Si quis igitur hæc ita sapit, docet, credit, aut prædicat, & non eundem Deum, Verbum, qui ante sæcula ex Patre natus est, in ultimis temporibus ex beata Virgine Maria incarnatum & natum esse fatetur, ut unus idemque sit Christus in utraque natura; anathema sit.* Delirans adhuc stultus stulta hæc addit:

LXXV. Cap. IX. hæret. *Istum igitur virum, in quo statuit omnium facere judicium ad fidem futurorum, cum resuscitasset eum ex mortuis & judicem omnium demonstrasset secundum*
(d) Act. 10. *B. Pauli (d) vocem, meritis unitate ad se ipsum dignatus est: & per conjunctionem ad se factam, talem participem fecit, ut & adorationis communionem ha-*

*beret, omnibus quidem divinæ naturæ debitam adorationem reddentibus, comprehendentibus autem adoratione & illum, quem inseparabiliter scit esse coniunctum. Ex quo manifestum est, quod ad majora eum perduxerit.*

LXXVI. Vigilius Papa. *In suprascripto nono capitulo conjunctionis & participationis cujusdam vocabulo, quasi Dei ad hominem Christum factæ divinis Christus asseritur operibus decorari; per quæ rursus dualitas inducitur personarum. Si quis igitur ita sapit docet, credit, aut prædicat; & non unum eumdemque Cristum Deum ac Dominum nostrum, manentibus in suis proprietatibus differentiis naturarum, agnoscit & credit: anathema sit.* Item hæreticus:

LXXVII. Cap. X. hæret. (a) Joan. 14. *Ego quidem quem videtis, nihil quidem facere possum secundum meam naturam, cum homo sim: operor autem, quia in me manens (a) Pater, omnia facit: quoniam enim & ego in Patre, & Pater in me, Deus autem Verbum unigenitus in me est: certum est quod & Pater cum ipso in me manet, & opera facit. Et non est mirandum de Christo hæc existimari, cum evidenter ipse de cæteris hominibus dicat:* (b) Jo. 14. *(b) Qui diligit me, verbum meum observabit, & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Si enim apud unumquemque hujusmodi, hominum & Pater & Filius mansionem faciunt: quid existimandum est, ut in Domino secundum carnem Christi ambo simul putarentur manere, communionem eorum secundum substantiam, communionem etiam mansionis forsitan suscipientem?* Damnat ista Vigilius, dicens:

LXXVIII. Vigilius Papa. *In suprascripto decimo capitulo ita in homine Christo Deus Verbum inesse dicitur, sicut Pater: ut per hoc aut & Pater incarnatus esse videatur, sicut & Filius: aut nec Filius sit incarnatus, sicut nec Pater, aut magis uterque in tertia persona hominis habitare. Qui igitur ita sapit hæc, docet, credit, aut prædicat; anathema sit.* Rursum hæreticus.

LXXIX. Cap. XI. hæret. *Ita & animam, utpote humanam & immortalem constitutam, & sensus participem prius accipiens, & per resurrectionem & immutabilitatem constituens, sic & nobis eorumdem istorum per resurrectionem præbuit communionem. Ideo autem ante resurrectionem ex mortuis increpat quidem Petrum, ut suis eum vocibus scandalizantem; & in magna trepidatione per tempus passionis constitutus, apparitione Angeli indiget confortantis eum ad patientiam & tolerantiam imminentium malorum. Post resurrectionem autem ex mortuis & in cælos ascensum impassibilis factus, & immutabilis omnino, & ad dexteram Dei sedens, Judex universi est orbis terrarum, utpote in eo divina natura faciente judicium.* Contra hæc Vigilius:

*In suprascripto undecimo capitulo eadem repeti videntur, quæ superius in quarto jam dicta sunt, quod ante passionem ita infirmus fuerit Christus, ut in magna trepidatione passionis tempore constitutus, Angeli videretur eguisse solatio. Quod quia velut purum hominem, qui hujusmodi auxiliis egeat, significare videtur: Si quis ita sapit, docet, credit, aut prædicat; anathema sit.* Urget adhuc hæreticus, dicens: LXXX. Vigilius Papa.

*Sic igitur & hic sapientissimum omnium habere nos doces Christi sensum, ut sanctum Spiritum habentem illum, qui sensui Christi aliquam virtutem adimplebat, prudentiam ejus præstans ad omnia quæ agenda erant: sicut & in præcedentibus demonstravimus, quod ab ipso quidem in eremum ad certamina, quæ contra diabolum erant, ducebatur; unctionem autem illius & scientiam, & vim eorum quæ agenda erant, accipiebat; & illius particeps factus, non solum miracula faciebat, sed etiam quomodo uti oportebat miraculis, sciebat subtiliter, ut notam quidem faceret gentibus pietatem, pateretur autem laborantium infirmitates, & sic ad effectum suam voluntatem duceret, & justificabatur inde, & immaculatus ostendebatur, sive reparatione pejorum, sive custodia meliorum, sive etiam paulatim ad meliora profectibus.* Insectatur ista Vigilius, addens: LXXXI. Cap. XII. hæret.

*In suprascripto duodecimo capitulo eadem quæ in septimo capitulo videntur exponi, asserendo Dominum nostrum Jesum Christum per habitationem sancti Spiritus ad omnia informatum, & per tempora ad perfectionem unctionis ejus auxilio pervenisse. Si quis igitur eum non sua Deitate perfectum esse credens, sed tamquam purum hominem unctione sancti Spiritus indigentem fuisse adjutum sapit, docet, credit, aut prædicat; anathema sit.* Addit idem hæreticus: LXXXII. Vigilius Papa.

*Quomodo igitur sequentiam habet, eo quod homo factus est Deus, istum hominem Deum Verbum esse dicere? Si enim homo est Deus Verbum, ut ipse dicis: omnimode de homine dicemus ea quæ de Deo Verbo Evangelista (c) dixit. Quid autem dixit? In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, iste erat in principio apud Deum, omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil quod factum est. Ergo si homo est Deus Verbum, dicemus de ipso: In principio erat homo; & homo erat apud Deum, & Deus erat homo, erat homo in principio apud Deum: omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil quod factum est. Si enim homo est Deus Verbum, sicut dicis, convenient omnia ipsi quæ de Deo Verbo dicit Evangelista.* LXXXIII. Cap. XIII. hæret. (c) Joan. 1.

*In suprascripto decimotertio capitulo ne-* LXXXIV. Vigilius Papa.

negari videtur Deum Verbum hominem factum, & rursus hominem Verbum Deum esse, ut per hoc inducatur (sicut superius dictum est) dualitas personarum. Si quis igitur ita sapit, docet, credit, aut prædicat; & non potius manente in Domino Deo nostro Jesu Christo inconvertibiliter atque indivise differentia naturarum, sic una persona, sive subsistentia ejus esse creditur, ut & Deus Verbum sine ulla divinæ naturæ suæ convertibilitate homo esse, & assumpta humanitas propter singularitatem personæ inconvertibiliter Deus esse credatur: anathema sit: Addit Theodorus.

LXXXV. Cap. XIV. hæret. Hoc quidem quid est: Ad Patrem meum & Patrem vestrum, & Deum meum & Deum vestrum? Nemo sic demens est, ut alii cuidam convenire diceret, nisi templo Dei Verbi assumpto pro nostra salute homini, qui est mortuus, & resurrexit, & ascensurus esset in cælos. Et Patrem sibi ascribit cum discipulis suis Deum, & ipse gratia adoptionem meretur: & Deum suum appellat, quia cum cæteris hominibus similiter ut esset accepit. Unde propter communitatem quidem naturæ, Patrem meum & Patrem vestrum dicit, Deum meum & Deum vestrum. Divisit autem iterum suam personam ipsi principium gratiæ significans, propter quam ad Deum Verbum conjunctione in loco veri Filii ab omnibus honoratur hominibus.

LXXXVI. Vigilius Pap. (a) Joan. 20. In suprascripto quartodecimo capitulo per hoc quod legitur in Evangelio (a): Ascendo ad Patrem meum & Patrem vestrum, Deum meum & Deum vestrum, ita intelligitur, quod Jesus Christus Dominus & Deus noster, sicut cæteri homines, gratiam adoptionis, ut Filius Dei diceretur, acceperit, & quasi per conjunctionem ad Deum Verbum in locum veri Filii ab omnibus adoretur. Quod si quis ita sapit, docet, credit, aut prædicat; & non magis unum Jesum Christum Filium Dei & Dominum nostrum in duabus inconfusis & inseparabilibus intelligit & credit esse naturis: anathema sit. Item hæreticus:

LXXXVII. Cap. XV. hæret. Hic quod dictum est, Accipite, pro Accipietis, dicit. Si enim cum insufflasset, Spiritum dedisset (quod valde quidem stulte existimaverunt) superfluum erat dicere postea bis, & maxime tempore ascensus in cælos (b), non separari ab Hierusalem, sed expectarent promissionem Spiritus: & in sequentibus: Sed accipietis virtutem, superveniente Spiritu sancto in vos. Adventum autem ipsum sancti Spiritus super discipulos Lucas factum esse dicit quinquagesimo die resurrectionis, post ascensum. Et illud tamen animadvertendum est, quod si ab insufflato suscepissent Spiritum, non diceret, Accipite, sed, Quoniam accepistis: hic enim quod dictum est, Accipite, his convenit, qui nondum acceperunt.

(b) Act. 2.

LXXXVIII. Vigilius Papa. (c) Joan. 20. In suprascripto decimoquinto capitulo dicitur, quia insufflans Dominus noster Jesus Christus (c) post resurrectionem suam in faciem discipulorum suorum non dederit eis Spiritum sanctum, sed dandum significaverit: ut per hoc aut veritas ipsa (quod absit) putetur esse mentita; aut tamquam purum hominem illo flatu non habuisse quod daret, aut dare minime potuisse. Si quis igitur hæc ita sapit, docet, aut prædicat; anathema sit. Pergit impius:

LXXXIX. Cap. XVI. hæret. Dicit ad Thomam: Infer digitum tuum huc, & vide manus meas; & porrige manum tuam, & mitte in latus meum, & noli esse incredulus, sed fidelis. Quoniam, dicit, non credis, & tactum solum sufficere tibi ad credendum putas (hæc enim dicens non me latuisti) tange manu, & cape experimentum, & disce credere, & non diffidere. Thomas quidem cum sic credidisset: Dominus meus, & Deus meus, dicit: Non ipsum Dominum & Deum dicens: Non enim resurrectionis scientia docebat etiam Deum esse eum qui resurrexit: sed quasi pro miraculo facto Deum collaudat.

XC. Vigilius Pap. (d) Joan. 20. In suprascripto decimosexto capitulo de illo loco Evangelii (d), ubi Thomas Apostolus palpans fixuras clavorum dixit: Dominus meus & Deus meus: asseritur quod Thomas Apostolus non ipsum Jesum Christum Dominum Deumque confessus sit, & quia resurrectionis scientiam non doceret, vel quia Deus esset qui resurrexit, sed quia magis pro miraculo facto Thomas Apostolus Deum laudaverit. Si quis igitur hæc ita sapit, docet, credit, aut prædicat, & non potius Thomæ confessione & verum Deum esse Jesum Christum, & in vera carne eum resurrexisse declaratum credit; anathema sit. Rursum Theodorus:

XCI. (e) Act. 2. Cap. XVII. hæret. Ille autem dixit (e) oportere pœnitentiam agere eos pro crucis iniquitate, & agnoscentes Salvatorem & auctorem bonorum omnium Jesum Christum, quoniam propter ista pervenit & assumptus est, de divina natura in ipsum fidem suscipere, & ejus discipulos fieri, ante omnia autem ad baptisma accedentes, quod ipse tradidit nobis præformationem quidem habens sperationis futurorum, in nomine autem celebrandum Patris & Filii & Spiritus sancti: hoc enim quod est, ut baptizetur unusquisque in nomine Jesu Christi: non hoc dicit, ut vocationem quæ in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti est, relinquentes, Jesum Christum in baptismate vocent: sed quale hoc est quod in Moyse baptizati sunt in nube & in mari, ut diceret, quia sub nube & mari Ægyptiorum separati sunt, liberati eorum servitute, ut Moysis leges attenderent: tale hoc est, ut cum ad ipsum accessissent tam-

quam

*quam Salvatorem & omnium bonorum auctorem & doctorem veritatis, ab ipso utpote auctore bonorum & doctore veritatis vocarentur, sicut omnibus hominibus quamcumque sectam sequentibus consuetudo est ab ipso dogmatis inventore vocari, ut Platonici, Epicurei, Manichæi, & Marcionistæ, & quidam tales dicuntur: eodem enim modo & nos nominari Christianos judicaverunt Apostoli, tamquam per hoc certum facientes, quod ejus doctrinam oportet attendere: sic & quod ab ipso datum est, susciperent baptisma in ipso quidem primo constitutum, qui & primus baptizatus est, ab ipso autem & cæteris traditum, ut secundum præformationem futurorum celebretur.*

XCII. Vigilius Papa. (a) Act. 2. *In supradicto decimoseptimo capitulo ex verbis beati Petri, quibus in Actis Apostolorum dicit (a): Baptizetur unusquisque vestrum in nomine Jesu Christi, hoc astruitur: quia in ea invocatione, quæ in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti fit, non continetur & Christus: & quod dixit Petrus Apostolus, debere eos in Christi nomine baptizari, ut secundum hunc intellectum appareat introducta quaternitas. Astruitur etiam in eodem capitulo, quia sic a Christo Christiani vocemur, quemadmodum diversarum sectarum & errorum sequaces ab inventoribus & magistris suis sunt sortiti vocabula, ut a Platone Platonici, a Marcione Marcionistæ, & a Manichæo* Manichæi. *Si quis hæc ita sapit, docet, credit, aut prædicat; anathema sit. Nos enim ideo Christiani vocamur & sumus, quia ipsum Dominum nostrum Jesum Christum in baptisma percipientes induimus, ipso nobis existente capite, omnes in eodem unum corpus efficimur.* His adnectitur sequens blasphemia decimaoctava:

* Manete

XCIII. Cap. XVIII. hæret. *Et secundum duas rationes locum imaginis obtinet: qui enim amant quosdam, post mortem eorum sæpius imagines statuentes, hoc sufficiens mortis solatium habere arbitrantur; & eum qui non videtur nec præsens est, tamquam in imagine aspicientes, putant videre, ita flammam desiderii & vigorem placantes: sed etiam illi qui per civitates habent Imperatorum imagines, tamquam præsentes & videntes honorare videntur eos qui non sunt præsentes, cultu & adoratione imaginum. Ista autem utraque per illum adimplentur; omnes enim qui cum illo sunt & virtutem sequuntur, & debitorum Dei parati redditores, diligunt eum & valde honorant, & charitate quidem ei, divina natura licet non aspiciatur, adimplent in illo qui ab omnibus videtur, sic omnibus existimantibus ut ipsum videntibus per illum & illi semper præsentibus, & honorem vero omnem sic attribuunt tamquam imagini Imperiali, cum quasi in ipso sit divina natura, & in ipso spectetur. Si enim & Filius est qui inhabitare dicitur, sed cum eo est etiam Pater & inseparabiliter omnimodo ad Filium esse ab omni creditur creatura, & Spiritus autem non abest, utpote etiam in loco unctionis factus ei, & cum eo est semper qui assumptus est, & non mirandum est, cum etiam quibuslibet hominibus virtutem sequentibus cum Filio & Patre esse dicitur: veniemus (b) enim & ego & Pater, & mansionem apud eum faciemus: quod autem & Spiritus hujusmodi hominum inseparabilis est, certum est omnibus.* (b) Joan. 14.

XCIV. Vigilius Papa. *In suprascripto decimooctavo capitulo ita invisibilis Dei imago asseritur esse Christus, tamquam si absentium Principum imagines pro eorum colantur honoribus. Quæ si quis ita sapit, docet, credit, aut prædicat; anathema sit.* Addit hæreticus:

XCV. Cap. XIX. hæret. (c) Mat. 3. (d) Ps. 81. (e) Isai. 1. *Hoc enim, quod, Hic (c) est Filius meus dilectus in quo mihi complacui, in baptismate adoptionem demonstrat, sed non comparationem Judaicæ adoptionis: quia & ad illos dictum erat: Ego (d) dixi, Dii estis, & filii Excelsi omnes: & Filios (e) genui & exaltavi. Ejus adoptionis præcipuum, eo quod dixi, Dilectus, & in eo mihi complacui: ostendens propter hoc, & vox Patris fiebat adoptionem confirmans, & Filii nominationem per adoptionem secundum gratiam, cum qui vere Filius est demonstrabat, cujus conjunctio ad veram & firmam adoptionem istum constituebat, & Spiritus sanctus in specie columbæ descendens permansit super eum, quatenus in conjunctione ad eum qui vere Filius est, ea cooperatione tentus maneat, firmam adoptionis habens dignitatem. Per omnia autem in quo primo adoptionis præformabatur baptisma, dico autem Domini Christi ex Patre & Filio & Spiritu sancto, hoc quod fiebat complebatur.*

XCVI. Vigilius Papa. (f) Luc. 3. *In suprascripto decimonono capitulo, ubi Evangelium secundum Lucam (f) de baptismo Christi videtur exponi, duæ sunt reprehensiones: una qua dualitas inducitur Filiorum, cum per adoptionem videtur dici Christus Filius Dei: alia, quia in nomine Trinitatis ipse quoque asseritur baptizatus, per quod quaternitas sine dubitatione monstratur. Si quis igitur hæc ita sapit, docet, credit, aut prædicat; anathema sit.* Pergit blasphemus Theodorus:

XCVII. Cap. XX. hæret. *Ideo ergo differentiam quidem Dei Verbi & recepti hominis tantum nobis ostendit psalmus: divisa vero hæc in novo Testamento reperiuntur, Domino quidem in se accipiente primordia psalmi, in quibus factorem eum dicit esse creaturæ, & elevatam habere super cælos magnificentiam, & mirificari in omni terra. Apostolo autem supradicta quæ de homine dicuntur, qui tantum beneficiorum meruit,* quo-

*quomodo non manifestum, quod alterum quidem nos divina Scriptura docet evidenter esse Deum Verbum, alterum vero hominem, & multam eorum esse ostendit nobis differentiam: nam iste quidem memorat, ille autem memoriam meretur: & iste quidem visitat, alter autem cum visitationem meretur, beatus dicitur: & iste quidem beneficium dando minuit paulo minus ab Angelis, ille autem & per talem minutionem beneficium accepit: & iste quidem gloria & honore coronat, alter autem coronatur & pro his beatus dicitur: & iste quidem constituit ipsum super omnia opera manuum ejus, & omnia subjecit sub pedibus ejus: alter autem meritus est dominari eis, quorum antea non habebat potestatem.*

XCVIII. Vigilius Pap. *In suprascripto vigesimo capitulo, ubi octavus psalmus videtur exponi, & nudus homo (sicut & in aliis jam dictum est) Christus asseritur, & divisus a Verbo monstratur, & dualitas inducitur personarum. Quæ si quis ita sapit, docet, credit aut prædicat, & non ita in Christo Domino duas naturas indivisibiliter & inconfuse unitas intelligat, ut manente earumdem differentia naturarum, ipse unus atque idem vere sit Dei, & veras hominis Filius; anathema sit.* Sequuntur alia capitula hæretici.

XCIX. Cap XXI. hæret. *Sed non volentes ista considerare, voces omnes trahere ad Dominum tentarent Christum, ut ea quæ de populo facta sunt, simili modo intelligerent, & risum præstarent Judæis, quando ex scripturarum sequentia nihil ad Dominum Christum pertinentes ostendant voces.*

Cap. XXII. hæret. *Tale est & quod non derelicta est anima ejus in inferno, nec caro ejus vidit corruptionem: Nam Propheta quidem supra modum ipsam ponit circa populum providentiam, volens dicere: quoniam inter tentabiles * eos ab omnibus conservavit malis. Quoniam autem hoc verum & ex ipsis rebus eventum accepit in Domino Christo, frequentissime de eo loquens beatus Petrus, utitur voce; ostendens quoniam quod de populo supra modum dictum est; ex quodam ratione utente voce Propheta, hoc verum eventum in ipsis rebus accepit nunc in Domino Christo.*

C. Vigilius Papa. *In suprascriptis vigesimoprimo & vigesimo secundo capitulis hoc videtur dici, quod prophetiam, quæ ex persona Christi loquens ait (a): Non derelinques animam meam in infernum; nec dabis sanctum tuum videre corruptionem: non de ipso Christo prædictam fuisse, sed de populo Israelitica generationis: beatum vero Petrum Apostolum (b) ad Christum hanc prophetiam per eventum aptare voluisse. Et ideo qui hæc ita sapit, docet, credit, aut prædicat; anathema sit.* Rursum Theodorus:

(a) Ps. 15.

(b) Act. 2.

CI. Cap. XXIII. hæret. *Eumdem intellectum habet & illud (c): Diviserunt sibi vestimenta mea, & super vestimentum meum miserunt sortem. Quod etenim psalmus nullatenus convenit Domino, certum est: neque enim erat Domini Christi, qui peccatum non fecit, nec inventus est dolus in ore ejus, dicere: Longe a salute mea verba delictorum meorum, Sed & ipse Dominus, cum secundum communem hominum legem in passione opprimeretur (d): Deus meus, Deus meus, quare me dereliquisti? misit vocem. Et Apostoli (e): Diviserunt sibi vestimenta, & super vestimentum meum miserunt sortem, ad eum traxerunt manifeste: quoniam quod supra modum dictum fuerat prius a David propter illata ei mala, hoc ex operibus evenit in Domino Christo, cujus & vestimenta diviserunt, & sortem eis subjecerunt.*

(c) Psal. 21.

(d) Mat. 27. Marc. 15.

(e) Mat. 27. Joan. 9.

CII. Vigilius Papa. *In suprascripto vigesimotertio capitulo exponendo quædam vigesimi primi psalmi verba, quibus dicitur, Diviserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem, negantur Jesu Christo Domino convenire; sed quod David propter quædam mala quæ perpessus est, de se dixerit, Evangelistam ex eventu ad Christum traxisse. Et adjicitur: Quia non poterat dicere Dominus Jesus, qui peccatum non fecit: Longe a salute mea verba delictorum meorum. Et ideo qui hæc sapit, docet, credit, aut prædicat; & non ea, in quibus delictorum meminit, ad corpus ipsius, quod est Ecclesia, quæ in hoc mundo sine delicto esse non potest, intelligit pertinere: illa autem de divisione vestimentorum non specialiter de ipso capite, id est, Domino Deo nostro Jesu Christo prædicta, & in ipso credit esse completa: anathema sit.* Post hæc Theodorus:

CIII. Cap. XXIV. hæret. *Foderunt (f) manus meas & pedes, & omnia perscrutabantur & quæ agebam, & quæ conabor. Nam foderunt, ex translatione dicit eorum, qui per fossionem scrutari quæ in profundo sunt tentant. Dinumeraverunt omnia ossa mea: totius meæ fortitudinis & totius meæ substantiæ detentores facti sunt, ut etiam numero mea subjicerent. Istud autem ex consuetudine, quam habent hostes, dixit: qui quando obtinuerint, numero & talibus subtilem notitiam inventorum faciunt: propterea & sequenter dicens: Ipsi vero consideraverunt, & conspexerunt me. Intulit: Diviserunt sibi vestimenta mea, & super vestimentum meum miserunt sortem. Considerantes enim me, ait, & conspicientes, quod omnia eis evenerunt in me desiderata (conspicere enim ita ut apud nos dicitur pro eo quod est vidit) in eum, quæ volebat pati eum; * jam tamquam me omnino malis dedito, sicut hostes in ea post vastationem & captivitatem divi-*

(f) Ps. 21.

se-

*ferunt sorte divisionem eorum facultates.* (a) Matt. 27. Joan. 19. *Et Evangelista (a) quidem in Domino verba ex rebus assumens, eis usus est, sicut & in aliis diximus. Nam quod non pertineat ad Dominum psalmus, in superioribus evidenter ostendimus. At vero beatus David supra modum ista magis in his, quæ ab Absalon facta sunt, dixit: quoniam dum recessisset David, jure bello metropolim ingressus, omnes quidem obtinuit res regales, non piguit autem patris cubile inquinare.*

CIV. Vigilius Papa. *In suprascripto vigesimo quarto capitulo de memorato eodem vigesimoprimo psalmo illa verba ubi dicit: Foderunt manus meas & pedes meos, dinumeraverunt omnia ossa mea: ipsi vero consideraverunt & inspexerunt in me: asseritur non de Christo esse prædicta, sed David hoc de se dixisse propter tyrannidem Absalon, qui regiam urbem substantiamque pervaserat, atque in terra omnia dinumeraverat patris: sed Evangelistam hæc ex eventu ad Christi traxisse personam. Qui igitur hæc ita credit, sapit, docet, aut prædicant; anathema sit.* Rursum ex impio Theodoro:

CV. Cap. XXV. hæret. *Quoniam cibi & potus suaves quidem fiunt in tempore gaudii, insuavia autem & amara in tristitia: talia erant (inquit) quæ ab illis fiebant, ut ex tristitia & ira esset quidem mihi in locum fellis cibus, esset autem & potio aceto nihil differens. Maxime autem hoc fit in iracundiis, quæ cum tribulatione fiunt, quod verisimile erat pati eos contra suos. Usus est autem Evangelista hoc testimonio in Domino. Et ipse autem Dominus: Zelus domus tuæ comedit me, de se ipso dicens. Et beatus Paulus de Judæis loquens: Fiat mensa eorum, &c. Et beatus Petrus* (b) Act. c. *de Juda (b): Fiat habitatio ejus deserta. Et certe diversis constitutis rebus, non quasi psalmo modo pro his dicto, iterum autem de illo, & iterum de alio. Sed quia de Judæis dicta sunt plura, qui superaverunt de Deo & lege convincentia illorum devotionem: necessarius est testimoniorum usus simul ex rebus captus, qualis est: Dederunt in escam meam fel, & in siti mea potaverunt me aceto.*

CVI. Vigilius Papa. *In suprascripto vigesimoquinto capitulo de eo loco psalmi, ubi dicit: Dederunt in escam meam fel, & in siti mea potaverunt me aceto: contra evidentem Evangelii veritatem exponitur, dicendo: quia nec vero aceto potatus est Dominus, sed ad tristitiam & iracundiam offerentium habuerit potationem in aceti loco, & escam in fellis; nec de ipso prædictum, sed Evangelistam hoc testimonio usum fuisse ex eventu in Domino. Propterea qui hæc ita sapit, docet, credit, aut prædicat; anathema sit.* Sequitur alia blasphemia:

*Sicut igitur per hujusmodi confessionem non Deitatis Nathanael habens scientiam ostenditur, Judæi & Samaritæ talia sperantes plurimum Dei Verbi a scientia longe erant, sic & Martha per confessionem illam non Deitatis habens tunc scientiam probatur: manifeste autem nec beatus Petrus: adhuc etenim ipsis sufficiebat tunc revelationem illam suscipientibus præcipuum aliquid & majus de ipso præter ceteros hominum phantasia accipere. Post resurrectionem autem Spiritu perducti ad scientiam, tunc & revelationis perfectam scientiam suscipiebant, ut scirent quia præcipuum ipsi præter ceteros homines, non aliquo puro honore ex Deo pervenit, sicut in ceteris hominibus, sed per unitatem ad Deum Verbum, per quam omnis honoris ei particeps est post in cælos ascensum.* CVII. Cap. XXVI. hæret.

*In suprascripto vigesimosexto capitulo & agnitionem Deitatis Christi ante resurrectionem ejus Petrus habuisse negatur, phantasiam vero intelligentiæ præ ceteris hominibus accepisse dicitur: & rursus dualitas Filiorum inducitur, dum hominem participem dicit ad Deum Verbum, postquam in cælos ascendit. Qui ergo ita sapit, docet, credit, aut prædicat, & non unum eumdemque esse intelligit Christum & Dominum nostrum Dei & hominis Filium, manente in ipso unitorum differentia naturarum; anathema sit.* CVIII. Vigilius Papa. Sed pergit blasphemus hæreticus:

*Matthæus quidem Evangelista (c) post tentationes dicit, quod accedentes Angeli ministrabant ei, scilicet cum eo constituti cooperantes, & omnibus circa eum Deo ministrantes, quod jam per certamina ad diabolum ostensus est clarior: sed & quod passuro ei aderant Angeli, ex EvangelIis (d) discimus. Et cum resurrexit, monumento visi sunt (e): per omnia enim ista monstratur dignitas Christi, quod inseparate ei Angeli aderant, & omnibus circa eum ministrabant: sicut enim a peccantibus separantur, sic & per meritum honoratis subveniunt. Propter quod bene Dominus ait (f): Quod majus videbitis, quod & cælum aperietur omnibus per me, & omnes Angeli semper mecum erunt, nunc quidem ascendentes, nunc vero descendentes, sicut ad domesticum Dei & amicum.* CIX. Cap. XXVII. hæret. (c) Matt. 4. (d) Luc. 22. (e) Matt. 28. Marc. 16. Luc. 24. Joan. 20. (f) Joan. 1.

*In suprascripto vigesimoseptimo capitulo, ubi de Matthæo Evangelista exponitur, quia consummatis tentationibus accesserunt Angeli, ut ministrarent Christo, dicitur: quia sicut & aliis per meritum honorato Christo subvenerint Angeli; & quia sic ad Christum in cælos ascenderint & descenderint Angeli, tamquam ad amicum & domesticum Dei. Qui ergo hæc ita sapit, docet, credit, aut prædicat, & non ut vero Deo, vere Dei* CX. Vigilius Papa.

Fi

Filio uni eidemque cum assumpta ex utero Virginis perfecta humanitate, Angelè utpote Creatori & Domino deservierint atque deserviant; anathema sit. Sequitur hæreticus:

CXI. Cap. XXVIII. hæret. Plus inquietabatur Dominus & certamen habebat ad animæ passiones, quam corporis, & meliore animo libidines vincebat, mediante ei Deitate ad perfectionem; unde & Dominus ad hæc maxime instituens videtur certamen: cupiditate enim pecuniarum non decipitur, & gloriæ desiderio non tentus, carni quidem præbuit nihil, nec enim illius erat talibus vinci: animam autem si non recepisset, sed Deitas est qui ea vinceret, nullatenus eorum quæ facta sunt, ad nos respiceit lucrum: quæ enim ad conversationis perfectionem similitudo Deitatis, & animæ humanæ? Etiam videntur Domini certamina non ad nos respiciens habere lucrum, sed ostentationis cujusdam gratia fuisse. Quod si hoc dicere non est possibile (certum etenim est, quod illa propter nos facta sunt, & majus certamen instituit ad animæ passiones, minus autem ad carnis) quanto & amplius & magis inquietare illos contingebat, & magis illa erant, quæ & ampliore indigebant medicina, videlicet, quod & carnem & animam assumens pro utraque certabat, mortificans quidem in carne peccatum, & mansuetans ejus libidines, & facile capiendas meliori ratione animæ faciens, erudiens autem animam & exercitans & suas passiones vincere, & carnis refrænare libidines. Hæc autem Deitas inhabitans operabatur, hac inhabitant merebatur utrique eorum.

CXII. Vigilius Papa. In suprascripto vigesimooctavo capitulo iterum purus homo Christus inducitur, qui ratione animæ, corporis dicitur mansuetas fecisse libidines, & erudisse animam, & exercitasse eam, ut passiones suas vinceret, & carnis in se libidines refrænaret: quæ tamen utraque mediante Deitate, operatam fuisse dicit animam: ut secundum hæc jam nec ipsum unum eumdemque Jesum Christum mediatorem Deì & hominum habeamus, sed carni & animæ mediatrix Deitas fuisse videatur. Quì igitur hæc ita sapit, docet, credit, aut prædicat; anathema sit. His adjungitur vigesimumnonum capitulum Theodori:

CXIII. Cap. XXIX. hæret. Sed si caro erat (inquit) crucifixa, quomodo Sol radios avertit, & tenebræ occupaverunt terram omnem & terræmotus, & petræ dirumpebantur, & mortui surrexerunt? Quid igitur dicant & de tenebris in Ægypto factis temporibus Moysis non per tres horas, sed per tres dies? quid autem propter alia per Moysen facta miracula? & quæ per Jesum Nave, quò Solem stare fecit; qui Sol & in temporibus Ezechiæ Regis & contra naturam retroversus est? & de Elisæi reliquiis, quæ mortuum suscitarunt? Si enim Verbum Deum passum demonstrant quæ in cruce facta sunt, & propter hominem non concedunt facta esse; & quæ in temporibus Moysis, propter genus Abraham non erant, & quæ in temporibus Jesu Nave, & quæ in Ezechiæ Regis: quod si illa propter Judæorum populum mirabiliter facta sunt: quomodo non magis quæ in cruce facta sunt propter Dei Verbi templum?

CXIV. Vigilius Papa. In suprascripto vigesimonono capitulo, dum quasi Apollinari, qui divinam naturam passionibus implicabat, contradicitur, a recto tramite declinatur, & modus assertionis exceditur, ut purus homo pependisse putetur in cruce. Et ideo quì hoc ita sapit, docet, credit, aut prædicet, & non Christum Deum verum credens, manente impassibili Deitate, eumdem carne propria passum esse confitetur; anathema sit. Pergit hæreticus:

CXV. Cap. XXX. hæret. Manifestum est autem quod unitas convenit: per eam enim collectæ naturæ unam personam secundum unitatem effecerunt. Sicut enim de viro & muliere dicitur (a), quod jam non sunt duo, sed una caro: dicamus & nos rationabiliter secundum unitatis rationem, quoniam non sunt duæ personæ, sed una, scilicet naturis discretis. Sicut enim ibi non nocet numero duorum unam dici carnem (certum est enim secundum quod una dicitur) ita & hic non nocet naturarum differentia personæ unitas. Quando etiam & naturas discernimus, perfectam naturam Deì Verbi dicimus, & perfectam personam: nec enim sine persona est, subsistentiam dicere perfectam, perfectam autem & hominis naturam & personam similiter: quando autem ad conjunctionem respiciamus, unam personam tunc dicimus.

(a) Matt. 19. Marc. 10.

CXVI. Vigilius Pap. In suprascripto trigesimo capitulo pessimo exemplo tentatur ostendi, quomodo una persona Christi possit intelligi, id est, sicut de viro & de muliere convenientibus legitur, sic & in Christo discretis naturis quasi unam esse personam: & sequitur perfectam esse naturam Deì Verbi, & perfectam personam, & perfectam hominis naturam atque personam similiter: unde apparet, quia & de exempla viri ac mulieris, ubi duæ personæ sunt, & de his quæ sequuntur, tametsi taceatur numerus, duæ autem induuntur unius Christi personæ. Quod qui ita sapit, docet, credit, aut prædicat; anathema sit. Prosequitur impius:

CXVII. Cap. XXXI. hæret. Sed Christum quidem secundum carnem assumptam servi formam, eum autem qui eam assumpsit super omnia nominans Deum, intulit tamen hoc secundum conjunctionem; ut per significationem nominum, naturarum manifestam divisionem faciat. Nemo igitur neque eum qui secundum car-

nem ex Judæis est, dicat Deum, nec iterum Deum qui est super omnia secundum carnem ex Judæis.

CXVIII. Vigilius Pap. In suprascripto trigesimoprimo capitulo, in expositione quæ de Symbolo trecentorum decem & octo Patrum facta videtur, non solum divisio naturarum asseritur, sed & absolute dicendo, neque eum qui secundum carnem ex Judæis nudus Deitate homo & purus sine carne Deus, quasi seorsum & seorsum duæ pronunciantur esse personæ. Si quis ergo hæc ita sapit, docet, credit, aut prædicat, & non sic in uno Christo unitas confitetur esse naturas; ut persona sive subsistentia singularitas agnoscatur; anathema sit. Adhuc Theodorus:

CXIX. Cap. XXXII. hæret. Jesum enim dicit a Nazareth, quem unxit Deus Spiritu sancto & virtute: qui autem Dei Spiritu unctus est, omnino aliquid inde assumpsit. Quis autem furens dicat de Spiritu aliquid assumpsisse divinam naturam? necnon & participem: participes enim ejus videlicet vocat qui & ipsi uncti sunt: qui autem uncti sunt, & in hoc participes ejus juste facti, non aliter unctionem communicare dicuntur, nisi ei qui assumptus est: hoc ipsum autem demonstratur, quod mercedem justam accepit: Pro hoc enim (inquit) quod (a) dilexisti justitiam & odisti iniquitatem, pro his præcipuam unctionem meruisti.

(a) Ps. 44.

CXX. Vigilius Pap. In suprascripto trigesimosecundo capitulo in commentis epistolæ ad Hebræos adhibetur illud Petri, ubi dixit (b): Jesum a Nazareth, quem unxit Deus Spiritu sancto & virtute. Et infertur: Qui autem Dei Spiritu unctus est, omnimodo aliquid inde assumpsit: & additur: Quis autem furens dicat de Spiritu aliquid assumpsisse divinam naturam? Per quæ verba purus homo Christus inducitur, qui unctione Spiritus sancti particeps factus sit divinæ naturæ, sicut & alii: & mercedis justæ nomine, quia dilexerit justitiam & oderit iniquitatem, præcipuam meruerit unctionem. Qui ergo ita sapit, docet, credit, aut prædicat; anathema sit. Pergit veternosus hæreticus.

(b) Act. 10.

CXXI. Cap. XXXIII. hæret. Rabbi, tu es Filius Dei, tu es Rex Israel: hoc est, tu es ille, qui de longo prædicatus es Christus: hæc enim scilicet de Christo sperabat, sicut domestico constituto præter omnes Deo.

Cap. XXXIV. hæret. Certus quidem & ipse erat Filius Dei, non secundum Deitatis dicens divinitatem, sed secundum quod domesticus Deo erat, per quod filii Dei qui per virtutem domestici Deo constituti homines interim vocabantur.

CXXII. Vigilius Pap. In suprascriptis trigesimotertio & trigesimoquarto capitulis de interpretatione Evangelii secundum Joannem adhibentur verba Nathanaelis dicentis Domino (c): Tu es Filius Dei, tu es Rex Israel. Et infertur dictum esse Christo tanquam domestico Dei, ut non ipse Christus sit Deus, sed plusquam alii homines sit domesticus Deo: & dicitur, quia sicut alii sancti homines filii Dei dicuntur, sic & Christus per familiaritatem, quam ad Deum habet, a Nathanaele, cum quo loquebatur, Deus sit nominatus. Quæ qui ita sapit, docet, credit, aut prædicat, & non eundem Christum verum Deum & verum hominem confitetur, unum in utraque natura perfectum; anathema sit. Rursum ex Theodoro:

(c) Joan. 1.

Quando enim dicit, De Filio suo, qui factus est ex semine David secundum carnem, non Deum dicit Verbum, sed assumptum servi formam: nec enim Deus secundum carnem, nec Deus ex semine factus est David; sed sumptus pro nobis homo, quem Filium beatus Apostolus manifeste vocat. CXXIII. Cap. XXXV. hæret.

In suprascripto capitulo trigesimoquinto, cum exponitur locus Apostoli de epistola ad Romanos, ubi dicit (d), De Filio suo, qui factus est ex semine David secundum carnem, unde servi forma depromitur, dicendo, quod hic Filium eum qui ex semine David factus est secundum carnem, non Deum Verbum dicat, sed sumptum pro nobis hominem, quem Filium beatus Apostolus manifeste vocet: quæ verba ostendunt nudum (sicut dictum est) hominem prædicari. Qui ergo ita sapit, docet, credit, aut prædicat, & non eundem qui ex semine David secundum carnem natus est, juxta David & Pauli Apostoli vocem, ipsum credit esse etiam super omnia Deum; anathema sit. Pergit impius: CXXIV. Vigilius Papa. (d) Rom. 1.

Renatus alter factus est pro altero non jam pars Adam mutabilis, & peccatis circumfusi, sed Christi, qui omnino inculpabilis per resurrectionem factus est. CXXV. Cap. XXXVI. hæret.

In suprascripto trigesimosexto capitulo ubi ad baptizatum dicitur, quia renatus alter factus est ex altero non jam pars Adam mutabilis, & peccatis circumfusi, sed Christi, qui omnino inculpabilis per resurrectionem factus est: quibus verbis Christum ante resurrectionem, (quod absit) vult videri fuisse culpabilem. Qui ergo hæc sapit, docet credit, aut prædicat; anathema sit. Addit adhuc execrandus hæreticus: CXXVI. Vigilius Papa.

Ut multam quidem ejus faceret diligentiam, omnia autem illius propria faceret & toleraret per omnes conductus passiones, per quas eum secundum suam virtutem perfectum fecit nec a mortuis secundum suæ naturæ legem recedens, sed sua præsentia & operatione & gratia liberans eum quidem de morte & malis quæ inde sunt, suscitans eum de mortuis & ad meliorem finem perducens. CXXVII. Cap. XXXVII. hæret.

In

CXXVIII. Vigilius Papa. *In suprascripto trigesimoseptimo capitulo dicitur, quia Christo in passionibus & morte Deus Verbum præsentia & operatione & ad gratiam affuerit: quod si ita est tamquam alter alteri præsens gratiam & operationem impendisse videbetur. Qui ergo hæc ita sapit, docet, credit, aut prædicat, & non ipsum Deum Verbum, servata impassibilitate divinitatis suæ in carne anima rationali & intellectuali animata quam sibi ab ipso conceptu univit ex Virgine, omnia quæ de passione ejus scripta sunt voluntarie sustinuisse dicit; anathema sit.* Subdit præterea blasphemus impostor:

CXXIX. Cap. XXXVIII. hæret. *Deinde ostendens cujus gratia passus est, diminutionem infert, quatenus extra Deum pro omnibus gustaret mortem: quia divina natura ita volente, separata illa, ipse pro se, pro omnium utilitate gustavit mortem: & ostendens quod Deitas separata quidem erat ab illo qui passus est secundum mortis experimentum, quia nec possibile erat illam mortis experimentum accipere, non tamen ille qui passus est, adfuerat secundum diligentiam.*

CXXX. Vigilius Papa. (a) Heb. 2. *In suprascripto trigesimooctavo capitulo & falsatum testimonium Apostoli agnoscimus: quia ubi legitur (a): Ut gratia Dei pro omnibus gustaret mortem: hic invenitur, Ut sine Deo pro omnibus gustaret mortem. Et hoc quasi astruendo dicitur: quia divina natura separata, ipse pro se, vel ut purus homo pro omnium utilitate gustaverit mortem. Qui ergo ita sapit, docet credit, aut prædicat; & non confitetur, quia Deus Verbum carnem, quam sibi ex ipsa conceptione, secundum substantiam adunivit, nec in passionibus, nec in morte umquam deseruerit; anathema sit.* Sequitur trigesima nona blasphemia hæretici.

CXXXI. Cap. XXXIX. hæret. *Jesum autem, ait, de Nazareth, quem unxit Deus Spiritu & virtute: cujus unctionem meritus, immaculatus effectus est per omnia, & ad divinam naturam meruit conjunctionem; neque conjunctionem suscepisset illam, nisi prius immaculatus fuisset, ut si condecebat illius unitatem.*

CXXXII. Vigilius Papa. (b) Act. 2. *In suprascripto trigesimonono capitulo rursum illud quod beatus Petrus dixit: (b) Jesum a Nazareth, quem unxit Deus Spiritu & virtute: exponens dicit, per unctionem Spiritus, quod meruit, & immaculatum eum per omnia factum, & ad divinam naturam meruisse conjunctionem; quæ verba Christum purum hominem aperte signant. Qui ergo hæc ita sapit, docet, credit, aut prædicat; anathema sit.* Prosequitur Theodorus.

CXXXIII. Cap. XL. hæret. (c) Mat. 3. *Nam & illud: Hic (c) est Filius meus dilectus in quo mihi complacui: insania evidens est de Deo Verbo putare dicere eum. Qui enim dixit: Hic est Filius meus dilectus, & intulit, In quo mihi complacui: significavit, quod aperte ad comparationem hoc dicit aliorum filiorum, qui nec dilecti facti sunt, nec placere nimis potuerunt ei.*

CXXXIV. Vigilius Papa. *In suprascripto capitulo quadragesimo de interpretatione Evangelii secundum Matthæum: ubi dicitur: Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui: subiungitur & dicitur: Insania evidens est de Deo dicere eum. Qui enim dixit: Hic est filius meus dilectus, & intulit, In quo mihi complacui: significavit, quod aperte ad comparationem hoc dicit filiorum, qui nec dilecti ei facti sunt, nec placere nimis potuerunt. Quæ verba Christum Jesum purum rursus hominem, & adoptivum filium evidenter ostendunt. Qui igitur hæc ita sapit, docet, credit aut prædicat; anathema sit.* Addit porro ista hæreticus:

CXXXV. Cap. XLI. hæret. *Permanens autem donec secundum suam creaturam & virtutem solvens mortis labores liberavit eum ineffabilibus illis vinculis, & de mortuis resuscitans, transtulit quidem in immortalem vitam: incorruptum autem eum & immortalem & immutabilem efficiens, in cælum duxit.*

CXXXVI. Vigilius Papa. *In suprascripto quadragesimo primo capitulo dicitur, quod solvens mortis dolores, liberavit Christum ineffabilibus illis vinculis, & de morte resuscitans transtulerit quidem ad immortalem vitam, incorruptum autem eum & immortalem & immutabilem efficiens, in cælum eduxerit: per quæ omnia verba declaratur nudum hominem esse Jesum Christum. Qui ergo ita sapit, docet, credit; aut prædicat; anathema sit.* Pergit blasphemus:

CXXXVII. Cap. XLII. hæret. *Christum justificatum & immaculatum factum secundum virtutem sancti Spiritus (sicut beatus Apostolus modo quidem dicit quod justificatus est in Spiritu, modo vero quod per Spiritum æternum immaculatum se obtulit Deo) more quidem fecit secundum legem hominum, utpote autem impeccabilem virtute sancti Spiritus factum resuscitavit de mortuis, & vitam constituit meliorem, immutabilem quidem animæ cogitationibus, incorruptum autem & indissolutum & carne faciens.*

CXXXVIII. Vigilius Papa. *In suprascripto quadragesimosecundo capitulo dicitur Christum justificatum & immaculatum factum esse virtute Spiritus sancti: & adjecto, More quidem eum fecit secundum legem hominum, utpote autem impeccabilem virtute Spiritus sancti factum resuscitavit de mortuis. Quibus verbis sic separatus a Verbo Dei insinuatur homo, ut sancti Spiritus virtute immaculatus & impeccabilis quasi aliquis justus homo asseratur effectus. Qui ergo hæc ita sapit, docet, credit, aut prædicat: anathema sit.* Rursus execrandus Theodorus.

CXXXIX. Cap. XLIII. hæret. *Deo autem gratias, qui nobis dedit victoriam per Dominum nostrum Jesum Christum. Istorum causam nobis fuisse dicens Deum, qui contra omnes adversarios dedit nobis victoriam sive mortis, sive peccati, sive cujuscumque hinc nascendi mali: qui Dominum nostrum Jesum Christum pro nobis hominem sumens, & ipsum per resurrectionem de mortuis ad meliorem transtulit finem, & in dextera sua sedere fecit, & nobis ad eum donavit communionem.*

CXL. Vigilius Papa. *In suprascripto quadragesimotertio capitulo exponendo verba Apostoli Pauli, quibus dixit* (a): *Deo autem gratias, qui nobis dedit victoriam per Dominum nostrum Jesum Christum. Et post plura subjungitur: Dominus noster Jesus Christus pro nobis hominem sumens, & ipsum per resurrectionem de mortuis ad meliorem transtulit finem. Per quæ jam quasi existens homo, a Deo Verbo significatur assumptus, ut duo fuisse videantur, & alter alteri præstitisse. Qui ita sapit, docet, credit, aut prædicat; anathema sit*. Nondum finis blasphemiarum: adhuc pergit improbus hæreticus:

(a) 1. Cor. 15.

CXLI. Cap. XLIV. hæret. *Cum ergo interrogent, hominis genitrix ne, aut Dei genitrix Maria dicatur a nobis? Utraque, unum quidem natura, alterum autem relatione: hominis enim genitrix natura, quia homo erat & in ventre Mariæ, qui & processit inde: Dei autem genitrix, quia Deus erat in homine nato, non illum circumscriptum secundum naturam, sed quod in eo erat affectu voluntatis.*

CXLII. Vigilius Papa. *In suprascripto quadragesimoquarto capitulo dicitur: Cum ergo interrogent, hominis genitrix, an Dei genitrix, Maria dicatur; quasi ex respondentis persona, dicitur, utraque dici. Et adjungitur: Unum quidem natura rei, alterum autem relatione. Et additur: Hominis enim genitrix natura, quia homo erat & in ventre Mariæ, qui & processit inde: Dei autem genitrix, quia Deus erat in homine nato. Et adiicitur: Non ille circumscriptus secundum naturam, sed quod in eo erat affectu voluntatis. Quæ verba item & unum hominem Christum & duos filios beatæ Mariæ demonstrant. Quod qui ita sapit, docet, credit, aut prædicat; & non Deum Verbum, qui ante omnia sæcula ex Patre ineffabiliter natus est, eumdem sancta Virgine Maria (sicut in primo capitulo diximus) per secundam nativitatem suam incarnatum & natum unum in utraque natura inconfusa inseparabilique cognoscit; anathema sit.* Adhuc urgens impius addit:

CXLIII. Cap. XLV. hæret. *Gratia filius qui ex Maria est homo, natura autem Deus Verbum: quod autem secundum gratiam, non natura; & quod secundum naturam, non gratia; non duo filii? sufficiat corpori, quod ex nobis est, secundum gratiam filiatio, gloria & immortalitas: quia templum Dei Verbi factum est non supra naturam elevetur: Deus Verbum pro debita a nobis gratiarum actione non injurietur: & quæ est injuria componere eum cum corpore, & putare indigere corporis ad perfectam filiationem: nec ipse Deus Verbum vult se David filium esse, sed Dominum; corpus autem hoc vocari David filium non solum non invidit, sed & propter hoc adfuit.* Contra hæc Vigilius:

CXLIV. Vigilius Papa. *In suprascripto quadragesimoquinto capitulo dicitur, quia per gratiam sit filius qui ex Maria natus est homo, natura autem Deus Verbum: & quasi ratiocinatur dicendo: Quod gratia, non natura: & quod natura, non gratia. Et adjungitur: Sufficit corpori quod ex nobis est secundum gratiam filiatio, & non supra naturam elevetur, & Deus Verbum pro debita a nobis gratiarum actione non injurietur. Quæ verba nudum hominem ex Virgine Maria significant, qui per gratiam appelletur Filius Dei. Qui ergo hæc ita sapit, docet, credit, aut prædicat; anathema sit*. Insaniens adhuc ita blasphemat hæreticus:

CXLV. Cap. XLVI. hæret. *Quando erit quæstio de nativitatibus secundum naturam, ne Mariæ filius Verbum Dei existimetur. Mortales enim mortales generant secundum naturam, & corpus simile sibi: & duas nativitates Deus Verbum non sustinuit, unam quidem ante sæcula, alteram vero in posterioribus temporibus*. At damnans hæc Vigilius ait:

CXLVI. Vigilius Papa. *In supradicto quadragesimosexto capitulo dicitur ut Mariæ filius Deus Verbum non existimetur: adiiciendo, quia mortales mortalem generat secundum naturam, & corpus simile sibi. Quæ verba & purum hominem de sancta Virgine Maria significant, & duos Filios introducunt. Qui ergo ita sapit, docet, credit, aut prædicat; anathema sit*. Insuper hæreticus impie:

CXLVII. Cap. XLVII. hæret. *Ergo jam cessabunt ab impudente pugna, desistent autem a sua contentione, erubescentes evidentiam prædictorum: plurimos enim dicunt Filios in gloriam ducentes. Ecce igitur in filiationis rationem Apostolus* (b) *apparet, assumptum hominem cæteris connumerans, non secundum quod illius filiationis particeps est, secundum quod similiter gratia filiationem assumpsit, Deitate sola filiationem possidente*. Ita vero damnat ista Vigilius:

(b) 1. Tim. 3.

CXLVIII. Vigilius Papa. *In suprascripto quadragesimo septimo capitulo id quod dicit Apostolus, qui multos filios ad gloriam adduxerat, exponendo dicitur, quod assumptum hominem cæteris connumeret sanctus Apostolus, eo quod similiter gratiam filiationis acceperit, sola Deitate naturalem filiationem pos-*

*possideate. Quæ quidem verba (sicut superius dictum est) duos introducant Filios, id est, unum per gratiam, alterum per naturam. Quod qui ita sapit, docet, credit, aut prædicat; anathema sit.* Sed blasphemare non cessans hæreticus addit:

CXLIX. Cap. XLVIII. hæret. *Sed ad hoc dicant, quod, Jesus nomen Salvatorem significat: Salvator autem si dicitur, quomodo ille homo dicatur? obliti quod Jesus dicebatur etiam filius Nave: & quod mirandum est, quia non sit vocatus fortuito in generatione, sed transnominatus a Moyse: certum autem est quod non hoc imponere homini patiebatur, si divinam naturam omnimode significabat.* At damnat ista Vigilius, dicens:

CL. Vigilius Papa. *In suprascripto quadragesimooctavo capitulo de nomine Jesu quod Salvatorem significat, argumentando negatur, & dicitur: Quasi si Salvator divinam naturam significaret, nunquam tale nomen homini imponeretur. Quibus verbis absolute & purus homo Christus ostenditur, & duæ personæ intelliguntur. Quæ qui ita sapit, docet, credit, aut prædicat; anathema sit.* Adhuc insaniens blasphemus addit:

CLI. Cap. XLIX. hæret. *Itaque non solum Filium ipsum vocat a Deo Verbo separans, sed etiam secundum rationem filiationis communicans cæteris participibus filiationis connumeratur: quoniam gratia & ipse particeps fuit filiationis, non naturaliter ex Patre natus, habens tamen ad cæteros excellentiam, qui unitate ad ipsum filiationem possidet, quod ei firmiorem ipsius rei donat participationem.* Reiicit ista Vigilius, dicens:

CLII. Vigilius Papa. *In suprascripto quadragesimonono capitulo dicitur, quia Christus per gratiam particeps fuit filiationis, habens tamen ad cæteros excellentiam, quod ei firmior ipsius rei donata fuerit participatio. Quod qui ita sapit, docet, credit, aut prædicat, & non magis Deus Verbum cum assumpta carne unus atque idem Dominus Jesus Christus & verus Filius Dei & idem ipse verus Filius hominis intelligitur & creditur; anathema sit.* Pergit hæreticus:

CLIII. Cap. L. hæret. *Homo Jesus similiter omnibus hominibus nihil differens connaturalibus hominibus, quam quod ipsi gratiam dedit: Gratia eam data naturam non mutat: Sed post mortis destructionem donavit ei Deus nomen super omne nomen.* Contra hæc Vigilius:

CLIV. Vigilius Papa. *In suprascripto quinquagesimo capitulo dicitur, quod homo Jesus nihil differat ab omnibus connaturalibus hominibus, nisi, quod ei gratiam dedit: Quæ verba Dominum nostrum Jesum Christum velut unum de justis hominibus faciunt æstimari, qui non Deitate sua excelsus intelligatur, sed gratia aliquid amplius quam cæteri homines asseratur adeptus. Quod si quis ita sapit, docet, credit, aut prædicat; anathema sit.* Rursus impius:

*Sed mei fratres, qui ejusdem mihi matris sunt filii, dicunt mihi: Non separato hominem & Deum, sed unum eundemque dic hominem, dicens. Connaturalem mihi dico Deum. Si dicam, connaturalem Deo, dico: Quomodo homo & Deus unum sunt? numquid una natura hominis & Dei, Domini & servi, factoris & facturæ? Homo homini consubstantialis est, Deus autem Deo consubstantialis est: Quomodo igitur homo & Deus unus per nativitatem esse potest, qui salvificat & qui salvificatur? qui ante sæcula & qui ex Maria apparuit?* At audi Vigilium. CLV. Cap. LI. hæret.

*In suprascripto quinquagesimo primo capitulo negatur quod unus idemque dici possit Deus & homo, dicendo: Quomodo homo & Deus unus per unitatem esse potest? qui salvificat, & qui salvificatur; qui ante sæcula est, & qui ex Maria apparuit? Quæ verba duas introducunt in Christo personas. Si quis igitur ita sapit, docet, credit, aut prædicat; anathema sit.* Addit insuper execrandus hæreticus: CLVI. Vigilius Papa.

*Beat*[illegible] *: Namque ego homo* (a) *sum: ne dicat, nihil mirandum si hoc potes, cum sis homo accipiens a Deo: quoniam & ego cum hoc sim, accepio obedientes, semel habens jubendi potestatem propter datoris indulgentiam.* CLVII. Cap. LII. hæret. (a) Mat.8.

*Quapropter & nec incognitum est, ut eo accepta ista a Deo potestate, verbo solo jubentem abigere passiones: nec enim tamquam Filio Dei & ante universam creaturam existenti & Creatori eorum quæ sunt, accessit Centurio.* Sed contra ista omnia ita Vigilius: Cap. LIII. hæret.

*In suprascriptis quinquagesimosecundo & quinquagesimotertio capitulis dicitur; quia Christo dixerit Centurio, nihil mirandum esse si hoc potes, cum sis homo, accipiens a Deo: quoniam & ego cum hoc sim accepio obedientes, semel habens jubendi potestatem propter datoris indulgentiam. Et quoniam ex eo quod sequitur, Centurionem non tamquam Filium Dei adiisse, qui universam condiderit creaturam; videatur quidem esse confiteri eum esse Filium Dei & creaturæ totius opificem: Tamen quia nec de Centurionis intellectu bene existimavit, cujus Dominus fidem non laudaret dicendo, Non inveni tantam fidem in Israel, nisi sciret eum intellexisse quia Deus est: & ex his & superioribus capitulis & aliis dictis jam non per unitatem subsistentiæ, sed per gratiam dicitur Christus esse Filius Dei. & ex eo Christus purus homo videtur induci, qui pro merito suo acciperet per datoris indulgentiam potestatem. Si quis ergo hæc ita sapit, docet, credit, aut prædicat; anathema sit.* Instat adhuc blasphemus, addens: CLVIII. Vigilius Papa.

Con-

CLIX. Cap. LIV. hæret. (a) 1. Tim. 3. *Consonantia & Apostolus (a) dicit & manifeste magnum pietatis mysterium, quod manifestatum est in carne, justificatum est in Spiritu, dicens ipsum, sive quod ante baptisma, cum subtilitate competente legem custodivit, sive quod etiam post illud gratiæ conversationem cooperatione Spiritus cum magna complevit subtilitate.* At in hæc Vigilius:

CLX. Vigilius Papa. *In suprascripto quinquagesimoquarto capitulo id quod Apostolus dicit: Quod manifestatum est in carne, justificatum est in Spiritu: Christus justificatus esse asseritur, sive quod ante baptismum cum subtilitate competenti legem custodivit, sive quod etiam post illud gratiæ conversationem cooperatione Spiritus cum magna subtilitate compleverit. Quæ verba quia istum purum hominem Christum justificatione eguisse demonstrant: Si quis ita sapit, docet, credit, aut prædicat, & non magis ipsum ut verum Deum consubstantialem Patri & Spiritui sancto justificare impios per fidem credit; anathema sit.* Urget adhuc blasphemus:

CLXI. Cap. LV. hæret. *Idem hoc dicimus juste & de Domino, quod Deus Verbum sciens ejus virtutem, & secundum præscientiam statim in ipso initio complasmationis cohabitare bene voluit, & uniens eum sibi affectu voluntatis majorem quamdam præstabat ei gratiam, utpote gratia quæ in eum est, & in omnes homines dividenda. Unde & circa bona voluntatem integrem ei custodiebat. Non enim hoc dicimus, quod ille homo voluntatem habebat nullam, sed quod volebat quidem bonum; magis autem ei voluntarie plurimum aderat, & boni desiderium, & contrarii odium: conservabatur vero a divina gratia illi voluntas integra ab initio, Deo qualis erit subtiliter sciente, qui & ad confirmandum eum magnam illi cooperationem habitatione sua præstabat pro omnium nostrum salute: unde nec injustum dicas aliquis esse, quod præter omnes præcipuum aliquid datum est illi homini, qui a Domino assumptus est.* Ita profanus. Sed contra hæc Vigilius.

CLXII. Vigilius Papa. *In suprascripto quinquagesimoquinto capitulo dicitur, quia Deus Verbum secundum præscientiam sciens hominis Christi virtutem, initio complasmationis statim inhabitare in ipso bene voluerit, & uniens eum sibi affectu voluntatis, majorem quamdam ei præstabat gratiam. Ex quibus verbis, & ex aliis quæ sequuntur, duæ evidenter inducuntur esse personæ, & quia Filius Dei in Filio hominis per affectum & gratiam & relationem habitare videatur. Si quis ergo hæc ita sapit, docet, credit, aut prædicat, & non unum eumdemque Christum in duabus perfectis & indivisis inconfusisque agnoscit & credit naturis; anathema sit.* Addit vero adhuc impius:

*Nam rationalis quidem primum est discretio bonorum & malorum: cum vero non sint contraria, non erat ei possibile aliquid discernere. Primum igitur in his quæ creata sunt, magnam contrarietatem fecit.* Sed hæc expendens Vigilius, ait: CLXIII. Cap. LVI. hæret.

*In suprascripto quinquagesimo sexto capitulo dicitur, rationalis proprium esse discretionem bonorum, & malorum. Et post pauca sequitur: Primum igitur in his quæ creata sunt magnam contrarietatem fecit. Quæ verba si ea intentione dicantur, ut mali natura, sicut & boni, introducatur; anathema sit.* Sed rursum hæreticus: CLXIV. Vigilius Papa.

*Quoniam autem non obaudivit Adam, deinde subditus est morti, & factum est hoc propter inobedientiam, quod & citra inobedientiam, propter utilitatem nostram a Creatore factum est; & docti sumus omne peccatum.* At contra hæc Vigilius ita: CLXV. Cap. LVII. hæret.

*In suprascripto quinquagesimo septimo capitulo dicitur, quia etsi non fuisset Adam inobediens, tamen propter utilitatem hominum a Creatore factum esse; & edoctos non esse peccatum: quod absit ut Catholica fides credat, a Deo nos, ut peccatores efficeremur, doceri potuisse peccatum. Si quis ergo hoc ita sapit, docet, credit, aut prædicat; & non magis prohibente Deo, primi hominis culpa introductum fatetur esse peccatum, & justo Dei judicio eum atque ejus progeniem propter inobedientiam suam mortis subiisse supplicium; anathema sit.* Urget adhuc blasphemus, dicens: CLXVI. Vigilius Papa.

*Nec igitur mortem sponte & præter judicium suum intulit hominibus, nec peccato aditum ad nullam utilitatem dedit: nec enim hoc fieri, nolente ipso, poterat; sed quoniam sciebat utile esse nobis, magis autem omnibus rationabilibus, prius quidem malorum & deteriorum fieri aditum, postea autem deleri quidem hæc, introduci autem meliora: ideo in duos status divisit Deus creaturam, præsentem & futurum, in isto quidem ad immortalitatem omnia adducturus, in præsenti vero creaturam in mortem, & mutabilitatem interim demittens. Nam si statim ab initio immortales nos fecerit & immutabiles, nullam differentiam ab irrationabilibus haberemus; proprium nescientes bonum: ignorantes etiam mutabilitatem, immutabilitatis ignorabamus bonum: nescientes mortem, immortalitatis lucrum nesciebamus: ignorantes corruptionem, non laudabamus incorruptionem nescientes passionum gravamen impassibilitatem non mirabamur (compendiose dicam ne longum sermonem faciam) nescientes malorum experimenta, bonorum illorum non poteramus scientiam mereri.* Audi vero Vigilium: CLXVII. Cap. LVIII. hæret.

In

CLXVIII. Vigilius Papa. *In suprascripto quinquagesimo octavo capitulo dicitur, ideo Deum dedisse peccato aditum, quia utile hoc sciebat esse nobis magis autem omnibus rationabilibus ut prius videlicet malis & deterioribus rebus fieret aditus, postea autem his deletis introduci meliora.* Et adicitur: *quia si statim ab initio immortales nos fecisset & immutabiles, nullam differentiam ad irrationabilia haberemus, proprium nescientes bonum. Quibus verbis primum contra regulam fidei Deus asseritur tamquam nobis utile introduxisse peccatum. Secundo cum omnia rationabilia complectitur, hoc etiam de Angelis & de universa cælesti militia, quæ ratione est prædita, facit intelligi. Tertio quia illud, quod diabolus ad decipiendum primis hominibus persuaserit, quia si de ligno prohibito manducarent, sicut dii scientes bonum & malum, beneficii loco asseritur profuisse. Quæ si quis ita sapit, docet, credit, aut prædicat; anathema sit.* Rursum vero erroribus intexens errores impius addit:

CLXIX. Cap. LIX. hæret. *Necesse est autem omnia simul rationabilia, invisibilia dica, & nos ipsos, quibus mortale quidem est corpus, animam autem per omnia ejusdem generis invisibilibus & rationabilibus substantiis hic quidem præsentem mutabilitatem pati, ut optima erudiamur doctrina religiositatis, & ad benevolentiam constituamur.* Ad hæc Vigilius.

CLXX. Vigilius Papa. *In suprascripto quinquagesimonono capitulo dicitur: Necesse est omnia simul rationabilia, invisibilia, & nos ipsos, quibus mortale quidem est corpus, animam autem per omnia ejusdem generis invisibilibus & rationabilibus substantiis hic quidem præsentem mutationem pati, ut optima erudiamur doctrina religiositatis, & ad benevolentiam constituamur. Quibus verbis si & Angeli lucis, & universæ cælestes invisibilesque virtutes sic mutabilitati hactenus subiacere, sicut humana anima asseruntur; anathema sit.* Rursum hæreticus:

CLXXI. Cap. LX. hæret. *Nam sciebat quidem, quod peccabunt omnimodo: concedebat vero hoc fieri, expedire eis cognoscens, quoniam non erat impossibile eum qui fecerat non existentes, & tantorum quidem demonstraverit dominos: tanta vero bona proposuerit, ut eis fruantur, nec prohibere peccati aditum sed expedire eis hoc cognosceret: sed enim non erat possibile nos aliter discere peccatum & passionum molestias & deteriora, & nostram infirmitatem in his demonstrandam, & ostendendam magnitudinem immutabilitatis, quam postea nobis esset donaturus, nisi sic ab initio hæc fuissent a Deo dispensata, ut collatione & experimento infinitorum illorum bonorum possemus scire magnitudinem, & hujusmodi gratia, utpote profuturum nobis peccatum intrare dimittens, magnum in ejus bello auxilium invenit.* Contra hæc Vigilius:

*In suprascripto sexagesimo capitulo dicitur, quia Deus sciens hominem peccaturum, ideo peccare permiserit, quia hoc ei noverat expedire, & propterea non prohibuisse peccati aditum, quia sic ab initio a Deo fuerit dispensatum, ut collatione & experimenta infinitorum malorum, bonorum possemus scire magnitudinem, & hujus rei gratia, utpote profuturum nobis peccatum intrare dimittens, magnum in ejus peccati bello auxilium invenerit homo. Quæ verba quoniam aliena sunt a sensu divinæ Scripturæ, et dicitur, quia peccatum a Deo pro utilitate nobis introductum sit: Si quis ita sapit, docet, credit, aut prædicat; anathema sit. Sancta enim Catholica Ecclesia hoc certum tenet & credit, quia Deus & prohibuerit a peccato primum hominem, & per inobedientiam peccatum punierit justo supplicio: sed bene utens etiam malis nostris, singulari nos remedio, per unigeniti Filii sui incarnationem, passionem, mortem, & resurrectionem, hoc est Domini nostri Jesu Christi, ab omnium peccatorum nexibus liberavit.* CLXXII. Vigilius Papa. Hactenus sexaginta capitum facta damnatio, ipsaque præmissa defensioni Trium capitulorum: ne (ut dictum est) cum pro ipsorum defensione laborat, pro allata Theodori nomine mala doctrina pugnasse videri posset, & pati calumniam ab iis qui inferre parati erant. Subdit itaque hæc opportune Vigilius:

CLXXIII. De trib. Capp. ac primum de Theodoro Mopsuest. *His igitur competenter, & per Orthodoxæ fidei rectitudinem, Apostolicæ sententiæ auctoritate damnatis: constituimus, ut ex omnibus istis, quæ nos Patrum statutis atque traditionibus inhærentes Apostolica auctoritate damnavimus, nulla injuriandi præcedentes Patres vel doctores Ecclesiæ (quæ proculdubio scandala sacrosanctæ Ecclesiæ suscitat) præbeatur occasio: anathematizantes omnem ad ordines Ecclesiasticos pertinentem, qui Patribus atque doctoribus Ecclesiæ contumeliam ex suprascriptis impietatibus quodammodo ascribere vel irrogare voluerit. Et quoniam præfata dogmata, quæ secundum intellectum de his expositum anathemati atque damnationi subjecimus in eo volumine, quod nobis per fratrem nostrum Benignum Episcopum nuper a pietate vestra transmissum, sub Theodori Mopsuesteni Episcopi perhibentur nomine prænotata: ad hoc solicitudinis nostræ animum consequenter admovimus, ut si quid de persona vel nomine memorati Theodori apud Patres quæsitum sit, vel si quæ super ejus nomine ab eis regulariter fuerint constituta, sive disposita, diligentis-*

*tissima indagatione quærere curaremus. Et hæc investigantes advertimus beatæ recordationis Cyrillum Alexandrinum civitatis Antistitem de persona jam mortui Theodori Episcopi Joanni reverendæ memoriæ Antiochenæ civitatis Episcopo, vel Orientali Synodo ad ejus litteras rescribentem, inter alia ita tradidisse: Quæ prolata est in sancta Synodo Ephesina definitio, veluti a Theodoro disposita (sicuti offerentes dicebant) nihil habens sanum, evacuavit quidem eam sancta Synodus veluti perversarum plenam intelligentiarum, condemnans item eos qui sic sapiunt. Dispensatim vero mentionem viri non fecit, neque eum nominatim anathemati subdidit, neque alios. Ipsam vero Synodum Ephesinam primam soliciter recensentes, nihil de Theodori Mopsuesteni persona referre comperimus, sed symbolum, quod Carisius presbyter illic prodidit, magis quia ab Athanasio & Photio, qui tunc temporis hæretico Nestorio adhærebant, per Antonium & Jacobum nomina tantum presbyterorum habentes ad Philadelphorum Ecclesias fuerit destinatum: ex quo claret, beatum Cyrillum hoc quod per litteras profitetur, a prolatoribus scilicet symboli jam defuncti Theodori Episcopi nomen fuisse delatum, sua providentia Ecclesiasticam moderationem circa mortuum sapientia sacerdotali servantem, noluisse nomen ejus, ne monumentis quidem Synodalibus, propter regulam quæ de mortuis in sacerdotio servanda est, contineri. Quomodo autem hoc quod supra dixit beatus Cyrillus dispensative factum, ut minime anathemati nomen viri subiicere voluisset intelligi, ad Ecclesiasticam regulam porrigendum, in eadem epistola sua subter adjecit, dicens: Sed juste audient, tametsi nolint, qui hujusmodi causas præbent. Obliviscimini vos ipsos, quando adversus cineres arcus extenditis: non enim superest qui apud eos inscriptus est: & me nullus culpet in hæc verba progressum; sed cedant valde, nimirum prædecessori.*

CLXXIV. *Grave est enim insultare defunctis, vel si laici fuerint, nedum illis qui in Episcopatu hanc vitam deposuerunt. Justissimum enim apparet prudentibus viris cedere præscienti* Deo scilicet *uniuscujusque voluntatem, & cognoscenti qualiscumque quisque futurus sit. Beatum quinetiam Proclum hujus regiæ civitatis Antistitem ita memorati Joannis Antiocheni Episcopi similiter constat respondisse rescriptis, dicentem inter alia: Quando enim scripsi tuæ sanctitati, oportere aut Theodorum, aut alios quosdam, qui pridem defuncti sunt, anathemati subdi, aut nominatim alicujus feci mentionem? Et post pauca: Et illa capitula, quæ subjecta sunt, repuli, utpote subtilitatem non habentia pietatis: neque autem de Theodoro, neque de alio quoquam qui jam defuncti sunt scripsi, Deo amantissimi, aut ut anathematizaretur, aut ut abdiceretur. Sed neque charissimus Theodorus, qui a nobis directus est, diaconus, talia mandata suscepit. Item ipse beatus Proclus in epistola ad Maximum diaconum post alia ita dixit: Quomodo igitur per litteras didici nunc, quia Theodori Mopsuesteni & aliorum quorumdam nomina præposita sunt capitulis ad anathematizandum, cum illi ad Deum jam migraverint: & eos qui jam vitam reliquerunt, supervacuum est injuriari post mortem, quos nec vivos aliquando culpavimus. Et post pauca: Post subscriptionem autem tomi, & post abjectionem capitulorum, quæ cujus sint ignoramus, continuo præpara diaconum Theodorum venire ad regiam civitatem.*

*Perpendat ergo pietatis vestræ sapientia singularis, quia Proclus eruditissimus sacerdotum, & non longe a Theodori Mopsuesteni vita repertus mala quæ libenter damnaverat, cujus essent, se jam tunc professus est ignorare. Sed neque in sancto ac venerando Chalcedonensi Concilio aliquid de sapius designati Mopsuesteni Theodori Episcopi nomine invenimus statutum vel dictum esse contrarium, dum in relatione, quam eadem veneranda Synodus piæ memoriæ Marciano tunc Imperatori transmisit, quam vos quoque vestris legibus, dum Orthodoxa professione unum de sancta Trinitate Christum Deum ac Dominum nostrum confitendum astruitis, ad testimonium laudabiliter adduxistis, litteræ Antiocheni Joannis cum Orientali Synodo ad Theodosium tunc piissimæ recordationis Principem destinatæ venerabiliter memorentur, quibus Mopsuesteni Theodori Episcopi persona, ne post mortem damnari deberet, excusatur.* CLXXV.

*Post hæc ampliori cura prospeximus, si quid in his, qui jam defuncti sunt, & minime reperiuntur in vita damnati, etiam sanctæ recordationis prædecessores nostri decreverint. Quibus inspectis, agnovimus, quod hujus cautelæ providentiæque formam venerandæ prædecessorum nostrorum sedis Apostolicæ Præsulum constituta nobis apertissime tradiderunt. Nam beatissimus Papa Leo ad Theodorum Episcopum Foroliviensem post alia ita dicit: Non necesse est nos eorum, qui sic obierunt, merita actusque discurrere: cum Dominus Deus noster, cujus judicia nequeunt comprehendi, quod sacerdotale mysterium implere non poterat, suæ justitiæ reservavit. Item beatus Gelasius Papa in epistola, quam ad Episcopos Dardaniæ de causa Acacii scripsit, post alia ita dicit: Qui postquam in collegium ra-* CLXXVI.

ci-

evidens pravitatis, jure meruit ab Apostolica communione secludi, in hac autem persistens damnatione defunctus est, absolutionem quam superstes nec quæsivit omnino, nec meruit, mortuus jam non potest impetrare. Siquidem ipsis Apostolis Christi voce delegatum est (a). Quæ ligaveritis super terram, & quæ solveritis super terram. Cæterum jam de eo, qui in divino est judicio constitutus, nobis fas aliud decernere non est, præter id in quo eum dies supremus invenit.

(a) Matt. 18.

CLXXVII. Item memoratus beatæ recordationis Papa Gelasius in Gestis Synodalibus de Miseni Episcopi Camani absolutione confectis hoc evidenter edocuit, dicens: Totum quod supra facultatis est modulum, divino judicio relinquamus: non autem nobis poterunt imputare, cur prævaricationis offensam viventibus remittamus; quod Ecclesiæ, Deo largiente, possibile est: nec nos jam mortuis veniam præstare deposcant; quod nobis non esse possibile, manifestum est, quia cum dictum sit: Quæ ligaveritis & solveritis super terram: hos quos super terram jam non esse constat, non humano sed suo Deus judicio reservavit: nec audet Ecclesia sibimet vendicare, quod ipsis Apostolis conspicit non fuisse concessum: quia alia est causa superstitum, alia defunctorum. Hanc autem regulam, & in sanctorum Joannis Constantinopolitani Episcopi, quem Chrysostomum vocant, atque Flaviani ejusdem civitatis Episcopi venerandæ memoriæ constat esse servatum: qui licet violenter exclusi sunt, non tamen pro damnatis sunt habiti, eo quod semper inviolatam eorum communionem Romani Pontificis servaverunt: nec abscindi ab Ecclesia dici potuerunt, vel poterunt, quos sibi inconvulse unitos Apostolica judicavit auctoritas:

CLXXVIII. In Eusebii etiam cognomento Pamphili historiæ libro septimo legitur, Dionysium Alexandrinæ civitatis Episcopum, qui longe ante fuerat, de Nepote quodam Episcopo Ægypti ita fecisse: Hic enim Nepos Episcopus de mille annis, quibus post primam resurrectionem Sanctos cum Christo regnaturos esse, beatus Joannes Apostolus in Apocalypsi dicit, scripsisse asseritur, in quibus Judaicum intellectum habuisse narratur. Post cujus mortem, cum ad Dionysium Alexandriæ Episcopum pervenisset, quod tota Ægyptus ipsos libros, quos Nepos reliquerat, velut magnum aliquod & occultum mysterium se habere putaret: & pergens ad eum locum (in Arsenoite enim quæstionem ipsam motam fuisse refert) scribensque destruxit eosdem libros, atque evertit: Nepotem vero qui eos scripserat propter hoc maxime, quia jam defunctus fuerat, nulla sit aggressus injuria. Quæ si quis latius agnoscere velit, in memorato septimo historiæ ejusdem Eusebii libro reperiet.

CLXXIX. Quibus omnibus diligenter inspectis, quia licet diverso Patres nostri verborum modo, unius tamen ductu intelligentiæ disserentes, illæsas sacerdotum in pace Ecclesiastica defunctorum servavere personas, idemque regulariter Apostolicæ sedis quæ supra diximus definiunt constituta: Nulli licere noviter aliquid de mortuorum judicare personis: sed in hoc relinqui, in quo unumquemque dies supremus invenit: & specialiter de Theodori Mopsuesteni nomine, quid sancti Patres nostri disposuerint, superius evidenter expressum est: eum nostra non audemus damnare sententia, sed nec ab alio quopiam condemnari concedimus. Absit tamen, ut suprascripta capitula dogmatum quæ secundum subjectos intelligentiæ sensus a nobis constant esse damnata, vel quæcumque dicta cujuslibet sub nomine prænotata, Evangelicis tamen & Apostolicis ac quatuor Synodorum Nicænæ, Constantinopolitanæ, Ephesinæ primæ, atque Chalcedonensis, & Apostolicæ sedis non congruentia consonaque doctrinis, non solum sensu, sed vel etiam aure patiamur admittere.

CLXXX. De Theodoreti causa Cap. II. De scriptis vero quæ sub viri venerabilis Theodoreti quondam Episcopi nomine proferuntur: miramur primum, cur necesse sit ejus sacerdotis nomine in obtrectationem quicquam cujuslibet studio devocari, qui ante centum & amplius annos in sancta ac veneranda Chalcedonensi Synodo de judicio constitutus sine aliqua cunctatione subscripsit, & beatissimi Papæ Leonis epistolis prona devotione consensit. Dehinc cum existerent tunc Dioscorus & Ægyptii Episcopi, qui eum dicerent sanctum Cyrillum anathematizasse, & eumdem Theodoretum etiam hæreticum esse: tamen sancti Patres nostri hæc audientes, diligentissime eodem Theodoreto posthac examinatione discusso, & præsente a præsentibus inquisito, nihil aliud ab eo exegisse noscuntur, nisi ut statim Nestorium ejusque impia dogmata anathematizaret atque damnaret, hoc sibi tantummodo sufficere judicantes: quod ille coram universo Concilio faciens, Nestorium cum dogmatibus suis, universis Patribus audientibus, clara voce damnavit. Ex quo evidenter apparet, quia quicquid sit vel fuerit sub cujuslibet prolatum nomine, quod impiis Nestorii videatur concordare dogmatibus, hoc tunc in illo sancto Concilio a viro venerabili Theodoreto fuerit sine dubitatione damnatum: & sit valde contrarium & Chalcedonensis Synodi judicio indubitabiliter inimicum, quædam Nestoriana dogmata nunc sub ejus sacerdotis nomine condemnari, qui cum sanctis Patribus eumdem impium Nestorium & exsecrabilia ejus dogmata (sicut diximus) tunc

tunc apertissime anathematizavit. Quid enim aliud est, mendaces aut simulantes professionem rectæ fidei Patres in sancta Chalcedonensi Synodo residentes ostendere, quam dicere aliquos ex eis similia sapuisse Nestorio, quorum judicio videas Nestorium ejusque dogmata fuisse damnata?

CLXXXI. Nec illud arbitrandum est, quia sanctæ memoriæ Cyrilli injuriis per duodecim capitulorum ejus reprehensionem a viro venerabili Theodoreto (ut putatur) ingesta beatissimi Patres nostri in sancta Synodo Chalcedonensi neglexerint: sed aut (utpote rebus de proximo gestis cuncta præ oculis habentes) Theodoretum nihil tale fecisse probaverunt; aut exemplum ipsius sanctæ memoriæ Cyrilli judicaverunt esse sequendum, qui post multa & gravia contra se ab Orientalibus apud Ephesinum scripto gesta, tempore quo cum ipsis in concordiam remeavit, tamquam si acta non fuissent, pacis amore, silentio dereliquit: ut impleret utique illud Apostolicum dictum, quo Corinthiis scribit, dicens (a): Cui enim aliquid donastis; & ego. Nam & illud sancta Synodus Chalcedonensis intendisse credenda est, quia dum doctrinam sancti Cyrilli ex epistolis ejus in eadem Synodo referatis atque receptis memoratus Episcopus Theodoretus ita devota mente suscepit, ut doctrinæ quoque ejus ad laudandam beatissimi Papæ Leonis epistolam testimoniis uteretur; etiamsi in eum injurias intulisse constaret, plenissime satisfecisse videretur, illius venerabiliter amplectendo fidem, cujus falso fuerat suspicatus errorem. Et ideo nos nec aliquid velut omissum a Patribus nostris quærere nunc aut retractare convenit; & eos, quibus S. Cyrilli reprehensio nunc placet, aut iisdem sanctis Patribus nostris æstimant placuisse, modis omnibus refutamus.

(a) 2. Cor. 2.

CLXXXII. Theodoretus non damnandus. Hac ergo rerum veritate perpensa, statuimus atque decernimus nihil in injuriam atque obtrectationem probatissimi in Chalcedonensi Synodo viri, hoc est Theodoreti Episcopi Cyri, sub taxatione nominis ejus a quoquam fieri, vel proferri: sed custodita in omnibus personæ ejus reverentia, quæcumque scripta, vel dogmata ejus cujuslibet nomine prolata sceleratorum Nestorii atque Eutychetis manifestantur erroribus consonare, anathematizamus atque damnamus. Etenim satis habet, abundeque sufficere debet, quod damnantes atque anathematizantes cum Paulo Samosateno & Bonoso Nestorium, & e diverso cum Valentino atque Apollinare Eutychetem simul & errores eorum, aliosque hæreticos omnes cum dogmatibus suis, illos quoque pariter condemnamus, qui erroribus eorum impliciti & inemendabiles permanentes de vita præsentis sæculi migraverunt. Siquidem per hoc nihil perversæ doctrinæ relinquimus, quod non per hanc sententiam a nobis prolatam a sancta Dei Ecclesia Apostolica auctoritate inveniatur exclusum.

CLXXXIII. Anathematisat quinque. Rursus tamen hoc specialiter dicimus: ut si quis, servata inconvertibilitate naturæ divinæ, non confitetur Verbum carnem factum, & ex ipsa conceptione de utero Virginis humanæ naturæ sibi secundum subsistentiam unisse principia, sed tamquam cum existenti jam homine fuerit Deus Verbum, ut per hoc non sancta Virgo vere Dei genitrix esse credatur, sed verbo tenus appelletur: anathema sit. Si quis secundum subsistentiam unitatem naturarum in Christo factam denegat, sed seorsum existenti homini tamquam uni justorum inhabitare, Deum Verbum; & non ita confiteatur naturarum secundum subsistentiam unitatem, ut Deus Verbum cum assumpta carne una permanserit, permaneatque subsistentia sive persona: anathema sit.

Si quis voces Evangelicas & Apostolicas in uno Christo ita dividit, ut etiam naturarum in ipso unitarum divisionem introducat: anathema sit.

Si quis unum Jesum Christum verum Dei & eumdem ipsum verum hominis Filium futurorum ignorantiam aut diei ultimi Judicii habuisse dicit, & tanta scire potuisse quanta ei Deitas, quasi alteri cuidam inhabitans, revelabat: anathema sit.

Si quis illud Apostoli, quod est in epistola ad Hebræos (b) dictum quod experimento cognovit obedientiam, & cum clamore forti & lacrymis preces supplicationesque obtulit ad Deum, qui salvum illum posset a morte facere: tamquam nudo Deitate Christo deputans, qui laboribus virtutis perfectus sit, ut ex hoc duos introducere Christos vel duos Filios videatur, & non unum eumdemque credit Christum Dei & hominis Filium ex duabus & in duabus naturis inseparabilibus indivisisque confitendum atque adorandum: anathema sit.

(b) Hebr. 5.

CLXXXIV. Quos Vigilius noluit damnari mortuos. His omnibus & hujusmodi blasphemiis ita a nobis abdicatis atque damnatis; hac præsentis constitutionis dispositione quam maxime providemus, ne (sicut supra diximus) personis quæ in pace & communione universalis Ecclesiæ quieverunt, sub hac damnati a nobis perversi dogmatis occasione aliquid derogetur: sed execrabilibus dogmatibus in Nestorio atque Eutychete hæresiarchis, universisque eorum sequacibus condemnatis, illis sacerdotibus, qui in pace Catholicæ Ecclesiæ (sicut dictum est) sunt defuncti, nulla contumelia generetur: ne inde injuriarum nascatur occasio, unde potius debeat sanctorum Patrum reverentia custodiri.

Hic

CLXXXV. Hic adverte assertionem istam Vigilii de mortuis non condemnandis haud ita generaliter, ut ponitur, usu receptam. Quamvis enim aliquis probetur mortuus in pace Ecclesiæ, & tamen absque calumnia constiterit eum damnatam hæresim aliquam scriptis suis acerrime reliquisse defensam, & in eo errore perseverantem diem extremum clausisse, simulateque Catholicæ Ecclesiæ communicasse: ejusmodi hominem jure damnare post mortem sancta consuevit Ecclesia. Pergit vero Vigilius.

CLXXXVI. De Ibæ Episcopi causa cap. III. *De epistola quoque venerabilis viri Ibæ quondam Edessenæ civitatis Episcopi, de qua pariter inquisistis, diligenti nihilominus investigatione quæsivimus, si quid de ea priscis temporibus apud Patres nostros motum vel agitatum, sive quæsitum, seu fuerit constitutum. Et quia Græcæ linguæ (sicut cunctis & maxime pietati vestræ notum est) sumus ignari: nunc per nostros, qui ejusdem linguæ videntur habere notitiam, Gesta sancti venerandique Chalcedonensis Concilii in Synodalibus codicibus diligentissime perquirentes, dilucide aperteque reperimus, duabus in eadem Synodo Actionibus prædicti viri venerabilis Ibæ examinatum fuisse negotium, ibique ex Gestis apud Photium Tyri & Eustathium Beryti Episcopos habitis hanc de qua quæritur, inter cætera prolatam fuisse contra eum ab accusatoribus ejus epistolam: cumque consummata ipsius disceptatione negotii, a venerandis fuisset Patribus requisitum, quid de ejusdem constituendum videretur Ibæ negotio; consequenter hujusmodi processisse sententias (a):*

(a) Conc. Chalced. Act. 10. prope fin.

CLXXXVII. Ex actis Concilii Chalcedonensis. *Paschasinus & Lucentius reverendissimi Episcopi & Bonifacius presbyter tenentes locum sedis Apostolicæ (quia Missi Apostolici semper in Synodis prius loqui & confirmare soliti sunt, per Paschasinum dixerunt: Relectis chartis, agnovimus ex sententia reverendissimorum Episcoporum, Ibam reverendissimum innoxium approbari. Relecta enim ejus epistola, agnovimus eum Orthodoxum. Et ob hoc decernimus ei honorem Episcopatus restituendum, & Ecclesiam a qua injuste & absens expulsus est reparandum. De Episcopo igitur sanctissimo Nonno, qui pro eo paulo ante factus est, existimationis erit venerabilis Episcopi Antiochenæ Ecclesiæ, quid oporteat de eo formari * sive statui.*

* firmari.

CLXXXVIII. *Anatolius reverendissimus Archiepiscopus Constantinopolis novæ Romæ dixit: Deo amantissimorum Episcoporum & Judicum fides, ac lectio omnium horum quæ sunt subsecuta, demonstrant innoxium Ibam reverendissimum ab accusationibus quæ illata sunt in eum: Unde omnem in præsenti suspicionem abiicio, quoniam consentit & subscribit ei quæ nunc de fide sententia data est, a sancto Concilio & epistolæ sanctissimi Archiepiscopi Romæ Leonis; & dignum eum judico Episcopatu, & habere curam in qua pridem existebat Ecclesiæ.*

*Maximus reverendissimus Episcopus Antiochenus dixit: Ex iis quæ modo relecta sunt, constitui manifestum esse, quia ab omnibus ei illatis reverendissimus Ibas innocens est repertus: ex relecta vero rescripto epistola, quæ probata est ab eo qui adversarius ejus existit, Orthodoxa est ejus declarata dictatio.* Et cætera usque ad finem Actionis decimæ. Ex quibus omnibus ille cognoscitur scopus fuisse Vigilii, ut non errasse probaret Apostolicæ sedis Legatos, vel alios, qui interlocuti sunt post illam recitatam epistolam, Ibam esse Catholicum. Id se idcirco probare conatum, ne hac ex parte derogaretur Chalcedonensi Concilio, idem ipse ad finem hujus Constituti testatur; non autem ut cuncta quæ dicerentur in ipsa Ibæ epistola voluerit asseruisse Catholica. Quæ vero in eamdem sententiam post illa recitata ipse subiiciat, accipe: CLXXXIX.

*His igitur ita in sancta Chalcedonensi Synodi judicio dispositioneque jacentibus & ita vicariatum sedis Apostolicæ venerandorum Præsulum sustinentium & cæterorum Patrum interlocutionibus declaratis, evidenter advertimus, quod ab his qui in eadem sancta Chalcedonensi Synodo locum beatissimi prædecessoris nostri Papæ Leonis tenuisse noscuntur, dictum sit: Relecta ejus epistola, agnovimus eum esse Catholicum: & ab Anatolio Constantinopolitano dictum sit: Lectio omnium quæ sunt subsecuta, demonstrant innoxium Ibam reverendissimum ab his quæ in eum accusatores intulerant: a Maximo vero Antiocheno dictum sit. Ex relecto scripto epistolæ, quod perlatum est ab adversario ejus, Catholica est ejus declarata dictatio. Quorum interlocutionibus cæteri Episcopi non solum non contradixisse, verum etiam apertissimum noscuntur præbuisse consensum.* Hæc Vigilius. CXC. Judicium Synodi de epist. Ibæ.

Antequam autem ulterius progrediamur, hic te admonendum, lector putamus, non eo spectare sententiam Patrum Chalcedonensis Concilii suis ipsorum recitatis interlocutionibus, ut voluerint probasse epistolam Ibæ refertam erroribus recipiendam esse ut Orthodoxam, cum in ea essent complures affertæ blasphemiæ, neque id Vigilium afferere voluisse; sed tantum ex ea esse recipiendum Ibam, in qua nimirum testetur ipse se jam amplecti pacem Ecclesiæ; qua recepta, necesse fuerit eumdem probare Catholicum. Quod igitur CXCI. Utilis admonitio Auctoris.

ex dicta epistola complures viderentur assertæ blasphemiæ, ex quibus idem Ibas posset in suspicionem adduci Nestorianæ hæresis: ad hanc suspicionem perpurgandam (licet antea in eadem Actione demonstraverit se post pacem initam plenissime Orthodoxum, atque cum Cyrillo communicasse) ut ab illis omnibus idem ipse post pacem acceptam redderetur omnino liber, Patres sanctissimi ejusdem Chalcedonensis Concilii addiderunt hæc in fine ejusdem Actionis decimæ: *Omnes reverendissimi Episcopi clamaverunt: Omnes eadem dicimus: Nestorium modo anathematizet & Eutychetem & ejus dogma modo anathematizet. Ibas Reverendissimus Episcopus dixit: Et jam ea scripto anathematizavi Nestorium, & nunc anathematizo eum decem millies. Quod enim semel cum satisfactione fit, si fiat decem millies, non contristat: Anathema & Nestorio, & Eutycheti, & unam dicenti naturam: & omnem eum qui non sapit sicut hæc sancta Synodus, anathematizo.* Hæc ad finem decimæ Actionis Chalcedonensis Concilii Ibas. Quod igitur (ut dictum est) non propter errores, quibus antea fuerat Ibas implicitus, in eadem epistola recensitos, Patres dixerunt eam epistolam ut Catholicam recipiendam, sed quod ex illa ipse Ibas profiteretur se paci inter Joannem atque Cyrillum initæ consentire; hac ex parte iidem sanctissimi Patres pronunciarunt recipiendam esse: prout declarat his verbis, idem Vigilius inferius, cum ista subiungit:

Ibas plene cognitus Orthodoxus.

CXCII. *Propter illam prædicationem fidei, per quam venerandæ recordationis Cyrillus Alexandrinus Episcopus & reverendissimus Joannes Antiochenus Antistes atque omnes Orientales Episcopi per Paulum Emesenæ civitatis Episcopum ad concordiam redierunt, quam Ibas quoque in eadem epistola laudans libenter amplectitur; Orthodoxa est Ibæ Episcopi a Patribus pronunciata dictatio. Illa vero quæ in ipsa Ibæ sacerdotis epistola in injuriis beatæ recordationis Cyrilli per errorem intelligentiæ dicta sunt, Patres in sancta Chalcedonensi Synodo epistolam pronunciantes Orthodoxam, nullatenus receperunt: quippe quæ etiam ipse venerabilis Episcopus, intellectu capitulorum ejus meliore recepto, mutando refutavit, sicut interlocutione venerandæ memoriæ Eunomii Nicomediensis Episcopi in eadem sancta Chalcedonensi Synodo residentis evidentissime declaratur: quod ita se habet: Eunomius Episcopus Nicomediæ dixit: Jam quidem ex his quæ relecta sunt, innoxius approbatus est beatus Ibas: in quibus etiam dicendo male culpare visus est beatissimum Cyrillum; & in postremis recte confessus, illa quæ culpaverat refutavit: unde & ego anathematizantem eum Nestorium & Eutychetem & impia eorum dogmata, & consentientem his quæ a sanctissimo Archiepiscopo Leone scripta sunt, & in hac universali Synodo, dignum esse Episcopatu decerno.* Sic vides non alia ex parte probari a Patribus illis Ibæ epistolam, nisi quantum ad id spectat, quod significavit in postrema ejus epistolæ parte se in omnibus pactis conventis inter Joannem atque Cyrillum de unione Catholica facienda præbuisse consensum: nec aliud quidem sensisse cæteros qui interlocuti sunt Patres, ex eorumdem sententiis, quas mox addit, satis aperte demonstrat: pergit enim:

*Nam & venerabilis memoriæ Juvenalis interlocutio hoc idem significat: quod Ibas Episcopus de eo quod sancto Cyrillo capitula ejus aliter intelligendo detraxerat, postea professus, quia his ab eo explanatis & a se intellectis, in communionem ejus devote concurrerit, & de his quæ prius aliter intellexerat sit conversus: propterea recipere eum Episcopatum decrevit, utpote quantum ad professionem fidei Orthodoxam existentem, ita dicens: Qui convertitur, Scriptura divina suscipi jubet: quapropter & ab hæreticis revertentes suscipimus: unde prævideo reverendissimum Ibam mereri clementiam, quia & senex est, ut habeat Episcopatus gradum, Orthodoxum existentem. Quibus verbis* (inquit idem Vigilius) *hoc intelligitur: quod si ab hæreticis venientes suscipimus, quomodo Ibam, qui est Orthodoxus, & intellectu capitulorum beati Cyrilli hæsitans ei obloqui visus est, nunc ab eo in quo fallebatur intellectu conversum non suscipiamus, cum eum Orthodoxum constet existere? Neque enim Orthodoxum existere Ibam diceret Juvenalis Episcopus nisi ex verbis epistolæ ejus confessionem fidei Orthodoxam comprobaret. Ut autem appareat quia interlocutio Juvenalis Eunomii interlocutioni concordat, verba ipsa ex interlocutione Eunomii nos edocent, quæ inter alia ita se habent: In quibus enim dicendo male culpare visus est beatissimum Cyrillum, in postremis recte confessus, illa quæ culpaverat refutaverit. Ex quibus verbis evidenter declaratur, in Iba Episcopo nihil de confessione fidei reprehensum, quam constat esse laudatam; sed eumdem Ibam, quod fallente intelligentia de beato Cyrillo, male senserat, refutasse.* Hæc ipse Vigilius: qui, ne minus sufficientia esse putarentur ad Ibæ excusationem, quæ ex ipsius epistolæ extrema parte sunt allata, utpote quod possent in deteriorem partem accipi, quæ de duabus naturis Ibas ibi habet: *Non enim quisquam audet dicere quia una est natura divinitatis & humanitatis, sed confitentur in templum &* CXCIII.

in

*in eum qui in hoc habitat qui est unus Filius Jesus Christus.* Quæ quidem verba a Nestorianis in eum accipi sensum consueverunt, ut ita in Christo duæ ponerentur naturæ, quæ duas pariter constituerent personas inter se divisas, sicuti sunt templum & qui in eo habitat ab invicem separata: ne itaque putaretur Ibas ejusdem esse in verbis illis sententiæ cum Nestorianis; ipse Vigilius veluti declarationem verborum illorum ad rectum sensum deducendorum affert, dum docet ex Actis ipsum Ibam jam recepisse Ephesinum Concilium, cujus professione de Nestorianismo omnis suspicio tolleretur. Ait enim;

CXCIV. *Nam idem venerabilis Episcopus Ibas ex ipsis Gestis præcedentibus (sicut Photii & Eustathii sententia continet) apertissime perhibetur habere se & recipere omnia quæ in Ephesina prima Synodo gesta sunt, & æqua judicare quæ in Nicæa sunt constituta, & nullam differentiam arbitrari ejus ad alia, & nimis ejus sanctitatem se laudasse, pronuncians, quod prius Ibas sapuerit curare eos qui vel suspicione vel alio aliquo modo ejus læderent opinionem doctrinæ: nam & post explanationem duodecim capitulorum beati Cyrilli factum, & intellectum ejus sibi quem sanctus Cyrillus in ipsis capitulis habuit declaratum, & Orthodoxum eum se cum omnibus Orientalibus Episcopis habuisse, & in communione ipsius usque ad exitum permansisse professus est. Ex quo apparet, eumdem Ibam, & prius; quam duodecim capitula beati Cyrilli intelligeret, & cum in eis suspicaretur unam Christi prædicari naturam, Orthodoxo sensu quod male dictum existimaverat reprobasse: & post explanationem eorum, eumdem Orthodoxo sensu, quæ recte dicta cognoverat, venerabiliter suscepisse.*

CXCV. Quomodo & quando Ibas adversatus S. Cyrillo. *Sed & illud indubitanter cunctorum Fidelium mentibus patet, quod magis in Ephesina secunda heretico intellectu Dioscorus cum Eutychete beato Cyrillo & primo Ephesino Concilio contumeliae irrogarint, qui crediderunt sanctum Cyrillum unam naturam in Domino Deo nostro Jesu Christo per duodecim sua prædicasse capitula: & ob hoc aliquos Orientales Episcopos, qui unius naturæ prædicationem noluerunt suscipere, Dioscorus condemnavit: inter quos & Ibam Episcopum propter hanc specialiter fidei ejus professionem, qua duas naturas, unam virtutem unam personam, quod est unus Filius Dominus noster Jesus Christus, apertissime confitetur, hereticum condemnavit; & Eutychetem propter unius naturæ prædicationem sicut Catholicum revocavit, damnans quoque propter duarum naturarum vocem sanctæ recordationis Flaviani personam: & inventus est ipse magis Dioscorus Ephesinam primam Synodum conari destruere, qui eam sub execrabilis intellectus imagine defendebat; & amplius beatum Cyrillum criminatus est laudans Dioscorus atque Eutyches, quam Ibas sub falsi intellectus errore vituperans. Namque cum laus atque vituperatio ad unum tenderent intellectum: Dioscorus & Eutyches, qui laudaverunt, heretico spiritu laudasse reperti sunt, atque ideo sunt a sancta Chalcedonensi Synodo damnati: at vero Ibas Episcopus, qui per errorem unam putans in hic prædicari naturam prius vituperavit capitula; & post declaratum sibi intellectum eorum, communicatorem se beati Cyrilli cum omnibus Orientalibus esse professus est, & in Catholicæ fidei rectitudine ab eadem Chalcedonensi Synodo judicatus est permansisse. Hæc ergo eadem Synodus in Dioscoro atque Eutychete, qui se falso per beatum Cyrillum velamine tegere nitebantur, videns potius beati Cyrilli prædicationibus Dioscorum atque Eutychetem apparere contrarios per hoc quod unam post adunationem naturam blasphemo spiritu prædicabant, simili atque eadem Dioscorum cum Eutychete sententia condemnavit, destruens Ephesinam secundam, primamque confirmans.*

*Et quia nobis de Ezechielis Prophetæ verbis objicitur illud, quod ad sacerdotes Hierusalem malum a bono non discernentes, ex persona Domini dicebat* (a): CXCVI. Vigilii scopus. (a) Ezec. 22.
*Sacerdotes ejus spernentes legem meam, coinquinaverunt sancta mea, inter sanctum & pollutum non distinguebant, & inter medium mundi & immundi non secernebant: debet vestra pietas pariter nobiscum & universorum corda Fidelium ex his verbis advertere, ideo nos non audere Chalced. Synodi retractare judicium, ne ibidem considentibus sacerdotibus ista (quod absit) ab hereticorum insidiis macula inuratur: ut eos inter sanctum & pollutum, & inter medium mundi & immundi non potuisse discernere criminentur, si nos modo causas ejusdem sanctæ Synodi cum consensu sedis Apostolicæ judicio terminatas, sub qualibet occasione, viderint retractare. Propterea ergo discretionem atque judicium sanctorum Patrum nos in omnibus conservantes, & rerum omnium dispositionem, secundum eam quam reddimus rationem ex Chalcedonensis Synodi judicio declaratam, cum satis apertissima luceat veritate, ex verbis epistolæ viri venerabilis Ibæ rectissimo ac piissimo intellectu perspectis, & ex Gestis apud Photium & Eustathium habitis; & ex ipsius Ibæ Episcopi præsentis a præsentibus intentione discussa, Patres nostros in Chalcedone residentes justissime Orthodoxam ejusdem viri venerabilis Ibæ Episcopi pronunciasse fidem, & reprehensionem beati Cyrilli,*

quam

*quam humanitus per errorem intelligentiæ evenisse cognoveraut, congrua satisfactione purgatam: præsentis sententiæ nostræ auctoritate statuimus atque decernimus, cum in omnibus, tum etiam in sæpius memorata venerabilis Iba epistola intemeratum Patrum in Chalcedone residentium manere judicium.* Quo nempe declararunt ex ea Ibam comprobatum esse Catholicum, non autem quod qui in ea recitantur errores aliquo modo recipiendos esse putarint, quos jam antea ab iisdem Patribus & ab ipso Iba in eadem Synodo liquet fuisse damnatos. Quamobrem ne ob eam causam ab occasionem quærentibus ex ea epistola aliquid derogaretur integritati ipsius Synodi Chalcedonensis, idem Vigilius non pro defensione epistolæ, sed pro firmitate ejusdem Synodi conservanda hæc addit:

CXCVII. Duplex judicium de Ibæ ep. *Nec quemquam ad ordines & dignitates Ecclesiasticas pertinentem hoc Constituto nostro permittimus aliquando præsumere vel super ejusdem epistolæ negotium vel aliis in Chalcedonensi Concilio consensu Vicariorum sedis Apostolicæ judicatis, ordinatis, definitis atque dispositis, tamquam imperfectis atque reprehensibilibus, sive per additamentum, sive per diminutionem, sive per immutationem, vel quoquo modo aliquid temerariæ novitatis inferre.* Hæc ipse pro defensione atque integritate Actorum Synodi Chalcedonensis: adeo ut duplex de ea epistola esset judicium faciendum: alterum, cum epistola illa consideratur in ejusdem Synodi Actis inserta & ad hoc posita, ut qualis tunc esset Ibas, qui jam antea hæreticus fuerat, intelligeretur: hac habita ratione, nequaquam detrahendum quis jure dixerit Apostolicæ sedis Legatis, vel aliis, qui ex ea comprobarunt Ibam esse Catholicam, cum ex ea intelligeretur, ipsum esse, jam pace facta, redditum unitati, ob idque non esse explodendam epistolam, sed ad hoc quod diximus, probandum esse recipiendam: Alterum vero judicium faciendum, si ea ratio auferatur, atque seorsum posita extra Acta epistola illa consideretur: tunc quidem jure meritoque nemo non dixerit (quod pariter a sancta Synodo & sanctissimorum Pontificum decretis definitum postea fuit) eam epistolam ob blaspemias in ipsa positas penitus respuendam. Sed quæ his addat Vigilius, accipe:

CXCVIII. De duodecim capitulis Cyrilli. *Pari ratione decernimus, ut quisquam epistolæ beati Cyrilli, cui duodecim sunt subjecta capitula, vel ipsis capitibus adversus Nestorii perfidiam promulgatis existimet derogandum: cum constet eumdem Ibam, vel inter omnes Orientales Episcopos post explanatum sibi eorumdem capitulorum intellectum, beati Cyrilli communicatorem toto vitæ ejus tempore permansisse, abjicientem ea, & a veri intellectus rectitudine repellentem, in quibus vel ex suprascripta epistola unius Ibæ Episcopi, vel ex omnibus quæ in sancta Synodo Chalcedonensi judicata, ordinata, definita, atque disposita sunt, ita quicquam aptatur, ut per auctoritatem ejusdem Synodi aut perversum dogma assertum esse Nestorii, aut ipse dicatur Nestorius excusatus.*

*Et ne quis forsitan arbitretur ambiguum, quod præfatis Legatis atque Vicariis sedis Apostolicæ a beatissimo Papa Leone tantum fidei causa, & non etiam de depositorum incompetenter Episcoporum fuerit revocatione mandatam, & quasi superflue Ibæ quoque Edessenæ civitatis Episcopi causam coram sanctis Patribus existimet agitatam: noverit beatissimum Papam Leonem sanctæ Chalcedonensi Synodo hæc inter cætera scripsisse, dicendo: Quia vero non ignoramus per pravas æmulationes statum multarum Ecclesiarum fuisse turbatum, plurimosque Episcopos qui hæresim non reciperent, sedibus suis pulsos, & in exilia deportatos, atque in locum superstitum alios substitutos: his primitus vulneribus adhibenda est medicina justitiæ, ne quisquam careat propriis, vel aliter utatur alienis.* CXCIX.

*Et ne quis dubitet, utrum ea quæ de restitutione Episcoporum gesta sunt in Chalcedonensi Synodo, ad beatissimi Leonis fuerint perducta notitiam, & ab eodem confirmata: ipsam potius Synodi relationem ad beatissimum Leonem prædecessorem nostrum directam congrua legere sollicitudine non omittat: cujus post alia in fine hæc verba sunt: Omnem vobis Gestorum vim insinuare curavimus ad consistentiam nostram, & eorum, quæ a nobis acta sunt, confirmationem & dispositionem. Post quorum notitiam idem beatissimus Papa Leo ad piæ memoriæ Pulcheriam Augustam gratias referens de restitutis Episcopis, ita scribit: Clementia igitur vestra cognoscat omnem Romanam Ecclesiam de universis fidei vestræ operibus plurimum gratulari, sive quod legationem nostram pio per omnia juvistis affectu, & quod sacerdotes Catholicos, qui ab Ecclesiis suis injusta fuerant ejecti sententia, reduxistis. Ecce & in eo quod omnia gesta beatissimo Papæ Leoni directa sunt, rerum gestarum ad eum perducta notitia est, & in recurrentium actione gratiarum rerum gestarum confirmatio declaratur.* CC.

*Non dubitamus igitur omnium Fidelium sensibus patefactum, quæ Vicariis beati Leonis Papæ loco ejus Synodo præsentibus, ab eodem fuerit dispensandarum rerum forma mandata, vel quales ad expurgendum perceperint actiones, vel quæ ab illo generali Concilio, præsidente ac con-* CCI.

sen-

sentiente per Vicarios suos sedis Apostolicæ Præsule, fuerint constituta: quæ neque minui, neque augeri, neque perfringi, neque posse fas est ab aliquo retractari. Non licere autem venerandæ Chalcedonensis Synodi statuta convelli, vel quolibet colore seu titulo retractari, prædecessorum nostrorum pauca de innumeris prolata constituta nos docent, ex illius præcipue beati Leonis prædecessoris nostri epistolis, quo in Vicariis suis Summo Præsule floruit sanctum Chalcedonense Concilium. Ait namque in epistola ad piæ memoriæ Leonem Augustum ita: Hæc autem Dei munera ita demum nobis divinitus conferuntur, si de his quæ sunt præstita non inveniamur ingrati, & tamquam nulla sint quæ adepti sumus, contraria potius expectemus. Nam quæ patefacta sunt quærere, quæ perfecta sunt retractare, & quæ sunt definita convelli, quid aliud est, quam de adeptis gratias non referre, & ad interdictæ arboris cibum in pravos appetitus mortiferæ cupiditatis extendere? Et post aliquanta, ita: Prænoscat (inquit) igitur pietas tua, venerabilis Imperator, hos quos spondeo dirigendos, non ad confligendum cum hostibus fidei, nec certandum contra illos a sede Apostolica profecturos: quia de rebus & apud Nicæam & apud Chalcedonem, sicut Deo placuit, definitis, nullum audemus inire tractatum tamquam dubia vel infirma sint, quæ tanta per Spiritum sanctum fixit auctoritas. [Quid S. Leo pro integritate Concilii Chalc.]

CCII. Necnon idem beatus prædecessor noster Papa Leo ad præfatum venerabilem Augustum in alia epistola: Non sinas (ait) contra dexteræ Omnipotentis triumphos redivivis exurgere motibus extincta certamina: præsertim cum in damnatis jamdudum hæreticorum ausibus omnino non liceat: & hic fructus piis laboribus debeatur, ut omnis Ecclesiæ plenitudo in suæ unitatis soliditate secura permaneat nihilque prorsus de bene constitutis retractetur: quia post legitimas & divinitus inspiratas constitutiones velle confligere, non pacifici est animi, sed rebellis, dicente Apostolo (a): Verbis enim contendere nihil utile est, nisi ad subversionem audientium. (a) 2. Tim. 2. Nam si humanis persuasionibus semper disceptare sit liberum, numquam deesse poterunt, qui veritati audeant resultare, & de mundanæ sapientiæ loquacitate confidere. Item post pauca: Pie nobis & constanter videndum est, ne dum talium disputatio admittitur, his quæ divinitus definita sunt auctoritas derogetur. Item in epistola Papæ Leonis ad Anatolium Constantinopolitanum Episcopum: Ut autem hæc exhortatio ad omnium fratrum possit notitiam pervenire, diligentiæ vestræ cura perficiat: quia (quod sæpe dicendum est) tota religio Christiana turbatur si quicquam de his quæ apud Chalcedonem constituta sunt, convellatur; & quæ ex divina sunt dispositione composita, ulla patiamini novitate temerari.

CCIII. Sed & beatissimus prædecessor noster Papa Simplicius ad Zenonem Augustum sic inter cætera dicit: neque aliquis dubius rationis & trepidus mentis expectet novi aliquid post Chalcedonense Concilium contra definitiones ipsius retractari; quia per universum mundum insolubili observatione retinetur, quod a sacerdotum universitate est constitutum. Item memoratus Papa Simplicius Zenoni Augusto: Nullus ad aures vestræ pietatis perniciosis mentibus pandatur accessus, nulla retractandi de veterrimis fiducia concedatur: sic hæresum denique machinamenta cunctarum Ecclesiasticis prostrata decretis, numquam sinuntur oppugnationibus elisa reparare certamina. Item prædictus Papa Simplicius ad præfatum Zenonem Augustum: Ita Chalcedonensis Synodi constituta, vel quæ beatæ memoriæ prædecessor meus Leo Apostolica traditione perdocuit, intemerata vigere jubeatis; quia nec ullo modo retractari potest, quod illorum definitione sopitum est. [Quid pen Synodo Chalc. Simplicius Papa.]

CCIV. Constat ergo ex præfatis testimoniis Patrum, quam tenere debeamus pro Apostolicæ sedis rectitudine, & pro universalis Ecclesiæ consideratione cautelam: cujus nos quoque cautelæ jamdudum memores, in eam quam tunc dederamus ad Mennam Constantinopolitanum Episcopum epistolam, quam tum præsentibus pluribus sacerdotibus & glorioso Senatu, Menna sanctæ recordationis Episcopo vestra clementia offerente, & pietate vestra nobis cum ejus consensu restituente receptam, quantum ad Trium capitulorum causam pertinet, evacuavimus, nullatenus a loci nostri atque propositi circumspectione cessantes, competentem Chalcedonensis Synodi reverentiam curavimus omnibus exhibere, sicut series ejusdem testatur epistola; cujus ad probandam cautelam nostram subjecimus perpauca de plurimis: quibus diligenter inspectis, qualiter apud nos sancta Chalcedonensis Synodus inviolata permanserit atque permaneat, evidenter ostenditur. Siquidem de eadem Synodo ita nos ipsa epistola nostra certum est inter cætera posuisse, dicentes: Cum apud nos manifesta ratione perclareat quicumque in contumeliam antefactæ Synodi aliquid tentat agere, sibi potius nociturum. Item post alia: [Quid Vigilius consultum voluit Conc. Chalc.]

CCV. Sed si evidenter nobis fuisset ostensum in ipsis Gestis potius contineri, nullus auderet tantæ præsumptionis auctor existere, ut aliquid, quod in illud sanctissimum judicium productum est, velut dubium judicaret: cum credendum sit, illos tunc præsentes a præsenti rerum mo- [Quantum deferendum Synodis.]

*moria diligentius etiam præter scriptum aliqua requirere, vel definire certius potuisse, quod nobis nunc post tanta tempora velut ignota causa videatur ambiguum; cum & hoc deferatur reverentiæ Synodorum; ut & in his quæ minus intelliguntur, eorum cedatur auctoritati.* Item post alia: *Salvis omnibus, atque in sua perpetua firmitate durantibus, quæ in Nicæno Constantinopolitano, Ephesino primo, atque Chalcedonensi venerandis constant Conciliis definita & prædecessorum nostrorum auctoritate firmata; & cunctis, qui in memoratis sanctis Conciliis abdicati sunt, sine dubitatione damnatis, & his nihilominus absolutis, de quorum ab iisdem Synodis absolutione decretum est:* item post alia:

CCVI. Pro Conc. Chalced. Vigilii assertiones. *Anathematis sententiæ eum quoque subdentes, qui quævis contra prædictam Synodum Chalcedonensem, vel præsenti, vel qualibet in hac causa sive a nobis, sive a quibuscumque gesta scriptave inveniuntur, pro aliqua susceperit firmitate: & sancta Calcedonensis Synodus, cujus magna & inconcussa est firmitas, perpetua & veneranda, sicut Nicæna, Constantinopolitana, atque Ephesina prima habent, suam teneat firmitatem.* Item post alia: *Anathematizamus & eum quoque, quicumque sanctam Nicænam, Constantinopolitanam, Ephesinam primam, atque Chalcedonensem sanctissimas Synodos in una & immaculata fide Apostolis consonantes, & ab Apostolicæ sedis Præsulibus roboratas, non & fideliter sequitur, & æqualiter veneratur: vel qui ea quæ in ipsis sanctis Conciliis, quæ præfati sumus, gesta sunt, vult quasi prave dicta corrigere, aut vult imperfecta supplere.*

CCVII. Synod. Chalced. vult con sultum. *Ecce, venerabilis Imperator, luce clarius demonstratur, hanc nos habuisse semper in sanctarum quatuor Synodorum reverentia voluntatem, & quæcumque a sanctis Patribus in eisdem considentibus definita, vel statuta, sive judicata sunt, intemerata permanere. Manentibus ergo omnibus quæ de epistola Ibæ personaque ejus in sanctorum Patrum & sedis Apostolicæ Vicariorum interlocutionibus continentur, illud nobis, omnibusque Catholicis æquali voluntate sufficiat, quod illic sibi sancta Synodus sufficere posse clamavit, dicendo: Nestorium & ejus dogmata modo anathematizet: quo anathemate nefandissimorum Nestorii & Eutychetis ab Iba Episcopo toties iterato, totius satisfactum esse Synodi voluntati.*

CCVIII. Vigilii prohibitio. *His igitur a nobis cum omni undique cautela atque diligentia propter servandam inviolabilem reverentiam prædictarum Synodorum & earumdem venerabilia constituta dispositis: memores scriptum esse, terminos patrum nostrorum nos transcendere non debere: Statuimus & decernimus, nulli ad ordines & dignitates Ecclesiasticas pertinenti licere quicquam contrarium his quæ præsenti asserimus vel statuimus Constituto, de sæpe dictis Tribus capitulis aut conscribere, vel proferre, aut componere, vel docere, aut aliquam post præsentem definitionem movere ulterius quæstionem. Si quid vero de iisdem Tribus capitulis contra hæc, quæ hic asserimus, vel statuimus, nomine cujuscumque ad ordines & dignitates Ecclesiasticas pertinentis factum, dictum, atque conscriptum est, vel fuerit, & a quolibet ubicumque repertum; hoc modis omnibus ex auctoritate sedis Apostolicæ, cui per gratiam Dei præsidemus, refutamus.*

Subscriptio.

A ☧ Ω *Juvante Deo & per ipsius gratiam Vigilius Episcopus sanctæ Ecclesiæ Catholicæ urbis Romæ huic Constituto nostro subscripsi.* CCIX.

Subscriptiones Episcoporum.

*Joannes Episcopus Ecclesiæ Marsorum huic Constituto consentiens subscripsi.*

*Zacchæus Episcopus Ecclesiæ Scyllacenæ huic Constituto consentiens subscripsi.*

*Pastor misericordia Dei Episcopus Ecclesiæ Iconiensis Metropolis huic Constituto consentiens, subscripsi.*

*Vincentius Episcopus Claudiopolitanus Metropoleos huic Constituto consentiens, subscripsi.*

*Zacchæus Episcopus rogatus a fratre Valentino Episcopo Silvæcandidæ, ipso præsente & consentiente & mihi dictante, huic Constituto pro ipso subscripsi.* Valentinus hic est ille, de quo superius egimus: qui missus Vicarius a Vigilio Romam, in Portu Romano a Totila Rege Gothorum amputatus est manibus, ob idque per alium subscribit.

*Julianus humilis Episcopus Ecclesiæ Cingulanæ huic Constituto consentiens subscripsi.*

*Paulus humilis gratia Dei Episcopus Ecclesiæ Ulpianensis huic Constituto, quod beatissimus Papa Vigilius in causa Trium capitulorum protulit, ad omnia suprascripta consentiens, subscripsi.*

*Projectus Episcopus Nassitanæ civitatis huic Constituto consentiens, subscripsi.*

*Fabianus gratia Dei Episcopus Zapparenæ civitatis huic Constituto, quod beatissimus Papa Vigilius in causa Trium capitulorum protulit, ad omnia suprascripta consentiens, subscripsi.*

*Primasius Dei gratia Episcopus civitatis Adrumetinæ, quæ etiam Justinianopolis dicitur Concilii Bizaceni, huic Constituto, quod beatus Papa Vigilius in causa Trium capitulorum protulit, consentiens, subscripsi.*

*Stephanus Episcopus Ecclesiæ Ariminensis huic Constituto consentiens, subscripsi.*

*Alexander Episcopus Ecclesiæ Militenæ huic Constituto consentiens, subscripsi.*

*Julianus Episcopus Ecclesiæ Melitensis huic Constituto consentiens, subscripsi.*

*Redemptus Episcopus Ecclesiæ Nomentanæ huic Constituto consentiens, subscripsi.*

*Venantius Episcopus Ecclesiæ Lippiensis* * *huic Constituto consentiens, subscripsi.*

* Liparensis.

*Quodvultdeus Episcopus Ecclesiæ Numanæ* * *huic Constituto consentiens, subscripsi.*

* Nucerinæ.

*Theophanius Archidiaconus sanctæ Ecclesiæ Romanæ huic Constituto consentiens, subscripsi.*

*Pelagius miserante Deo diaconus sanctæ Ecclesiæ Romanæ huic Constituto consentiens, subscripsi.*

*Petrus miserante Deo sanctæ Ecclesiæ Romanæ diaconus huic Constituto consentiens, subscripsi.*

CCX. *Datum pridie Idus Maii, imperante domino nostro Justiniano perpetuo Augusto anno XXVII. Post Consulatum Basilii V. C. anno XII. in Constantinopolitana civitate.* Hactenus Vigilii tractatus, Constituti nomine nuncupatus. Porro ejusmodi Vigilii decretum ante conscriptum, ad Imperatorem primum datum, ab eodem ad Synodum missum esse, ex sequenti Collatione sexta Synodi Quintæ possumus intelligere, in qua allata ab ipso Vigilio pro defensione Ibæ epistolæ, nempe interlocutiones Episcoporum in Concilio Chalcedonensi, confutantur.

CCXI. Collatio sexta admodum depravata.

Agamus igitur de ipsa, quæ sexta ordine sequitur, Collatione: de qua primum monendum, quod dum falsa quædam afferre ibi reperiuntur, de impostura non mediocrem suspicionem inducunt: cum videlicet habetur ibidem dictum, Ibam negasse epistolam esse suam ex eo quod post unionem pacemque factam negaverit se quicquam contra Cyrillum esse locutum. Verum cum eodem momento pacis initæ eam scripserit Ibas epistolam; quod dixit, post unitatem, inclusive intelligi voluit, post quam minime probaretur ipsum adversus Cyrillum aliquod protulisse indecens verbum. Sed & quod ibidem subditur, eamdem epistolam in Synodo Chalcedonensi a Patribus fuisse damnatam, ipsa Acta secus docent: neutrum enim horum verum esse superius cum egimus de Chalcedonensi Concilio, sexto tomo ex ipsius Synodi Actis apertius demonstravimus. Certe quidem & Sanctum Gregorium Romanum Pontificem eadem Acta depravata nactum esse, dum eadem affirmat, item ostendimus. Etenim Ibam eamdem epistolam suam esse professum, & Legatos Apostolicæ sedis inter alios asseruisse, ex ea lecta epistola Ibam cognitum esse Catholicum, quod Catholica pacta conventa initæ pacis se recipere profiteretur, inter quæ erat damnatio Nestorii & ejus errorum, superius diximus.

CCXII. Collatio Sexta.

Porro hæc sexta Collatio, quæ celebrata ponitur decimoquarto Kalendas Junias, eo ordine disposita est, ut cum in ea actum sit de ipsa causa Ibæ (quod est unum ex Tribus capitulis) primo loco ipsius Ibæ epistola recitata sit, indeque contra Ibam epistola Procli in medium allata, ex quibus convinceretur Ibas post pacem Ecclesiæ perseverasse Nestorianus: postea judicium de ipso habitum Beryti breviter repetitum est. Inde vero additum de interlocutionibus Episcoporum, quæ in causa Ibæ in Chalcedonensi Concilio descriptæ reperiuntur, actumque est (ut apparet) adversus Vigilii Constitutum, licet præ reverentia ipsum non nominaverint: partimque excusant, partim vero redarguunt, hoc usi potissimum argumento: *In Conciliis non unius vel secundi interlocutionem attendere oportet, sed quæ communiter ab omnibus vel amplioribus definiuntur.*

Istis subiiciunt, ex Episcoporum etiam interlocutionibus probari epistolam Ibæ esse hæreticam, & damnatam a Patribus, cum videlicet, ipsum Ibam coegerunt damnare Nestorium, cui visa esset eadem epistola favisse. Posthæc autem relegi jussa sunt Acta primæ Synodi Ephesinæ, & sancti Leonis Papæ ad Flavianum epistola, atque ex Concilio Chalcedonensi patita fidei professio, cui collata epistola Ibæ in multis comprobata est hæretica, ob idque ab omnibus condemnata, dictumque iterum anathema Nestorio ac Theodoro Mopsuesteno. Hunceque finem tandem sortita est Collatio sexta.

CCXIII. Quomodo ex epistola hæretica Ibas ostensus Catholicus.

Sed quomodo hæc non contradicant Actis Synodi Chalcedonensis, in quibus interlocutione Apostolicæ sedis Legatorum & aliorum disertis verbis dictum est, ea lecta epistola, Ibam auctorem ejus probari esse Catholicum? Nam si epistola esse pronunciatur hæretica, quomodo auctor ipsius dici potuit probari Catholicus? De his cum sæpe superius dictum sit, dum de eodem Concilio Chalcedonensi est historia recitata, atque itidem nuper ingestum iterum: hic rursum paucis erit in memoriam revocandum: nimirum quod in fine habetur epistolæ, ejus auctorem Ibam pacem in Ecclesia initam esse testari, seque ostendere ex eo lætari, pacique consentire, dum de restituta concordia Deo gratias agit: cumque ea conditione transactio illa facta fuerit, ut Nestorius atque ejus

pariter condemnarentur, errores, Synoduſque Ephesina prior & in ea decreta reciperentur: plane ex neceſſaria proveniebat aſſumptione, ut & (quod Catholici eſſet hominis) Ibas Neſtorium condemnarit, Synodumque Epheſinam profeſſus ſit. Sic igitur haud perperam interlocuti ſunt Apoſtolicæ ſedis Legati & alii, cum dixerunt epiſtola illa lecta, Ibam probatum eſſe Catholicum: & hoc plane fuit quod interlocutus eſt Eunomius Epiſcopus, ipſam epiſtolam in principio apparere hæreticam, in fina vero inventam eſſe Catholicam. Sed de his modo ſatis, de quibus ſuperius ſæpe diffuſius actum eſt.

Quid a Grecis additum ad Conc. Chalced.

CCXIV. At non prætermittamus hic Græcorum illorum vaſritiem notam facere, nimirum præter fas juſque ſacrum corrupiſſe textum Synodalium Actorum, dum tandem addiderunt (quod diutius tentarant) verba illa ad Chalcedonenſe Concilium, de quibus ſub Hormiſda Papa diu fuerat altercatum, cum contenderent nonnulli Eutychianæ hæreſis ſuſpecti, præſertim vero Scythæ monachi de quibus ſuperius pluribus actum eſt, ut in ipſam ſacroſanctam Synodum Chalcedonenſem inſererentur verba iſta: *Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum unum eſſe de ſancta Trinitate*. Quod cum tunc non obtinuiſſent, quod abſque additamento Synodus recte conſiſteret: hic modo dum confertur Ibæ epiſtola cum Concilii Chalcedonenſis profeſſione, hæc recitant Synodi verba: Chalcedonenſis ſancta Synodus in definitione quam de fide fecit, prædicat Deum Verbum incarnatum hominem factum eſſe. Addideruntque Synodi verbis hæc: *Qui eſt Dominus noſter Jeſus Chriſtus unus de Sancta Trinitate, &c.* Quaſi id profeſſa fuerit ipſa Synodus Chalcedonenſis, quæ potius unam dicere maluit perſonam ſanctæ Trinitatis, quam unum de ſancta Trinitate. Sed cur id dicendum recuſarit Hormiſda ob dolos vitandos hæreticorum Eutychianorum, & cur a ſucceſſoribus ad confutandos Neſtorianos illa ſint verba recepta, dictum eſt de his pluribus ſuo loco ſuperius. Jam vero veniamus ad ſeptimam Collationem.

CCXV. Rurſus enim ad ſeptimum Kalendas Junii iidem qui ſupra Orientales Epiſcopi ad Synodum convenere. Ubi primum Conſtantinus Quæſtor nomine Imperatoris Synodo ſuggeſſit, ut ſingula legerentur quæ Vigilius ad diverſos ſcripſiſſet, ſive cum damnavit Ruſticum & Sebaſtianum Eccleſiæ Romanæ diaconos, ſive cum ſuſpicione pulſatus de Trium capitulorum damnatione litteras ſcripſiſſet ad Valentinianum, Tomitanæ in Scythia Eccleſiæ Antiſtitem, necnon ad Aurelianum Epiſcopum Arelatenſem; in eo ex his laborante Imperatore, ut poſſet arguere ipſum Vigilium prævaricationis, quaſi ante Tria capitula condemnaſſet, quæ poſtea defendiſſet. Ad poſtremum vero recitantur Acta Antiochena, quibus docetur, Neſtorianos vendicantes ſibi ut ſuum Theodoretum, ejus imaginem ſuper currum cum triumpho duxiſſe. His peractis, abſoluta eſt Collatio ſeptima.

Collatio Septima.

CCXVI. Ultima demum Collatio habita legitur quarto Nonas Junias: in qua recitata eſt ſententia contra Theodorum Mopſueſtenum, Ibæ epiſtolam, & Theodoreti ſcripta adverſus Cyrillum. Eſt ejus exordium: *Magno Deo & Salvatore noſtro Jeſu Chriſto, &c.* Ad calcem vero ſententiæ a Synodo poſiti habentur duodecim anathematiſmi contra Neſtorii, & Eutychetis hæreſes & adverſus Tria illa capitula: quæ omnia ſecuta ſubſcriptio Epiſcoporum roboravit. Ab Eutychio Epiſcopo Conſtantinopolitano primum omnium ſubſcriptum eſt latæ ſententiæ, inde ab Apollinare Alexandrino, & Domno Antiochano: ſed cum Epiſcopus Hieroſolymitanus non adeſſet Euſtochius per legatos ſubſcriptus legitur: ſunt omnes numerati centum ſexagintaquinque. Quid autem in eadem ſententia de Vigilio Papa ſint prælocuti, hic recitemus; ſic enim ſe habet:

Octava & ultima collatio.

CCXVII. *Quia contigit Vigilium religioſiſſimum in hac regia urbe degentem omnibus intereſſe quæ de Tribus capitulis moventur ſunt, & tum in ſcriptis quam ſine ſcriptis ea ſæpius condemnaſſe: poſtea tamen & conſenſit in ſcriptis in Concilio convenire & diſceptare una nobiſcum de his Tribus capitulis, ut definitio communiter ab omnibus nobis præbeatur fidei rectæ conveniens: piiſſimus Imperator* (ſe-

Quæ relata in ſententiam de Vigilio.

PAGIUS XVIII. *Collatio VII.*

A num. CCXV. ad CCXIX. Collatio VII. *die VII. Kalendas Junias* peracta. *Conſtantinus* Sacri Palatii Quæſtor cum inſtrumentis probantibus *Vigilium* Tria Capitula ſemper execratum eſſe ac damnaſſe, ad Synodum miſſus eſt ab Imperatore. Recitatum itaque anathema latum contra Romanos Diaconos *Ruſticum* ac *Sebaſtianum Judicati* impugnatores, & Capitulorum pervicaciſſimos defenſores. Lectæ item Epiſtolæ *Vigilii* ad *Valentinianum* Epiſcopum Tomitanum & *Aurelianum* Epiſcopum Arelatenſem; ex quibus omnibus liquebat, Vigilium non ſemel Tria Capitula condemnaſſe.

XIX. *Collatio VIII.*

In octava Collatione *die IV. Nonas Junias* celebrata, definitivam adverſus Tria Capitula ſententiam protulit Synodus. Subjiciuntur XIV. anathematiſmi, quorum tres poſtremi *Tria Capitula*, duodecimus non ſolum impia *Theodori* Scripta; ſed etiam ejus nomen ac perſonam, defenſoreſque configit. XIII. & XIV. *Theodoreti* quidem Scripta & *Ibæ* Epiſtolam, eorumque defenſores: *Theodoretum* autem ipſum & *Ibam* Orthodoxos Antiſtites, & in pace Eccleſiæ defunctos non configunt.

A num.

*(secundum quod inter nos placuit) tam ipsum quam nos hortatus est communiter convenire, eo quod sacerdotes decet communibus quæstionibus finem communem imponere. Unde necessario petivimus ipsius reverentiam, scriptis suas promissiones adimplere: nec enim justum esse amplius scandalum de his Tribus capitulis crescere, & Dei Ecclesiam conturbari.* Et inferius: *Cum autem & a nobis omnibus invitatus, & insuper gloriosissimis Judicibus missis ad ipsum a pissimo Imperatore promisit per se ipsum de iisdem Tribus capitulis sententiam proferre. Hujusmodi responso audito, Apostoli nos admonitiones in corde habentes, quod unusquisque pro se rationem reddet Deo timentes autem & scandalum imminens eis qui vel unum ex minimis scandalizant, quanto magis Imperatorem eta Christianissimum & populos & Ecclesias totas &c.* Subditur enim causa, cur ipsi ad ea de Tribus capitulis definienda permoti fuerint putantes præmissam excusationem sufficere, quod Vigilius Pontifex, vocatus licet tam solemniter, ad Synodum venire recusarit.

CCXVIII. Reverentur adversarii auctoritatem Rom. Pont. Ex his primum illud considerandum putamus, renuentem Vigilium minime coactum fuisse aliquo termino peremptorio ex more præfixo ad Synodum convenire, neque prohibitum pro arbitrio de causa in Synodo ventilanda, pendente Synodo, sententiam ferre; neque ulla ob id a Synodo censura perculsum. Illud insuper, quod sciret Synodus absque assensu Romani Pontificis irrita reddi decreta Concilii; utcumque possent Vigilii consensum ad ea quæ ab ipsis de Tribus capitulis sunt definita prætendere; in sententia posuerunt, antea ab ipso & scriptis & sine scriptis Tria damnata esse capitula, tacentes omnino quid ab ipso per editum Constitutum, pendente Synodo pro defensione Trium capitulorum decretum esset, utpote quod scirent, non esse cujusvis Synodi infringere latam sententiam ab ipso Romano Pontifice. Hæc, inquam, omnia tacuere, ut qui (quod dictum est) non ignorarent, nullius esse roboris, quæ contra præceptum ejusdem Pontificis esset Synodus congregata, & quæ ipso contradicente, in eadem fuissent Synodo constituta. Quod igitur scirent, non esse tantum virium cuivis Synodo quolibet numero Episcoporum pollenti, ut infringere possit decreta Romani Pontificis: silentio potius agere, quam contrariis niti viribus, consultius visum fuit: sicque nullam penitus de Vigilii Constituto quo defendebat Tria capitula, mentionem habendam esse duxerunt.

His ita se habentibus, si ad numeros omnes, quibus constare debet Synodus, CCXIX. Qualis ista Synodus. ut Oecumenica in spiritu sancto legitime congregata dicatur, istam conferas: rebus sic stantibus quas exhibent Acta plane consentiens ipsam non Oecumenicæ tantum, sed nec privatæ Synodi mereri nomen: ut quæ resistente Romano Pontifice fuerit congregata, & contra ipsius decreta ab ea pariter sententia dicta. At quomodo factum sit, ut eadem postea nomen Synodi obtinuerit Oecumenicæ, inferius dicturi sumus.

Hic modo illud considerandum est: num CCXX. Frustra condescenditur hæreticis. effectum illum fuerit id Concilium consecutum, cujus causa fuit indictum, nempe ut Eutychiani illi hæretici, qui dicebantur Hæsitantes, reciperent (ut promittebatur) sacrosanctum Chalcedonense Concilium, Tribus illis quibus offendi videbantur, capitulis condemnatis? minime gentium: etenim in errore pressius permansere. Unde ex hac Synodo evidens fuerit posteris relictum exemplum, nihil contra fas hæreticis concedendum sub specie conversionis illorum. Nam audi Leontium Scholasticum, qui his temporibus hæc scribebat (a). *Alia* (a) Leon. de Sect. Act. 6. in fin. & 7. (*inquit*) *nobis oritur de Justiniani temporibus difficultas: nam quia Justinianus, qui videret Hæsitantes acclamare Theodoreto* * *& Iba, quasique propter ipsos aversari Synodum, anathemati eos subjecit: obiiciunt nobis, quamobrem illos anathematizassemus? Aut boni scilicet erant, aut mali. Si boni, cur anathematizatis?* * Theodoro.



PAGIUS XX. *Quam Synodus Patem Ecclesiæ dedit.* A num. CCXX. ad CCXXIII. Ait Baronius, quinta Synodo absoluta, tantum abesse, *ut Pax reddita sit Ecclesiis, ut majus bellum exarserit*. Sed quis nesciat, inquit Card. Norisius citatus cap. 9. post Nicænam Synodum ingentes tumultus ab Eusebianis & Meletianis excitatos? Post Chalcedonensem, quas turbas Ecclesiæ *Acephali* non dedere? Quid igitur mirum si post quintam Synodum non statim Pax Ecclesiæ reddita est? Hanc sane pacem se donaturum Orbi Catholico per illam Synodum Justinianus existimaverat, unde eumdem Augustum initio sui *Constituti* Vigilius commendavit: *Laudabile*, inquit, *Clementia Vestra cognoscimus esse propositum, per quod summotis omnibus discordia fominibus*, &c. Sanctus vero Agatho circa finem Epistolæ ad Constantinum Pogonatum, quæ habetur Act. IV. sextæ Synodi ait: *Extremi quidem, præstantissimi tamen omnium Magni illius Justiniani, cujus ut veritas & pietas omnia in meliorem ordinem restauravit*, &c. Nam brevi Occidentalis Ecclesia Synodum V. recepit. Quam rectum etiam fuerit Justiniani consilium, docet Leontius in Lib. de Sectis Act. VI.

Sane in Oriente per Synodum V. omnia dissidia composita fuisse duo oculati testes XXI. *Id testantur duo testes oculati.* scripsere, Eustathius scilicet cap. 22. de Vita Sancti Eutychii, qui inquit: Post V. Synodum *summa pax, & magna tranquillitas in Dei Ec-*

*Si mali, cur a Synodo,* Chalcedonensi videlicet, *recepti sunt? Quod si vos jam ipsos ut malos anathematizatis, quid hoc ad Chalcedonense Concilium a vobis probatum, quod nos suscepit? Ad hoc respondemus, Justinianum hoc certa quodam consilia fecisse. Nam quia videbat (ut diximus) horum causa Hæsitantes Synodum aversari: perfecturum se putabat, ut iis anathematizatis, Synodus reciperetur. Ideoque duos anathematizandos duxit (quamquam minime anathematizatos oportuit) ut omnes ad unionem redigeret. Hanc igitur ob causam illos anathemati subjecit. Verum nec sic quidem adducti sunt Hæsitantes, ut Synodum reciperent.* Hæc Leontius, qui & alia quæ in Orthodoxos iidem Hæsitantes objicerent, recenset atque refellit. Citat ipsum Joannes Damascenus (a).

(a) Joan. Damasc. de Ortho. fid. l. 3. c. 11.

CCXXI. Justinian. resistentes Synodo punit exilio.

At non hæretici tantum minime conversi (quod ferendum aliquo pacto esset) sed quod longe deterius est, Orthodoxi schismate divisi sunt, & universa Ecclesia Catholica schismate dilacerata: & quod monstruosius accessit, ab Imperatore, qui Christianissimus semper videri voluit, persecutio excitata fuit, & haud quidem levis: siquidem illi qui damnationem Trium capitulorum non reciperent, Imperatoris jussa in exilium agebantur. Nam audi Liberatum diaconum (b), dum ait. quod sicuti omnes qui consentiebant in damnationem Trium capitulorum, ab Imperatore muneribus ditabantur: *Ita* (inquit) *non consentientes, depositi, in exilium missi sunt; vel aliqui fuga latitantes in angustiis felicem exitum susceperunt.* Hæc ipse, qui una cum suis Africanis pro Tribus capitulis pariter pugnavit. Sed & de Victore in Africa Episcopo hæc Isidorus habet (c): *Victor pro defensione Trium capitulorum a Justiniano Augusto exilio in Ægyptum transportatur. Unde rursus Constantinopolim evocatus, dum Justiniano Imperatori & Eutychio Constantinopolitanæ urbis Episcopo obtrectatoribus eorumdem Trium capitulorum resisteret, rursus in monasterium ejusdem civitatis custodiendus mittitur, atque in eadem damnatione (ut dicunt) permanens moritur.* Hæc de Victore Isidorus. Constat & Facundum Hermianensem Episcopum in Africa quæsitum ad pœnas, eo quod quam disertissime pro Tribus illis (ut diximus) scripsisset capitulis: ipsum autem captantem latebras evasisse, e quibus adversus Mocianum hæc ipsa exprobrantem libellum scripsit.

(b) Liberat diac. in Brev. c. ult.

(c) Isid. de Vir. illustr. c. 25.

CCXXII. Episc. Afri & Illyrici dira passi.

At non Africanis tantum Episcopis ob eamdem causam idem Imperator negotium facessivit, sed adversus Illyrici Episcopos, qui pro Tribus capitulis collegerant Concilium edictum promulgavit. De his enim hæc Isidorus habet, (d) cum de Justiniano Imperatore agit: *Condidit quoque* (inquit) *& rescriptum contra Illyricanam Synodum & adversus Africanos Episcopos, in quo Tria capitula damnare contendit, &c.* Immunes a persecutione illi tantum fuere, qui non sub ipsius Justiniani degebant Imperio: hincque accidit, ut Venetæ & ei adjacentium regionum Episcopi, eam essent sub Francorum dominio (Franci enim tunc illis dominabantur provinciis) contra Quintam Synodum cogerent Concilium Aquilejæ, cujus meminit Beda. Quem igitur contra adversantes Episcopos promulgasse constat edictum, num Vigilio Papæ pepercit, qui pro Tribus capitulis adversus Imperatoris promulgatum ante decretum & contra Synodi sententiam Constitutum ante a se editum universæ Ecclesiæ notam fecit? minime quidem. Liquet enim ex Anastasio Vigilium una cum iis qui cum ipso erant, in exilium fuisse deportatum, demum vero rogatu Narsetis ab exilio omnes pariter revocatos: de quorum restitutione suo loco acturi sumus.

(d) Isidor. de Vir. illust. c. 18.

PAGIUS

*clesia est consecuta;* & Cyrillus cap. 100. de Vita Sancti Sabæ, qui scribit: *Post hæc cum Sancta & Oecumenica V. Synodus congregata fuisset Byzantii, Theodorus Mopsuestiæ & Origenes, & una cum his impia de præexistentia & restitutione dogmata generali fuerunt subjecta anathemati, & sic hæreticis deinceps omni ablata libertate loquendi divini Sabæ Lauræ, & universa fere cum eis Palæstina, vigesimo tertio anno post illius mortem a gravibus hæresibus & temporis acerbitate, & iniquitate respirarunt, & quietem deinceps, & tranquillam vitam egerunt.* Mortuus est Sanctus Sabas anno DXXXI. universaque Palæstina, in qua a tempore *Joannis* Hierosolymitani, *Rufini* ac *Melaniæ*, circiter per annos CLX. Origenistæ ingentes turbas concitarant, Synodi V. beneficio pacem sortita est.

XXII. Sed inquit Baronius, nec eo pacto *Acephalos* ad unionem Ecclesiæ reductos. Verum non Synodus (sed ipsorum malitia in causa fuit; Trium enim Capitulorum dimissa a Synodo Chalcedonensi proscriptio, non unum erat argumentum, quo ad contradicendum *Acephali* seu Hæsitantes movebantur; erant pleraque alia, quæ recenset & solvit Leontius in Lib. de Sectis. Denique Novatores simili argumento Concilium Tridentinum labefactare conantur, quod, inquiunt, postquam illud celebratum fuit non solum plerique ad Ecclesiam non redierint; sed suis erroribus obstinatius adhæserint. Quinta itaque Synodus, Nicæna Tridentina, aliæque Oecumenicæ prava dogmata confodere, & viam quæ tenenda erat, docuere; quod si multi rebelles lumini fuerint, & in præconceptis opinionibus pertinaces, hoc ipsis Synodis non adscribendum. Porro quod Baronius ait, condidisse Rescriptum *Justinianum* contra Illyricanam Synodum, & Africanos Episcopos, pertinet ad annum DL. ut ibidem num. VI. ostendimus; & *Concilium Aquilejense*, cujus meminit *Beda*, Sergii tempore celebratum, ut anno DCXCVIII. ostendemus.

*Tumultus post illius celebrationem exorti eidem non imputandi.*

CCXXIII. An Vigilius consenserit quintæ Synodo.

Porro si Vigilius in exilium actus est: quomodo dicunt nonnulli ipsum Vigilium per litteras consensum jam Synodo tribuisse? Non enim ista sibi inter se adversantia simul convenire possunt, ut Vigilius consensum Synodo præbuerit, & in exilium actus sit: cum præsertim Liberatus testetur, eos qui in damnatione Trium capitulorum Synodo consenserunt, ab Imperatore abdicatos esse. Græcorum tamen nonnulli sunt, qui de ipsius Vigilii consensu affirmant, quod scilicet scirent absque ejus assensu cuncta irrita cassaque ipso jure esse. Evagrius enim hæc ait (a): *Vigilius autem per litteras consensit Concilio; non tamen interesse voluit.* Eadem quoque Nicephorus (b) tradit; necnon Eustathius in Vita Eutychii: id ipsum Cedrenus, Zonaras, atque Photius de septem Synodis apud Eutymium in Panoplia (c). Sed mihi verisimile non fit, ut vel pendente Synodo, vel statim ut est absoluta, id Vigilius fecerit, tum ex his quæ dicta sunt de ejus exilio mox secuto: tum etiam quod si verum esset, tunc per litteras assensum Vigilium tribuisse, atque litteræ illæ tanto emendicatæ labore atque industria Actis fuissent intextæ, & plurima earum exemplaria exscripta, notaque facta omnibus tum Orientalis, tum Occidentalis orbis Ecclesiis, non secus ac epistola Leonis Papæ, quod ex illis validarentur quæ a Synodo sancita ipso contradicente essent invalide. An autem post exilium assensus sit, cum redire Romam permissus est, suo loco dicemus.

(a) Evag. l. 4. c. 37.

(b) Nic. l. 17. c. 27. & 28.

(c) Eut. Pan. par. 2. tit. 24.

CCXXIV. Qua auctoritate quinta Synodus Oecumenica facta sit.

Sed dices: Si Vigilius tunc cum ageretur non consensit, neque ratam statim absolutam Synodum habuit: quonam pacto nomen & titulum & auctoritatem obtinuit Oecumenicæ? Hic siste, lector, atque rem attente considera: non esse hoc novum, ut aliqua Synodus, cui nec per Legatos ipse Pontifex interfuerit, sed adversatus fuerit, titulum tamen obtinuerit Oecumenicæ, cum postea ut hujusmodi titulum obtineret, Romani Pontificis voluntas accessit. Ita quidem accidisse superius diximus Synodo Constantinopolitanæ sub Theodosio Majore celebratæ, repugnante Damaso, qui (ut suo loco vidimus) Synodum ipsam Romæ celebrandam indixerat: cui tamen accedens postea ejusdem Damasi Papæ consensus, eam Oecumenicam esse fecit. Huic igitur Synodo etsi Vigilii consensum aliquando defuisse diximus, ipsius tamen postea, vel successoris ejus Pelagii, & aliorum qui post ipsum præfuerunt Pontificum Apostolicæ sedis assensu ipsa non caruit. Sic igitur quæ aliquando expers fuit penitus auctoritatis, ut nec legitima Synodus dici meruerit, eo quod resistente Romano Pontifice fuerit congregata, & eodem contra obnitente absoluta: ubi tandem pariter ipsius Vigilii & successorum Romanorum Pontificum sententia est probata, eadem titulo Oecumenicæ toti Christiano orbi plena illuxit auctoritate. Ex quibus quisque poterit intelligere, quanta vis in Apostolica sede resideat, cujus arbitrio pendeat, quid velit esse in universa Ecclesia sacrosanctum, & ab omnibus custodiri legitimum, atque canonicum comprobari.

CCXXV. Cur non ut aliæ quatuor quinta Synodus laudata.

Quod autem dum de Synodis agunt Patres, non eodem præconio eademque fiducia celebrant Synodum Quintam, sicut alias quatuor præcedentes: id ea ex causa accidisse videtur, quod hac ex parte haud adeo nobilis ista Quinta ut aliæ visa fuit, eo quod non de fide in hac actum est, sed de personis; in quatuor autem superioribus Synodis præcipua fidei Christianæ tractata atque stabilita sunt dogmata, nimirum de divinitate Filii Dei & Spiritus sancti, atque de incarnatione Verbi. Hinc vides sanctum Gregorium Papam non audere hanc Quintam cum quatuor superioribus conferre Synodis, cum ad Constantium Mediolanensem scribens, hæc ait (d): *Nunc ita facimus, sicut vobis placuit, ut quatuor Synodos solummodo laudaremus. De illa autem Synodo quæ in Constantinopoli postmodum facta est, quæ a multis Quinta nominatur: scire vos volo, quia nihil contra quatuor sanctissimas Synodos constituerit vel senserit: quippe quia in* ea

(d) Greg. l. 3. ep. 37.

PAGIUS XXIII. *Vigilius ob Tria Capitula defensa in exilium missus.*

A num. CCXXIII. ad CCXXXI. *Vigilium* statim non approbasse Concilium, & ob id in exilium pulsum, Baronius, aliique Anastasium secuti memoriæ prodiderunt, docueruntque eundem tandem ad subscriptionem inflexum. Em. tamen Card. Norisius citatus cap. 8. ex silentio Eustathii in Vita Sancti Eutychii, Victoris Tunnunensis in Chronico, & Liberati in Breviario, qui ne verbum quidem de hoc exilio habent, autumat Anastasium in hac narratione nullam fidem mereri. Verum quam infirmum esse argumentum negativum nullis aliis suffultum, jam sæpius diximus. Liberatus in fine sui Breviarii, inquit: *Ita non consentientes, depositi in exilium missi sunt:* capite vero 22. de Vigilio ait: *ab ipsa hæresi afflictus Vigilius non coronatus* (quia scilicet usque ad finem Tria Capitula non defendit) *qualem vitæ terminum susceperit, notum est omnibus.* Ita Trium Capitulorum Defensor hæresim vocat Justiniani factionem, & perseverantiam *Vigilio* defuisse asserit, quia in exilio Constitutum suum retractavit. Eustathius vero ea dicit de Vigilio Justiniani adulatione, quæ falsa esse constat. Nam cap. 4. Vitæ Eutychii ait, quatuor Patriarchas, quos *nemo meminit unquam convenisse*, huic Concilio interfuisse: quatuor autem Patriarchæ hi fuerunt: *Vigilius veteris*, & hie-

*ea de personis tantummodo, non autem de fide aliquid gestum est, & de his personis, de quibus in Chalcedonensi Concilio nihil continetur, sed post expressas Synodos seu canones facta contentio, & extrema Actio de personis ventilata est.* Hæc Gregorius, eo quod ea de controversiis Episcoporum post fidei definitionem statuta, appendix potius quædam ad ipsam Synodum viderentur.

CCXXVI. De probatione autem ipsius Quintæ Synodi idem S. Gregorius ad Joannem Constantinopolitanum Episcopum hæc habet (a): *Quintum quoque Concilium pariter veneror: in quo epistola quæ Ibæ dicitur, erroris plena reprobatur: in quo Theodorus personam Mediatoris Dei & hominum in duabus subsistentiis separans, ad impietatis perfidiam cecidisse convincitur; & in quo scripta quoque Theodoreti per quæ beati Cyrilli fides reprehenditur, ausu dementiæ prolata reperiuntur. Cunctas vero quas præfata veneranda Concilia prorsus respuunt, respuo; quas venerantur, complector.* Hæc Gregorius ad Joannem: in eamdemque sententiam ad Theodolindam Longobardorum Reginam sic ait (b): *Quantum vos pure diligimus, tantum de vobis fortius dolemus, quia vos imperitis stultisque hominibus creditis, qui non solum ea quæ loquuntur, nesciunt, sed vix ea percipere quæ audierint, possunt. Dicunt enim, piæ memoriæ Justiniani temporibus aliqua contra Chalcedonensem Synodum fuisse constituta. Qui dum neque legunt, neque legentibus credunt, in ipso errore manent, quem tibi de nobis ipsi finxerunt. Nos enim teste conscientia, fatemur de fide ejusdem sancti Chalcedonensis Concilii, nihil motum, nihil esse violatum: sed, quicquid prædicti Justiniani temporibus actum est, ita actum est, ut fides Chalcedonensis Concilii a nullo vexaretur. Si quis autem contra ejusmodi Synodi fidem aliquid loqui præsumit vel sapere, nos ejus sensum sub anathematis interpositione detestamur.*

(a) Greg. l. 3. ep. 24.

Recepta quinta Synodus ut Oecumenica.

(b) Greg. l. 3. ep. 4.

CCXXVII. Ad Sabinum vero subdiaconum sic: (c) *Exeuntes maligni homines turbaverunt animos vestros, non intelligentes neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant, astruentes, quod aliquid de Chalcedonensi Synodo piæ memoriæ Justiniani temporibus sit imminutum, quam omni fide omnique devotione veneramur: Et sic quatuor Synodos sanctæ universalis Ecclesiæ, sicut quatuor libros sancti Evangelii recipimus. De personis vero, de quibus post terminum Synodi aliquid actum fuerat, ejusdem piæ memoriæ Justiniani temporibus est ventilatum, ita tamen, ut nec fides in aliquo violaretur, nec de iisdem personis aliquid aliud ageretur, quam apud eamdem Synodum Chalcedonensem fuerit constitutum. Anathematizamus autem, si quis ex definitione fidei, quæ in eadem Synodo prolata est, aliquid minuere præsumit.* Hæc ad Sabinum: sed fusius de his agit scribens ad Secundinum, ubi inter alia (d) *Synodus quæ post eam generaliter facta est, idcirco a nobis recipitur, quia ejusdem Synodi*, Chalcedonensis scilicet, *in omnibus sequax honorem illius auctoritatemque custodit.*

(c) Greg. l. 2. ep. 10. Ind. 11.

(d) Greg. l. 7. ep. 53. Ind. 10.

CCXXVIII. At quod in epistolis suis breviter tantum attigisse hæc Gregorius potuit, nec cunctos qui ejus essent quæstionis valuit explicare numeros: idem scribens ad Hibernos Episcopos de his quærentes mittit ad eos Pelagii Papæ librum eodem argumento conscriptum, quo doceri potuissent, nihil ab Ecclesia perperam factum, quod ab aliis Episcopis jure redargui potuisset. Nam audi ipsum de his ad eos ita scribentem (e): *Ut de Tribus capitulis animis vestris ablata dubietate possit satisfactio abundanter infundi; librum quem ex hac re sanctæ memoriæ decessor meus Pelagius Papa scripserat, vobis utile judicavi transmittere: quem si, posito voluntariæ dissensionis studio, puro vigilantique corde sæpius volueritis relegere eum vos per omnia secuturos, & ad unitatem nostram reversuros nihilominus esse confido. Porro si post hujus libri lectionem, in ea qua estis volueritis deliberatione persistere, sine dubio non rationi operam, sed obstinationi vos dare monstratis.* Hæc ad Hibernos dicta ex causa schismate divisos Gregorius. Memi-

De libro Pelagii pro quinta Synodo.

(e) Greg. l. 2. ep. 36.

PAGIUS *& hic Eutychius novæ Romæ, Apollinarius magnæ Alexandriæ, Domninus Theopoleos; qui tanquam in corpus unum ex quatuor elementis conflati, unanimes idemque sentientes manus inter se conjunxerunt*; dicit etiam Eustathius, omnia in Synodo peracta esse *sine violentia, necessitate, partium studio, affectione*. Certe *Justinianus* Vigilium post Concilii quinti celebrationem, qui ipse refragatus esset, eo minus Constantinopoli versari permisisset, quo non solum alios Episcopos definitioni Concilii contrarios, qui in exilium misit, aut dignitate deposuit; sed etiam quia in Collatione septima Literas misit ad Patres, quibus prohibuit Vigilii nomen Sacris Diptychis recitari. Eas refert Baluzius citatus pag. 1545. & ex Manuscripto Parisiensi hæc verba producit: *Constantinus gloriosissimus Quæstor dixit: dum intersum sancto vestro Concilio propter recitationem chartarum, quæ apud vos insinuata sunt, piissimus Imperator formam destinavit ad sanctam vestram Synodum de Vigilii nomine, ut jam Sacris Diptychis Ecclesiæ inferatur propter impietatem, quam vindicavit, nec & recitetur vobis & conservetur tam in Ecclesiam hujus Regiæ Civitatis, quam in ceteras Ecclesias, quæ & vobis & reliquis Episcopis credita sunt in Republica a Deo ei commissa.* Quare Justiniano non magis religio fuit, *Vigilium in*

minit etiam ejusdem Pelagii Papæ epistolæ Paulus (a) diaconus, quam dicit fuisse conscriptam ab ipso Gregorio, cum esset diaconus. Ex quibus intelligas, librum illum non Pelagii Senioris, sed Junioris, qui præcessit Gregorium, fuisse opus.

(a) Paul. Diacon. de Gestis Longob. l. 3. c. 20.

CCXXIX. At non Gregorius tantum cum prædecessoribus Romanis Pontificibus, sed & successores omnes Quintam Synodum recepisse atque confirmasse noscuntur. Constat id de Leone Secundo, qui ad Constantium Imp. scribens, camdem Synodum confirmavit, cujus epistola in Sexta Synodo recitatur. Præstitit id ipsum Hadrianus Papa in epistola ad Nectarium data. Itemque in aliis Oecumenicis Synodis postea celebratis eadem Quinta Synodus Oecumenica cognita est atque probata: ut nihil penitus sit, quo in dubitationem amplius revocari possit. Verum quod ad hæc spectat tempora accidit quidum, ut cum his temporibus Vigilii Constitutum de Tribus capitulis comprobandis ubique vulgatum haberetur præ manibus, ejus nisi auctoritate atque fiducia complures Catholici orbis Episcopi Synodum Quintam minime receperint, atque a contraria illis sentientibus sese diviserint: fuerunt hi Episcopi Africani, Italique illi Venetiæ provinciæ atque Liguriæ, & alii Ebirotici, Illyrici, & illis finitimi, demumque progressum est malum (ut vidimus) ad Hibernos. Constituto namque Vigilii fretos, id sibi jure licuisse eos arbitratos esse, ex S. Gregorio satis intelligi potest.

Defensores constituti Vigilii conflarunt schisma.

CCXXX. Sed insurgens aliquis Novator, urgensque dilemmate, dicet: Si bene fecit Vigilius contraria prioribus decernens, Pelagiusque & successores aliud statuentes de Tribus capitulis, quam quæ ab ipso Vigilio statuta essent; fateri necesse est Vigilium ipsum aliquando errasse. Contra vero si Vigilius suo Constituto minime errasse dicatur; tunc dicere opus erit, eumdem aliud decernentem, id ipsumque confirmantes Pelagium & successores, a recto veritatis tramite deviasse. Vel saltem erit ut levitatis crimen Vigilius effugere minime posse videatur, juxta illud Ecclesiastici: (b) *Unus ædificans, unus destruens: quid prodest illis nisi labor?* Sed & prævaricationis notam quomodo effugiet, secundum Apostoli verba dicentis (c): *Si quæ destruxi, hæc iterum ædifico, prævaricatorem me constituo?* Ut autem hos solvas nodos, tricasque resolvas, tollas ambages, spinetaque tanta veritatis falce succidas, attende.

Diluendæ proponuntur objectiones.

(b) Eccl. 34.

(c) Galat. 2.

CCXXXI. Primum omnium absque controversia ulla ab omnibus consentitur (quod modo legimus ab ipso S. Gregoro sæpius inculcatum, & a nobis superius est pluries dictum) in his disceptationibus de Tribus capitulis nullam fuisse de fide quæstionem, ut alter ab altero aliter sentiens dici posset hæreticus. Rursum pariter ex his quæ dicta sunt in comperto est, utramque partem in altercando ac differendo professam esse, totum quod ageret, in id respexisse, ut consultum esset dignitati sicut & auctoritati sacrosancti Concilii Chalcedonensis. Id quidem Quintæ Synodi sexcenta loca, id Vigilium Papam suo Constituto sæpe sæpius inculcasse legisti: ut nec de his ulla dubitatio esse possit. Hæc cum ita se habeant: si licuit Vigilio ex causa vitandi schismatis priorem mutare sententiam, & contraria iis quæ antea statuisset Constituto decernere: cur ipsi non licuit ex eadem causa, mutato rerum statu, rursum mutare sententiam, itidemque ejus successoribus in ipsius Vigilii abire decretum? Cum præsertim (ut sæpe dictum est) in utroque bene esset consultum Concilio Chalcedonensi, sive cum damnaret Tria illa capitula, sive cum eadem ipsa defenderet, ut ex allatis pro utraque parte rationibus perspicue intelligi potest.

Salvo Concil. Chalced. disceptatum.

CCXXXII. Cum enim damnarentur eadem Tria capitula, nihil detractum fuit vel derogatum sacrosanctæ Synodo Chalcedonensi sed additum potius sive diximus aliquid magis perspicue declaratum. Etenim cum Theodorus Mopsuestenus in epistola Ibæ inveniretur esse laudatus: ne quis deciperetur, ut ob id a sancta Synodo ipsum una cum ejus scriptis putaret esse receptum, magnoque præjudicio Catholicæ veritatis plus illi quam par-

Contrariæ sententiæ quomodo in unum consentiant.

PAGIUS in exiliam mittere, quam ne nomen ejus in Diptychis recitaretur, prohibere.

XXIV. Porro vere dicit Gregorius Magnus, in Quinta Synodo non esse actum de fide, sed de solis Personis. Deinde non quintum, sed sola quatuor prima Concilia tanquam Dei Evangelia veneratur idem Gregorius. Quare licet hujus Concilii summa sit auctoritas, parem tamen cum aliis quatuor auctoritatem non habet. Hinc Gregorius in Literis ad Constantium Episcopum Mediolanensem, qui conabatur *Theodelindam* Longobardorum Reginam piissimam, a defensoribus Trium Capitulorum seductam ad communionem Ecclesiæ reducere, prudenter respondit: *Quod scripsistis, quia Epistolam meam Regina Theodelinda minime transmittere voluistis, pro eo quod quinta Synodus in ea nominabatur; si eam exinde scandalizari posse credidistis, recte factum est, ut minime transmitteretur. Unde nunc ita facimus, sicut vobis placuit, ut Quatuor Synodos solummodo laudaremus, & quintæ Synodi nullam memoriam faceremus.* Judicavit itaque Constantius per pravum ac erroneum de Quinta Synodo judicium non deperdi fidem, ideoque posse illud dispensatorie ad tempus tolerari; quod Gregorius comprobavit; cum tamen circa fidei Decreta dispensatorie dissimulari non possit.

*Quinta Synodus non æqualis auctoritatis ac quatuor præcedentes.*

par esset tribueret: placuit ipsum ex suis scriptis fuisse hæreticum demonstrare, pariterque damnare, ad obstruenda etiam hæreticorum ora, qui calumniabantur Synodum suscepisse in epistola Ibæ ejusdem Theodori præconia. Insuper quod in eadem epistola videri possent ab auctore laudata Theodoreti scripta, & Cyrillus nota Apollinaris erroris inustus: ne ex his daretur occasio, ut ab adversariis dici posset fuisse recepta a Synodo scripta Theodoreti contra Cyrillum, probasseque Synodum Cyrilli crimen: opus esse videbatur hæc veluti declarando, damnare jam antea improbata Theodoreti contra Cyrillum scripta. Rursum vero, ne quod Ibæ epistola Actis Synodi Chalcedonensis haberetur intexta conferta blasphemiis, a Synodo in omnibus videretur esse suscepta: placuit Synodo & aliis ejus sententiæ Episcopis eam ut hæreticam condemnare. Hæ sunt causæ & rationes, quibus Tria illa primum condemnare capitula tum Vigilius tum Justinianus, tum Synodus postea sunt persuasi. His accedebat, quod magna spes erat, si ea Tria capitula damnarentur, fore ut Eutychianorum pars illa, quæ Hæsitantium dicebatur, ad Ecclesiam remearet.

ccxxxiii. Quid prætenderent defensores Trium Capitulorum.

Ut autem Vigilius aliquando postea in hac sententia non steterit, sed pro defensione Trium Capitulorum fecerit Constitutum, utque alii quamplurimi diversarum Provinciarum Antistites itidem pro defensione Trium capitulorum solliciti fuerint, plures etiam accesserunt dignæ causæ & rationes: atque primum, quod veluti per cuniculos aditus patefactus videretur ad invadendum Sacrosanctum Chalcedonense Concilium, cum quæ in eo acta essent, iterum ad examen revocarentur. Præterea si concederetur, ut in communicatione Catholica defunctus aliquis posset damnari post mortem; pateret ostium, ut ex suis scriptis quisque Ecclesiæ scriptor post mortem, licet in communione Catholica defunctus esset, sæpe posset ut hæreticus condemnari: cum haud facile sit reperire aliquem rerum Ecclesiasticarum tractatorem, qui quantumlibet titulo sanctitatis atque doctrinæ refulserit, non sit erroris alicujus arguendus.

ccxxxiv. A patrib. plene consultum causæ Ibæ.

Rursum vero quod infirmari videretur ab adversariis ipsum sacrosanctum Concilium Chalcedonense, quod recepisset epistolam Ibæ blasphemam: pro ejus defensione insurgendum esse, necessarium visum fuit asserereque, quod etsi Synodus Chalcedonensis recitatam audierit epistolam Ibæ, non potest tamen affirmari ita eam recepisse, ut cuncta quæ in ea scripta haberentur probaret, sed tantum quod ea ipsa cognitus fuerit Ibas evasisse Catholicus, nimirum cum historice ipse in ea mala præterita blaspemiasque recensens quæ hactenus viguissent, ad postremum de pace sancita, qua ab omnibus Nestorius fuit condemnatus, exultans Ibas potuit videri Catholicus: sed quasi id non sufficeret, a Patribus compulsus est plenius ibi condemnare Nestorium, adeo ut bene definitum judicium de Iba jam cum injuria Synodi calumniose revocari videretur in dubium.

ccxxxv. Defensorum Cap. duplex conditio.

His accedebat causa urgentissima, qua coactus fuerit in hanc Vigilius sententiam pertransire: nempe quod (ut sæpe dictum est) viderit tum Africanam, tum reliquas ferme omnes Occidentales Ecclesias schismate dividendas, si contra Tria capitula in priori sententia perstitisset. Cum vero graviori damno universum Orientem ab Ecclesia Romana divisum cerneret, nisi Synodo consentiret, eam probavit. Sic igitur novis emergentibus causis, sententiam cum sæpe mutarit, haud arguendus est levitatis: sicut nec accusandus est Paulus Apostolus, (a) neque prævaricator dicendus fuit, si cum ipsa tulisset de abroganda circumcisione suffragium postmodum nova suborta causa Timotheum circumcidit (b), atque rursum priora secutus, Petro ad tempus dissimulanti in faciem restiterit & redarguerit eum, quod magno aliorum periculo Judaizaret; ita pro ratione temporis modo hoc, modo illud adimplens, factus est omnia omnibus, ut omnes lucraretur.

(a) Galat. 2.
(b) Act. 16.

ccxxxvi.

Hæc sunt quæ ad excusationem Vigilii spectant, necnon eorum qui pro defensione Trium capitulorum hactenus laborarunt: a quibus tamen in eo Vigilius discrepasse visus est, quod illi pertinaci animo impudenter satis cum Tribus capitulis defendebant pariter Theodorum Mopsuestenum, ut apparet ex scriptis Liberati diaconi, atque Facundi Episcopi Hermianensis: Vigilius autem contra, cuncta quæ ejus nomine allata fuissent, anathemate (ut vidimus) condemnavit. At sicut Vigilius, ita & Vigilii successor Pelagius Papa eamdem iniens rationem, ipsam Quintam Synodum damnantem capitula Tria esse suscipiendam existimavit; ex ea potissimum permotus ratione, ut Orientalis Ecclesia schismate scissa ob Vigilii Constitutum, Romanæ Ecclesiæ uniretur. Quod insuper in ea (ut dicemus) rata habita esset damnatio Origenis & ejus errorum, qui magnopere in Orientali invalescebant Ecclesia: ne viderentur eam damnando Synodum, quæ insectata erat Origenis errores, iisdem aliquo modo favisse, eamdem Quintam Synodum iidem comprobarunt.

Hæc

CCXXXVII. De Tribus capitulis damnosa disputatio. Hæc ad excusationem utriusque sibi invicem adversantis partis voluimus in medium adduxisse: cum tamen illud affirmare non desinamus, longe præstantius futurum fuisse, ut ab his controversiis Dei Ecclesia jejuna mansisset, nec umquam de his aliquis habitus esset sermo, ex quibus tum Oriens tum Occidens immensa strage multiplicibus diu sunt repleti funeribus. Hanc tandem cladem Orbi, pestemque Ecclesiæ Justinianus invexit, dum suadente Theodoro Cæsariensi, de Tribus damnandis capitulis primus legem sancivit, & promulgavit edictum. Vides quanta jactura, quod est Episcoporum Principes sibi sumant, cum indicere audent ipsis sacerdotibus leges, a quibus sancitas servare ipsi debent, & servandas edicere: quo semel e cardine suo revulso ordine, confundi omnia, cunctaque necesse sit in summum discrimen adduci, periclitarique penitus quæ sunt in Ecclesia bene disposita.

CCXXXVIII. Desiderari a quinta Synodo damnationem Origenis. His visis, jam ad ea quæ in eadem Quinta Synodo desiderari videntur, quæve spuria eidem postea accesserunt, orationem diu per altercationum tribulos, atque carduos dissensionum deductam, libentiori animo convertamus. Constat quidem plurium testificatione (ut superius dictum est) in eadem Synodo damnatos esse Origenem, Didymum, & Evagrium una cum ipsorum erroribus, scriptosque adversus eos decem anathematismos, quos Nicephorus recitat (a): in Actis autem Synodi de Origene ejusque erroribus condemnatis fit tantum brevis mentio in undecimo anathematismo. Affert vero Cedrenus ex epistola Justiniani Imperatoris ad Synodum Quintam data de erroribus Origenis hæc ipsa (b):

(a) Niceph. l. 17. c. 27.

(b) Cedren. in compen. Annal.

*Litterarum Justiniani ad Concilium hæc est sententia.*

CCXXXIX. *De Origene & iis quæ ab ejus sunt secta, operam dedimus justum esse intelligentes, ut sanctam Dei Apostolicamque Ecclesiam a turbis securam præstemus, utque ea quæ quocumque modo adversa rectæ fidei enascuntur, condemnentur. Cum ergo compertum habeamus, esse Hierosolymis quosdam monachos nimirum, qui Pythagoræ, Platonis, Origenis Adamantii impios errores sectentur atque doceant: existimamus curam & inquisitionem de his adhibendam, ne hi ad extremum Græcanicis & Manichaicis suis imposturis multos perdant. Nam ut de multis pauca commemoremus, mentes ajunt esse innumeras & nominis expertes, omniaque ratione prædita unum esse idemque substantia, & efficacia facultateque ad Deum & cognitione omnia unita. Has mentes, cum amoris ac contemplationis Dei satietas eas cepisset, pro eo ut quævis magis minusve in deterius desciverat, vel crassiora vel tenuiora corpora indui, atque nomina sortiri, atque cælestibus & administris facultatibus esse subjectas: ipsum adeo Solem & Lunam, & stellas, cum ipsa quoque in rationali ista unitate essent, mutatione in deterius facta, id cupisse esse, quod sunt. Eas vero mentes, in quibus Dei amor magis etiam refrixit, animas factas, & crassioribus, qualia nostra sunt, corporibus immitti. Quæ vero ad extremum perversitatis venerint, eas frigidis & caliginosis inseri corporibus, quos dæmonas vocant. Ex Angelico proinde statu animalem, ex animali dæmoniacum fieri & humanum.*

Ex epist. Justiniani de Origenis erroribus.

CCXL. *De tota autem unitate mentium unam duntaxat perstitisse immotam, neque ab amore & contemplatione Dei possam esse abduci; eum esse Christum, qui Deus & homo fuerit. Affirmavit etiam corpora prorsus interire, ipsumque primo Dominum corpus suum abjecisse, & id omnes homines facere: rursusque omnes in unitatem redire, ac mentes fieri, sicut ab initio fuerant: ipsum videlicet etiam diabolum*





PAGIUS XXV. *Origenistæ in Quinta Synodo damnati.* A num. CCXXXVIII. ad CCXLVIII. Negavit Halloixius in Apologia Origenis quæst. X. Origenem ab Ecclesia damnatum esse; sed illud nemini persuadere potuit, solideque jam ab Illustrissimo Huetio lib. 2. Origenianorum cap. 4. Sessione 3. num. 14. quam ab Em. Card. Norisio in sua de Quinta Synodo Dissertatione confutatur. Garnerius vero in Dissert. de Quinta Synodo contendit, nullam habitam fuisse in ea de Origene cognitionem, sed tantum Constantinopoli in quadam alia Synodo sub Menna habita, quæ a Veteribus *Quinta Synodi* nomine etiam appellata est, quæque *Quintam* universalem aliquot annis præcessit. Verum neque hæc opinio defendi potest. Cedrenus enim ad annum Justiniani XXVI. refert Literas Justiniani ad Quintam Synodum, quibus Patres hortatur ad Origenem damnandum: *Vos hortamur*, ait, *o Sanctissimi Patres, ut in unum collecti subjectam expositionem, & singula ejus Capita examinetis, damnetisque eum Origene omnes, qui idem sentient.* Baronius cui Lupus in Scholiis ad Synodum V. & Card. Norisius citatus adstipulantur, recte monet, Capita a Justiniano laudata contineri in ipsis Literis, ab eodem olim ad Patriarchas contra *Origenem* missis una cum anathematismis ibidem subjectis, quæ cum a Patriarchis tunc validata fuerint, publica Oecumenicæ Synodi subscriptione iterum confirmata sunt. Valide autem refellitur Garnerii sententia ex verbis quæ leguntur in secunda Professione fidei, quæ habetur in Libro diurno Romanorum Pontificum, ubi postquam actum est de quatuor prioribus Synodis Oecumenicis, subnectitur: *Hæc igitur sancta atque universalia Quatuor Concilia, etiam sanctum Quintum Concilium venerandum assecutum est, & sub pia memoria Justiniano Principe apud Constantinopolitanam Urbem est congregatum, cujus salutari consultu, Unus esse de Sancta Trinitate Dominus Noster Jesus Christus veraciter prædicatus est*, &c. In hoc Origenes cum impiis disci-

*& reliquos dæmones, impiosque homines in eamdem cum sanctis & divinis hominibus & cælestibus facultatibus, eodemque quo ipse Christus modo cum Deo unitum iri, sicut & a principio uniti fuerant: atque adeo Christum plane nihil a reliquis ratione præditis differre, neque substantia, neque cognitione, neque facultate, neque efficacitate. Sane Pythagoras principium omnium rerum esse unitatem pronunciavit, idemque & Plato docuerunt, esse quamdam gentem animarum corporis expertium, quæ si quid delinquunt, pœnæ loco in corpora demittuntur: quamobrem Plato corpus σῶμα, quasi σῆμα, id est, vinculum appellavit, in eo animam quasi sepultura alligari, indicans.*

CCXLI. *Idem de futuro Judicio & præmiis ac pœnis animarum sic scribit: Philosophi anima, qui masculorum amore & flagitiis se polluit, tres millenarias circuitione pœnas luit: itaque millesimo anno allata eicitur & abit: reliquæ hac vita defunctæ, aliæ ad tribunalia infra terram deferuntur pœnas ibi daturæ dicta causa, aliæ in cælestem quemdam locum sublevatæ a justitia pro vita meritis beatitudine fruuntur. Est autem in promptu hujus sententiæ absurditatem perspicere. Quis enim eum docuit millenarias istas annorum conversiones, & quod mille annis elapsis, quævis anima ad suum perveniat locum? nam quæ in medio sunt horum, de his ne libidinosos quidem decuit ita pronunciare, nedum tantum philosophum. Quippe eos qui vitam perfectissimis functi officiis egerunt, cum intemperantibus & masculorum amatoribus composuit, eademque utrosque manere dixit. Pythagoras ergo, Plato, Plotinus, aliique horum tribules immortalitatem animæ uno sensu adscribentes, eas corporibus priores affirmant, & esse quamdam animarum gentem, ac eas quæ peccant ideo in corpora delabi, pigrorumque animas abire in asinos, rapacium in lupos, dolosorum in vulpes, mulierum amore furentium in equos. Sed Ecclesia divinis astipulans Scripturis, animam una cum corpore condi affirmat, neque alterum altero prius esse, ut vecordi visum est Origeni.*

*Propter has igitur malas, & perniciosas opiniones, aut deliria potius, vos hortamur, o sanctissimi Patres, ut in unum collecti subjectam expositionem & singula ejus capita examinetis, damnetisque una cum Origene omnes qui idem sentiunt, aut quocumque tempore sentient. Patres his acceptis litteris, omnibusque perpensis, exclamaverunt: Damnamus hæc omnia, & omnes qui ita sentiunt & sentient.* Hactenus de litteris Justiniani ad Synodum Cedrenus: cæterum, & illas putamus esse his subjectas litteras Imperatoris ad Mennam (sive edictum dixeris) quas superius recitavimus, per singula distincta capita alios plures Origenis errores continentes, jam ante (ut vidimus) editas. Porro ex ejusdem auctoris sententia, de Origene ejusque sectatoribus Didymo, Evagrio, & aliis actum esse in Synodo ponitur, inde vero de Theodoro Mopsuesteno, Ibæque epistola, & Theodoreti adversus Cyrillum editis scriptis. CCXLII.

His

PAGIUS *Julio & sequacibus, Didymo & Evagrio, & qui Creatorem omnium Deum & omnem rationalem ejus creaturam Gentilibus fabulis prosecuti sunt, æternæ sunt condemnationi submissi. In eo Theodorus Mopsuestenus Auctor Nestorii, pariterque Diodorus, &c. Cum his & Epistola, quæ Iba dicitur ad Marin Persam, & Scripta Theodoriti adversus Beatissimum Cyrillum, cum condemnatione projecta sunt, &c. Inter has veneranda universalia Quinque Concilia etiam sanctum Sextum Concilium universale prædicamus.* Quare Origenes & Sectatores, Justiniano imperante, non solum in privato; sed etiam in universali Concilio Constantinopolitano damnati sunt.

XXVI. *Origenistæ in principio Synodi damnati.* Marca in Dissert. *de Synodo Quinta*, num. XXIII. scribit: *Cæterum cognitione de Origene successisse Trium Capitulorum damnationi ipsa series Actorum Quintæ Synodi aperte demonstrat.* Verum ab opinione Baronii minime discedendum, damnationem scilicet Origenis priorem fuisse damnatione Trium Capitulorum; Theophanes enim & Auctor Chronici Alexandrini Quintam Synodum primo ac præcipue collectam esse afferunt adversus errores Origenis & Evagrii ac Didymi; secundo autem loco adversus Tria Capitula. Præterea, ut inquit Card. Norisius citatus cap. 8. Synodus V. Canone XI. ait: *Si quis non anathematizat Arium, Eunomium, Macedonium, Apollinarium, Nestorium, Origenem cum impiis eorum Scriptis, & omnes alios hæreticos, qui condemnati & anathematizati sunt a Sancta Catholica & Apostolica Ecclesia, & in prædictis Sanctis Quatuor Conciliis, & eos qui similia prædictis hæreticis sapuerunt, vel sapiunt, & usque ad mortem in sua impietate permanserunt, vel permanent, anathema sit.* Quatuordecim Canones Synodi Quintæ editi sunt Collatione VIII. quæ cum postrema fuerit in causa Trium Capitulorum, evidens est antea jam *Origenis* causam cognitam fuisse; alioquin is indicta causa damnatus esset. Adhæc *Theodorus* Cappadox Origenis Patronus probaturus posse Theodorum Mopsuestenum, licet olim mortuum jure damnari, ita Synodum allocutus est Collat. V. *Et multos quidem etiam alios invenimus post mortem anathematizatos, nec non etiam Origenem, & si ad tempora Theophili sanctæ memoriæ vel superius aliquis recurrerit, post mortem inveniret anathematizatum; quod nunc in ipso fecit & Vestra Sanctitas & Vigilius Papa Religiosissimus antiquioris Romæ.* Fatente ergo Origenistarum Principe, a Synodo V. & a Vigilio Papa Origenes damnatus fuit, & quidem antequam terminata esset Trium Capitulorum cognitio.

Existimat Baronius *Acta* Græca *Quinta* Synodi ab hæreticis Origenistis vitiata primum, & mutilata fuisse, unde postea vitio illo infecta XXVII.

pro-

CCXLIII. His autem recitatis subjicit aliam ejusdem Imperatoris ad Synodum datam epistolam de quatuor Conciliis Oecumenicis historiam continentem, ubi ad calcem plura habet adversus Theodorum Mopsuestenum: est ejus exordium: *Majores nostri fidei cultores, qui ante nos Imperium pie administrarunt*, &c. Posse vero eamdem epistolam ad Synodum datam, Actis ejus intextam, nemo jure dubitarit: ut ex his etiam intelligas, quamplurima in eadem Quinta Synodo desiderari.

CCXLIV. Ab Origenist. Synodus mutilata. Sed & cum Actorum contra Origenem, & Origenistas pars magna fuerit, quod desideratur in eis, recitatum suo loco prolixum Imperatoris contra eosdem edictum, quod quidem ipsis fuisse putamus adnexum: quis dubitet id factum ab Origenistis qui Synodo præfuerunt, quorum summa erat apud Imperatorem auctoritas, quorum patronus fuit (ut sæpe dictum est) Theodorus Cæsariensis malorum omnium concinnator? Sed & in non levem suspicionem Origenismi induci potuit Eutychius Constantinopolitanus Episcopus, cum videlicet secundum Origenis errores aliquando illud sensisse certum sit, non eum eadem carne atque membris corpus nostrum resurrecturum; licet redargutus postea a sancto Gregorio Papa tunc diacono Apocrisario Romanæ Ecclesiæ, eo abdicato errore, Catholicus sit defunctus. Cum igitur audis Quintæ Synodi coryphæos Origenis errores vel ex parte sectatos esse: æque intelligere potes, quorum arte, quæ in Synodo acta sunt contra Origenem & ejus errores ex ea fuerint decurtata.

CCXLV. Acta illa præterea deesse noscuntur, quibus agebatur de adjectis Patriarchatui Hierosolymitano Ecclesiis, de quibus hæc leguntur in Bello sacro (a): *Tempore prædicti Principis, Justiniani videlicet congregata est Synodus generalis apud Constantinopolim, tempore domini Vigilii Papæ, Eutychii Constantinopolitani, Apollinaris Alexandrini, Pauli * Antiocheni, & Eustochii Hierosolymitani Patriarcharum, super tribus capitulis*, &c. *In qua Synodo post alias populo Dei necessarias institutiones, quas pro tempore promulgandas decreverat sanctorum Patrum qui ad eam convenerant auctoritas, prædictam Deo amabilem Hierosolymitanam honorare Ecclesiam, & ejus Episcopo locum inter Patriarchas dare, communi sancxit voluntate, reverentiam exhibens sanctæ Resurrectioni. Et quoniam prædicta Dei cultrix civitas quasi in limite Alexandrini & Antiocheni Patriarcharum erat, nec haberet unde illi arbitrio ordinaret Suffraganeos, nisi utrique Patriarcha aliquid detraheret: visum est expedire, ab utroque aliquid detrahere, ut eidem juxta formam aliorum Patriarchatuum ordinaret subjectos. Subtraxerunt ergo Antiocheno Cæsareensem & Scythopolitanum Metropolitanos, Alexandrino vero Rabensem & Berytheensem item Metro-*

(a) Guiliel. Tyr. de bello sacro l. 14. c. 12.

* Domni

Hierosol. Ecclesia erecta in Patriarchatum.



PAGIUS. Acta Quintæ Synodi depravata non fuere. prodierit Latina illa interpretatio. Sed, ut animadvertit Marca citatus num. XXIV. Acta illa adeo absunt a depravatione, ut ex eorum lectione Græci Scriptores hauserint, quod ab iis solis Latini didicerunt de *Origenis*, & *Evagrii* damnatione. Neque enim *Acta* Latina, quæ initio delata fuerunt in Occidentem, aliud omnino continebant, quam Trium Capitulorum damnationem, de quibus solis agunt uterque *Pelagius* I. & II. ac *Gregorius Magnus*, cum referunt Decreta Quintæ Synodi; alioquin de *Origene* ejusque deliramentis non tacuissent; cum ex eo Quinta Synodus a Schismaticis adeo pertinaciter explosa, vehementer commendari potuisset. Sane beatus Gregorius in Epistola ad Joannem Constantinopolit. quando profitetur, se quinque Synodorum fidem amplecti, recensens hæreses a Quatuor primis damnatas, & *Tria Capitula* a Quinta Synodo reprobata, non omisisset damnationem *Origenis*, si ex Actis Latinis illi ea de re constitisset. Procul autem a vero abest Baronii num. CCXLIV. de *Eutychio* Episcopo Constantinopolit. suspicio, eum nempe cum Theodoro Cappadoce Acta V. Synodi decurtasse, & in non levem suspicionem Origenismi induci potuisse. Sanctus enim Eutychius inter præcipuos Origenistarum persecutores ab illius ætatis Scriptoribus numeratur, uti ab Eustathio in ejus Vita cap. 4. num. 34. & a Victore Tunonensi in Chronico, qui vocat eum damnatorem *Evagrii Eremitæ Diaconi, & Didymi Monachi, & Confessoris Alexandrini*.

XXVIII. Epistola Vigilii ad Justinianum & Theodoram a Monothelitis interpolata. Baluzius in Præfatione in Acta Concilii quinti num. IV. & seqq. agit de duabus Epistolis *Vigilii* Papæ ad *Justinianum* Imp. & *Theodoram* Augustam, in quibus damnavit Tria Capitula, & de Epistola Justiniani ad Synodum de damnatione eorundem Capitulorum, & ut nomen *Vigilii* non scriberetur in Diptychis Ecclesiasticis; ostenditque eas veras ac genuinas esse, & in sexta Synodo a Legatis Apostolicis actionem falsi adversus eas integras institutam non fuisse, sed tantum adversus eam partem, in qua mentio unius Operationis in Christo, quæ addita erat a Monothelitis, ut suam de una Christi voluntate opinionem fulcirent etiam testimonio *Vigilii* Papæ. Neque enim Legati dixerunt, has Epistolas falsas esse, cum cœptæ sunt recitari, ut existimat Baronius num. CCXLVII. sed cum ad eam partem ventum est, in qua Vigilius statuitur docens unam in Christo operationem. Tum quippe illi exclamaverunt dicentes: *Non faciat Deus, Domine. Non dixit Vigilius unam operationem. Non sunt Libelli Vigilii. Falsatus est hic Liber.* Et ut manifestius pateret, eorum querelam ferri tantum ad eam partem, in qua mentio unius Operationis, statim addunt: *Nam Domine, si unam Operationem docuit Vigilius, & susceptus est a Synodo, utique & in definitione ejusdem Sanctæ Synodi de una Operatione vox habuit comprehendi. Dum relecta ergo fuerit, Piissime Domine, ipsa definitio, invenies omnem veritatem.* Post quæ Compositor gestorum ait; *Consequenter itaque*

*tropolitanos. Et quoniam iterum eumdem Patriarcham oportebat habere præter supradictos Metropolitanos familiares Suffraganeos, quos Græci Cancellos * vocant: subtraxerunt prædictis Metropolitanis quosdam Episcopos, & quosdam de novo erexerunt usque ad vigesimumquintum, quorum nomina subjunximus, computatis prius Metropolitanis & Suffraganeis eorum. Est autem ordo talis: Dorensis, Antipatrita, &c.* Eadem reperimus in Vaticana bibliotheca in codice notissimo, cujus est titulus, *Liber Censuum*.

* Syncellos.

CCXLVI. Meminisse debes, lector hæc tentasse & obtinuisse Juvenalem Hierosolymorum Episcopum in concilio Chalcedonensi post absentiam Legatorum: sed quominus ea, quod in præjudicium verterentur aliarum Ecclesiarum, executioni mandata essent, Leonem Romanum Pontificem intercessisse. Sic igitur inverso antiquo ordine a sacrosancto Nicæno Concilio instituto, Cæsariensis Ecclesia totius Palæstinæ Metropolis spoliata, nunc primum subjecta est Hierosolymorum Ecclesiæ. Porro Justinianus Imperator eamdem Cæsariensem civitatem nobilitare voluit Proconsularibus fascibus, restituens quem diu ante possedisset Proconsulatum, ut de his edita ejusdem Imperatoris constitutio (a) docet. Nunc ergo primum Hierosolymorum Ecclesia Patriarchatu vere aucta cognoscitur, licet eodem nomine sæpe ejus Episcopus ante hæc tempora usus esse inveniatur.

(a) *Const. 103. de Proconf. Palæst.*

CCXLVII. Quinta Syno. corrupta a Monothelitis. Jam vero ad postremum videamus quæ ab impostoribus fuerint Quintæ Synodi nomine pervulgata. Monothelitarum fuit inventum, ut sub titulo Quintæ Synodi, tamquam ex ejus Actis depromptam ediderint epistolam quamdam Mennæ Constantinopolitani Episcopi nomine ad Vigilium Papam conscriptam de unica in Christo voluntate. Sed ejusmodi stropha detecta est in Sexta Synodo a Legatis Apostolicæ sedis ostendentibus tres quaterniones Actis Quintæ Synodi recens adnexos. Rursus vero dum in Sexta Synodo Actio septima Quintæ Synodi legeretur, duæ in ea superadditæ epistolæ inventæ sunt Vigilii Papæ nomine inscriptæ, quarum altera ad Justinianum Imperatorem, altera vero ad Theodoram Augustam data haberetur, quibus Vigilii Papæ de una in Christo operatione esset assertio, quas commentitias atque suppositas iidem Apostolicæ sedis Legati manifeste probarunt. Detectæ sunt ejusmodi hæreticorum imposturæ in Actione decimaquarta ejusdem Sextæ Synodi, in qua dictum est pariter anathema in eos qui quoquo modo eamdem Quintam Synodum corruperunt. Vides igitur, quam fuerit Quinta Synodus tum ab Origenistis, tum etiam a Monothelitis diversis temporibus lancinata.

CCXLVIII. De rebus post Synodum gestis. His ergo hinc inde collectis quæ ad Synodum Quintam spectare videbantur, reliquum est, ut jam quæ post Synodum diversis in locis fieri contigerunt, his adnectamus. Extant Acta sancti Sabæ a Cyrillo (ut dictum est) omni fide conscripta: ad quorum finem hæc habentur de damnatione Origenis atque sectariorum ejus relata in Actione prima Septimæ Synodi: *Itaque cum sancta universalis Quinta Synodus Constantinopoli esset congregata, communi & generali anathemate rejecti sunt Origenes & Theodorus Episcopus Mopsuestiæ, & quæcumque ab Evagrio & Didymo dicta sunt de præexistentia, περὶ προϋπάρξεως. Probaverunt autem ad quatuor Patriarchæ præsentes. Præterea Imperator noster Dei observantissimus Acta Synodi Hierosolymam misit: in qua civitate coacto Episcoporum conventu, quotquot erant Palæstinorum Episcopi manibus & pedibus & ore sententiam & statutum Synodi confirmarunt, nisi quod Alexander Episcopus Abyles contrarium sensit: quamobrem Episcopatu exutus, Byzantium se recepit, & terræmotu absorptus est, & defossus. Neolauritas autem* (monachos scilicet qui novam Lauream sancti Sabæ incolebant) *cum se a Catholica communione separassent, Eustochius Patriarcha diversis cautionibus aggressus est, octo menses usque variis admonitione & cohortatione usus, cum non posset voti fieri compos, neque ad unitatem Ecclesiæ eos perducere, Imperatoris jussionibus obtemperans, illos per Anastasium Ducem a Neolaura expulit, regionem ab illorum peste liberans.* Hæc ibi.

Cæ-

PAGIUS *quæ & secundum ordinem relecta eodem Libro usque ad definitionem, ipsaque definitione usque ad finem relecta, nullo modo aliquid de una Operatione in eadem definitione inventum est contineri*, ut videre est Tomo VI. Concil. pag. 653. Confirmant hanc observationem Baluzii in Actione XIV. pag. 980. Episcopi, qui aiunt, Monothelitas hujus fraudis esse auctores, *ex illorum vocabulis malitiose adversus recta Dogmata hæc interlicientes*; ob eamque caussam paulo post jubent *Libros etiam obelis obduci in locis in quibus depravati sunt*.

XXIX. *Monachi Novæ Lauræ V. Synodum recipere nolentes e Palæstina ejiciuntur.* Ad num. CCXLVIII. Cyrillus in Actis Sancti Sabæ testatur, Justinianum Acta quintæ Synodi Hierosolymam misisse, ubi Palæstinorum Episcopi sententiam Synodi confirmarunt, *nisi quod Alexander Episcopus Abylæ contrarium sensit: quamobrem Episcopatu exutus Byzantium se recepit, & terræ motu absorptus est & defossus.* Monachos vero, qui novam Lauram Sancti Sabæ inchoabant, cum Eustochius Patriarcha *octo menses usque* non posset eos ad unitatem Ecclesiæ perducere, a Nova Laura expulit. Ita

Cy-

CCXLIX. *Terræmotu concussa Constantinopolis.* Cæterum quod pertinet ad terræmotum, quo Constantinopolitena civitas concussa est: id factum hoc anno, in Miscelle ita describitur: *Anno vigesimoseptimo Imperis Justiniani factus est terribilis terræmotus Constantinopoli & per alias urbes, qui tenuit dies quadraginta. Et paulatim homines compuncti sunt, litaniam agentes & frequentantes, atque in Ecclesias commeantes. Cumque multa misericordia Dei facta fuisset, homines ad pejora delapsi sunt. Fit autem memoria hujus terræmotus per singulos annos, in campo litaniam populo agente.* Hæc ibi. Agit de eodem terræmotu Agathias (a), cujus etiam assertione colligitur, hoc eodem anno contigisse, nempe vigesimoseptimo ejusdem Justiniani Imperatoris, autumnalique tempore. Verum (ut dictum est) non Byzantium tantum, sed & alias regiones Orientis eodem fuisse mote concussas, & civitates solo æquatas, ut inter alias Berythum in Phœnicia, contremuisseque etiam Alexandriam Ægypti urbem (quod magno miraculo factum est) terræmotibus minime soli natura subjectam, idem afferit Agathias, qui & de ejusmodi prodigiis multa philosophatur, quæ tu ipse consulere poteris: nobis non est tantum otii, nec patitur institutum ut hæc inquiramus.

(a) *Agat. l. 2.*

CCL. Cæterum quis negare poterit, si ab eventis facta noverit judicare, præsagia ista fuisse malorum, quæ sunt Synodum hoc anno habitam consecuta? Cum videlicet graviore concussione commotæ Ecclesiæ sunt, quæ inter se invicem collidentes, civitatibus Orientis & Occidentis lacrymabile plane spectaculum intulerunt, cum nequaquam terræmotus instar brevi temporis spatio perdurentis, sed commotio talis fuit, quæ indesinenti concussione ad plurimorum annorum spatia sanctam Ecclesiam jugiter agitavit, prout quæ singulis ferme annis dicturi sumus facile demonstrabunt. Etenim ipsa Synodo absoluta, tantum abest ut pax reddita sit Ecclesiis, ut majus bellum exarserit, intestinaque discordia magis sævierit, Orthodoxis inter se invicem altercantibus, inhærentibus aliis Synodalibus de Trium capitulorum damnatione decretis, aliis vero tuentibus Vigilii Pontificis Constitutum pro eorumdem Trium capitulorum defensione sancitum. Prævaluerunt isti in Occidente, in Oriente autem illi, ubi Imperatoria eminebat auctoritas. Sic igitur haud tunc accidit (quod in aliis Oecumenicis Conciliis evenisse scimus) ut de hæresibus expugnatis atque damnatis Orthodoxi Episcopi ad propria cum triumpho redirent, pacemque referrent, erigerentque de impietate expugnata trophea, sed civilem potius discordiam invexere. Ubicumque enim Synodale decretum munitum Imperatoris edicto a provinciarum Præsidibus promulgabatur, illic ab adversa parte luctus excitabatur, quasi proculcata sacrosanctæ Synodi Chalcedonensis majestate, atque auctoritate Apostolicæ sedis in Vigilio vilipensa.

CCLI. Verum luctus mœrorque haud ipsorum animos hebetarunt, sed vehementioribus sumptis spiritibus exurgentes ex adverso, pro Tribus capitulis Synodos collegere, putantes se legitimum inire certamen, quod iniisse scirent atque prosequi quantumlibet exulem Romanum Pontificem, seque pro sacrosanctis pugnare legibus, quarum causa viderunt primarium Catholicæ Ecclesiæ Antistitem constanti animo exilium ferre. Congregata sunt igitur ea de causa ab ipsis in Occidente Concilia, in quibus Constituto Vigilii subscribentes, quæ facta essent Constantinopoli damnavere, memores ea tantum de Synodis in Ecclesia esse recepta, quæ Apostolicæ sedis Antistites suo calculo comprobassent: cujus veritatis de præcedenti Oecumenica Quarta Synodo ingerebatur exemplum, ubi quæ sexcenti & amplius de sedium prærogativa Episcopi statuissent, non consentiente sed adversante ipso sancto Leone Romano Pontifice, irrita cassaque reddita sunt & nullius auctoritatis. Quo igitur justius juncta capiti membra sibi visa sunt suscepisse certamen, eo ardentius prosilierunt ad pugnam; coronandi quidem, si secuti eumdem postea Vigilium Romanum Pontificem probantem Synodum, capiti itidem inhærentes, ipsum non deseruissent, neque in Vigilii locum subrogatos sibi invicem Romanos Pontifices de quæstio-

PAGIUS Cyrillus. Verum contigere hæc anno sequenti, octo scilicet mensibus a celebrata Quinta Synodo, cujus definitionem adversus Origenistas ac Tria Capitula Monachi illi recipere noluere. Præterquam quod ille terræ motus, quo Episcopus *Abyles* absorptus est, contigit tantum anno DLIV. die XV. Augusti, ut anno sequenti demonstrabimus. Prætereà apud Baronium loco, *Eustochii* Patriarchæ Hierosolymitani perperam legitur, *Eutychius*, qui Constantinopolitanus Patriarcha erat. Evagrius enim lib. 4. cap. 38. ubi tumultus istos Monachorum Novæ Lauræ refert, ait ab *Eustochio* inde ejectos fuisse, & in varia loca dispersos multos suis partibus adjunxisse, sed perperam scribit, hos motus Synodi Quintæ celebrandæ causam extitisse; cum tumultus illi Synodum Quintam subsecuti fuerint, non vero præcesserint, ut docet Cyrillus, qui non solum hoc tempore vivebat; sed etiam de his, quæ ad Monachos illos pertinent, optime edoctus erat.

XXX. *Terræ motus Constantinop.* Ad num. CCXLIX. Terræ motus Constantinopolitanus, quem hoc anno Baronius recitat, anno tantum sequenti contigit, ubi commodius de eo agemus, ob connexionem, quam habet cum iis, quæ illum præcessere.

stione proposita ob bonum pacis aliter statuentes, salva fide, & Chalcedonensis Concilii integritate servata. Verum dum contrariæ sententiæ defensioni Trium capitulorum obstinatius quam par erat inhærerent, a conjunctione visibilis capitis desciverunt. Sed de his abunde suis locis inferius.

CCLII. De avaro terribilis casus. Jam vero quæ reliqua sunt anni hujus rerum gestarum prosequamur. Habet hæc Cedrenus sub hujus anni periodo: *Eo tempore Constantinopoli dives quidam cum ægrotaret, mortemque timeret, triginta libras argenti in pauperes erogavit: restitutus autem præter spem suam bonæ valetudini, fraude diaboli eo inductus est, ut facti ipsum pœniteret, hocque fideli cuidam suo amico aperiret. Monet ille hominem, ne huic malæ assentiatur cogitationi, Deumque irritet, qui propter istam largitatem, misertus, sanitatem donarit; alioqui fore, ut subita morte, nondum mutato facto, pereat. Cum non moveretur ille, sed magis magisque irritaretur: amicus: Quando, inquit, salutare consilium non admittis, aliud tibi subjiciam. Poscente hoc, vere misericors ille: Agedum, ait, ad templum vade, & non te, sed me in pauperes elargitum pecuniam istam dicito: ipse statim triginta libras reddam. Consentiens infelix ille ad templum abiit, auroque accepto, ita ut alter præceperat, locutus est. Inde egrediens, ad ipsam templi portam mortuus concidit. Clericis de rei novitate stupentibus, omnibusque aliis qui forte aderant, jubentibus alterum pecuniam recipere suam; ille non obtemperavit, sed inter egenos omnem divisit: quod diceret, Deum non pati sannas. Promissa enim Deo non tantum pecuniam, sed verba voluntatemque obligant; & quicquid homo Deo pollicitus fuerit, id præstare opus habet, virgo virginitatem, continens continentiam, &c.* Hæc auctor. Sed quæ post hæc subiicit de Synesio, suo loco illa posuimus. Jam vero hujus anni res Francorum invisamus.

Hoc eodem anno finem huic vitæ imposuisse magnam illam feminam sanctam Chrotildem Clodovei Regis conjugem, scriptores tradunt (*a*): cui debent Franci, quicquid boni ob susceptam Christianam religionem sunt consecuti; utpote quæ suis precibus, & hortationibus Clodoveo viro suo simulque Francorum genti auctrix fuit, ut Christianam religionem, abjecta idololatria, susciperent. Quæ fidei Catholicæ, vitæque fidei congruæ profunda relinquens beneque impressa vestigia, viduata viro, reliquum vitæ tempus apud sepulcrum S. Martini Turonis ad obitum usque sanctissime perduxit, cum illi Ecclesiæ præsideret Injuriosus Episcopus, quem interfuisse diximus quarto Concilio Aurelianensi. Ait enim Gregorius (*b*): *Chrotildis Regina plena dierum, bonisque operibus prædita apud urbem Turonicam obiit tempore Injuriosi Episcopi. Quæ Parisios magno cum psallentium præconio deportata, in sacrario basilicæ sancti Petri ad latus Clodovei Regis sepulta est a filiis suis Childeberto atque Clothario Regibus: nam basilicam ipsa construxerat, in qua & Genovefa beatissima est sepulta.* Hæc Gregorius. — CCLIII. Chrotildis Reginæ obitus. (*a*) *Sigeb. in Chron. & alii eum secuti.* (*b*) *Greg. Turon. hist. l. 4. c. 1. & l. 16. c. 31.*

CCLIV. Quæ enim vivens coluit, custodivit, propagavitque fidem Petri, in Petri pariter basilica elegit, quam erexerat, sibi sepulcrum, sciens in terra & in cælo ei traditam potestatem: Ita quidem sicut vivens verbis & exemplis, sic moriens testatum relinquere voluit perpetuo monumento Francis omnibus, potissimum vero Parisiensibus amplissimis notis expressum, quam sectari deberent fidem & colere pietatem: quibus merito positum sit ob oculos semper loquens & auribus inclamans jugiter illud divinum eloglum (*c*): *Attendite ad petram unde excisi estis, & ad cavernam laci, de* — (*c*) *Isai. 51.*

*qua*

PAGIUS XXXI. *Clothildis Regina moritur.* Ad num. CCLIII. Sigebertus in Chronico *Clothildis* relictæ Clodovei Magni Francorum Regis mortem anno sequenti, non vero currenti consignat; sed sine dubio fallitur; Gregorius enim Turonensis lib. 4. cap. 1. ait: *Apud Urbem Turonicam obiit, tempore Injuriosi Episcopi, quæ Parisios cum magno psallentium præconio deportata, in Sacrario Basilicæ Sancti Petri ad latus Clodovechi Regis sepulta est, a filiis suis Childeberto atque Clotachario Regibus. Nam Basilicam illam ipsa construxerat, in qua & Genovefa Beatissima est sepulta.* Injuriosus autem, qui interfuit Concilio Aurelianensi II. anno DXXXIII. celebrato, anno DXLVI. e vivis excessit, idque mense Decembri, ut in part. II. Dissert. de Anno & Die mortis S. Martini ostendi, ideoque & *Clothildis* mors ante annum illum accidit. Apud Gregorium Turonensem nulla ejus mentio post bellum civile a Childeberto & Theodeberto Francorum Regibus contra Clotarium etiam Francorum Regem motum, quod Clothildis Beati Martini intercessione sedavit, ut refert idem Turonensis lib. 3. cap. 28. quod bellum a Sigeberto anno DXXXVII. collocatur. Basilica illa Sancti Petri posteris sæculis a Sancta *Genovefa* Virgine nomen accepit, quæ primum Monachis, ac post aliqua sæcula Canonicis Regularibus Sancti Augustini, ad quos nunc pertinet, donata fuit. Inscribitur *Clothildis* Tabulis Ecclesiasticis ad diem III. mensis Junii. Ejus Reliquiæ in eadem Ecclesia etiamnum asservantur, & illius Vitam recitat Mabillonius Sæculo I. Benedictino.

XXXII. *Obitus S. Florentini Abbatis.* Ad num. CCLIV. Hoc anno in cœlum migravit Sanctus *Florentinus* primus Abbas Monasterii a *Childeberto* Francorum Rege Arelate constructi. In clausula, quæ in calce Regulæ Sancti Aureliani Episcopi Arelatensis in Codice Antiquarum Regularum ab Holstenio publicatarum habetur, legitur: *In Christi nomine fundatum*

*est*

*qua praecisi estis. Attendite ad Abraham patrem vestrum, & ad Saram, quæ peperit vos.* Ad Clodoveum, inquam, atque Chrotildem, qui supra petram fundamenta regni perpetuo permansuri locantes, in signum Petro basilicam erexere, in qua quiescentes in spe, diem novissimum expectarent. Prosecuta vero est tantæ feminæ dignam memoriam Catholica Ecclesia, dum inter Sanctos illam ascribens, diei quoque natalis ejus anniversariam memoriam celebrat (*a*): At de his satis.

(a) *Roman. Martyrol. die 3. Junii.*

CCLV. S. Florentini Abbatis obitus.

☞ Hoc eodem anno in cœlum migravit S. Florentinus primus Abbas monasterii S. Crucis Arelate, a S. Hilario Archiepiscopo Arelatensi instituti: cujus adhuc extat egregium Epitaphium versibus Acrostichis, quibus primis elementis (ut videbis) nomen, munus, obitusque signatur. Sic enim se habet:

Ejusdem epitaphium.

ΕΠΙΤΑΦΙΟΝ S. FLORENTINI ABBATIS SANCTÆ CRUCIS AREL.

*Fulgida regna petens cælesti sorte vocatus,*
*Lucis & æterna penetrans fastigia lætus*
*Optimus atque pius nunc Florentinus in isto*
*Resplendet tumula meritis Sanctissimus Abbas.*
*Effera qui quondam linguæ discrimina calcans,*
*Nec optare malum studuit, nec lædere quemquam.*
*Terruit ipse tamen faciles, sed publice verbis,*
*Justitiæ tramitem servans cum pace paterna.*
*Nescia jurandi pandens colloquia cunctis,*
*Verba Dei solers toto de pectore prompsit,*
*Sancta quibus Domini resonant præconia semper,*
*Atque per assiduis concentibus æthera plaudunt.*
*Bella gerens carnis pestifera vitia contra,*
*Belligeransque palam sævissima prælia vicit.*
*Ast hinc celsa poli capiens jam præmia felix*
*Sanctorum socius, fruitur cum laude coronam.*
*Hujus namque viri corpus per cuncta sacratum*
*Jamdudum advectum Domini cum laudibus amplis*
*Constantinus ovans posuit feliciter Abbas,*
*Intra beata Crucis condens fastigia sacra.*
*Necnon & tumuli pretiosa tegmina firmans,*
*Præstruxit solida crustato marmore fulcra.*
*Attamen exactis jam septem denique lustris,*
*Condita quo fuerant præfati membra sepulcro.*
*Effulsere Petri tandem de sede beati,*
*Qua*

PAGIUS *est Monasterium Virorum Dei in Civitate Arelatensi a S. Aureliano Episcopo, jubente Sancta memoria Childeberto Rege Francorum, quinto decimo Kalendas Decembris, Indict. XI. anno quinto post Consulatum Basilii Junioris V. C.* (sed legendum, *anno sexto*, qui cum Indictione XI. concurrit), *& Basilica ibidem in honorem SS. Apostolorum & Martyrum.* Fundatum itaque Monasterium illud, cujus hodie nullum vestigium extat, die XVII. mensis Novembris anni Christi DXLVII. eique Sanctus *Florentinus* primus Abbas præpositus, ut docet ejus Epitaphium, quod superest in Ecclesia Parochiali Sanctæ Crucis in Urbe Arelatensi, quo corpus Sancti hujus Abbatis translatum est, anno ab ejus morte tricesimo quinto, per Constantinum ejusdem Monasterii Abbatem, ut elicitur ex ejus Epitaphio. Recitat illud Baronius, sed in aliquibus corruptum, uti ad se Arelatis missum fuerat. Verum D. Massonus, Vicarius Generalis Archiepiscopatus Arelatensis & Curatus Ecclesiæ Sanctæ Crucis illud accurate legit, correxitque, & ad nos transmisit. Apud Baronium legitur: ΕΠΙΤΑΦΙΟΝ *Sancti Florentini Abbatis Sanctæ Crucis Arel.* Et tamen hæc verba, *Sanctæ Crucis Arel.* non habentur in Epitaphio. Præterea in hujus fine legitur: *Primus itaque fuit Sanctus Florentinus Abbas Monasterio nostro per annos V. & menses VI. qui vixit annis pl. m. LXX. obiit prid. Id. April. duodecies P. C. Basilii V. C. Junioris, Indictione prima. Post hunc secundus fuit Dominus Redemptus Abbas.* Et tamen in exemplari ad Baronium misso habebatur tantum *pl. m. L.* id est, plus minus quinquaginta, quia duo denaria minutissimis litterulis sculpta legi tunc non poterant. Insuper in eodem hæc verba *menses VI.* non habebantur; cum tamen a die XVII. mensis Novembris anni DXLVII. ad diem XII. mensis Aprilis hujus Christi anni, quinque anni, & menses sex utrimque incompleti fluxerint.

XXXIII. *Monasterium S. Florentini ab Aureliano Episc. Arelatensi conditum.*

Putabat Baronius hoc Monasterium a Sancto *Hilario* Episcopo Arelatensi conditum fuisse, quia ultimos Epitaphii versus habet.

*Nunc & in æterno Hilarianum semper adorna*

Sed *Hilarianus* nomen est Monachi benignitate commendabilis, ut in Epitaphio dicitur, ubi & mentio habetur *Januarini* qui illud composuit, & *Tantilli*, qui marmori insculpsit. Fuit ergo hujus Monasterii fundator Sanctus *Aurelianus*, Auctor duarum Regularum, ex quibus altera Viris, altera Monialibus inscripta, quæ in laudato Codice recitantur. Extabat adhuc illud Monasterium intra muros Urbis constructum anno DXCVIII. Nam Divus Gregorius Papa lib. VII. sui Registri Indict. II. Epist. CXVI. ut videre est apud Baronium anno DLV. num. VIII. scribit, *Virgilio* Episcopo Arelatensi se illius Privilegia inviolabiliter servari velle, testaturque Monasterium illud *intra muros* Arelatensis Civitatis ædificatum. *Sancti Florentini* Epitaphium integrum recitat Papebrocius ad diem

*Quæ propiis meritis pandunt hic signa salutis,*
*Virtutumque simul præstant, & commoda larga,*
*Infirmis validam dantes per cuncta vigorem.*
*Ergo potens pastor compensa præmia voti*
*Splendida: sed Christo commenda sæpe Poetam,*
*Cujus parva tibi prompserunt carmina laudem,*
** Januarinum ex hoc quem candida mente nutristi,*
*Tantillumque simul sculptorem marmoris hujus*
*Annixis precibus Domino per sæcula cuncta*
*More tuo placidos commenda jugiter, hinc jam*
*Esse quoque & monachum nosti, quem sancte benignum*
*Nunc & in æternum Hilarianum semper adorna.*

Post hæc ita sequuntur.

*Primus itaque præfuit S. Florentinus Abbas monasterio nostro per annos V. qui vixit annis PL. M. L. Obiit prid. Id. April. duodecies P.C. Basilii V.C. Junioris Indict. prima. Post hunc secundus fuit domnus Redemptus Abbas.* Capitales litteræ versuum hujus Epitaphii hoc habent:

*Florentinus Abbas hic in pace quiescit Amen.*

Porro monasterii sanctæ Crucis Arelatensis, cujus hic Abbas fertur S. Florentinus, ne ulla quidem vestigia, imo nec ulla extant Arelate litterarum monimenta. Est solum Ecclesia vetustissima, sanctæ Crucis nomine insignita, hodie Prioratus parochialis annexus mensæ Capitulari sancti Trophimi. In qua videtur superius monumentum marmoreum cum dicto Epitaphio; sed marmor, sive antiquitate, sive humiditate, seu negligentia sacerdotum nunc plurimum sordet. Corpus vero sancti Florentini ibidem est in capsa argentea.

An-

PAGIUS diem XXI. Maji quo ille Arelatis colitur; sed cum non vidisset supradictam clausulam, credidit illud diversum non fuisse a Monasterio Sancti *Cæsarii* Episcopi Arelatensis, imo & a Monasterio Montis-Majoris circa medium sæculi X. condito; cum tamen Sanctus *Cæsarius* Monasterium suum *in suburbana insula* ædificarit, & Monachis suis peculiarem Regulam, quæ adhuc superest, perscripserit. Monasterium Sancti Florentini vulgo vocatum fuit *Monasterium Sancti Petri*, quia, ut diximus, fundatum erat in honorem SS. Apostolorum scilicet Petri & Pauli. Indeque fluxit error Bouchei in Historia Provinciæ, aliorumque omnium, qui ante Codicem Antiquarum Regularum ab Holstenio publicatum scripsere. Existimarunt enim *Monasterium Montis-Majoris*, Sancto Petro dicatum hoc sæculo a *Childeberto* Rege constructum, cum tamen illud sæculo tantum X. conditum esse certo constet.

Hoc anno *Misimiani* Lazorum Regis subditi, dum Romanorum copiæ per Urbes divisæ hybernarent, ad Persas descivere, quibus *Nachoragan* Persarum Dux Persica auxilia non defutura promisit. *Ineunte autem vere*, inquit Agathias lib. 4. pag. 91. Romani *in Misimianos* expeditionem suscepere, & *Rhodopolim* Oppidum Colchicum, antea a Mermeroe Persarum Duce captum, Justiniano Imperatori subdidere. *Hac igitur æstate nihil aliud gestum est memoratu dignum. Bruma vero invalescente, Persæ quidem statim solutis castris Cotaisum & Iberiam versus se receperunt, animo ibi hybernandi*, inquit Agathias citatus pag. 123. XXXIV. *Gesta inter Romanos & Persas.*

Obitus *Theodebaldi* Francorum Regis, de quo anno sequenti num. VII.

| JESU CHRISTI ANNUS 554. | VIGILII PAP. ANNUS 15. | JUSTINIANI IMP. ANNUS 28. |
|---|---|---|

I. Vigilius ab exilio liberatus. ANnus Christi Redemptoris quingentesimus quinquagesimusquartus, post Consulatum Basilii decimustertius in Fastis notatur, quo Vigilius Papa precibus Narsetis Ducis ab Imperatore liberatur exilio. Res gesta ab Anastasio ita describitur: *Adunatus clerus Romanus rogaverunt Narsetem, ut una cum ejus suggestione rogarent Principem, ut si adhuc viveret Vigilius Papa, aut presbyteri, vel clerus qui cum eodem Vigilio fuerant in exilium deportati, reverterentur. Suscepta relatione Narsetis vel cuncti cleri Romani, latus effectus est Imperator, & omnes inclyti ejus, eo quod requiem donasset Deus Romanis. Mox misit jussiones suas per diversa loca, ubi fuerant in exilium deportati in Gypsa * & Proconesso, & adduxit eos ad se Imperator, dicens: Vultis recipere Vigilium, ut fuit Papa vester? gratias ago. Minusve? hic habetis Archidiaconum vestrum Pelagium, & manus mea vobiscum erit. Responderunt omnes: Imperet Deus pietati tuæ. Restitue nobis modo Vigilium: & quando voluerit eum Deus transire ab hoc sæculo, tunc vestra præceptione donetur nobis Pelagius Archidiaconus noster. Tunc dimisit omnes cum Vigilio.* Hæc Anastasius.

II. Audisti Imperatorem jam arrogasse sibi Romani Pontificis confirmationem, immo & abrogationem, nimirum dum se paratum exhibet, si clerus Pelagium magis velit, facturum ut Vigilius cesset; ita plane captivam ducens Romanam Ecclesiam, quam sub eodem humiliatam tenuit jugo, cum videlicet nullam haberi voluit electionem cleri, nisi electi accederet confirmatio ab Imperatore. Vidisti & clerum abjecte nimis profitentem, post obitum Vigilii in successoris substitutione præceptionem ipsius expectaturum. Sic quidem ducta est (*a*) in captivitatem domina Gentium, & Regina provinciarum facta est sub tributo. [(a) Thren. 1.] Totidem e Hieremia petitis verbis deplorat ista S. Gregorius (*b*) Papa, cum & dolet non sine certæ oblatione pecuniæ ejusmodi fieri solitam ab Imperatore probationem Romani Pontificis, ut apertius suo loco inferius apparebit. [(b) Greg. in septem Psal. Pœnit.]

III. Vidisti scelus? Qui enim præ cæteris videri voluit Imperator maxime pius, se maxime impium præstitit, dum duriores coegit Romanam Ecclesiam subire conditiones, quam tulerat sub Ethnicis Imperatoribus, de quibus nulla est usquam mentio quod confirmationem electi in Romanum Pontificem sibi aliquando arrogarint. Ista igitur quæ neque humana neque divina jura tribuunt Imperatori, iste qui legislator omnium maximus dici studuit, sibi sumens, in his impie decernendis divinorum & humanorum decretorum profanator & conculcator evasit, in gratiam haud dubium æmulantium Græcorum Romanæ Ecclesiæ gloriam. Sed frustra humana id præsumpsit astutia. Impingentes enim ipsi in lapidem, fracti sunt: Romanæ vero Ecclesiæ decor magis semper illuxit, ut quæ dicentur amplissimam fidem facient.

IV. Hæc autem quæ de liberatione Vigilii & aliorum ab exilio dicta sunt, licet Anastasius facta tradat rogante Narsete



T exer-

PAGIUS SÆC. VI. Anno Eræ Hispan. DXCII. A.C. 554.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6047.

☉ 3. D. ☽ 4. P. 5. April. Indict. 2.

JESU CHRISTI 554.

VIGILII PAPÆ 18.

JUSTINIANI IMP. 28.

I. Tricennalia Justiniani. [1] HIc annus ista formula notatus: *Post Consulatum Basilii V. C. XIII.* vel secundum quosdam, *post Consulatum Basilii V. C. anno XIV.* In hunc annum incidunt *Tricennalia* Justiniani post Justinum imperantis.

II. A num. I. ad IX. Testatur Anastasius, Clerum Romanum *Narsetem* rogasse, ut una secum Imperatorem deprecaretur, quo *Vigilius* ex exilio reverteretur, & Imperatorem tam Narsetis, quam Cleri Romani relatione recepta, Vigilium & Presbyteros ejus revocasse ex Proconneso, quæ *Insula* est parva Asiæ & Mysiæ minoris, in Propontide. Quod hoc anno factum docet Continuator Marcellini ad annum *XIII. P. C. Basilii V. C.* præsentem scilicet: *Vigilius Papa tandem ab Imperatoribus Romanis & Narse de exilio relaxatus.* Ubi Librarius loco, *ab Imperatore Romano*, scripsit, *ab Imperatoribus Romanis*. [Vigilius exilio relaxatur.]

III. Quintam Synodum approbavit. Antequam *Vigilius* exilio solveretur, consensit Synodo, ut testatur Evagrius lib. 4. cap. 37. *Vigilius autem per Literas consensit Concilio, non tamen interesse voluit.* Hujus consensus meminit quoque Sexta Synodus in Prosphonetico ad Constantinum Pogonatum Imp. ubi postquam retulit Eutychis damnationem a Leone I. decretam fuisse, & a Marciano Principe cum Synodo Chalcedonensi susceptam, Act. 18. ait; *Sicut & Vigilius post hæc Justiniano piissimo consensit, & Quintum Concilium constitutum est,* ut

NOTÆ [1] P. C. *Basilii* XIII. vel an. XIV.

Vigilii Constitutum pro trium Capitulorum damnatione. Inscriptiones basilicæ S. Pauli n. 199.

*Dep.* . . . APRILIS. XIII. PC. BASILI. IND. II. GEORGIUS

*De Quinta Synodo a Vigilio comprobata.* exercitus in Italia Duce: tamen & tunc accidisse putamus, ut Vigilius Papa assensus fuerit Imperatori, recedensque a sua sententia, quam Constituto edito declaraverat, Quintam Synodum comprobarit. Etenim cum de consensione Vigilii Græci omnes affirment, & qui his temporibus vixit & scripsit Evagrius id ipsum asserat, ut quæ sunt superius dicta testantur: cumque pariter declaratum sit, id non eo tempore accidere potuisse, cum idem Pontifex actus est non ob aliam causam in exilium, nisi quod Quintam Synodum minime probare voluisset: necesse est affirmare, id ab ipso factum esse hoc tempore, cum ab exilio solutus est, liberque dimissus, ut in suam rediret Ecclesiam, jam vendicata per Narsetem e Gothis Italia.

V. Ut istæc firmemus, alia plura suadent. In primis vero, quod Liberatus diaconus Carthaginensis, & ipse ex iis unus qui pugnarunt pro Trium capitulorum defensione (ut ex Breviario ab ipso conscripto satis apparet vel ex eo potissimum, dum Theodorum Mopsuestenum laudat) ipse, inquam, Liberatus in Vigilium parum æquus, præter alia quæ adversus eum conscripsit, ista de ejus fine habet (a): *Hæc* (inquit) *Vigilius scribens hæreticis occulte, permansit sedens. In quo impletum est illud testimonium, quod Salomon in Proverbiis dicit* (b): *Edent vita sua fructus & consiliis suis saturabuntur. Ab ipsis hæresi afflictus Vigilius nec coronatus, qualem vitæ terminum suscepit, notum est omnibus.* Hæc Liberatus: qui quidem si perstantem in sententia usque ad mortem pro Trium capitulorum defensione, quorum causa Constitutum ediderat, Vigilium comperisset, ipsum in ea defunctum velut martyrem collaudasset: sed cum ait, ipsum fuisse afflictum nec coronatum, plane alludit ad ejus exilium, & post exilium a priori proposito defectionem.

(a) *Liber. Brev. c. 22. in fin.*

(b) *Prov. 1.*

VI. Suadet etiam istud ipsum ea ratio, quod cum Justinianus Imperator nihil antiquius habuerit Trium capitulorum damnatione, quorum causa plura (ut vidimus) sancivit edicta, & Synodum Oecumenicam collegit, suæque sententiæ adversantes severe punivit: quomodo passurus fuisset, nisi consensisset, ut Vigilius, qui amplissimis scriptis contrarium sententiam professus fuit, & ad eam sectandam universam Ecclesiam Catholicam impulit, idem postquam solveretur exilio, sineretur proficisci in Occidentem, haud dubium universos Episcopos orbis Occidui adversus edicta Imperatoris atque Synodi decreta concitaturus? Rursum vero cum Justinianus Imperator non solum ab exilio ipsum Vigilium liberaverit, sed alia nonnulla eidem petenti concesserit, & ipso exigente sanctionem de rebus Italicis promulgarit; absque dubio ex hujusmodi officiis declaratum est, eumdem Vigilium ipsi valde charum extitisse, ut ea petenti indulserit: at nonnisi consensione in Trium capitulorum damnatione effici potuit, ut inter eos amicitia sanciretur, quorum solum causa odium conflatum erat, & in eum exilium irrogatum.

*Vigilius Justiniano amicus redditus.*

VII. Sic igitur ex omnibus, suffragante potissimum Græcorum auctoritate, satis apparet, Vigilium Papam, ut natum occasione Trium capitulorum schisma penitus tolleret, omnemque Orientalem Ecclesiam Catholicæ communioni conjungeret, abrogato quod pro Tribus capitulis ediderat constituto Quintæ Synodo adversanti, eamdem Synodum auctoritate Apostolica comprobasse, Oecumenicamque dixisse: cujus postremam sententiam cum posteri omnes Romani Pontifices sint secuti, universa Dei Ecclesia, paucis exceptis schismaticis, eamdem Synodum ut Oecumenicam semper novit & prædicavit. Ejus vero exemplaria tunc in Romanæ Ecclesiæ archivis fuerunt inter alia scripta authentica collocata; quæ utinam conservata fuissent: non enim opus esset eam corruptum & mutilatam (ut vidimus) e codicibus Græcis accipere.

*Ultimam Vigilii sententiam Ecclesia secuta.*

VIII. Porro eadem exemplaria genuina misisse noscitur S. Gregorius ad Theodolindam Longobardorum Reginam, & ejus filium

PAGIUS *ut eorum Opuscula, quæ latenter reperta sunt repleta abominatione, anathematizarentur.* His addit Marca in Dissert. de *Epistola Vigilii pro confirmatione Synodi V.* Pelagii II. testimonium ex Epistola ad Episcopos Istriæ. Etenim prolixis verbis ibi refertur, Sedem Apostolicam per *Vigilium* initio quidem probasse Tria Capitula, & pro eorum defensione diu laborasse, longoque tempore ad injurias usque certasse (quod de solo Vigilio intelligi potest) deinde cessisse quando *veritas se patefecit*. Marca ibidem refert Epistolam Vigilii *ad Eutychium Archiepiscopum Constantinopoleos, & ad præjacentem Synodum*, quæ dicitur data *ante sextum Idus Decembres, Imperii Domini nostri Justiniani æterni Augusti anno XXVII. post Consulatum Basilii V. C. anno XII.* anno sc. Christi DLIII. Eruit eam Marca e veteri Codice MS. Bibliothecæ Regiæ, existimatque illam esse, quam *Vigilius* pro Synodo V. dedit. Verum hæc Epistola aliquibus Viris doctis de suppositione suspecta visa, et si germana sit, de ea non loquitur Photius, quando de Vigilio scribit: *Communem Patrum fidem Libello comprobavit.*

IV. Baluzius in Nova Collectione Conc. pag. 1555. invenit in veteri Codice MS. Bibliothecæ Colbertinæ *Constitutum Vigilii pro damnatione Trium Capitulorum* hoc anno editum; in ejus enim fine legitur: *Data VII. Kalendarum Martiarum imperante Domino Justiniano perpetuo Augusto an. XXVII. & post Consulatum Basilii V. C. anno XIII. Constantinopoli.* In eo Constituto Vigili-

*Constitutum Vigilii quo Synodum V. confirmat.*

Quint. Synodi germana exemplaria. filium Adulouvaldum renuentem aliquando ea de causa Ecclesiæ Catholicæ communicare, quod accepisset, ex eadem Synodu derogari scriptis S. Leonis Papæ ab universa Ecclesia ut sacrosanctis toto orbe receptis. Sed accipe ipsius verba Gregorii ad ipsam Theodolindam Reginam reddita (a) extremo tempore sui Pontificatus: *Eam tamen* (inquit) *Synodum, quæ piæ memoriæ Justiniani tempore facta est, per latores præsentium transmisi: ut prædictus filius meus dilectissimus ipsam relegens, cognoscat, quia falsa sunt omnia, quæ contra sedem Apostolicam vel Catholicam Ecclesiam audierat. Absit enim nos cujuslibet sensum hæretici recipere, vel a tomo sanctæ memoriæ Leonis prædecessoris nostri in aliquo deviare: sed quæcunque a sanctis quatuor Synodis sunt definita, recipimus; & quæcumque reprobata sunt, condemnamus.* Hæc Gregorius, qui tum ipsam Reginam, tum ejus filium Regem Longobardorum detrectantes interea ob falsos a schismaticis sparsos rumores Apostolicæ sedi communicare, rei veritate dilucide demonstrata, communione Catholica & Apostolica impertivit.

(a) Greg. l. 12. ep. 7.

IX. Sed ad ipsum Vigilium solutum jam exilio, dimissumque liberum ut ad suam redire Ecclesiam posset, revertamur. Cum rediturus Romam, Constantinopolim ad Justinianum Imperatorem venisset; ab ipso petiit sanctionem promulgari universæ Italiæ profuturam. Extat illa quidem, quam hic tibi reddendam putavimus, ut quæ sunt dicta notiora fiant. Ipsa vero ad Narsetem Ducem & ad Antiochum Italiæ Præfectum data reperitur hoc anno, distincta capitibus vigintiseptem: sed nobis satis hæc ex multis pauca referre (b):

(b) Novel. Juhan. edit. in fin.

X. Edictum Justiniani Imp. de rebus Italiæ. *Pro petitione Vigilii venerabilis antiquioris Romæ Episcopi quædam disponenda censuimus ad utilitatem omnium pertinentia, qui per Occidentales partes habitare noscuntur. In primis itaque jubemus, ut omnia quæ Athalaricus, vel Amalasuntha regia mater ejus, vel etiam Theodatus, Romanis, vel Senatu poscente, concesserunt, inviolabiliter conserventur: sed & ea quæ a nobis, vel a piæ memoriæ Theodora Augusta quondam conjuge nostra collata sunt, volumus illibata servari: nulla cuicumque danda licentia contra ea venire, quæ a prædictis personis pro quibuscumque rebus vel titulis data vel concessa esse noscuntur, excepta videlicet donatione a Theodato in Maximum pro rebus habita Marciani, ex quibus dimidiam portionem Liberio viro gloriosissimo dedisse meminimus, reliquam dimidiam Maximo viro magnifico relictam, quas apud utrumque firmiter manere censuimus.*

*Si quid a Totilano tyranno factum vel donatum esse invenitur cuicumque Romano, seu cuique alii, servare, vel in sua firmitate manere, nullo modo concedimus; sed res ablatas ab hujusmodi detentoribus antiquis dominis reformari præcipimus. Quod enim per illum tyrannidis ejus tempore factum esse invenitur, hoc legitima nostra notare tempora non concedimus.* Et inferius de iisdem rebus a Totila alienatis: *Quia autem verisimile putamus, diversos tyrannidis tempore res suas per metum alienasse hominibus vel officium quodcumque gerentibus, vel aliam a Totila commissam actionem, vel potentiam, vel gratiam apud eum habentibus, sive venditione, sive aliis quibuscumque contractis titulis; modo vero quod factum est prius rescindi desiderare, utpote per violentiam, vel per metum tyrannici temporibus factum: sancimus omnibus esse licentiam sui recipiendi, sive vendicandi, vel possessionis a Judice adipiscendæ, pretiis tantummodo videlicet restitutis: quæ tamen (eo qui se dedisse perhibet approbante) veraciter constiterit exoluta, nec aliquo postea modo vel fraude subtracta, vel ab eo recepta, cum non absque ratione esse putemus multa tunc temporis per metum & violentiam facta esse, quæ nostris temporibus rescinde posset justitia, pœna videlicet instrumentis inserta propter prædictas factiones modis omnibus quiescente.* Hæc & alia plura ad res sive immobiles sive mobiles spectantia, instante Vigilio Papa, Justinianus sanxit, multaque alia ad personas respicientia, quas XI.



PAGIUS gilius fuse docteque Tria Capitula explicat, refellit, & damnat; tandemque concludit: *Prædicta igitur Tria impia Capitula anathematizamus atque damnamus, id est, Epistolam, quæ dicitur Ibæ ad Marin Persam, in qua nefanda superius designata blasphemia continentur, & impium Theodorum Mopsuestenum cum nefandis ejus conscriptis, & quæ impie Theodoritus conscripsit*, &c. *Quæcumque vero sive meo nomine, sive quorumlibet pro defensione memoratorum Trium Capitulorum prolata fuerint, vel ubicumque reperta, præsentis nostri plenissimi Constituti auctoritate vacuamus.* Hoc Constitutum Vigilii germanum & genuinum Libellum, quo Synodum V. confirmavit, & Constantinopolim tam ad Imperatorem quam ad Episcopos misit, esse autumo: nihil enim in eo, quod a stylo Vigilii dissentiat.

A num. IX. ad XIII. Postquam *Vigilius* ad Synodi sententiam accessit, Romam dimissus est, sed antea mense Augusto cum Imperatore sessio egit de universo Provinciæ, ac præsertim Urbis Romanæ regimine meliorem in formam reducendo. *Justinianus* ejus petitioni morem gerens, nobilem Sanctionem Constantinop. edidit *Idibus Augusti datam*, qua Italis plurimum indulsit, illorumque fortunas diuturno bello depressas erexit. Hanc cum *Vigilius* rediens in Italiam deferret, calculi dolore oppressus in Sicilia usque ad mortem remansit. Continuator Marcellini ad annum XIII. post Consulatum Basilii V. *Vigilius in Siciliam redit.*

vel barbaricus furor redegisset in servitutem, vel militaris licentia profanasset. Nam post alia plura hæc de dicatis Deo virginibus:

XII. *Cum autem tyrannicæ ferocitatis præsumptionem res etiam illicitas quasi permissas egisse, sine dubio sit: sancimus, ut si quæ mulieres Deo sacratas, vel habitum religiosum habentes sibi conjunxisse inveniantur, nulla eis tenendi, vel dotes forte conscriptas, iterum monasteriis, vel Ecclesiis, aut sancto proposito cui dedicata sunt, restituantur.* Hæc & alia Justinianus hoc anno vigesimooctavo sui Imperii, & post Consulatum Basilii tertiodecimo: quæ quidem ab Imperatore procurasse Vigilium apparet, ut, quæ tempore bellico fuissent jura jussa sileri, eadem reviviscerent, suumque unicuique tribuerent. Quomodo autem recedens Constantinopoli Vigilius Papa, cum in Siciliam pervenisset, illic extremum clausit diem, sequenti anno, quo id contigit, dicturi sumus: modo quæ anni hujus sunt reliqua prosequamur.

XIII. Hoc eodem vigesimooctavo Imperatoris anno a Cosrhoe Persarum Rege adversus Justinianum Augustum bellum movetur, non quidem ex more in Syria, sed in Colchorum provincia: quo Romanus exercitus turpiter victus atque fugatus est. Hæc vero quomodo se habuerint, Agathias pluribus refert. Quibus accurate narratis, divertit idem auctor ad peregrinationem seu trasmigrationem quorumdam Gentilium philosophorum e Romano solo in Persidem, ea (ut refert) occasione, quod pertæsi illi Christianam religionem & eam colentium mores, ad Persas, quos acceperant esse modestiores, proficisci, ibique reliquum vitæ tempus apud eos degere decreverunt: verum falsa decepti fama, ubi Persarum fœdissimos invenerunt mores, mox redire ad pristinos lares, & cum Christianis reliquum vitæ tempus degere censuerunt. Quæ autem notatu digna iisdem tunc acciderint remeantibus, ab eodem accipiamus auctore, qui rem sic exorditur (b): (b) Agath. l. 2.

XIV. De philosophia ad Persas peregrinantibus. *Paulo ante Damascius Syrus, Simpliciusque e Cicilia, Eulamius Phryx, Prisamus Lydus, Hermias præterea, & Diogenes ex Phœnicia, Isidorusque Gazæus in Persidem ad Regem hunc visendum se contulerunt: qui omnes facile hac nostra ætate omnium erant philosophorum principes. Hi quidem cum minus placerent quæ de Deo Romani rectius sentiunt, & multorum relatu persuasi jam essent Persarum instituta & mores cæteris longe præstare, in Persiam ad Regem, ut in ea victuri, una concesserunt, & eo libentius, quod Regem in primis justissimum, continentissimumque esse acceperant, qualem & vult Plato, ut Philosophia sit cum Imperio juncta: subditos vero pollere virtutibus, quandoquidem nec fures apud hos adesse, neque prædones, nec denique qui injustiora cætera facerent: atque adeo ut pretiosissima quæque vel in solitudine quavis relicta, qui forte invenerit, haudquaquam sit sublaturus, sed re-*

*lin-*

PAGIUS

filii V. C. ad currentem scilicet, ait: *Cum Romam redire cœpisset, in Sicilia morbo calculi sedtus discessit, moxque Romam perlatus apud S. Marcellum in via Salaria sepultus est.* Vigilium fere usque ad initium anni DLV. vitam protraxisse, ex infra dicendis certum fiet.

VI. *Finis belli Gothici in Italia.* Ad num. XIII. & seqq. Agathias lib. 2. pag. 40. & seqq. narrat quæ hoc anno in Italia a *Narsete* gesta adversus Gothicarum reliquiarum motus. *Leuthari & Butiline* Francorum Ducibus anno præcedenti occisis, portio quædam Gothorum ad septem bellatorum millia, qui multis in locis Francis auxilio fuerant, in *Campsas* Castellum munitissimum se se recepere. Eos ad hoc incitabat *Regnaris* Hunnus Gothorum Dux, qui bellum instaurandum sibi censebat, *ut ex eo celebrior fieret.* Confestim, itaque Narses castellum obsidione cinxit: *Hieme autem in hoc transacta, statim ineunte vere, Regnaris paciscendum sibi in rem præsentem cum Narsete putavit.* Sed cum majora quam ipsum deceret, postulasset, & in Narsetem sagittam torsisset, ab ejus satellitibus peremtus est. Eo sublato confestim Gothi se & Castellum Narseti dedidere, qui *ne imposterum novis iterum rebus studerent, omnes ad Imperatorem Byzantium misit,* inquit Agathias, qui de hyeme & vere currentis Christi anni verba facit, ut sequentia demonstrant. Quare hoc anno *bellum Gothicum* ab anno DXXXV. inchoatum finem accepit. Marius quidem in Chronico bellum Gothicum usque in annum DLVI. protrahit, & recentiores passim Historici in annum sequentem, sed eos errare ex Agathia, quem se sequi profitentur, nunc constat.

VII. *Moritur Theodebaldus Rex Francorum.* *Interea dum hæc geruntur,* ut prosequitur Agathias, *Theodibaldus adolescens, qui finitimis Italiæ Francis imperabat, miserrime jam e vivis excesserat, morbo quo inde ab ortu laboraret absumptus.* Quare Continuator Marcellini Theodebaldi Francorum Regis mortem recte collocavit *anno post Consulatum Basilii V. C. XII.* Christi scilicet DLIII. Hujus Continuatoris verba exscripsit Hermannus Contractus in suo Chronico ad annum DLIII. *Theodebaldus,* inquit, *Francorum Rex moritur, & Regnum ejus uxoremque Vanderadam* (quam alii rectius Waldetradam appellant) *Hlotarius Rex patris ejus Theodeberti patruus accepit, qui jam XLIV. annis regnabat. Quo ipso anno Hlotarius ipse Saxones juxta VVisaram fluvium magna cæde domuit, & Thuringiam pervasam devastavit.* Marius in Chronico Theodebaldi Regis mortem perperam consignavit *anno XIV. post Consulatum Basilii,* Christi scilicet insequenti, & omnibus rerum Francicarum Scriptoribus errandi causam dedit.

VIII. *Annus ejus emortualis a plerisque male consignatus.* Hi enim *Theodebaldi* obitum, postquam Chronicon Marii lucem vidit, sicuti & *Theodeberti* patris ejus mortem tardius retulerunt, non animadvertentes hunc Chronographum per hæc tempora serius res plerumque recitare, & ab Agathia accurato Scriptore dissentire. Regnum iniisse *Theodebaldus* anno DXLVII. & *septimo Regni sui anno mortuus est,* inquit Gregorius Turonensis

lib.

*linquenti utcumque domino integra omnia usque ad reditum maneant. Ubi tamen eo est tandem perventum, cum omnia aliter longe ac ipsi acceperant sese habere jam comperissent, & omnem scelerum apud hos speciem exerceri, ipsique hæc molestissime ferrent: inconstantiæ & levitatis se statim insimularunt, & mutati loci cœpit hos pœnitere. Unde etsi Cosrhoes eos & benevolentia prosequeretur, & ut apud se manerent precibus fatigasset; confestim tamen ad pristina loca, e quibus excesserant, se receperunt, existimantes, longe sibi potius fore, initis mox Romanorum confinibus mortem, si forte contingat, obire, quam apud Persas morando, majora sibi præmia comparare. Sic demum omnes ad pristinas sedes reducti, barbarica detestabantur hospitia.* Ita quidem experimento dicere philosophi, solutos licet disciplina Christianos præstare moribus quibuslibet veri Dei cultum ignorantibus populis. Quid vero his subiiciat auctor admiratione dignum, accipe:

XV. De cadavere humato atque refosso.

*Sed cum interea iter hi facerent, mirandum quiddam hic ferunt & dignum memoria contigisse. Nam cum in agrum quemdam Persicum philosophi divertissent, hominis ejectum cadaver viderunt recens mortui inhumatum. Tum hi legis barbaricæ pravitatem commiserati* (lege enim Persarum, defunctorum hominum corpora non humari, sed feris bestiis & volucribus exponi jubebantur) *quandoquidem nec par fore existimabant, ut vel in partem aliam naturæ injuriam paterentur, cadaver illud per servos elatum, terra ut licuit) obruerunt. Nocte vero, his quiescentibus, unus quidam eo ex comitatu (non enim sat calleo) obversari sibi speciem vidit hominis senioris, sibique incogniti, alias tamen gravis & venerandi, & qui philosophiæ studenti ut pallio, ita & barba promissiore nihil esset absimilis; sibique perinde jubendo, monendoque hujusmodi inclamasse: Noli inhumatum humare: permitte canibus lacerandum. Terra universorum mater matris corruptorem hominem non suscipit* (hæc idcirco, quod Persis in more esset, filios cum matribus commisceri). *Tum ille quamprimum præ formidine experrectus, aliis somnium statim renunciavit. At illi tum primum dubii animi erant, quonam esset id somnium evasurum. Antelucano autem tempore surgentes progrediuntur quo erat iter occœptum, agrum eumdem carpendo, cogente ad id loci situ, in quo pridie mortui cadaver suffoderant.* Nudum *illum iterato inveniunt, in agri superficie jacentem, tamquam sponte sua in apertum remittente terra, nec tolerante non a bestiis absumptum servare. Illi igitur rei miraculo obstupefacti, iter prosequebantur, omisso humanitatis officio, quod sibi ex lege injungebatur. Somnium interea cum sermonibus agitarent, ex eo facile fatebantur, pœnas luere Persas pro impudico & materno concubitu, eoque & insepultos manere, & non injuria per canes*

PAGIUS lib. 4. cap. 9. Ideoque anni septem, quibus regnavit, incompleti fuere. In Hist. de Gest. Reg. Franc. cap. 21. anni etiam VII. eidem assignantur. Aimoinus, qui lib. 2. cap. 25. annos VIII. ei tribuit, annum unum plus numeravit. Natus erat *Theodebaldus* ex *Deuteria*, propter quam *Theodebertus* pater ejus *VVisigardem* sponsam reliquerat, quam postea uxorem duxit, eaque defuncta *Deuteriam* ultra non habuit, ut videre est apud Turonensem lib. 3. capp. 25. & 27. nullam prolem *Theodebaldus* reliquit, at *Clotarius* non tantum Regnum ejus cum Thesauris accepit, sed & *VValdetradam* uxorem strato suo copulavit, ut scribit Turonensis lib. 4. cap. 9. qui subdit, *increpitus a Sacerdotibus reliquit eam dans ei Garibaldum Ducem*. Baronius Theodebaldi mortem recitat anno DLVI. num. XVIII. De Garibaldo primo Bajoariæ Duce vide dicenda anno DLVI.

IX. *Terræmotu Constantinop. aliæque Urbes concussæ.*

Agathias pag. 51. Theodebaldi morte, Regnarisque cæde narratis, statim subdit: *Sub idem fere tempus, vigente æstate Byzantii, aliisque compluribus Romani Imperii locis ingens terræ motus est factus, adeo ut multæ Urbes tam insulares quam in continente sitæ confestim subversæ fuerint, incolæque penitus absorpti.* Inter Urbes, quæ tum corruere, memorat Agathias *Berytum* pulcherrimam tunc Phœniciæ Urbem, atque, nobiles juvenes, qui addiscendarum Romanarum Legum causa eo commearant, commigrasse *Sidonem* Urbem vicinam, dum *Berytus* instauraretur. Narrat etiam, *Alexandriam ad Nilum flumen positam* terræ motui non obnoxiam, perexiguum & brevem motum sensisse, dum ipsemet ibi versaretur, & *Coi* insulæ exiguam quamdam portionem servatam esse. Hunc vero terræ motum præsenti anno, & quidem æstate, accidisse testatur Theophanes anno Incarnationis secundum Alexandrinos DXLVI. Kalendis Septembris superioris Christi anni inchoato: *Hoc anno*, inquit, *mensis Augusti decimo quinto, Indictione secunda, illucescentis jam Dominici diei post mediam noctem tempore* (ideoque hoc anno, quo Sabbatum incidit in diem XV. mensis Augusti), *terræ motus contigit adeo horrendus, ut ædes plurimæ, balnea, Ecclesiæ, mœnium Urbis Constantinop. pars, quæ maxime ad Chrysen portam, damnum ingens passa fuerint: & eo plures oppressi perierint. Corruit etiam pars Nicomediæ maxima. Invaluit autem is terræ tremor diebus quadraginta, modicoque spatio ad mentem & pœnitentiam redierant homines, publicis per vias precibus, Ecclesiasticorum Cœtuum frequentia, diuturna in Ecclesiis mora, Divinam opem implorantes: mox vero Dei clementiam experti, in deteriora prolabebantur. Ceterum populo in Campum cum precibus processionem agente hujus terræ motus per annos singulos memoria renovatur.* Baronius anno DLIII. num. XLIX. ex Auctore Miscellæ hunc terræ motum recitat, quod is tradat illum contigisse anno XXVII. Justiniani Imp. cum tamen anno ejus Imperii XXVIII. contigerit. Hujus erroris fons & origo modus Justiniani annos numerandi a Theophane usurpatus. Hic enim primum Justiniani annum a Kalendis Septemb. anni Christi DXXVII. cum anno

*ant dilacerari*. Hæc Agathias, suorum temporum recensens historiam, haud leviter accepta refert.

XVI. *Se ipsos impii pœnis afficiunt.* Ex hoc quidem exemplo qois non intelligat, in suæ ipsorum ultionem impietatia fini a Deo Novatores hærerieos spernere ab Apostolis traditos & in Ecclesia Catholica sæpe osu receptos atque posteris commendatos Christianis ritus sepolcrales, pompamque piam, qua sacris canticis ducuntur funera, sacrisque locis, quæ sont Christi membra, humantur corpora desuoctorum; eosdemque vere impios sua sponte ab Ecclesiastica communione disessos hisce privari, atque tamquam infames in loco profano, profanæque sepulturæ mandari? Ut plane justo Dei judicio in eis Hieremiæ (a) vaticinium compleatur, quo ait: *Sepultura asini sepelietur, putrefactus & projectus extra portas Hierusalem*. Sed quæ de funere & sepultura dicimus, de pluribus aliis Dei beneficiis Catholicæ Ecclesiæ collatis æque diceoda sunt, quibus in suorum scelerum pœnam sua ipsorum sententia impii, sed justo Dei judicio omnino privantur.

(a) Hie. 22.

Hic

PAGIUS anno civili exorditur, eoque pacto mense Augusto hujus anni, vicesimus septimus Justiniani adhuc in cursu erat. Quare ad vitandum errorem, in quem hactenus Chronologi incidere, in Theophane legendo, citandoque, non ad annos Imperatorum, sed ad annos Incarnationis secundum Alex. attendendum, quod satis monere non possum.

X. *Iste terræ motus cardo Chronotaxis Historiæ Agathiæ.* Hoc terræ motu suo anno reddito manifestum est, mortem *Leutharis*, *Butilini*, & *Theodebaldi* Regis recte a nobis consignatam fuisse, & Agathiam contiouationem Historiæ Gothicæ Procopii, a Libro secundo suæ Historiæ exordiri; quod cum huc usque Chronologi non animadvertissent, res ab Agathia narratas præpostere collocarunt. Goarus in Notis ad Theophanem pag. 596. hunc terræ motum ab hoc Historico relatum confundit cum alio terræ motu, quem Theophanes docet contigisse anno Christi DL. ut ibidem vidimus; quod uterque *æstate* acciderit, & in utroque *Berytus* concussa fuisse dicatur. Verum summopere fallitur; eo enim anno *Byzantium* hanc calamitatem passum non est: & *Berytus* tam eo anno, quam currenti terræ motu quassata. Porro iste terræ motus censeri debet secundus cardo Chronotaxis Historiæ Agathiæ.

XI. *Justinus Dux diripientem Joannes Afri particeps.* Quæ vero hoc anno inter Persas & Romanos contigere, paucis exponit Agathias lib. 4. a pag. 230. ad 132. atque, *Justinianum* Justino Germani filio, maximi per id tempus nominis Viro, Byzantium ad se evocato per Colchicam Regionem & Armeniam plenum & absolutum imperium detulisse, dum *Persæ quiescerent*, *statusque rerum Induciis esset similis*. Sed quidam *Joannes nomine Afer*, vir obscurus & pauperrimus *Justino* promisit commeatum omnem commode suppeditaturum, modo ei certa pecuniæ summa traderetur, eique liceret quæ inter ipsos convenerat præstare. *At scelestus ille vanalitiarius & dardanarius* ingentem quæstum faciebat. Ex his opibus pacta Justino persolvebat. Justinus vero parvi lamenta eorumque, quos iste deprædatus fuerat, lachrymas faciens, *gaudebat*, *& inemptis epulis fruens*, *& præterea pleniorem graviorémque crumenam reddens*. Sed licet insignitos post hæc labores exantlarit, maximamque gloriam consecutus sit circa Istrum fluvium Barbarorum insultus retundens; *nihil inde Divina vindicta* est emollita; postea enim a Justino Juniori capite plexus est. Addit Agathias, neque Persas bellum instaurasse, neque Romanos in eos movisse, *sed quieti manebant*, *perinde ac si communi sententia ita decretum esset*. Chosroes vero simul atque cognovit quod *Nacheragan* fugiens prælio excessisset, confestim eum ex Iberia revocavit, & a summa cervice cutem ei ad imos pedes detrahens a carnibus avulsit, *cujus primus*, *uti arbitror*, *Sapores ille*, *qui multo ante Chosroem tempore apud Persas regnavit*, *infamis auctor fuit*, inquit Agathias, qui ideo significat, nihil neque hoc, nec sequenti anno, ab exercitibus actum esse. Pacem enim inter utramque Gentem anno DLVI. compositam fuisse infra visuri sumus. Theophanes anno Incarnat. secundum Alex. DXLVI. Kalendis Septemb. anni Christi DLIII. inchoato loquitur de Joanne isto, atque: *Lazi a Romanis deficientes ob Joannis eorum Præfecti avaritiam*, *atque injustitiam*, *ad Persas transfugere: sed iterum intra eundem annum ad Romanorum partes rediere: & expulsis Persis Romani Castrum Petram cepere*. Verum, neque Agathias, neque ullus alius ex Antiquis de hac *Lazorum* ad Persas defectione mentionem facit; *Petra* anno DL. a Romanis expugnata, & Lazorum querelæ adversus Joannem prædonem, non vero Præfectum perperam defectio appellantur a Theophane, qui tempus dantaxat rei gestæ, ac durationem recte notavit.

XII. *Synodus Arelatensis V.* Celebratum hoc anno Concilium *Arelatense* V. sub Sapaudo Arelatensi Episcopo, qui his verbis illud subscripsit: *Notavi sub die tertio Kalendas Julias anno XLIII. Regni Domini Nostri Childeberti Regis*. Sirmondus, qui primus Synodum istam in lucem dedit ex Codice MS. Lugdunensi, addit Indictionem secundam, quia mendose ibi *tertia* memoratur. Convocata est ex Provincia Viennensi secunda, & ex duabus Provinciis finitimis, scilicet Narbonensi II. & Alpium marittimarum. Septem Canones in ea conditi.

XIII. *Agila Rex Hispaniæ occiditur.* *Era DXCII.* hoc nempe Christi anno Visigothi Regem suum *Agilam* occidere, & *Athanagildo*, qui jam tyrannidem arripuerat, se se regimini tradiderunt, ut prodit Isidorus in Chronico Gothorum, qui subdit, *Agilam* annos quinque regnasse.

I. HIC annus Domini quingentesimus quinquegesimusquintus, post Consulatum Basilii numeratur decimusquartus: quo Vigilius Romanus Pontifex venturus in Italiam, in Sicilia diem obiit, cum sedisset annos sedecim, licet Anastasius habeat sedisse annos decem & septem, menses sex, & dies viginti sex: sed nulla subsistunt talie ratione, quamplarimis his adversantibus. De ipso item hæc Anastasius subdit, cum agit de ejus obitu: *Venerunt itaque in Siciliam, in civitatem Syracusas, ubi Vigilius afflictus, calculi dolorem habens, mortuus est. Corpus ejus delatum Romam, sepultum est ad S. Marcellum via Salaria.* Sed quoto anni mense dieve sit mortuus, nulla apud antiquos mentio: nec nobis de his divinandum, cum nec ex successoris annis tempus Vigilii sedis possit mensium atque dierum numero definiri. Cæterum hic non prætermittendum, Pelagium diaconum dactum esse in suspicionem illetæ mortis Vigilio; id enim idem Anastasius tradit, cum agit de ejusdem Pelagii ordinatione: addit, autem, ipsum Pelagium publice se purgasse de tanta illata calumnia. Sed de his inferius.

Hic tandem finis Vigilii Papæ, ut justo Dei judicio in insula defunctus sit, confectus ipse ærumnis ex morbo, qui coegerat sanctum prædecessorem suum Silverium deportatum in insulam illic animam exhalare. Qui enim malis artibus ad Pontificatum sibi paravit ascensum, ipsam adeptus, immensis semper agitatus est fluctibus, invisus in primis Imperatori, cujus gratiam tot studiis demereri conatus fuit, Orientalibus haud gratus Episcopis, adversus quos diu multumque certavit: sed & Occidentalibus defensoribus Trium capitulorum redditus execrabilis, quod in sententia non stetisset, sed impugnatoribus eorumdem, suo constituto abolito, inhæsisset, Quintam probando Synodum, quam antea impugnasset: ac tandem cum e procellis in portum sibi visus est appulisse, pedemque alterum in Urbem, a qua diu abfuisset, propemodum intulisse, in via mori cogitur. II.

PAGIUS SÆC. VI. Anno Eræ Hispan. DXCIII. A.C. 555.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6048.

☉ 4. C. ☽ 5. P. 28. Mart. Indict. 3.

JESU CHRISTI 555.

PELAGII PAPÆ I.

JUSTINIANI IMP. 29.

I. *Postconsulatus.* [1] HIc annus ista formula notatur: *Post Consulatum Basilii V. C. XIV.* & secundum aliquos, *Post Consulatum Basilii V. C. anno XV.*

II. *Opinio Baronii de institutione Primæ Justinianæ.* A num. I. ad X. Baronius num. VI. loquens de Institutione Primæ Justinianæ ait: *In hujusmodi habitus cum Justiniano conflictibus, cum fatigatus esset ærumnis Vigilius, idem Imperator ab eo inter alia illud extorsit, quod ab Agapeto Papa obtinere frustra tentaverat, nec ab ejus successore Silverio impetrare valuit, nempe ut Prima Justiniana, natale solum, a se mirifice illustrata non Episcopatus tantum, sed Metropolitanæ Sedis augeretur dignitate. Cum inquam a Vigilii Prædecessoribus ipse Justinianus impetrare conatus esset, minime valuit obtinere; quod scirent iidem Romani Pontifices ea verti in præjudicium aliarum ipsi Provinciæ adjacentium Metropolitanarum Sedium, injustum esse dedecore Nobilium Ecclesiarum illustrari novam Ecclesiam Primæ Justinianæ.* Verum rem non ita se habere demonstrat Baluzius in Supplemento Libri 5. de Concordia cap. 29. cujus fere verbis difficultatem expediam.

III. *Sex Metropoles ei subiiciuntur.* Justinianus Patriæ suæ *Achrida* sive Primæ Justinianæ, (quæ Civitas in Dardania Europæ, etiamnum ampla) ornandæ cupidus, Novella XI. ad *Catellianum* Archiepiscopum Primæ Justinianæ directa, dataque *Belisario V. C. Consule*, anno scilicet DXXXV. constituit, uti Primæ Justinianæ Antistes, non solum Metropolitanus; sed etiam Archiepiscopus fieret, & ut sub ejus auctoritate essent Provinciæ Illyricianæ quæ sequuntur, *Dacia* nimirum mediterranea, *Dacia Ripensis*, *Mysia* secunda, *Dardania*, *Prævalis*, & pars aliqua secundæ *Pannoniæ*, quæ Bacensi Civitati contributa erat. Jus autem omne in Provincias illas abrogat Episcopo Thessalonicensi, tam pro celebratione Conciliorum, quam pro ordinationibus Metropolitanorum, quos ad consecrationem Archiepiscopi Primæ Justinianæ pertinere imposterum debere sancivit; ita ut ipse a generali Provinciarum illarum Synodo ordinaretur.

Eodem tempore *Justinianus* apud *Agapetum* Papam egit, ut novo huic Archiepiscopo vices Apostolicæ Sedis injungeret, videlicet per illas Provincias, quæ supra nominatæ sunt. Quid ad hanc petitionem rescripserit *Agapetus*, non invenimus: ex Epistola autem ejus ad Justinianum, quæ inter alias hujus Pontificis ordine IV. est, qua rem totam se per Legatos significasse, ait, & ex Novella CXXXI. data *XV. Kal. April. Basilio V. C. Cos.* idest, anno DXLI. in qua Vicariatum illum revocat ad beneficium Vigilii *secundum ea*, inquit, *quæ definita sunt a Sanctissimo Papa Vigilio*, nulla Agapeti mentione facta, colligere est illum vices suas noluisse concedere Archiepiscopo Primæ Justinianæ. Hæc verba Agapeti: *de Justiniana Civitate gloriosi Natalis vestri conscia, nec non & de nostræ Sedis vicibus injungendis, quid servato Beati Petri, quem diligitis, Principatu & vestræ Pietatis affectu, plenius deliberari contigerit, per eos quos ad vos dirigimus Legatos, Deo propitio celeriter intimamus.* Certe si *Agapetus* petita concessisset, opus non fuisset recurrere ad Vigilium. Præterquamquod Agapetus paulo post obiit. IV. *Ea non Agapeto.*

Mortuo *Agapeto* successit *Silverius*, & huic *Vigilius*, ad quem Justinianus Legationem misit. V.

gitur immensis confectas ex calculi morbo doloribus.

III. *Romana Ecclesia non læditur adversis.* Fuit ista Vigilii, dum esset Pontifex, vitæ periodus: ex qua quidem multa quis hauriet divinæ providentiæ invigilantis super Ecclesiam Romanam exempla: quibus illud potissimum evidentius innotescat, ipsam Divinitatem ejus gubernaculum tunc præcipue moderari, cum qui navi præsidet, clavumque tenet, obdormire videtur, vel alio non opportune dirigere, quo vel timor impellit, aut privatus commovet affectus. Qui enim in ea residet Christus, huc atque illuc universam navim pro arbitrio vertit: & fluctus licet contrarii urgeant, & flantes venti in adversam partem impellant; numquam tamen ipsa navis impingat in scopolos, neque offendat in syrtes, vel crebrioribus undarum ictibus dissolvatur, sed illæsa permaneat, nesciens vel vetustata lentescere, ut per lata foramina sorbens aquam, absorbeatur a fluctibus.

IV. Iotelliget ex iis pariter accuratus inspector, quanta Romanæ Ecclesiæ insit auctoritas, vigeatque potestas, cum viderit ex adversu frustra sæcularem niti potentiam, incassumque armari perfidiam, vaneque contra niti Orientales Episcopos, otiose resilire Occidentales Antistites, inutiliter ubique cogi Concilia, atque sanciri decreta, ubi non accesserit Ipsius sedis Apostolicæ confirmatio, & qui in ea sedet Romani Pootificis comprobatio: cum illud tantum necesse sit in Ecclesia Catholica haberi ratum & firmum, quod noscitur consensione asserta vel præsumpta ejusdem Romani Antistitis comprobatum.

Vidisti enim, frustra nisum Imperiali edicto Justinianum, quousque illi Vigilius restitit, nulliusque roboris habitum totius Orientis collectum Concilium, donec illud ipsum suo assensu voluerit Romanus Pontifex effici Oecumenicum: cum plane non alia ratione ipsi etiam Græci illud comprobent Oecumenicum esse, nisi quod illi consensus accesserit Romani Pontificis. Sic vides, quo magis in Vigilio contempta est Apostolicæ sedis auctoritas, eo amplius eamdem apparuisse illustratam: & cum nulla fuerint tempora, quibus sub Catholico Imperatore adeo ignominiosa diraque pati coactus sit Romanus Pontifex, numquam tamen magis, quanta in Petri successore vis atque potestas esset, cognitum fuit, in illo præsertim Antistite, quem ante electionem præterita crimina adeo infamassent, & violenta præcedens intrusio, illicitæque atque probrosæ promissiones factæ hereticæ feminæ contemptibilem reddidissent, atque demum Silverii Papæ obitus ferme omnibus detestabilem effecisset. Ita plane permisit Deus Apostolicam sedem adeo fluctuare, atque in discrimen adduci, ut ab omnibus intelligatur non humanis sed divinis illam fulciri præsidiis. Sed quæ reliqua sunt Vigilii Papæ, antequam de ejus agamus successore, prosequamur. V. *Apostolicæ sedis summa auctoritas.*

In

PAGIUS *Sed Vigilio sedente instituta.* sit, ut liquet ex prima Vigilii Epistola. Videtur autem *Justinianus* simul ab eo petiisse per *Dominicum* Exconsulem atque Patricium, (nam is Justiniani Legatus erat), uti vices Apostolicæ Sedis committeret Archiepiscopo Primæ Justinianæ. Epistola enim Vigilii data anno DXL. Vicariatus vero istius meminit ipse Justinianus in Novella CXXXI. anno insequenti data, in qua sic loquitur: *Per tempus autem beatissimum Primæ Justinianæ nostræ patriæ Archiepiscopum semper sub sua jurisdictione Episcopos Provinciarum Daciæ Mediterraneæ, & Daciæ Ripensis, & Prævalis, & Dardaniæ, & Mysiæ superioris, atque Pannoniæ, & ab eo hos ordinari, ipsum vero a proprio ordinari Concilio, & in subjectis sibi Provinciis locum obtinere eum Sedis Apostolicæ Romæ, secundum ea, quæ definita sunt a Sanctissimo Papa Vigilio.* Quare fallitur doctissimus Cardinalis, qui inceitum esse ait tempus, quo Vicariatus iste tributus Archiepiscopo Primæ Justinianæ, & vi extortum esse a *Justiniano*, nimirum post dissociatam inter eos concordiam. Quippe ea dissoluta est post Vigilii adventum Constantinopolim, idest, post annum DXLVII. vel ipso Baronio teste. Imo diuturna illa vis Imperatoris, qua adactum *Vigilium* inquit, ut vices suas delegaret Archiepiscopo primæ Justinianæ, ad aliam vim referri non potest, quam ad eam, quam idem Pontifex pertulit anno DLI. & sequentibus. Non itaque post ærumnas *Vigilius* vices suas tribuit Archiepiscopo primæ Justinianæ, sed in felicibus Pontificatus sui initiis, & ante omnem simultatem cum *Justiniano*, ut mox demonstratum. Adhæc frustra ait Baronius, Imperatorem non potuisse ista impetrare a *Silverio*: cum id a nemine proditum sit memoriæ Literarum.

VI. *Prima Justiniana Patriarchalis appellata.* Novam illam Archiepiscopi primæ Justinianæ Dignitatem acceptam non fuisse *Illyricianis* Episcopis, præcipue vero *Thessalonicensi*, in cujus diminutionem ista constituta fuerant, dubitandum non videtur. Mansit tamen novo Archiepiscopo auctoritas, quam illi lege sua ex commendatione apud Romanos Pontifices procuraverat *Justinianus*. Discimus istud ex Epistolis Sancti Gregorii Magni LIII. & LIX. lib. 4. Indict. XIII. quæ docent eum una cum Pallio vices suas *Joanni* Episcopo primæ Justinianæ commisisse juxta morem, & *iteratam*, ut ipse ait, *innovationem*. Unde recte scribit Marca in lib. de Primat. paragrapho 47. id circa Episcopos Sedis illius observatum esse per illas tempestates, ut Romani Pontifices singulis Archiepiscopis, statim ac isti consecrati erant, vices Apostolicæ Sedis & Pallium conferrent, ac causas, personasque eorum subjectas fuisse censuræ Romanorum Pontificum; quod ibidem Marca ex Sancto Gregorio Magno demonstrat. Ampla illa Archiepiscopi primæ Justinianæ auctoritas effecit, ut ei *Patriarchæ* dignitas & appellatio a nonnullis antiquis Scriptoribus tributa sit, uti a Curopalate cap. de Patriarch. designat. & Barlaamo in suis adversus Græcos Schismaticos disputationibus.

VII. Vigilius Papa postquam Constantinopoli anno præcedenti, elapso vel saltem affecto mense Au-

gu-

VI. A Vigilio collatum privilegium Primæ Justin.

In hujuſcemodi habitis cum Juſtiniano conflictibus cum fatigatus eſſet ærumnis Vigilius, idem Imperator ab eo inter alia illud extorſit, quod ab Agapeto Papa obtinere fruſtra tentaverat, nec ab ejus ſucceſſore Silverio impetrare valuit, nempe ut Prima Juſtiniana, natale ſolum, a ſe mirifice illuſtrata, non Epiſcopatus tantum, ſed Metropolitanæ ſedis augeretur dignitate. Cum id, inquam, a Vigilii prædeceſſoribus ipſe Juſtinianus impetrare conatus eſſet, minime valuit obtinere; quod ſcirent iidem Romani Pontifices, (ut ſuperius dictum eſt) ea verti in præjudicium aliarum ipſi provinciæ adjacentium Metropolitanarum ſedium, injuſtum rati dedecore nobilium Eccleſiarum illuſtrati novam Eccleſiam Primæ Juſtinianæ, indecenſque eſſe alias denudare, ut una ſuperexornaretur Eccleſia; creſceret nimirum ipſa diminutione majoris, cui ipſa ſubdita fuiſſet Eccleſiæ; & pallium quod illa ſoleret accipere a Romano Pontifice, Prima Juſtiniana ab eodem peteret, ac ſibi ſuperinduceret. Id quidem fuiſſe a Vigilio Papa decretum, ut ejus Epiſcopus pallio ornaretur, vicemque gereret Apoſtolicæ ſedis, idem Juſtinianus Imp. in conſtitutione Novella profitetur (a): de eodemque pallio, quod Archiepiſcopus Primæ Juſtinianæ accipere ſoleret a Romano Pontifice, teſtis eſt Gregorius (b) Papa in epiſtola ad Joannem. Exciderunt autem ipſius Vigilii Papæ Apoſtolicæ litteræ de collatis a ſe privilegiis Primæ Juſtinianæ. Hæc vero, quod incerta habeantur quo anno facta fuerint, hic ad finem ipſius

(a) Novel. 131. c.3.

(b) Greg. l.4. ep.15.

*Ann. Eccl. Tom. X.* V VI-

PAGIUS

Obitus Vigilii P. P.

guſto, Siciliam rediit, venit *in Civitatem Syracuſanam, & ex multa afflictione calculi dolorem habens, defunctus eſt*, inquit Anaſtaſius, qui diem ejus emortualem non memorat, utraque ſcripſerat, eum ſediſſe *annos ſeptemdecim, menſes quinque, dies viginti ſex*. In utroque tamen MS. Colbertino Anaſtaſiano habentur menſes ſex, ſed in altero dies XXVI. in altero dies XXV. quæ dierum varietas in quibuſdam aliis MSS. & Catalogis Pontif. Rom. etiam reperitur. Sed ex Catalogis & MSS. Codicibus Anaſtaſii inter ſe collatis eruitur, eum annos XVII. menſes VI. & dies XXVI. Vigilio attribuiſſe, quod verum eſſe non poteſt; cum anno DXXXVII. die XXII. menſis Novembris Pontifex conſecratus fuerit. Parum tamen refert illud ſcire, dummodo *Pelagii* I. ejus ſucceſſoris initium e tenebris educatur. *Vigilium* anno ſuperiori demortuum tradit Marcellini Continuator, *Indictione II. poſt Conſulatum Baſilii V. C. XIII.* qui uno tenore Pelagii I. electionem narrat. [1] Ex recentibus Hiſtoricis aliqui Pelagii exordium cum præſenti anno copulant, uti Baronius; alii vero uti Onuphrius in Chron. Holſtenius in Diagrammate Chronologico in Notis ad Synodum Rom. ſub Bonifacio II. Em. Card. Noriſius in Differt. de Synodo Quinta cap. 8. & Papebrocius in Conatu Chron. Hiſt. illud in ſequentem rejiciunt; ſed ex dicendis tam in ejus morte, quam in Succeſſorum, qui ante Gregorium Magnum Eccleſiam gubernarunt, temporibus digerendis conſtabit, *Pelagium* hujus an-

NOTÆ

[1] IN veteri Catalogo quorumdam Romanorum Pontificum qui in Symmacho cœptum deſinit cum Vigilio vulgato a P. Joſepho Blanchino in Libro: *Enarratio Symboli Pſeudo Athanaſiana*; legitur de eodem Vigilio: *Moritur in Syracuſis ſecunda feria, nocte, ſeptimo Idus Junias: Indict.* III. Hi temporum characteres congruunt cum anno 555. & cum ſint Authoris quantum conjicere licet coævi magnæ ſunt authoritatis. Ex his autem intelligimus Vigilium non quidem Martio ſed Junio menſe obiiſſe. Neque oppoſitum mihi probes ex epitaphio Pelagii a Baronio relato, illud enim non legit in lapide Baronius, ſed relatum accepit a Manlio in Hiſtoria Templi Vaticani, qui mendoſe nimis Epitaphia hæc deſcripſit, ut patet legenti ejus Hiſtoriam vulgatam a Bollandiſtis in Supplementis ad Acta SS. Denique anni ſedis ejuſdem Vigilii definiuntur in eodem Catalogo annis 18. menſibus 2. diebus 9.

At vero ſicut ejuſdem Catalogi fidem ſecuti ſumus in deſignando menſe & die emortuali Vigilii, ita pariter & illum retinendum cenſeamus in aſſignando ſedis tempore ad annos 18. menſes duos dies novem, id quidem minori fiducia definimus. Facilius enim irrepere potuit mendum in numeros, quibus tempus illud ſedis deſignatur, quam in characteres quibus dies emortualis exprimitur. Tempus tamen iſtud ſi detrahatur ex anno 555. die 7. Junii, ducemur ad annum 537. die 29. Martii. Annus cum Pagii animadverſionibus congruit, menſis vero non item, quia ex Anaſtaſii fide conſecratum illum eſſe ſet die X. Kalendas Decembris. Sed cum Anaſtaſius in Vigilii rebus narrandis tam multipliciter erret, non eſt cur Authori coævo præferatur; cum præſertim dies illa 29. Martii anni 537. inciderit in Dominicam, diem ordinationibus ſummorum Pontificum deſtinatam.

Sed iterum ex eodem Catalogo pergamus ad indagenda exordia Silverii. Porro ille *ſedit menſes novem*. Si menſes iſti ſedulo retrahantur, ſupererit annus 536. dies 29. Junii & Dominica. Qua ſane die Silverium ordinatum fuiſſe a vero non abludit. Utinam ſicut duorum iſtorum Pontificum tempus ad liquidum demonſtravimus, ita ex eodem Catalogo ad reliquorum Pontificum tempora illuſtranda procedere daretur. Sed cum interpontificia ibidem deſint non ita tutum eſſet eundem ducem ſequi.

Compoſita tamen die emortuali Vigilii anno & die de quo in ſuperiori adnotatione, Pelagii ordinatio ſtatuenda eſt die duodecima Septembris, quæ hoc anno in diem Dominicam incidebat; quod ſic oſtendo. Obiit Vigilius die ſeptima Junii, dein ceſſavit Epiſcopatus menſes tres, dies quinque uti fert Anaſtaſii codex vetuſtiſſimus Mediolanenſis, cum aliis duobus laudatis Rer. Italic. tom. III. col. 133. & congruit vetus Catalogus deſinens in S. Paulo I. vulgatus a Blanchino in Prolegom. ad tomum quartum Anaſtaſii. His ductis in calculum ſtatimus eo die duodecima Septembris, quæ cum Dominica eſſet, ordinationi novi Pontificis legitima habebatur. MANSI

Vigilii rerum gestarum ex more posuimus.

VII. *Sacrarum usus Imaginum.* Ad postremum de eodem Vigilio Papa his illud adiicere monumentum minime prætermittimus, quod habet Hadrianus Romanus Pontifex in epistola ad Carolum Magnum Imp. nempe ab eo egregiis iisdemque piis imaginibus exornatam fuisse basilicam a se erectam. Cum enim inter alia plurima idem Pontifex vellet ostendere Imperatori viguisse semper in Ecclesia sacrarum usum imaginum, & de singulis temporibus quibus celebratæ essent Oecumenicæ Synodi addu-xisset de Romana Ecclesia, quam aliæ minores Ecclesiæ imitarentur exempla: ubi ventum est ad proxime dicta tempora Quintæ Synodi, ita habet: *Et de sancto Quinto Concilio: Sanctissimus Vigilius Papa in Lateranensi Patriarchica basilicam faciens, pulcherrimis eam decoravit picturis, tam in historiis, quam in sacris imaginibus.* Hæc ipse: quæ quidem verba (ut ex præcedentibus patet) eam habent sententiam, ut Pontifex dicere voluerit, sicut tempore reliquorum Conciliorum Oecumenicorum usus probatur sacrarum imaginum, ita etiam tempore Quintæ Synodi, cum esset Pontifex Vigilius Papa, qui basilicam a se constructam sacris decoravit picturis. Quod tamen ab ipso Vigilio ante factum oportuit, quam in Orientem proficisceretur: nam semel Roma discedens, illuc non est amplius reversus.

Quod rursum ad reliqua ejusdem Vigilii monumenta pertinet: nec excidat, quod sanctus Gregorius Papa in epistola ad Vigilium Episcopum Arelatensem meminit de privilegiis ab ipso concessis Arelatensi monasterio, quod Childebertus Rex Francorum erexit, & petiit a Vigilio sedis Apostolicæ immunitatibus communiri: cui illum assentientem, litteras Apostolicas ad Aurelium tunc Arelatensem Episcopum (a) dedisse significat, ad quem constat aliam quam superius recitavimus scripsisse epistolam. VIII.

(a) *Greg. l. 7. ep. 115.*

Vides igitur tam in Oriente, quam in Occidente, tum Imperatores, tum Reges non ab alio Antistite quam a Romano Pontifice expetere consuevisse pro locis a se erectis privilegia, utpote quod certo scirent in ipso totius Catholicæ Ecclesiæ residere primatum, universosque Antistites ejusdem parere præceptis, sæcularesque Principes haud audere violare, quæ scirent Apostolicæ sedis privilegiis esse munita. Nec de Vigilio illud prætereat (quod attigimus) Constitutum aliud sanciviſſe adversus Origenem, ipsum condemnans, ut Cassiodorus testatur his verbis (b): *Hunc* nempe IX.

(b) *Cassiod. Instit. divin. lect. l. 1. c. 1.*

PAGIUS

nominis I. natione Romanum, die undecima mensis Aprilis præsentis anni Pontificem Rom. consecratum fuisse. Cum vero nunc inter omnes conveniat, eum non alio mense, quam Aprili ordinatum, illudque ex ejus Epitaphio de quo infra, certo deducatur, vel sola subscriptio epistolæ ejus *ad Episcopos Tusciæ* datæ, & a Baronio anno DLVI. num. XXX. & seqq. ac e Labbeo Tom. V. Concil. pag. 794. recitatæ *Pelagium* I. mense Aprili hujus anni ordinatum invicte demonstrat. Ita enim habet: *Data XV. Kalend. Mart. anno XV. post Consulatum Basilii V. C.* Quare die XV. mensis Februarii anni DLVI. jam sedebat, ejusque Consecratio ad mensem Aprilem illius anni nullo modo differri potest. Ex recta initii Pontificatus Pelagii I. consignatione duorum priorum ejus Successorum Chronotaxis pendet.

VIII. *Pelagii electio vivente Vigilio schismatica.* Papebrocius loco laudato existimat, Clerum Romanum a *Vigilio* se se separasse, postquam anno DXLVIII. *Judicatum* suum emisit quo Tria Capitula eatenus a se propugnata damnavit, & elegisse *Pelagium* Pontificem, non tamen ordinasse; quod scirent Romani absque Imperatoris consensu irritam habendam ordinationem, vellentque *Vigilio* pœnitentiæ locum relinqui. Movetur ad hunc opinandum, quod, inquit, in variis antiquis Catalogis Pelagio, qui sedit tantum annos IV. menses X. dies XVIII. tribuantur anni XI. præter menses X. dies XVIII. qui anni XI. si retro numerentur ab anno DLXI. quo obiit *Pelagius*, fuerit electio ejus schismatica facta anno DXLIX. vel sequenti, quando etiam *Vigilium* Africani excommunicarunt. Addit Papebrocius videri eo tempore Romanos expunxisse *Vigilii* nomen ex serie Pontificum, unde & factum sit, ut illud etiamnum desit in vetustis aliquibus Catalogis qualis est Palatinus. Quæ per simplicem conjecturam Lectorem accipere vult Vir Eruditissimus. Verum hæc conjectura, cui nullus ex antiquis favet, minime admittenda. Nam ex Catalogo Reginonis v. g. desunt *Deusdedit* & *Bonifacius* V. & in aliis Catalogis alii quidam Pontifices; sed id nonnisi Librariis attribuendum, qui etiam Pontificum modo annos, modo menses, modo dies corrupte descripsere. Præterquam quod Manuscriptorum possessores suam quandoque de duratione quorundam Pontificum opinionem in ea infarcierunt. Errores ergo Manuscriptorum emendandi sunt. De annis XI. Pelagii II. Pelagio primo male adscriptis in illius morte agemus.

IX. *Pelagius semper Vigilio adhæsit.* Certe *Pelagius* Vigilii persecutionum socius fuit; cum eo, & pro eo stetit; Synodi *Quintæ* congressus fugit ac subscripsit Constitutum ejus, quo Synodus V. irritabatur, indeque in exilium expulsus est, & Tria Capitula, ut ait Victor Tununensis in Chronica, *constantissime defendebat*. A *Vigilio* Roma Constantinopolim evocatus fuerat, ut sibi in difficili causa auxilio esset. Cumque nollet Synodum V. subscribere, in exilium missus est, teste eodem Tununensi. Quod autem scribit Anastasius, *Vigilio in custodiam detruso*, Clerum Romanum missum in exilium *ad diversa metalla incidenda*, plane falsum est; constat enim ex eodem Victore, qui Tria Capitula defendebant, ab Imperatore in longinqua Monasteria ablegatos. Cum Romæ innotuisset, *Pelagium* Tria Capitula damnasse, post quam damnationem de exilio ab Imperatore revocatus est, & Romæ Pontifex ordinatus, ut habet idem Victor, singuli tum Sacri tum Laici homines ab ejus communione se se separabant, neque in tota Italia ter-

pe Origenem, *licet tot Patrum impugnet auctoritas, præsenti tamen tempore & a Vigilio beatissimo Papa denuo constat esse damnatum.* Hæc cum testetur Cassiodorus, satis habes declaratum, quomodo accipiendum sit, quod in alio suo Constituto Vigilius ad Justinianum Imp. dato, quod haud pridem recitavimus, ait, post mortem non esse aliquem condemnandum, qui in pace & communione Ecclesiæ Catholicæ decesserit: cujus sententiæ sensus quomodo sit accipiendus, suo loco diximus. Demum vero, ut res Vigilii ad finem perducamus, de ordinationibus ab eo factis quæ habeat Anastasius, accipe: *Hic fecit ordinationes duas per mensem Decembrem, presbyteros quadragintasex, diaconos sexdecim, Episcopos per diversa loca octaginta & unum. Cessavit Episcopatus ejus menses tres & dies quinque.*

X. Pelagius Papa creatur.

Subrogatus est in locum Vigilii Pelagius Archidiaconus: quo autem mense & die, antiquorum nemo docet. De hujus ordinatione hæc idem Anastasius; *Dum non essent Episcopi qui eum ordinarent, inventi sunt duo Episcopi, Joannes de Perusio & Bonus de Ferentino, & Andreas presbyter de Ostia, & ordinaverunt eum Pontificem: tunc enim non erant in clero qui eum possent promovere; & multitudo religiosorum, sapientum, & nobilium subtraxerant se a communione ejus, dicentes, quia in morte Vigilii Papæ se immiscuit, ut tantis pœnis affligeretur. Eodem tempore Narses, & Pelagius Papa, consilio inito, data litania a S. Pancratio, cum hymnis & canticis spiritualibus venerunt ad S. Petrum Apostolum: Cum Pelagius tenens Evangelium & crucem Domini super caput suum, in ambonem ascendit; & sic satisfecit cuncto populo & plebi, quia nullum malum peregisset contra Vigilium. Item adjecit Pelagius Papa: Peto ut petitionem meam confirmetis, ut si quis ille est, qui promovendus est in sancta Ecclesia ab ostiario usque ad gradum Episcopatus, neque per aurum neque per alias promissiones proficiat (vos enim omnes scitis quia hoc simoniacum est) sed si quis ille est doctus in opere Dei bonam vitam habens, non per dationem, sed per bonam conversationem, jubemus eum usque ad primum gradum venire. Eodem tempore Ecclesiæ rebus præfecit Valentinum Notarium suum timentem Deum, & restitui fecit omnia vasa aurea & argentea & pallia per omnes Ecclesias.* Hactenus de Pelagii ingressu Anastasius.



Qui igitur non sine assensu, immo & promotione Justiniani Imperatoris, qui etiam Vigilio adhuc superstite (ut vidimus) ei studebat, Pelagius Pontifex creatus est, licet vivente Vigilio cum esset Archidiaconus, ejus Constituto pro Tribus capitulis subscripsisset: tamen postremam ejusdem Vigilii sententiam probantem Synodum secutus est; cum præsertim probe nosset, causam non esse ejusmodi, ut nonnisi cum jactura Catholicæ fidei, vel ignominia Synodi Chalcedonensis (ut superius est monstratum) sanciri pax potuisset. Sed ad alia transeamus. XI. Pelagius Papa recipit quintam Synodum.



PAGIUS tertius Episcopus inveniri potuit, a quo consecraretur; illum enim non quidem ut Vigilii hostem, sed ut Chalcedonensis Synodi prævaricatorem detestabantur. Quare a *Perusino* & *Ferentino* Episcopis, ac *Andrea Presbytero* Ostiensi consecratus fuit, eique *Narses* jubente Imperatore omnem operam præstitit. Verum quidem est *Anastasium*, quem Baronius num. I. secutus est, populum Romanum inde *Pelagio* infensum scribere, quod auctor publicaretur malorum, quæ *Vigilius* Constantinopoli perpessus fuerat; sed is error inter alios Anastasii non paucos in hac Historia commissos connumerandus, a quo profecto Baronius cavisset, si ejus tempore Chronicon Victoris Tununensis lucem vidisset. Hunc *Anastasii* errorem Eminentiss. Card. Norisius in Dissert. de Synodo V. cap. 9. Paragr. a. optime observavit. Ex quibus Papebrocii conjectura prorsus evertitur, quia etiam Pelagii I. ordinationem male in mensem Aprilem sequentis Christi anni differt, ut sequentia extra omne dubium ponent.

X. *Novus mos inductus in electione Pontif. Roman.*

In electione *Pelagii* novus mos inductus, & *Justinianus* Imp. qui jam ab annis quatuor Roma potiebatur, confirmandi Pontificis Romani auctoritatem sibi suisque posteris arrogavit, exemplo ducto a Gothorum Regibus, qui confirmationes electionum ad se traxerant. Inde post *Vigilii* mortem Interpontificium trimestre fuit, & post mortem sequentium Pontificum solito etiam diuturnius; quia confirmatio ex Aula Imperatoris expectanda erat. Imperatores vero electionem non confirmasse nisi soluta auri quantitate consorta, discimus ex Anastasio in Agathone. Tertiam hanc electionis Pontificiæ periodum his verbis explicat Mabillonius in Commentario prævio in Ordinem Romanum paragr. 17. ex Opere manuscripto Onophrii Panvinii *De varia creatione Romani Pontificis*. Gothis Italiæ ditione a *Narsete* omnino exactis, Italiaque cum Urbe Roma in Orientalis Imperii portionem redacta, insignior fuit in electione Papæ mutatio usque ad Carolum M. Mortuo Pontifice Sedis Apostolicæ vacantis cura tribus præcipuis Cleri ministris committebatur, scilicet Archipresbytero, Archidiacono, & Primicerio Notariorum. Ab his quam primum de morte Papæ nuncium significatur Exarcho, quem Gothis pulsis Ravennæ instituerat Imperator.

XI. *Imperator electionis confirmationem sibi attribuit.*

Post justa defuncto persoluta, exactumque tridui jejunium, de eligendo Pontifice tractabatur. Huic electioni intererant Clerus, Optimates, populus & milites, hoc est militum stationes, qui ad tutandam adversus Langobardos, reliquam Italiæ partem, Romæ potissimum, & *Ravenna* consistebant. De electione mox referebatur ad Imperatorem, a quo petebatur, expe-

XII. *Franci cum Alemannis invadunt Italiam.*

Hoc anno vigesimonono Justiniani Imperatoris qui sub Theodibaldo Francorum Rege militabant duo germani, iidemque Alemanni Leuthares & Bucellinus (quem Agathias Bultinum vocat) cum Francorum ingentibus copiis descendentes in agrum Campanum, Lucanos, Brutios, omnesque interjacentes regiones depopulantur. Hæc pluribus Agathias, (a) qui horum exercitum fuisse septuagintaduo millia delectorum virorum tradit. Porro Alemannos ductabat Leuthares, Francos vero Bucellinus. De eodem Francorum Duce meminit Gregorius Turonensis (b), licet male temporibus Belisarii ejus expeditionem contigisse dicat, huncque ipsum Bucillenum appellat, quem S. Gregorius (c) Papa nominat Buccellinum, dum agit de S. Libertino, qui in monasterio apud Fundos in Campania posito egregia floruit sanctitate; atque de eodem Bucellino, qui ejus tunc monasterium invaserat, hæc scribit: *Eodem vero tempore in Campaniæ partibus Busellinus cum Francis venit. De monasterio vero præfati viri famuli Dei rumor exierat, quod pecunias multas haberet. Ingressi oratorium Franci, cœperunt sævientes Libertinum quærere, Libertinum clamare, ubi in oratione ille prostratus jacebat. Mira valde res, quærentes, sævientesque Franci ingredientes in ipsu impingebant, & ipsum videre non poterant, sicque sua cæcitate frustrati a monasterio sunt vacui reversi.* Hæc Gregorius, qui de sancto viro miranda complura alia scribit. Agathias dum de Buccellini grassatione in Italiam facta agit (d), hæc ait, Francorum erga res sacras abstinentiam commendans:

(a) *Agath. hist. l. 4.*
(b) *Greg. Turon. hist. Fran. l. 3. c. 32.*
(c) *Greg. dial. l. 1. c. 2.*
(d) *Agat. l. 2.*

XIII. *Eo ubi ventum jam est, Franci omnes qui locis hisce ante insuevissent, erga sacra pietate & reverentia utebantur, ut qui ad potiores leges tamquam veræ fidei cultores concesserant (ut supra jam diximus) & haud secus ac Romani sacrificarent. Sed Alemannorum exercitus omnis (nam aliter longe hi sentiunt) sine ullo delectu & per impietatem templa diripiebant simul & deformabant; sacraque ex auro vasa, & ad peragendam rem divinam parata, pretiosamque cæteram supellectilem cum sustulissent, in possessionem turpiter vendicabant: cumque ea patrassent, necdum malefactis exatiati, vel urnas ipsas, quibus templorum structores recondebantur, frangebant, evertebantque pavimenta, & cruore templa fœdabant, prædaque omnis conspurcabatur, cum mortuos insepultos disjicerent. Haud tamen divina longe post ira, quæ ob tanta hæc scelera inferebatur, hos pœnis affecit. Quandoquidem bello partim, partim morbo interiere, ita ut eorum nemo quippiam sit ex pristina rapiendi spe consecutus. Injustitia namque & erga Deum impietas ut fugienda permaxime sunt, ita & prodesse nil poterunt, & in ipso præsertim bello. Nam patriæ opem ferre, ac patrias leges tueri, & hat devastantibus se minus permittere, sed enixius hos impugnare, æquum proculdubio fuerit & generosum. Qui vero lucri & avaritiæ gratia, odeique nulla ratione subnixi, cum nullum criminandi jus habeant, si velint in aliena irrumpere, & eos incessere, qui injuriæ nihil intulerint; profecto insolentes hi sunt, & plane insaniunt, neque quid jus fasque sit norunt, nec magni id faciunt, si maleficiis sit infensior Deus. Quo fit, ut atriora his inferantur supplicia, & ad insanabilem calamitatem, qui prave gesserint, recidant, etsi ad breve felices existimentur. Leuthari itaque, Bultinoque istiusmodi evenere, &c.*

XIV. Quam autem terribilem Dei in se iram expertus sit Leuthares germanus Bucellini, dum onustus sacrorum spoliis domum reditum parat, idem auctor paulo inferius his verbis conscribit (e):

(e) *Agat. hist. l. 2.*

*Leuthares dat pœnas patratorum scelerum.*

*Paulo post pestilens morbus derepente cum hos invasisset, multitudinem absumebat, ita ut partim circumjectorum locorum aerem ut noxium causarentur, & ejus mali originem fuisse hunc dicerent, partim etiam vitæ incusarent mutationem: quandoquidem ex assidua belli exercitatione, longisque itineribus ad otium & delicias divertissent; morbi tamen principium & calamitatis necessitatem non admodum pernoscebant. Injustitia namque & rebus sacris, humanisque legibus illata in-*

PAGIUS

pectabaturque factæ electionis approbatio. De ea item scribebatur ad *Exarchum*, ad Judices, Archiepiscopum & Apocrisiarium Ravennæ, ut electioni faverent. Post datam ab Imperatore approbationem, electus tandem ordinabatur ad Confessionem Beati Petri, ibique fidem profitebatur: moxque fidei suæ confessionem ad omnes Ecclesias dirigebat. Hæc omnia constant ex Libro diurno Romanorum Pontificum, cujus formulæ ab eo tempore, idest, post electionem *Pelagii* in usu esse cœperunt. Ita Mabillonius cui in omnibus assentio, nisi in eo quod ait morem hunc usque ad Carolum M. perdurasse; infra enim videbimus, regnante Pippino Francorum Rege Ecclesiam ab illa servitute liberatam fuisse licet Ludovico Pio imperante mos ille in pristinum statum restitutus fuerit, & Pontificum Rom. ordinatio coram Legatis Cæsareis iterum peracta.

XII. *Theodebaldi Regis mors.*

A num. XII. ad XIX. expeditionem Italicam *Leutharis & Butilini* hoc anno a Baronio recitatam narravimus anno DLIII. quo ea suscepta, & mortem *Theodebaldi* Francorum Regis anno DLIV. quia de ea agit Agathias postquam retulit, quæ eo anno in Italia gesta sunt.

*injuria, exitii causa bis (ut equidem reor) fuere: cui rei vel Princeps ipse argumento sat fuit, quem ex Deo ingesta supplicia devexabant. Quippe qui demens jam factus, in apertam est rabiem versus, ut amentes solent & furibundi. Vertigo praterea crebrior quadam eum excepit, ejulatusque edebat horribiles, certumque nonnumquam, vel utrumque in latus se provuendo, illisus solo volutabatur, abundantique spuma os ipsum proluebatur: tamen oculi horribiles visu, inversique erant, & eo jam miser vesania venerat, ut vel propria membra desæviendo gustaret. Brachiis siquidem ubi jam mordicus inhæsisset, dentibus carne dilacerata in feræ bestiæ morem, his vescebatur, defluentemque lingebat cruorem. Sic demum suo excarnatus, & paulatim deperditus miserrime ex humanis excessit. Cateri vero passim moriebantur, nil penitus remittente mala, quousque tandem universi interiere. Quinetiam vel febre major pars degravata mortem obibat: nonnullos apoplexia morbus acerrimus invadebat, alii capitis dolore peribant, & mentis excessu quidam. Itaque dum varie omnes afficerentur, in pernicem morbi ipsi cedebant. Cum Leuthare igitur & cateris omnibus, qui se sequebantur, sic actum: & hunc ea expeditio habuit finem.* Hæc Agathias, qui de Bucellino refert, jurasse non se recessurum ab Italia, sed pro Gothis semper bello adversus Romanos actusum. Quæ vero dicta sunt de Leuthari atque Alemannorum exercitu, contigisse ait idem auctor trans Padum ad Venetiæ loca apud Cenedam urbem, cum jam iidem reverterentur in patriam.

Bucellinus autem apud Capuam cum Francis agens, & prœlio decernens cum Narsete ab eo victus est, ac necatus cum omni Francorum exercitu: adeo ut ex tam ingenti hostium numero quinque tantummodo fuerint reperti qui remearint ad propria. Rem porro egregie gestam cum Agathias describat, id tribuit pietati ac justitiæ Narsetis, qui non ante conserere manus cum hostibus voluit, quam purgato exercitu: inventum vero tunc unum Herulorum nobilem militem, qui servum occidisset, pari illum pœna plectendum esse jussit; nec magni fecit, etsi in tanta temporis ac rerum necessitate ingens Herulorum multitudo sese ab exercitu, mortem gentilis sui ægro ferens animo, separaret. Pluribus hæc omnia idem auctor scriptis mandavit, qui & inferius ejusmodi recitat inscriptionem, qua tantæ victoriæ monumentum exaratum fuit; ait enim (a): *Mihi vero ex incolis quidam nonnulla elogia recitavit in urnam insculpta lapideam sub Casilini fluminis ripas locatam; qua hujusmodi sunt:* XV. Francia Romanis victi. (a) Agat. l.2.

AQUAS CASILINI FLUMINIS MORTUIS GRAVATAS SUSCEPIT TYRRHENI MARIS LITTUS, QUANDO FRANCORUM GENTEM OCCIDIT AUSONIUS ENSIS, UBI MISERO HÆC GESSIT MOREM BULTINO. FELIX ETIAM ISTE FLUCTUS, ET ERIT BARBARICO PRO TROPHÆO DIUTINE ERUCTANS SANGUINEM.

*Id epigramma sive in vero lapide fuerit insculptum, sive alias utcumque celebre sit, ad me pervenit: haud tamen diffido fuisse hoc modo inscriptum.*

XVI. (b) Agath. l.2. Cur Franci victi. Cum autem idem auctor aperte testetur (b), ob injustitiam victos fuisse Francos: hic examinandum est præcipuum eorum peccatum, cujus rei gratia adeo ad internecionem cædi meruere. Nam cum ab eodem auctore Francorum pietas commendetur, justitia tamen non ita: quod scilicet Agathias de eorum Duce tradat, obstinate nimis patrocinium Gothorum suscepisse: adeo ut recedente Leuthari cum Alemannis, ipse laturus Gothis opem remanere omnino voluerit. Ait enim: *Butinus vero cum jurejurando jam confirmasset adversus Romanos & pro Gothis se bella gesturum, hique adulando barbarum permulcerent, ac suum Imperatorem fore se prædicarent: visum est tandem manendum apud hos potius esse, & peragenda conventa: unde apud Gothos is mansit, & ad bellum necessaria comparabat.*

Hæc auctor, dum in bello suscepto injustitiam aperit, cum illos defendendos Franci suscepissent, qui ditionem invaserant alienam. Adde his etiam, quod ea ex parte impietatem defenderent (licet hoc non esset in animo) dum adversus Catholicos pro Arianis, quales Gothi erant, juratum prælium prosequi statuissent. His etiam junge illud, quod invito Theodibaldo Francorum Rege (ut idem auctor testatur) suaque sponte idem Dux exercitus Bucellinus pro Gothis Francos duxit cum Alemannis ad pugnam. Ut plane exemplo posteris fuerit, fortissimos quosque debiles reddi ac prorsus imbelles, quos justitia deserit, quam merito Sapiens prœliantium (c) thoracem appellat, fidem vero scutum; quibus si careant prœliantes omnino sint perituri, nisi (quod sæpe contigit) ad scelera ulciscenda his Deus utatur tamquam virga furoris sui. ☞ Porro Pelagium Papam nuncupasse vota pro Romano exercitu, ac pariter persolvisse, docet sequens vetus Inscriptio (d): VOX

(c) Sap. 5.

(d) Antiq. Inscrip. in Append. pag. 1193. num. 7.

VOX ARCANA PATRIS COELI QUIBUS ÆQUA POTESTAS
DESCENDIT TERRAS LUCE REPLERE SUA
HANC DEUS HUMANAM SUMENS DE VIRGINE FORMAM
DISCIPULOS MUNDO PRÆCIPIENDA DOCET
QUÆ MODO PELAGIUS PRÆSUL CUM PLEBE FIDELIS
EXERCENS OFFERT MUNERA SACRA DEO
UT ROMANA MANU COELESTI SCEPTRA REGANTUR
SIT QUORUM IMPERIO LIBERA VERA FIDES
PRO QUIBUS ANTISTES REDDENS HÆC VOTA PRECATUR
SÆCULA PRINCIPIBUS PACIFICATA DARI
HOSTIBUS UT DOMITIS PETRI VIRTUTE PER ORBEM
GENTIBUS AC POPULIS PAX SIT ET ISTA FIDES.

XVII. *Rom. exercitus profligatus in Colchis.*

Sed quod res humanæ sui varietate inconstanres esse soleant, lætis mox admixta sunt tristiu; cum videlicet post tam ingentem de Francis adeptam victoriam in Italia, Romanus exercitus qui in Perside militabat, posteriores sulit. Siquidem hoc anno ab eo male pugnatum est cum Persis, fugutis u tribus millibus Persarum quinquaginta millibus Romanorum, ulcifcente Deo (ut ab omnibus jactabatur) innocentem sanguinem Regis Colchorum a Romani exercitus Ducibus fraude necuti. De his plutibus Agathias. Erat numquo Rex ille Christianus maxime pius, totaque ejus provincia Christianitate refulgens. Factaqun hæc ait, dum Persæ obsiderent Onogorim untiquum præsidium, quod Christiani Colchi u Protomartyris nomine Sanctum Stephanum nominarunt. Tn vero de his eumdem, si libet, uuctorem consule.

XVIII. Inter hæc vero, dum quæ dicta sunt de Francis in Italiu gererentur, Theodibaldum Francorum Regem adolescentulum pene puerum morbo miserrime affectum ex hac vita migrasse, Idem auctor Agathias affirmat: ob idque cum ad consanguineos superstites Francorum Reges Childeberrum atque Clorharium devolveretur hæreditas, inter eos obortam esse discordiam trudit. De Theodibaldo scribit Gregorius, uxorem duxisse, annoque regni sui septimo decessisse. Porro una cum regno ejus quoque conjugem incestuoso connubio Clotharium accepisse narrat, reprehensum vero a sacerdoribus eam dimisisse. Sed audi verba ipsius (*a*): *Regnum ejus Clotharius Rex accepit, copulans Valdotradam uxorem ejus strato suo: sed increpitus a sacerdotibus, reliquit eam, dans ei Garivaldum Ducem, &c.* Vigebat quidem Gallicanorum Episcoporum sacerdotalis vigor his temporibus adversus incestuosos: nam extant plures canones diversorum Conciliorum in Galliis habitorum, quibus ejusmodi crimen Ecclesiasticis censuris insectati sunt sanctissimi Patres illi quos diximus. Aurelianensium Synodorum secundæ, tertiæ, quartæ, & quintæ, necnon Concilii Turonensis. Sane quidem & aliud id genus crimen ejusdem Clotharii idem Gregorius (*b*) refert, nimirum duas sibi in matrimonium conjunxisse sorores, ex quibus septem suscepit filios. Unde ob tanta hæc facinoru haud modicum fuit iisdem sanctis Episcopis luborandum, ut malos hos exoriri cœptos frutices sacrorum legum falce succiderent.

(*a*) *Greg. l. 4. c. 9.*

(*b*) *Greg. l. 4. c. 3.*

XIX. Sed ut repetamus res Orientis, hoc eodem anno unde trigesimo Justiniani Imperatoris tumultuatum rursum esse u Judæis & Samaritanis hæreticis in Palæstinu, Miscellæ auctor ita describit: *Anno vigesimonono Imperii Justiniani seditionem concitaverunt Judæi & Samaritæ Cæsureæ Palæstinæ, & facti quasi in ordine Prasino & Veneto irruerunt in Christianos ejusdem civitatis, & multos interfecerunt, & ecclesias combusserunt, & Stephanum ipsius civitatis Præfectum in Prætorio peremerunt, & substantiam ejus diripuerunt. Uxor vero illius fugiens in urbem, adiit Imperatorem. Qui jussit Adamantio Magistro militum descendere in Palæstinam, & occasionem exquirere Stephani: qui veniens, eorum quos reperit, alios suspendit, alios decollavit, alios vero debilitavit & publicavit: & factus est timor magnus in omnibus partibus Orientis.* Hæc adversus Judæos & Samaritas hoc anno facta sunt, quos jam untea sæpius udversus Christianos sævientes legibus ejusdem Imperatoris compressos, sæpe superius dictum est. Quin-

PAGIUS XIII. Ad num. XIX. Tumultum *Samaritanorum*, & *Judæorum* in Palæstina, quem Auctor Miscellæ ad annum Justiniani XXIX. Theophanes refert ad an. Incarnat. secundum Alex. DXLVIII. Kalendis Septemb. hujus Christi anni inchoato; sed cum nullum nec diem nec mensem exprimat, incertum, an hoc vel sequenti anno excitatus fuerit.

*Tumultuantur Samaritani.*

| JESU CHRISTI ANNUS 556. | PELAGII PAP. ANNUS 2. | JUSTINIANI IMP. ANNUS 30. |
|---|---|---|

I. Bellum Ecclesiasticum in Occidente.

QUingentesimus quinquagesimussextus Christi annus post Consulatum Basilii decimus quintus notatur: quo debellatis Francis, Alemannis sive consumptis, & Gothis in deditionem acceptis, a bellis Italia tandem quievit: cum tamen vigeret bellum Ecclesiasticum & illud quidem haud leve, jam ante ortum, cum Vigilius Constantinopoli primum contra tria capitula illa sententiam tulisse ferretur, ut diximus; auctum vero, cum cognitum fuit, ab eo Quintam Synodam comprobatam eadem Tria capitula condemnantem: magis autem commotum, cum auditum, quod Pelagius Papa (ut dictum est) anno superiori creatus Pontifex, ut Orientalem Ecclesiam ob Quintam Synodum cum Occidentali conjunctam in pace servaret, ipsam Quintam Synodam recepisset: major enim inde facta est scissura Occidentalium Episcoporum, ad quam consarciendam idem Pelagius Pontifex impigre laboravit. Adeo enim visi sunt exhorruisse Occidentales Antistites fere omnes aliam Oecumenicam Synodum post Quartam admittere, ut nec potuerit Pelagius reperire Episcopos Romæ, a quibus consecraretur, atque opus fuerit presbyterum Ostiensem (quod numquam antea accidisset) loco Episcopi manus illud obire, ipso Pelagio ita jubente.

II. Quantum enim aversati fuerint Quintam Synodam Occidentales, vel ex Cassiodoro (*a*) & aliis possumus intelligere, qui licet a communione Catholica numquam defecerint, nec eamdem Quintam Synodum aliquando damnarint: eam tamen silentio præterierunt, satis esse putantes in his quæ spectant ad Catholicam fidem quatuor profiteri Oecumenicas Synodos, in quibus Catholica dogmata adversus hæreticos adversantes sunt stabilita: nam in ipsa Quinta Synodo actum constat de personis; quamobrem haud necessarium visum est in assertione Catholica una cum quatuor Synodis etiam Quintam eadem observantia qua illas quatuor profiteri. Sic & Cassiodorus fecisse cognoscitur, & aliquando etiam S. Gregorius Papa, atque Patres Concilii Bracarensis secundi, ut suo loco dicetur. Non dubium enim est, pertæsos etiam fuisse Catholicos Occidentales professores Quintæ Synodi, aliquid esse occasione Chalcedonensis Concilii innovatum. Hinc est, quod ipse Cassiodorus in commentario illo, quo de divinæ lectionis institutionibus agit, ubi de quatuor Synodis summa cum laude mentionem habet, adversus eos qui innovarunt sic invehitur (*b*): *Sunt nonnulli qui putant esse laudabile, si quid contra antiquos sapiant, & aliquid novi, unde periti videantur, inveniant. Chalcedonensis autem Synodi testis est codex encyclius, qui ejus reverentiam tanta laude concelebrat, ut sanctæ auctoritati merito judicet comparandam. Quem codicem* ἐγκύκλιον*, id est, totius Orbis epistolarum a viro disertissimo Epiphanio fecimus in Latinum de Græco sermone converti.* Hæc ipse intelligens per encyclicum codicem tomum illum epistolarum procurante Leone Imperatore, a quam plurimis ejus temporis Episcopis pro defensione Chalcedonensis Concilii conscriptarum, quem continet secundum volumen Conciliorum, de quo suo loco pluribus dictum est. Neminem vero moveat, si idem Cassiod. recensens Oecumenicas Synodos, de Quinta Synodo nullam habuerit mentionem, sicut & S. Gregorius (*c*) aliquando fecisse visus est; quod (ut ipse Gregorius testatur (*d*)) in ea non de fide, sed de personis sit actum: id enim (ut dicetur) & alii plures fecisse noscuntur, cum tamen eidem non contradicerent.

Cassiodor. quatuor tantum Synodorum assertor.

(*a*) Cassio. Inst. divin. lect. l. 1. c. 11.

(*b*) Cassio. de div. lect. c. 11. & 17.

(*c*) Greg. l. 3. ep. 33.

(*d*) Greg. l. 3. ep. 37.

III. De ætate & scriptis Cassiodori.

At ne quis putet Cassiodorum, quem claruisse vidimus tempore Theodorici & successorum Regum Gothorum, ad hæc tempora minime pervenisse: ex eodem libro Institutionum divinarum lectionum, quonam tempore ætatis ejus ille sit scriptus

---

PAGIUS SÆC. VI. Anno Eræ Hispan. DXCIV. A.C. 556.

ANNO PERIODI GRECO-ROMANÆ 6049.

☉ 5. BA. ☽ 6. P. 16. Aprii Indict. 4.

JESU CHRISTI 556.

PELAGII PAPÆ 2.

JUSTINIANI IMP. 30.

I. Septima Justiniani Quinquennalia.

[1] HIc annus ista formula notatur: *Post Consulatum Basilii V. C. XV.* vel secundum aliquos, *Post Consulatum Basilii V. C. anno XVI.* Septima Quinquennalia Imperii viven-

---

NOTÆ [1] P. C. *Basilii* XV. vel *an.* XVI. Epistolæ Pelagii plures. GEORGIUS

prius, facile intelligi poterit. Cum enim trigesimo ejusdem commentorii capite meminerit libri de Ortographia a se conscripti, idemque testetur io ejusdem voluminis præfatione illam ipsum a se elaboratum anno sam ætatis nonagesimotertio; plane intelligere vales, eumdem Cassiodorum bis supervixisse temporibus, pluraque scripsisse, edidisseqae de sacræ lectionis Institutionibas librum illum, abi qaatuor tantum Synodos agnoscere profitetur, omni explosa altercantium novitate. Quod (at dictum est) nimirum esse minime debet, cam & temporibas Gregorii Papæ de eodem Quinta Synodo haud esset omnium Orthodoxorum eam recipientium libera certoque assertio. Sed od Pelagium redeamus, Cassiodorum opportaniori tempore conventuri.

IV. *Pelagius laborat pro quieta Synodo.* Pelagius igitur ubi Occidentalium animos ex Oriente veniens exploretos habuit, etsi gravem subiisse provinciam sensit, & sapra vires onus suscepisse ex ejus pondere intellexit: haud tamen a cœptis destitit, sed perarduum opus semel aggressus, illud perficere menibus (ut ajunt) pedibusque conotus omnes nervos intendit, ut Occidentales Episcopos, potissimam vero Italos sibi in his obsequentes redderet. Verum cum omnes ferme reperit renitentes, tum vero præ cæteris *refractarios* illos invenit, qui in ea Italiæ erant regione, quæ hactenus Francis subdita fuit, nempe Venetos, *Istrios*, atque Ligures: quos ad Catholicam unitatem reducere festinans, eosdem litteris Apostolicis vocavit, & provocavit aliorum exemplis. At cum penitus resilirent, per *Narsetem* eos compescere, atque coercere putavit. *Narses* vero qaod pius odmodum esset, veritus est adversus Episcopos aliquid agere; cum ad eum ita trepidantem Pelagius hæc tunc scripsit (a):

*(a) Pelag. ep. 3. t. 5. ep. Rom. Pont.*

V. *Non vos hominum vaniloquia retardent dicentium, quia persecutionem Ecclesiæ faciat, dum vel ea quæ committuntur reprimit, vel animarum salutem requirit. Errant hujusmodi rumoris fabulatores. Non persequitur, nisi qui ad malum cogit. Qui vero malum vel factum jam punit, vel prohibet ne fiat, non persequitur iste, sed diligit. Nam si (ut illi putant) nemo nec reprimendus a malo, nec retrahendus a malo ad bonum est: humanas & divinas leges necesse est evacuari, quæ & malis pœnam & bonis præmia, justitia suadente, constituunt. Malum autem schisma esse, & per exteras etiam potestates hujusmodi homines debere opprimi, & canonicæ Scripturæ auctoritas & paternarum regularum nos veritas docet. Quisquis ergo ab Apostolicis divisus est sedibus, in schismate eum esse, non dubium est, & contra universalem Ecclesiam altare conatur erigere.*

VI. *Sed quid de talibus insertus Chalcedonensi Synodo canon statuat, gloria vestra consideret, ubi post alia sic dicit: Qui a communione se ipsum suspendit, & collectam facit, & altare constituit, & noluerit vocanti Episcopo consentire, & noluerit eidem acquiescere, neque obedire primo & secundo vocanti; hunc omnino damnari, nec unquam vel orationem mereri, nec recipere eum posse honorem. Si enim permanserit turbas faciens & seditiones Ecclesiæ, per exteram potestatem tamquam seditiosum comprimi. Et beatus Augustinus de talibus dicit (b): Multa etiam cum invitis benigna quadam asperitate plectendis agenda sunt: quorum potius utilitati consulendum est, quam voluntati. Nam in corripiendo filio, quantumvis aspere, numquam paternus amor amittitur: fit tamen, quod nollet, ut doleat, qui etiam invitus videtur dolore sanandus.*

*(b) Aug. Enchir. c. 7.*

VII. *Ecce videtis, quemadmodum tanti testimonio Patris non persequatur coercendo talia, sed diligat emendando tales semper Ecclesia. Facite ergo etiam vos (quod scientes intentionem Christianitatis vestræ frequenter hortamur) & date operam, ut talia fieri ultra non liceat, sed etiam (quod vobis facillimum esse non dubito) hi qui talia præsumpserunt, ad pissimum Principem sub digna custodia dirigantur. Recolere enim debet celsitudo vestra, quid per vos Deus fecerit tempore illo, quo Istriam & Venetias tyranno Totila possidente, Francis etiam cuncta vastantibus non ante tamen Mediolanensem Episcopum*

PAGIUS

vente Justino a Justiniano suscepti, ut ostendunt Natalitia ejus, de quibus hoc an. num. XX.

II. *Tumultuatur in Italia ob III. Capitula.* A num. IV. od XVII. *Pelagius* Pontifex Romanos ordinatus est die XI. mensis April. superioris Christi anni, et jam ostendimus, & ex anno ejus emortuali magis patebit. Ipso sui Pontificatus initio varii tumultus in Italia ob Tria Capitula in Synodo V. damnata, & ab aliquibus propugnata, excitati sunt. Anathema quidem latum in Quinta Synodo præcipue feriebat Nestorianos, qui Trium Capitulorum doctrinam tamquam suæ hæresi consonam defendebant; petebat tamen Catholicos, qui Capitula illa erroris pura, post Synodi Oecumenicæ judiciam, offererent, & inique damnata dicerent. De Nestorianis enim sententia Synodi, quæ Collatione VIII. legitur, habet: *Quoniam igitur videbamus, quod Nestorii sequaces conati sunt per Theodorum impium, qui Mopsuestia fuit Episcopus, & impia ejus conscripta, & insuper per ea, quæ impie Theodoretus conscripsit, & per Epistolam sceleratam, quæ ab Iba dicitur ad Marim Persam scripta esse, suam impietatem Dei Ecclesiæ applicare, ideo ad eorum, quæ movebantur, correctionem surreximus, & pro Dei voluntate, & jussione piissimi Imperatoris, vocati ad hanc Regiam Urbem, convenimus.*

Ea-

*pum fieri permisistis, nisi ad clementissimum Principem exinde retulissetis; & quid fieri debuisset, ejus iterum scriptis recognovissetis; & inter ubique ferventes hostes, Ravennam tamen & is qui ordinabatur, & is qui ordinaturus erat, providentia culminis vestri deducti sint.*

VIII. *De Liguribus atque Veneticis & Istriis Episcopis quid dicam? Quos idonea est excellentia vestra ratione & potestate reprimere, & dimittitis eos in contemptum Apostolicarum sedium de sua rusticitate gloriari: cum si quid eos de judicio universalis Synodi, quod Constantinopoli per primam nuper elapsam Indictionem actum est, forte movebat; ad sedem Apostolicam (quomodo semper factum est) electis aliquibus de suis, qui dare & accipere rationem possent, dirigere debuerunt, & non clausis oculis corpus Christi Dei nostri, hoc est, sanctam Ecclesiam lacerare. Nolite ergo dubitare, hujusmodi homines principali vel judiciali auctoritate comprimere; quia regula Patrum hoc specialiter constituerunt, ut si qua Ecclesiastici officii persona, cui subjectus est, restiterit, vel seorsum collegerit, aut aliud altare erexerit, seu schisma fecerit; iste excommunicetur, atque damnetur. Quod si forte & hoc contempserit & permanserit divisiones & schisma faciendo, per potestates publicas opprimatur. Ecce, domine, quod animus vester forte timidus est, ne persequi videaris, de Patrum vobis auctoritate hæc breviter dirigenda curavi: cum mille alia exempla & constitutiones sint, quibus evidenter agnoscitur, ut facientes scissuras in sancta Ecclesia, non solum exsilio, sed etiam proscriptione rerum & dura custodia per publicas potestates debeant coercere.* Hactenus ad Narsetem Pelagius.

Coercendi schismatici.

IX. Ecce Pelagius Papa (ut vides) schismaticos Donatistaram exemplo vult corripi per sæcularem Principem, sicut eos sanctus Augustinus cogendos scripsit per Romanum Imperatorem. Ceterum quod ad hæc spectat, Facundus Episcopas Hermianensis Africanus (de qao plura superius) acerrimus Triam capituloram defensor, in libello quem scripsit ad Mocianum, nequaquam horum caasam esse similem Donatistarum schismati, sed longe dispa-rem, asserit & lamentatar: reclamabant enim undique schismatici, dum urgerentur, persecutionem se pati a Patribus Orthodoxis: isti vero ex adverso schismaticos vi coercendos, exemplis sanctorum Patrum atque legibus probabant Ecclesiasticis. Sed & quod iidem essent in schismate inde certo declarabant argumentum, quod divisi essent in primis ab ipso capite, simulque ab omnibus totius Catholicæ Ecclesiæ Patriarchalibus sedibus.

X. Quod igitur idem probe sciret Pelagius, quanto cum detrimento schismatici permitterentur sua insania agere, atque seorsum colligere conventicula; arget opus, ad Narsetem iterum scribens his verbis (a):

(a) Pelag. ep. 5.

Episcopi Aquilejensis & Mediolanensis schismatici.

*Illud est quod a vobis poposcimus, & nunc iterum postulamus, ut Paulinum Aquilejensem pseudoepiscopum, & illum Mediolanensem Episcopum ad clementissimum Principem sub digna custodia dirigatis: ut & iste, qui Episcopus esse nullatenus potest quia contra omnem canonicum consuetudinem factus est, alios ultra non perdat; & ille, qui contra morem antiquum eum ordinare præsumpsit, canonum vindictæ subjaceat. Nec licuit alicui aliquando, nec licebit particularem Synodum congregare. Sed quoties aliqua de universali Synodo aliquibus dubitatio nascitur, ad recipiendam de eo quod non intelligunt rationem, aut sponte ii qui salutem animæ suæ desiderant, ad Apostolicam sedem pro recipienda ratione conveniant: aut si forte (sicut de talibus scriptum est (b): Peccator cum venerit in profundum malorum contemnit) ita obstinati, & contumaces extiterint, ut doceri non velint: eos ab eisdem Apostolicis sedibus aut attrahi ad salutem quoquo modo necesse est; aut ne aliorum perditio esse possiat, secundum canones per sæculares comprimi potestates.* Hæc ad Narsetem Pelagius.

(b) Prov. 18.

XI. Ceteram etsi Episcopi a capite schismate scissi essent, populi tamen non ita. Etenim quod longo usa didicissent, secundum hierarchicum in Ecclesia semper servatum ordinem, esse non posse legitimum sacerdotem, qai a Romano Pontifice uon habeat communionem, nec vivere in corpore membrum, quod a connexione capitis sit abscissam: hac de causa

Populi recurrunt ad Pelagium.



PAGIUS III. Facundus, qui Tria Capitula pertinaciter defendebat, lib. 2. cap. 3. fatetur, non solum in Nestorianos; sed etiam in Trium Capitulorum propugnatores latum a Synodo anathema fuisse: *Ubi*, inquit, *erubescimus dicere, quoniam si communicemus eis, qui nobis jam dixerunt anathema, non solum condemnationi Synodi Chalcedonensis communicabimus; verum & sententiae in nos eorum, ipsa eorum communicatione firmabimus. Sed hoc potius dicimus: Quoniam si ullus apud eos esset Divinæ Religionis vel rationis humana respectus, ipsis quoque profanum & minus turpe videri debuit, communicando nobis, anathema, quod in nos decreverunt, in semetipsos ultro convertere, &c. Proinde beneficio magis quam injuria deputent, quod iis non communicamus, donec de medio tollant istud anathema, quod velut magnum chaos interjacens, dividit a populo spiritu paupere, in sensu paternæ fidei & sententiæ quiescente, inquietos ac superbissimos præsumptores, qui sibi tantum videntur abundare sapientia, ut ablactati super matrem suam, Ecclesiæ Instituta contemnant.* Ro-

*Anathema dictum in defensores Trium Capitulorum.*

ſa cum ſcirent ejuſmodi eſſe a Romani Pontificis conjunctione diſciſſos, eoſdem non ut paſtores legitimos cognoſcebant, ſed ut alienos averſabantur & fugiebant, & ad eum quem vere ſciebant in Eccleſia omniam univerſalem eſſe paſtorem accurrebant, porrigentes querelarum libellos adverſus eos quos patiebantur ſchiſmaticos ſacerdotes. Hos cum audiret Romæ Pelagius, officio non defuit, ut oves a luporum inſultibus vindicaret: ſed quod probe noſſet, haud ejuſmodi litteris permoveri, nec legationibus reprimi, ſed magis ex iis paſtoralibus admonitionibus eoſdem reddi protervos; ſæcularis eſſe opus auxilio poteſtatis intelligens, in eamdem ſententiam de comprimendis his qui

(a) Pelag. ep. 1. a ſede Apoſtolica ſunt diviſi, hæc ad Narſetem Præfectum ſcribit (a):

XII. Pelagius rurſum excitat Narſetem contra ſchiſmaticos. *Quali nos de gloria veſtra ſtudiis judicio gratulemur, non ſolum veſtram, ſed multorum ac pene omnium credimus habere notitiam: & idcirco nunc de his, quæ vobis præſentibus ibi fieri ſtupemus, fiducialiter apud gloriam veſtram duximus conquerendum. Thracius* * *ſiquidem atque Maximilianus nomina tantum Epiſcoporum habentes, & Eccleſiaſticam ibi unitatem perturbare dicuntur, & omnes Eccleſiaſticas res ſuis uſibus applicare: in tantum ut contra unum eorum, id eſt, Maximilianum, uſque ad nos per tam longum iter, neceſſitate compellente, quidam infatigabiliter venientes, preces offerrent. Ob quam cauſam Petrum presbyterum ſedis noſtræ, ſed & Projectum Notarium ad eadem loca duximus deſtinandos; ut ea quæ canonicis ſtatutis a prædictis pſeudoepiſcopis compererint commiſſa, vel digna debeant ibi ultione compeſcere, vel eoſdem ad nos uſque perducere.*

* Tertius

XIII. Schiſmatici comprimendi. *Et ideo ſalutantes paterno affectu gloriam veſtram, petimus, ut præfatis, qui a noſtra ſede directi ſunt, in omnibus præbeatis auxilium: nec putetis alicujus eſſe peccati, ſi hujuſmodi homines comprimuntur. Hoc enim & divinæ & humanæ leges ſtatuerunt, ut ab Eccleſiæ unitate diviſi, & ejus pacem nequiſſime perturbantes, a ſæcularibus etiam poteſtatibus comprimantur. Nec quicquam majus eſt, unde Deo ſacrificium poſſitis offerre, quam ſi id ordinetis, ut hi qui in ſuam & aliorum perniciem debacchantur competenti debeant vigore compeſci.* Hæc Pelagius ad Narſetem, ad quem eodem argumento alias (ut vidimus) litteras dedit. Ceterum ipſe litteris permotus Pelagii Narſes, cum adverſus ſchiſmaticos moveretur, non vi, ſed hortatione cum eis agendum putavit; eum illi contra, eum a Pelagii communicatione debere recedere hortarentur: quod cum Narſes deteſtaretur, ipſi ſchiſmatici eum cum ignominia veluti ſchiſmaticum averſati ſunt. Cum autem hæc omnia ipſe Narſes Pela- (b) Pelag. ep. 4.
gio ſignificaſſet, idem Pontifex ad ipſum iſta reſcripſit (b):

*Relegentes litteras excellentiæ veſtræ, de injuria quidem, quam vobis iniquorum hominum præſumptio ingeſſit, valde dolemus. Sed quia ſcimus occulto Dei judicio animam veſtram etſi per aliorum iniquitatem & ſuperbiam a contaminatione ſchiſmatis cuſtoditam; egimus omnipotenti Deo gratias, qui etiam de malis hominum actibus bona operari conſuevit. Nec enim ſine illius providentia factum eſſe credendum eſt, ut inſenſati & perverſi homines ad hoc uſque proſilirent, ut ſuam diviſionem, Catholicam eſſe credentes Eccleſiam, a ſua vos pollutione prohiberent. Sic enim per miſericordiam Dei, etiam neſcientibus illis, hoc factum eſt, ut a ſchiſmaticorum factione eruti, Catholica quam diligitis, ſervari vos contigiſſet Eccleſia. Quamvis igitur veſtra per illorum ſcelus utilitas facta ſit: nolite tamen impunitam iniquorum hominum præſumptionem graſſari permittere. Si enim hoc, quod in veſtram gloriam præſumpſerunt, non fuerit vindicta compreſſum: quod in minoribus non valeant puniri, ambigi ultra non debet.* XIV. Rurſum Pelagius ad Narſetem.

XV. *Exercete igitur in talibus debitam auctoritatem; & ne eis amplius talia committendi ſpiritus creſcat, veſtris coercitionibus reprimantur. Ad hoc ſiquidem Dei nutu etiam contra vos talia præſumpſerunt: ut talia vobis corrigentibus, ab eodem ſcelere alios poſſitis, Deo propitiante, munire. Quales autem ſint qui Ec-*

PAGIUS IV. *Pontifices Rom. diſpenſatione erga defendentes Tria Capitula aliquando uſi.* Romani tamen Pontifices, cæterique Orientis & Occidentis Epiſcopi, cum Schiſma a pertinaciſſimis Trium Capitulorum defenſoribus factum viderunt; ut eos ad Eccleſiæ unitatem revocarent, diſpenſatione uſi ſunt, & de Canonum rigore, ac Diſciplinæ ſeveritate aliquid remiſerunt, anathema latum a Quinta Synodo, ad tempus ſuſpendentes, ut bonum Eccleſiaſticæ pacis curaretur, ſicuti an. DLIII. numero XXIV. ex Gregorio Magno oſtendimus. Conſtat ex Diurno Romanorum Pontificum Tit. 6. Epiſcopum in promiſſione ſeu Profeſſione fidei coram Summo Pontifice facta, poſtquam fidem quatuor Synodorum Oecumenicarum ſe integram ſervaturum promiſiſſet, hæc addidiſſe: *Eos autem quicumque ab eiſdem Sanctis Patribus in memoratis quatuor Synodis, vel Quinta ſub pia memoria Juſtiniano confecta, diverſis vicibus damnati leguntur, ego meaque Eccleſia, eorumdem venerandam Patrum auctoritatem ſequentes, inſolubili damnatione percellimus.* Garnerius in Notis ad Libellum illum exiſtimat, iſtam fidei Profeſſionem ad annum DCLXXXV. referendam eſſe.

V. *Fundamenta eorum, qui Tria Capitula defendebant.* Duo præſertim, eorum, qui pertinaciter Quintam Synodum averſabantur, fundamenta erant; ut inquit Lupus in Scholiis ad Canones Quinti Concilii. Primum anterior Eccleſiæ mos, neminem in Orthodoxæ pacis communione defunctum damnandi poſt mortem; nec

*Ecclesiam fugiunt, Euphrasii vor scelera (quæ amplius occulta Deus esse noluit) evidenter informant: qui in homicidio quidem nec hominis necessitudinem, nec fratris charitatem, nec sacerdotii reverentiam cogitavit. Incestuoso autem adulterio etiam ipsius vindicta abstulit modum: quia si adulterium punias, non remanet ex quo vindicetur incestus. Si incestuoso ingeras pœnam, inultum crimen adulterii remanebit. Ecce de quo collegio sunt, qui quantum ad superbiam suam, injuriam vobis inferre moliti sunt; & quantum ad providentiam Dei, impollutos vos Ecclesiæ servaverunt. Auferte tales ab ista provincia: utimini oblata vobis a Deo opprimendi perfidos occasione. Quod tunc plenius fieri poterit, si auctores scelerum ad clementissimum Principem dirigantur, & maxime Ecclesiæ Aquilejensis invasor, qui in schismate, & in eo maledictus nec honorem Episcopi poterit retinere, nec meritum.* Hactenus de his Pelagius.

XVI. Hic autem Episcopus Aquilejensis, de quo agitur, Paulinus nomine, post Macedonium sedit annos vigintiduos, ut habent monumenta Ecclesiæ Aquilejensis. Quæ vero gesta sint per Narsetem Pelagii Papæ impulsionibus, ex scriptorum inopia latent. Sed & quæ reliqua fuerint Pelagii adversus schismaticos studia, licet præter hæc altum sit silentium; ex his tamen quæ dicta sunt, ea quæ ignorantur, possumus intelligere: cum constet conflatum semel schisma minime consopitum, sed majoribus in dies incrementis auctum, ut S. Gregorii Papæ epistolis satis liquet. At quidnam profecit Pelagius per Narsetem? Multum quidem, nempe ut nonnulli Italiæ Episcopi veluti membra capiti subderentur. Aquilejensis tamen Episcopus & aliquot ipsi inhærentes obstinatissimi permansere, adeo ut Ecclesia illa usque ad Sergii Papæ tempora in schismate divisa permanserit ad centum ferme annorum spatium, licet omnes successores Pelagii, ut eum cum aliis ad Catholicam unitatem reducerent, naviter laboraverint. At de his hæc modo satis.

XVII. ☞ Hoc eodem anno, nempe decimoquinto post Consulatum Basilii, idem Pelagius Papa cum suscepisset legatos a Childeberto Francorum Rege, necnon ab Episcopo Arelatensi Sapaudo, sive Sabaudio (ita enim subscriptus reperitur Concilio secundo Matisconensi) ad eosdem rescripsit, in primisque ad eumdem Episcopum Arelatensem litteras dedit, quibus eidem suas delegavit vices, & impertitus est pallium. Accepimus eas ab Ecclesia Arelatensi: sic enim se habent:

*Dilectissimo fratri Sapaudo Pelagius.* XVIII. Epistola Pelagii Papæ ad Sapaudum Arel. Episc.

*Majorum nostrorum, operante Dei misericordia, cupientes inhærere vestigiis, & eorum actus divino juvamine in omnibus imitari; charitati tuæ per universam Galliam sanctæ sedis Apostolicæ, cui divina gratia præsidemus, vices injungimus: hoc enim antiquitatis memoria docet, hoc Ecclesia Romana testatur servata a sanctis Patribus & decessoribus nostris suis decessoribus esse concessum: ut illius stabilis petræ sempiterna soliditas, supra quam Dominus Salvator noster propriam fundavit Ecclesiam, a Solis ortu usque ad occasum primatus sui apicem, successorum suorum auctoritate tam per se quam per Vicarios suos firmiter obtineret. Nos autem (sicut dicit beatus Apostolus (a) non in immensum gloriamur, sed secundum mensuram regulæ, qua mensus est nobis Deus mensuram pertingendi usque ad vos: nec enim quasi qui non pertingentes ad vos superextendimus nos. Sic ergo participata sollicitudine, sanctam Dei universalem Ecclesiam nostri per Dei gratiam rexere majores. Hinc est quod & nos fraternitati tuæ hujusmodi curas injungimus, ut sedis nostræ Vicarius institutus ad instar nostrum in Galliarum partibus primi sacerdotis locum obtineas; & quicquid ad gubernationem vel dispensationem Ecclesiastici status gerendum est, servatis Patrum regulis & sedis Apostolicæ constitutis, divini judicii consideratione dispenses, talemque te in custodiendis canonibus sancta conversatione demonstres, qualem tanti loci decet esse Vicarium.* (a) 2. Cor. 10.

XIX. *Memor sententiæ beati Pauli Apostoli, qua Timotheum discipulum sollicite magister informat, dicens (b): Testor coram Deo, & Christo Jesu, & electis Angelis ejus, ut hæc custodias sine præjudicio,* (b) 1. Tim. 5.



PAGIUS nec non auctoritas *Theodori* Mopsuesteni Episcopi, qui celeberrimus *olim* Diœceseos Orientalis Magister, qui a pluribus credi non poterat prava sensisse, licet multas effutiisset locutiones, quoad verborum sonum Nestorianas; quia, inquit Facundus lib. 2. cap. 10. *Needum exorto Nestorio secura simplicitas loquebatur.* Alterum ac principale erat Chalcedonensis, & omnium in ipso generalium Conciliorum auctoritas, quam Latini Episcopi dolosa *Acephalorum* immissione retractari, & everti credebant. Verum frivola erant fundamenta illa; & ipsemet Facundus Theodori damnationem non fuisse causam lacerandæ communionem sufficientem, fassus est coram Vigilio Papa in Conventu Constantinopolitano, ac denique Synodus Chalcedonensis absoluta fuerat, cum sexta Actione, quando Sanctus Leo Magnus fidei definitionem in ipsa confirmavit, ut jam diximus.

VI. Epistola Pelagii hoc anno data. A num. XVII. ad XXXVII. Baronius hoc anno, rursumque anno DLIX. aliquas Epistolas *Pelagii* Papæ ad *Sapaudum* Episcopum Arelatensem, & *Childebertum* Francorum Regem scriptas recitat, quas dicit se se excepisse ex Ar-

*cia, nihil faciens in aliam partem declinando: ut erogetur, charissime frater, auctoritas Pontificis & pastoris mansuetudo, per nos tibi locum Vicarii, sicut & decessoribus tuis, & noveris gratia largitate concessum. Quia licet apud Dominum non sit acceptio personarum, tuam tamen charitatem etiam carnali generatione constat esse praeclaram. Et ideo convenit, ut quanto in te Dominus multiplicia bona largitus est, tanto in sacerdotalibus actibus probitatem morum exhibeas clariorem. Scriptum est enim (a): Cui commodaverant multum, plus petent ab eo. Usum quoque pallii tibi alacriter affectuoseque * concedimus, pariter etiam pallium dirigentes: ut in tanti loci fastigio constitutus praeclaro quoque habitu decoreris, scituros omnibus Ecclesiastici gradus hominibus nullam haberi licentiam sine Formata tuae charitatis ex quacumque Galliarum parte longiores petere regiones, ne prohibita praesumentes, ipsi se propria privare videantur officio. Haec igitur per Flovianum diaconum, & Nestorium subdiaconum Ecclesiae tuae, per quos epistolas tuas accepimus, scribenda esse curavimus, in quorum etiam conversatione laudabilia tuae charitatis agnovimus instituta. Dominus te incolumem custodiat, frater charissime. Dat. III. Non. Februar. anno XV. P. C. Basilii V. C.* Ad ipsum vero Francorum Regem hanc scripsit epistolam:

(a) Luc. 12.

* affectuose.

*Domino filio merito gloriosissimo atque praecellentissimo Childeberto Regi Pelagius.*

XX. Epist. Pelagii Pap. ad Childebert. Regem Franciae. * Sabaudius.

*Excellentia vestrae litteras post illas quas legati vestri detulerant, etiam per eos quos frater & Coepiscopus noster Sapaudus * ad nos direxit, reverenter accepimus; & salutis vestrae, quae nobis semper optanda est, cognoscentes indicia, gratias divinae pietati retulimus, exorantes clementiam ejus, ut vos largiflua pietate sua conservet incolumes. Litteras autem nostras praefato consacerdoti nostro Sapaudo secundum petitionem vestram direximus; usum pallii pariter concedentes: quia in scrinio Ecclesiastico hujusmodi exempla reperimus, quibus ostenditur Arelatensibus Episcopis a sanctae recordationis decessoribus nostris haec fuisse collata. Propterea salutantes cultu regalibus infulis debito, postulamus, ut eum atque Ecclesiam ejus gratia excellentia vestra tueatur ac foveat, ne quem per vices nostras augeri, propitiante Domino, postulastis, in aliqua parte eniquam Gallicanorum sacerdotum, vel cujuslibet ordinis Ecclesiastici personis (quod non oportet) contemptibilis habeatur, & in ea auctoritate sanctae sedis Apostolicae & genio vestro, qui pro eo suffragatores accessitis (quod absit, videatur in aliquo derogari. Perincolumem excellentiam vestram Deus noster custodiat, domine fili) gloriosissime atque praecellentissime.* Desunt quibus data est dies & Consulatus; sed eodem tempore quo superior datam esse, argumentum ipsius significat. Cum autem ea data tertio Non. Februarii habeatur, praemittenda est reliquis ab eodem Pelagio Papa sive ad eumdem Sabaudium, sive ad Childebertum Regem postea eodem anno datis, atque in primis, quae scripta legitur decimooctavo Kalendas Junias ad eumdem Sabaudium Episcopum, quae sic se habet:

*Dilectissimo fratri Sapaudo Pelagius.*

XXI. Epist. alia Pelagii ad Sapaudum Epi.

*Quia legatus filii nostri gloriosissimi Regis Childeberti beatorum Apostolorum Petri & Pauli & aliorum sanctorum martyrum reliquias poposcerunt; necesse habuimus hominem bonum subdiaconum de clero nostro dirigere, qui eas usque ad fraternitatem tuam cum reverentia deportaret. Et ideo salutantes, hortamur ut quaesita occasione sive navis, sive terreno, cum talibus personis, de quibus nulla periculi possit esse suspicio, ad nos eum, juvante Domino, remittatis. Ea autem quae pro honore charitatis tuae a nobis supradicti legati poposcisse noscuntur, parati sumus, Deo juvante, concedere. Sed nisi litteras tuas per te acceperimus, sicut etiam decessores nostri postulantibus tuis decessoribus praestiterant, superfluum judicavimus ultro transmittere: sed mox ad nos, juvante Domino, cum de clero tuo cum litteris direxeris, si Dominus voluerit, & si vixerimus, promittimus nos esse facturos. Praeterea hortamur, ut viro magnificentissimo filio nostro Patricio*

PAGIUS Archiviis Ecclesiae Arelatensis. Sirmondus tamen observavit, earumdem Epistolarum ordinem Baronium invertisse: Epistola enim *Pelagii* ad Sapaudum, qua vices ei suas in Gallia delegat, quaeque his verbis, ut apud Baronium num. XVIII. videre est, incipitur: *Majorum nostrorum*, &c. per errorem amanuensis his verbis subscripta est: *Data III. Nonas Februarii, anno XV. post Consulatum Basilii Viri Clarissimi*, qua formula praesens Christi annus designatur, nam tam in exemplari Arelatensi, quam Pithoeano, ac Lirinensi scriptum est, *anno XVI. post Consulatum Basilii V. C.* qui est annus Christi DLVII. Quare horum Codicum opera Sirmondus epistolas illas hoc ordine digessit. *Pelagius* salutatoriam ad Sapaudum Epistolam scripsit, priusquam ab eo Literas reciperet. Ea data *IV. Nonarum Juliarum, anno XV. post Consulatum Basilii V. C.* anno sc. Christi currenti. Extat apud Baronium num. XXII. Tum Pelagius alia Epistola modeste laudes rejicit, quibus illum *Sapaudus* in Litteris suis ornarat. Data haec *decimo sexto Kalendas Octobris, anno XV. post Consulatum Basilii V. C.* ut videre est apud Baronium num. XXIII. Utrique Epistolae tertia Pelagii subjicitur scripta *Childeber-*

*cio Placido genitori tuo dicat, ut quod de pensionibus possessionum Ecclesiæ nostræ collectum est, aut per suum hominem, aut per horum nobis dignetur dirigere portitorem: quia Italiæ prædia ita desolata sunt, ut ad recuperationem eorum nemo sufficiat. Et si possibile est ut nobis de ipsis solidis saga tumentacia, quæ pauperibus erogari possint, & tunicas albas, aut cucullas, vel colobia, aut si quæ aliæ species in Provincia fiunt, quæ pauperibus (ut diximus) erogari debeant, exinde facito comparari, & opportunitate navis inventa dirigite: at maximas fraternitati tuæ gratias referemus, dum hujusmodi sollicitudinem nostram providentia charitatis tuæ revelari contigerit. Hortamur etiam, ut Anastasium fratrem Pauli defensoris Ecclesiæ ad nos faciatis occurrere. Dominus te incolumem custodiat, frater charissime. Data XIX. Kal. Jun. anno XV. P. C. Basilii V. C.* Hæc Pelagius ad Arelatensem Episcopum; quibus intelligis studium Regis Christianissimi erga Sanctorum cultum, cum ad accipiendas Sanctorum reliquias Romam ad Pelagium Papam legationem misit; & reverentiam illis exhibitam ab ipso Romano Pontifice, dum eas non credidit homini laico, sed mittendas putavit per Romanæ Ecclesiæ subdiaconum virum pium. Porro hæc mense Majo esse a Pelagio Papa scripta vidisti. Quo item anno, post Consulatum scilicet Basilii decimoquinto, idem Pelagius Papa mense Julio has ad eumdem Arelatensem Episcopum litteras perbreves dedit:

*Dilectissimo fratri Sapaudo Pelagius.*

XXII. Eiusdem ad eumdem epist. III. *Quæ nobiscum omnipotentis Dei gratia fuerit operata, ad charitatem tuam credimus fuisse perlatum: pro qua re ad vos * destinari convenerat, ut visitatione communi magno invicem gaudio frueremur. Nos tamen fraternæ memores charitatis, per præsentium portitorem, occasione reperta, officium fraternæ salutationis impendimus. Optamus, ut alterna in timore Domini charitate viventes, mutuo frequenter refoveamur alloquio. Dominus te incolumem custodiat, frater charissime. Dat. IV. Nonarum Juliarum, anno XV. P. C. Basilii V. C.* Rursum vero eodem anno mense Septembri ad eumdem idem Pelagius Papa dedisse litteras reperitur, quæ sic se habent.

* nos

*Dilectissimo fratri Sapaudo Pelagius.*

*Fraternitatis vestræ grata nobis colloquia, Felice viro honesto deferente, suscepimus: quibus recensitis, communi Domino ac Deo nostro insufficientes gratias egimus, quia incolumitatem dilectionis tuæ, quæ nobis est desiderabilis, eorum testificatione cognovimus. Ea autem quæ in nostris laudibus facundia oris vestri disseruit, quamquam vos congruentem vobis rem fecisse manifestum sit, nos tamen nihil nostrum ex omnibus quæ dicta sunt agnoscentes, verecundiam magis incurrimus, illud doctissimi viri ad animum perducentes, qui dixit: Sicut vera laus ornat, sic falsa castigat. Multum enim vita nostræ ac morum verba charitatis vestræ mensuras excedunt. Optamus tamen, ut Sanctorum omnium precibus & vestris orationibus faciat nos Deus tales existere, quales nos esse ex bona voluntate pinxistis. Atque ideo salutantes debito charitatis affectu, indicamus, nos, inventa ante hoc parvum tempus occasione quorumdam de provincia vestra Romam venientium, tanto amoris vestri fervore fuisse succensos, ut impatienter ferremus hujusmodi opportunitatem silentio præterire.* XXIII. Ep. ejusdem ad eumdem quarta.

XXIV. *Scribentes namque gloriosissimo communi filio Regi Childeberto, etiam ad charitatem tuam litteras, quales sub brevitate temporis potuimus dictare, transmisimus. Quædam autem nobis (sicut scripsistis) proprio ore, litterarum vestrarum in compendio portitor intimavit, quæ nos non mediocriter promoverunt, admirantes nimirum, qua ratione tam nova res fuerit usurpata: & necesse habemus solicite *, ut si quis venerit, non facile nobis tamquam ignaris subrepere videatur. Melius tamen fraternitas tua faciet, si cognoscens illos quos suspicamini ad nos esse venturos, & vos personam instructam ex omni parte dirigatis, quæ eis possit obsistere. Quia tam epistola vestra nihil de causa continebat: si his, quæ nobis modo ex voluntate vestra verbo suggessit, tunc apud nos nequeat inveniri, videbimur nos accusatoris officium suscepisse.*

* perscrutari.

*Quod*

PAGIUS *berto* Francorum Regi, qua anathema dicit iis, qui de fide aliter sentiunt, quam in Literis Leonis & in Concilio Chalcedonensi continetur: ac præterea Reliquias Sanctorum mittit per Hominem bonum Subdiaconum. Et hæc dicitur data *III. Idus Decembres, anno XV. post Consulatum Basilii V. C. per Rufinum Legatum*, eaque etiam integra refertur num. XXVI. & seqq. Hæc Sirmondo, sequentia vero nobis observata.

VII. Epistola mox laudata Pelagii ad Childebertum Regem *III. Idus Decembris* currentis anni scripta, ex duabus aliis, quarum altera ad *Childebertum*, altera ad *Justinianum* a Vigilio data fuerat, consarcinata est; eo fere modo, quo Epistola Sancti Leonis ad *Januarium* Aquilejensem Episcopum ex Epistola ad Septimium Altinensem Episcopum, & ex Epistola ad Nicetam Aquilejensem Episcopum compacta fuit, ut suo loco vidimus. Hæc duarum Epistolarum ad *Childebertum* sc. & ad *Justinianum* consarcinatio, nemini huc usque observata, quæ tamen non videtur in dubium revocanda. Finis enim & initium Epistolæ, quæ ad *Childebertum* Regem scripta supponitur, spectat ad Gallias & ad Francorum Regem, qui, ut liquet ex alia Pelagii Epistola, de qua supra, *Rufinum*

*Epistola Pelagii ad Childebertum ex duabus consarcinata.*

*Quod si a tua charitate persona dirigitur: nostrum est & pro affectu quem vobis impendimus, & pro rei gestæ novitate, salva æquitate, competentem, quem dilectio tua miserit, præbere favorem. Dominus te incolumem custodiat, frater charissime. Dat. XI. Kalend. Octob. anno XV. P. C. Basilii V. C.* Quænam autem ista fuerint, quibus Episcopus Arelatensis judicandus fuerit ab ipso Romano Pontifice, ex epistola ejusdem Pelagii data ad Childebertum Francorum Regem aliqua ex parte possumus intelligere, quæ sic se habet:

*Domino filio gloriosissimo atque præcellentissimo Childeberto Regi Pelagius.*

XXV. Epist. Pelagii Papæ ad Childebert. Regem Franc.

*Cum celsitudini vestræ multa dona misericordia divina contulerit, pro amore tamen quem Ecclesiæ ejus sinceriter exhibetis, fecit vos multis regnantibus clariores: quoniam inter alias regni vestri curas pro tranquillitate sanctæ Ecclesiæ præcipuam solicitudinem vos certum est exhibere. Quæ cum ita fiat, miramur quia & quantum nobis præstantiam portitorum suggestio patefecit, passi estis subripi vobis, Sapaudum fratrem & Coepiscopum nostrum Arelatensis civitatis Antistitem, cujus Ecclesia in regionibus Gallicanis primatus privilegio & sedis Apostolicæ vicibus decoratur, ad petitionem Episcopi ab ipso ordinati in judicium sequentis * civitatis Episcopi (quod nulla Ecclesiastica lege vel ratione conceditur) judicandum juberetis occurrere; ut ipso de conculcato loci sui præjudicio conquerente, illum qui usurpavit necesse sit de illicita præsumptione culpari. Pro quibus Christianitatis vestræ confidentia freti, paterno studio postulamus, ut si quid est tale factum, congrua satisfactione celeriter amputetur, nec ullum sui exemplum in perturbatione Ecclesiarum, quas vobis Deus credidit, relinquere concedatur. Et hujusmodi causis solicitam vos in reliquo decet exhibere cautelam, ne quid contra Ecclesiasticas regulas petentibus concedatis: quia (quod bene cognitum est religiosæ menti vestræ) non aliter Deo nostra recte potest regalis devotio famulari, nisi providentia ejus Ecclesiasticorum ordinum servet integritatem. Incolumitatem excellentiæ vestræ Deus noster custodiat, domine fili gloriosissime atque præcellentissime.* Hactenus epistola ad Regem Francorum, quæ sine die & Consulatu licet posita habeatur, datam tamen anno quintodecimo post Consulatum Basilii, quæ dicta sunt, docent. Quo pariter anno ab eodem Pontifice scripta legitur epistola mense Decembri ad eumdem Childebertum Francorum Regem per Ruffinum legatum missa. Quod enim Græcis consensisset Pelagius in probanda Quinta Synodo, a schismaticis in suspicionem adductus est de violata Catholica fide: cujus rei gratia idem Rex Ruffinum legatum Romam ad ipsum Pontificem misit id exploratum. Quo audito, mox idem Pontifex has ad eumdem Regem litteras reddidit:

*Domino filio gloriosissimo atque præcellentissimo Childeberto Regi Pelagius Episcopus.*

*Ruffinus vir magnificus legatus excellentiæ vestræ nobis dixit, quod & in provinciis Galliarum quidam semina scandalorum sparserunt, dicendo quod contra fidem Catholicam (quod Dominus non patiatur) admissum. Et quamvis a transitu divæ memoriæ Theodoræ Augustæ nullas de fide quæstiones Ecclesia Dei in partibus Orientis, Deo miserante, formidet, sed quædam capitula extra fidem fuerint agitata, de quibus longum est ut epistolare possint complecti sermone: hoc breviter secundum admonitionem præfati magnifici viri Ruffini, ad sanandum animum vestrum, vel omnium fratrum & Coepiscoporum nostrorum in Galliæ regionibus consistentium, faciendum esse perspeximus, dicentes anathematizare nos, & alienos ab æterna vitæ præmiis judicare, quicumque ab illa fide, quam beatæ recordationis Papa Leo in suis epistolis prædi-* XXVI. Alia Pelagii ad Childebe. Reg. ep.

PAGIUS num Romam ad Pelagium Papam miserat; qui postulavit, ut Pontifex, vel Childeberto significaret, se per omnia Beati Leonis Scriptis assentiri, vel propriis verbis confessionem suæ fidei ad eumdem destinaret. Id constat ex alia Pelagii ad Childebertum Regem Epistola, de qua etiam infra, in qua Pontifex ait: *Veniens Rufinus, vir magnificus, Legatus Excellentiæ vestræ, confidenter a nobis, ut decuit, postulavit, quatenus vobis, aut beatæ recordationis Papæ Leonis Tomum a nobis per omnia conservari significare debuissemus, aut propriis verbis nostræ Confessionem fidei destinare.* Hujusmodi petitionis ratio hæc fuit, quod semina scandalorum in Provinciis Galliarum a quibusdam spargebantur, quasi quid contra fidem Catholicam in quinta Synodo generali peractum esset. Quare *Pelagius* Literis hoc anno ad Childebertum *tertio Idus Decembres* missis illam petitionem implevit, & anathema dixit iis, qui de fide aliter sentiebant, quam in Epistolis Sancti Leonis, & in Concilio Chalcedonensi continebatur. Artifex Epistolæ, de qua agitur, refert priorem ejus partem ad *Childebertum*, ab initio usque ad hæc verba: *Quoniam hæc ipsa ita contigerunt*, sicuti & posteriorem ab his verbis: *Reliquias vero tam Beatorum Apostolorum, quam Sanctorum Martyrum, jam quidem per servos Dei Monasterii Lirinensis direximus, & cætera usque in finem.*

Reliqua omnia in Epistola ad Childebertum contenta desumpsit consarcinator ex aliquibus Literis a Vigilio Papa ad Justinianum Imp. datis. Nam hæc verba v. g. nonnisi ad Imperatorem Constantinopolitanum scripta sunt: *Hæc ipsa ita contigerunt, ut cum Pater vester Clemen-* VIII. Ex quibus altera ad Justinianum a Vigilio scripta fuit.

*dicavit, & quam Chalcedonense Concilium sequens eumdem Præsulem edita definitione suscepit, in una syllaba aut in uno verbo vel in sensu erravit, vel erraverit aliquando, aut declinavit, vel declinaverit aliquando.*

XXVII. *Quibus se ita habentibus, non attendat celsitudo vestra, nec fratres nostri Episcopi fabulas eorum hominum, qui scandalis delectantur. Quoniam hæc ipsa ita contigerunt, ut cum pater vester clementissimus Imperator omnes hæreses, quæ Constantinopoli Episcopos suos & ecclesias cum magnis redditibus & vasorum diversitate usque ad tempora Imperii ejus habuerunt everterit, & sublatis basilicis eorum atque redditibus, omnibusque aliis rebus, Catholicis tradiderit: hi ergo qui in ipsis erroribus remanserunt, conglobati sunt in unum, & agunt vehementer, qualiter Ecclesiam Catholicam scindant atque perturbent. Nam & sic in Italiam (quamdiu nos in Constantinopoli fuimus) de nomine nostro chartas mittebant, dicendo, quasi nos dixerimus fidem Catholicam fuisse corruptam: nunc vero etiam contra nos afferunt huc chartas tacitis nominibus, ut nesciatur qui eas misit: sed sic faciunt Christiani qui in Constantinopoli sunt, dum eos constet non esse Christianos, maxime tamen Nestorianæ hæresis homines, pro eo quod Nestorius duas naturas in Christo separatas quidem & divisas astruxerit fraudulenter moliuntur dicere longe ab intellectu esse Chalcedonensis Synodi & Papæ Leonis, dum Nestorium pro eo quod divisas duas naturas assereret, ipso dogmate beati Papæ Leonis constat esse damnatum.*

XXVIII. *Hæc breviter insinuanda esse excellentiæ vestræ curavimus, ut ille ardor fidei vestræ & unitatis amor non alicujus perversi hominis fabulas aut chartas superfluas permittat attendi: quia & sic simplices aliquos Episcopos & nescientes primæ elementa fidei sollicitaverunt, ut nec rationem ipsam intelligant, nec discernant quantum sit bonum a fide Catholica non errare, sed si qua sunt alia quibus crimen ab hæreticis patitur sancta Ecclesia, refutare. Quis enim patiatur, ut Nestorii vel sectatorum ejus blasphemias pro eo quod duas naturas in Christo separatas, id est, divisas esse astruxerit, Catholicæ fidei existimet concordare?*

*Ut autem nos diu tribulationes Constantinopoli pateremur, illa res fecit, quam breviter superius tetigimus: quoniam vivente Augusta, quicquid in Ecclesiasticis caussis movebatur, suspectum habuimus: nam pater vester clementissimus Imperator & B. Papæ Leonis dogma & Chalcedonensis Synodi fidem nullo modo patitur violari. Reliquias vero tam beatorum Apostolorum, quam sanctorum martyrum jam quidem per servos Dei monasterii Lirinensis direximus: sed & nunc quas legati vestri poposcerunt, nos misisse significamus, deputantes hominem bonum subdiaconum ex claro Ecclesiæ nostræ, a quo usque ad fratrem & Coepiscopum nostrum Sapaudum, jubente Domino, deferantur. Dat. III. Id. Decemb. anno XV. post Cons. Basilii V.C. Per Ruffinum legatum.* XXIX.

*Pelagius misericordia Dei Episcopus Ecclesiæ Catholicæ urbis Romæ exemplari epistolæ nostræ subscripsimus.*

Post hæc autem idem Rex, ad omnem dubitationem tollendam, adjecit ut peteret ab ipso Pontifice exactiorem fidei professionem: quod & fecit anno sequenti eam scribens: habes ipsam collocatam in fine Pelagii. Has vero omnes epistolas ab Ecclesia Arelatensi accepimus ex antiquitus scripto codice. Hæc gesta sunt cum Ecclesia Gallicana. Quænam autem hoc eodem anno geri contigerit cum Episcopis Italiæ provinciæ Tusciæ, ex litteris ejusdem Pelagii ad eos datis mense Fe- XXX.

PAGIUS *mentissimus Imperator omnes hæreses, quæ Constantinopoli Episcopos suos & Ecclesias, cum magnis redditibus & vasorum diversitate usque ad tempora Imperii ejus habuerunt, everterit, & sublatis Basilicas eorum atque redditibus, omnibusque aliis rebus, Catholicis tradiderit:* Certum est autem *Justinum* Seniorem hæreticorum Basilicas Orthodoxis tradidisse, & Justinianum ejus filium adoptivum fuisse; cum contra *Clodoveus Magnus* Childeberti pater, nec appellatus est Imperator, præsertim a Pontificibus Romanis; neque aliquis Francorum Rex hæreticorum Ecclesias Constantinopoli evertere potuit. Adhæc Auctor illius Epistolæ infra ostendit, Imperatorem, quem alloquitur, alium non esse, quam Justinianum; *Ut autem nos diu tribulationes Constantinopoli pateremur, illa res fecit, quam breviter superius tetigimus: quoniam vivente Augusta* (nempe Theodora, quam jam in eadem Epistola nominarat) *quidquid in Ecclesiasticis caussis movebatur, suspectum habuimus. Nam Pater vester Clementissimus Imperator, & Beati Papæ Leonis dogma & Chalcedonensis Synodi fidem nullo modo unquam patitur violari.* Ubi loco *patitur*, legendum, *passus est*. Mitto alia in ea Epistola memorata, quæ dici non potuere ab alio Pontifice Romano, quam a *Vigilio* post suum Constantinopoli in Siciliam reditum. Denique inter partes tres, quibus Epistola illa consuta, nulla connexio est, ut legenti patet.

Secundo loco *Ruffinus* a Childeberto Rege ad Pelagium missus, rogavit eum, *ut Sapaudo vices Apostolicas delegaret, usumque Pallii concederet*. Sed excusavit se Pontifex per Epistolam apud Sapaudum, donec Literas ab ipso *Sapaudo*, per Arelatensis Ecclesiæ Clericum accepisset. Eas detulit *Homo-bonus* Ecclesiæ Romanæ Subdiaconus, per quem Pelagius Arelatem usque deportari voluerat Reliquias quas Legati *Childeberti* Regis poposcerant. Ea ad Sapaudum Epistola *data XIX. Kalendas Januarias, anno XV. post Consulatum Basilii V.C.* qui præsens Christi annus est. Eam recitat Baronius tom. XXI. Tertio loco Ruffinus Reliquias a Pe- IX. *Childebertus petit a Pelagio, ut Vicariatum Apostolicum Sapaudo Ep. Arelatensi concedat.*

Februarii satis apparet. Extant ipsæ integræ ex eodem codice acceptæ, sicque se habent:

*Dilectissimis fratribus Gaudentio, Maximiliano, Gerontio, Justo, Terentio, Vitali, & Laurentio per Tusciam Annonariam, Pelagius.*

XXXI. Pelagii PP. ad Tusciæ Episcopos epist. *Directam a vobis relationem, Defensore Ecclesiæ nostræ Jordane deferente, suscipientes satis mirati sumus, ita vos Apostolicæ auctoritatis oblitos, ut divisionem vestram ab universali Ecclesia meo etiam volueritis (quod absit) consensu firmari; & quos decuit popularem ignorantiam sacerdotali doctrina comprimere, in contumeliam sedis Apostolicæ, plebis velle sequi judicium. Nec ista dicentes, injuriam nostram dolemus, quibus donante Domino propositum est in mansuetudine supportantes omnia fraternæ pacis vinculo custodire: sed (sicut diximus) divisionem vestram a generali Ecclesia, quam tolerabiliter ferre non potero, vehementer stupeo. Cum enim beatissimus Augustinus Dominicæ sententiæ memor, qua fundamentum Ecclesiæ in Apostolicis sedibus collocavit, in schismate esse dicat, quicumque se a Præsulis earumdem sedium auctoritate vel communione suspenderit, nec aliam manifestet esse Ecclesiam, nisi quæ in Pontificibus Apostolicarum sedium est solidata radicibus: quomodo vos ab universi Orbis communione separatos esse non creditis, si mei inter sacra mysteria secundum consuetudinem nominis memoriam reticetis, in quo licet indigno Apostolicæ sedis per successionem Episcopatus præsenti tempore videtis consistere firmitatem?*

*Sed ne apud vos forte, vel apud greges qui vobis commissi sunt, de fide nostra aliqua possit remanere suspicio: hoc dilectionem vestram certissime nosse desidero, me illam, donante Domino custodire fidem, quam sacra Apostolorum doctrina constituit, quam Nicænæ Synodi firmavit auctoritas, quam Constantinopolitanæ, Ephesinæ primæ, & Chalcedonensis sanctarum Synodorum explanavere sententiæ, nec quicquam de præfatarum Synodorum definitionibus vel imminuisse me aliquid, vel auxisse, aut in aliquo permutasse, sed omnia, Deo propitio, quæ ab illis de fidei puritate conscripta sunt, inviolabiliter custodire: anathematis nihilominus judicio subdens, quisquis ad supræscriptarum quatuor Synodorum fidem, vel ad beatissimi Leonis Præsulis Apostolicæ sedis tomum, qui in Chalcedonensi est Synodo confirmatus, aliquid ex parte vel infirmandum quoquo modo, vel in dubium (quod absit) deducendum aliquando consenserit. Hac igitur dilectia vestra fidei nostræ professione munita, ignorantiam hominum (sicut sacerdotes decet) in spiritu mansuetudinis edocere festinet, & a prava intentione modis omnibus revocare, atque unitati Ecclesiæ reddere. Quod si quis forte etiam post hæc aliquem sibi superesse credit scrupulum; ab insano tumultu desinent, ad nos magis venire festinet: ut ex his quæ dubitat, rationabili satisfactione percepta, lætus, Deo propitio, cognita veritate, universali reformetur Ecclesiæ. Nos enim (secundum Apostolicam (a) sententiam) parati sumus ad satisfactionem omni poscenti nos rationem de ea quæ in nobis est fide: quia in nullo nos a sanctis Patribus, custodiente nos divina gratia cognoscimus deviasse. Dominus vos incolumes custodiat, fratres charissimi. Dat. XV. Kalend. Mar. anno XV. P. C. Basilii V. C.* Hæc Pelagius, qui cum ubique tumultuari audisset, schisma-

(a) 1. Petr. 3.

PAGIUS

Pelagio petiit, de quibus mentio in Epistola mox explicata, & cum altera Vigilii ad Justinianum confuta.

X. *Annuæ Pelagius, sed anno tantum sequenti.* Nunc agendum de *Pelagii* Epistolis, anno sequenti datis, cujus initio *Flavianus* Diaconus, & *Nestorius* Subdiaconus Ecclesiæ Arelatensis Romam venerunt, cum Literis ad Pelagium Papam, missis non tantum a *Sapaudo*, qui vices Pontificias, & usum Pallii rogabat sibi concedi, sed etiam a *Childeberto* Rege, qui Sapaudum illis honoribus exornari summopere cupiebat. Annuit postulatis *Pelagius*, extantque Literæ, quas ea de re, per Flavianum, & Nestorium scripsit, cum ad Sapaudum Episcopum Arelatensem, tum ad ipsum Regem Childebertum. Epistola ad Sapaudum *Data III. Nonas Februar. anno XVI. P. C. Basilii V. C.* anno scilicet sequenti. In exemplari tamen Arelate ad Baronium misso legitur: *Dat. III. Non. Febr. anno XV. P. C. Basilii V. C.* ut videre est apud Baronium num. XVIII. & seq. Verum in Codicibus MSS. Sirmondus citatus invenit scriptum; *anno XVI. P. C. Basilii V. C.*

XI. *Alia Pelagii Epistola anno sequenti data.* Litteræ ad *Childebertum Regem* recitatæ a Baronio num. XX. scriptæque sine die & Consule, eodem tempore, ac superiores datæ sunt. Sequitur alia Epistola *Pelagii* ad *Childebertum* Regem, quæ etiam est sine die & Consule. Præcedenti significat *Pelagius*, se vices suas, & Pallii usum *Sapaudo* concessisse, huncque Childeberto Regi commendat; hæc vero est de *Sapaudo*, qui contra Sedis suæ Privilegium alterius Episcopi Judicium subire jussus fuerat. Recitatur hæc a Baronio num. XXV. Epistola Pelagii ad Sapaudum Arelatensem dicitur data *Idibus Aprilis anno XVI. post Consulatum Basilii V. C.* etiam apud Baronium; qui tamen eam exhibet anno DLIX. num. X. & seqq. Quod eam, inquit, tardius ab Ecclesia Arelatensi, cum aliis quibusdam acceperit. Quare ea ad annum Christi DLVII. referenda. Est porro de ipsius *Pelagii* fide Catholica, quam is ad Regem ante scripsit. Petit enim in ea *Pelagius*, ut *Sapaudus* sibi significet, an sua fidei Professio, tam ei, quam Regi placuerit.

XII. Denique in eadem epistola *Pelagius* Sapaudo notum facit, se ad Childebertum Regem scripsit-

maticis omnes Ecclesias adversus ipsum Romanum Pontificem concitantibus, expedire judicavit de fide Catholica ad universum populum Christianum circulares (quas dicunt) litteras dare, quas ex eodem codice hic tibi reddere, operæ pretium) judicavimus; sic enim se habent:

*Pelagius Episcopus universo populo Dei.*

XXXIII. (a) 1. Rom. 10. Pelagii Papæ ad universum populum Christianum de Cathol. fide epist.

*Vas electionis beatissimus Paulus Apostolus (a) cum de Judæis in Christo necdum credentibus loqueretur, zelum eos Dei habere professus est, sed ne ex hoc sine culpa esse crederentur, consequenter adjecit, sed non secundum scientiam: ut eos necessarie per doctrinam a Deo sibi creditam ostenderet emendandos. Quod testimonium nostro etiam tempori convenire, charitas vestra non ambigit: quia etsi zelum Dei in quorumdam mentibus esse deprehendimus, in hoc tamen quod suspicionibus quibusdam sine notitia veritatis se concusserunt atque concutiunt, & quod se a visceribus unicæ matris Ecclesiæ nefaria animositate discerpunt, sine scientia eos esse non dubium est. Et possemus quidem totius causæ rationem ad sedandas rumores hominum, divina nobis cooperante misericordia, fiducialiter explicare, nihilque contra fidem Patrum, contraque quatuor Synodorum firmitatem ullatenus esse tentandum, lucidissimis approbationibus demonstrare; magisque id actum ut memoratarum Synodorum firmitas contra omnes inimicos immobili soliditate consisteret. Sed quia hoc his, qui lacte potius quam solido cibo nutriendi sunt, necessarium esse non duximus, ut (sicut memoratus Doctor Gentium dicit (b) inter perfectos loquenda sit sapientia: hoc interim, quod etiam parvulis abunde sufficiat, ad notitiam omnium deferendum esse perspeximus. Id autem est, ut fidem meam annexa subter professione definitam, in qua, Deo propitio, & recta me Apostolorum doctrinæ & Patrum inhærere vestigiis evidenter appareat: ut per vos qui zelum Dei etiam cum scientia possidetis, cæteris innotescat, quos operante Domini nostri gratia, non sine vestra mercede ab irrationabili divisionis suæ malo confidimus liberandos.*

(b) 2. Cor. 6.

*De sanctis vero quatuor Conciliis, id est, Nicæno trecentorum decem & octo, Constantinopolitano centum quinquaginta, Ephesino primo ducentorum, sed & de Chalcedonensi sexcentorum triginta, ita me, protegente divina misericordia, sensisse & usque ad terminum vitæ meæ sentire toto animo & tota virtute profiteor, ut eas in sancta fidei defensione, & damnationibus hæresum atque hæreticorum, utpote sancto firmatas Spiritu, omnimoda devotione custodiam; quarum firmitatem, quia universalis Ecclesiæ firmitas est, ita me tueri ac defendere profiteor, sicut eas decessores meos defendisse non dubium est: in quibus illum maxime & sequi & imitari desidero, quem Chalcedonensis Synodi auctorem novimus extitisse; qui suo congruens nomini, ejus se membrum, qui de tribu Juda leo extitit, vivacissima fidei sollicitudine evidenter ostendit. Similem igitur suprascriptis Synodis reverentiam me semper exhibiturum esse confido, & quicumque ab eisdem quatuor Conciliis absoluti sunt, me esse Orthodoxos habiturum, nec unquam in vita mea, Deo nos in omnibus protegente, aliquid de sanctæ & veræ prædicationis eorum auctoritate minuere.* XXXIV.

*Sed & canones, quos sedes Apostolica suscepit, sequor & veneror, & Deo adjuvante defendo, neque vel de hac professione reticere, aut discedere aliquando promitto. Epistolas etiam beatæ recordationis Papæ Cælestini, Sixti, & præ omnibus B. Leonis, necnon etiam successorum ejus Hilari, Simplicii, Felicis, Gelasii, Anastasii, Symmachi, Hormisdæ, Joannis, Felicis, Bonifacii, Joannis alterius, & Agapeti pro defensione fidei Catholicæ, & pro firmitate suprascriptarum quatuor Synodorum, & contra hæreticos, tam ad Principes, quam ad Episcopos, vel quoslibet alios per Orientem & Illyricum atque Dardaniam, aliasque provincias diversis temporibus missas inviolabiliter, adjuvante Christo Domino nostro, me custodire profiteor; & omnes quos* XXXV.



PAGIUS *Pelagius suam fidei Professionem ad Childebertum Regem misit.*

psisse, ad eumque suæ fidei Confessionem misisse. Sed non dubium, quin data sit *Idibus Aprilis*, sequentis scilicet Christi anni, quo die Palagius ad *Sapaudum* de eadem re Literas dedit. Post utramque Epistolam sequitur *Fides Papæ Pelagii*, seu ejus fidei Professio a Baronio, qui eam tarde accepit, anno DLIX. num. XIV. & seqq. relata. Hæc tamen magis integra refertur a Garnerio in Auctario Operum Theodoreti Differt. 4. cap. 6. parags. 1. ex Codice MS. Divionensi Sancti Benigni. Idem Garnerius in Appendice ad Notas Capitis 2. Libri Diurni Romanorum Pontificum, observat, Summos Pontifices cum ordinarentur, suæ fidei Professionem emisisse, & duas Professiones distinguendas esse: alteram, quæ ab ordinando, alteram, quæ ab ordinato ederetur: priorem *Symbolum* vocatam esse, posteriorem *Synodicam*; illam denique privati fuisse hominis; hanc vero Ecclesiæ Doctoris. Prioris vix mentio reperitur ante Gregorium Magnum: posterioris aliqua exempla extant. Verum septimo sæculo, cum Summi Pontifices ordinabantur, jam non Symbolum, quod antea fiebat; sed pro Symbolo fuit Professio fidei, cujusmodi exhibetur in Diurno Pontificum Romanorum. Obtinuit vero illa, non tantum ad undecimum saltem sæculum, quo vivebat Ivo Carnotensis, qui ejus rei testis est; sed etiam ad tempora Basileensis Concilii, quod hanc ab or-

*ipsi damnaverunt, habere damnatos, & quos ipsi receperunt, præcipue venerabiles Episcopos Theodoritum & Ibam, me inter Orthodoxos venerari.*

XXXVI. *Hæc est igitur fides mea, & spes quæ in me dono misericordiæ Dei est: pro qua maxime paratos nos esse debere, beatus Petrus* (a) *præcipit ad respondendum omni poscenti nos rationem. Cum hac professione me vivere apto, cum ipsa ante tribunal Christi assistere: per hanc a peccatis meis absolvi me credo, & ad dexteram gloriæ divinæ misericordia deportandum. Quicumque autem aliud senserit, crediderit, prædicaverit, hunc anathematizat sancta & universalis Ecclesia Dei. Deus vos incolumes custodiat, filii dilectissimi, Amen.* Ad hæc quidem compulsus est Pelagius Papa, cum obrutus ubique esset schismaticorum calumniis, quod Quintam probando Synodum, Quartam abolevisse, vel saltem corrupisse jactarent. Profuerunt istæ quidem multis, non tamen omnibus: etenim in pluribus Italiæ locis diutius ejusmodi viguisse schismaticos liquet.

(a) 1. Petr. 3.

XXXVII. Hoc eodem tempore (ut Agathias (b) tradit) regnum Francorum in maximum discrimen adductum est ex bello civili conflato inter fratres Regem Childebertum atque Clotarium ob divisionem bonorum Theodibaldi Regis defuncti: cui & domesticum bellum accessit, cum Chramnus Clotarii filius contra patrem arma movit, quo tempore idem Clotarius adversus Saxones rebellantes in expeditione esset. Sed omnibus his omissis, hic ea tantum referenda sunt, quibus Dei adversus sacrilegos ultio his temporibus non semel progressa narratur. Ac primum de Leone Pictaviensi, qui inter alios filium in patrem commovit, hæc notatu digna Gregorius (c): *Habebat Chramnus & Leonem Pictaviensem ad omnia mala perpetranda gravem stimulum, qui nominis sui tamquam leo erat in omni cupiditate sævissimus. Hic fertur quadam vice dixisse, quod Martinus & Martialis confessores nihil Fisci viribus utile reliquissent: & statim percussus a virtute confessorum, surdus & mutus effectus, amens est mortuus. Venit enim miser ad basilicam sancti Martini Turonus, celebravitque vigilias, dedit munera: sed non eum respexit virtus consueta; cum ipsa enim qua venerat infirmitate regressus est.* Inhiasse hominem rapacem in bona Ecclesiæ, ultio secuta declarat.

(b) Agath. l. 2.

Bellum civile & domesticum assligit Gallias.

(c) Greg. Turon. l. 4. c. 16.

Leo Pictavien. blasphemus in Sanctos punitur.

XXXVIII. Complures alios his civilium discordiarum temporibus injecisse manus in bona Ecclesiastica, nonnulla alia exempla divinæ ultionis in eos immissa demonstrant: quod & testatur primus canon (d) Parisiensis Concilii post annum sequentem (ut suo loco dicemus) habiti: hæc enim habet in fine post nonnulla adversus hujusmodi facinorosos statuta: *Accidit autem ut temporibus discordiæ* (hæc enim signat tempora) *supra provisionem beatæ memoriæ Cladovei Regis, res Ecclesiarum aliqui competissent, ipsasque res invasissent, improvisa morte collapsi, propriis heredibus reliquissent. Placet & hos quoque, nisi res Dei admoniti a Pontifice, agnita veritate, reddiderint, similiter a sancta communionis participatione suspendi: quoniam res Dei, quæ antecessores eorum immatura morte credendæ sunt peremisse, non debent filii ulterius possidere. Iniquum esse censemus, ut potius custodes chartarum, per quas aliquid a fidelibus personæ legitur derelictum, quam defensores rerum creditarum (ut præceptum est) judicemur.* Hæc Patres in Concilio Parisiensi.

(d) Conc. Paris. c. 1.

Sed

PAGIUS

ordinando Pontifice exigit. Mittebat illam Pontifex ordinatus ad Patriarchas, suppares que Patriarchis Præsules Autocephalos, ut liquet ex Gregorio Magno.

XIII. *Pelagius* itaque, qui calumniose accusatus fuerat apud *Childebertum Regem*, quasi de Incarnatione Verbi Divini non perinde sentiret ac Sanctus Leo, post laudatum, quem aliis receperat Literis Leonis Tomum, mittit ad eumdem Regem laudatam fidei Professionem, in qua nullus sermo de V. Synodo, quoniam adhuc in Gallis male audiebat: fit autem de Prædestinatione, & de vasis Misericordiæ, propterea quod quæstiones, ea de re adhuc movebantur in Regno *Childeberti*, quamvis Arausicana Synodus II. habita anno DXXIX. sententiam dixisset, eamque *Bonifacius* II. confirmasset, Mabillonius in Musæo Italico Tomo I. pag. 151. refert se vidisse Romæ in Bibliotheca Capranica, Professionem fidei, cujus titulus: *Professio, quam fecit Benedictus Caietanus*, postea dictus Bonifacius VIII. post suam assumtionem anno MCCXCIV. cum glossa super eamdem: cujus glossæ Auctor ait, se prædictam Professionem reperisse multis in locis, asserentibus, qui eam exhibebant, *quod Bonifacius Papa VIII. miserat Regi Franciæ scire volenti, an habuisset ipse introitum Canonicum in Papatu. Et inter alia, quæ Rex allegabat, quod ad hoc Romanus Pontifex teneretur, inducebat Epistolam Papæ Pelagii Gilberto* (legendum, Childeberto) *Regi Franciæ pro causa simili destinatam*. Ita Glossator.

In ea Professione nulla fit mentio Quintæ Synodi.

XIV. A num. XXXVII. ad XLIII. Marius in Chronico post Consulatum Basilii anno XIV. Christi scilicet superiori, ait: *Hoc anno Theudebaldus Rex Francorum obiit, & obtinuit Regnum ejus Clothacharius, patruus patris ejus. Eo anno Chramnus filius Clothacarii Regis, solicitante Childeberto patruo suo, ad ipsum latebras dedit. Eo anno Saxonibus rebellantibus Clothacharius Rex cum gravi exercitu contra ipsos dimicavit; ubi multitudo Francorum & Saxonum ceciderunt; Chlotarius tamen Rex victor abscessit. Eo tempore Buccelenus Dux Francorum in bello Romano cum omni exercitu suo interiit.* At Theodebaldus Rex & Bucceleaus seu Butilinus Dux anno DLIII. e vivis excessere, & Saxonum rebellio eodem anno, quo Butilini mors contigit. Legenda quæ de his dixi ad annum DLIII. & seq.

Chramni adversus Clotarium patrem rebellio.

XXXIX. Sed & prætet hos bonorum Ecclesiarum invasores regii quoque ministri eadem Fisco addicere consueverunt: cujus rei gratia iidem in eadem Synodo Patres hæc in secundo canone posuerunt: *Perpetuo autem anathemate feriatur, qui res Ecclesiæ confiscare, aut competere, aut pervadere periculosa infestatione præsumpserit.* Periculosa, inquiunt, infestatione, quod scilicet (ut dictum est, atque dicetur) multa adversus hujusmodi ultionis divinæ exempla edi solerent. Hæc canon secundus ejusdem Concilii, de quo post sequentem annum suo loco dicturi sumus: sed cœpta prosequamur.

XL. Ad ejusmodi vero contra patrem sceleratum bellum susceptum idem perditissimus filius Chramnus patruum suum Childebertum Regem Clotarii fratrem sibi, fœdere icto, conjunxit. Sed quænam essent obventura, clerici Divionenses in hunc modum ex divinis Scripturis deprompto oraculo notum fecere: ait enim Gregorius: *Positis, clerici, tribus libris super altarium, id est, Prophetiæ, Apostoli, & Evangeliorum, oraverunt ad Dominum, ut Chramno quid eveniret, ostenderet: aut si ei feliciter succederet, aut certe si regnare posset, divina potentia declararet: simulque unam habentes conniventiam, ut unusquisque in libro quod primum aperiebat, hoc ad Missas etiam legeret. Aperto ergo primum omnium Pro-*
(a) Isai. 5. *phetarum libro, reperiunt: Auferam (a) maceriam ejus, & erit in direptionem: Pro eo quod debuit facere uvas, fecit autem labruscas. Referatoque Apostoli li-*
(b) 1.Thes. 5. *bro, inveniunt (b): ipsi enim diligenter scitis, fratres, quod dies Domini sicut fur in nocte ita veniet: & cum dixerint, Pax & securitas, tunc repentinus illis superveniet interitus, sicut dolores parturientis, & non effugient. Dominus autem*
(c) Mat. 7. *per Evangelium ait (c): Qui non audit verba mea adsimilabitur viro stulto, qui ædificavit domum suam super arenam: descendit pluvia, advenerunt flumina, flaverunt venti, & irruerunt in domum illam, & cecidit, & facta est ruina ejus magna.* Ista sunt in suscepto bello prænunciata de Chramno, ac pariter adimpleta in exemplum justi judicii magni Dei: sed quomodo id acciderit, dicemus inferius, simulque divinitus ostensa prodigia. Subjicit enim ista Gregorius (d): (d) Greg. l.4. c.18.

XLI. De Austrapio Duce. *Austrapius Dux Chramnum metuens, in basilicam S. Martini confugit: cui tali in tribulatione posito non defuit divinum auxilium. Nam cum Chramnus ita eum constringi jussisset, ut nullus illi alimenta præbere præsumeret, & ita arctius custodiretur, ut nec aquam quidem ei haurire liceret; quo facilius compulsus inedia, ipse sponte sua de basilica sancta periturus exiret: accedens quidam vasculum illi cum aqua semivivo detulit ad potandum. Quo accepto, velociter Judex loci advolavit, ereptumque de manu ejus terra diffudit. Quod velox Dei ultio & beati Antistitis virtus est subsecuta. Ea namque die, Judex qui ista gesserat, correptus a febre, nocte media exspiravit, nec pervenit in crastinum ad illam horam qua in basilica Sancti poculum de manu excusserat fugitivi. Post illud miraculum, omnes ei opulentissime quæ erant necessaria detulerunt.* Hæc Gregorius: quibus præter divinitus patrata miracula, illud admiratione dignum pariter innotescit, quam religiose a Francis sacra custodirentur, cum nec perditissimus Chramnus ea violare præsumpserit, sed obsidione potius quam invasione capere voluerit inimicum. Quid autem eidem acciderit Chramno, cum evasurus indignationem patris confugit ipse in eamdem basilicam S. Martini, suo loco dicemus. Sed quæ præterea divina ultio consecuta sit milites Chramni cum res Ecclesiæ abstulissent, eumdem audi Gregorium (e): (e) Greg. de glor. mart. c. 66.

XLII. *In ipso quoque territorio, tempore quo Chramnus Arvernum abiit, cum diversa*



PAGIUS & seq. Præterea Gregorius Turonensis lib. 4. testatur, post *Theodebaldi* mortem Clotarium, *Chramnum* filium suum in Arverniam direxisse, & capp. 13. & 16. res ab eodem Chramno nefarie gestas fuse persequitur. Tum lib. 1. de Gloria Martyrum cap. 66. a Chramni ministris multa scelerate in Arvernia facta esse narrat, refertque pœnas a Deo illatas iis, qui Oratorium domus Iciacensis, ubi Sancti Saturnini Reliquiæ habebantur, furtim appetiere. Sed hæc Chramni adversus patrem rebellio alligatur in Auctuario Marcellini *anno XV. P. C. Basilii V. C.* Christi sc. currenti.

XV. *Initium Ducatus Bajoariæ.* Initium Ducum *Bajoariæ* ob hoc anno repetendum; cum *Garibaldus* ex iis primus sit, cujus veteres Auctores meminere, uti observat Henricus Valesius lib. 14. Rer. Franc. pag. 465. Recentes quidem ejusdem gentis Historici, uti Aventinus, aliique, qui post ipsum scripsere, *Theodonem* I. & *Utilonem* primos Bojorum Duces statuunt, & Principatum illum anno quingentesimo octavo institutum volunt; sed non solum sine teste; verum etiam cum magna Historiæ confusione; quia *Theodo* & *Utilo*, sicuti & quidam alii ab iis propositi, commentitii sunt, & alii quidam geminati, ut Duces, qui post sæculum septimum vixere, cum iis, qui dicuntur hoc & sequenti sæculo floruisse, conferenti manifestissimum fiet. Non potuit autem Bajoariæ Historia depravari, & fabulosis narrationibus deturpari, quia labes illa in Historiam Ecclesiasticam, cujus Duces illi pars existunt redundarit. Quare accurata nobis hic eorum series exhibenda, & Historia illa, quantum ad ea, quæ cum Annalibus Ecclesiasticis connexionem habent, fabulis purganda. Turonensis itaque lib. 4. cap. 9. postquam scripsit Theodebaldum Francorum Regem naturæ debitum solvisse, quod anno DLIII. accidisse diximus, ait: *Regnum ejus Clotarius Rex accepit,*

Milites sacrilegi puniuntur, pœnitens liberatur.

*scelera ab ejus gererentur ministris, quinque viri sacrosanctum oratorium domus Iciacensis furtim appetunt: habentur autem in eo S. Saturnini reliquiæ: interruptaque ablatis palliolis vel reliquis ministerii ornamentis, nocte tegente, discedunt. Sed presbyter recognoscens furtum, ac inter vicinos scrutans, nullam potuit ex his quæ ablata fuerant indicium reperire. Protinus vero latrones, qui hæc admiserant, in Aurelianense se territorium transtulerunt; divisisque rebus, accepit unusquisque partem suam. Sed non insequente ultione divina quatuor in seditionibus interfecti sunt: quintus vero totam furti hujus hæreditatem superstes remanens vendicavit. Sed ubi hæc in domum suam contulit, statim obtectis sanguine oculis, excæcatus est. Tunc compunctus tam doloribus, quam inspiratione divina, vovit, dicens: Si respexerit Deus miseriam meam, & mihi visum reddiderit, referam loco illi sancto quæ abstuli. Et hæc cum lacrymis orans, visum recepit. Accedens vero ad oppidum Aurelianense, providente Deo, diaconum Arvernensem invenit: cui traditis rebus, suppliciter exoravit, ut easdem oratorio restitueret: quod diaconus devotus implevit.* Hactenus de his Gregorius. Sed ad Orientem recurrat oratio.

Hoc eodem anno (ut colligitur ex A- XLIII.

ga-

PAGIUS *copulans Vuldetradam uxorem ejus strato suo, Sed increpitus a Sacerdotibus reliquit eam, dans ei Garivaldum Ducem*, scilicet Bajoariæ.

XVI. *Garibaldus primus Bajoariæ Dux.* Paulus Diaconus lib. 1. de Gest. Langobard. cap. 21. hæc confirmat, proditque Wachonem Langobardorum Regem duas habuisse filias: *Nomen uni Vuisegarda, quam tradidit in matrimonium Theudeberto Regi Francorum; secunda autem dicta est Vvalderada, quæ sociata est Cusvvald, alii Regi Francorum, quam ipse odio habens, uni ex suis, qui dicebatur Garipald, in conjugium tradidit.* Ubi duo errores corrigendi; alter Librarii, alter ipsiusmet Pauli, qui de rebus Regum Francorum sæpe non bene edoctus fuit. Loco enim, *Cusvvald*, legendum, *Teuvvald*, id est Theodebaldo. Editio Gruteri magis depravata; habet enim *Cusupald* juxta MS. Palatinum. Ex Turonensi emendandus Paulus, qui vult, Theodovaldum *uni ex suis, qui dicebatur Geripald*, Waldradam in conjugium tradidisse. Id enim a *Chlotario*, non vero a *Theodovaldo* factum, & Garivaldus, non Regis domesticus, sed Dux tributarius, Bajoariæ Præfectus. Neque quis dicat, *Garibaldum* a Turonensi & Paulo Diacono memoratum non fuisse Ducem Bajoariæ; infra enim videbimus, eum *Theudelindæ* Longobardorum Reginæ patrem extitisse, & *Bajoariis* præfuisse.

XVII. *Christianus fuit.* *Garibaldum* Christianum fuisse ex eo colligitur, quod *Vuldetradam* Theodebaldi Francorum Regis viduam strato suo copularit. Præterea Paulus lib. 3. de Gest. Langobard. cap. 10. ait: *Evin quoque Dux Tridentinorum accepit uxorem filiam Garibaldi Bajoariorum Regis.* Erat vero Evinus unus e Ducibus Langobardorum, qui religionem Christianam profitebantur, sed qui hæresi Ariana infecti erant. Denique anno DLXXXIX. *Authari* Langobardorum Rex Legatos ad *Bajoariam* misit, qui Garibaldi eorum Regis filiam *Theodelindam* sibi in matrimonium peterent. *Garibaldus* Rex *Bajoariorum* a Paulo appellatur, quia Duces illi Regis nomen affectarunt.

XVIII. *Ducatus ille ante hæc tempora non institutus.* *Bajoarii* a Clodovei Magni Francorum Regis tempore suos Duces habebant, uti *Alemanni*; neuter enim populus sine Præpositis esse potuit. Sed Bavari nonnisi progressu temporis *Vindeliciam*, postea *Bajoariam* appellatam, occuparunt, neque unquam *Theoderico* Gothorum Regi; sed Principibus Austrasiæ dominantibus subditi fuere. *Theodericus* quidem Vindeliciam, seu utramque Rhætiam obtinuit, sed Bajoarii nullam tunc ejus partem incolebant, & nonnisi post ejusdem Theoderici & Amalasunthæ ejus filiæ mortem in ea sedes fixere, cum nempe Ostrogothi a Justiniani Imp. Ducibus sub jugum missi fuere, & *Theodebertus* Francorum Rex Vindeliciam & Venetiæ Provinciam sibi subdidit. Tunc enim Bajoarii in Vindelicia parteque Norici constituti, & hæc Regio *Bajoaria* appellata. Loca vero ab eis antea inhabitata *Alemannis* concessa, qui ab eo tempore nemine contradicente, in eis morati sunt, *Lico* flumine, quo Augusta Vindelicorum alluitur, Alemannos a Bajoariis dividente. Licet itaque *Theodericus* Italiæ Rex supremus Vindeliciæ Dominus fuerit, nunquam tamen Bajoariis præfuit, quia tunc hi *Theoderico* Francorum Regi parebant, nondumque Regionem postea Bajoariam dictam habitabant, sed pendebant ab *Austrasiæ* Rege, uti etiam Alemanni, quibus utrisque *Theodericus* Francorum Rex leges tunc dedit, de quibus suo loco sermo erit. *Garibaldus* post suum cum Waldrada matrimonium, Francorum ope Ditiones ab Ostrogothis amissas aut derelictas suæ potestatis fecit, & Justinianus Imp. recuperandæ Italiæ totus intentus, de Vindelicia tunc Bajoaria dicta parum curavit. Ex quibus perspicuum fit, Bajoariæ Ducatum anno DVIII. & multis eum consequentibus nondum initium habuisse.

Marius *post Consulatum Basilii anno XV.* hoc scilicet anno scribit: *Eo anno iterum rebellantibus Saxonibus Glotarius Rex pugnam dedit; ibique maxima pars Saxonum cecidit. Eo anno Franci totam Toringiam, pro eo quod cum Saxonibus conjuraverat vastaverunt. Ipsis diebus Chramnus collecto exercitu Regionem patris sui devastat.* Verum præterquam quod Marius, anno uno tardius secundam hanc Saxonum rebellionem consignat, non Saxones a Francis, sed hi a Saxonibus devicti sunt. Rem enim aliter narrat Gregorius Turonensis lib. 4. cap. 14. & post eum Continuator Marcellini, ad annum post Consulatum Basilii XIV. qui Christi est DLV. *Hoc tempore*, inquit Continuator, *Saxones iterum Clotario rebellantes, cum ab eo peterentur hostiliter, eique pro satisfactione dimidium rerum suarum offerrent; idque exercitus Francorum refutans eo invito* (Clotario nempe Rege) *pugnasset, magna ab eis* (scilicet Saxonibus) *rade prostratus fuga præsidium petiit.* Addit Gregorius Turonensis: *Tunc Clothacharius valde confusus pacem petiit, dicens se non sua voluntate super eos venisse. Qua obtenta ad propria redeit.* A Gregorio Turonensi, & Marcellini Continuatore non discrepat Fredegarius in Epitome Gregorii cap. 51. XIX. *Franci a Saxonibus devicti*

Ad num. XLIII. Victoria Romanorum de *Persis* in Colchide, quam ex Agathia lib. 2. nar- XX.

rat

(a) Agat. lib. 3. Justinus pietati intentus Persas vincit.

gathia (a) ingentem insperatamque victoriam de Persarum exercitu apud Colchos Romanus exercitus obtinuit, Deo ita cuncta sua providentia disponente, dum qui sacrificii causa Justinus Dux cum equitatu abesset, reversurus in munitionem hostes quibus occurrit fugavit. Agathias rem gestam narrans, hæc de Justino, qui post Justinianum imperavit: *Interea vero Justinum (non enim Nachoragan Persarum Ducem de improviso affuturum putabat) cogitatio subiit, & divinitus quidem (ut reor) templum quoddam sanctissimum, & apud Christianos haud dubie per magnificum, sacrificandi gratia adeundi haud procul ab urbe situm. Delectis itaque ex universo exercitu equitum mille fortissimis & bellicosissimis viris, haud secus instructis, armatisque ac acie mox esset concertandum, processit, sequentibus signis, & militari cætero apparatu; & ferme tunc accidit, ut nec Persæ hos abeuntes præviderint, neque hi illos in se adventantes: sed alia ducti, mœnia de improviso aggrediuntur.* Et inferius post enarratum summum discrimen in quod obsessi conjecti erant, de eodem Justino ita subiicit: *Interea Justino e templo jam redeunti, ex ipso tumultu & armorum concussione quæ gererentur innotuere: unde equitatu statim converso, & ordine suo quodam instructo, jussisque antesignanis, ut signa erigerent, universos operam ut navarent hortatus suos certiores mox fecit, non sine divino nutu ex oppido se excessisse, ut hostes in se subita terentos obsidione abduceret.* Quomodo autem compressione in hostes acta, omnes in fugam adegit, ordines turbans, & internecioni subjecit, idem pluribus refert. Sed hæc satis ad institutum, quo moneamur omnia florida evenire, cum divini numinis cultus præcedit opus.

Quin-

PAGIUS

Pax Romanos inter & Persas sancita.

rat hoc anno Baronius, pertinet ad annum DLII. ut ibidem exposuimus. Hoc vero anno *Chosroes* considerans, se non posse in Colchica Regione, adversus Romanos exercitum ducere, quod longis desertisque itineribus in castra sua etiam exiguum commeatum, nonnisi per bajulos, & jumenta oneraria difficillime mittere congeretur, totum bellum deponendum censuit. Byzantium ergo cum Legatione mittit virum quendam Persam maximæ auctoritatis, cui nomen erat Zich. Is cum ad Justinianum Imp. venisset, tandem ita inter eos convenit, ut Romani, & Persæ in Lazica Regione omnia retinerent, quæcumque belli jure obtinuissent. Ita maximæ & dubiæ inter se potentiæ nationes, ut convenerat, arma deposuerunt, quietæque diutissime manserunt. Hæc summatie ex Agathia in fine lib. 4. & initio lib. 5. Pacem illam currenti anno compositam fuisse colligo ex Theophane anno Incarnat. secundum Alex. DXLVIII. Kalend. Septemb. superioris Christi anni inchoato: *Mense Decembri variis in Civitatibus hominum, maxime vero puerorum mortalitas pervagata est. Maio pariter mense panis raritas Byzantium affluxit: populusque in angustias conjectus, ad Imperatorem vociferatus est: Domine da Urbi abundantiam. Tum in ipsis natalitiis spectaculis Persarum Legatis in Circo considentibus Præfecti domum everterunt: ex quo indignatus Imperator Præfectum Musonium tetrum adeo facinus aggressos detinere, & in eos severius animadverti jussit. Imperator siquidem indoluit populi factiones coram Persarum Legato in eum impudenter vociferatas: urbi enim laridique, & cujuslibet ciborum speciei ubertas erat quam maxima; tantum frumenti & hordei penuria.* Ex hac Persica Legatione, annoque quo ea habita liquet, Agathiam continuationem Historiæ Persicæ, a Procopio scriptæ, exordiri ab anno Christi DLII. cum ab eo ad currentem, nullum annum ab Agathia memoratum, & a verno tempore inchoatum prætermiserimus nullumque in duos, ut ab aliis factum, secuerimus. Porro eadem quæ Agathias, de ista pace habet Menander Protector in Excerpt. de Legationibus pag. 132. qui ait, tunc ita inter Persas & Romanos convenisse, *donec controversia cum majori causæ cognitione & sine armis disceptarentur*, quod & Agathias etiam observat, ut anno DLXII. quo plena pax effecta, videbimus.

8. *Euphronius* dictus est Episcopus Turonensis, ut ostendam anno DLXXIV. num. XVII.

| JESU CHRISTI ANNUS | PELAGII PAP. ANNUS | JUSTINIANI IMP. ANNUS |
|---|---|---|
| 557. | 3. | 31. |

I. Quinquagesimusseptimus supra quingentesimum Christi annus, idemque post Consulatum Basilii decimussextus in Fastis inscriptus, Constantinopolitanis admodum luctuosus ob ingentem rursus repetitum terræmotum ipsam urbem horrenda denuo quassatione concutientem, extitit. Agathias enim post recensitas anni hujus res gestas, nimirum quæ facta sunt hieme adversus Rusticum & Joannem Duces exercitus capite damnatos ob necem illatam Cholcorum Regi Christiano Romani Imp. socio; & bella quæ prospere confecta sunt adversus Misianos, qui defecerant a Romanis ad Persas: postque enarratum supplicium superbissimi Persarum exercitus Ducis, quem ob male rem gestam Cosrhoes Rex excecari jussit: post denique de Regibus Persarum, ejusdemque gentis moribus plura fusius pertractata: quæ funesta hoc eodem anno Constantinopoli autumni tempore contigerunt ita scribit (a):

(a) Aga. lib. 3.

II. Constantinop. a terræmotu concussa.

*Paulo antequam hæc gererentur, iterato Byzantii vehementer adeo terra movit, ut omnis fere collapsa civitas sit. Hunc terræmotum & alter tantæ magnitudinis insecutus, quantæ (ut reor) numquam antea fuerat; nimirum qui fit ex æstuantibus aquis, fulentisque terræ perseverantia factus: & is sane eo horridior videbatur, quod & pleraque periculosius occurrebant. Exierat namque autumni jam tempus, & pro nominibus ex Romana consuetudine sympofia peragebantur. Frigus tunc erat, quale per id esse tempus decebat; Solque in occiduum vertens, in Capricornum deferebatur: cum interea circa mediæ noctis custodiam civibus altiore somno detentis & jam quiescentibus, derepente id malum invasit, atque adeo ut a fundamentis omnia quaterentur: motusque ipse etsi in principio statim violentissimus fuit, in majus tamen continenter excrevit, ita ut alio addito ad id incremento, in immensum evaderet.*

III. Ingens tremor occupat omnes.

*Demum itaque omnibus excitatis, ejulatus undique, complorationesque exaudiebantur, & vox item illa quæ in hujusmodi malis afferri sponte ad Deum solet. Nam sonitus quidam gravis, ferusque perinde tonantis e terra stridor, fragorque remittebantur, remissosque ventorum turbines subsequebantur, & terrorem ingeminabant paventibus: siquidem terrestris spiritus quidam fumosa nebula nescio quo pacto rursum versus expulsus desæviebat & turbulentior & sonorus: quo territi homines & pavore correpti, mentis quadam torpedine, e domiciliis se proruebant: tum publicæ angustioresque viæ multitudine complebantur, tamquam non domi perituri, si pereundum jam esset: nam frequentia, continuata, connexaque invicem ejus urbis ædificia sunt, atque adeo ut vix locum sub dio situm, apertumque, & omnino non adiacente ædificio altero vacuum reperiat quisquam. Sed alioquin cum ad superiora dirigerent oculos, & utcumque cælum spectarent, Deumque hoc pacto deprecarentur; summitti timor animi omnis & perturbatio denique sensim his videbatur, & perinde leviter cadente nive irrigabantur, algore jam degravati: haud tamen vel ita affecti tecta iterato subibant, ni forte sacras ædes iissent nonnulli, eodemque provoluti ex Deo opem deposcerent.*

IV. Varii ac miserabiles casus.

*Videre tunc licuisset feminarum vim maximam, nec infimæ sortis, sed familiæ honoratissimæ cum viris simul deferri, & turbæ immisceri, omnem ordinem & pudorem confundi, nec cujusvis conditionis homines præ formidine sine ullo discrimine proculcari. Dominos præterea servi aspernabantur, nec dicto parebant, cum majore quodam terrore victi se in templa reciperent. Haud secus inferiores privatique homines magistratus gerentibus sine ullo honoris respectu permixti jam aderant, ut ex communi omnibus incidenti periculo, universis existimantibus se non lon-*

PAGIUS SÆC. VI. Olymp. 334. A.U.C. 1310. Anno Eræ Hisp. DXCV. A.C. 557.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6050.

⊙ 6. G. ☽ 7. P. 2. April. Indict. 5.

JESU CHRISTI 557.

PELAGII PAPÆ 3.

JUSTINIANI IMP. 31.

I. Postconsulatus.

[1] Hic annus ista formula notatus: *Post Consulatum Basilii V. C. XVI.* vel secundum aliquos, *Post Consulatum Basilii V. C. anno XVII.*

II. Terra motu Constantinopolis concutitur.

Ad num. I. & seqq. Theophanes anno Incarnat. secundum Alex. DL. Kalendis Septemb. hujus *Christi* anni inchoato, scribit: *Hoc anno, mensis Octob. die sexto Indict. sexta sub Sabbati* (quod hoc anno in diem VI. Octob. incidit) *crepusculum ingens terræ motus extitit; & mensis Decemb. XIV. alius pariter fuit plane horrendus: adeo ut duo muri Constantinop. Urbis, qui nimirum Constantinianus, & qui a Theodosio dicitur extructus, damnum paterentur, &c. Quin etiam in aliis Civitatibus idem contigisse relatum. Pavis enim & æque magni terribilisque terræ motus famam, ea hominum ætate, per universum terrarum Orbem se audivisse, nemo meminit. Concutiebatur continuo terra diu noctuque per dies integros decem, non abalienata penitus*

Dei

longe post perituros. Frequentiores ea sunt nocte eversæ domus, & præsertim in Regio ( urbis arx Regium est ) quam multa præterea & incredibilia contigere. Nam alibi forte sive lapide tecta, sive ligno ædificata, velut renunciata compage hiantia, ab invicem divellebantur, ita ut æther inde astraque nihil secus ac sub dio conspicerentur, ac mox iterato in pristinam compagem coibant. Alibi vero columnæ o superiori domicilii loco firmius collocatæ, violentia exæstuantis motus depulsæ excutiebantur, supervectæque proximas domos, ad eas quæ longius aberant, veluti funda emissæ evehebantur, & fragore ingenti omnia conterebant. Alibi vero horribiliora acciderant, sed alias sæpe & superioribus temporibus facta, & ut in posterum fiant necesse est, quoadusque terra hæc superest & humana natura peccata: tunc tamen in majus omnia accurrerunt. Nam e turba magna vis hominum & obscuriorum interiit. Ex his vero qui Senatorum numero essent adscripti, solus Anatolius periit, vir sane Consularis dignitatis honoratissimus; ad quod accedebat, quod Imperatoris domus ut curam susceperat, sic & esset bonorum omnium procurationem nactus.

V. Anatolii obitus. Is itaque cum suo & consueto lectulo quiesceret, marmoris juxta se frustum in cubiculi ædificio stabat pulchre atque decenter elaboratum, qualia parietibus solent adornatum & ostentationem, non ad necessitatem per eos affigi, qui istiusmodi supervacaneis inhiant rebus, non admodum necessariis ornamentis. Ea igitur saxi moles præ nimio motu diffracta laxataque e pariete pulsa huic in caput concidit dormienti, & plane contrivit. Anatolius vero tanta mole oppressus ad id modo suffecit, ut graviter ex cordeque ingemiscens, eodem tamen in lecto procumberet moribundus. Hæc noctu.

VI. Quæ consolatio in angustiis. Die autem comparente, per quam libenter se invicem cives contuebantur, cum obviam offerrentur amantissimi quique & familiarissimi: complorationeque mutua, cætera se turba insinuantes, alternisque singuli pro data redditaque ultro salute, etsi sui jam desperantes, voluptate afficiebantur. Interea vero dum Anatolius in sepulcrum effertur, e plebe homines quidam ( ut fit ) dictitare, non injuria eum hoc mortis genere fuisse affectum, quippe qui injustissimus fuerit, & quam multis multa subtraxerit; & facile confirmare, descriptas illas per eum tabellas sub puniceas vestes hunc sibi demum exitum habuisse, quas sub prætextu in Imperatorem benevolentiæ in domos felicium frequenter congesserat, & hac via omnia sibi vendicasset, violassetque impudentius simul & fregerit quæ testamento mortui delegassent, abire in rem suam legibus jussit, quæ liberos velint in paternæ substantiæ hæreditatem succedere, istiusmodi vulgus submurmurando, tanti ejus comperiam habere se causam opinabatur. Et inferius post nonnulla de Anatolii repentino obitu disputata, cœptam semel de terræmotu narrationem prosequitur verbis istis:

Tunc igitur, & deinceps dies quamplurimos terra movit: brevior tamen, nec qualis tunc primum hic motus invasit, sed validus alioquin, ut quæ reliqua quæ Byzantii essent concuteret. Tunc portenta mox quædam & prædictiones absurdæ in vulgus temere divulgari, & mundi hanc machinam prædicari quam citissime collapsuram. Nebulones præterea quidam & deceptores, veluti divini quidam & vates sponte sua circumire, & sibi visa prædicere, terroresque multis incutere; quibus facile poterat, ut antea territis, persuaderi. Hi itaque sive incassum furere, & pravo agitari dæmone se simularent, gravissima quædam passim jactabant, & tamquam ex udaata sibi pravorum dæmonum specie fuissent futura edocti, deque suis admodum furtis jactarentur. Alii præterea astrorum decursus, figurasque animo agitantes, majores calamitates, & perinde communem rerum eversionem fore significabant. Itaque terrore omnes percellebantur. Quomodo autem & ob præsentia quæ aderant mala, & futura quæ timebantur, populus sibi timens totus esset in supplicationibus, idem sic addit auctor. VII. De impostoribus occasum mundi prædicentibus.

Eo-

PAGIUS Dei clementia, & ad breve spatium homines processionum precibus attenti ad pœnitentiam sunt revocati: Dei vero humanitatem securius experti, in deteriora rursum facinora retro lapsi sunt. Imperator interim Stemma capiti per dies quadraginta non imposuit; sed & absque corona Sacris Christi Natalitiis ad Ecclesiam processit: adeo ut agitata, ut moris est, ad novemdecim accubitus convivia, penitus cessaverint, & eorum pretium in pauperes insumpserint. Cedrenus habet: convivia duodecim dierum spatio circa Christi Natalem agitari solita. Agathias lib. 5. hunc terræ motum pluribus describit, ut videre est apud Baronium, qui hoc anno, de eo tantum agit.

III. Pelagius varias Epistolas scribit. Hoc anno Flavianus Diaconus & Nestorius Subdiaconus Ecclesiæ Arelatensis Romam venerunt, cum Literis ad Pelagium directis, non tantum a Sapaudo Episcopo Arelatensi, sed etiam a Childeberto Rege, quorum rogatu Pelagius vices Pontificias, & usum Pallii Sapaudo concessit. Literis ad Sapaudum datis III. Nonas Februar. anno XVI. P.C. Basilii V. C. Literæ ad Childebertum sunt sine die & Consule. De utrisque anno superiori num. VI. egimus. Sapaudus vero vices Romani Pontificis, non ut decessores Auxanius & Aurelianus, per eam tantum Galliæ partem, cui Childebertus dominabatur, & per Provincias, in quas Episcopus Arelaten-

VIII. Populus Const. ad meliorem frugem conversus.

*Eorum tamen nemo qui affuissent, sibi non admodum formidolosus terrore obstupescebat. Unde & supplicationes publice facta, hymnique supplices, universis astantibus ad id unum coactis, exaudiebantur. Quinetiam qua verbo tenus antea laudassent, sed factis rarius confirmassent, tunc mira animi promptitudine exequebantur: aequitatem praterea universi in suis commerciis praferebant; ita ut vel Principes civitatis, lucri cupiditate rejecta, ex lege causas vendicarent: tum alii etiam, etsi potentes, taciti secum quiescere, justioraque facere, & a turpissimis abstinere. Nonnulli vero immutato prorsus vivendi more, solitariam potius vitam & in montibus ducere maluerant relictis honoribus, pecuniisque & ejusmodi ceteris qua suavissima dicant mortales; vel forte in sacras ades, sacrosque viros collatis. Noctu praterea primores urbis publicas circumvecti vias abunde cibis, vestitque miseros quosque & calamitosos donabant, quorum plerique ut corpore mutilati in terram projecti tunc forte emendicabant. Hac ferme per tempus aliquod gesta, & quamdiu recens timor incubuit. Postquam vero sublevari parumper discrimen est visum, confestim ad pristinam redire plerique consuetudinem: dum enim necessitas urget, & formido ingruerit, qua recentiora sunt facta, utcumque & leviter degustamus.* Hæc Agathias; qui & post diversorum sententias de terræmotus causa allatas, de Justiniani studio ista subdit:

IX. Justinian. Imp. templum instaurat.

*Per eam itaque hiemem in hic malis civitas versabatur, adeo ut ad plurimos dies terra visa sit commoveri, etsi minus concuteretur: insederat id hominum mentibus, & suspicio inerat animi cogitatus obturbans. Imperator interea adificia pleraque qua putrentia & debilia essent, vel forte prolapsa, instaurare nitebatur. Sed cura illi pracipue fuit Dei illud maximum & egregium templum, quod antea ipse per populum quondam incensum, conspicuum & admirabile iterato construxerat, & ut pristina magnitudine excellentius, ita & forma decore & metallorum varietate ornarat.* Et paulo post: *Erat in eo pars quadam testudinis & intermedia quidem, qua ceteras superaret adificii partes, terramotu excussa; quam Imperator longe firmius exadificari curavit.* Quomodo autem id factum sit docet, afferens insuper de eodem mirabili ædificio extare egregium poema Pauli Flori viri majorum nobilitate clarissimi atque inter Præfectos insignis, cujus etiam argumenti edita reperirentur egregia alia poemata. De eodem quoque templo præter illa quæ a Procopio (*a*) scripta habentur, Evagrius ejus structuram, situm, & dimensiones capite uno complexus est: quod hic describere, haud supervacaneum esse putamus. Ait igitur (*b*):

(*a*) *Proc. lib. 1. adific. Just. Imp.*
(*b*) *Evag. l. 4. c. 30.*

X. Descriptio Sophiæ templi.

*Idem Justinianus Constantinopoli cum alias multas sacras ades pulcherrimo artificio elaboratas Deo & Sanctis erexit, tum insigne illud & pra ceteris eximium, amplissimum dico Sophia templum extruxit: quod quidem tale fuit, quale non aliquando visum fuisset, quodque ornatu & splendore adeo excelluit, ut nulla dicendi vi facile explanari posset: at ipse tamen illud pro virili describere conabor. Testudo sanctuarii quatuor fornicibus in sublime erecta, & ad tantam sublata altitudinem, ut ad ejus emisphærii fastigium acies eorum qui infra ad basim consistentes oculos sursum tollebant, agre penetrare posset: & qui supra stabant, etiam si valde essent animosi, despicere neutiquam auderent, oculosve ad basim dejicere. Fornices a solo usque ad tectum (usque eo namque eriguntur) penitus vacant. In dextro templi latere sunt homini ingredienti ad lavam columna ordine locata, qua ex lapide Thessalico confecta sunt: sunt etiam alta tabulata aliis columnis similibus suffulta, in quibus si qui volunt, mysteria peracta videre possunt. In illis quoque Imperator, diebus festis, dum sacrosancta misteriorum celebrationi interesset, assidere solet. Qua quidem partem versus orientem Solem, partem occidentem versus sic diriguntur, ut minime impedimento sint, quo minus amplitudo talis operis spectari queat. Porro autem porticus eorumdem tabulatorum, qua infra, columnis parvisque fornicibus operis extremi-* ta-

PAGIUS

tensis, cum Metropolitanus esset primi ordinis, jus Metropolicum exercebat; sed per *universam* gessit *Galliam*, ut liquet ex laudatis Pelagii Literis. Denique *Pelagius* Childeberto misit confessionem suæ fidei per eosdem Plavianum & Nestorium, in Literis quas *Idibus Aprilis* ad Sapaudum scripsit, ut anno præcedenti vidore est.

IV. *Concilium Parisiense.*

Concilium *Parisiense* III. de quo Baronius anno DLIX. ad hunc annum pertinet.

V.

Hoc anno *Sanctus Cyriacus*, qui jam *super centum & septem annos* vixerat spiritum Deo reddidit. Metaphraste quidem in ejus Vita, Græce Tom. 1. Analect. Græc. publicata, annum & diem mortis ejus tacuit; sed cum asserat, *tempus ejus ortus* fuisse finem Imperii Theodosii Junioris, & annum ejus XVIII. cum nono Imperii Leonis Magni, qui Christi est CDLXV. conjungat, natus erat anno quadringentesimo quadragesimo octavo, idque saltem ante diem quintum Martii; cum ea die an. CDLXXIV. jam vigesimum septimum ætatis annum inchoasset, ut ex ejus Vita liquet. *Corintho*, ubi natus erat, in Lectoris gradum, in tenera adhuc ætate cooptatus, relicto, Hierosolymam venit, & ad Lauram Sancti Euthymii accessit, qui eum misit ad Sanctum *Gerasimum* juxta Jordanem, & uterque post aliquot annos *Eutymium*, cum ca

*Moritur S. Cyriacus Anachoreta.*

*tates ambiunt. Verum quo magis admirabilis ædificii fabrica velut ante oculos cujusque versetur, visum est hoc loco intexere, quot pedes ejus longitudo contineot, quot altitudo, quot latitudo, & de fornicibus eodem modo quot pedes vacuus eorum complectatur ambitus, quot denique eorum altitudo: sic igitur se habent:*

XI. Templi dimensiones singulæ. *Longitudo a porta quæ e regione sacræ conchæ, in qua incruentum offertur sacrificium, sita est, ad ipsam concham usque pedes continet centum nonaginta Latitudo a parte Septemtrionali ad Borealem pedes centum quindecim. Altitudo ab ipso puncto in vertice hemisphærii ad solum usque pedes centum octoginta. Latitudo autem cujusque fornicis pedes habet sexagintasex. Longitudo totius templi ab Oriente ad Occidentem pedes ducentos sexaginta. Latitudo vero τῶ ἐμφαίτω illius pedes continet septuagintaquinque. Sunt præterea versus Solis occasum aliæ duæ porticus valde eximiæ, & atria undique sub dio posita.* Hucusque de Sophiæ templo Evagrius. De cujus sacra mensa ista Cedrenus: *Sacram quoque mensam tum fecit, opus imitatione multa æquandum: constabat vero auro, argento, omnisque generis lapidibus, lignis, metallis, omnibusque rebus, quas terra fert, mare, & totus mundus: ex omni materia pretiosiora plura, viliora pauciora collegerat: liquatisque his quæ fluunt, sicca illis immiserunt, atque in formam mensæ absolverunt. Itaque variam illud opus contuentibus stuporem conjiciebat. In orbem hanc habuit inscriptionem:*

TUA DE TUIS TIBI OFFERIMUS SERVI TUI CHRISTE JUSTINIANUS ET THEODORA. EA TU PROPITIUS ACCIPE FILI DEI VERBUM QUI NOSTRI CAUSA CARNEM ASSUMPSISTI ET CRUCI AFFIXUS FUISTI. AC NOS IN TUA RECTA FIDE CONSERVA. ET QUAM NOBIS COMMISISTI REMP. EAM AD TUAM GLORIAM AUGE ET TUERE INTERCEDENTE SANCTA DEIPARA VIRGINE MARIA.

Hactenus inscriptio. Rursus vero de eodem sumptuoso ornatu meminit Agathias, ubi ait: *Hujus ex versibus nosse insuper poteris, functius illud sacellum argento auroque constare, & in mysteria dumtaxat sepositum pretiosissimis rebus & mira varietate ornatum.* At de his modo hactenus.



ea quo par est reverentia, sepeliere. Mansit postea *Cyriacus* in variis locis solitariis. Cum vero *Susacim* solitudinem petiisset, *in qua Anachoretarum nullus, neque manserat, neque pertransierat aliquando*, & septem illic annos transegisset, rediit in Lauram Sucæ anno Christi DXLI. ad Beati Charitonis cellulam quintum annum exegit, & Origenistas strenuissime expugnavit. *Tunc quoque admirabilis Cyrillus, qui a Magni Euthymii ad Beati Sabæ Lauram accesserat, ut Joannem Silentiarium Episcopum videret, fit ei minister Literarum ad Beatum hunc Cyriacum*, inquit Metaphraste in ejus Vita, qui de hujus Sancti virtutibus plura habet. Est Cyrillus iste Scriptor Vitæ SS. Euthymii & Sabæ, qui in iis quæ de utroque, & de Joanne Silentiario Literis mandavit, omnem fidem meretur; cum testis oculatus fuerit. Colitur *Cyriacus* die XXIX. Septembris. [1]

NOTÆ [1] Hoc anno Manichæos Ravennæ detectos populus insectatus ad internecionem delevit, ut ex Agnello in Pontificali Ravennatensi discimus; qui & testatur hæc accidisse ante tres annos ab obitu Pelagii I, Pontificis Romani, adeoque hoc anno vel subsequenti. MANS.

I. Quingentesimus quinquagesimus octavus sequitur Christi annus, post Basilii Consulatum decimusseptimus, idemque Constantinopolitanæ civitati ob novas ingruentes clades plane miserrimus, longeque superiori funestior: etenim ille ultima sui parte ob terræmotum dumtaxat infelix, hic vero peste belloque semper ærumnosus extitit. Complectitur breviter Agathias lugubrem tragœdiam verbis istis (a): *Eodem anno, vere jam ineunte, de repente & iterato urbem pestilens morbus invasit, & infinitam sustulit multitudinem: haud tamen prorsus cessavit, ex quo tunc primum anno Justiniani Imperii quinto irrepere hanc nostram regionem occœpit.* Qualis vero ejusmodi contagio esset, ita inferius: *Interibant autem repentina morte quam multi tamquam apoplexia gravi morbo correpti: qui plurimum resistebant, ad quintum vix diem vita defungebantur.* Sed & qualis esse soleret febris quæ hos perurgebat, narrare pergit.

(a) *Agat. lib. 5.*

Pestis bellumque Constantinopolim urget.

II. *Ad tanta hæc avertenda mala, pestis scilicet & terræmotus, Justinianus Imperator haud dubius ob peccata divinitus ejusmodi immitti flagella, hanc ad populum Constantinopolitanum edidit sanctionem* (b):

(b) *Nov. 77.*

*Omnibus hominibus qui recte sapiunt, manifestum esse putamus, quia omne nobis est studium & oratio, ut crediti nobis a Domino Deo bene vivant, & ejus inveniant placationem: quoniam & Dei misericordia non perditionem, sed conversionem & salutem vult; & delinquentes qui corriguntur, suscipit Deus. Propter quod vos omnes invitamus, Dei timorem in sensibus accipere, & invocare ejus placationem; & novimus, quia omnes qui Dominum diligunt, & misericordiam ejus sustinent, hoc faciunt. Igitur quoniam quidam diabolica instigatione comprehensi, & gravissimis luxuriis semetipsos inferunt, & ipsi naturæ contraria agunt: istis injungimus, in sensibus accipere Dei timorem & futurum judicium, & abstinere ab hujusmodi diabolicis, & illicitis luxuriis: ut non propter hujusmodi impios actus ab ira Dei justa inveniantur, & civitates cum habitatoribus earum pereant. Docemur enim a divinis Scripturis, quia ex hujusmodi impiis actibus & civitates cum hominibus pariter perierunt.*

III. *Et quoniam quidam ad hæc quæ diximus & blasphema verba & sacramenta de Deo jurant, Deum ad iracundiam provocantes: istis injungimus, abstinere ab hujusmodi & aliis blasphemis verbis & non jurare per capillos & caput & his proxima verba. Si enim contra homines facta blasphemia impunita non relinquuntur; multo magis qui ipsum Deum blasphemant, digni sunt supplicia sustinere. Propterea igitur omnibus hominibus hujusmodi præcipimus a prædictis delictis abstinere, & Dei timorem in corde accipere, & sequi eos qui bene vivunt. Propter talia enim delicta & fames & terræmotus & pestilentiæ fiunt: & propterea admonemus abstinere ab hujusmodi prædictis illicitis, ut non suas perdant animas. Sin autem post hujusmodi nostram admonitionem inveniantur aliqui in talibus permanentes delictis; primum quidem indignos semetipsos faciunt Dei misericordia, post hæc autem & legibus constitutis subjiciuntur tormentis.*

*Præ-*

PAGIUS SÆC. VI. Anno Eræ Hispan. DXCVI. A. C. 558.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6051.

☉ 7. F. ☽ 8. P. 21. Mart. Indict. 6.

JESU CHRISTI 558.

PELAGII PAPÆ 4.

JUSTINIANI IMP. 32.

I. [1] HIC annus ista formula notatus: *Post Consulatum Basilii V. C. XVII.* vel secundum aliquos *Post Consulatum Basilii V. C. XVIII.* In hunc vel sequentem annum incidunt *septima Quinquennalia* Justiniani post Justinum imperantis.

*Septima Justiniani Quinquennalia.*

II. Ad num. I. Theophanes anno Incarnat. secundum Alex. DL. Kalendis Septemb. anni Christi superioris inchoato, ait: *mense Februario mortifera ex bubone lues in homines, maxime juvenes grassata est: adeo ut sepeliendis mortuis non sufficerent vivi: obtinuit vero & invaluit a Februario usque ad mensem Julium.* Agathias lib. 5. de ingenti illa pestilentia, quæ Constantinopolim afflixit, verba facit, atque eam Urbem invasisse *statim ineunte vere*: in quo a Theophane non discrepat, quia Historici vernum tempus a Februario incipiunt.

*Pestis Constantinopoli grassatur.*

Anum,

NOTÆ [1] P. C. *Basilii* XVII. vel *an.* XVIII.

Vetus inscriptio Nannensis apud Baronium hoc anno, apud Gruterum pag. MCLXI. & Fabrettum pag. 567. n. 310.

P R I D. K A L. I V L. P. C. B A S I L I I. V. C. A N N. X V I I. GEORGIUS

IV. *Præcipimus enim gloriosissimo Præfecto civitatis regiæ permanentes in prædictis illicitis & impiis actibus post hanc admonitionem nostram comprehendere, & ultimis subdere suppliciis, ut non ex contemptu talium inveniatur & civitas & Respublica per hos impios actus lædi. Sin autem post hanc nostram suasionem quidam tales invenientes hoc supercelaverint, similiter a Deo Domino condemnabuntur. Ipse etenim gloriosissimus Præfectus si invenerit quosdam tale aliquid delinquentes, & vindictam in eos non intulerit secundum nostras leges: primum quidem obligatus erit Dei judicio, post hæc & nostram indignationem sustinebit.* Hucusque Imperator: qui dum famem, terræmotum, & pestem per ejusmodi delicta illata refert, nec de barbarica grassatione quicquam meminit: inde adducimur ut credamus eam hoc anno latam esse, sed ante Hunnorum adventum, qui tempore autumni contigit, ut Agathias docet. Verum primo quid Glicas his addat; audi:

V. *Cum* (inquit) *reperti quidam essent illicitis utentes amplexibus, tamquam in triumpho per urbem, veretris prius amputatis, ducti sunt. Horum in numero quidam magnates & Pontifices erant, qui hoc modo circumducti vitam misere finiebant.* Sed hæc expressius accipe a Cedreno, dum ait: *Anno secundo Isaias Rhodi & Alexander Diospolis Thraciæ Episcopi, aliique multi deprehensi sunt masculorum corruptores. Horum aliis veretrum amputari jussit Imperator, aliis calamos acutos in meatus genitalium inseri, eosque nudos in forum quasi in triumpho produci. Fuerunt & civium ac Senatorum multitudo, & Pontificum summorum non pauca in eadem culpa: qui castrati & publice nudi in forum producti, miserabiliter perierunt, suoque exemplo reliquos pudicitiam colere docuerunt. Tulit Justinianus acres leges contra impudicos, &c.* E quibus eam hoc tempore latam esse quam diximus, ea quæ sunt dicta ex Aghatia de terræmotu atque peste satis docent: horum namque scelerum gratia tanta obvenisse mala, Imperator ea est edita sanctione conquestus. Verum nec tantæ maculæ tantis sunt absterfæ flagellis, quæ olim nonnisi igne immisso cælitus dilui meruerunt. Nam audi ab eodem auctore Agathia (a), quæ hoc eodem anno autumni tempore mala Constantinopolim oppresserunt: (a) *Agat. lib. 5.*

VI. *Nova Hunnorum incursio.* *Super his autem civitati & alia pleraque eodem tempore inciderunt tumultuosa & turbida, nihil minus, quam ea quæ diximus, permolesta. Sed qualia fuerint, explicaturi mox sumus, si prius & breviter vetustiora quædam nos transegerimus.* Narratis post hæc de Hunnorum gente nonnullis, mox ista subjungit: *Eodem itaque anno, quo pestilentissimum morbum Byzantium diximus invasisse, Hunnorum reliquiæ salvabantur, erantque adhuc celebritate, & nomine clari. Descendentes itaque Hunni ad Notum ventum, haud longe ab Istri fluminis ripis pro eorum arbitrio considebant. Tunc igitur hieme jam ineunte, hujus fluminis aqua (ut alias semper) nimio præ algore magnam in profunditatem concreta obstrictaque obduruerant, adeo ut perviæ tam viris essent quam equis jam redditæ. Zaberga igitur Cotrigurorum Hunnorum Præfectus magna cum hominum, equorumque multitudine dum per constrictos fluminis vortices nihil secus ac terra iter haberet, facillime in Romanæ ditionis loca pertransit, nimirum quæ deserta jam essent, & prodeunti sibi nihil impedimento fuisset. Quo factum est, ut quamprimum Mœsiam, Scythiamque transgressus, in Thraciam demum pervenerit: quo ubi ventum, exercitus partim in Græciam, ut de improviso sine custodia loca excurreret & popularetur, dimisit, & alias deinceps manus in Chersonesum Thraciæ.* Ac post nonnulla:

VII. *Ipse vero Zaberga cum equitum millibus septem recta ire Constantinopolim pergit*



PAGIUS III. *Bulgari in Imperium irrumpunt.* A num. VI. ad XIV. Theophanes anno Incarnat. secundum Alex DLI. Kalend. Septemb. hujus Christi anni incœpti, ait: *Hoc anno Hunni & Sclavi cum maximis copiis in Thraciam irruentes eam bello vastaverunt, multosque homines vel occiderunt, vel in captivitatem abduxerunt, &c. Cumque partes quasdam muri Anastasiani terræ motibus collapsas reperissent, per eas ingressi, in potestatem suam redegerunt locum ad Drypiam, Nymphas, & Chittus vicum situ; cunctique facultatibus secum asportatis in Urbem confugerunt. Quam ob rem Imperator multos ex Civium numero delectos ad Longum murum misit: ubi commissa pugna multi Romanorum & Scholarium ceciderunt, &c. Sed cum Barbaros illic pertinaciter permanere videret, Imperator Patricium Belisarium una cum aliis Senatus contra ipsos progredi jussit.*

IV. *Belisarius adversus eos mittitur.* *Porro Belisarius sumptis omnibus equis, tam Imperatoris, quam Circi, sed & Sacrarum domorum, nec non unius cujusque hominis privati, cui fuit equus in potestate, populoque armis instructo ad Chitti pagum profectus est: ibique aciem omnem composuit: tum quosdam ex Barbaris capere & interficere cœpit: quin etiam arbores cædi, & pone exercitum in terram trahi imperavit: ex quo pulvis ingens vento excitatus, & in Barbaros delatus super eos incubuit: qui cum maximas copias inde adesse existimarent, in fugam versi ad Regionem Sancti Stratonici ad Decatum recessere. At cum subinde a speculatoribus vestigassent Constantinopol. muros magno militum numero esse defensos Tzurulum, & Arcadiopolim, & Sancti Alexandri Zupparorum versus digressi sunt: ibique castris positis usque ad Pascha substitere.*

Ingens & miserandæ strages. *git, agros depopulando, tentandoque proxima quæque castella, ita ut passim omnia perturbares.* Et post hæc: *Cum itaque prodeuntibus iis nemo obviam iret, incursiones libere factitabant; & agros depopulati ingentem avertebant prædam, magna vi captivorum coacta: quos inter & feminæ quam multæ ut nobiles, ita & continentissimæ crudeliter trahebantur: quæ utique infeliciores eo maxime erant, quo & barbarorum ministrare profusæ libidini cogebantur. Quinetiam barbari homines plerisque vel e sacrario abductis vim inferebant, quæ a pueritia jampridem nuptiis renunciassent & sæculi voluptatibus, ac castam vitam ut degerent, in remoto aliquo domicilio reconderentur Deo ad supplicandum idoneo, & id magni facerent, ut semotæ omnino & liberæ a quovis hominum contubernio quam procul abessent, quietique se solum permitterent. Erant præterea, quæ cum barbarorum renunciarent concubitus, vel partui proxime (si quæ forte istiusmodi esse tunc contigissent) ita distrahebantur, ut si necessitas ipsa pariendi ingrueret, in ipso itinere, in propatulo fœtum mox ederent, nec verecundos possent partus dolores obtegere, vel hos urgentes significare: unde vel editi plerumque infantes canibus discerpendi, vel avibus in solitudine relinquerentur, perinde idcirco essent in lucem producti, & frustra quod nati fuerant hi degustassent.*

VIII. Deploratus rerum status. *Rem sane calamitosam, ut eo tandem res Romanorum redactæ jam essent, ut vel in circumjectis regiæ urbi locis a barbaris etsi perpaucis quidem mala hæc inferrentur. Quibus tamen non catenus audacia finiebatur; sed urbem versus progrediendo ad longos (quos nuncupant) muros se facile contulerunt, & præsidiis quæ infra hos essent, appropinquabant: jam vero præ vetustate & negligentia majoris castelli dissolutum ceciderat ædificium. Tum barbari ipsi vel stantes in partem aliquam muros, haud secus ac sua intrepide disturbabant: nec aliquid erat quod hos coerceret, cum nullum ibidem esset militare præsidium collocatum, nec ulla ad defensionem tormenta, nec demum (si forte affuissent) qui ea tractare sagis callerent: nec canonum latratus audiebatur, nec hominum fremitus: & si vanum id dictu ridiculum sit, tamquam porcorum in claustris Romani exercitus interclusi manebant, tametsi vel eo numero essent, quo tunc primum & veterum Imperatorum tempore recensebantur, & non in minimam partem redacti, haudquaquam sint tamen Imperii magnitudini suffecturi.* Enarratis denique, quam florentissimi olim esse solerent atque copiosissimi qui ubique terrarum nutriebantur exercitus, sugillataque ignavia Justiniani jam in senectute non ferro, sed auro barbaros avertere consueti, talia deplorans tempora, ista subdit.

*In scorta, aurigasque & homines ejusmodi effeminatos ac deliciis deditos, civilesque in seditiones tantum intentos & corporum curam, contentiosos, furentes, audaces, & alia demum minoris longe momenti militare stipendium insumebatur. Quo factum est, ut non solum Thracia, sed vel proxima regiæ urbi loca deserta jam adeo essent & sine ullis custodiis derelicta, ut barbaris pervia fierent, & ad incursiones nimium opportuna: nam illi eo evaserant insolentiæ, ut vel ad Melantiadem vicum castra posuerint, qui a Byzantio ne centum quidem & quadraginta stadiis abest: quem vicum Atyras circumfluit amnis, qui ferme exiguo progrediens spatio, in Austrum ventum sensim declinans, in Propontidem fluxum eructat, ad cujus ripam ipso in exitu promontorium habet porrectum, cujus appellationem & flumen id retulit. Hostibus itaque tam proxime urbem stationem habentibus, civium multitudo & timore primum & pavore perculsi, & imminentia mala non solum qualia essent, sed longe majora animo agitare, somniareque obsidionem, incendia, futuram necessariorum carentiam, murorumque diruptiones.* IX. Prodigiosa Justiniani mutatio.

X. *Itaque in civitatem, in publicas vias fugæ subito multitudinis factæ, impulsionesque mutuæ & pavores, & quidem pertrepidi ita & temerarii, perinde jam barbari in se impetum fecerint. In forumque ex portarum violento impulsu crepitus ingens jam edebatur: atque adeo ut non modo*

PAGIUS V. *Bulgari ad propria redire coacti.* *Peracto Festo Paschali Imperator cum universis Civibus Urbe relicta, ad reparandas muri Longi ruinas Selymbriam pervenit: quare pedem retulerunt Barbari, & transmurum abierunt. Ibi mansit Imperator ad Augustam usque mensem: similiter & Barbari usque ad mensem Augustum extra Urbem circumvagabantur. Cæterum Imperator bipuppes naves confici, iisque in Danubio adversus Hunnos, si quando transfretarent, excipere: & tum eis manus jussit conserere. His auditis Barbari missis Legatis petiverunt, ut sibi reditus tuto permitterentur, & Danubium trajicerent. Misit ergo Imperator Justinum nepotem suum & Curopalatem, eosque dimisit incolumes.*

Hanc *Hunnorum seu Bulgarorum* invasionem pluribus exponit Agathias lib. 5. & ex eo Baronius, testaturque Agathias, *Hunnos*, qui non procul ad ripam Istri fluminis descenderant, *vigente hyeme*, in Romanum Imperium irruisse, partemque exercitus in Græciam, alteram in Chersonesum Thracicam misisse. Cum vero Constantinopolis in magno tumultu versaretur, *neque Barbari obvia quæque vastare desisterent; tum demum Belisarius Dux jam fractus senio, mandato tamen Imperatoris in eos mittitur*, inquit Agathias, qui deinde refert, *Hunnos*, postquam ingentem auri vim ab Imperatore accepissent, pacificos ex Imperio excessisse, tandem- VI. *Quod anno sequenti contigit.*

*do plebejos obscuræ sortis homines timor invaderet, sed magistratus omnes, & Imperator haud parvi quæ acciderant facerent. Dehonestabantur itaque Imperatoris ipsius permissu sacra omnia templa extra urbem locata, Europæque e regione, littorique adjacentia loca, quæ ubique e Blanchernis (id loco nomen) initium sumunt, in pontum usque Euxinum porrecta sunt, & in Bosphorum desinunt. Ex his itaque locis quæ pretiosiora essent oblationum cum cætero apparatu his necessario, partim plaustris deferentes intra urbem deposuerunt, partim invecta navigiis, & intermedio trajecta freto in adversum littus in continentem mox devehunt. Videres tunc sacras nudatas ædes suo splendore, sic & ornatu privatas, perinde ac numquam antea dicatas, nec religionis quicquam aut sanctitatis sortitas, sed ut nuper fundatas. Adeo autem terribilia erant & ingentia illa discrimina, tantopere, ut occursura omnino animis ipsis concepta, ut vel in Syces mania, Chiseamque portam primores quidam Præfectique, & armatorum vis magna insiderint hostes oppugnantium, si se forte invaderent.* Istiusmodi fuit miserandus civitatis status: ex quo quisque reliqua quæ extra urbem, & in aliis tum Thraciæ tum Græciæ civitatibus, in quas iidem Hunni grassati sunt, ab iisdem sint crudeliter acta, poterit intelligere. Subdit vero Agathias:

Cuncta luctu plena.

XI. Belisarius armatur adversus Hunnos.

*Dum interea civitas omnis tumultuando maximum in modum perturbaretur, & barbari haudquaquam proxima quæque depopulari intermisissent: Belisarius clarissimus olim Præfectus etsi præ senectute in curvitatem jam declinasset, mittitur tamen per Imperatorem in hostes, eo armorum habitu circumactus, quibus a pueritia jam insueverat: unde & rerum per se quondam gestarum recordatio succurrebat, & ipse quidem de se mira animi promptitudine juvenis munera exequebatur: id namque illi ultimum in vita certamen fuit, nec tamen ex eo minorem retulit gloriam quam ex Vvandalis olim Gothisque devictis: siquidem malorum præteritorum & futurorum jam desperatio, ut conatus hostes majores fore, superbioresque arguebant, ita & victoriam perjucundam.* Quomodo vero idem Belisarius non sine labore atque periculo ejusmodi tandem ab urbe propulsaverit infestos barbaros, idem Agathias pluribus narrat: ac demum quonam pacto reliquos Hunnos per Thraciam Græciamque grassantes, non armis sed auro penso annuoque pollicito, ut ad propria redirent, tributo persuasit, atque alios Hunnos, quibus antea idem Imperator tributum pendebat, astuto consilio in hos concitavit, idem auctor fusius prosequitur: sed hæc nobis satis ad institutum.

XII.

Quam autem justa querela fuerit Agathiæ ista tempora deplorantis, cum thesauris Romani Imperii non copiosissimi ut olim exercitus nutrirentur, sed idem in aurigas & alios hujusmodi vanos homines impenderentur: audi suorum quoque temporum nobilem historiarum scriptorem Evagrium, cum hæc tradit (a): *De alio item Justiniani facto mihi dicendum est: quod quidem sive ex natura vitio, sive ex formidine & timore ortum sit, non habeo dicere; ejus tamen generis fuit, ut omnem belluinam immanitatem longe superaret. Duxit autem initium ab ea seditione populari, quam Nica, hoc est, Vince, vocant. Placuit Justiniano ita vehementer in alteram factionem eorum qui Prasini dicuntur animo propendere, ut impune possent ipso meridie in civitate adversarios trucidare, & non modo non pœnas metuerent, verum etiam dignarentur honoribus: adeo ut inde multi homicidæ existerent. Licebat enim illis in ædes alienas irrumpere, thesauros diripere in illis reconditos, hominibus suam ipsorum salutem ac vitam divendere. Et si qui magistratus illos cohibere moliretur, suo ipsius capiti creavit periculum.*

(a) Evag. lib. 4. c. 32.

Justiniani stultitia dum factiosis favet.

XIII.

*Unde certo vir quidam qui gessit in Oriente magistratum, quoniam nonnullos eorum qui rebus novis studebant, nervis coercere voluit, quo modestiores efficerentur: per mediam urbem circumductus fuit, nervis graviter cæsus. Callynicus porro Præfectus Ciliciæ, cum duo Cilices Paulus & Faustinus, homicida uterque, in eum impetum facerent, occidereque in animo haberent: quoniam pœna ex legibus constituta eos mulctavit, in crucem actus est, hocque supplicio pro recta conscientia & legum observatione affectus. Inde factum est, ut qui alterius erant factionis, cum domicellis suis fugissent, & a ne-*

PAGIUS

demque illos mutuis se se cladibus attrivisse, sed plenam harum nationum eversionem atque internecionem postmodum accidisse. Cum prolixa hujus belli narratione Agathias Historicus Christianus, ut ex egregio ejus Opere liquet, Historiæ suæ finem imponit, quam usque ad annum DLX. exclusive perduxit, nosque omnem in suos annos accurate digessimus, ut non paucos, qui invaluere errores vulgares everteremus. Ex hoc Agathiæ loco cum anno a Theophane memorato patet hanc victoriam anno sequenti reportatam esse, & Belisarium, hoc tempore ætate provectum fuisse, cum id non semel Agathias asserat.

VII.

Porro *Uni* isti seu *Hunni* diversi non sunt a *Bulgaris*, ut liquet ex Theophane ad annum XI. Constantini Pogonati, ubi & eos *Hunnugundos Bulgares & Contragos* etiam appellat, & ex Nicephoro in Breviario pag. 22. ex quo Theophanes desumpsit quæ de illis narrat. Agathias lo-co

*Hunni isti iidem cum Bulgaris.*

*nemine usquam exciperentur hospitio, sed velut scelera ubique exagitarentur, tendere insidias viatoribus, compilare, cædes facere cœperint, usque eo, uti omnia loca nece immatura, direptione, & reliquis id genus maleficiis redundarent. Interdum animo in contrariam sententiam mutato, ejus generis homines interfecit, legumque permisit potestati etiam eos quos ante passus fuisset more barbarorum in civitatibus impia scelera consciscere. Sed ad ista sigillatim prosequenda mihi nec tempus suppetit, nec facultas dicendi. Atque ea quæ diximus, satis esse poterunt ad conjecturam de reliquis ejus facinoribus faciendam.* Hucusque Evagrius de magno legislatore, verumtamen maximo re vera jurium proculcatore. At a quibusnam abstinuisse injustis actibus potuit, qui nec veritus est in ipsum Romanum Pontificem manum injicere? Ita miser a pristino illo vitæ instituto descivit, dum se supra se contra Dei sacrosanctos sacerdotes erexit. Sed hæc satis: ad res jam Occidentales.

XIV. Hoc eodem anno quem diximus adnotatum post Consulatum Basilii decimumseptimum, magnus ille Ecclesiæ Narniensis Antistes S. Cassius ex hac vita feliciter transiit. Testantur id ejusdem Ecclesiæ vetera monumenta, nempe his versibus ad ejus sepulcrum inscriptio exarata, haud tamen exculta minerva: inter tot enim tantaque bella quibus est Italia devastata, bonarum litterarum campum spineta repleverant:

*Cassius immerito Præsul de munere Christi,*
*Quem fato anticipat consors dulcissima vitæ.*
*Tu, rogo, quisquis ades, prece nos memorare benigna.*
*Hic sua restituo terræ mihi credita membra.*
*Atr meum in pace requiescit Fausta sepulcrum.*
*Cuncta recepturum te noster congrua factis.*

DD. ANN. XXI. M. VIII. D. X.
RE. IN PACE. PR. KAL. JUL.
P. C. BASILII ANN. XVII.

Vides sanctissimum virum ex conjugio (ut aliis etiam plerisque viris sanctissimis contigit) vocatum ad Episcopatum, egregia claruisse sanctitate: cujus præclaram memoriam unus singulis in Ecclesia celebrandam Ecclesiasticæ tabulæ reddunt die ipsius natali, qui ita describitur a sancto Gregorio Papa (a): (a) Greg. dial. lib. 4. c. 56.

XV. *Vir vitæ venerabilis Cassius Narniensis Episcopus, qui quotidianum offerre consueverat Deo sacrificium seque in lacrymis inter ipsa sacrificiorum arcana mactabat, mandatum Domini per cujusdam sui visionem presbyteri suscepit, dicens: Age quod agis: operare quod operaris: non cesset pes tuus, non cesset manus tua: natale Apostolorum venies ad me, & retribuam tibi mercedem tuam. Qui post annos septem, ipso natalitio Apostolorum die, cum Missarum solemnia peregisset, & mysteria sacræ communionis accepisset, e corpore exilivit.* Hactenus de Cassii transitu sanctus Gregorius.

XVI. Obitus S. Joannis Silentiarii. ☞ Hoc eodem anno magnus ille Joannes cognomento Silentiarius ex Episcopo anachoreta, de quo complura superiori tomo dicta sunt, ex hac vita migrasse reperitur annos natus centum quatuor, ut liquet assertione Cyrilli ejus discipuli, quem Euthymii & aliorum illustrium monachorum res gestas scriptis mandasse diximus: licet agones ejus adversus hæreticos, præsertim vero Origenistas, ab aliis conscribendos fuisse testetur: quamobrem ipse de Sancto præclariora prætermisisse videri potest. Sed audi ipsum ita perorantem: *Hæc quidem pauca ex multis selecta mandavit litteris, mittens narrare ejus de fide certamina, quæ suscepit adversus Origenem, & Theodori Mopsuestiæ dogmata, & eorum qui ea defendebant, & persecutiones quas congruenter Evangelio pro decretis sustinuit Apostolicis. Sed quæ ab eo in his gesta sunt, relinquo narranda aliis. Scio enim fore, ut multi (sicut est consentaneum) post ejus* de-

PAGIUS eo laudato, ubi eorum cladem refert, Hunnos *Cotriguros* vocat; sed cum eadem de illis narret, ac Theophanes sub *Hunnorum* & Sclavorum nomine, non dubium quin Hunni isti iidem cum Bulgaris fuerint, & hæc varia nomina eamdem gentem significent. Post hac toto hoc sæculo nulla ferme apud Scriptores *Bulgarorum* mentio occurrit. Hanc nominum diversitatem recte observavit Ducangius in Familiis Augustis Byzantinis, dum de Dalmaticis Familiis cap. 6. verba facit, ejusque opera varii errores poterant vitari. Male autem Ducangius hanc irruptionem Bulgaricam ab Agathia diligenter descriptam cum anno DLXI. illigat; hic enim Historicus ultra annum quingentesimum quinquagesimum nonum Opus suum non produxit, uti mox insinuavi.

VIII. Moritur S. Joannes Silentiarius. Ad ann. XVI. Cyrillus Monachus scripsit Vitam Sancti *Joannis Silentiarii*, qui ex Episcopo Coloniensi in Armenia, Monachus Lauræ Sancti Sabæ in Palæstina mortuus est. Cyrillus testis in pluribus oculatus significat, hunc Sanctum adhuc in vivis fuisse quatuor annos natum supra centum, cum ipse vitam ejus scripsit. In Menologio vero Basilii Imperatoris ad diem VIII. Decemb. dicitur *Joannem*, quinque annos supra centum natum migrasse ad Dominum. Quare cum natus fuerit *octavo mensis Januarii, septima Indictione, quarto anno Imperii pii ac religiosi Marciani*, anno scilicet Christi CDLIV. ut se ab ipsomet Joanne Cyrillus accepisse scribit, mors ejus recte hoc anno a Baronio recitata. Extat Sancti Joannis Silen- tiarii

*decessum studeant scribere ejus certamina & persecutiones & pericula quæ sustinuit pro fide Orthodoxa, victoriasque & res ab eo gloriose gestas, &c.* Sed his caremus magno detrimento ejus temporis historicæ veritatis. Quod ad rationem temporis ejus obitus pertinet, satis id liquet, ut quem natum idem Cyrillus tradit anno quarto Imperii Marciani Aug. qui est annus Domini quadringentesimus quinquagesimusquartus, & vixisse scribit annos centum & quatuor, eum hoc anno defunctum opus sit affirmare: quem inter Sanctos in tabulas Ecclesiasticas relatum, tum Orientalis, tum Occidentalis Ecclesia anniversaria memoria colit. ☞ Hic vero rerum gestarum anni hujus finis esto.

Quin-

PAGIUS stasii Vita in Actis Bollandianis ad diem XIII. mensis Maii.

XI. *Paulinus Episc. Aquilejensis Trium Capitulorum defensor.*

*Paulinus*, qui a Mediolanensi Episcopo Episcopus Aquileiensis illegitime ordinatus fuit, ut liquet ex Epistola V. Pelagii Papæ Narseti inscripta sicuti legitur in vulgatis editionibus Conciliorum, vel *Valeriano Patricio*, ut habet Collectio Romana Holstenii pag. 227. hoc circiter anno Synodum celebravit, qua Tria Capitula defendit. Obiit enim Paulinus, teste Paulo Diacono lib. 2. de Gestis Langobard. cap. 25. Alboino Liguriam invadente *Indictione ingrediente tertia*, duodecimo Sacerdotii sui anno; ideoque anno DLXIX. aut insequenti. Hoc itaque vel superiori anno ordinatus *Paulinus* ab Episcopo Mediolanensi, ut notat Bollandus ad diem VIII. Februarii in Vita Sancti Honorati Episcopi Mediolanensis. De ea Synodo loquitur Pelagius Papa in citata Epistola, ubi ait: *Sed nec licuit aliquando, nec licebit, particularem Synodum congregare.* Petit autem, ut Paulinus ad Justinianum Byzantium captivus mittatur, quod tamen factum non est. Baronius hanc Synodum *Aquilejensem* cum alia in eadem Urbe celebrata, cujus meminit Beda in libro de Sex. Ætate anno VII. Imperii Tiberii Apsimari, confundit, ut apud eum videre est anno DLIII. num. CCXXI. Verum hæ duæ diversæ sunt Synodi. De posteriori suo loco agetur; hujus vero, cujus obscura meotio, in laudata tantum Epistola Pelagii, causa etiam obscura; existimant enim aliqui, eam tantum Aquileiensis Episcopi consecrandi causa, coactam esse, & ita explicandum *Pelagium*.

Hoc anno *Childebertus* Francorum Rex, cujus mortem Baronius anno DLXII. recitat, vita functus est, sicuti & *Domnus* Episcopus Antiochenus, ut anno DLXI. visum est.

| JESU CHRISTI ANNUS | PELAGII PAP. ANNUS | JUSTINIANI IMP. ANNUS |
|---|---|---|
| 559. | 5. | 33. |

I. Pelagii Papæ obitus. QUingentesimus undesexagesimus Christi nonus, idem Justiniani Aug. trigesimustertius, & post Basilii Consulatum decimus octavus annus inscribitur: quo Pelagius Papa, ubi sedisset annos quatuor, menses decem, diesque decem & octo, ea hac vita migravit secunda Martii, ita ea Anastasii commentario, qui scriptus habetur in Vaticana bibliotheca, ex quo ista eascripsimus: quibus erroris redarguuntur, qui eumdem vixisse annos undecim, & aliquot menses ac dies ponunt, quive anno sequenti eumdem mortuum tradunt. Sed quæ de ipso sparsim scripta reperiuntur, nec certo quo facta sunt anno describi possunt, his veluti appendicem apponamus. De eodem enim Pelagio hæc Hadrianus Papa in epistola ad Carolum Magnum de imaginibus: *Multo amplius vera ejus sanctissimi successores domnus Pelagius & domnus Joannes miræ magnitudinis ecclesiam Apostolorum a solo ædificantes, historias diversas tam in musivo, quam in variis coloribus cum sacris pingentes imaginibus & nunc usque hactenus a nobis venerantur.* Hæc Hadrianus. Porro de eadem basilica a Pelagio cœpta, a Joanne vero successore perfecta, idem qui supra Anastasius meminit in Joanne, eamque titulo Philippi atque Jacobi sanctorum Apostolorum consecratam affirmat. ☞ Ex antiquis Variennæ basilicæ monumentis a Manlio collectis, de absoluta a Joanne Papa basilica a Pelagio cœpta, habet versum hunc:

*Pelagius cœpit, complevit Papa Joannes.*

Pelagii Papæ epitaphium. Recitatur ab eodem & epitaphium Pelagii Papæ inscriptum his versibus:

*Terrenum corpus claudant hæc forte sepulcra*
*Nil sancti meritis derogatura viri.*
*Vivit in arce poli cælesti luce beatus,*
*Vivit & hic cunctis per pia facta locis.*
*Surgere judicio certus, dextramque tenentem*
*Angelica partem se rapiente manu.*
*Virtutum numerat titulos Ecclesia Dei*
*Quos ventura ut † sæcula ferre queant:* †
*Rector Apostolicæ Fidei, veneranda retexit*
*Dogmata, quæ clare constituere Patres.*
*Eloquio curans errorum schismate lapsos,*
*Ut veram teneant corda placata Fidem.*
*Sacravit multos divina lege ministros,*
*Nil pretio faciens immaculata manus,*
*Captivos redimens, miseris succurrere promptus,*
*Pauperibus numquam parta negare sibi.*
*Tristia participans læti moderator opimus:*
*Alterius gemitus credidit esse suos.*

*Hic requiescit Pelagius Papa, qui sedit annos quatuor, menses decem, dies decem & octo. Deposit. IV. Non. Martii.* Hactenus ibi.

Quod vero spectat ad Ecclesiam Apostolorum, his opportune subiiciendum duximus antiquum bullæ exemplar e manuscriptis Vaticanis excerptum ejusdem Jo. III. cui ejusmodi inscriptio præposita legitur, his verbis: II. De basilica XII. Apostolorum.

*Exemplum Bullæ Papæ Joannis Tertii, ubi dicit basilicam duodecim Apostolorum initiatam per Pelagium prædecessorem suum, & morte præventa non absolutam consummasse, Titulumque Cardinalem eam constituisse, & assignat eidem basilicæ parochiæ fines, & eam diversis donariis donat de suo Vestiario.* Jo-

PAGIUS SÆC. VI. Anno Eræ Hispan. DXCVII. A. C. 559.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6052.

☉ 8. E. ☽ 9. P. 13. April. Indict. 7.

JESU CHRISTI 559.

PELAGII PAPÆ 5.

JUSTINIANI IMP. 33.

I. Postconsulatus. [1] HIc annus ista formula notatus: *Post Consulatum Basilii V. C. XVIII.* vel secundum aliquos, *Post Consulatum Basilii V. C. anno XIX.*

II. A num. I. ad XVIII. *Obiit die III. mensis Martii*, inquit Anastasius de morte Pelagii I. verba faciens. In ejus autem Epitaphio a Baronio recitato habetur: *Hic requiescit Pelagius Papa, qui sedit annos quatuor, menses decem, dies decem & octo. Deposit. IV. Non. Martii.* Quare cum consecratus fuerit die undecima mensis Aprilis anni DLV. mortuus est anno Christi sequenti, non vero currenti, idque die prima mensis Martii, & die subsequenti sepultus; Anastasius enim diem obitus cum die sepulturæ aliquando confundit, & sæpissime Auctores diem sepulturæ diem obitus appellant. Præterea Anastasius, qui sicuti & omnes fere Catalogi, annos IV. menses X. & dies XVIII. Pelagio I. attribuit, diem ejus emortualem ab illis diebus XVIII. excludit, ut sæpe alibi facere solitus est. Conditor vero ejus Epitaphii, qui dicit *Pelagium* die IV. mensis Martii depositum esse, ad diem ejus emortualem, qui *Obitus Pelagii Papæ.*

tamen

*Joannes Episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Cardinalibus & clericis Ecclesiæ Apostolorum perpetuo in Christi servitio manentibus:*

III. *Quoniam primitivam Ecclesiam post incarnationem Christi duodecim Apostoli prædicatione illustraverunt, & operibus stabiliverunt sicut in actibus eorumdem legitur, quibus erat cor unum, & in eisdem erant illis omnia communia, ac pro Christi Fide legitime decertantes gloriose coronati sunt: placuit mihi Joanni Urbis Romæ humillimo Pontifici Ecclesiam duodecim Apostolorum * confirmare, quam Pelagius Papa bonæ memoriæ prædecessor meus ante palatium Constantis initiaverat, sed morte præventus inchoatam reliquit. Deinde Patris nostri incepta captantes, quod ipse dimisit, divina gratia opitulante, * vel perfectum usque finem adduximus: hanc etiam & in Natali Apostolorum Philippi & Jacobi, quod est in Kalendis Maii ad honorem omnium Apostolorum decenter dedicatam Titulum Cardinalem illam constituimus, necnon & parochiam sicut cæteri Tituli Urbis habent de aliis, & de aliis colligentes, sic tantæ & tam honorabili basilicæ ratam & inconcussam deliberamus. Non enim laudaremur, si solum in ædificiis extollendis laboravissemus, & alias dignitates Ecclesiasticas ei non provideremus.*

* consummato

* ad

IV. *Idcirco præsente & consentiente fratrum nostrorum cœtu, novæ basilicæ concessam & attributam parochiam determinamus, ita sane ut omnes capellæ constitutæ vel constituendæ & populus qui infra terminos istos comprehenduntur, Apostolicæ basilicæ de parochiali jure deinceps penitus respondeant, videlicet: A via ubi est calix marmoreus, & lapis marmoreus magnus in gradibus excavatus, cum omnibus domibus ante se; & inde itur juxta Ecclesiam sancti Marcelli, & declinatur ad lævam, ante Ecclesiam sanctæ Mariæ quæ est in Via lata, & inde recto itinere producitur per viam quæ est sub monte Tarpejo usque ad arcum Clagentariorum, & inde itur in viam ad lævam per viam secus hortum, qui dicitur Mirabilis, atque per Scalam mortuorum fit ascensus per cavam montis usque ante Caballos marmoreos recta via, ac inde vertitur ante arcum Pacis: deinde ad dextram extenditur juxta latus montis super Catricam, & exinde derivatur per Calicem montis usque ad hortum Veneris; & deinde itur in viam Salariam, & exitur in Pincianam, deinde descenditur per Silicem, & fit transitus super formam Virginem juxta Monumentum, & deinde convertitur extra eamdem formam continuo usque illuc ubi dicitur, Cannella ejusdem formæ, & exinde recolligitur per viculum Capralicum cum insula & casis ex utroque latere viæ ad præfatum Calicem marmoreum, lapidem in gradibus excavatum.*

*Insuper ex sacro nostro Vestiario hæc donaria contulimus, videlicet Crucem unam auream pensantem libras sex, calicem unum aureum pensantem libras duas, calices duos argenteos pensantes libras quatuor, vestes quoque sericas cum gemmis albis & auro contextas quatuor; libris etiam multis ac variis eam adornare curavimus. Ita Ecclesia Apostolorum nostris manibus condita & dedicata parochialibus terminis statutis, ac donariis impartitis, ex parte Dei omnipotentis & beatæ Mariæ & auctoritate Apostolorum Pe-* V.



PAGIUS tamen sæpe depositionis nomine exprimitur, non respicit, sed ad illum quo honorificentiorem sepulturam nactus est, uti non raro Anastasius diem Translationis Sanctorum Pontificum pro die eorum mortis aut sepulturæ sumit. Quæ omnia variis exemplis passim in hoc Opere comprobata. Baronius, qui *Pelagii* initium cum anno DLV. recte copulavit, & durationem Sedis ejus accurate notavit, illius mortem cum præsenti anno alligare non potuit, ut numeranti patet; & quicumque eam usque ad annum DLXI. distulere, sequentium Pontificum chronotaxim usque ad Gregorium M. non potuere non labefactare, ut ex dicendis apparebit. [1] Recte tamen observavit Baronius Pelagii ad Vigilium Episcopum Epistolam suspectam esse; falsa est enim Consulatus nota Epistolaque ex Ithacii, Sanctique Leonis verbis varie corruptis contexta. Epistolas *Pelagii*, quas anno incerto datas existimabat, anno DLVI. ad quos annos pertineant, ostendimus.

III. *Joannes III. ei succedit.* Post *Pelagii* mortem cessavit Episcopatus, non *menses tres, dies XXV.* ut perperam in Anastasio legitur, sed menses IV. dies XVII. ut ex dicendis in morte *Joannis* III. Pelagii successoris constabit. In Catalogis nostris, & in exemplaribus MSS. Anastasii, quæ legi, male idem Interpontificium etiam refertur. *Joannes* itaque III. natione Romanus ordinatus est die decima octava mensis Julii, in quam anno quingentesimo sexagesimo Dominica incidebat.

NOTÆ [1] PElagii dies emortualis juxta nostrum calculum congruit cum die 6. Augusti. Siquidem vixisse statuitur cum plerisque Anastasii Codicibus editis & manuscriptis annis quatuor mensibus decem diebus octodecim. Hunc excepit Interpontificium duorum mensium & viginti quinque dierum ut Manuscripta quædam Anastasii ferunt, quibus etiam congruit vetus ille Catalogus Blanchinianus desinens in S. Paulo I. de quo nos in Nota ad A. 555. 7. Desinit periodus ista in diem trigesimam primam Octobris anni 560. quæ Dominica erat, adeoque & ordinationi Joannis novi Pontificis aptissima. MANSI

*Petri ac Pauli & omnium Apoſtolorum benedictionem noſtram, & ſuorum peccatorum remiſſionem capituli hujus ac privilegii obſervatoribus & coadjutoribus condonamus. Contradicentibus autem & prævaricatoribus, eadem auctoritate, aſque ad ſatisfactionem Dathan, Core & Abiron Moyſi ſuperbientium & contradicentium maledictionem & damnationem intendimus & confirmamus. Ipſi gloria, laus, poteſtas, imperium, qui vivit & regnat per infinita ſæcula ſæculorum. Amen. Bene valete.*

*Dat. temporibus domini Joannis Tertii Papæ per manus Petri Epiſcopi Cancellarii ſanctæ Sedis Apoſtolicæ, menſe Majo, die tertia.*

*Ego Ciriacus in Dei nomine Secretarius ſanctæ Romanæ Eccleſiæ ſicut inveni in chartbicinio privilegio Tituli Apoſtolorum, fideliter in hac membrana exemplificavi.* ☞

VI. De Pelagii Papæ ſcriptis. Quod vero ad ejaſdem Pelagii Papæ ſcripta pertinet, præter epiſtolas quas ſuperius ſuis locis poſuimus extat ejuſdem nomine epiſtola nonnihil prolixa ad Vigilium quemdam Epiſcopum ſcripta: ſed dum ad finem ejus data ponitur ſub Conſulatu Narſetis atque Joannis, impoſturæ ſuſpicionem auget. Etenim cum vetera quæque monumenta ſignata abique repetiantur poſt Baſilii Conſulatum toties repetitum; plane ſignificatur, nullum alium interea Conſulem eſſe creatum. Et ne de his dubites, habes Caſſiodorum (a) numerantem annos poſt Conſulatum ejuſdem Baſilii vicies ſemel repetitum. Quod ſi Narſetis, vel aliorum poſt Baſilii Conſulatum fuiſſet Conſulatus Faſtis interpoſitus: certe non ab illo ultimo Conſulatu Baſilii tot anni poſt ejus Conſulatum reperirentur inſcripti, ſed poſt Conſulatum Narſetis atque Joannis. Sic igitur ex his reliquæ etiam epiſtolæ poſt Conſulatum Baſilii datæ, ſed aliorum a Mercatore Conſulum nota ſuppoſitæ, impoſturæ ſuſpectæ redduntur.

(a) Caſſ. de comp. Paſchal.

VII. Legatio Childeberti ad Pelagium Pap. Rurſum vero quod ad Pelagii Papæ ſcripta atque res geſtas ſpectat, audi quæ Papyrius (a) vir plane diſertus in Francorum Annalibus dicat, dum agit de Childeberto Rege: *Childebertus Ruffinum in Italiam ad Pelagium Romanum Pontificem miſerat, rogatum an Catholicè Leonis tomum adverſus Eutychetem ſequeretur. Pelagius reſpondit, librum illum Eccleſiæ probari; ipſeque, ut Rex poſtularat, novam fidei formulam ſcripſit. Extat epiſtola Pelagii ad Childebertum.* Hæc ipſe. Porro cum ſcribendi fidei profeſſionis libellum ſive epiſtolam Pelagio occaſio oborta illa fuiſſe videtur, quod cum contra Tria capitula pro Quinta Synodo (ut vidimus) ſententiam ſequeretur, in ſuſpicionem læſæ pietatis, offenſæque Catholicæ fidei haud mediocrem adductus eſſet: cum præſertim defenſores Trium capitulorum illud undique vulgaſſent, ac pariter exclamaſſent, omnes qui agerent contra Tria illa capitula, impugnare Chalcedonenſe Concilium: qua quidem calumnia ut dubitantium animos liberaret, eam ad Childebertum de fide Catholica Pelagius epiſtolam dedit: quod & præſtitiſſe S. Gregorium ad Theodolindam Reginam eamdem ob cauſam oportuit.

(a) Papyr. Annal. Franc. l. 9.

VIII. Sed ex dictis illud obſerva: cum in dubium venit Romani Pontificis fides Catholica, non aliunde ejus peti conſueviſſe examinationem atque diſcuſſionem, quam a fide tradita a prædeceſſoribus; quibus ſi conſentiat, nihil ſit quod poſſit eum erroris arguere, ſecus ſi contra. Sic igitur Childebertus Rex de fide Pelagii ſubdubitans, ad S. Leonis Papæ epiſtolam de recta fide ad Flavianum conſcriptam provocavit: cui ſe in omnibus cum Catholica Eccleſia conſentire cum profeſſus ſit ſcriptis Pelagius, omnem prorſus conceptam de ſe ſuſpicionem amovit.

IX. ☞ Hæc autem ad finem rerum geſtarum Pelagii Papæ oportuit collocaſſe, cum nobis eſſet penitus incompertum, quoto ejus Pontificatus anno contigerint. Sed accidit: ut cuſo jam tomo (ut ſæpe ſuperius dictum eſt) cum allatæ ad nos eſſent ab Eccleſia Arelatenſi complures diverſorum Romanorum Pontificum ad diverſos Epiſcopos Arelatenſes datæ epiſtolæ, inter alias reperiremus eas de fide Catholica ad Childebertum Regem litteras ſcriptas, quæ & ipſæ cum die carerent & Conſulatu, quando tamen datæ fuerint, ex alia epiſtola tunc ab eodem Pontifice ad Sapaudum, ſive Sabaudium Arelatenſem Epiſcopum ſcripta poſſumus intelligere, quæ data legitur anno decimoſexto poſt Conſulatum Baſilii: eſt is annus Domini quingenteſimus quinquageſimusſeptimus, Pelagii vero Pontificatus annus tertius. Epiſtola autem ad Sabaudium ſic ſe habet:

X. Pelagius Papa ad Sapaud. Arelat. Epiſc.

*Dilectiſſimo fratri Sapaudo, Pelagius.*

*Tanta nobis eſt circa perſonam tuæ fraternitatis affectio, ut nullas occaſiones tranſire ſilentio patiamur. Denique veniente illuc Petro urbis negotiatore, præſentia curavimus ad fraternitatem tuam ſcripta dirigere, deſiderantes ut de incolumitate quoque viciſſim datis opportunitatibus agnoſcamus. Atque ideo ſalutantes fraterno charitatis amore, indicamus, propitiante Domino, circa nos omnia proſpere geri. Et hortamur, ut ſi epiſtola, quam per diaconum atque ſubdiaconum fraternitatis tuæ ad excellentiſſimum filium noſtrum Childebertum Regem direximus, in qua de inſtitutis beatiſſimorum Patrum noſtrorum fidem Catholicam noſtro per Dei gratiam ſermone deprompſimus, tam ipſi*

glo-

*gloriosissimo Regi, quam charitati tuæ, vel aliis fratribus & Coepiscopis nostris placuit, rescripto tuæ charitatis celerius agnoscamus.*

XI. *Præterea commendamus specialiter dilectioni tuæ Romanos, qui illuc hostilitatis metu confugerunt, ut solatium fraternitatis tuæ & continentiam, qualem peregrinatio eorum poscit, inveniant: quos etiam filio nostro magnificentissimo viro Patricio Placido genitori tuo ex nostra persona volumus commendari, ut in sua continentia recognoscant, quantum apud charitatem tuam eis commendatio nostra profuerit.*

XII. *Sed & illud ad commemorationem tuæ fraternitatis adducimus, ut (sicut jampridem scripsimus) vestes quæ pauperibus erogentur, id est, cucullas & tunicas atque saga de eo quod pro pensionibus Ecclesiasticarum possessionum nobis Domnus filius noster Placidus directurus erat, comparari faciatis, & ad Portum Romanum, Deo propitiante, dirigere, quatenus sollicitudinem nostram ex parte aliqua relevetis; quia tanta egestas & nuditas in civitate ista est, ut sine dolore & angustia cordis nostri homines, quos honesto loco natos idoneos noveramus, non possimus aspicere. Deus te incolumem custodiat, frater charissime. data Idibus April. anno XVI. P. C. Basilii.* Epistola autem ad ipsum Francorum Regem Childebertum data, in eodem codice posita sequitur istis verbis:

*Domino filio gloriosissimo atque præcellentissimo Childeberto Regi Pelagius Episcopus.*

XIII. *Humani generis Salvator ac Dominus discipulos suos docens, ait (a): Non est voluntas Patris vestri qui in cœlis est, ut unus saltem pereat de pusillis: de quibus nec scandalizare quemquam sine magni asserit comparatione supplicii. Cum igitur etiam de pusillis ista forma præcepti sit: quanto nobis studio ac labore satagendum est, ut pro auferendo suspicionis scandalo obsequium confessionis nostræ Regibus ministremus, quibus nos etiam subditos esse sanctæ Scripturæ præcipiunt? Veniens etenim Ruffinus vir magnificus legatus excellentiæ vestræ confidenter a nobis (ut decuit) postulavit, quatenus vobis aut beatæ recordationis Papæ Leonis tomum a nobis per omnia conservari significare debuissemus, aut propriis verbis nostræ confessionem fidei destinare. Et primam quidem petitionis ejus partem, quia facilior fuit, mox ut dixit, implevimus; atque in omnibus prædicti Præsulis tomum pro Catholicæ fidei assertione conscriptum, Deo propitio, custodire, manus nostræ ad vos professione signavimus. Ut autem deinceps nullius (quod absit) suspicionis resideret occasio, etiam illam aliam partem, quam memoratus vir illustris Ruffinus admonuit, facere maturavi, scilicet propriis verbis confessionem fidei, quam tenemus, exponens. Definitiones quoque de eadem Catholica fide, quæ in quatuor sanctis Conciliis statutæ sunt, sed & memoratæ Pontificis, quas universalis semper tenuit ac tenet Ecclesia, nos sancto Dei auxilio tenere atque defendere præsenti ad excellentiam vestram colloquio intimandum necessario judicavi.*

(a) Matt. 18.

Pelagii Papæ ad Childebertum Regem de Catholica fide epist.

Fides Papæ Pelagii.

*Credo igitur in unum Dominum Patrem & Filium & Spiritum sanctum, Patrem scilicet omnipotentem, sempiternum, ingenitum; Filium vero ex ejusdem Patris substantia vel natura genitum ante omne omnino vel temporis, vel cujusquam initium; de omnipotente omnipotentem, æqualem, consempiternum, atque consubstantialem. Spiritum quoque sanctum omnipotentem, utrique Patri scilicet ac Filio æqualem, consempiternum, atque consubstantialem, qui ex Patre intemporaliter procedens, Patris est Filii quoque Spiritus, hoc est, tres personas, sive tres subsistentias unius essentiæ, sive naturæ, unius virtutis, unius operationis, unius beatitudinis, atque unius potestatis, ut trina sit unitas, & una sit trinitas juxta vocis Dominicæ veritatem, dicentis (b): Ite, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti. In nomine, inquit, non nominibus, ut & unum Dominum per indistinctum divinæ essentiæ nomen ostenderet, & personarum discretionem suis demonstratam proprietatibus edoceret: quia dum tribus unum Deitatis nomen est, æqualitas ostenditur personarum. Et rursus æqualitas personarum nihil extraneum, nihil accedens in eis permittit intelligi: ita ut & unusquisque eorum verus perfectusque sit Deus, videlicet ex plenitudine divinitatis nihil minus in singulis, nihil amplius intelligatur in tribus.* XIV.

(b) Matt. 28.

*Ex hac autem sancta & beatissima atque consubstantiali Trinitate credo atque confiteor unam personam, id est, Filium Dei pro salute humani generis novissimis temporibus descendisse de cœlo, nec patriam sedem, nec mundi gubernacula relinquentem: & superveniente in beata Virgine Maria sancto Spiritu, atque obumbrante ei virtute Altissimi, eumdem Verbum ac Filium Dei in utero ejusdem sanctæ Virginis Mariæ clementer ingressum, & de carne ejus sibi unisse carnem anima rationali & intellectuali animatam: Nec ante creatam esse carnem, & postea supervenisse Filium Dei: sed sicut scriptum est, (c) Sapientia ædificante sibi domum, mox carnem in utero Virginis, mox Verbi Dei carnem factam, exindeque sine ulla permutatione atque conversione Verbi car-* XV.

(c) Prov. 9.

*carnisque natura Verbum ac Filium Dei factum hominem, Unum in utraque natura, divina scilicet & humana, Christum Jesum Dominum verum eumdemque verum hominem processisse, id est, natum esse, servata integritate maternæ virginitatis: quia sic eum virgo permanens genuit, quemadmodum virgo concepit. Propter quod eamdem beatam Virginem Mariam Dei genitricem verissime confitemur: peperit enim incarnatum Dei Verbum.*

XVI. *Est ergo unus atque idem Jesus Christus verus Filius Dei, & idem ipse verus Filius hominis, perfectus in Deitate, & idem ipse perfectus in humanitate, utpote totus in suis, & idem ipse totus in nostris: sic per misericordiam nativitatem sumens ex homine matre, quod non erat; ut non desisteret esse quod per primam qua ex Patre natus est, erat. Propter quod eum ex duabus & in duabus manentibus, indivisis, inconfusisque credimus esse naturis: indivisis quidem, quia & post assumptionem naturæ nostræ unus Christus Filius Dei permansit: inconfusis autem, quia sic in unam personam atque subsistentiam adunatas credimus esse naturas, ut utriusque proprietate servata, neutra converteretur in alteram. Ac propterea (sicut sæpe diximus) unum eumdemque Christum esse verum Filium Dei, & eumdem ipsum verum Filium hominis confitemur, consubstantialem Patri secundum Deitatem, consubstantialem nobis eumdem secundum humanitatem, per omnia nobis similem absque peccato: passibilem carne, eumdem ipsum impassibilem Deitate. Quem sub Pontio Pilato sponte pro salute nostra passum esse carne confitemur, crucifixum carne, mortuum carne, resurrexisse tertia die glorificata & incorruptibili eadem carne, & conversatum post resurrectionem cum discipulis suis, ac multimodis evidenter eis ostendisse sui corporis veritatem: & quadragesimo die, videntibus eisdem discipulis, ascendisse in cælos, sedere etiam ad dexteram Patris. Quem credo & confiteor secundum testificationem Angelorum,*

(a) Act. 1. *(a) sicut ascendit in cælos, ita venturum judicare vivos & mortuos. Omnes enim homines ab Adam usque ad consummationem sæculi natos & mortuos, cum ipso Adam ejusque uxore, qui non ex aliis parentibus nati sunt, sed alter de terra, altera autem de costa viri creati sunt, tunc resurrecturos esse confiteor, & astare ante tribunal Christi, ut recipiat unusquisque propria corporis, prout gessit, sive bona, sive mala; & justos quidem per largissimam gratiam Dei, utpote vasa misericordiæ in gloriam præparata, æternæ vitæ præmiis donaturum, in societate videlicet Angelorum absque ullo jam lapsus sui metu sine fine victuros. Iniquos autem arbitrio voluntatis propriæ vasa iræ apta in interitum permanentes, qui viam Domini aut non agnoverint, aut cognitam diversis capti prævaricationibus reliquerunt, in pœnis æterni atque inextinguibilis ignis, ut sine fine ardeant, justissimo judicio traditurum.*

*Hæc est igitur fides mea & spes, quæ in me dono misericordiæ Dei est, pro qua maxime paratos esse debere beatus Petrus Apostolus (b) præcipit ad respondendum* XVII. (b) 1. Pet. 3.
*omni poscenti nos rationem. Nunc convenit excellentiam vestram pro fervore ejusdem fidei, quam vos in corde habere gaudemus, peculiarem curam per universas Galliæ vestræ regiones impendere; ne illi scandala seminantes (sicut in partibus istis facere conabantur) frontis suæ procacitate impellente discurrant, & aliquos fratres & Coepiscopos nostros vel creditas eis plebes ad dissensiones excitent. Quia dum rectæ fidei non sine dolore oppressionis suæ, ut se ad nutrienda scandala Catholicis familiares efficerent, etiam rectam fidem se simulant vendicare, maxime apud eos qui fraudes ipsorum & dolos ignorant, Sed Deus, qui gloriam vestram contra inimicos pacis Ecclesiasticæ misericorditer hoc tempore præparavit, præstet vos ita solicitos & circumspectos existere, ut non prævaleant intra sata sanctæ Ecclesiæ in illis partibus loliorum suorum semina maligna jactare. Perincolumem excellentiam vestram Deus noster custodiat, domine fili gloriosissime atque excellentissime.* Hucusque fidei confessio Pelagii Papæ ☜.

Ad postremum autem hæc de eo apud Anastasium: *Hic fecit ordinationes duas per mensem Decembrem, presbyteros viginti sex, diaconos novem, Episcopos per diversa loca quadragintanovem. Qui etiam obiit secunda mensis Martii, & cessavit Episcopatus menses tres, & dies viginti quinque.* Sicque vigesimaseptima ☞ mensis Junii ☜ subrogatus est in locum ejus Joannes cognomento Catellinus, ex patre Anastasio viro illustri. Joannes Papa III.

XVIII. S. Euphronius Epis. Turonensis creatus. Quod autem res Galliarum perlustrando occurrit: hic est annus, quo S. Euphronius Turonensis Episcopus creatus est, vir qui his temporibus non eam tantum

PAGIUS IV. Concilium Parisiense II. Ad num. XVIII. & seqq. Concilium *Parisiense* II. cum anno DLI. a Cointio eo anno num. V. alligatur; quod ante eum annum collocari non possit, quia Synodo Aurelianensi, cui *Saffaracus* Episcopus Parisiensis ante duos annos interfuerat, posterior est Parisiensis, ut subscriptiones Episcoporum aperte declarant. Cum *Saffaracus* de gravissimo crimine accusatus, propriaque confessione convictus, merito secundum sacrorum Canonum constitutiones E-

tum provinciam, sed universas plane Gallias illustravit. Supputatio autem temporis hac ratione deducitur, quod scilicet ejusdem Ecclesiæ Episcopus Gregorius (a) secundum Sigeberti Francorum Regis annum eundem numeret, septimum sancti Euphronii. Porro Sigeberti regnum inchoatum esse anno Domini quingentesimo sexagesimoquinto, quæ dicentur inferius palam facient. Quod igitur hoc anno certum sit testificatione Gregorii Euphronium Turonensem Episcopum sedere cœpisse; affirmare necesse erit, cuncta quæ sub eodem Episcopo facta esse dicuntur, non ante præsentem annum contigisse. Unde & illud ex his infertur, Parisiense Concilium, cui idem sanctus Euphronius præsens fuit, non ante hunc eumdem annum celebrari potuisse, licet alii ante biennium referant. Dignus plane memoria conventus ille habetur: in quo Patres inter alia laudabiliter instituta, insurgentes adversus regios ministros in res Ecclesiarum manus injicientes, quotquot id facere auderent, anathemate feriendos esse sanxerunt. Ex bello civili exorta licentia illud effecit, ut non in adversantium tantum bona manus hostes injicerent, sed & a rebus Ecclesiarum minime abstinerent: atque qui ea ab Episcopis impetrare diffiderent importuna petitione a Regibus obtinerent: ita cum sacrilegio avaritiæ grassans, inconcessa tentans, prædia invadebant Ecclesiarum. Sed & ambitio ambiendo, flexuosoque gressu ad honores pervenire despiciens, breviori via sæculari juncta potentiæ ad primos Ecclesiarum honores sibi aditum patefecit; cum videlicet pro Episcopatibus adipiscendis ipsos Reges adirent, peterentque ab iis, quod obtinere per leges Ecclesiasticas non licebat.

(a) Greg. Turon. lib. 2. mirac. S. Martin. cap. 32.

De Parif. priori Concilio.

XIX. Quamobrem adversus ejusmodi adeo temere præsumpta, sacrilege tentata, atque probrose usurpata sanctissimi Galliarum Episcopi insurgentes, non clanculo, vel in angulo, Regum timore, Synodum cogere, sed Parisiis, ubi Rex ipse degere consuevit. Præerat tunc nobili Ecclesiæ Parisiensi S. Germanus recens creatus Episcopus (ut ex ordine subscribentium patet) quem æstuantem zelo Ecclesiasticæ disciplinæ auctorem fuisse ejusmodi congregandi Concilii, mihi facile persuadeo. Res plane agebatur magni momenti: verum etsi adversus Reges Ecclesiastica jura sibi usurpantes certamen suscipiendum erat: pluris tamen apud eos fuit Dei timor, quam Principum terror, sicque sacerdotali vigore, quo scirent cunctos Principes esse subditos sacerdotibus (si modo Christi esse oves, & numerari sub grege ipsius velint, & non procul abjici, & inter hædos haberi maledictionis hæredes) rem tantam aggrediuntur, primoque loco ejusmodi canonem promulgarunt (b):

(b) Conc. Parif. 2, c. 1. to. 2. Conc.

XX. *Itaque placet, ac omnibus nobis convenit observare, ut quia nonnulli memores sui, per qualibet scripturas pro captu animi de facultatibus suis, Ecclesiis, aliquid contulisse probantur: quod a diversis minus Deum timentibus eatenus mortifera calliditate tenetur, ut aliorum oblatio illis pertineat ad ruinam; nec intueri corde possunt diem judicii, dum nimiæ cupiditatis delectantur ardore. Quicumque ergo immemor sui interitus, res Ecclesiæ (ut supra diximus, delegatas injuste possident, præsumpserit retinere, & veritate comperta res Dei servis suis dissimulaverit reformare: ab omnibus Ecclesiis segregatus, a sancta communione habeatur extraneus, neque aliud mereatur habere remedium, nisi culpam propriam rerum emendatione purgaverit. Indigne enim ad altare Domini properare permittitur, qui res Ecclesiasticas & audet rapere & injuste possidere, ac in iniqua defensione perdurat. Necatores enim pauperum judicandi sunt, qui eorum taliter alimenta subtraxerint. Sacerdotalis tamen debet esse provisio, ut vindictam admonitio manifesta præcedat: ut si res usurpatas injuste quis tenet* , adhibita æquitate restituat. Quod si neglexerit; cum accessitus comparuerit, postea prædonem sacerdotalis districtio maturata percellat.*

* tulit

XXI. *Neque quisquam per interregna res Dei defraudare* * *nitatur: quia Dei potentia cunctorum regnorum terminum singulari dominatione concludit. Quod si præsumpserit: & ipsius offensam & prædicta damnationis periculum sustinebit. Competitoribus etiam hujusmodi frænum districtionis imponimus, qui facultates Ecclesiæ sub specie largitatis regiæ improba surreptione pervaserint.* Se-

* defensare

PAGIUS piscopatu amotus in Monasterium detrusus fuisset, illius exauctorationem Patres Synodi Parisiensis II. decreto confirmarunt, cui subscripsere Episcopi viginti sex. Ex illis complures in numerum Sanctorum relati, uti *Esychius* Viennensis, *Nicetius* Trevirensis, *Leontius* Burdigalensis, *Ferminus* Uceticus, *Leobinus* Carnotensis, *Agricola* Cabilonensis, *Tetricus* Lingonensis, & *Aregius* Nivernensis.

V. Concilium Parisiense. III.

Concilium vero *Parisiense III.* quod sine nota temporis legitur, pertinere videtur ad annum DLVII. Canonibus enim qui conditi sunt, subscripsit *Euphronius* Episcopus Turonensis, qui sub finem anni antecedentis sedere cœpit, ut in ejus morte videbimus, & posteriorem sexti Canonis partem Regio præcepto roboravit *Childebertus* Rex, qui anno DLVIII. vivere desiit. Ex quindecim Episcopis, qui huic Concilio subscripsere, Martyrologio Romano inscripti sunt

XXII. *Seru namque de his rebus pœnitudine commovemur, cum jam anteactis temporibus contra hujusmodi personas canonum suffulti præsidio se sacerdotes Domini erigere debuissent, ne mansuetudo indulgentia ad similia perpetranda improborum audaciam adhuc quotidie provocaret: sed nunc tarde, injuriarum mole depressi damnis quoque Dominicis compellentibus, excitamur. Quod si is qui res Dei competit, in aliisque ubi res agitur, maxime solet territoriis commorari, sacerdotem loci illius, ubi habitat, Episcopus ille hujusmodi pravitatis contemptus neglecta persona, litteris mox reddat instructum: tunc Antistes, ipsius fratris anxietate comperta, aut pervasorem admonitione corrigat, aut canonica districtione condemnet, &c.* Quæ nos superius alia occasione recitavimus. Et rursum inferius (a): *Perpetuo anathemate feriatur, qui res Ecclesiæ confiscare, aut conterere,* a Rege scilicet postulare, *aut pervadere periculosa infestatione præsumpserit.*

(a) Conc. eod. c.2.

XXIII. Sed & ne Clotarii Regis, qui (ut diximus) conjugis suæ defunctæ sororem uxorem duxerat, & aliorum incestuosorum Principum exemplo populus Francus solitus mores suorum dominorum imitari depravaretur; iidem sanctissimi Patres adversus incestuosa conjugia hæc statuerunt: (b) *Convenit etiam universis fratribus, ut non solum præsentium rerum actus, sed & animarum quoque debeant præparare remedia. Nullus ergo illicita conjugia contra præceptum Domini inire præsumat, id est, fratris relictam, nec novercam suam, relictamque patrui vel sororem uxoris suæ sibi audeat sociare, atque avunculi quoque quæ relicta est; neque uxoris suæ vel materteræ conjugio potiatur: pari etiam conditione a conjugio amitæ, privignæ, ac filiæ privignæ conjunctionibus præcipimus abstinere.* Hæc sancta Synodus malos excrescentes ex malis Regum exemplis vepres succidens. Sed & in Reges ipsos præsumentes contra canones, arrogantesque sibi jus præficiendi Ecclesiis pastoribus destitutis Episcopos, hæc statuere (c):

(b) Eod. Conc. c.4.

(c) Conc. Paris. 3. c.8.

XXIV. Adversus Reges Ecclesiis Episcopos dare præsumentes. *Quod in aliquibus rebus consuetudo prisca negligitur, ac decreta canonum violantur: placuit ut juxta antiquam consuetudinem canonum decreta serventur. Nullus civibus invitis ordinetur Episcopus, nisi quem populus & clericorum electio plenissima quæsierit voluntate: non Principis imperio, neque per quamlibet conditionem contra metropolis voluntatem, vel Episcoporum provincialium ingeratur. Quod si per ordinationem regiam honoris istius culmen pervadere aliquis nimia temeritate præsumpserit; a comprovincialibus loci ipsius Episcopis recipi nullatenus mereatur. Quem indebite ordinatum cognoscunt, si quis de provincialibus recipere contra interdicta præsumpserit, sit a fratribus omnibus segregatus, & ab ipsorum omnium charitate remotus, &c.* Sane quidem id a Regibus præsumptum hoc sæculo tum in Occidente, tum etiam in Oriente, ea quæ sunt dicta, & suo loco dicentur, fidem haud dubiam faciunt.

XXXV. Nihil Regi licere præter jus. Insuper vero cum iisdem temporibus inter sanctos Episcopos Gallicanos vigeret Ecclesiastica disciplina, contigit ut pravi homines a Rege impetrare conarentur, quod ab Episcopis scirent prohiberi: unde & fiebat, ut etiam præter bona, favore Regis, quam optarent peterent sibi conjugem. Cui temeritati Patres obviantes, ista etiam vetuere, hæc sancientes (d): *Nullus res alienas competere a regia audeat potestate: Nullus viduam, neque filiam alterius extra voluntatem parentum aut rapere præsumat, aut Regis beneficio æstimet postulandam: quod si fecerit, similiter ab Ecclesiæ communione remotus, anathematis damnatione plectatur.* Hæc & alia Patres, in omnibus regiam auctoritatem plus æquo sibi sumentem sacerdotali robore reprimentes.

(d) Conc. Paris. c.6.

XXVI. De secundo Parisiensi Concilio. Cum autem huic Concilio Parisiensi minime subscriptus reperiatur Saphoratus ejus civitatis Episcopus, quem interfuisse constat Concilio quinto Aurelianensi habito (ut vidimus) anno Domini quingentesimo quinquagesimosecundo: facile mihi persuadeo, posterius quod habetur Concilium Parisiense, in quo idem Saphoratus depositus legitur, ante præsentem Synodum celebratum esse, inversumque ordinem, ut quod prius fuit, dicatur posterius celebratum Concilium; hoc vero de quo est sermo, post illud fuisse habitum; ut & qui huic habetur Germanus subscriptus, ipse sit sanctissimus ille Dei sacerdos Germanus Parisiensis, quem Eusebio successisse post depositum Saphoratum Aimoinus tradit. Sane quidem eum Pa-

PAGIUS sunt *Prætextatus* Rotomagensis, *Euphronius* Turonensis, *Germanus* Parisiensis & *Samson* Dolensis. Præterea Burdigalenses *Leontium*, Nannetenses *Felicem*, & Carnotenses *Caletricum* venerantur.

VI. Ad hæc *Paternus* Martyrologio Romano ad diem XVI. mensis Aprilis inscriptus est, ibique *Abrincatensis Episcopus* dicitur. Sed incertum, an hic Paternus fuerit Episcopus Abricotensis, vel Veneticus in Provincia Armorica. In Actis enim SS. Bollandianis ad diem XV. mensis Aprilis refertur Vita Sancti *Paterni* Episc. Venetensis, a Joanne Tinnemuthensi in Sanctilogio Britanniæ scripta, & ad diem XVI. ejusdem mensis Vita Sancti Paterni Episcopi Abrincensis, a Fortunato Episcopo elucubrata; & in priori di-

*De duplici S. Paterno in Galliis Episcopo.*

Parisiense Concilium illud secundum dictum (ut ex ipso patet) paulo post quintum Aurelianense Concilium habitum affirmetur, æque ratio persuadet ante præsentem Synodum esse collectum.

XXVII. De S. Germano Episcopo Parisiensi.

XXVII. Quod vero pertinet ad sanctum Germanum: ipsum ex Abbate monasterii S. Simphoriani sanctitate vitæ, dignis moribus, & miraculorum editione præstantem, præcedentibus prophetiis, vocatum ad regimen Parisiensis Ecclesiæ, Fortunatus Pictaviensis (a) Episcopus tradit, qui res ab eo præclare atque mirifice gestas enarrat. Sed & Venantius Fortunatus, quanta sub eodem sancto Germano polleret Ecclesiastica disciplina Parisiensis Ecclesia, eleganti cecinit carmine ad Parisiacum clerum inscripto, in cujus fine (b):

(a) Extat apud Sur. die 28. Maii.

(b) Fortunat. carm. l. 2.

*Sub duce Germano felix exercitus hic est.*
*Moyses tende manus, & tua castra juva.*

Cuncta plane docuerunt, maximo Dei beneficio his calamitosis temporibus evectum esse in sedem Pontificiam tantum Antistitem, cujus virtutum fulgore non Galliæ solum, sed universus orbis Occidentalis illustraretur, proficerentque omnes tanti viri monitis & exemplis. Inter alios autem quantum sub eodem Antistite Childebertus Rex Francorum pietate enituerit, plura sunt exempla & egregia monumenta, atque in primis basilica, quam S. Vincentio, ipso Germano hortante, construxit, de qua suo loco dicturi sumus.

Childebertus Rex valde profecit sub S. Germano.

XXVIII. De eleemosynarum vero copiosa largitione Fortunatus Pictaviensis Episcopus in rebus gestis ejusdem sancti Germani hæc habet his verbis: *Quæ* (inquit) *eleemosynæ tam de rebus Ecclesiæ, quam populi oblatione, vel regio munere per manus ejus sanctificata sint, solus ille qui omnia fecit, novit, & numerat. Denique quadam vice præexcellentissimus Childebertus Rex cum ei direxisset sex millia solidorum pauperibus eroganda; expendens tria millia, revertitur ad Palatium. Interrogatusque a Rege si adhuc resideret quod egenis tribueret; respondit, medietatem resedisse, nec invenisse se inopes, quibus mox totum expenderet. Erat ergo spectanda contentio inter sacerdotem & Principem: faciebant apud se de misericordia pugnam, & de pietate certamen.* Hæc Fortunatus de Childeberti Regis sub sancto Germano erga pauperes amore atque munificentia: ut plane illud fuerit certo experimento cognitum, ubi sacerdotes Sancti digne numeros explent suos, Reges sponte se illis suaque bona subiicere, secundum vulgatum illud Machabæorum. (c) *Propter Oniæ Pontificis pietatem & animos odio habentes mala, fiebat, ut & ipsi Reges & Principes locum summo honore dignum ducerent, & templum maximis honoribus illustrarent.* At de sancto Germano plura inferius: nunc rursus ad sanctum Euphronium Episcopum Turonensem, de quo dicere cœpimus ipso exordio narrationis Concilii Parisiensis recurrat oratio.

(c) Mach. 3.

XXIX. Euphronii tempore grandia a S. Martino miracula edita.

Extant ad hunc ipsum duæ epistolæ Venantii Fortunati, necnon carmen quo eum mirifice laudat, dignumque sancti Martini prædicat successorem, cum ejus tempore amplioribus miraculis ejusdem sancti cineres coruscarent. Prædicat idem Fortunatus ejusdem sancti viri inter alia erga pauperes mirificam charitatem istis versibus (d):

(d) Fortun. lib. 3.

*Advena si veniat, patriam tu reddis amatam,*
*Et per te proprias hic habet hospes opes.*
*Si quis iniqua gemit, tristis hinc nemo recedit:*
*Sed lacrymas removens, lætificare facis.*
*Martinus meritis hac vos in sede locavit:*
*Dignus erat hæres qui sua jussa colis.*
*Ille tenet cœlum, larga dans omnia vota e*
*Christo junctus erit hunc imitando virum.* &c.

XXX. At (ut paululum a Synodi Actis divertamus) quæ hoc ipso tempore, cum sederet Euphronius, & bella vigerent Clotarii adversus Chramnum filium suum, miranda fieri contigerunt virtute sancti Martini, rogante eodem Euphronio Episcopo, memoratu digna, accipe a Gregorio ejusdem Ecclesiæ Antistite successore, dum ait (e):

(e) Greg. Turon. de mirac. S. Martin. lib. 1. c. 23.

*Dignum existimavi & illud non omittere in relatu, quod Viliatharis presbytero referente audivi. Tempore quo propter perfidiam Chramnus iram Clotarii Regis incurrerat, in basilicam S. Martini confugit, atque ibidem in catenis positus*

Chramnus liberatus a vinculis.

PAGIUS dicitur, Paternum Venetensem Epis. *XVII. Kal. Maii*, seu die XV. mensis Aprilis in Domino obdormisse. In secunda dies emortualis Paterni Abrincensis non exprimitur, sed in aliquibus Martyrologiis diei XV. in aliis diei XVI. mensis Aprilis inscriptus reperitur, & uterque post annum circiter DLX. animam Deo reddidit. De *Paterno Episcopo* Abricatensi egimus anno DXIV. Baronius num. XXXII. refert Poema Fortunati Episcopi Pictaviensis, Auctoris Vitæ Sancti Paterni Episc. Abrincensis, sed cum Fortunatus, qui Poemata sua in Gallia scripsit, illuc tantum circa annum DLXII. adventarit, ut infra dicetur, & illud inscriptum sit *Paterno*

*ſitas cuſtodiebatur: ſed virtute Beati Martini Præſulis comminutæ catenæ ſtare non potuerunt. Neſcio autem quomodo imminente negligentia, foris atrium comprehenſus eſt: quem oneratum ferro, vinctis poſt terga manibus, ducebant ad Regem. At ille voce magna clamare cœpit: ut ſibi beatus Martinus miſereretur, orare; nec eum fineret abire captivum, cujus devotus expetierat templum. Statimque in ejus vocibus, orante beato Euphronio Epiſcopo de muro civitatis contra baſilicam, diſſolutæ ſunt manus ejus, & omnes bacca catenarum coafractæ ceciderunt. Perductus autem uſque ad Regem, ibi iterum in compedibus & catenis conſtrictus retinebatur: ſed invocato nomine ſæpe dicti patroni, ita omne ferrum ſuper eum comminutum eſt, ut putares. illud fuiſſe quaſi figlinum. Hoc tantum erat in ſpectis, ut non ſolveretur a vinculo, quoadusque nomen illud ſacratiſſimum invocaſſet: invocato autem, omnia ſolvebantur. Tunc Rex altioris ingenii videns virtutes S. Martini ibidem operari, & ab onere vinculorum abſolvit eum & priſtinæ reſtituit libertati. Hæc ab ipſius Viliatharii presbyteri ore coram multis teſtibus facta eſſe cognovi.* Iſta Gregorius. Porro quomodo tot tantiſque donis abuſus, adverſus patrem iterum rebellans, meritas impius pœnas dedit, inferius ſuo loco dicemus.

XXXI. Redeamus modo ad ſanctos Epiſcopos prioris ordine poſiti Concilii Pariſienſis. Interfuiſſe eidem quoque reperitur S. Prætextatus Rothomagenſis Antiſtes nobilior poſtea redditus corona martyrii, de quo ſuo loco pluribus agendum erit. Qui vero ſubſcriptus Chalactericus nominatur, ſcias hunc fuiſſe Epiſcopum Carnotenſem ſanctitate clarum, ſed injuria temporis obſcurum redditum: de quo unicum quod extat monumentum hic deſcribendum putamus, ut quoquo modo eumdem vindicemus in lucem. Venantius enim Fortunatus (a) ejus ſepulcro hujuſmodi inſcripſit epitaphium hoc titulo prænotatum:

(a) Fortunat. carm. l. 4.

Epitaphium Chalacterici Epiſcopi civitatis Carnotenſis.

*Illacrymant oculi, quatiuntur viſcera fletu,*
*Nec tremuli digiti ſcribere dura valent:*
*Dum modo quæ nolui vivo, dabo verba ſepulto,*
*Carmine vel dulci cogor amara loqui.*
*Digne tuis meritis, Chalacterice ſacerdos,*
*Tarde notus nobis, quam cito, chare, fugis.*
*Tu patriam repetis, nos triſte ſub urbe relinquis:*
*Te tenet aula nitens, nos tenebroſa dies.*
*Ecce ſub hoc tumulo pietatis membra quieſcunt:*
*Dulcior in tumulo * lingua ſepulta jacet.* * & molle.
*Forma venuſta decens, animus ſine fine benignus,*
*Vox ſuavis legem præmeditata Dei.*
*Spes cleri, tutor viduarum, panis egentum,*
*Cura propinquorum, promptus * ad omne bonum.* * totus.
*Organa pſalterii cecinit modulamine dulci,*
*Et tetigit laudans plectra beata Dei,*
*Caute re eloquii bene purgans vulnera morbi:*
*Quo paſcente fuit fida medela gregi.*
*Sex qui luſtra gerens, octo bonus inſuper annos,*
*Ereptus terra juſtus ad aſtra redis.*
*Ad paradiſiacas epulas te cive reducto:*
*Unde gemit mundus, gaudet honore polus.*
*Et quia non dubito quanta eſt tibi gloria laudum,*
*Non debes fieri talis, amice Dei.*
*Hæc qui, ſancte Pater, pro magnis parva ſuſurro:*
*Pro Fortunato, quæſo, precare tuo.*

Hactenus vetus memoria Chalacterici: ſed agamus de reliquis.

Interfuit pariter eidem Concilio fama ille inſignis, decus Aquitaniæ, Leontius Epiſcopus Burdegalenſis, de quo plura dicenda nobis erunt inferius, cum agemus de Concilio Santonenſi ab ipſo collecto: porro idem interfuiſſe reperitur quarto Aurelianenſi Concilio. Præter alios vero nobis incompertos, qui penultimo ponitur loco Paternus, ſanctitate conſpicuus extitit Epiſcopus Abrigenſis, quem etiam Catholica Eccleſia aſcriptum tabulis Eccleſiaſticis annua memoria celebrat decimoſexta die Aprilis. Extat ad eumdem epigramma Venantii Fortunati his verſibus (b). XXXII.

(b) Fortunat. carm. l. 9.

*Nominis auſpicio fulgent tua facta, Paterne,*
*Munere qui proprio te facis eſſe patrem.*
*Servitii noſtri non immemor omnia preſtas,*
*Et tibi de votis das pia vota libens.*
*Ut bona diſtribuas modo qui tam promptus haberis,* Un-

PAGIUS *cerno Abbati*, incertam de quo Paterno Fortunatus intelligendus ſit, præſertim cum alterque pluribus ante currentem annis Abbatis munus geſſerit.

Ad

*Unde magis præstes, amplificentur opes.*

Quodnam esset servitium, quod Paterno Impertiit Fortunatus, idem alio declarat epigrammate versibus istis.

*Paruimus tandem jussis, venerande sacerdos:*
*Nominis officium jure, Paterne, regis.*
*Qui propriis meritis ornans altaria Christi,*
*Tam prece quam voto das placitura Deo.*
*Supplico, cede tamen, si quid me forte fefellit:*
*Nam solet iste meas error habere manus.*
*Obtineat supplex modo pagina missa salutem:*
*Hac quoque cum reliquis me memorare velis.*

Hæc Fortunatus ad Paternum tunc adhuc Abbatem, ut ejusdem epigrammatis inscriptio habet. Extant res ab eo præclare gestæ (a).

(a) *Sur. die 26. April. t. 2.*

XXXIII. Qui vero ultimo loco ponitur Samson Episcopus, idem claruit in Minori Britannia sanctus Dei sacerdos, cujus perpetua viget memoria in Ecclesia, quæ ejus natalem diem celebrat vigesimaoctava Julii. Sunt & alii nobis haud scriptorum monumentis satis noti: porro omnes quindecim numerantur; statueruntque canones novem tantum numero, sed virtute pollentes, quibus Regum eorumque ministrorum atque aliorum sibi nimium sumentium temeritatem represserunt: ex quibus non solum ii qui illa vixere temporibus, sed & Novatores nostri temporis exagitentur.

*Ann. Eccl. Tom. X.*

XXXIV. Non prætereat, quod Episcopi qui huic S. Synodo interfuisse reperiuntur, Euphronius, Prætextatus, Germanus, Felix, Domitianus, ibidem nominati, & præter eos duo alii Victorius & Domnolus, alter Redonensis, Cenomanensis alter sanctitate clarissimi, inscripti reperiuntur in epistola ab iisdem data ad S. Radegundem Reginam de servanda Institutione monastica, quam miro ardore animi susceperat, & cum regiis aliisque nobilissimis virginibus Pictavi excolebat. Quod enim ex horum diœcesibus ad dictum monasterium Deo dicandæ virgines convolassent: ne aliqua ex illis post promissionem Deo factam ad propria redire posset, vel nubere, iidem sanctissimi Patres ejusmodi scripsere epistolam ad sanctissimam Reginam, quæ sic se habet (b):

(b) *Recitata habetur a Greg. l. 9. c. 39.*

*Dominæ beatissimæ & in Christo Ecclesiæ filiæ Radegundi Euphronius, Prætextatus, Germanus Felix, Domitianus, Victorius, & Domnolus Episcopi.*

XXXV. *Euphronii & aliorum Episc. Epist. ad Radegundem Reginam de instit. monast.* *Sollicita sunt jugiter circa genus humanum immensa Divinitatis provisa remedia, nec ab assiduitate beneficiorum suorum quocumque loco vel tempore videntur aliquando sejuncta, cum pius rerum arbiter tales in hæreditate cultura Ecclesiasticæ personas ubique disseminat, quibus agrum ejus intenta operatione fidei rastro colentibus ad felicem centeni numeri reditum divina temperie Christi seges valeat pervenire. Tantum igitur benignitatis ejus se passim dispensatio profutura diffundit; ut illud nusquam deneget, quod prodesse multis agnoscit: quarum personarum exemplo sanctissimo, cum ju-*



PAGIUS VII. *Floret S. Samson primus Episc. Dolensis.* Ad num. XXXIII. Vita *Sancti Samsonis* primi Episcopi Dolensis in Armorica scripta fuit ab Auctore Anonymo subæquali, & eam Mabillonius Sæculo I. Benedictino publicavit. Natus est in Cambria seu Wallia, & jam Episcopus consecratus in Armoricam transiit, ubi Vitam Monasticam, cui antea addictus fuerat profiteri non destitit, & Monasterium condidit proprio vocabulo *Dolum* nuncupatum. Agente *Childeberto Rege* hujus nominis primo Dolensis Episcopus renunciatus multa Monasteria per totam pene Armoricam fundavit. Cum vero Concilio III. Parisiensi anno DLVII. celebrato subscripserit, nec interfuerit Concilio Turonensi II. quod anno DLXVII. habitum, intra illud temporis spatium, die incerto, ad Deum migravit. Tabulis Ecclesiasticis ad diem XXVIII. mensis Julii inscriptus est. Præter Anonymum laudatum de ejus virtutibus mentionem facit Auctor Vitæ Sancti *Maglorii* in Episcopatu Dolensi successoris, ejusque consanguinei. Usserius in Annal. Hiberniæ mortem ejus differt in annum DXCIX. sed eum hallucinatum non dubito.

VIII. *Decretum Concilii Turonensis II. in favorem Sanctæ Radegundis.* Ad num. XXXIV. & seqq. Decretum Episcoporum quod suscepta *Beatæ Radegundis* Epistola, cujus initium est, *sollicita sunt jugiter*, & cætera a Baronio recitata, datum ab illis fuit eodem anno, quo *Radegundis* Epistolam ad eos scripsit, (quam Baronius exhibet an. DXC. num. XXIX. & seqq. & quidem in Concilio Turonensi II. anno DLXVII. celebrato; enim, ut observavit Sirmondus in Notis ad illud Concilium, data sit ad Episcopos illos ipsos; (quod ex illorum Rescripto patet) qui Concilio Turonensi adfuerunt, indeque verisimile sit, tum ad eos missam, cum una essent in eo Concilio congregati. Turonensis lib. 9. cap. 40. varia negotia narrat, quæ *Sigeberto* Pictavii post *Charibertum* regnante, & *Maroveo* Pictaviensem Episcopatum regente, gesta sunt, indeque liquet, *Charibertum Regem* ultra annum DLXVII. vitam non produxisse. Episcoporum Decreto, permittitur Monachis Pictaviensibus servare Regulam, quam *Sanctus Cæsarius* Arelatensis quondam Antistes Monialibus a se Arelatis institutis præscripserat; quod ipsa per Epistolam suam ab Episcopis petierat. Vide quæ diximus anno DXC. num. VIII.

IX. Absolvitur hoc anno *Cyclus* Paschalis *Victorii* Aquitani DXXXII. annorum, ab anno Æræ Christianæ vicesimo octavo, quo is Christum passum existimavit, inchoatus, unoque sequenti eadem Periodus repetita, numeratusque an-

*judicaturus advenerit, habeat in pluribus quod coronet.*

XXXVI. *Itaque cum ipsa Catholicæ religionis exortu cœpissent Gallicanis in finibus veneranda fidei primordia respirare, & adhuc ad paucorum notitiam tunc ineffabilia pervenissent Trinitatis Dominicæ sacramenta* (cum videlicet tempore Constantii in Galliis Ariana hæresis sub Saturnino Arelatensi Episcopo grassabatur) *ne quid hic minus acquireret, quam in Orbis circulo prædicantibus Apostolis obtineret; beatum Martinum peregrina de stirpe ad illuminationem patriæ dignatus est dirigere, misericordia consulente; qui licet Apostolorum tempore non fuerit, tamen Apostolicam gratiam non effugit: nam quod defuit in ordine, suppletum est in mercede: quoniam sequens gradus illi nihil subtrahit, qui meritis antecellit. Hujus quoque, reverentissima filia, in vobis congratulamur, rediviva surgere superna delectionis exempla propitiatione divina; nam declinante tempore sæculi vetustate, vestri sensus certamine fides revirescit in flore; & quod veterno tepuerat algore senectæ, tandem ferventis animi rursus incalescat ardore.*

XXXVII. *Sed cum pene eadem veneritis ex parte quo beatum Martinum huc didicimus accessisse; non est mirum, si illum imitari videaris in opere, quem tibi ducem credimus itineris extitisse: ut cujus es secuta vestigia, felici voto compleas & exempla, & beatissimum virum in tantum tibi facias esse socium, in quantum partem refugis habere de mundo. Cujus opinionis radio præmicante, ita redduntur audientium pectora cælesti fulgore suffusa, ut passim provocati puellarum animi, divini ignis scintilla succensi, raptim festinent avide in charitate Christi fonte vestri pectoris irrigari, & relictis parentibus, te sibi magis eligant, quam matrem. Facit hoc gratia, non natura.*

XXXVIII. *Igitur hujus studii vota videntes, gratias clementiæ supernæ referimus qui voluntates hominum sua facit voluntati connecti: quoniam confidimus, quas apud vos jubet colligi, suo vult amplexu servari. Et quia quasdam comperimus, Divinitate propitia, de nostris territoriis ad institutionem vestræ regulæ desiderabiliter convolasse: inspicientes etiam vestræ petitionis epistulam libenter a nobis exceptam, hoc Christo auctore & remediatore firmamus: ut licet omnes æqualiter quæ ibi conveniunt in Domini charitate mansuræ, debeant inviolabiliter custodire quod videntur libentissimo animo suscepisse: quoniam contaminari non debet Christo fides, cælo teste, promissa; ubi non leve scelus est templum Dei (quod absit) pollui, ut ab eo possit ira succedente disperdi; tamen specialiter definimus, si qua (sicut dictum est) de locis sacerdotaliter nostræ gubernationi, Domino providente, commissis in Pictava civitate vestro monasterio meruerit sociari, secundum beatæ memoriæ domini Cæsarii Arelatensis Episcopi constituta, nulli sit ulterius discedendi licentia: quæ, sicut continet regula, voluntate propria videtur ingressa; ne unius turpi dedecore ducatur in crimen, quod apud omnes micat in honore.*

XXXIX. *Et ideo si (quod Deus avertat) aliqua insanæ mentis illicitatione succensa ad tanti opprobrii maculam suam præcipitare voluerit disciplinam, gloriam, & coronam, ut, inimici consilio sicut Eva ejecta de paradiso, per qualemcumque de claustris ipsius monasterii, immo de cæli regno exire*

PAGIUS. *Facit Prima Periodi Victorianæ.* ... nus primus secundæ Periodi Victorianæ. Ea tamen jam senescente *Victor* Capuanus Episcopus cum suis, *Dionysius* Exiguus, omnes Itali, aliique nonnulli Ægyptiam Paschalis rationem Latinæ postea prætulere, tandemque *Carolus Magnus* Imperator potentia & auctoritate sua *Victorii* Canonem ægre admodum a paucis Gallorum usurpatum, uniformitatis & concordiæ studio antiquavit.

X. *Floret S. Sira in Perside.* Hoc anno *Sancta Sira* Virgo Seleuciæ, quæ Mesopotamiæ ad Tigrim fluvium notissima Urbs est, nata, in Perside Martyrio coronata est. Refertur ejus Vita a Papebrocio ad diem XVIII. mensis Maii, ab Auctore coævo Græce scripta, ex qua discimus, sanctam Virginem patrem habuisse scientia magica insignem, qui multo tempore Imperium judiciale exercuerat. Agathias enim, qui hoc tempore vivebat, lib. 2. pag. 65. de præsenti tunc Persidis statu loquens, ait: *Nunc Magi omnes in summo apud eos sunt honore ac veneratione, publicaque omnia eorum consiliis prædictionibusque administrantur, & unicuique privatim quæ ad dicam causamque suam pertinent intentanti: præsunt Magi, qui cognoscunt quid agatur, & arbitrium suum anteponunt; neque quicquam omnino Persis videtur legitimum esse & æquum, quod non a Mago confirmatum stabilitumque fuerit.* Sira postquam perfectam magicæ artis nefandorumque Sacrorum cognitionem nacta est, comparatione Christianorum inter, & Gentilium ritus instituta, e portentosa horum nugacitate discessit, & variis visionibus corroborata palam se Christianam professa est, spretis suorum suasionibus ac minis, præsertimque patris, a quo ad principem Magorum ducta est, ut rationem redderet mutatæ religionis.

XI. *S. Sira martyrio coronatur.* At cum ad patrios ritus redire noluisset, in domum patris remissa, variis modis afflicta est. Postea a Præfecto quodam conjecta in carcerem manibus pedibusque vincta, & cum non frangeretur, fessi pondere ipsi imposito in puteum immissa est, ubi postquam dies quindecim exstiterat magnum populi murmur factum, *idque maxime propter siccitatem, quæ per id tempus facta erat. Ipso die quo e fovea educta est, ingens pluvia decidit, & terram sitibundam saturavit. Cum non exiguum temporis spatium Sancta Sira transegisset in carcere, & Legatus Romanorum reditum in suam pararet regionem,* timentes Magi ne vinculis solveretur, miserunt illam ad Chosroen Regem, tandemque coram At-

*re pertulerit: mergenda, & conculcanda vili platearum in luto, separata a communione nostra, diri anathematis vulnere feriatur. Ita ut, si fortassis, Christo relicto, homini voluerit nubere, diabolo captivante: non solum ipsa quæ refugit, sed etiam ille qui ei conjunctus est, turpis adulter & potius sacrilegus quam maritus; vel quisquis ut hoc fieret, venenum magis quam consilium ministravit, simili ultione, sicut de illa dictum est, cælesti judicio, nobis optantibus, percellatur: donec separatione facta, per competentem execrandi criminis pænitentiam a loco quo egressa fuerat, recipi meruerit & annecti.*

XI. *Adjicientes etiam, ut eorum qui nobis quandoque successuri sunt sacerdotes, singulis condemnationis teneantur adstrictæ ratu: & si (quod non credimus) aliquid ipsi voluerint aliter, quam nostra deliberatio continet, relaxare: noverint se nobiscum æterno Judice definiente causaturos: quia communis est salutis instructio, si quod Christo promittitur, inviolabiliter observetur. Quod nostræ determinationis decretum, pro firmitatis intuitu, propriæ manus subscriptione credimus roborandum, perpetualiter a nobis * Christo auspice durraturum.* Hactenus sanctissimorum Patrum epistola, sive de dicatis Deo virginibus sacerdotale decretum: quibus admoneantur nostri sæculi Novatores & ipsi ex monachi, & Deo dicatas virgines ex monasteriis abducentes. Quis adeo mentis obtusæ non statim intelligat, quam perfidi isti sint, qui contrarie statuant sanctissimis illis Deo dignis Episcopis, qui innumeris eluxere miraculis, & virtutibus omnis generis effulsere decori [illegible]? At de his satis. * in annos



PAGIUS Archimago vestibus nudata, morti adjudicata est non gladio percutienda, sed reste suffocanda; quod certamen gloriose confecit *duo trigesima die mensis Peritii, secundum Græcos anno octingentesimo septuagesimo post Alexandrum Macedonum Regem*, inquit Auctor Anonymus Vitæ ejus qui jam dixerat, Martyrium illud contigisse *vigesimo octavo Regis Persarum Chosroæ*, ideoque die vicesima octava mensis Februarii currentis Christi anni, non vero præcedentis, ut perperam numerat Papebrocius citatus; annus enim ille Epochæ Rumææ, idest Græcæ, seu Seleucidarum inchoatur Kalendis Octobris anni Periodi Græco-Romanæ 5184. & mensis *Peritius* Februario nostro respondet. Hæc Epocha, quæ hoc sæculo ab Arabibus, Chaldæis, & Persis usurpabatur, Solaris est, & ejus anni semper a die prima mensis Octobris, seu Tesheia, inchoantur. Legendus Ulug-Beigus Indiæ citra extraque Gangem Princeps in Tractatu *de Epochis celebrioribus, Astronomis, Historicis, & Chronologis usitatis*, ubi Epocham *Rumææ* seu *Seleucidarum* docte explicat. Diu *Sira* in carcere detenta fuit, ut ex Auctore ejus Vitæ cum Theophane collato intelligitur. Hic enim scribit Legatum Persarum, ad pacem tractandam Constantinopolim missum, ibidem fuisse mense Maio anni Christi DLVI. ut eo anno vidimus, additque, *Julii mensis die XIII. hebdomadæ quinta* imbrem ita copiosum fuisse, *ut imbris inopia laborans terra, aquis plane exsaturata fuerit*, ideoque & eo mense an. DLVI. *Sira* e lacu, in quem conjecta fuerat, educta. Cognata fuit Sanctæ *Golinduchæ*, quæ etiam Martyrium in Perside passa est, regnante Chosroe Juniori, ut anno DXCIV. videbimus.

| JESU CHRISTI ANNUS 560. | JOANNIS PAP. ANNUS 1. | JUSTINIANI IMP. ANNUS 34. |
| --- | --- | --- |

I. Sexagesimus supra quingentesimum Domini annus inchoatur, post Basilii Consulatum decimusnonus, idem Imperatoris trigesimusquartus, Constantinopolitanis valde lugubris. Etenim (a) ægrotans idem Imperator cum vulgo mortuus jactaretur, quasi in interregno quibusque quod vellent agendi licentiam sibi fumentibus, ingentia plane perpetrata sunt scelera, quæ in urbis direptione ab hostibus fieri consueverunt; inter alia vero ergasteria mercatorum sunt expilata. Si enim vivente adhuc Principe, Prasinorum factioni talia impune agendi videbatur facultas esse concessa: quid putandum post renunciatam Imperatoris mortem non esse præsumptum sive ab ipsis, sive potius a contraria factione Imperatoris potentia diu compressa, luctuosaque passa? Sed quomodo idem Imperator ex insperato ope sanctorum martyrum convaluerit, cum omnes referant; nos ex ipso fonte, nempe Procopio, eam petamus historiam: Ait enim (b):

(a) *Misc. & Cedren. Annal. hoc anno.* Constantinopolis direptio.

(b) *Proc. de ædific. Justin. Imp. l. 1. c.*

II. Inventio reliquiarum Sanctorum martyrum.

*Juxta orificium Sinus Irenes martyris templum fundatum est tanta magnificentia, ut satis enarrare non possim. Hic asservantur ex antiquo reliquiæ sanctorum virorum non minus quam quatuor, qui in Romano exercitu æra merentes, militabant in duodecima legione apud Melitenem urbem Armeniæ olim collocata. Etenim latomi, effossa humo, invenerunt arculam litteris indicantem, esse scilicet reliquias horum virorum. Quod Deus latere voluit, donec manifestari congruum foret. Quippe Justinianus corpore erat male affectus; vehemens enim fluxus in genua delapsus virum dolore confecit.* Quanam ex causa id acciderit, cum idem referat, nos alia occasione superius enarravimus: atque mox subdit: *Hinc igitur morbus succrescens, medicorum operam evicit. Interim audiens inventas esse reliquias, relicta ope humana, ad has fidem convertit, & vera opinione in iis quæ maxime necessaria erant usus est. Postquam enim lucem reliquiarum sacerdotes genibus Regis imposuerunt, evanuit dolor, corporibus quæ Deo servierunt, cedens. Quod profecto Deus nolens esse dubium, magnum signum ostendit eorum quæ dicta erant. Nam ex sanctis illis reliquiis subito oleum manavit, & arculam perfundens, pedes & totam purpuream vestem Regis imbuit & humectavit. Quamobrem vestis hoc modo humectata asservatur in regiis receptaculis, in eorum quæ tunc facta sunt testimonium.* Hæc Procopius.

At non semel tantum sanctorum martyrum beneficio curatum esse Justinianum ab ægritudine, & e mortis faucibus ereptum atque renovatum ad vitam, constat: nam quæ sunt relata, num hoc anno acciderint, vel potius quæ idem auctor his præmisit, quisque pro animi sententia judicabit. Porro rem gestam idem Procopius ita narrat. Etenim quod expertus est modo remedium ex quatuor sanctorum martyrum reliquiis, alias ope sanctorum martyrum Cosmæ & Damiani factum itidem refert his verbis (c): *Circa Sinus terminum in arduo satis & edito loco sanctis Cosmæ & Damiano olim templum dedicatum est: ubi Justinianum graviter ægrotantem, & jam morituri speciem præbentem, nempe a medicis desperatum, & inter cadavera jacentem, isti Sancti per somnum & visum apparentes curaverunt. Cujus beneficii memor, pristinam structuram permutans impolitam, plane & indignam tantis cælitibus elegantia, magnitudine, & fulgore luminis templum illustravit.* Hæc ipse. III.

(c) *Proc. de ædific. Justin. Imp. l. 1. c.*

Non

---

PAGIUS SÆC. VI. Anno Eræ Hispan. DXCVIII. A. C. 560.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6053.

☉ 9. DC. ☽ 10. P. 28. Mart. Indict. 8.

JESU CHRISTI 560.

JOANNIS III. PAPÆ 1.

JUSTINIANI IMP. 34.

I. Post consulatus.

Hic annos ista formula notatur: *Post Consulatum Basilii V. C. XIX.* vel secundum aliquos, *post Consulatum Basilii V. C. anno XX.*

II. A num. I. ad VI. Theophanes anno Incarnat. secundum Alexandrinos DLIII. Kalendis Septemb. hujus Christi anni inchoato, ait: *Hoc anno mensis Septembris die nono, hebdomadis quinta, Indictione nona, Imperatorem obiisse per Constantinop. rumor sparsus est. E Thracia quippe in Urbem redux conspicuum nemini se fecerat,* &c. Integra demum valetudo Justiniano reddita est Sanctorum Cosmæ & Damiani ope, ut tradit Procopius lib. 1. de Ædificiis cap. 6. qui & scribit, Imperatorem, in gratitudinis argumentum, Templum iis Sacrum, quod ad extremum sinum freti *jam olim* excitatum fuerat, in aliam redactum formam, majorique nitore, pulchritudine, magnitudine, ac denique luminis copia longe illustrius reddidisse. Primus illud excitaverat *Paulinus* Magister sub Theodosio Juniore notissimus ob pomum ab Eudocia hujus uxore datum, quod illi tandem ultimum exitium conciliavit. Quare recte *in prædiis Paulini* situm ejus assignant Zonaras & Curopalates pag. 502. De eo Templo legendus Ducangius lib. 4. Constantinopolis Christianæ paragrapho 25.

*Justinianus SS. Cosmæ & Damiani Templum illustrius reddit.*

Ad

IV. Miracula ex Sanctorum Reliquiis.

Non id recens, seu-ive experimento declaratum est, Sanctorum reliquias Dei ope edidisse miracula: ab exordio enim nascentis Ecclesiæ, veluti e fonte perenni copiose fluente, rivosque curationum in omnes Orbis partes emittente, Sanctorum reliquias id præstitisse, quæ superius singulis ferme annis sunt dicta, perspicua luce demonstrant. Sicut etiam pariter ostensum est, ubique locorum cultum sacrarum imaginum semper in Ecclesia catholica viguisse, de quo hoc pariter anno haud vulgare exemplum Annales continent: hoc enim anno id accidisse, Sigebertus est auctor, quod narrat his verbis: *Hoc tempore Judæus quidam imaginem Salvatoris de Ecclesia furtim deponens, eam telo transfixit, & eamclam in domum suam deferens, cum vellet flammis exurere, se sanguine imaginis cruentatum videns, præ stupore eam abscondit. Quam Christiani requirentes, & per vestigia sanguinis invenientes, eam sanguinolentam receperunt, Judæum vero lapidaverunt.* Hæc ipse.

V. Impostura de libro recondito.

Quod vero de Judæis mentio facta est; non prætermittimus dicere ejusdem Justiniani Imperatoris tempore tradi, a Theodosio Judæo proditum librum apud Hebræos reconditum de Christi in templo sacerdotii functione, deque Dei genitricis virginitatis a sacerdotibus Judæorum facta per obstetrices exploratione. Narratur ejusmodi apud Suidam historia; eademque a diversis aliis auctoribus recentioribus repetita; quam ut commentum nos respuisse memores sumus tomo Annalium primo.

VI. Theodomirus Rex Suevorum redditus Catholicus.

Quod ad res Occidentalis Ecclesiæ pertinet, ultimos adeamus Hispaniarum fines Oceano contiguos, ipsam inquam Galliciæ provinciam, ubi regnantes hactenus Suevi Reges iidemque impii post Alaxam apostatam haud modicam Catholicæ Ecclesiæ damnum intulere usque ad præsentem annum, quo regnare cœpit Theodomirus, tenuitque regnum annos decem, secundum exactam doctissimi viri Moralis pervestigationem, cui haud invici subscribimus. Quod autem hic ipse in Concilio priori Bracharensi Ariamirus dictus inveniatur, error illapsus putatur. Commune fuisse reperitur tam patri quam filio, ut Miro uterque nominaretur: sed pater Theodo, Aria filio prænomen fuisse cognoscitur; licet apud Gregorium Turonensem idem qui Theodomirus, Chararicus etiam nuncupatus inveniatur: eumdem tamen esse cum ipso Mironis parente, ex eodem auctore probatur. Sed quanam occasione ejusdem Regis conversio ad rectam fidem contigerit, hic ex ipso Gregorio res tunc temporis scribente depromimus, qui ait (a):

*Chararici cujusdam Regis Gallicia filius graviter ægrotabat: qui tale tædium incurrerat, ut solo spiritu palpitaret. Pater autem ejus fœtidæ se illi Arianæ sectæ una cum incolis loci illius subdiderat. Sed & regio illa plus solito, quam alia provinciæ, lepra sordebat. Cumque Rex videret urgeri filium in extremis, dicit suis: Martinus ille, quem in Galliis dicunt multis virtutibus effulgere, cujus, quæso, religionis fuerit, enarrate. Cui ajunt: Catholicæ fidei populum pastorale cura in corpore positus gubernavit, asserens, Filium cum Patre & Spiritu sancto æquali substantia vel omnipotentia venerari debere. Sed & nunc cæli sede locatus, assiduis beneficiis non cessat plebi propriæ providere. Qui ait: Si hæc vera sunt quæ profertis: discurrant usque ad ejus templum fideles amici mei, multa munera deportantes: & si obtinuerint mei filii medicinam, inquisita fide Catholica, quam ille credidit, credam. Pensato ergo auro argentoque ad filii pondus, transmisit ad venerabilem locum sepulcri.* VII.

*Qui profecti, oblatis muneribus, oraverunt ad beati tumulum pro ægroto. Sed insidente adhuc in patris ejus pectore secta, non continuo integram recipere meruit medicinam. Reversi autem nuncii narraverunt Regi, se multas virtutes ad beati tumulum vidisse, dicentes: Cur non sanatus fuerit filius tuus, ignoramus. At ille intelligens, non ante sanari posse fi-* VIII.

le-

(a) Greg. Turon. mirac. S. Martin. l. 1. cap. 11.

PAGIUS III. *Theodomirus Suevorum Rex fidem Catholicam amplectitur.*

Ad num. VI. & seqq. Anno CDLXV. *Remismundus* Suevorum in Hispania Rex deceptus ab *Ajace* Arianus effectus est, & totam gentem Suevorum lethali hac labe infecit. Hinc factum, ut successorum Remismundi nomina ab Historicis memorata non fuerint. Duos tamen ultimos Arianos Suevorum Reges fuisse *Hermenericum* & *Riciliianum*, discimus ex Actis Sanctorum Martyrum Vincentii Abbatis & sociorum, qui Legione in Hispania passi sunt, quæ recitantur a Bollando ad diem XI. mensis Martii, quo Legione coluntur. In illis legitur, *Ricilianum* Regem, omnes Catholicos acerbe vexasse, & templa eorum solo æquasse. Huic successit *Theodemirus*, quem Isidorus in Chronico Suevorum docet, ubi Regiam potestatem suscepit, Suevos Catholicæ fidei reddidisse, *invitante Martino Monasterii Dumiensis Episcopo*. Factum id tertio Regni *ejus* anno, quo primum Concilium Bracarense *celebratum*, sed quo Christi anno, non satis compertum. Garsias Loaiza in Notis ad illud Concilium existimat cunctum fuisse anno DLXI. Era DXCIX. ideoque & *Theodemirum* anno DLIX. Regnum iniisse. Baronius autumavit, tertium Theodemiri annum, in ejusdem Concilii titulo expressum, coincidere cum anno DLXIII. & Theodemirum currenti regnare cœpisse. Bollandus denique ad diem XX. Martii in Vita Sancti Martini Dumiensis asserit, Concilium I. Bracarense recte a Garsia anno Christi DLXI. consignatum, ideoque debuisse *Theodemirum* Regem creatum esse anno DLVIII.

aut

*lium nisi æqualem cum Patre crederet Christum, in honorem B. Martini fabricavit ecclesiam: miroque opere expedita, proclamat: Si suscipere mereor viri justi reliquias, quodcumque sacerdotes prædicaverint, credam.* Hæc idcirco de reliquiis quod scilicet omnes qui alicui Sanctorum ecclesiam fabricassent, sanctuaria accipere solerent, nempe veli partem, quæ sepulcro illius Sancti superposita fuisset, ut ex S. Gregorii epistolis liquet, & quæ superius dicta sunt de S. Leone manifestum faciunt. Sed pergit Gregorius:

IX. *Et sic iterum suos dirigit majore cum munere: qui venientes ad beatum locum, reliquias postulabant. Cumque eis efferrentur ex consuetudine, dixerunt:* Non *ita faciemus: sed nobis, quæsumus, licentia tribuatur ponendi, quæ exinde iterum assumamus. Tunc partem pallii serici pensatam super beatum sepulcrum posuerunt, dicentes: Si invenimus gratiam coram expetito patrono, quæ posuimus plus in sequenti pensabunt; eruntque nobis in benedictionem posita, quæsita per fidem.* Eundem plane usum servari solitum super corpora Apostolorum Romæ, idem auctor affirmat, quæ nos alia occasione superius retulimus: fiebat enim, in signum divinæ benignitatis impartiendæ petenti, ut eadem vela majoris ponderis reciperentur, quam data fuerint; secus si contra. Sed de pallio serico quid legatis acciderit, audi:

X. *Vigilata* (inquit) *una nocte, facto mane, quæ posuerant pensitabant. In quibus tanta beati viri infusa est gratia, ut tamdiu elevarent in sublime æream libram, quantum habere poterat, quo ascenderet momentanea. Cumque elevata fuissent reliquiæ cum magno triumpho, audierunt voces psallentes qui erant in civitate detrusi in carcere* (nonnisi enim cum psalmodia reliquiæ transferri solebant) *& admirantes suavitatem soni, interrogant custodes, quid hoc esset. Qui dixerunt: Reliquiæ domini Martini in Galliciam transmittuntur, & ideo sic psallitur. Tunc illi flentes, invocabant S. Martinum, ut eos sua visitatione liberaret. Exterritisque custodibus, & in fugam versis, diruptis obicibus retinaculorum, liber populus surgit a vinculo; & sic usque ad sancta pignora, plebe inspectante venerunt, osculantes flendo beatas reliquias, simulque & gratias B. Martino pro sua absolutione reddentes, quod eos dignatus fuerit sua pietate salvare. Tunc obtentis per sacerdotem a judice culpis, incolumes dimissi sunt. Quod videntes gestatores reliquiarum, gavisi sunt valde, dicentes: Nunc cognovimus, quod dignatur beatus Antistes nobis peccatoribus propitium se præbere.* Fuerunt hæc eorum quæ facienda erant in Gallicia in solutione perfidiæ vinculorum signa prænuntia in catenarum fractione mostrata. Sed prosequitur cætera Gregorius:

*Et gratias agentes, prospero prosequente patroni præsidio navigium, undis lenibus temperatis flatibus, velo pendulo, mari tranquillo, velociter ad portum Galliciæ pervenerunt. Tunc commonitus a Deo quidam nomine Martinus de regione longinqua, qui ibidem nunc sacerdos habetur, advenit. Sed nec hoc crede sine divina fuisse providentia, quod eo die se commoveret de patria, quo beatæ reliquiæ de loco levatæ sunt, & sic simul cum ipsis pignoribus Galliciæ portum ingressus sit.* XI. De Martino Peregrino. Perinde ac si Martinus Martinum ad Suevorum conversionem asciverit, atque perfecerit æque Martinus doctrina, quod Martinus miraculis inchoaverat: ut illud Evangelicum probaretur exemplo, quod est a Domino dictum (a): *In hoc veritas est, quod alius est qui seminat, alius est qui metit. Quæ pignora* (subdit Gregorius) *cum summa veneratione suscipientes, fidem miraculis firmant: nam filius Regis, dimissa omni ægritudine, sanus properat ad occursum. Beatus autem Martinus sacerdotalis gratiæ accepit principatum. Rex unitatem Patris & Filii & Spiritus sancti confessus, cum omni domo sua chrismatus est. Squallor lepræ a populo pellitur, & omnes infirmi salvantur, nec umquam ibi usque nunc super aliquem lepræ morbus apparuit. Talemque gratiam ibi in adventu pignorum beati patroni Domi-*

(a) Joan. 4.

Lepra cum perfidia per fidem tollitur.

PAGIUS aut insequentis initio. Verum hæc opinio contrarium habet Gregorium Turonensem Sancto *Martino Dumiensi* coævum, qui lib. 5. cap. 37. scribit, hunc Sanctum Præsulem, cujus opera *Suevorum* conversio facta, & hujus occasione ipse ad Præsulatum evectus, *impletis in Sacerdotio plus minus triginta annis*, idque anno Childeberti Austrasiarum Regis quinto, anno DLXXX. ad Deum migrasse. Inde enim consequens est *Sanctum Martinum*, qui Concilio Bracarensi subscripsit, jam ab anno quingentesimo quadragesimo nono, aut insequenti Episcopum Dumiensem renunciatum esse, eoque circiter anno Concilium Bracarense I. habitum; cum dubitandum non videatur, quin initio conversionis Regis Galliciæ Episcopi convenerint, ad Regulam fidei & sanctæ Religionis constituendam, ac Ecclesiasticos informandos.

IV. Theodemiri Regni initium. Nihilominus quia Gregorius in referendis iis, quæ extra Gallias gesta sunt, non raro fallitur, existimo a Garsia Scriptore Hispano non recedendum. Observavi enim, Innocentio III. Ecclesiam Romanam administrante ventilatam fuisse causam, quæ jam agitata fuerat, sub diversis Judicibus, inter Compostellanam & Bracarensem Ecclesiam, super *quatuor Episcopatibus, videlicet Conimbriensi, Lamecensi, Visensi, & Egitaniensi*, & in Epistola Innocentii ad Petrum Compostellanum Episcopum, recitata Tomo VI. Concil. pag. 511. qua hanc litem dici-

*minus tribuit, ut virtutes quæ ibidem illa die facta sunt, enarrare prolongum sit. Nam tantum in Christi amore populus ille promptus est, ut omnes martyrium libentissime susciperent, si tempus persecutionis adesset.* Hactenus de his Gregorius.

XII. Theodomiri Regis conversio. Porro hæc omnia contigisse ipsius Theodomiri regni exordio, ex eo certum illud deducimus argumentum, quod post annum sequentem, nempe tertio ipsius regni totius suæ ditionis convocari fecit Episcopos, Conciliumque Brachari celebrari. Sed & de ejusdem Regis conversione paucis agit Isidorus in Chronico Suevorum verbis istis: *Post multos deinde Reges, regnum Suevorum suscepit Theodomirus: qui fidem Catholicam adeptus, Arianæ impietatis errore destructo, Suevos unitati fidei reddidit. Hujus tempore Martinus Dumiensis monasterii Episcopus fide & scientia claruit, cujus studio pax Ecclesiæ reddita est, & multa monasteria condita.* Hæc Isidorus: sed de Martino rursus inferius dicendum erit.

XIII. Quod vero tanta S. Martini meritis tribuuntur: opportunum putamus his attexere gloriosissimæ Francorum Reginæ (quæ iisdem temporibus contigit) peregrinationem ad sepulcrum ejusdem sancti Martini, de qua Gregorius ita pergit: (a) *Nam & Ultrogotha Regina, audiens miracula quæ ad locum fiunt, quo sancta membra quiescunt, tamquam sapientiam Salomonis expetiit corde devoto prospicere. Abstinens ergo se a cibis & somno, præcurrentibus etiam largissimis eleemosynis, pervenit ad locum sanctum, ingressaque basilicam timens & tremens, nequaquam audebat adire sepulcrum, indignam se esse proclamans, nec ibidem posse, obsistentibus culpis, accedere. Tandem deducta vigiliis nocte, & orationibus ac profluis lacrymis, mane oblatis muneribus multis, in honorem beati confessoris Missas expetiit celebrari. Quæ dum celebrantur, subito tres cæci, qui ad pedes beati Antistitis longo tempore privati lumine residebant, fulgore nimio circumdati, lumen quod olim perdiderant, receperunt. Quo facto, clamor in cælum attollitur magnificantium Deum. Ad istud miraculum curret Regina, currit & populus: mirantur omnes fidem mulieris, mirantur gloriam confessoris. Sed super omnia collaudatur Deus noster, qui tantam virtutem præstat Sanctis suis, ut per eos talia operari dignetur.* Hæc Gregorius de Ultrogotha Regina. Extat Venantii Fortunati epigramma de horto ejusdem Ultrogothæ, sive Ultrogothonis Reginæ, licet depravatus codex habeat Regis, pro Reginæ: non enim de Rege, sed de Regina esse epigramma illud, postremi saltem duo versus significent; qui sunt hujusmodi (b):

*Possideas felix hæc Ultrogotho per ævum*
*Cum geminis natis tertia mater ovans*

At de ipsa satis: ad res jam sequentis anni transeamus.

(a) Greg. lib. 1. mir. S. Martin. c. 12.

(b) Venant. carm. 1. 6.

Re-

PAGIUS rimit, asserit, *a primo Bracarensi Concilio, usque ad Emeritense Concilium fluxisse spatium CVII. annorum.* Quare cum Concilium Emeritense congregatum fuerit die VIII. Iduum Novembris anni sexcentesimi sexagesimi sexti, apparet Concilium Bracarense ad præsentem Christi annum pertinere, ideoque *Theodomirum* an. DLVII. aut DLVIII. Regnum obtinuisse. Dicitur Concilium *an. I. Ariamiri Regis celebratum die Kalendarum Majarum*, ubi Ariamirus alius non est, quam *Theodemirus*, qui & *Mirus* vocabatur, ut infra ostendemus.

V. S. Martinus fit Episc. Dumiensis. Porro Sanctus *Martinus* statim ac e Pannonia, ubi natus erat, ut docet Turonensis lib. 5. cap. 37. Bracaram pervenit, ædificavit *Monasterium Dumiense* in pago ejusdem nominis prope eam Urbem, cujus Abbas ipse dictus est, ac dein primus Episcopus. Nam eum hujusmodi Monasterii conditorem fuisse, docet Decretum Concilii Toletani X. anno DCLVI. celebrati in quo legitur: *Delatum est ad nos testamentum gloriosæ memoriæ Sancti Martini Ecclesiæ Bracarensis Episcopi, qui & Dumiense monasterium jussus est construxisse.* Testatur Ambrosius Moralis in sua Historia, Abbatem Monasterii Dumiensis fuisse etiam Episcopum in Regis Curia, ob quam rationem in divisione Episcopatuum facta a *Vvamba* Visigothorum Rege, dicitur familiam Regiam ad Sedem Dumiensem pertinere. De priori Concilio Bracarensi agemus post triennium cum Baronio.

*Chramni*, Clotarii Francorum Regis filii, interitus hoc anno contigit, ut anno DLXIV. dicetur.

| JESU CHRISTI ANNUS 561. | JOANNIS PAP. ANNUS 2. | JUSTINIANI IMP. ANNUS 35. |
|---|---|---|

I. Redemptoris nostri annus quingentesimus sexagesimusprimus, post Basilii Consulatum vigesimus, idemque Justiniani Imperatoris trigesimusquintus adest: quo defuncto Domno Juniore Episcopo Antiocheno, ubi sedisset annos quatuordecim, subrogatus est in locum ipsius Anastasius cognomento Sinaita, quod ex monachis in Sina monte vitam agentibus ad Episcopatum ejus Ecclesiæ vocatus sit, de quo plura suis locis dicturi sumus. Quo etiam tempore post Eustochium Hierosolymorum Ecclesiæ substitutus est Joannes, cujus sedis tempus & res gestæ prorsus obscuræ mansere: licet alii in locum Macarii iterum ☞ restituti ☜ eum creatum Hierosolymorum Antistitem dicant.

II. *Belisarii Ducis calamitas.* Hoc item anno trigesimoquinto Imperatoris, mense Novembri structas fuisse insidias ad occidendum ipsum Justinianum Augustum, habet Miscellæ auctor. Cum detecta ea, in crimen adductus Belisarius pœnas dedit, bonis & dignitate exutus. Porro sequenti anno mense Martio dimissum fuisse ipsum Belisarium ea de causa detentum, atque suis dignitatibus restitutum, idem auctor affirmat: quem & post biennium Byzantii mortuum esse Cedrenus tradit. Sed adversantur Latini (*a*) nonnulli, qui eum excæcatum, exulumque omnibus dignitatibus atque divitiis, mendicare stipem fuisse coactum asserunt.

III. Adversus hos scimus dimicare Alciatum (*b*) sui Justiniani acerrimum defensorem. At utinam leves istæ tantum essent Justiniani sordes, quæ brevi ab eodem viro docto elui potuissent apologia & non potius illius generis, de quo Hieremias (*c*): *Si laveris te nitro, & multiplicaveris tibi herbam borith, maculatus es in iniquitate tua coram me.* Aspersus enim impietate & sacrilegiis coinquinatus antea perpetratis diem clausit extremum, ut suo loco dicemus: ut nulla esse possit sufficiens quæ ipsum emundet apologia.

IV. Quod vero ad præsentem Belisarii causam pertinet, antiquiorum una omnium sententia fuit, ut ipse in conjurationis suspicionem adductus, ab eodem Justiniano Imperatore fuerit redactus in ordinem. De reliquis autem varias reperimus sententias esse: cum alii dixerint excæcatum, & ita usque ad finem vitam traxisse miserrimam; alii vero in eo tantum consen-

(*a*) *Crin. de honest. discip. lib. 25. Volat. Pontan. vel alii recent. omnes.*

(*b*) *Alciat. parerg. lib. 4. c. 24.*

(*c*) *Hier. 2.*

---

PAGIUS SÆC. VI. Olymp. 335. An. Eræ Hisp. DXCIX. A. C. 562.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6054.

☉ 10, 8. ☽ 25. P. 27. April. Indict. 9.

JESU CHRISTI 561.

JOANNIS III. PAPÆ 2.

JUSTINIANI IMP. 35.

I. *Octava Justiniani Quinquennalia.* Hic annus ista formula notatus: *Post Consulatum Basilii V. C. XX.* vel secundum aliquos, *Post Consulatum Basilii V. C. anno XXI.* Octava Quinquennalia Imperii, vivente Justino, a Justiniano suscepti, ut indicant Ludi Circenses mense Novembri celebrati, de quibus Theophanes ad annum Incarnat. secundum Alex. DLIV.

II. *Obitus Domni Episc. Antiocheni.* Ad. num. I. Cum *Domnus* seu *Domninus* Episcopus Antiochenus anno DXLV. Sedem inierit, annosque quatuordecim sederit, mors ejus contigit anno quingentesimo quinquagesimo nono; recteque in Laterculo Theophanis primus *Anastasii* ejus successoris annus inchoatur Kalendis Septembris anni Christi DLIX. Hunc *Anastasium* Baronius *Sinaitam* perperam appellat; quem vulgarem errorem infra confutabimus.

III. *Macarius in Sedem Hierosolymitanam redintegratur.* Quoad *Eustochium* Hierosolymitanum Episcopum, Victor Tunonensis anno XXXVII. Imperii Justiniani, qui Kalendis Aprilis anni DLXIII. exorditur, hæc scribit: *Eustochius Hierosolymitanus Episcopus, qui fuerat Macario superstite ordinatus, ejicitur: & rursum Macarius reformatur.* Victori suffragatur Evagrius lib. 4. cap. 39. ubi ait: *Macario Hierosolymitana Ecclesia Sacerdotium possidente, atque in pristinam Sedem restituto, cum post Depositionem Eustochii Origenem, Didymum: atque Evagrium damnasset, Justinianus scripsit id quod Romani Edictum vocant, in quo Corpus Domini Incorruptibile appellat.* Edictum autem illud anno DLXV. emissum, ut suo loco ostendam. Ex duobus his Auctoribus hoc tempore viventibus, manifestum fit, Baronium anno DXLVIII. num. XIII. perperam scripsisse *Macarium*, ante Quintam Synodum, in sedem restitutum esse, & hoc anno etiam hallucinari, dum tradit, *Joannem* Eustochio successisse. Agnovit Theophanes *Macarii* restitutionem per hæc tempora contigisse; sed gravi errore eam in Chronico narravit anno Justini Junioris tertio, ubi etiam in Laterculo cum anno IV. ejusdem Imperatoris illigatur, supponens scilicet illius Laterculi Auctor, *Eustochium* anno Justini Junioris III. fuisse depositum, Papebrocius in Historia Chronologica Hierosolymitanorum Patriarcharum existimat, *Eustochium* annum DLVI. Sede exturbatum fuisse, & *Macarium* post restitutionem annos XIV. sedisse. Sed ex iis quæ infra dicemus, *Macarium* anno circiter DLXXI. demortuum constabit; ejusque restitutio, contra fidem Tunonensis perperam retrahitur ad annum DLVI. Nicephorus quidem in Chronico *Macario duos annos, Eustochio unum, Macario iterum quatuor* assignat, sed loco annorum duorum, legendum, *annos octo*, & loco anni I. substituendi *anni XI.* iique numerorum errores, non Nicephoro, sed Librariis adscribendi.

IV. A num. II. ad IX. Theophanes anno Incarnat. secundum Alex. DLV. Kalendis Septemb. anni Christi DLXII. inchoato, scribit: *Hoc anno, mense Octobri, popularis seditio in Pittariis*

(erat

sentiant, ut e sublimiori statu dejectus, rursus fuerit in pristinum restitutus. Sed accipe de his in primis Joannis Græci auctoris jambos :

*Iste Belisarius Imperator magnus*
*Justinianeis existens temporibus Imperator,*
*Ad summem quadrantem terræ cum explicuisset victorias,*
*Postea invidia excæcatus (o fortunam instabilem!)*
*Poculum ligneum detinens clamabat plebi in stadio :*
*Belisario obulum date Imperatori,*
*Quem fortuna quidem clarum fecit, excæcavit invidia.*
*Alii dicunt chronici, non excæcatum fuisse hunc,*
*Ex honoratis autem infamem profecto factum esse,*
*Et iterum ad revocationem æstimationis venisse prioris.*

Hæc ipse. Verum de Belisarii in pristinum restitutione altum apud Græcos silentium.

V. Certe quidem Zonaras, cum bonis omnibus privatum dicat, de restitutione nihil : ut plane in statu miserrimo ipsum derelictum, nec amplius sublevatum possit intelligi. Sed & Glicas minime eum in pristinum restitutum affirmat ; idem & Cedrenus, qui de eodem hæc ait: *Adeo autem acceptus fuit Justiniano, ut is percusso nummo, in altera parte se, in altera parte Belisarium armatum effinxerit cum inscriptione hac : BELISARIUS ROMANORUM DECUS. Verum enim vero invidia ut solet rebus prosperrime succedentibus insidiari, Belisarium quoque ita adorta est, ut is per calumniam delatus & magistratu & honore sit exutus.* Hæc Cedrenus. Sed & Constantinus Manasses in Annalibus cum id ipsum affirmet, vehementi istiusmodi invectiva probrosum Imperatoris insectatus est facinus, ubi res a Belisario præclare gestas enarrat :

*Sed hæc* (inquit) *invidiæ sceleratissimæ non placebant: quapropter honestissimam Ducis famam parum æquis oculis intuebatur, & toto impetu gloriam ejus oppugnabat : nam vulgo quod dicitur, Quid sit utile, ignorat invidia. Quamobrem vir fortunatus, magnus copiarum ductor, qui formidabilem Cosrhoem Persarum Principem exterruerat, qui Reges servitutis jugo subjecerat, qui gladio suo Lybiæ nationes domuerat, vir denique Mavortius, & in præliis animo leonino præditus, immanis belluæ, nimirum invidiæ dolis circumventus, absque militum propugnatoribus, pharetratorum turba ruinam indignam & lacrymis deplorandam ruit. Factus est (heu miser!) pupillo nudior calicem calamitatum largiter hausit : ceu fugitivum quoddam mancipium rebus suis universis spoliatus est ; eoque denique loci redactus est, ut (heu sortem acerbam!) carnificem expectaret, quando cervices ei gladio secturus esset. O invidia, bellua nocens, latrocinatrix, cædibus & persecutionibus gaudens, scorpie injustitiis similis prædite, tigris homines devorans, dracæna, venefica letalis herba, telum ferri expers, cuspis a-* VI. Pro Belisario declamatio.

Ann. Eccl. Tom. X. C c ca-

PAGIUS *Conjuratio adversus Justinianum.* (erat Pittacia tractus Urbis Constantinopoleos, ubi ad Leonis Magni statuæ columnæ impositæ gradus, Cives querimonias deponebant, ac Libellos supplices, quos apparitores ad Imperatorem deferebant, qui statim responsum singulis dabat, ut videre est apud Ducangium lib. 2. Constantinop. Christianæ paragrapho 16. num. 70.) *excitata est : & in plurimos Imperator animadvertit. Mense vero Novembri ex diuturniore imbris penuria magnus ubique aquarum defectus extitit, adeo ut ad aquarum receptacula rixæ pugnæque fuerint commissæ*, &c. *Mense etiam Augusto* &c. *mensis vero ejusdem die vicesimo quinto, Sabbato circa vesperam* (ideoque an. DLXIII. quo dies XXV. mensis Augusti in Sabbatum incidit) *de Imperatore interficiendo, ubi sederet in Palatio quidam conjuraverunt.* Narrat postea, ex conjuratoribus unum, rem ad Imperatorem nunciasse, & Sergium in Blachernarum ædem confugisse ; eumque vi eductum, & examinatum hortatos esse fateri Isacium argentarium, & Patricium Belisarium cum eo conjurationis hujusmodi participes, *Ac insuper argentarium Vitum, Paulumque Belisarii Curatorem ejusdem fuisse conscios. Comprehensus igitur uterque, & Procopio Præfecto traditus, insidias omnes detulit, & Patricium Belisarium accusavit. Confestim itaque in Belisarium Imperator exarsit. Tum vero Decembris die quinto Cursum convocavit Imperator, adducto secum etiam sanctissimo Patriarcha Eutychio, eorumque confessionibus palam recitari jussis, Belisarius coram assistens & auditor graviter indoluit, & in Imperatoris offensionem incurrit, qui militibus summotis domesticos ejus destituit omnes, ipsum vero propria domo inclusum sub custodia servari præcepit.*

V. *Belisarius conjurationis particeps creditur.* Paulo post eodem anno Alexandrino scribit Theophanes ; *Julii mensis die decimo nono Patricius Belisarius prioribus cunctis Dignitatum honoribus restitutus, in gratiam quoque Imperatoris rediit.* Dein anno Incarnat. secundum Alex. DLVII. Kalendis Septemb. anni Christi DLXIV. inchoato, ait : *Hoc anno mense Martio, Indictione decima tertia, Patricius Belisarius Byzantii moritur, facultatesque ejus omnes Imperialibus Marinæ ædibus, & ejus ærario addicta.* Tres erant Constantinopoli *domus nobilissimæ*, seu Imperatorum filiabus potissimum addictæ, ex quarum una erat domus nobilissimæ Marinæ, quam extruxit Marina Arcadii Imp. ex Eudoxia filia, quæ hoc tempore, ut ex laudatis Theophanis verbis intelligimus recondendis Imperatorum divitiis destinata erat. Verum Theophanes annos duos in unum confundit, quem errantem secutus est Cedrenus, qui ad annum Justiniani XXXVI. popularem illam seditionem refert, atque, inter ejus auctores falso dolatum esse Belisarium, *qui XIX. Julii innocen-*

*vetissima, qualia designas & improba committis? Quae calamitates, quae mala struis? Vincit me dolor, conturbat luctus, & lacrymas exprimit. Quousque perditrix tantum virium habebis? Quousque sceleratissima vitam humanam perturbabis? O tyranne male machinans, sanguinem cunctis appetens, etiam ipse (quod numquam factum oportuit) tuas in manus incidi, tanque tela expertus jaceo, parumper adhuc spirans.* Hucusque Constantinus in invidiam veluti malorum omnium causam stylo pugnans, cum & alii in eodem argumento versantes fortunam proditionis incusent.

VII. Sed Ethnicorum sint ista lamenta: altius figit oculos Christi fidelis, qui cum manare cuncta e divina providentia intueatur, haud casum incusat atque fortunam; sed praeterita hominum impie facta considerans, divinam intelligit esse vindictam, quam imprudens quispiam invidentiae tribuit atque fortunae. Quod autem ex sententia Sapientis (*a*), Altissimus sit patiens redditor, cum interdum vindicet peccata patrum in filios, nepotes, ac pronepotes: feram haud quis judicabit esse vindictam, qua ipsum viderit peccati esse prosecutum auctorem. Ut igitur aequa libra expensam intelligas in Belisarium caelitus Deum jaculatum esse vindictam: hic ob oculos pone quae in sanctissimum Ecclesiae Romanae Pontificem Silverium in gratiam Theodorae Augustae Romae Belisarius aliquando perpetravit: quorum etsi poenituisse postea visus sit, tamen (*quod honor Regis judicium diligit*) licet culpa peccantem absolvat, ob quam perpetua gehenna dignus erat; haud semper poenam in praesenti vita luendam omnino remittit: ut inter alia exempla, quibus affluit divina Scriptura, de David (*b*) patet expressum; cui licet peccatum a Deo dimissum Nathan annunciaverit, poenam tamen in praesenti vita ipsi a Deo infligendam pariter demonstravit. Quam autem sit immane scelus, atque pavendum etiam daemonibus sacrilegium, injicere manus in Christum Domini, unctumque in sanctum sanctorum, ex illa satis sit ponderare sententia Domini qua ait (*c*): *Qui tetigerit vos, tangit pupillam oculi mei*. Vel cum minatur (*d*): *Qui scandalizaverit unum de pusillis istis qui in me credunt, expedit ei ut mola asinaria appendatur in collo ejus, & demergatur in mare*. Sed quis praeterea, si sceleris immensitatem consideret, incusare poterit & non admirari potius divinum judicium, juste latum in Belisarium, cum experiri ipse coactus sit, quod (ut ex Procopio dictum est) pati coactus est Joannes Consul atque Praefectus Praetorio insignis Patricius, qui re vera ob inopiam compulsus est mendicare?

(*a*) Eccl. 5. Peccati culpa, non poena dimissa.

(*b*) 2. Reg. 12.

(*c*) Zach. 2.

(*d*) Matt. 18. Marc. 9. Luc. 17.

VIII. Quod vero his de Belisario enarratis Alciatus (ut dictum est) repugnans, nullum praeterea argumentum afferat, quam de re tanta silentium Procopii & Agathiae: Quod ad Procopium pertinet, nihil est quod ex eo aliquid induci possit, cum minime ad haec tempora suam historiam perduxerit. Caeterum ipsum post historiarum volumina scripsisse librum constat, quo ejusdem Justiniani comprehendit vituperationes, simul & uxoris ejus Theodorae, itemque Belisarii, atque conjugis ipsius prout testatur Suidas: in quo quidem commentario ea tractata fuisse, ratio argumenti cogit existimare. Quod autem pertinet ad Agathiam, haud potuit ipse haec pertractasse, quae facta diximus anno trigesimoquinto ipsius Justiniani Imperatoris, cum ejus historia annum trigesimumsecundum non excedat.

At

PAGIUS

*nocentia sua detecta, in publicum prodiit, & sua recuperavit*. Tum ad annum ejusdem Imperatoris XXXVIII. *Moritur Belisarius Patricius Byzantii*, anno scilicet Christi DLXV, ut habet etiam Theophanes, a quo dissentit Cedrenus quoad annum, quo Belisarii innocentia detecta fuit.

VI. *Innocens repertus.* Baronius, qui haec Cedreni verba non legerat, existimat *Belisarium* nunquam in pristinum restitutum fuisse, quod Cedrenus ad annum VII. Justiniani scribat, Belisarium per calumniam delatum, *& Magistratu & honore* exutum esse, nec ullam restitutionis ejus mentionem faciat. At *Belisarius* ter perduellionis falso accusatus est. Primo in Africa post *Gelimerum* devictum, ut testatur Procopius lib. 2. de Bell. Vandal. cap. 8. cujus etiam calumniae meminit in Historia Arcana cap. 18. atque male eum Imperatorem ex Africa revocasse: *Belisarium confestim nullaque mora evocavit, insimulatum tyrannidis, qua haud in hominem conveniret, scilicet ut ipse liberius exinde omnia traheret, ablatisque spoliis assumeret Africam universam*. Sed Imperator, nulla illius criminationis habita ratione, Triumphum Belisario decrevit, neque hunc Magistratu privavit, ut perperam scribit Cedrenus, qui hanc criminationem confundit cum secunda, de qua anno DXLII. num. IV. & seq. locuti sumus; postquam etiam priorem Dignitatem recuperavit, iterumque in Italiam adversus Gothos missus est.

VII. *Ejus excaecatio & eleemosyna petitio fabulosa sunt.* Caeterum excaecatio *Belisarii*, eleemosyna ab eo petita, aliaque id genus, quae ex Joanne Tzetze Poeta Graeco, aliisque recentioribus Baronius recitat, commenta sunt, quibus reclamante Antiquitate, nulla fides habenda. Praeterea neque Zonaras, neque Michael Glyca in IV. parte Annalium, neque Constantinus Manasses a Baronio laudati quidquam habent, quod huic fabellae suffragetur; quia imo omnes *Belisarium* in invidiam vocatum esse, ejusque innocentiam agnitam affirmant. Primus qui eam Scriptis mandavit, fuit idem *Tzetzes*, qui sub finem saeculi duodecimi vixit, quique in Historia 86. ea de *Belisario* habet, quae Baronius in medium profert. Verum huic Poetae eo minus fides adhibenda, quod ipsemet ibidem dicat

At de his hactenus. Ad res vero Occidentalis Ecclesiæ pietas Childeberti nos provocat.

IX. Hoc enim anno, qui ejusdem Childeberti Francorum Regis quadragesimusoctavus numeratur inchoatus, datu reperitur ejusdem Regis pragmatica sanctio de bonis a se donatis Ecclesiæ S. Vincentii, quam (ut jam diximus) sumptuose construxit. Ut ergo memorabili antiquitatis monumentum cunctis notum fiat, quo Christianissimi Regis pietas innotescit, hic ipsum integrum describere, ex parte aliqua superius recitatam, haud erit otiosum; sic enim se habet (a).

(a) Apud Aim. l. 2. cap. 20.

*Childebertus Rex Francorum V. I.*

X. Donatio Childeberti Regis Franc. *Recolendum nobis est & perpensandum utilius, quod hi qui templa Domini nostri Jesu Christi ædificaverint, & pro requie animarum suarum ibidem tribuerint, vel in alimoniam pauperum aliquid dederint, & voluntatem Dei adimpleverint, in æterna requie sine dubio apud Deum mercedem recipere merentur. Ego Childebertus Francorum Rex una cum consensu Francorum & Neustrasiorum, & exhortatione sanctissimi Germani Parisiorum urbis Pontificis, vel consensu Episcoporum, cœpi construere templum in hac urbe Parisiaca prope muros civitatis in terra quæ aspicit ad fiscum nostrum Isiacensem, in loco qui appellatur Leucotitio, in honorem S. Vincentii martyris, cujus reliquias ex Hispania asportavimus, seu & sanctæ Crucis, & S. Stephani, & S. Ferreoli, & S. Juliani, & beatissimi S. Georgii, Protasii, Nazarii, & Celsi pueri, quorum reliquiæ ibi sunt consecratæ.*

XI. *Propterea in honorem dominorum Sanctorum concedimus fiscum nostrum largitatis nostræ Isiacum, qui est in pago Parisiorum prope alveum Sequanæ, una cum omnibus quæ ibi aspiciunt cum mansis & commanentibus in ejus agris, territoriis, vineis, silvis, pratis, servis, inquilinis, libertis, ministerialibus (præter illos quos ingenuos nos esse præcepimus) cum omnibus appendentiis suis quæ ibi aspiciunt, cum omnibus adjacentiis, cum omnibus quæ nobis deserviunt tam in aquis quam in insulis, vel cum molendinis intra portam civitatis & turrem positis, cum insulis quæ ad ipsum fiscum adjacent, cum piscatoria quæ appellatur Vernus, cum piscatoriis omnibus quæ sunt in ipso alveo Sequanæ, sumuntque initium a ponte civitatis, & sortiuntur finem ubi alveolus Savaræ veniens præcipitat se in flumen. Has omnes piscationes, quæ sunt & fieri possunt in utraque parte fluminis, sicut nos tenemus & nostra forestis est, tradimus ad ipsum locum, ut habeant ibidem Deo servientes victum quotidianum per succedentia tempora. Damus autem hanc potestatem, ut cujusque potestatis littora fuerint utriusque partis fluminis, teneant unam perticam terræ legalem, sicut mos est ad ducendas naves & reducendas, ad dimittenda retia vel deducenda absque ulla refragatione & contradictione, seu judiciaria contentione.*

XII. *De argumentis* * *vero, per quæ aves possunt capi super aquam, præcipimus ut nulla potens persona inquietare valeat famulos, sed omnia secure teneant, possideant per infinitas temporum successiones, & cum usris & casis infra Parisius civitatem cum terra & vinea, & oratorium in honorem S. Andeoli martyris, qua de Hilario & Ceraunio, dato pretio, comparavimus, & cum omnibus quæcumque in eo nobis deserviunt, pro requie animæ meæ, quando Deus de hac clarissima luce dederit discessum. Ipse fiscus qui vocatur Isia-*

* instrumentis.



PAGIUS cat, *in aliis Chronicis* legi eum excæcatum non fuisse; sed in ordinem redactum, & iterum postea restitutum. Ex quo liquet, *Tzetzen* de Belisarii casu parum edoctum fuisse. Poeta iste a Vossio in Opere de Poetis Græcis prætermissus. Procopius in Historia Arcana de hac ultima calumnia in *Belisarium* structa non loquitur, qui eam scripsit anno DLIX. cap. enim 18. incursionis Hunnorum in Ditiones Imperii Romani meminit, & cap. 24. ait, *duos jam & triginta* excurrere annos, ex quo Justinianus Imperium suscepit. *Ducebat Belisarius originem ex Germania, quæ inter Thraces & Illyrios sita est*, inquit Procopius lib. 2. Vandal. cap. 11. quæ Thraciæ Urbs Metropolis erat. Item Procopius initio lib. 3. de Bello Goth. laudes ejus pluribus persequitur, aitque præditum eum fuisse singulari continentia, munificentia in milites, in rebus omnibus solertia, in rebus adversis imperturbatum animum ostendisse, & in prosperis superbia non elatum.

VIII. Ad num. IX. & seqq. refert Baronius ex Aimoino lib. 2. cap. 20. Pragmaticam Sanctionem Childeberti Regis de bonis a se donatis Ecclesiæ Sancti Vincentii, modo Sancti Germani appellatæ, cujus hæc est subscriptio: *Datum quod fecit mense Decembri, die sexto, anno quadragesimo octavo, postquam Childebertus Rex regnare cœpit.* Verum Labbeus in Diatriba *de Aimoino* Dissertationi de Scriptoribus Ecclesiasticis subjuncta, jam ostendit, illud Pragmaticum cum aliis ad Monasterium, & Abbates Sancti Vincentii, seu Sancti Germani de Pratis, spectantibus Aimoini Historiæ ab Anonymo Pratensi Monacho fuisse intermixtum anno circiter millesimo centesimo sexagesimo quinto: quod & docent tam editio Duchesniana, quam varia MSS. Aimoini exemplaria. Immo Cointius an. DLVIII. num. LX. aliique quidam Viri docti existimant Diploma illud suppositium; in illo enim dicitus factum esse *cum consensu & voluntate Francorum & Neustrasiorum*; cum tamen ab eo tempore, quo Austrasiorum ac Neustrasiorum nomina in usu esse cœpere, Occidentales Franci promiscue dicti sint Franci, ac Neustrasii, nec umquam in eodem textu cum diversa significatione nominati reperiantur. Præterquam quod variæ leguntur in eo Pragmatico interpolationes, de quibus idem Cointius, & ante eum Launoius egere. *Pragmatica Sanctio Childeberti Regis, vel interpolata, vel fictitia.*

Theo-

*ſtatus, cum omnibus quæ ibi aſpiciuntur, ipſo die ad ipſum templum Domini, quod nos ædificavimus, deſerviat, & ad omnia quæ illi ſunt opus tam ad lumen quam in Dei nomine ad ſtipendia ſervorum Dei quos ibi inſtituimus, ſeu ad ipſos rectores qui ipſos regere habeat, omnino ibi transfundant, & per longa annorum ſpatia ad ipſum templum Domini, quod abſque contradictione vel refragatione, aut judiciorum contentione ſuſpecta, ipſa præceptione omni tempore proficiat in augmentum. Et ut hæc præceptio ceſſionis noſtræ futuris temporibus firmior habeatur, & Deo auxiliante, per omnia tempora inviolabiliter conſervetur: manibus propriis vel noſtris ſignaculis infra decrevimus roborare. Datum quod fecit menſe Decembri, die ſexto, anno quadrageſimooctavo poſtquam Childebertus Rex regnare cœpit.* Haſtenus donationis tabulæ Regis Chriſtianiſſimi, ex Eccleſiaſtica diſciplina colentis cineres ſanctorum martyrum, & perpetuam requiem poſt obitum per eleemoſynas ſibi conciliantis.

XIII. De Baſilica S. Vincentii. Porro quod ad nobilem baſilicam ab ipſo Childeberto Pariſiis erectam pertinet, eſt ejuſmodi carmen Venantii Fortunati hac inſcriptione notatum:

*De Eccleſia Pariſiaca.*

*Si Salomoniaci memoretur machina templi:*
*Arte licet par ſit, pulchrior iſta fide.*
*Nam quæcumque illic veteris velamine legis*
*Clauſa fuere prius, hic reſerata patent.*
*Floruit illa quidem vario intertexta metallo:*
*Clarius hæc Chriſti ſanguine tincta nitet.*
*Illam aurum, lapides, ornarunt cedrina ligna:*
*Huic venerabilior de Cruce fulget honor.*

Hæc idcirco de Cruce, quod (ut vidimus) in tabulis donationis inter alias ſacras reliquias lignum quoque ſanctæ Crucis illic Childebertus collocandum curavit. Sed pergit:

*Conſtitit illa vetus ruituro ſtructa talento:*
*Hæc pretio mundi ſtat ſolidata domus.*
*Splendida marmoreis attollitur aula columnis:*
*Et quia pura manent, gratia major ineſt.*
*Prima capit radios vitreis oculata feneſtris,*
*Artificiſque manu clauſit in arce diem:*
*Curſibus auroræ vaga lux laquearia complet,*
*Atque ſuis radiis & * ſine Sole micat.* * hæc

His dictis, de auctore qui eam erexit, doniſque multiplicibus ditavit, hæc addit:

*Hæc pius egregio Rex Childebertus amore*
*Dona ſuo populo non moritura dedit,*
*Totus in affectu divini cultus inhærens,*
*Eccleſiæque juges amplificavit opes.*
*Melchiſedech noſter merito Rex atque ſacerdos*
*Complevit laicus religionis opus.*
*Publica jura regens, & celſa palatia ſervans*
*Unica Pontificum gloria, norma fuit.*
*Hinc abiens, illinc meritorum vivit honore:*
*Hic quoque geſtorum laude perennis erit.*

Hæc Fortunatus poſt obitum (ut apparet) ipſius Childeberti Regis, de quo dicemus anno ſequenti.

Ad hanc autem ſpiritualibus muneribus locupletandam baſilicam, ipſe S. Germanus ad loca ſancta inviſenda in Orientem pro- XIV. Peregrinatio S. Germani Hieroſol.

PAGIUS IX. Pax Romanos inter & Perſas ſancita. Theophanes anno Incarnat. ſecundum Alex. DLV. Kalend. Septemb. ſequentis Chriſti anni inchoato ſcribit: *Petrus Magiſter e Perſis reverſus eſt, conſtitutis in annos ſeptem pacis conditionibus, quod ad Lazicam, aliaſque Orientis Regiones ſpectabat.* Sed Theophanes de rebus Perſicis non ſatis edoctus erat. Quare ejus narratio ex aliis ſupplenda. Anno DLVI. Romani & Perſæ certis conditionibus arma poſuere, *donec melius aliquod perfectiuſque fœdus Principes utrimque inirent*, ut inquit Agathias ipſo fine lib. 4. ut vero Menander Protector in Excerpt. de Legat. pag. 133. & ſeqq. refert, tandem Pacem *omnibus numeris abſolutam, & quam in perpetuam obtineret, facere, Romanorum & Perſarum Reges, deſiderium cepit.* Hujus rei gratia Juſtinianus *Petrum* Prætorianorum cohortium Præfectum, Choſroes *Indegovarch* Legatum dignitate Zichum, *quæ maxima eſt apud Perſas auctoritatis* ad fines circa Daras miſere, ubi tandem *Decreto ſancitum eſt, ut per quinquaginta annos Pax eſſet, Romanis Lazicam Perſæ redderent. Valere pacis conditiones, & utrimque obſervari, hac per Orientem, hac per Armeniam, & per ipſam quoque Lazicam. Triginta aureorum millia ſingulis annis, quibus pax erit, Romanos Perſis præſtare: univerſam decem annorum hujus annuæ præſtationis quantitatem ita repræſentari, ut ſeptem annorum ſumma præſenti pecunia, trium reliquorum annorum, quæ reſtabant ex decem, ſtatim a decurſo & peracto ſeptennio perſolverentur. Deinde per reliquos annos ex conventione ſolutio fieret.*

X. In ea Chriſtiani Regni perſici comprehenſi. Paulo poſt pag. 142. ait Menander: *His ita decretis & corroboratis, ſeparatim pacta ſunt interpoſita de Chriſtianis, ut illis liceret Templa conſtruere, & ſine ullo timore Sacra peragere, & gratiarum actiones per hymnos Deo, ſicut apud nos fieri conſuevit canere, neque cogi magicis ceremoniis intereſſe, aut invitos colere & venerari Deos, qui apud Medos Deorum numero habentur. Neque tamen ideo Chriſtiani auderent conari*

profectus, experiras a Justiniano Imperatore reliquias derulit, atque in eadem basilica collocavit: de quibus Almoinus (a) Aim. de Gest. Franc. l. 3. c. 9. hæc habet (a): *Beatissimus quoque Germanus Præsul Parisiacæ urbis ad sancta loca Hierosolymam pergens, indeque rediens, præfatum Principem*, nempe Justinianum Imperatorem, *adiit, a quo & honorifice est susceptus. Cumque eum plurimis vellet decorare muneribus, vir Deo plenus auri & argenti spernens munera, ab eo reliquias tantummodo Sanctorum expetiit. Cujus devotioni præfatus congaudens Princeps, de domini nostri Jesu Christi corona spinea, simulque reliquias Innocentum, unaque brachium sancti Georgii martyris pro magno munere contulit. Quæ vir Dei grataneer suscipiens, ad propria rediit, & prædicta Sanctorum pignora in Ecclesia sanctæ Crucis, sanctique Vincentii condidit.* Hæc auctor.

XV. De aliis memoriis S. Vincentii. Porro quod ad reliquias ipsius S. Vincentii martyris pertinet, viguit magnopere non in Hispaniis tantum ubi passus est, sed & in Galliis earumdem cultus: cujus rei præter cætera fidem faciunt alia ejusdem Fortunati eodem argumento scripta carmina (b), nempe de ejusdem Sancti basilica ultra Garumnam, quam S. Leontius Episcopus Burdegalensis stanno cooperuit, & de alia in Vernemete, quam idem Leontius erexit a fundamentis; ubi & recolit miraculum in ejus dedicatione, martyris virtute, factum; simulque docet toto orbe terrarum cultum S. Vincentii martyris fuisse celebrem. Sed accipe ejus epigramma:

(b) Fortunat. l. 1. c. 8. & 9.

S. Vincentii celeberrimus cultus.

*Cultoris Domini tota sonus exiit Orbe,*
*Nec locus est ubi se gloria celsa teget.*
*Sed cujus meritum scimus præcurrere mundum,*
*Hujus ubique viri surgere templa decet.*
*Ecce beata niteat Vincenti culmina summi,*
*Munere martyrii qui colit astra poli.*
*Promptus amore pio quæ Papa Leontius olim*
*Condidit eximio consolidata loco,*
*Nomine Vernemetis voluit vocitare vetustas,*
*Quod quasi fanum ingens, Gallica lingua refert.*
*Auspicii præmissa fides erat arce futura,*
*Ut modo celsa domus flagret honore Dei.*
*Hic etiam sanctus Domini suffultus amore*
*Virtutis summæ signa tremenda dedit.*
*Nam cum templa Dei Præsul de more dicavit,*
*Martyris adventu dæmonis ira fugit.*
*Redditur incolumis quidam de parte maligna:*
*Cui vidisse pia templa, medela fuit.*
*Emicat aula potens divina plena sereno,*
*Ut merito placeat hic habitare Deo.*
*Nunc specie suadente loci hac virtutis honore*
*Evocat hic populos: hinc decus, inde salus.*
*Qui plebem accendis, venerandæ conditor arcis,*
*Talibus officiis præmia justa metis.*

Hæc ad Leontium Fortunatus. Sed & de aliis ejusdem martyris in Gallia basilicis, & miraculis illic edi solitis agit Gregorius Turonensis in commentario de Gloria martyrum. At de his hæc satis.

No-

PAGIUS

*nari magica sectantes in suam sententiam pertrahere.* Obtinuit quoque, *ut Christianis potestas esset mortuos sepulcris condere, & illis ad nostrum morem justa persolvere.* Dein scribit Menander: *Petrus illic* (scilicet in confiniis, ubi pax pacta fuerat) *remansit, ut Festum Nativitatis Christi Dei (instabat enim augusta & veneranda dies) sancte & religiose coleret. Nec multo post illic adhuc Epiphania quoque ex Ecclesiæ Constitutione sancta habita, celebravit.* Postea ad Chosroen accessit, & *Suaniam* Regi Lazorum alias subjectam Romanis reddi postulavit. Sed Chosroes jam constitutis nihil addere voluit, de Suanis cum contemptu locutus, *Suanos juga Caucasi habitare, esse latrones, prædarum abactores, & quorumcumque graviorum & immanium scelerum patratores.* Subjunxit Chosroes: *Hodie præterierunt decem anni, ex quo Suaniam occupavimus: Legatos sæpius a vobis excepimus, & nullam unquam mentionem de Suania fecistis.* Nihil itaque Petrus de Suania obtinuit; sed tamen utraque Regna bellum deposuerunt. *Nec multo post Petrus cum Byzantium rediisset, mortuus est*, inquit Menander. Quare cum Suania anno DLI. ipso tempore, quo secundæ Induciæ quinquennales constituerentur in potestatem Persarum venerit, ut suo loco ostendi, hoc anno pax hæc Romanos inter & Persas sancita, & *Menander* intelligendus de die Epiphaniæ sequentis Christi anni, quo juxta Theophanem post Kal. Septemb. *Petrus* Constantinopolim rediit, ubi & mortuus est. Præterea pacem istam hoc anno stabilitam fuisse, certo argumento est Legatio *Chosrois* ad Justinum Imp. anno DLXXI. missa, de qua anno DLXXII. num. XIII. verba faciam.

XI. Obitus Clotarii Regis Francorum. Obiit hoc anno *Clotarius* Francorum Rex, ut anno DLXV. dicemus. Ad hunc etiam annum revocanda mors Sancti *Medardi* Episcopi Noviomensis, de quo anno DLXIV. agetur.

| JESU CHRISTI ANNUS 562. | JOANNIS PAP. ANNUS 3. | JUSTINIANI IMP. ANNUS 36. |
| --- | --- | --- |

I. Childeberti Regis obitus.

NOvus illuxit unnus, idemque Domini quingentesimus sexagesimussecundus numeruiur, utque post Consulatum Basilii vigesimusprimus, decimæ Indictionis: quo religiosissimus Francurum Rcu Childebertus functis operibus clarus eu hac vita migruvit, ugens in suo regno unnos quadragintanovem. Ad hunc usque unuum saltem pervenisse ipsum vetera scriptorum monumenta anno superiori recitatu satis docent. Unde emendes eos qui uidem tribuunt unnos quudragintaquatuor: nam præter ea quæ dicta sunt, constut ex Fortunato ud tempora Euphronii Episcopi Turonensis utque Germani pervenisse, qui haud pridem (ut diximus) creati fuere Episcopi. Sane quidem Aimoinus atque Pupyrius qui res Fruncorum uccurutius sunt prosecuti, ud dictum u nobis positum unnorum numerum eumdem Regem pervenisse testuntur. Porro ubi defunctus est, in rectu uh ipso basilica S. Vincentii (quod jusserut) sepultus fuit: ud cujus sepulcrum ejusmodi inscriptio exuratu legitur (*a*).

(*a*) *Apud Aimoin. l. 2. c. 9.*

Epitaphium Childeberti Regis.

*Fruncorum rector, præclarus iu agmine ductor,*
*Cujus & Allobroges metuebant solvere leges,*
*Dacus, & Arvernus, Britonum Rex, Gothus, Iberus:*
*Hic situs est, dictus Rex Childebertus, Honestus.*
*Condidit hunc aulam Vincenti nomino clarum*
*Vir pietate cluens *, probitatis muuere pollens,*
*Amplectens humiles, prosterneus mente rebelles.*
*Templa Dei dicans, gaudebat, boua repensans:*
*Millia mendicis solidorum dans & egenis,*
*Gazarum cumulos satagebat coudere cælo.*

* clarens.

Porro idem Rex religionis propensioris cultns uliu plura monumenta reliquit, nempe hospitalem domum puuperibus extructam Lugdani, cujus est mentio in Concilio Aureliunensi (*b*); celeberrimum insuper monasterium Arelatense, cujus meminit S. Gregorius (*c*), cum illud locupletut privilegiis: necnon etiam monasterium Modoalense, in quo S. Carlephus una cum suis monasticam vitum summu eucoluit diligentiu, ut ejus vitæ Acta (*d*) significant. Sed & alia multa fuisse, non dubium est, quæ nos lutent. II.

(*b*) *Conc. Aurel. 5. c. 15.*
(*c*) *Greg. l. 7. ep. 115.*
(*d*) *Extant apud Sur. tom. 4. die 1. Jul.*

III. Clotarius monarchiam adeptus Regni Francorum.

Post obitum vero Childeberti Regis Clotarius germanus ejus regnum, filiubus cjectis, accepit, solusque totius Francorum regni monarchiu potitus est. Qui parisios veniens, & in morbum repente incidens, a S. Germano ejus civitatis Episcopo, cujus contemptus causu ille divinitus immissus erat, curatur. Sed quomodo id acciderit, uccipe u Fortunuto, dum uit (*e*): *Cum S. Germauus ad gloriosum Cloturium Regem occurrisset; nec tumen de Sancto viro stante ante Palutium ei fuisset indicatum: mora facta unte vestibulum, non præsentutus, domum revertitur. At sequens nox consuetis in oratorio vigiliis ducitur: Rex dolore at-*que

(*e*) *Fort. in vita S. Germani c. 24. apud Sur. t. 3.*

PAGIUS SÆC. VI. Anno Eræ Hispan. DC. A. C. 562.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6055.

☉ 13. A. ☽ 12. P. 9. April. Indict. 10.

JESU CHRISTI 562.

JOANNIS III. PAPÆ 3.

JUSTINIANI IMP. 36.

I. *Octava Justiniani Quinquennalia.*

HIc annus ista formula notatus: *Post Consulatum Basilii U. C. XXI.* vel, secundum aliquos, *Post Consulatum Basilii V. C. anno XXII.* In hunc annum incidunt octava Quinquennalia Justiniani post Justinum imperantis, quorum indicium Dedicatio Ecclesiæ Sanctæ Sophiæ, de qua mox.

II. *Moritur Childebertus Francorum Rex.*

A num. I. ad V. Gregorius Turonensis lib. 4. cap. 5. ubi de morte *Childeberti* Francorum Regis agit, quot annis regnaverit, non memorat, & Aimoinos lib. 2. cap. 29. annos XLIX. ei attribuit. Sed non dubium, quin Marius in Chronico *post Consulatum Basilii anno XVII.* anno nempe DLVIII. recte scripserit: *Hoc anno Childebertus Rex Francorum transiit: & obtinuit Regnum ejus Clotarius Rex frater ejus.* Regnavit itaque *Childebertus* annos XLVII. aut XLVIII. incompletos. Diem ejus emortualem notarunt Usuardus in suo Martyrologio, & Auctor Anonymus, qui Vitam Sancti Droctuvei Abbatis Monasterii Sancti Germani Parisiis ab eodem Childeberto post suum ex Hispania reditum in honorem Sancti Vincentii Martyris fundati, recitatam a Bollando ad diem X. Martii scripsit, diem nempe vigesimum tertium mensis Decembris. Habuit in matrimonio *Ultrogotham* ab iis, qui Acta Sanctorum scripsere, pluribus commendatam, quamque Auctor Vitæ Sanctæ Balthildæ Reginæ tutricem pupillorum, nutricem egentium, & fidelium Monachorum adjutricem appellat. Ex ea duas filias suscepit, quas interpolator Aimoini loco citato *Crothbergam*, & *Crothsindam* vocat. *Clotarius*, ad quem solum universum Francorum Imperium devolutum est, *Ultrogotham*, ejusque filias post Childeberti mortem in exilium misit, ut testatur Gregorius lib. 4. cap. 20.

Inter Monasteria a *Childeberto* fundata memorantur Monasterium illud *Sancti Vincentii* Parisiis ædificatum, quod nunc Monasterium San-cti III.

Ob S. Germani contemptum Rex affligitur. *que febris infestatione torquetur. Vix primo diluculo ad domum Pontificis a proceribus concursatur: pœna Regis exponitur; & ut sua visitatione Regis doloris vim mitiget, optimates deprecantur. Mox apud pietatis virum injuriæ causa postponitur: & qui ante nec nunciabatur, intrat jam honoratus, & exoratus Palatium visitat. Tunc Rex vix assurgens de lectulo, cæsum se divino flagello conqueritur, allambitque palliolum, & vestem sacerdotis deducit gaudens per loca doloris: culpam namque confessus est criminis, & sic dolor omnis fugatur. Itaque actum est, ut cujus incurrebat de contemptu periculum, sentiret de contactu remedium.* Hæc Fortoaatus. Porro ubi monarchiam Clotarius Galliarum obtinuit, cum cæteros viros sanctos, tum præcipue S. Maarum, qui a S. Benedicto missus erat ia Gallias ad propagandam vitam monasticam, coluit, multaque erga ejus monachos exhibuit pietatis officia, atque contulit beneficia, quæ Mauri Acta prosecutus Faustus pluribus narrat. Pepercitque iterum filio suo Chramno sæpius rebellaati Clotarius hoc anno, ubi monarchiam est coasecutus; sed frustra: nam de eo ista Gregorius (a):

(a) Greg. Tur. l. 4. c. 20.

IV. *Chramnus patri repræsentatur, sed postea infidelis extitit. Cumque se cerneret evadere non posse, Britannias petiit, ibique cum Conobio Britannorum Comite ipse & uxor ejus & filiæ latuerunt. Vuilicharius autem socer ejus ad basilicam sancti Martini confugit. Tunc sancta basilica a peccatis populi ac ludibriis, quæ in ea fiebant, per Vuilicharium, conjugemque ejus succensa est: quod non sine gravi suspirio memoramus. Sed & civitas Turonica ante annum jam igne consumpta fuerat, & tot ecclesiæ in eadem constructæ desertæ relictæ sunt. Protinus beati Martini basilica, ordinante Clotario Rege, stanno cooperta est, & in illa qua prius fuerat elegantia reparata.* Hæc Gregorius; reliqua autem de Clotario suo loco.

Basilica S. Martini incensa.

V. Sed ratio temporis a nobis exigit, ut doctissimum illum & æque saactissimum virum decus Romanæ nobilitatis præfecturis iaoumeris diutius illustratum conveniamus Aoreliom Cassiodorum, noa otiosum illom quidem, licet feriatum degentem in monasterio quod extruxit: ubi velut ia portu residens post naufragia Regnum Gothorum, qoorum regaa Prætoria præfectura curarat, Deo & litteris vacans, reliquum vitæ tempos ad obitum usque semper aliquem fertilissimi iagenii partum edeas, effectam licet aanis, fecundam frugibus seaectutem ducebat. Scribebat hoc aaao Paschalem computum, & de Indictione adiaveaienda currente, ac de Epacta, aliisque ad Paschalis temporis computum spectantibus. Ia quibus singulis disponendis quam adamussim in omaibus idem ipse nostræ coasentiat Aanalium chroaographiæ (quod ex aliis testibus sæpe docuimus) ipsum audi ista dicentem: *Si nosse vis, quotus annus est ab incarnatione Domini nostri Jesu Christi: computa vigintusex per quindecim, fiunt quingenti quadraginta: bis semper adde duodecim, & fiunt quinquagintaduo: adde & Indictiones anni cujus volueris, ut puta, decimam, vicies semel post Consulatum Basilii Junioris: sunt quingenti sexagintaduo, &c.* Ac paulo post: *Si vis scire, quota est indictio, ut puta vicies semel post Consulatum Basilii Junioris: sume ab incarnatione Domini nostri Jesu Christi, id est, quingentos sexagintaduos: bis semper adjice tria; fiunt quingenti sexagintaquinque. Hæc partire per quindecim; remanent decem: decima est Indictio.* Hæc ipse, præsentem designans aanum.

De Aurel. Cassiodoro.

VI. Nos igitur ab eodem Cassiodoro hæc accurate tractaate, accepto hoc anno tradito, Iadictionis iaveaiendæ numeraadæque modo, singulos post hæc aanos Indictionis nota signaturi sumus. Cum eaim jam prope aos deserant Coosules, per quos hactenus anaos siagulos numerare consuevimus, vel admodum infrequentes inveniantur: nihil est ut per eos anaos singu-

PAGIUS

Floret S. Carilephus Abbas Anisolensis.

cti Germani de Pratis nuncupatur, Monasterium *Arelatense*, de quo suo loco egimus, & Monasterium Sancti Carilephi, vulgo *Saint Calais*, ut hodie vocatur, ad Anisolam fluvium in Diœcesi Cenomanensi; illud enim, ut legitur apud Mabilionium in Gestis Episcoporum Cenomanensium Tomo 3. Veterum Analect. pag. 96. Childebertus de rebus Fisci sui locupletavit. Fuit *Carilephus* Monachus Menatensis tum Miciacensis Monasterii, qui sedente Innocentio Episcopo Cenomanensi in Diœcesim ejus venit, hujusque auxilio amplissimum construxit Monasterium. *Childebertus* donationes eidem Monasterio tam a se, quam ab Innocentio factas confirmavit præcepto a Mabillonio ibidem recitato pag. 86. cujus hæc subscriptio: *Datum dies ollo quod facit mensis Junius, anno XV. Regni nostri*, ideoque anno Christi DXXVI. Refertur etiam ibid. pag. 84. sancti Carilephi testamentum *Dat. XV. Kalend. Februarii anno XIV. regnante Childeberto Rege*. Quo anno obierit sanctus *Carilephus*, incompertum. Legenda ejus Vita apud Surium ad diem I. Julii, & apud Mabillonium sæculo I. Benedictino, ubi aliam a B. Siviardo Abbate Anisolensi initio sæculi VIII. scriptam & a Suriana diversam repræsentat.

IV. Floret Cassiodorus.

Ad num. V. & seqq. pluribus de Magno Aurelio *Cassiodoro* Senatore agit hoc anno Baronius, qui ejus mortem consignat. Verum annus mortis ejus deficientibus veteribus Monumentis definiri non potest, unde plures eam in annum DLXXV. differunt. *Cassiodori* Vitam ex ejus Operibus collegit Joannes Garetius Monachus Ordinis S. Benedicti e Congregatione Sancti

gulos numerare possimus, unde opus est per Indictionum periodos, deducere temporum supputationem. In quo illud monendum, quod etsi numeret Cassiodorus ab incarnatione, nos vero a natali Domini, unus idemque annus Domini est, cum novem tantum menses intercedant ab incarnationis tempore usque ad natalem ipsius diem, idemque annus sit sub Consulatu Basilii vicies semel signatus, ut etiam numeratum eum vides a Cassiodoro. Verum si a mense Septembri, more majorum, onmerare cœperis Indictiones: tunc fiet ut non eadem sit Indictio anni ab incarnatione numerati, & ejus qui exorditur a sequenti natali Domini: sæpe enim opus erit ut unius numero crescat annus a Domini natali notatus, sicque hic ipse annus Domini quingentesimus sexagesimussecundus, sub Consulatu Basilii vicies semel, Indictionis decimæ ab incarnatione Domini, idem sit Indictionis undecimæ a natalis tempore. Quamobrem cum hoc anno Indictio decima a Cassiodoro ponatur, undecima ponenda a nobis esset, ipsa incipiente a mense Septembri ejusdem anni quingentesimi sexagesimisecundi incarnationis Domini, qui deducitur usque ad vigesimamquintam mensis Martii anni hujus, a quo tempore postea sexagesimustertius incipit numerari.

VII. Quoniam vero majores nostri, qui Christi annis conjunxere Indictiones, eos non a natali Domini, sed ab incarnatione (ut vides) incipiunt numerare: nos ad evitandas perplexitates eodem pariter ordine jungemus Christi annis Indictiones, ita ut præsenti anno, velut sit ab incarnatione inchoatus, ex sententia Cassiodori decimam ponamus Indictionem. Ceterum nequaquam fit præjudicium institutæ chronographiæ; cum eodem anno & sub iisdem Consulibus (ut sæpe dictum est) quo Christus est incarnatus, pariter & natus sit, curratque idem annus, licet non eadem Indictio, absoluta priori mense Septembri, quo & sequens inchoatur. Hæc igitur meminisse oportuit, ut in ponendis Indictionibus nostri instituti ratio habeatur. Sed ad Cassiodorum redeamus.

VIII. Ut autem tanti viri memoria nostris Annalibus pressius inhæreat, præter illa quæ de ipso superius dicta sunt, quæ sunt reliqua recolamus; ne qui nobis scribentibus quamplurima suppeditavit, suumque sæculum mirifice illustravit, ipse obscurus prætereat, atque ingrata nimis oblivione sepeliatur inglorius. Qui igitur a tempore Theodorici Amali Regis usque ad Vitigem itidem Italiæ Regem, apud ipsos Gothorum Reges florentissime vixit, summis semper honoribus auctus; exaturatus ad nauseam usque continuatione amplissimorum magistratuum, quo turbulentius mundi pelagus magis expertus est, eo libentius tenui cymba contulit se in solitudinem, exoptatum diu portum tranquillitatis, nempe in monasterium a se constructum, de quo ipse pluribus in libris de divinis lectionibus (a) meminit; appellatque ipsum monasterium Vivariense, sive Castellense, ita a loco denominatum, ubi (ut ait) piscosus amnis Peliena dictus se mittit in mare. Sane quidem ubi iste situs fuerit qui ab ipso Cassiodoro describitur locus, haud facilis est inventu: ex Gregorio tamen Romano Pontifice in epistola ad Joannem Scyllitanum Episcopum, ubi positum fuerit ipsum Cassiodori monasterium, quod Castellense nominatum tradit, possumus intelligere.

(a) Caff. de divin. lect. c. 29. De monasterio Cassiodori.

IX. Meminit enim ipse (b) de Castellense sive Castelliense monasterio a Romanis Pontificibus privilegiis communito; traditque collocatum fuisse apud civitatem Scyllitanam. Et ne quis putet S. Gregorium de alio aliquo Scyllitano, sive Scyllacæo loco esse locutum, quam de eo qui in extrema parte Calabriæ, sive dixeris Magnæ Græciæ situs est, ubi famosus Scyllæ contra Caribdim scopulus imminet, a quo civitas nomen accepit; satis id intelligere possumus ex alia epistola (c) ejusdem Gregorii Papæ ad Secundum Tauromenii Episcopum data, cui committit causam ejusdem Castelliensis monasterii monachorum. Esse autem Tauromenium in Sicilia civitatem ex adverso littore positam nemo ignorat. Ceterum

(b) Greg. lib. 7. Ind. 2. ep. 33.

(c) Greg. l. 7. Ind. 2. epist. 31.

PAGIUS di Mauri, qui Cassiodori Opera in duos Tomos distributa nuper in lucem emisit. Natus est Clarissimis parentibus *Scyllacii*, quæ Urbs Brutiorum tum erat primaria, quamvis eum Ravennæ ortundum esse multi perperam crediderint. Ipse enim lib. 12. Epist. 15. Patriæ suæ situm amœnissimum egregie describit. Anno DXXXVIII. aut insequenti deposita Præfectura Prætorii, sæculoque valere jusso, in Urbem *Scyllacium* quietioris vitæ desiderio contendit, juxta quam constructum a se Monasterium, veluti tutissimum salutis portum, ingressus est; quod Cœnobium prope Ravennam fuisse male aliqui existimarunt, ut ostendit Baronius, cui tamen, ut inquit Garetius, Pelena fluvius; qui Italiæ parte suas aquas volveret, haud innotuit. Ejus fluenta Monasterio Vivariensi admodum vicina Cassiodorus lib. de Divin. Lect. cap. 29. asserit, adeo ut *omnis arte moderatus inhortos, cum necessarius judicaretur, facile influeret*, & qui hæc loca oculis perlustrarunt, affirmant, luce clarius patere fluvium *Pelenam* eum esse, quem hodie *Scyllacis* amnem vocant, & vicinum Monasterio Vivariensi agrum labentibus leniter aquis irrigare. Unde Cœnobium Cassiodori non procul *Scyllacio* distare nova certaque probatione ostendit Garetius, cum & illud *Pelena* undis pervium fuisse, vel Cassiodorus commemoret. Incertum vero, an Cœnobium quod subter montem & cellulæ quas supra cam-

rum de Pellena amne nusquam mentionem reperimus. At ex his quæ dicta sunt, minime induci possumus, ut credamus (quod alii dicunt) Cassiodori monasterium in Ravennate fuisse territorio collocatum. Remotiora videtur quæsisse loca qui sæculo nuncium omnino remisit, & non ubi assiduo bella vigebant.

X. Cœnobitis & Anachoretis locus aptus.

Sed cur duo nomina uni monasterio ab ipso indita, eum ejusmodi affixit titulum loci descriptioni, videlicet, De positione monasterii Vivariensis, sive Castellensis. Accipe quæ ipse in fine ujus capitis habet his verbis: *Si vos in monasterio Vivariensi (sicut credere dignum est) divina gratia suffragante cœnobiorum consuetudo competenter adjuvat, & aliquod sublimius defectos animos optare contingat: habetis montis Castelli secreta suavia, ut velut anachoretæ, præstante Domino, esse positis: sunt enim semota & emicantia eremi loca, quando muris pristinis ambientibus probantur inclusa.* A Vivariis vero piscium Vivariense monasterium esse dictum, ipse superius testari videtur, ubi ait: *Maria quoque nobis ita se subjacent, ut piscationibus variis pateant, & captus piscis, cum libuerit, vivariis possit includi. Fecimus illic, juvante Domino, grata receptacula, ubi sub claustro fideli vagetur piscium multitudo, ita consentanea montium speluncis, ut nullatenus se sentiat captum, cui libertas est escas sumere & per solitas se cavernas abscondere.* Hæc de loco & nominibus monasterii.

XI.

Porro ita ipsum optime, civitatis instar, instituit, ut nihil Deo servientibus ex iis deessent, quæ Christiano philosophanti ad rerum divinarum contemplationem conducerent. Describit ipse (a) eadem utensilia: ubi & de lucernis ex Archimedis officina sumptis hæc mira: *Paravimus etiam nocturnis vigiliis mechanicas lucernas conservatrices illuminantium flammarum, ipsas sibi nutrientes incendium, quæ, humano ministerio cessante, prolixe custodiant uberrimi luminis abundantissimam claritatem; ubi olei pinguedo non deficit, quamvis flammis ardentibus jugiter torreatur.* Et de horologiis ista mox subiicit: *Sed nec horarum modulos passi sumus ullatenus ignorare, qui ad magnas utilitates humani generis noscuntur inventi. Quapropter horologium vobis, quod Solis claritas indicet, præparasse cognoscor: alterum aquatile, quod die noctuque horarum jugiter indicet quantitatem: quia frequenter nonnullis diebus Solis claritas abesse cognoscitur, miroque modo in terris aqua peragit, quod Solis flammeus vigor desuper modulatus excurrit. Ita quæ natura divisa sunt, ars hominum facit ire concorditer; in quibus fides rerum tanta veritate consistit, ut quod ab utrisque geritur, per internuncios existimes constitutum. Hæc ergo procurata sunt, ut milites Christi certissimis signis admoniti, ad opus exercendum divinum quasi tubis clangentibus evocentur.* Hæc ipse.

(a) Cass. de divin. Instit. c. 29. 30. 31.

De lucernis & Horologiis.

XII. De Cassiodori Bibliotheca.

Sed quod omnibus præstat, egregiam plane eisdem vitam monasticam excolentibus ibidem bibliothecam constituit, quam & in commentario Institutionis divinarum lectionum descripsit: quo & effecit, ut (quod in ejus præfatione profitetur) cum bellis pax esset in Italia ubique turbata, ob idque ad discendum scholæ minime essent apertæ, ipse addiscere cupientibus doctores veluti in cathedris constituerit, cum eorum scripta per novem (ut ipse testatur (b) distincta armaria ibidem collocavit. Sed audi consilium ejus, quod præfando declarat his verbis: *Quoniam non habet locum res pacis temporibus inquietis: ad hoc divina charitate probor esse compulsus, ut ad vicem magistri, introductorios vobis libros istos Domino præstante, confecerim, per quos (sicut æstimo) & scripturarum divinarum series, & sæcularium litterarum compendiosa notitia, Domini munere panderetur.*

(b) Cass. Instit. divin. lect. c. 8. & 12.

XIII. Ab antiquis petenda doctrina.

Et post hæc, quid a singulis sit accipiendum libris, sic utiliter admonet: *In quibus non propriam doctrinam, sed priscorum dicta commendo, quæ posteris laudare fas est, & prædicare gloriosum. Quoniam quicquid de priscis sub laude Domini dicitur, odiosa jactantia non putatur.* Et paulo post, non propriam sed priscorum esse in divinis rebus sententiam sectandam, his verbis docet: *Quapropter dilectissimi fratres, indubitanter ascendamus ad divinam Scripturam per expositiones probabiles Patrum, veluti per quandam scalam visionis Jacob (c); ut eorum sensibus provecti, ad contemplationem Domini efficaciter pervenire mereamur. Ista enim fortasse scala Jacob, per quam Angeli ascendunt atque descendunt; cui Dominus innititur, lapsis porrigens manum & fessos ascendentium gressus sui contem-*

(c) Gen. 28.



PAGIUS eumdem Eremitis condidit Cassiodorus, unicum vel duplex Monasterium censeri queant, ita ut quæ pars *Vivariensis* dicebatur Cœnobitarum sedes esset; quæ *Castellensis*, Eremitarum. Incertum pariter, quis primus Cœnobio Vivariensi præfuerit Archimandrita: illud unum scitur ex Præfatione libri de Orthographia munus Abbatis aliquando gessisse *Cassiodorum*. De ejus Libris, Virtutibus, ac Vita Monastica legendus idem Garetius.

V. Iterata Encænia templi S. Sophiæ.

Theophanes anno Incarnat. secundum Alex. DLV. qui Kalendis Septemb. hujus Christi anni inchoatur, ait: *mensis Decembris die vigesimo Magna Ecclesiæ Dedicatio secundo celebrata: nocturnaque vigilia Dedicationi hujusmodi præmitti solita apud Sancti Platonis peracta: & exinde*

*platione sustentaat*. Hæc ipse: qui & quæ tyronem deceant, quæve provectioribus sint proponenda, magna habita discretione partitur.

XIV. De Mutiano. Præter autem sanctorum Patrum varia scriptorum monumenta, recentiorum lucubrationes recenset auctorum, ut Dionysii Exigui, Epiphanii, Bellatoris, Eugipii, Primasii, quorum omnium superius suis locis fecimus mentionem. Meminit & Mutiani viri disertissimi, cujus se opera usum tradit, ut triginta quatuor homilias S. Joannis Chrisostomi in epistolam Pauli ad Hebræos Latinitati donaret. Porro hunc crediderim Mutianum illum faventem Quintæ Synodo & Romanis Pontificibus in damnatione Trium capitulorum, redarguentemque Africanos obstinate nimis resistentes, & schismate se ab Ecclesia Catholica dividentes: adversus quem Facundus Hermianensis Episcopus opusculum scripsit, cujus ante meminimus.

XV. Agit præterea Cassiodorus, dum relegit suam bibliothecam, de quodam Petro Abbate in Africa; cujus scripta dum recenset, hæc ait (a): *Petrus Abbas Tripolitanæ provinciæ S. Pauli epistolas exemplis opusculorum S. Augustini subnotasse narratur, ut per os alienum sui cordis declaret arcanum: quæ ita locis singulis competenter aptavit, ut hoc magis studio beati Augustini credas esse profectum *. Mirum est enim sic alterum ex altero dilucidasse, ut nulla verborum suorum adjectione permixta, desiderium cordis proprii complesse videatur: qui nobis inter alios codices, divina gratia suffragante, de Africana parte mittendus est*. Hæc de Petro Cassiodorus.

(a) Cass. Instit. div. lect. cap. 8.

De Petro Tripolitano.

* perfectum.

XVI. Tu vero scito, lector, ejusdem Petri extare labores, sed Bedæ nomine editos; quod ut probaret qui præfationem præfecit operi, Bedæ quædam verba id testantia recitat ad finem (ut ait) historiæ ipsius apposita: sed cum desiderentur illa in ipsa recentiori etiam Bedæ editione, imposturam arbitror. Absit a Venerabilis Bedæ probitate, alienos sibi partus supposuisse. Sed sicut Bedæ illud opus non est, ita nec Flori Abbatis, cui a Sigeberto tribuitur. Quis vero ejus sit legitimus auctor, satis definitum habes litem, nempe esse opus illud Petri Abbatis Tripolitani: quod (ut vidimus) Cassiodori testificatione monstratur.

XVII. Inter alios autem illustres viros quorum ibidem Cassiodorus meminit, Eusebius cæcus est nemini notus, nisi qui commentarium illum legerit. De ipso enim hæc habet (b) dum de Didymo Alexandrino agit: *De Didymo quod ferebatur mihi pene impossibile videbatur esse, cum legerem: nisi de partibus Asiæ quemdam ad nos venire Eusebium nomine contigisset. Qui se infantem quinque annorum sic excæcatum esse narrabat, ut sinistrum ejus oculum excavatum orbis profundissimus indicaret; dexter vero globus vitreo colore confusus, sine videndi gratia infructuosis usibus volvebatur. Hic tantos auctores, tantos libros in memoriæ suæ bibliotheca condiderat, ut legentes probabiliter admoneret, in qua parte codicis quod prædixerat invenirent. Disciplinas omnes & animo retinebat, & expositione planissima lucidabat*. Et post alia de ejus lucubrationibus: *Quem tamen adhuc Novatianæ pravitatis errore detentum misericordia Domini suffragante, rectæ fidei credimus illuminatione complendum; ut quem scripturas suas animo fecit discere, jubeat Catholicæ fidei integritate pollere*. Hæc Cassiodorus.

(b) Cass. Instit. div. lect. c. 5.

De Eusebio Novatiano hæretico.

XVIII. Sed jam ipsius recenseamus Cassiodori lucubrationes, quas in eadem collocavit bibliotheca; & quo ordine scriptæ fuerint, pernoscamus. Scripsit perbreve Chronicon usque ad annum Domini quingentesimum decimumnonum, id Theodorico Rege petente: itemque de rebus Gothicis duodecim libros, ut ipse tradit in Variarum præfatione: id ipsumque & Jordanus, qui eos in compendium redegit. Variarum insuper duodecim libros collectos epistolarum in eadem bibliotheca posuit asservandos. Mox vero scripsit librum de Anima, ut ipse testatur, cum ita exorditur (c): *Cum jam suscepti operis optato fine gauderem, meque duodecim voluminibus jactatum, quietis portus exciperet, ubi etsi non laudatus, certe liberatus advenera m; amicorum me suave collegium in salum rursus cogitationis exposuit: postulans, ut aliqua, quæ tam in libris sacris, quam in sæcularibus abstrusa compereram, de animæ substantia, vel de ejus virtutibus aperirem, &c.* Habet id ipsum in undecimi libri Variarum præfatione. Porro ex dictis etiam illud apparet, tamdiu permansisse ipsum in sæcularibus curis, quamdiu vixere illi Gothorum Reges, quibus in amplissimis præfe-

De Cassiodori scriptis.

(c) Cass. in præf. l. de anima.

PAGIUS *sacro procedendi ritu, cui præsentem Imperator se exhibuit, Patriarcha Constantinop. Eutychius curru vectus, & Apostolico habitu ornatus, sacrum manibus tenens Evangelium progressus est, cunctis e populo concinnentibus: Attollite portas, Principes vestras*, Loquitur Theophanes de Ecclesia *Sanctæ Sophiæ*, cujus Trullus seu Hemisphærium die septima Maii anni Christi DLVIII. concidit, ut idem Theophanes scribit ad annum Justiniani XXXII. qua de re legendus etiam Agathias lib. 5. pag. 152. Verum hæc nova Encænia, non die XX. Decembris, sed die XXIV. ejusdem mensis, ut legitur apud Auctorem Chronici Alexandrini peracta; in quam etiam diem hoc anno Do-

secturarum ordinibus militabat usque ad Vitigem: inde vero sæculo huic nuncium remisisse, atque monasterii captasse quietem: cum jam degustans spiritalis vitæ dulcedinem, craicre potatus sapientiæ, hoc ore promebat, styloque pingebat, quo erat plenus interius: nam in fine ejusdem opusculi: *Tibi denique Domine* (inquit) *nobilius est servire, quam mundi regna capessere; quando ex servis filii, ex impiis justi, de captivis reddimur absoluti*, &c.

XIX. Tunc temporis etiam, hortato Summi Pontificis, Psalmos accepit interpretandos, ut ipse profitetur, cum ait in ipsios operis præfatione his verbis: *Repulsus aliquando in Ravennate urbe sollicitudinibus dignitatum, & curis sæcularibus noxio sapore conditis, cum Psalterii cælestes animarum mella gustassem*, &c. In fine autem: *Quo circa* (inquit) *Pater Apostolice, qui cælestes litteras sanctis monitis reddidisti, præstante Deo, tua invitatione provocatus, abyssus divinas ingredior*. Ea scriptione perfecta, ad Salomonis Parabolas stylum convertit: id enim ipse pollicitus est in fine ejusdem commentarii super Psalmos: idemque in Institutione divinarum lectionum super Psalmos a se editas lucubrationes affirmat: sed & in Parabolae Salomonis meminit in prologo (a) aliqua commonuisse. Quos autem post hæc ipse ediderit commentarios, audi ipsum eosdem hoc ordine referentem (b):

(a) Cass. Instit. div. lect. c. 5.
(b) Cass. de Orthograph. in pref.

XX. Cassiodori elucubrationes. *Jam tempus est, ut tutius aperte nostri conclusionem facere debeamus, ut melius in animo recolantur quæ septenaria conclusione distincta sunt. Prima post commenta Psalterii, ubi, præstante Domino, conversionis meæ tempore primum studium laboris impendi. Secunda deinde post Institutiones quemadmodum divinæ & humanæ deberent intelligi lectiones, duobus libris (ut opinor) sufficienter impletis, ubi plus utilitatis invenies, quam decoris. Tertia post expositionem epistolæ quæ scribitur ad Romanos, unde Pelagianæ hæreseos pravitates amovi, quod etiam in reliquo commentario facere sequentes admonui. Quarta post codicem, in qua artes donati cum commentis suis & librum de Etymologiis, & alium librum sacerdotis de Schematibus, Domino præstante, collegi; ut instructi simplices fratres, ubi necesse fuerit, similia dicta sine confusione percipiant. Quinta post librum quoque titulorum, quem de divina Scriptura collectum, Memorialem volui nuncupari, ut breviter cuncta percurrant, qui legere prolixa fastidiunt. Sexta post complexiones in epistolis Apostolorum, & Actibus Apostolorum, & Apocalypsi quasi brevissimas explanationes decursas. Septima ad amantissimos Orthographos discutiendos anno ætatis meæ nonagesimotertio, Domino adjuvante, perveni*. Hæc ipse de suis scriptis hactenus editis.



XXI. Cassiodori in senectute labores. In quibus omnibus sane admirari non desino doctissimi viri incredibilem animi demissionem, facti (secundum Apostolum) (c) omnia omnibus: etenim non quæ sua sunt quærens, sed aliorum, prima etiam rudimenta in decrepita senectute monachos veluti pueros docere voluit, & tamquam puerorum manum tenere, & ad characteres recte formandos ducere non recusavit: In eorumdem enim fratrum utilitatem plurimum se laboris insumpsisse testatur, ut secundum orthographiam jam librariorum incuria prætermissam, ad utilitatem legentium, sacros codices restitueret: nam audi ipsum, dum in præfatione Institutionis divinarum lectionum hæc ait: *Illud quoque credidimus commonendum, sanctum Hieronymum simplicium fratrum consideratione pellectum, in Prophetarum præfatione dixisse, propter eos qui distinctiones non didicerunt apud magistros sæcularium litterarum, colis & commatibus translationem suam, sicut hodie legitur, distinxisse. Quod nos talis viri auctoritate commoniti, sequendum esse judicavimus, ut cætera distinctionibus ordinentur*, &c. Verum licet diligentissimis Notariis opus delegarit, ipse tamen plurimum laboris insumpsit, ut cunctos a se in bibliotheca positos codices cum aliis antiquis voluminibus sedulo legendo conferret. Sed qua hæc tanta ipse mercede? in fine operis posita ipsius verba audi: *Valete, fratres, atque in orationibus vestris mei memores esse dignemini, qui inter cætera & de orthographia virtute, & de distinctione ponenda (quæ nimis pretiosa cognoscitur) sub brevitate commonui: & quemadmodum Scriptura divina intelligi debeant, copiosissime legenda præparavi: quatenus sicut ego vos ab imperitorum numero sequestratos esse volui, ita nos virtus divina non patiatur cum nequissimis pœnali societate conjungi*.

(c) 1. Cor. 9.

XXII. Sed quid postea? num hic finis ejus didascaliæ? minime gentium. Etenim post



PAGIUS Dominica incidit. Fallitur tamen idem Auctor Chronici Alexandrini, qui hanc Dedicationem in annum sequentem differt. Paulus Silentiarius parte 2. versu 396. scribit, eam celebratam esse die, qui Christi Natalitia præcessit: *decebat*, inquit, *post divinum istum diem deinceps vita Parentis Christi Natalem advenire*. De his Encæniis legendi Ducangius in Constantinopoli Christiana lib. 4. cap. 8. & Hankius in libro de Byzantinarum Rerum Scriptoribus Græcis, in Vita Pauli Silentiarii, qui tempore Justiniani floruit, quique prolixo Carmine libris Historiarum Joannis Cinnami subjecto Templum Constantinopolitanum Sanctæ Sophiæ descripsit.

Concilium *Santonense* hoc anno celebratum; de quo anno DLXVI.

Cassiodorus quæ etiam suos docuit.

hæc quos recte scribendi facultatem docuit, eosdem arte Grammatica reddere voluit diligenter excultos, dum ejusdem de eadem Grammatica librum conscripsit; sed & postea de Rhetorica breve adjecit compendium, de Dialectica etiam copiosius volumen, necnon de Arithmetica, de Musica, de Geometria, & Astronomia, non evanescens quidem in philosophorum sententiis, sed de ea persecutus, quæ lectorem sobrium reddant ac pium; nam hæc habet in fine libri de Astronomia: *Nobis sufficit quantum in Scripturis sacris legitur, tantum de hac arte*, nempe Astronomia, *sentire: quia nimis indecorum est, hinc humanam sequi sententiam, unde quantum nobis expedit, divinam nostimur habere doctrinam.* Hæc ipse, explosa penitus a Fidelium corde ea, quam judiciariam dicunt, Astronomia, eventa hominum præsignante. Ad postremum antem libellum addidit de Paschali computo, quem hoc ab eo anno esse elucubratum, ex annorum numero post Basilii Consulatum designato (ut dictum est) satis manifeste apparet; an antem post hæc aliquid scripserit, nobis ignotum; quantumque vitam duxerit, pariter incompertum: sed prope centenarium ex hac vita migrasse, ex dictis possumus opinari.

XXIII. Reliquæ Cassiodori lucubrationes.

Quod antem ad reliquas superius non numeratas Cassiodori lucubrationes pertinet: ante duodecim libros Variarum ipse de se testatur (a), dixisse panegyricos Regibus atque Reginis; insuper Ecclesiasticam historiam ex Socrate, Sozomeno, atque Theodoreto tripartitam contexuisse, iisdem auctoribus (ut ipse affirmat) ab Epiphanio in Latinum versis. Addit de Schematibus & tropis libros duos, quos ante libros de Orthographia positos habes. Sic igitur, qui vegetiorem ætatem in optima regni gubernatione utiliter honorificeque consumpsit, nec in decrepita senectute labores ad res divinas conversos vel minimum intermittens in suo monasterio tandem sancto fine quievit; ad monasterii curam duobus præfectis Abbatibus viris sanctissimis, Chalcedonio scilicet atque Gerontio, quorum alter Vivariensibus cœnobitis, Castellensibus alter præesset ibidem junctis anachoretis. At de Cassiodoro satis,

(a) Cass. in præfat. Variar.

Quin-

I. Justinian. Imper. lapsus. QUingentesimo sexagesimotertio Christi anno, post Consulatum Basilii vigesimo secundo, numerari cœpto Indictionis undecimæ novi de fide tumultus Ecclesiam Constantinopolitanam perturbant, cum se Justinianus Imp. infelix in hæresim præcipitem dedit. Hunc tandem consecuta est finem reprehensibilis Imperatoris curiositas, atque temeritas in miscendis sacris, summus velut Antistes esset. Qui igitur compositam a prædecessore Justino pacem invenit, fidemque Catholicam stabilitam, undique compressis hæreticis; dum quæ sunt sacerdotum sibi nimium arrogat, & Pontificum partes usurpat, pacem profligat, fidemque in discrimen sæpe adducit, atque tandem penitus labefactat. Ita plane homini accidit non quæ sunt Cæsaris tantum sibi sumenti, sed & quæ Dei procacirer usurpanti. Sed hæc quomodo se habuerint, videamus.

II. Unde Justiniano ruina. Ubi semel pacis & concordiæ Ecclesiasticæ ineundæ velamento cœpit Justinianus Imperator cum hæreticis habere consuetudinem, quos procul pellere, & more Catholicorum Imperatorum in exilium mittere debuisset; plane accidit, ut eorum venena minus caute vitarit: dumque adversantes sibi Romanos Pontifices (ut vidimus) aversari cœpit & persequi, factum est, ut tum majorem fiduciam conciliaret hæreticis, tum etiam adversus eos clamantium ora Orthodoxorum obstruxerit; ex quibus partes hæreticorum redditæ fuerint firmiores. Sed & quod iidem essent inter se confligantes hæretici ab invicem separati: æque factum est, ut (quod consuevit in ludis Circensibus) alteri ipsorum parti adversus alteram fautorem se Imperator addixerit; sicuti magnis animis summoque conatu adversus Venetos Prasinis stulte studuisse meminimus.

III. Hæretici inter se contrarii. Erat utraque pars ex Eutychianorum secta progrediens; quarum altera Corrupticolarum, ☞ altera vero Gajanitarum, sive Alphthardocitarum ☜, sive Incorruptibilium, vel Phantasiastarum nominabatur: quarum altera a Severo, a quo & Severiani hæretici dicti fuere; altera vero a Juliano pseudoepiscopo Halicarnasseo eodem tempore & loco, nempe Alc-

---

PAGIUS SÆC.VI. Anno Eræ Hispan. DCI. A.C. 563. ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6056.

☉ 22. G. ☽ 13. P. 25. Mart. Indict. 11.

JESU CHRISTI 563.

JOANNIS III. PAPÆ 4.

JUSTINIANI IMP. 37.

I. Postconsulatus. [1] HIc annus ista formula notatus: *Post Consulatum Basilii V. C. XXII.* vel secundum aliquos, *Post Consulatum Basilii V. C. anno XXIII.*

II. A num. I. ad XIV. Theophanes anno Incarnat. secundum Alexandrinos DLVII. qui Kalendis Septemb. anni Christi DLXIV. inchoatur, ait: *Eodem anno Justinianus opinionem de Corruptibili atque Incorruptibili movens, cum Edictum super ea re ab omni pietate alienum in Provincias omnes emisisset, Deo praevertente, mortuus est.* Idem habet Cedrenus ad annum Justiniani XXXVIII. qui cum illo anno Incarnat. secundum Alexandrinos Kalendis Septembris inchoatur. Auctor Miscellæ idem scribit ad annum Justiniani XXXVIII. Quare nescio quo fundamento Baronius, quem passim alii hac in re sequuntur, Edictum istud hoc anno consignarit. Ex exilio enim *Eutychio* Patriarchæ Constantinopolitano, quod hæreticæ opinioni subscribere renueret, irrogato, liquet Edictum initio anni quingentesimi sexagesimi quinti datum esse. *Justiniani Edictum de Incorruptibili datum anno DLXV.* Eustathius quippe in hujus Sancti Patriarchæ Vita cap. 5. ait: *Festo enim Sancti Timothei die, dum illud in novo Palatio Hormisda dicto celebraretur, & Sanctus Eutychius Divinam rem faceret; Tribunus militum & satellites Tribuni seu potius fera immanis mini-*

*stet*

---

NOTÆ [1] P. C. *Basilii* XXII. vel an. XXIII.
Lapis effossus Romæ A. D. 1607. III. Id. Aprilis in fundamentis basilicæ Vaticanæ, & exscriptus a Donio; nunc inter ejus Inscript. Cl. XX. n. 62. pag. 537.

LOCVS. MARCELLI. SVBD. REG. SEXTE
CONCESSVM. SIBI. ET. POSTERIS. EIVS
A BEATISSIMO. PAPA JOANNE
QVI. VIXIT. ANN. PL. M. LXVIII.
DEP. P. C. BASILI. V. C. ANN. XXII.
IND. XI. VNDECIMV. KAL. IANV
ARIAS.

At si *Indictio* XI. ut mos plerumque fuit, inchoanda est a Kal. Septembris, hæc ad A. D. 562. referenda sunt. Apud Torrigium in cryptis Vaticanis pag. 93. ita legitur. At Blanchinus legendum esse docet IND. XII. GEORGIUS

Alexandriæ principium duxit: prout suo loco ex Liberato (*a*) diacono & Leontio Scholastico (*b*) ambobus suorum temporum rerum scriptoribus dictum est. Testatur vero Leontius, prævaluisse sententiam Aphthardocitarum; ex quo factum esse, ut pulso Theodosio hæretico Eutychiano Episcopo Alexandrino Corrupticolarum fautore, in locum ejus subrogatus fuerit Gajanus potentissimus defensor incorruptibilitatis, a quo ejus sententiæ sectatores dicti fuerint Gajanitæ. Hi enim sic incorruptibilem & passionum expertem penitus Christi carnem dicebant, ut tamen, si voluisset, eamdem subiicere passionibus valuisset.

(*a*) *Liber. diac. in Brev. c. 19. 20.*
(*b*) *Leon. de sectis sect. 5. & 10.*

IV. Ecclesiæ Catholicæ sententia.

At contrarium omnino profitetur Ecclesia Catholica, ita assumptam a Deo carnem passionibus absque peccato fuisse subjectam, ut tamen si voluisset, vel quando voluisset, ab eisdem se liberum reddere potuisset: quamobrem qui erant in Carne Christi ejusmodi naturales affectus, non passiones, sed propassiones Teologi Orthodoxi nominaverunt, nempe ut cum vellet ipse, tantum insurgerent: & si nollet, nequaquam ipsi dominarentur. Ex priori autem sententia illud deducebatur absurdum, ut una tantum esset in Christo voluntas: ex posteriori autem recta illa Catholicaque assertio, ut sicut duæ prædicantur in Christo naturæ, ita pariter & duæ voluntates affirmarentur. Quamobrem factum est, ut ea illa priori sententia exorta fuerit Monothelitarum hæresis, quæ diu multumque Ecclesiam Catholicam perturbavit, ut suo loco dicturi sumus. Porro eo magis culpanda fuit horum hæreticorum de incorruptibilitate sententia, quo eam scire potuissent in Hilario esse damnatam non a recentioribus tantum, sed & a Claudiano (*c*) Mamerto Episcopo Viennensi; licet in meliorem sensum Hilarii dicta recentiores (*d*) acceperint, excusetque idem Claudianus virum sanctissimum.

(*c*) *Claud. de statu animæ lib. 2. c. 13.*
(*d*) *Magist. sent. l. 3. dist. 25.*

V. Contraria vero sententia dicentium, Verbum corpus suscepisse passionibus subditum, in eo a Catholicis discrepabat, quod id illi necessitate incubuisse traderent, ut etiam si noluisset, illis inservire cogeretur: unde & in illam deteriorem prolapsi sunt hæresim, qua ab ignorantia dicti sunt Agnoitæ, utpote qui dicerent nescisse penitus Christum judicii magni tempus; quod scilicet ignorantiæ passio ita ipsi inhæserit, ut quod nesciret sui natura, eadem nosse minime potuisset. Sic igitur ab uno eodemque Eutychianæ hæresi lutoso fonte turbidos hos videas rivos Corruptibilium & Incorruptibilium hæreticorum manasse; rursumque ex illo Agnoitarum, ex isto autem Monothelitarum esse hæreses propagatas. Cume contra Catholica Ecclesia cœnosos hosce Ægypti lacus declinans, bibens aquam (ut monuit (*e*) Sapiens) de cisterna sua, eamdem in plateas derivans, sic asseruit atque docuit Christi corpus subditum fuisse passionibus, ut nonnisi volentem illæ eumdem appetere possent: unde & olim Propheta (*f*): *Oblatus est, quia ipse voluit*. Et sic in eodem duas novit & docuit voluntates, ut tamen quæ esset secundum humanam naturam ei secundum divinam in omnibus & semper subditam esse nosset.

(*e*) *Prov. 5.*
(*f*) *Isai. 53.*

VI. Justinianus igitur ubi semel de dogmatibus edicta sanciendi sibi arrogavit auctoritatem, ad hujusmodi dirimendas quæstiones haud more majorum Orthodoxorum Imperatorum consulendam sibi putavit Apostolicam sedem (sicut antea sæpe ipsum fecisse vidimus) neque coacto aliquo provinciali saltem Concilio, quid sentiendum esset exploravit Patrum sententias: sed quid ab universa Catholica Ecclesia credendum, atque prædicandum foret ab omnibus Orthodoxis, super omnes Episcopos elevans sibi thronum, non secus ac Antichristus in templo Dei erigens sibi cathedram, & extollens se supra id omne quod colitur; de stabilienda perfidia leges sacrilegas sancit, atque de hæresi conscribit edicta: ut plane lugubre illud Hieremiæ (*g*) fuerit omnibus Orthodoxis ea imo corde ductis suspiriis exclamandum: *Obstupescite cæli, & portæ ejus desolamini*; ob tam grande peccatum Imperatoris, cum relinquens venam aquarum viventium, effodit sibi cisternas dissipatas.

(*g*) *Hier. 2.*

VII. Visum plane tunc fuit in Ecclesia contra Ecclesiam monstrum illud triceps, quod adeo odio dignum & execrabile esse Ecclesiasticus (*h*) monuit, ubi ait: *Tres species*

(*h*) *Eccl. 5.*

PAGIUS *stri, invaserunt Patriarcham; comprehenderuntque & distraxerunt, Viri Sancti familiares, qui contra illum testificarentur, ut quoquo modo verosimile facerent, eum non sine causa fuisse a Pontificatu depositum.* Festum Sancti Timothei Ephesini Episcopi celebratur quidem a Latinis die XXIV. mensis Januarii, sed a Græcis die XXII. ejusdem mensis, ut videre est in illorum Menæis & Menologiis. *Eutychius* autem ante depositionem sedit *annos duodecim*, ut testatur ibidem Eustathius cap. 4. Nicephorus in Chronico supra annos illos XII. menses duos addit: sed cum Eutychius mense Augusti anni DLII. Sedem Constantinopolitanam susceperit, & die XXII. mensis Januarii ejus depositio contigerit, manifestum est, Eustathium explicandum esse de die XXII. Januarii anni quingentesimi sexagesimi quinti, ideoque sedisse *Eutychium* ante suam persecutionem annos XII. & menses circiter quinque.

III. Edictum initio anni DLXV. emissum esse ex Theophane cum Eustathio collato magis confirmatur. Hic enim cap. 5. testatur *Eutychium* e Palatio in Monasterium quoddam ab *Herberio*

*ciet odivit anima mea, & aggravor valde animæ illorum: pauperem superbum, & divitem mendacem, & senem fatuum & insensatum.* Ita plane apparuit Justinianus, qualem fabulæ fingunt fuisse tricorporem Gerionem, cum in se tria hæc adeo detestanda conjunxit: dum videlicet cum pauper esset, immo pauperrimus, expers penitus litterarum, cui nec ad legendum (ut ajunt) ipsa elementa suppeterent; nihilominus voluit omnium videri doctissimus Episcoporum, & quem sequi deberet universa Ecclesia, cui non veretur doctrinam suam præscribere, & ne quis contradicere audeat, sua prohibere potentia: ex quo & dives ille mendax apparuit, de quo est illud etiam Sapientis:

(a) Eccl. 13.

(a) *Locutus est dives & omnes tacuerunt, & verbum illius usque ad nubes perducent.* Sed & cum respuit consilia seniorum plane senex cognitus est fatuus & insensatus: nam e contra subdit Ecclesiasticus

(b) Eccl. 25.

(b): *Quam speciosum canitiei judicium, & presbyteris cognoscere consilium! Quam speciosa veteranis sapientia, & gloriosis intellectus & consilium? Corona senum multa peritia, & gloria illorum timor Dei.* Sic igitur incaute miser tunc lapsus est jam senex, cum cæteri, licet desipuerint in juventute, sapere saltem in senectute incipiant.

VIII. Utinam probrosa hæc possent aliqua excusatione purgari: cum enim ejus in hæresim lapsus tum Græci quam Latini auctores omnes sint testes, omnesque pariter facinus detestentur, unus tantum Nicephorus

(c) Nic. l.17. c.29.

(c) crimen ab eo admissum his verbis attenuat: *Hæc ipsa est Aphthardocitarum hæresis, qua multi mortales sunt correpti, non solum ex his qui honores & magistratus gesserunt, sed & Hierarchæ primarii, & monachi vita illustres, & ex sacerdotali ordine alii, atque adeo etiam ipse Imperator Justinianus: & is plurimum opinioni ei inhæsit, non ille altius dogma tale investigans, verum verbi ipsius significationi acrius insistens, videlicet quod haudquaquam tale quiddam de Christo propter summum ipsius erga illum amorem & desiderium audere constituerit.* Nempe ut carnem corruptibilem passionibus obnoxiam idem suscepisse diceretur. At subdit: *Princeps cum iste tanto in Christum pietatis ardore flagrasse, ab eis qui res illius memoriæ posteritatis mandarunt, dicitur, quanto alius ex iis qui ante eum Imperium obtinuerunt, ter maximo illo Constantino semper excepto. Itaque propter vehementem in Christum amorem, illius gratia, multa etiam violentee fecit; Hebræos namque Pascha ante Christianos celebrare passus non est, &c.* Hæc quidem Nicephorus: verum & ipse hac ex parte (venia sit dictum obtenta) fatuus judicandus, qui putavit ex nimio in Christum amore posse aliquem adversus Christum ejusque Ecclesiam hæreses promulgare: *Charitas enim non agit perperam, nec quærit quæ sua sunt.* Justius excusasset, si quod ait Apostolus

(d) 1. Cor. 13.

(d) de ipso dixisset: *Testimonium illi perhibeo, quod zelum habuit, sed non secundum scientiam.*

IX. Qui igitur semel imbibit de incorruptibilitate sententiam, ita ebrius factus est, ut mente motus quid de ea sententia vellet ut universa Catholica sentiret Ecclesia, conscripserit edictum; de quo ista Evagrius

(e) Evag. l.4. c.38.

(e): *Justinianus edictum scripsit, quo asseruit corpus Domini non fuisse obnoxium internecioni, neque affectionum illarum quæ naturaliter insitæ sunt, inque nullam incurrant reprehensionem, particeps esse, & Dominum eodem modo ante passionem comedisse, quo post resurrectionem comedit, & corpus ejus sanctissimum nullam conversionem, mutationemve, vel ex formatione quæ in matrice facta est, vel ex voluntariis naturalibusve affectionibus accepisse, immo ne post resurrectionem quidem.* Hæc ex ejus conscripto edicto summatim est complexus Evagrius. Sed quomodo ad id compellere nisus sit sacerdotes, & quomodo resilierint Orthodoxi, mox ita subdit: *Quibus opinionibus ut sacerdotes & Episcopi ubique assentirentur, compellere instituit. At omnes se Anastasii Episcopi Antiochiæ sententiam expectare respondendo, primum illius conatum repulerunt:*

Anastasii Antioc. Orthodoxi sententiam expectant.

Magni tunc nominis erat inter omnes Orthodoxos Antistites Anastasius Sinaita ex eremo Sinæ montis peritus tum ob eminentem vitæ sanctitatem, tum etiam ob eximiam viri doctrinam ubique in Oriente spectatam, de quo idem Evagrius ista mox subiicit: *Ana-*

PAGIUS

Eutychius Sede Constantinop. depositus.

*cio* deportatum fuisse; quo in loco postquam diem unum moratus est, collocarunt eum in alio Monasterio prope Chalcedonem. *Post diem octavum* Conventus Episcoporum convocatus & *Eutychius* ad causam dicendam citatus; cumque comparere recusasset, *in insulam Principis dictam*, quæ in Astaceno sinu Propontidis sita, translatus est, ubi tres hebdomadas sub militari custodia egit, indeque *Amaseam* Helenoponti Metropolim, etiamnum celebrem, relegatus in Monasterium, in quo primum Monachus, ac dein Archimandrita fuerat. Eo in illud exilium acto *Joannes Excholasticus* ordinatus est Episcopus Constantinopolitanus die XII. mensis Aprilis, in quam anno Christi DLXV. Dominica cadebat. Theophanes enim anno Incarnat. secundum Alex. DLVII. Kalend. Septemb. anni Christi DLXIV. inchoato, ait: *Ejusdem quoque Indictionis XIII. mense Aprili, ejusque die XII. Patriarcha Constantinop. Eutychius a Justiniano dignitate motus est, & Amaseam relegatus: Joannes vero Exscholasticus magnæ Antiochiæ Responsarius in ejus locum subrogatus est*, ubi Theophanes occasione ordinationis Joannis uno tenora

X. Qualis Anastasius Antioch.

*Anastasius vir quidem erat cum in sacrarum litterarum cognitione apprime disertus, tum in moribus & tota vitæ ratione adeo exquisitus, ut etiam rerum leviculurum nunquam curam haberet, neque illis nec a constanti & stabili animi sui proposito decedere vellet, nedum a rebus maximi momenti & ponderis, & quæ ipsum Deum viderentur attingere. Quin etiam ita suum temperavit ingenium, ut neque propter lenitatem animi atque comitatem nimis facile his rebus, quæ minus rationi consentientes erant, cederet; neque propter severitatem & inclementiam ægre his, quas recta ratio postulabat, assentiretur. Ac rebus seriis audiendis ejus patebant aures, & ut sermone profluens, ita in quæstionibus dissolvendis acutus & perspicax: rebus autem ineptis & nullius momenti occlusit aures: linguam vero sic freno cohibuit, ut & sermonem ratione moderaretur, & silentium loquela præstabilius efficeret. Istum tamquam turrim munitissimam oppugnare omni machinarum genere aggressus est: illud scilicet complectens animo; se si istum everteret, nullo labore civitatem totam occupaturum, recta fidei dogmata redacturum veluti in servitutem, & oves Christi denique captivas ab Ecclesia abducturum.* Assensus est petitioni Episcoporum Orthodoxorum Justinianus Imperator, sperans fore, ut datis ad eumdem Anastasium ipse litteris, eum mox in eamdem, quam ipse fovebat sententiam perduceret, stulte credens eumdem Anastasium id genus esse Episcopum, qui Imperatoris gratiam quibuslibet dogmatibus anteferret. Sed quam deceptus sit Imperator, Evagrius ita subdit (a):

(a) Evag. eod. lib. 4. c. 39.

XI. Anastasius repugnat Imperatori.

*Verum Anastasius sic divina quadam animi celsitate elatus fuit (nam supra firmam petram constitit) ut Justiniano per litteras suas libere, & aperte contradiceret, tum perspicue admodum, tum diserte ostenderet, Apostolos & sanctos Patres confessos esse atque adeo tradidisse, corpus Domini internecioni obnoxium esse, & affectionum quæ sunt natura in animis impressæ, quæque reprehensione carent, particeps. Eodem modo etiam monachis Majoris & Minoris Syriæ de hac re sciscitantibus sententiam respondit: omnes confirmavit mentes, ad certamen ineundum præparavit. In ecclesia denique lectitavit quotidie illam Pauli vasis electionis sententiam: Si quis vobis Evangelizaverit præter id quod accepistis, etiam si Angelus de cælo sit, anathema esto. Quibus omnes, paucis exceptis, assensi, simile studium erga fidei defensionem declararunt.*

XII. Justinian. persecutionem instituit.

Justinianus autem cum litteras Anastasii perlegisset, intellexissetque; violentia sibi agendum fore, si vellet turres ejusmodi expugnare; ne evanesceret quod scripsisset edictum: exilium omnibus Episcopi contradicentibus comminatur. Cum itaque & ipse Anastasius esset eadem ex causa subiturus exilium, ante profectionem suos armandos putavit ad prælium, data ad eos epistola, de qua subdit his verbis Evagrius: *Idem vero Anastasius, cum accepisset Justinianum velle ipsum in exilium mittere, scripsit ad Antiochenos orationem, qua eorum animos in fide confirmaret: quæ certe tum ob sermonis elegantiam, tum ob crebritatem sententiarum, tum ob testimoniorum e sacris litteris petitorum frequentiam, tum denique ob historiam quæ tam commode in ea narrata est, optimo jure sane permagni facienda est.* Hucusque Evagrius. At egregium tanti viri opus hactenus latere dolemus. Quid autem post hæc adversus renitentes Episcopos Justinianus molitus sit, dicturi sumus anno sequenti.

XIII. Incendium Constantinop.

At Deus tantum Imperatoris lapsum aliquo non prætermisit statim admonere flagello: siquidem ipsa Constantinopolitana civitas hoc ipso anno conflagravit; eodemque incendio conflagrasse præcipuam domum hospitalem Samsonis, & complura alia ædificia ac monasteria & ecclesias, auctor est Cedrenus; qui in eadem civitate a trigesimoquarto Imperatoris anno usque ad trigesimum septimum diversis in locis eamdem urbem tertio incendium passam affirmat, magno civium damno. Sed nec tot incendiis purgata scoria, civitas pura mansit, polluta ubique ab hæreticis atque aliis sceleratis hominibus pacem publicam perturbantibus.

Sed quid accidit? Dum Imperator in Oriente a Catholica fide deficiens inse- XIV.

qui-

PAGIUS

re *Eutychii* depositionem, & exilium narrat; quod tamen exilium Baronius in an. DLXIV. congessit. *Anastasii* Patriarchæ Antiocheni, quem Baronius num. IX. cum Anastasio Sinaita Monacho perperam confundit, exilium pertinet etiam ad annum DLXV.

IV. *Concilium Bracarense I. anno DLX. indictum.*

Ad num. XIV. & seqq. Concilium *Bracarense I.* anno quingentesimo sexagesimo, qui tertius *Theodemiri* Suevorum Regis fuit, celebratum, ut eo anno jam insinuavimus. Est illud inter Concilia Bracaræ, quæ Galleciæ Civitas Metropolis ordine, *primum* non vero *secundum*, ut male in editione Labbeana Conciliorum, & passim a recentioribus appellatur. In Epistola enim Innocentii III. Papæ ad Petrum Compostellanum Archiepiscopum, de lite quæ inter Compostellanam & Bracarensem Ecclesias versabatur, primum Concilium Bracarense vocatur illud, quod Theodemiro regnante congregatum est: *Porro secundum Bracarense Concilium non præcessit Bracarensis Synodus nisi prima*, inquit Innocentius loquens de Synodis, quæ semper I. & II. Bracarenses appellatæ fuere. Præterea Loaisa in Notis ad Concilium Bracarense II. ait, Theodemirum Era DCVII. congregasse Concilium Lucense, seque invenisse scriptum;

Concilium Bracharense.

quitur Orthodoxos ( o mirabile divinæ providentiæ signum ! ) in Occidente, qui erat hæreticus ad fidem conversus Princeps, colligit Catholicos Episcopos, per quos Concilium celebrat, quo damnentur hæreses cum hæreticis. Hoc enim ipso anno, qui tertius Theodomiri Suevorum Regis numeratur, idem Princeps celebrari curavit Concilium Bracharense in totius Galliciæ metropoli civitate. Porro in editis ibi canonibus, loco Theodomiri, Ariamirus positus est, qui ejus filius fuit. Præfuit autem Synodo Lucretius Bracharensis Episcopus, qui successit Profuturo, præcessit autem Martinum. Est ipsius Synodi ejusmodi exordium: *Anno tertio Ariamiri* * *Regis, Kalend. Maii, cum Galliciæ provinciæ Episcopi, &c.*

* Theodomiri.

XV. Arbitrio Ro. Pont. cuncta definita.

In hoc autem Concilio primum omnium ex præscripto Apostolicæ sedis damnata est hæresis Priscillianistarum, & aliorum hæreticorum errores, capitulis decem & septem. Sed sicut fides recta sancita est ex Apostolicæ sedis instructione, ita pariter ex ejusdem scriptis datis ad Profuturum Episcopum Lucretii prædecessorem, quæ spectarent ad Ecclesiasticam disciplinam viginti duabus regulis sunt instituta. De litteris autem a Romano Pontifice ad Profuturum antea datis ita ibi testati sunt Patres: *Si quid est illud magnum vel parvum, quo variari videmur: ad unam ( sicut dictum est ) formulam, præfixis rationabiliter capitulis, revocetur: præcipue cum & de certis quibusdam causis instructionem apud nos sedis Apostolicæ habeamus, quæ ad interrogationes suas quondam venerandæ memoriæ prædecessores tui Profuturi prudentiæ ab ipsa beatissimi Petri accepit cathedra.* Lecta est ipsa ibi epistola Romani Pontificis, quam se omnes sequi professi sunt, in ipsis præsertim sacris ritibus, & inter alia ita de Missa (*a*):

(*a*) Conc. Brach. 1. c. 22.

XVI.

*Item placuit, ut eodem ordine Missæ celebraretur ab omnibus, quo Profuturus quondam hujus metropolitanæ Ecclesiæ Episcopus ab ipsa Apostolicæ sedis auctoritate accepit scriptum.* Ita quidem more majorum usus semper ille viguit in Ecclesia Catholica, qui ab exordio ipsius incipiens, idem ad posteros propagatus semper est, nempe ut ad Apostolicam sedem, ipsam Romanam Ecclesiam veniant omnes longe lateque per Orbem universum sitæ Ecclesiæ, ut ab eadem tum de fide, tum de his quæ ad sacros ritus, necnon ad Ecclesiasticam disciplinam pertinent, erudiantur.

XVII.

Quo insuper ab omni hæresis suspicione Dei ministri procul abessent, audi quid fuerit ab iisdem sanctis Patribus salubriter institutum (*b*): *Item placuit, ut quicumque in clero cibo carnium non utantur, pro amputanda suspicione Priscillianæ hæresis, vel olera cocta cum carnibus tamen prægustare cogantur. Quod si contempserint, secundum quod de talibus sancti Patres antiquitus statuerunt necesse est pro suspicione hæresis hujus hos excommunicatos ab officio omnimode removeri.* Hoc plane sibi laudis vendicavit semper Ecclesia Catholica in Hispania, ut non ab erroribus tantum, sed &

(*b*) Eodem Conc. c. 32. Hispanicæ Ecclesiæ laus.



PAGIUS

ptum; *Ego Theodemirus Rex cognomento etiam Mirus Galleciæ totius Provinciæ Rex*, &c. Et infra: *His itaque determinationibus seu definitionibus a me Nitigio nutu Dei Lucensis sedis Episcopo, diligentissime exquisitis, per antiquorum Virorum sententiam seu Scripturarum sacrarum vetustarum, studiosissime prius peractam Bracarensem Synodum secundam ibidem in diebus gloriosissimi Mironis Regis sub Era DCX. in præsentia ipsius Regis, & omnium Catholicorum Magnatum totius Galleciæ.* Quod si Concilium Bracarense Era DCX. seu anno Christi DLXXII. indictum, *secundum* ordine sit, Concilium Bracarense sub Theodomiro Rege habitum nonnisi *primum* appellari potest. Loquitur Loaisa de duobus instrumentis a se visis, quæ diversis annis scripta fuere, & ex priori discimus *Theodomirum* fuisse etiam *Mirum* appellatum. Ipso initio Concilii Bracarensis I. legitur: *Anno III. Ariamiri Regis celebratum die Kalendarum Majarum*, & in Præfatione ejusdem Concilii dicitur, Episcopos convenisse ex præcepto præfati gloriosissimi Ariamiri Regis, ubi *Ariamirus* alius non est quam *Mirus seu Theodemirus*.

V. Habitum istud Concilium ab octo Episcopis, & in eo XVII. Capitula contra hæresim Priscillianam relecta, ac denuo probata. Inter Episcoporum subscriptiones legitur: *Martinus Episcopus subscripsi*, qui alius non est, quam S. Martinus Episcopus Dumiensis, qui postea Bracarensis Metropolita renunciatus est, eoque nomine Concilio Bracarensi II. anno DLXXII. habito subscripsit. Episcopi Dumienses interfuere postea Concilio Toletano III. anno DLXXXIX. coacto, cui subscripsit *Joannes Monasterii Dumiensis Episcopus*. Sed Concilio Toletano VI. anno DCXXXVIII. coacto subscribsit *Pimenius Ecclesiæ Dumiensis Episcopus*, nulla Monasterii mentione facta.

*S. Martinus Episc. Dumiensis huic Concilio interfuit.*

VI. *Nicetius Episc. Trevirensis sollicitus de conversione Alboini Langobardorum Regis.*

Hoc circiter tempore *Nicetius* Trevirensis Episcopus *Chlotsindam* seu *Chlodovsindam* Clotarii Francorum Regis filiam, quæ *Alboino* Langobardorum Regi nupserat, Literis hortatus est ut mariti sui Arianam hæresim profitentis, saluti procurandæ sedulo incumberet. Eas Literas Sirmondus Tomo I. Concil. Gall. in lucem edidit, in quibus inter alia hæc leguntur: *Gaudere nos Christus faciat de Alboino Rege, quem habes, & de felicitate sua triumphare. Stupentes sumus, cum Gentes illum tremunt, cum Reges Venerationem impendunt, cum Potestates sine cessatione laudant, cum etiam ipse Imperator suis ipsum præponit, quod animæ remedium non festinus requirit*, &c. *Te, Domina Chlodosvinda, per tremendum diem Judicii conjuro, ut hanc Epistolam & bene legas, & bene illi & frequenter exponere studeas*, &c. *Ipsi Gothi hodie ipsis* ( id est Apostolis ) *venerationem impendunt, & Re-*

u suspicionibus esse voluerit suos immunes. Quo factum est, ut & hoc ipso nostru sæculo, cum longe lateque facibus hæreticorum Orbis inflammuretur, ipsa illæsa perstiterit, accurrentibus summa celeritate Dei ministris, si vel tenuem suspicionis scintillum, vel si non ignem, fumum saltem viderint latentis ignis indicium, ipso præcipue Catholico Rege super omnes in upus naviter incumbente.

XVIII. Sed & illud ex sancitis hic legibus (a) velim observes, hactenus perseverasse veterem usum, ne in ecclesiis corpora defunctorum sepelirentur: sanctorum tantummodu martyrum vel confessorum sepulturæ ecclesiu tunc temporis servabatur. Hinc pluribus S. Gregorius Papa epistulis admonet, summopere cavendum esse, ne in ea quæ dedicanda foret ecclesiu aliquod corpus hominis cujuslibet, licet Christiani, humatum esset. Quando uutem, quave ratione fuerit deinde concessum, ut intra ecclesias Fideles sepelirentur, suo loco dicturi sumus. Statutis igitur canonibus quadraginta, quos tu consulas, Episcopi octo numero subscripsere.

(a) Eodem Conc. c. 36.

Qui

PAGIUS *liquias eorum furtim tollunt, sed nihil ibi habent, quia fidem eorum adulare præsumunt*, &c. *quibus fidem Orthodoxam comprobat*. Nicetius populos, quibus *Alboinus* præerat, non tantum *Langobardos*, quod longas barbas nutrirent; sed etiam *Gothos*, quod origine Gothi essent, appellat. Sedes antiquissimas habuerunt in *Scandinavia*, teste Paulo Diacono lib. 1. cap. 2. Est *Scandinavia* Peninsula, quæ Succiam, Gothiam & Norvegiam, Regiis titulis insignitas hodie complectitur. *Scandinavia* relicta, trajectoque mari Suevico, seu Baltico copiosa multitudo Gothorum migravit in Germaniam, ibique pars eorum gens Langobardorum nuncupari cœpit. Ibi variæ sedes, diversaque eorum fortona fuit, donec a Justiniano Augusto *Noricum* & *Pannoniam*, ac pecuniam insuper maximam acceperunt, ut docet Procopius lib. 3. de Bello Goth. cap. 32. Pannonia autem & Noricum tunc complectebantur has hodiernas Regiones; *Pannonia* partem Hungariæ, Austriæ, Stiriæ, & Carniolæ: *Noricum* vero Carinthiam, partemque Austriæ, Stiriæ, Carniolæ Comitatus Tirolensis & Bavariæ. Indeque in Italiam Longobardi venere, ut anno DLXVIII. videbimus. *Alboinus* tamen quandiu vixit, in hæresi perseveravit.

Conjuratio adversus *Justinianum* Imp. a cujus gratia excidit Belisarius, ut videre est anno DLXI. *Gregorius Turonensis* ope Sancti Martini varia beneficia consequitur, ut dicetur anno DLXVI.

| JESU CHRISTI ANNUS 564. | JOANNIS PAP. ANNUS 5. | JUSTINIANI IMP. ANNUS 38. |
|---|---|---|

I. *Insequitur Justinianus Catholicos.* QUI sequitur annus Christi quingentesimus sexagesimus quartus, idem ultimus est Justiniani Imperatoris, atque postremus qui post Consulatum Basilii numeretur vigesimnsrertius, Indictionis duodecimæ. Quo ipse Justinianus Imperator ubi elaboratum a se edictum contemni ab Orthodoxis & pro nihilo duei percepis, ira exæstuans magnam adversus Catholicos Episcopos persecutionem eommovit: quos enim habuit consultores ad impietatem statuendam, eosdem invenit instigsntes adversus resistentes Antistites. Non enim sibi (ut alias fecerat) visum est ea de causa cogi debere Concilium, cum sciret non Antiochenum rantum, sed & Constantinopolitanum Pstriarcham, atque alios primarnm Ecelesiarum Episcopos fore totis viribus impietatom oppugnaturos; nec ullo modo passuros, ut ejusmodi pravum dogma decretis Synodalibns probaretur, quod tamquam idolum nulla ratio sed sola Imperatoris auctoritas creatura erat in Dei tempio.

II. *Justiniani ignorantia pravæ dispositionis.* Neque etiam (quod ante sæpe fecerar, cum aliqua oborireeur Ecelesiastica controversia) voluir de re tanta consulere Apostolicam sedem, quam adversariam sibi fore haud dubiis signis intelligebat: quin potins ipsi celandum esse putavit; ne seilicet, si rescisset, more consueto, eidem inconcessa senranti Pontificia anctoritas sestisisset, cohibuissetque quod jam aggressus faeinus esset; scripsissetque ad Episcopum, clerum populumque Constantinopolitanum & alios omnes hortans adversus emergentem hæresim ad mortem usque certare: jussissetque pariter convocari ea de eausa Episcopos, atque celebrari Concilium. Hæc, inquam, omnia ut vitaret Imperator, noluit de iisdem ex more certiorem reddere Romanum Ponrificem.

III. Quod igitur omnis qui male agit (*a*), odit lueem, ne ejus prava opera arguantur: agi euncta voluit Imperator summo silentio, nolens penitus intelligere ut bene ageret, seeundum illud Davidicum: (*b*) *Iniquitatem medstatar est ia cubsli sua, astitit omni viæ non bonæ*; non alios quam complices erroris adhibens in consilium. Resciveritne per suum Apocrisarium ista Joannes Romanus Pontifex, haud exploratum habetur: periere enim ejusdem Pontificis totius ipsius Pontificatus scripta, ac reliqua monumenta. Quiequid sit, illud quidem constat, absque Episeoporum assensu Imperatorem hæresim comprobasse, eamdemque scripto edicto firmasse, & in Episcopos persecutionem haud mediocrem commovisse, cujus primus passus est impetum, qui proxime aderat ipsi eootradieens Eutychius Constantinopolitanus Episcopus, cujus res gestas eum Imperatore Eustathius ejus Vitæ auctor seriptis mandavit: nos autem enncta reddemus verbis ipsius, quibus ejusmodi narratiooem instituis (*c*) ab exordio lapsus ipsius Justiniani Im-

(*a*) *Jo.* 3.
(*b*) *Psal.* 35.
(*c*) *Extant ejus Acta die 6. Apr. apud Sur. t. 2.*

*Ann. Eccl. Tom. X.*

Ec 2 pe-

---

PAGIUS SÆC. VI. Anno Eræ Hispan. DCXII. A. C. 564.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6057.

☉ 13. FE. ☽ 14. P. 13. April. Indict. 12.

JESU CHRISTI 564.

JOANNIS III. PAPÆ 5.

JUSTINIANI IMP. 38.

I. *Postconsulatus.* [1] HIc annus ista formula notatur: *Post Consulatum Basilii V. C. XXIII.* ut liquet ex Continuatore Marcellini, & Mario Aventicensi, qui simili formula duos subsequentes annos insigniunt. Quare fallitur Baronius num. I qui sit, hunc Christi annum postremum esse, qui post Consulatum Basilii numeratur in Fastis.

II. *Edictum Justiniani & Episcoporum persecutio pertinent ad annum DLXV.* A num. I ad XXX. Quidquid hoc anno refert Baronius de vexatione Sancti *Eutychii* Patriarchæ Constantinopol. & aliorum Antistitum, quos Justinianus Edicto suo de Corporis Christi Incorruptibilitate resistentes invenit, pertinet ad sequentem Christi annum, cujus initio Edictum illud promulgatum, & *Eutychius* in exilium missus, ut anno superiori demonstravimus. Illud etiam constat ex fine exilii *Eutychii*, quod Eustathius testatur, *post annos duodecim & amplius* finitum esse, idque anno DLXXVI. ut suo loco videbimus.

---

NOTÆ [1] P. C. *Basilii* XXIII. vel. an. XXIV. Lapis apud Reinesium Cl. XX. pag. 975.

... P. C. BASILI. V. C. ANNO XXIII. DIPO... DECEMBRIVM.

Charta plenariæ Securitatis in supplemento rei diplomaticæ apud Mabillonium pag. 90. *recitatum est Imp.* D. N. *Justiniano* P. P. *Aug. anno tricesimo octavo Rav.* P. C. *Basilii anno vicesimo tertio Prid. Iduum Juliarum Ind. duodecima.* GEORGIUS

peratoris historiam texens, sui temporis rerum gestarum scriptor:

IV. De rebus gestis Eutychii Patriarchæ cum Imperatore.

*Scitis vos omnes* (inquit) *qui pii Imperatoris Justiniani divinorum dogmatum studium meministis; quomodo is in eam potissimum curam incumberet, ut omnes hæreticorum rationes una cum ipsis hæreticis improbaret, & everteret: quod quidem fecit tum argumentis & demonstrationibus, tum testimoniis Scripturarum. Hic nescio quo auctore & magistro cœpit execrabilem ac detestandam & perniciosam opinionem illam sub specie religionis probare qua Domini nostri Jesu Christi corpus ex ipsa divinitatis conjunctione incorruptum asserebat: quæ quidem ut cancer serpens atque depascens totum prope Orbem perdidisset, nisi noster Phinees antevertens restitisset. Sed quod huic morbo remedium adhibitum est? Sanctorum Apostolorum, Prophetarum, atque doctorum testimonia, & demonstrationes sunt multæ, quibus usus est ille ad pestiferum illum morbum opprimendum.*

V. De incorruptione error.

*Perniciosa omnino pestis est affirmare incorruptum fuisse Domini nostri Jesu Christi corpus ante resurrectionem. Quis adeo stultus est, ut Domini corpus ex eo quod cum divina natura copulatum fuit, incorruptum asserat; cum hoc concesso colligendum sit necessario fictam & simulatam humanæ carnis susceptionem extitisse. Quomodo enim incorruptum corpus pati potuit, aut circumcidi, aut pannis involvi, aut lacte nutriri? Quæ si illum vitæ largitricem carnem subiisse credimus; crucem item & clavorum foramina, & lanceæ vulnus confiteri oportet. Incorruptum igitur de illo dici non potest: nisi per hoc verbum intelligamus, corpus illud nulla umquam fuisse peccati macula contaminatum, aut in sepulcro non esse dissolutum. Verum hæc a magno divinoque doctore Eutychio scriptis studiose sunt & acriter disputata. Ex quibus, si quis veritatem ignorat, facile eam poterit intelligere. Longiores essemus, si ea vellemus persequi. Videamus igitur, quid postea quam Patrum attulit testimonia, consecutum sit.* Hæc de disputatione, qua Eutychius redarguit Imperatorem; abduxissetque eum fortasse poterat ab errore, in quem sese præcipitem dederat, nisi is eo veluti quibusdam vinculis obligatus fuisset quam arctissime ab illis qui ei assistebant hæresis ejus defensoribus Episcopis.

VI. Theodorus Cæsariensis auctor erroris Imp.

At quinam isti fuerint, licet a nemine expressum invenerimus: ex eo tamen quod idem Eustathius prosecutus res gestas ejusdem Eutychii cum Imperatore (ut diximus) hos fuisse testetur, qui præcipui defensores essent Origenis errorum: facile quidem & absque calumnia affirmare poterimus, horum antesignanum fuisse Theodorum illum nequissimum Cæsareæ in Cappadocia Archiepiscopum, quem mirum in modum favisse ostendimus Origenis hæresibus: ejusque causa universum concussum vidimus Orientem, dum olim in odium Pelagii Romanæ Ecclesiæ Apocrisarii Constantinopoli exurgentis atque damnare curantis universos cum auctore Origenis errores, ipse ex adverso contra Chalcedonensa Concilium occulte se erigens, famosam illam de Tribus capitulis excitavit in Ecclesia quæstionem, qua tantopere tantoque tempore Catholicam Ecclesiam perturbavit, atque hactenus perturbare minime quievit.

VII. Incautus deceptus sono vocis Imp.

Hic igitur nefandissimus totius Ecclesiæ pestis postquam totum id quod tamdiu molitus fuerat, esset de Tribus capitulis consecutus, cum etsi faciem præseferret Antistitis Orthodoxi, omniumque maxime pii, re vera tamen hæreticus esset, non Origenis tantum erroris assecla, sed & Eutychianæ blasphemiæ vehementissimus propugnator; sensim rudem rerum sacrarum Imperatorem in quam voluit flexit opinionem: ubi enim semel de homine isto nequam optimam ipse Imp. concepisset æstimationem, ejus semper inhærere vestigiis summam putavit esse religionem: ita miser cæcus cæcum sectans, cum ipso pariter mergitur in profundum. Fuerunt nescienti sacras litteras ad errorem illecebræ ipsius nominis pulchritudo, nempe ipsa de incorruptibilitate sententia, ut dignius putaret asserere incorruptibile, quam contrarium affirmando inter detestabilis nominis hæreticos Corrupticolas numerari: ita plane rem tantam sono vocis definiens imprudenter, sicut Ariani olim a fide Catholica homines absterrere solebant, dum voce exotica Catholicos nominarent Homousianos. Sicque Theodorus versutus homo, ut puerum larva absterruit a contraria sententia Justinianum Imperatorem, atque in hæresim captivum abduxit.

VIII.

Habes igitur de auctore atque malorum omnium concinnatore Theodoro Cæsariensi assertam sententiam: reliquos autem qui ad malum accesserint adiutores, ex superius dictis quisque poterit reperire, eos scilicet quos ad alias miscendas discordias idem asciverat sibi sodales: facile enim est, auctore invento reliquos pravitatis ejusdem pervestigare consocios: ad malum namque pravi homines ut spinæ (a) sese invicem complectuntur. Quos omnes cum optime Eustathius nosset, cur non expresserit, ea fuisse causa videtur quod cum suorum temporum eam ipse historiam scriberet, superstites etsi ipsi non essent, eorum tamen propinqui, iidemque pietatem ma- (a) Nah. 1.

Cur silentio auctores erroris omissi.

gno-

magnopere præferentes, viverent; quinam hi fuerint, maluit ex quibusdam notis notos ipsos relinquere, quam invidiose nominatim exprimere, haud tamen numeros omnes scribentis historias in hoc implens: sed nec illos voluit proprio nomine significare, qui magistratibus perfungentes amplissimis ad ejusmodi errores ipsi Imperatori impulsores inhærebant; quos tamen quam citissime pœna est consecuta ex recenti delicto in ipsam majestatem Imperatoriam perpetrato. Quod enim qui Deo infideles existunt, haud hominibus norunt præstare fidem; iidem ipsi qui ejusmodi hæresis laborabant infamia, pravi instinctu dæmonis iisdem dominantis adversus Imperatorem conjurationem conflare, machinarique cædem aggressi sunt; sed detecti luere merito pœnas. Fuerunt hi Ablavius, Marcellus, & Sergius, inter quos & Belisarius, quem (sive juste, sive injuste id acciderit) vidimus fuisse proscriptum. Sed jam ipsum Eustathium eamdem prosequentem historiam audiamus; ait enim hæc post superius dicta consecuta fuisse.

IX. *Cum magnus hic vir*, Eutychius scilicet Constantinopolitanus Episcopus, *longa oratione Imperatori non esse id Catholicæ Ecclesiæ dogma comprobasset; animam suam (ut ait Ezechiel Propheta (a) quæ ad propositum pertinerent explicans,* (a) Ezec. 3. *servavit: illi vero malorum inventores in peccatis suis perierunt; instar enim sæpe cadentis guttæ & petram excavantis Imperatori persuaserunt. Atque hujus quidem improbæ opinionis magistri execranda nugacis Origenis & Evagrii & Didymi dogmata defendebant: quorum nomina libens prætereo, ne malum malo pendere videar, & contumeliam calumnia persequi, & contra propositum, & mores sancti Eutychii facere, qui ex beati Salvatoris mandato, non esse malum pro malo reddendum, sed contra potius maledicentibus benedicendum, & pro persequentibus precandum, tum factis, tum verbis docuit. Quamquam silenda potius videntur, quam prædicanda, quæ tunc gesta sunt. Quamobrem, ut ipse vir sanctus edocuit) quæ silentio sunt digna, prætereamus. Vigil igitur justitiæ oculus malitiam impunitam abire non permisit, sed calumniam omnino retexit, & patefecit: adeo ut illi ipsi ore proprio conjurationem confessi sint, & alterius æquitatem collaudarint.*

X. *Erant autem qui hæc machinati sunt, non solum ex eorum numero qui plurimum valebant apud Imperatorem, verum etiam ex sacerdotibus qui erant insignes, quique magnas Ecclesias gubernabant (si tamen sacerdotis nomine digni sint homines improbi & calumniatores) quos tamen omnis justitia punivit obstruens labia adversus justum loquentia iniquitatem in superbia & despectione. Isti igitur (ut dictum est) execrabilium & impiorum dogmatum studio simplicitatem Imperatoris perverterunt, & sub incorrupte occasione inique (ut demonstrabitur) & præter divinos canones & Ecclesiastica instituta beatum ac pium virum oppugnarunt. Sed eos justus Judex & in hac vita punivit, & mox in inferorum supplicia detrusit sempiterna.*

*Cum igitur studiis istorum diuturna vis morbi esset adaucta, & vulnus intractabile atque adeo immedicabile evasisset: eamque Imperator, assumpta charta, in qua detestanda illa opinio quod Domini corpus ex divina naturæ copulatione incorruptibile fuerit, continebatur, eam divino magnoque pugili Eutychio perlegisset; flagitabat, ut sententia & suffragio suo illam comprobaret. At ille, ut æquum erat, primum cohortationibus utens, negabat eam esse doctrinam Apostolorum: quamobrem se illi nec animo posse, nec verbis assentiri. Deinde cum nec cohortationibus, nec admonitionibus posset Imperatori persuadere, ne quid contra Catholicam Ecclesiam & recta dogmata faceret; omnem curam & solicitudinem suam in Deum rejiciens, Apostoli (b) verbis testatus est, se nihil utilium omisisse, quod non nunciarit: atque in posterum ita se confirmavit, ut pro Christi fide vellet omnia perpeti: Certo (inquiens) scio, nec mortem, nec vitam, nec præsentia, nec futura, nec afflictionem, nec angustiam, nec famem, nec nuditatem, nec gladium, nec exilium posse me separare a charitate Dei, quæ est in Christo Jesu Domino nostro. Hæc vir sanctus verbis primum, mox autem factis comprobavit. Constat enim facta esse subsecuta.* XI. Tentat Imper. ut Eutychius subscribat. (b) Act. 20. Admiranda Eutychii constantia.

*Cum enim nollet dogmatis errorem suscipere, & Aphthardocitas comprobare: statim malorum inventores, qui omnia facile audent principes illi & sacerdotes unum congregati in auditorium & convenientes meditati sunt inania & stulta adversus Dominum & adversus Christum ejus: & Imperatori persuaserunt, ut virum omnibus ornatum virtutibus a sede exturbaret, in eaque alium constitueret, qui studiis & opinionibus suis consentiret. Quod quidem & factum est. Nam cum festus dies S. Timothei apud Hormisda regionem in novo Palatio celebraretur* (erat ibi ecclesia sancti Petri ab ipso Justiniano in suis ædibus structa, ut Procopius (c) docet) *& S. Eutychius rem divinam faceret: Tribuni militum & satellites immanis feræ ministri Episcopatum invaserunt, comprehensis & distractis viris Sancti familiaribus, qui contra illam testificarentur, ut quoquo modo illum non sine causa ex Episcopatu ejectam* XII. Milites invadunt Eutychium sacra peragentem. (c) Procop. lib. 1. ædif. Justin. Imp.

*ctum fuisse ostenderent. At vir magnus cum eorum invasionem in Episcopatum, & quosdam e suorum numero illinc violenter abstractos & in carcerem conjectos fuisse cognovisset, peracto sacrificio, distributaque sancta communione, in sacrario mansit. Dicebant enim quidam graves viri: si e sacro templo exiret, fore ut interficeretur; quosdam enim armatos; atque in Antiochi prædio collocatos, eo consilio eum foris expectare.*

XIII. Eutychius vi detruditur in monasterium. *Hæc cum beatus vir accepisset, constitit ante altare; solitisque vestibus & superhumerali indutus, quod semper secum habebat, usque ad vesperam precationibus incubuit, Deum obsecrans, ut Ecclesiam suam tranquillam & recta dogmata conservaret. Cum autem fecisset obsecrandi finem: sacerdotes & monachi, qui aderant hortati sunt eum, ut cibum caperet; quod & fecit. Cumque paululum quievisset, affuit cum gladiis & fustibus, multoque cum præsidio militari magna illa fera, qui Etherius † appellabatur: correptum sanctum virum nudum & nihil habentem, in monasterium, quod Choracudim appellant, asportavit. Quo in loco cum uno die commoratus esset, & propter monasterii paupertatem male tractaretur; misericordia commoti (nam viri sancti virtutem adversarii quoque mirabantur) eum in Osiæ, id est, Sanctæ sic appellato monasterio prope Chalcedonem collocarunt. Nec amplius quærentes, utrum jure, an injuria e sede fuisset ejectus, coacto post diem octavum conventu Episcoporum & Principum, virum sanctum, quem indicta causa ejecerant, in jus ut se defenderet, vocarunt, quod libellus adversus eum Consessui esset oblatus. Quid autem libellus contineret, non sine risu potest audiri: Quod unctus esset; quod aviculas comedisset; quod multas horas genibus flexis orasset: & alia his magis adhuc ridicula. Ab hujusmodi igitur criminibus ut sese purgaret, eum accersiverunt.* Sic igitur revocantur impie in Eutychium, quæ olim fuerunt contra S. Joannem Chrysostomum, urgente Eudoxia, actitata.

† Quas inde hic Etherius pœnas dederit, scribit Evagrius hiftor. l. 5. c. 3.

XIV. Quid contra Eutychium egerit conciliabulum. Ubi primum autem de exilio Eutychii sententia lata est; continuo de successore eligendo actum, delectusque fuit Joannes cognomento Scholasticus ex Apocrisario Ecclesiæ Antiochenæ, homo plane servus gloriæ & nundinator rerum sacrarum, quique pretio adulationis eam mercatus est dignitatem. Ne quid tamen absque umbra saltem judicialis formæ factum contra canones videretur: ubi Joannes creatus est, jubetur citari Eutychius a Conciliabulo collecto Constantinopoli. At quid ipse, ita Eustathius subdit: *Sed vir sanctus Episcopis & principibus, qui Consessus mandato nuncium attulerant: Ad quem: (inquit) accedistis? ad quem me vocatis? Illi veritate coacti responderunt? Ad dominum nostrum & patrem. Quibus ipse rursus: Quis est (inquit) iste dominus & pater vester? Venimus (inquiunt, tamquam occultis quibusdam verberibus vapularent) ad Patriarcham nostrum dominum Eutychium. Patriarcha ego (inquit ille) Patriarcha Dei gratia sum, nec a me quisquam hominum tollet hanc dignitatem. Quis est ille, quem meo in loco collocastis? Quibus verbis cum illi respondere non possent; victi reverterunt ad eos, a quibus missi fuerant. Verum idem Conventus iterum & tertio contra canones eum vocavit. Sed ille semper congruenter respondit: Si canonicum (inquiens) judicium constitutum est; detur mihi clerus meus & ordo Patriarchatus, & veniam, defendamque me, & accusatorum meorum utar testimonio. Hæc illi responsa cum accepissent, nihil consentaneum facientes, sententiam contra ipsum tulerunt ipsis Judicibus dignam. Quam tamen beatus vir antevertens, subjecit omnes pœnis canonicis, donec resipiscerent.*

*Verum cum finem accepisset Consessus illius ludi: is qui consilium Achitophelis dissecerat, axesque curruum Pharaonis confregerat, dissipavit etiam illorum consilium, implicans eos inter se. Qui cum occasionem honestam non reperirent adversus justum: ut quæ injuste egerant, juste viderentur gessisse (erant enim iidem Judices & accusatores) eum ex loco, ubi erat, in insulam, quæ Princepo dicitur, transtulerunt. Ad hanc appulit insulam beatus vir cum tempestate, die sabbati, nocte propenda. Cum autem illuxisset, antequam quicquam aliud ageret, vidit crucem in pariete pictum, cum hoc elogio: CHRISTUS VOBICUM* EST. STATE.* Terræmotus enim tempore ejusmodi verba in domibus inscribi consuetum fuisse, diximus supra, cum actum est de clade terræmotus Antiocheni. Subdit vero: *Qua quidem re vehementer lætatus gratias egit Deo, qui hanc sibi consolationem attulisset.* — XV. Eutychius deportatur in insulam. — * Nobiscum.

XVI. Eutychius Amasеam transfertor. *Sed cum in illa insula tres hebdomadas sub magna militum custodia transegisset, rursus ab iisdem Judicibus decretum est, ut Amaseorum metropolim peteret, maneretque in monasterio, quod ipse constituerunt: quod & factum est. Quæ autem illis adversus eum acta scriptave sint, dicere, ne longior sim, supersedebo. Satis enim est quod ad hoc propositum dixit Ezechiel ex persona Dei: (a) Eo tempore avertam faciem meam ab eis, & inquinabunt Episcopatum meum, & ingredientur in sancta mea sine reverentia, & faciant inquinationem magnam. Sed quæ inde evenerit, videamus.*

(a) Ezech. 36.

*Fi-*

XVII. *Fideles Dei servus Eutychius Paulo similis declaratus est, & ad eum quoque Pauli historia referri potest. Sic enim de Paulo scriptum est* (a)*: ut autem judicatum est, ut Italiam navigaremus, tradiderunt Paulum & quosdam vinctos Centurioni nomine Julio. Sic & de sancto viro factum est. Nam postquam multa temere consulta essent, tandem (ut diximus) decretum fuit, ut ad Amasenorum metropolim sese conferret, & in suo ipsius monasterio viveret. Hoc ille nuncio doluit fortasse? aversatus est? Vel succurrit illi quod Dominus prædixerat: Nemo Propheta acceptus est in patria sua? Minime vero, sed prompto animo omnia subiit. Gaudebat enim, quod dignus habitus esset, qui pro nomine Dei contumelia afficeretur. Studebat enim, non solum ut in illum crederet, verum etiam ut pateretur: quoniam fides sine operibus mortua est. Imitatus est hac item in re super omnia ipsum Deum, qui dorsum suum tradidit flagellis, & genas alapis, & faciem suam non avertit a fœditate sputorum; cujus livore sanati omnes sumus. Qui etiam dixit: Si me persecuti sunt, & vos persequentur: Si patrem familias Beelzebub vocaverunt, quanto magis domesticos ejus? Hoc egit & servus Dei.*

(a) Act. 27.

XVIII. *Decreverat enim omnes potius perpeti acerbitates, quam fidem prodere: ut exemplo sui multi confirmarentur, stabilesque & immobiles in recta fidei confessione permanerent. Quod quidem & factum est. Omnes enim Patriarchæ, multique Episcopi, præcipueque Orientales recusarunt Imperatoris opinioni subscribere: & et tum Synodo, tum scriptis restiterunt; in primisque sanctissimus Theopolis Patriarcha Anastasius, qui easdem, quas magnus, ærumnas ne dicam, an coronas? pertulit. Cum igitur eodicta causa damnatus esset exilio, parataque essent jam omnia: nos item cum illo persecutionem pro Christo & exilium ferre decrevimus. Quo quidem constituto, ille omnes qui aderant in insula ore osculans, ut Ephesios Paulus in littore, animo autem totam Ecclesiam sibi a Deo creditam in osculo sancto, eam Domino, a quo ipsam acceperat, commendavit. Eorum igitur qui nos ducebant, & qui miserant arbitrio in monasterio ipsius constitimus tamquam in exilio, ut ipsi arbitrabantur: quod tamen vir sanctus salutiferum sibi & multorum bonorum causam existimabat.*

Detruditur Eutychius in monasterium.

*Quæ autem tunc in via publica gesta sunt, utrum molesta acerbaque fuerint, an miraculis & ægrotantium curationibus plena, ut orationis longitudo vitetur, prætereo: quamquam eadem, majoraque publiceque perspecta sunt, cum viri sancti revocatio celebrata est:* Et paulo post: Qui cum fide ad Sanctum accedebant, pluo gratiæ accipiebant, cum omnia sint credenti possibilia, viro sancto nimirum traditam sibi a Patre luminum gratiam impertiente. Hic autem exordiar: Vos qui hujusmodi narrationibus delectamini, attendite.

XIX. Eutychii miracula & Prophetia.

*Sed unde & a qua gratia exordiendam est? Quamvis alia sint miracula præstantiora, ab hoc tamen initium sumendum existimo. Erat in urbe Amasea quidam Androgianus legitima uxore copulatus: qui cum filiis procreandis operam darent, ita frustrabantur, ut infantes, antequam e ventre exirent, immaturi præriperentur; ex quo parentes ipsi magno mœrore afficiebantur. Quid igitur faciunt? Utile consilium capiunt. Confugiunt ad Deum, qui mortuos etiam potest per servos suos in vitam revocare. Imitantur viduam illam Sareptanam, cujus filium Elias suscitavit: Sunamitidem imitantur, quæ currit ad Eliseum, cum filius ejus in cœnaculo mortuus jaceret. Confugiunt & ipsi ad beatum virum: supplicant ut precibus suis impetret, ne infantes sibi in lucem editi statim moriantur. Quæ cum pro illis precatus esset, ambos unxit oleo sancto, tum eo quod e pretiosa Cruce, tum illo quod ex sanctæ puræque Dei genitricis & perpetuæ Virginis Mariæ nostræ dominæ veneranda imagine scaturire solet Sozopoli, dicens: In nomine Domini Jesu Christi. Hæc enim verba cunctis ægrotantibus, qui ad se accedebant solitus erat adhibere, quemadmodum & S. Jacobus præcipit.* Sed non in Sacramento. *Cum igitur precandi finem fecisset, & tamquam gratia quadam afflatus taceret: mox. Nomen illi (inquit) Petrum imponetis, & vivet: erat enim mulier gravida. Cum autem ego adessem, & respondissem: At si feminam, inquiens, pariet, et quod illi nomen imponent? Minime (inquit) sed Petrum vocabunt, & salvus erit. Quibus verbis gaudentes, tamquam puerum nondum natum in ulnis gestarent, domum reversi sunt.*

XX. *Tempore jam impleto peperit filium, quemadmodum anteviderat & prædixerat servus Dei. Quem cum baptizandum curassent parentes, & nominassent Petrum: postea una cum ipso ad virum sanctum accedentes, complexi sunt pedes ejus, & confessi sunt quæ sibi fecisset Deus, & quod sui misertus esset. Impositis autem puero manibus vir sanctus benedixit ei. Sed cum crevisset ille, qui ex præcognitione & precibus genitus fuerat, alter natus est illis. Itaque venientes rursus, ambos filios ad sanctum virum attulerunt, laudantesque Deum rogabant, quo nomine postremus deberet appellari. Qui geminos filios intuitus, illud Salomonis venuste usurpavit:* (b) *Frater qui coadjuvatur a fratre, quasi civitas firma. Pa-*

(b) Prov. 18.

ren-

*ventibus autem illorum dixit: Joannem hunc appellabitis; quoniam in æde sancti Joannis preces vestras Dominus Deus audivit.* Hæc Eustathius, qui his omnibus præsens aderat.

XXI. Miracula confirmandæ fidei causa.

Porro quod hæc & alia de Eutychio ab eodem recensita ibi miracula, non tam ad Eutychii probandam sanctitatem, quam ad fidem Catholicam, cujus causa ea patiebatur, confirmandam, Deo volente, edita fuisse videntur: nos hic eadem referre minime prætererimus. Ita plane Deus (sicut Pharaonem, ubi in populum Israeliticum insurrexit, miraculis voluit repressisse) cum Justinianus Imperator omni ad stabiliendam hæresim & fidem Catholicam deprimendam potentia usus est, ex adverso consurgens, ad indicandam, firmandam stabiliendamque Catholicorum dogmatum veritatem, confutandam vero hæreticam pravitatem, hæc voluit per Eutychium Catholicæ fidei confessorem edi signa, atque propalari miracula: ut si vel ex ipsis Pharao non proficeret, neque Ægyptii emendarentur, remanerent tamen in Ecclesia perpetua de veritate Catholicæ fidei monumenta, & contra expugnatam divinitus impietatem erectæ columnæ. Quamobrem hic de his agere, ratio postulat argumenti. Subdit igitur hæc Eustathius:

XXII. De surdo & muto sanato.

*Senex quidam e villa quæ ad sanctissimam Ecclesiam pertinebat, filium habebat surdum & mutum annorum circiter quatuordecim: quem cum ad sanctum virum perduxisset, supplicabat, ut ipsi a Deo opem impetraret. Itaque cum pro illo preces fudisset, omnes ejus sensus unxit oleo sancto, terque Nunechem (nam illi id erat nomen) vocat. Ac primo quidem die obscure respondit: cum autem tres ibi dies mansisset, & oleo sancto inungeretur, solutum est vinculum linguæ ejus, & plane audiebat & loquebatur. Sed cum vellet eum pater in monasterio relinquere, noluit Dei servus. Senex igitur, assumpto filio, domum magno cum gaudio reversus est. Audiamus & aliud insigne miraculum.*

XXIII.

*Quidam alius ejusdem loci, qui inter ipsius sanctissimæ Ecclesiæ clericos electus erat (Cyrillus ille appellabatur) filium habebat, qui cum quinque esset annorum & eo amplius, nec loqui poterat, nec alimentum accipere, nec vitæ prope, nec mortis erat particeps. Hunc cum ad virum sanctum perduxissent: ille solitas preces adhibuit, & sanctam communionem impertivit, & cum panem benedixisset, dedit ei, atque dimisit. Ex illa autem die solutum est vinculum linguæ ejus, & loquebatur, & edebat atque bibebat, cum Dei gratia sanitatem recepisset. Videamus & aliud huic simile, immo vero mirabilius.*

XXIV. * Zela. De puero curato miraculum.

*Est oppidum quoddam nomine Zala * ipsi metropoli Amaseæ propinquum. Quidam inde profecti, quadrimulum puerum ad sanctum virum adduxerunt. Hic nihil aliud nisi ex matris ubere nutrimenti paululum capiebat. Erat autem prope carnis & corporis expers, neque calorem ullum habebat; sed tamquam spica vento corrupta, quæ nondum creverit, exilem quamdam ac inanem granorum & aristarum speciem habet, sic & ille puer videbatur. Potuisses autem omnes illius costas & nervos & ossa numerare. Hunc vir Dei magnus cum aspexisset sic exsiccatum, & parentes ipsius dolore tabescentes; Dei, qui ea quæ non sunt facit ut sint, implorans auxilium, totum pueri corpus inunxit oleo pretioso, & sanctam communionem impertivit; cumque panem communem benedixisset, parentibus dedit, præcepitque ut mero panem illum intingerent, pueroque præberent. Quod illi cum fecissent, voti compotes facti sunt.* Subdit de duobus aliis pueris, quorum alter e desperata valetudine, veluti e mortuis excitatus revixit, atque sanatus est; alter claudus, qui stare super plantas non valebat, omnino curatus: aliud idem grande miraculum refert de arreptitia puella graviter a dæmone cruciata, quæ ab eo pariter liberata est. Sed quod de pictore a dæmone percusso, a Sancto autem sanato his subiicit, verbatim reddam, quod plurimum idem miraculum in se contineat utilitatis. Ait enim Eustathius de his quæ præsens aspexit, hæc verba:

XXV. De pictore miraculum.

*Juvenis quidam arte pingendi peritus eam in domo Chrysaphii piæ memoriæ in ipsa civitate Amasenorum exercebat. Hic aliquando veterem in pariete Veneris picturam delebat, ut historias pias reponeret. Volebat enim vir ille ex domo sua superiore Archangeli oratorium facere, ex inferiore autem oratorium sanctæ immaculatæque dominæ nostræ Dei genitricis & semper Virginis Mariæ. Cum igitur pictor fœdam impudicæ Veneris historiam evertisset; dæmon qui illi inhærebat, artificis manum sic invasit, ut inflammata tumesceret, & gravi vulnere affecta, necessaris amputanda videretur. Quare cum periculum aspiceret, utile capit consilium, & ad virum sanctum confugit, ut per ipsum a Deo auxilium impetret. At ille cum pro ipso Deum orasset, unxit oleo sancto dexteram ipsius manum, quæ inflammatione & ulcere laborabat: idque fecit tribus diebus, & manus ejus divino auxilio convaluit, atque alteri similis reddita est. Et quo in loco pictor vulnus acceperat, in eo memoriæ & grati animi declarandi causa sancti viri depinxit imaginem; ut manus, quæ curationis beneficium acceperat, medicum suum secundum Deum testaretur.*

Hic

XXVI. Hic velim attendas, lector, non tantum editum divina virtute miraculum, sed etiam patefactam latentem ipsam veritatem, si quis eam ab exemplis deductam accipere velit. Si enim in profanis inhonestisque imaginibus inhæsisse cognita est ad nocendum, Deo permittente, vis inimica; utique vel ex his discas, in sacris Deo dicatis imaginibus non deesse divinam ad beneficia præstandu virtutem & sicut illæ Christianis obesse solent, ita & istas consuevisse iisdem esse proficuas. Subjicit autem his auctor de eodem Sancto miracula admiratione quidem digna, ut de apostata a dæmone arrepto & mirum in modum cruciato, deque perjurio cæco reddito, atque aliis pluribus ab eodem incolumitatem divinitus consecutis. Sed illud hic non prætermittendum putamus, quomodo sanctus vir ab exercitu Cosrhoes & a fame urgente complures Amaseam confugientes Christianos liberavit. Rem gestam memoratu dignam sic describit Eustathius, qui præsto fuit:

XXVII. Confugiunt Amaseam Christiani. *Impiorum Persarum in Rempublicam nostram impetum omnes scimus, cum novus Nabuchodonosor Cosrhoes Sebastem venit & Militenem. Cum igitur in magnas tunc angustias atque discrimen adducta res essent: vicini omnes fere tum Nicopoli, tum Cæsarea, tum Comanis, tum Zula* *, *ex aliisque finitimis civitatibus Amaseam tamquam ad locum munitissimum se conferebant, non tam urbis præsidio, quam viri sancti precibus confisi. Omnes enim & cives & inquilini, qui magna ex parte erant Iberi, & hospites reliqui suas secundum Deum in hoc sancto viro spes collocarant: ex ejus enim ore pendentes, & verba ipsius audientes servati sunt. Merito igitur in tali tumultu innumerabilis hominum multitudo ad eam urbem concurrit. Sed cum ibi diu esset commorata, magna cibariorum penuria consecuta est. Itaque omnes ad sanctum ipsius monasterium tamquam tutissimum in portum confugiebant, ut simul cum corporibus animos pascerent. Quare cum magnus quotidie sumptus fieret, & fames in dies cresceret, cum propter nostros exercitus, tum propter Dei & Reipublicæ nostræ adversarios, magna omnes in mæstitia & angustiis versabamur.*

* Zela.

XXVIII. *Cum enim multitudini panis subministraretur, & sic exinanitæ essent arcæ monasterii, in quibus farinæ conservabantur, at ne unius quidem hebdomadæ cibus in eis reliquus esset: cum igitur horrei custodes monachi religiosissimi farinam minui, & flagitantium cernerent crescere multitudinem, ad virum magnum accesserunt, illum Scripturæ locum usurpantes: (a) Transiens in Macedoniam adjuva nos; quoniam farina jam in arcis defecit, & spes victus nobis adimitur. At ille nulla interposita mora, nihil dubitans, sed opulentæ Dei misericordia fidens, in eum ingressus est locum, in quo arcæ erant farina jam vacuæ. Et cum Deum obsecrasset, ministros hortatus est: Bono (inquiens) animo estote: quantum enim egentibus impertitis, duplum Dominus noster elargietur. Spero enim, quemadmodum olim (b) ex hydria farina non defecit, ita nunc minime defuturam. Nam licet declinaveritis ex hoc in illud (ut in Psalmo (c) dictum) hoc est, a pleno in id quod est inane: tamen fæx ejus non erit exinanita: edent omnes, & saturabuntur, & laudabunt Dominum Deum nostrum. His verbis gaudio repleti religiosissimi monachi, alacriter mandata exequebantur, panes omnibus advenientibus distribuentes. Atque hoc quidem modo magnam populi turbam fame laborantem diu nutriverunt. Et eo sane majus miraculum apparuit, quod cum farinæ in annum paratæ nihil adderetur, & tantum quotidie insumeretur; tamen non solum non defecit, verum etiam postquam nova farina esset illata, farina vetus diu, immo semper satis fuit, sicut scriptum est: Comedetis vetera super vetera, & vetera a conspectu recentium efferetis.* Hactenus Eustathius de rebus gestis Eutychii, cum exularet; quibus ejus confessionis corona & veritas Catholicæ fidei illustratæ fuere.

Farina divinitus aucta.

(a) Act. 16.

(b) 3. Reg. 17.

(c) Psal. 74.

XXIX. Perduravit exilium Eutychii (ut idem auctor (d) affirmat) spatio duodecim annorum & amplius, nimirum annis duodecim & mensibus septem, quibus sedit Joannes Scholasticus, ut habet Nicephori Chronicon, in quo & ipsum hoc anno Justiniani Imperatoris trigesimooctavo Eutychium esse ejectum traditur; cui cæteri Græci historici assentiuntur. At quomodo ultus est Deus una cum prodita fide etiam Eutychii & aliorum Orthodoxorum Episcoporum calamitates quas passi sunt, dicemus anno sequenti.

(d) Apud Lipom. to. 7.

XXX. Quod ad res pertinet Occidentales, nihil præterea Annales reddunt, nisi mo-



PAGIUS III. Chramni Clotarii Regis filii interitus. Ad num. XXX. & seqq. Marius in Chronico ad annum XIX. *post Consulatum Basilii*, Christi scilicet DLX. ait: *Eo anno Chramnus post sacramenta, quæ patri dederat, ad Britannos petiit & moliens Regnum patris invadere, adversus ipsum cum Britannis movere ausus est; multaque loca graviter depradavit. Ad cujus insaniam reprimendam pater cum exercitu properavit, & interfecto Comite Britannorum Chramnum vivum cepit, incensumque cum uxore & filiis, totius Regionis incidit excidium.* Tum Marius *anno post Consulatum Basilii* XX. Christi scilicet DLXI. Clotarii Regis mortem narrat. Turonensis autem lib. 4. cap. 21. de Clotario scribit: *Obiit post unum decurrentis anni diem, quo Chramnus fuerat interfectus.* Quare cum Clotarii mors an-

De Chramni miserando interitu.

numenta Francorum. Hoc enim ipso anno, qui Clotarii Regis Francorum præcedit obitum, ejus filii Chramni sæpe rebellantis & ad veniam sæpe recepti tragœdia finem habuit, qui a Gregorio ita describitur (a): *Clotarius autem Rex contra Chramnum frendens, cum exercitu adversus eum in Britanniam dirigit. Sed nec ille contra patrem egredi timuit. Cumque in uno campo conglobatus uterque resideret exercitus, & Chramnus contra patrem aciem instruxisset, incumbente nocte a bello cessatum est. Ea quoque nocte Conober Comes Britannorum dicit ad Chramnum: injustum censeo te contra patrem tuum debere egredi. Permitte me hac nocte, ut irruam super eum, ipsumque cum toto exercitu prosternam. Quod Chramnus (ut credo) virtute Dei præventus, fieri non permisit. Mane autem facto, uterque commoto exercitu, ad bellum contra se properant. Ibatque Clotarius Rex tamquam novus David contra Absalonem filium pugnaturus, plangens, atque dicens: Respice Domine de cœlo, & judica causam meam, quia injuste a filio injuriam patior: Respice, & judica juste, illudque impone judicium, quod quondam inter Absalonem & patrem ejus David posuisti. Confligentibus igitur pariter, Britannorum Comes terga vertit, ibique & cecidit. Denique Chramnus fugam iniit, naves in mari paratas habens: sed dum uxorem & filias suas liberare voluit, ab exercitu patris oppressus, captus atque ligatus est. Quod cum Clotario Regi nunciatum esset, jussit eum cum uxore & filiabus igne consumi; inclususque in tugurio cujusdam pauperculæ Chramnus super scamnum extensus orario suffocatus est, & sic postea super eos incensa casula cum uxore & filiabus interiit.* Cum eo illas par pœna conjunxit, quas ad rebellandum contra patrem habuit impellentes; ignemque pati iidem meruerunt, quorum occasione (ut dictum est superius) incensa est Turoni basilica S. Martini.

(a) Greg. hist. Fr. lib. 4. c. 20.

Reverso autem ab hostium cæde Clotario contigit interesse sancti Medardi Episcopi Noviomensis felici ad Deum ex hac vita migrationi. Auctor enim res ab eo præclare gestas narrans, qui asseritur Fortunatus, hæc habet (b): *Cum autem beatus hic Pontifex vitæ appropinquaret ad exitum, contigit Clotarium Regem, postquam Chramnum filium suum cum uxore sua ac filiabus combusserat, e regione reverti Britannorum. Cognita vero hujus invalitudine Pontificis, ad eum visendum humiliter festinavit, ejus se non diffidens contra diabolicae infestationes benedictione muniri, & intercessione apud divinam majestatem reconciliari. Cum ergo in hac regali visitatione in conspectu ejusdem & Principum de sepultura Pontificis tractaretur, suorum assensu filiorum sua se in sede Sanctus ipse præordinavit sepeliendum. Cujus sententiæ obstinato Rex animo resistens, Suessionem eum constituit transferendum, asserens se super corpus ejus basilicam decenter ædificaturum, & ad laudem & gloriam divinæ majestatis cœnobialem servorum Dei regulam ordinaturum. Cessit igitur beatissimus Pontifex regia dispositioni; & indefesse se suosque Domino commendans, finita oratione, spiritum exhalavit. O felix corpus, felicioremque animam! Mox eorum certissimo qui aderant testimonio, cœli aperti sunt, & divina luminaria fere per duarum horarum spatium ante Sancti apparuere præsentiam, de tenebris eum transitoriis ad lucem designantia pro certo transisse perpetuam. Hoc tanto beatissimi Præsulis animati miraculo, majori ut eum transferrent, accensi sunt desiderio. Corpore itaque sancto composito ac delato ad* ec-

XXXI.

(b) Extat apud Sur. die 8. Junii.

De obitu S. Medardi Episc. Noviomensis.

PAGIUS

no DLXI. contigerit, Chramni interitus ad annum DLX. retrahendus. Illum quidem recitat Continuator Marcellini anno post Consulatum Basilii XVII. Christi nempe DLVIII. sed ille adversus Gregorium minime audiendus. Bellum itaque Britannicum anno DLX. gestum. *Britannia Gallicana*, sive Armorica subdita erat multis Comitibus Regum Francorum feudatariis, teste Turonensi lib. 4. cap. 4. Dominabatur eo tempore huic Provinciæ *Chonober*, ad quem *Chramnus* adversus patrem Clotarium rebellis se se receperat; qui victus in prælio captus, & tugurio cujusdam pauperculæ inclusus casa incensa, cum uxore & filiabus periit, ut prodit idem Turonensis cap. 20. ubi bellum Britannicum prolixe narrat.

IV. Sanctum *Medardum* Episcopum Noviomensem ac postea simul & Tornacensem, & Sanctum *Gildardum* Episcopum Rotomagensem eodem die natos, eodemque Episcopos consecratos, uno quoque die de hac vita subtractos, habent Martyrologium Romanum ad diem VIII. Junii, & Audoenus Rotomagensis Episcopus in Versibus a Surio ad eumdem diem laudatis. Sed quæ de horum fratrum ordinatione in Episcopos, sive de eorumdem obitu, uno die narrantur facta, certum est diversis annis contigisse. *Gildardus* prior iniit Pontificatum, & prior ex hac vita discessit; etenim Concilio Aurelianensi primo anno DXI. habito subscripsit jam Episcopus Rotomagensis: & Concilio Aurelianensi II. anno DXXXIII. celebrato interfuit *Flavius* Episcopus Rotomagensis Gildardi successor, quo tempore florebat *Medardus* Noviomensium & Tornacensium Episcopus, qui anno DXXXII. in Episcopatum Tornacensem Sancto Eleutherio successerat. Cointius in Annal. Ecclesiast. Francorum variis in locis de utroque Sancto agit, existimatque *Gildardum* anno DXXIX. demortuum, & *Medardum* ultra annum DXLV. vitam non produxisse, quod variis conjecturis adstruit, certis argumentis deficientibus. Baronius quidem, qui hoc anno *Chramni* interitum memorat, *Medardum* etiam e vivis excessisse arbitratur, cui favere videtur Turonensis lib. 4. cap. 15. ubi de San-

*S. Medardus Episc. Noviomensis & S. Gildardus Episc. Rotomagensis florent.*

*ecclesiam, nocte illa exequialem cum multa devotione celebraverunt vigiliam.*

XXXII. Rex Clotarius sobrieit terga feretro S. Medardi.

*Mane autem facto, cum Episcopi, quibus interesse contigerat, suum defuncto celebrassent officium, inopinabilis multitudo conveniť nobilium de castellis & civitatibus, de agris & municipiis adjacentibus inextimabilis accurrit conventus, alii ejus devoto desiderantes interesse obsequiis, alii admodum lugentes patrem separari a filiis. Per medias ergo plorantium lacrymas Rex irrumpens cum Episcopis & optimatibus, sui ipsius humeris corpus sustulit sanctissimum Suessionis (sicut prædixerat) efferre volens sepeliendum. Ea nimirum hora, quibus interesse contigit, ineffabilem lugentis populi expavere gemitum, dum non modo in illa ecclesia, sed per totam civitatem & in suburbio per vicos quoque & plateas unam & eamdem vocem audirent plorantium. Recolebant siquidem urbis illius indigenæ patris sanctissimi (qua eatenus informati fuerant) benignissimam prædicationem: dolebant vero & vehementer angebantur, quia cum patrem amisissent patris etiam sepultura, Regis & procerum violentia, frustrabantur. Compatiebantur qui supervenerant ad tantam plebis illius compunctam illacrymationem. Verum quia regia urgebat dignitas, ad sanctissimi corporis intente insudabant translationem. Vix ergo & non sine multo labore, patre, mœrentibus & lugentibus filiis, erepto (sicut a Rege susceperant) iter aggrediuntur.*

XXXIII. Qui enim multa audierat jam ante edita a viro sancto miracula, quique præsens inspexerat cælitus missis luminibus coronatum feretrum, cui venerandum corpus erat impositum eidem Clotarius Rex humeros supponere ad gestandum, maximum esse duxit honorem, ac veluti agere de victoria nuper adepta triumphum: amplius vero erga Sanctum affectus est, ubi vidit quæ in via, dum pergerent Suessionem ab eodem sunt edita magna miracula: quorum gratia magis de construenda illi Ecclesia excitatus, colligere hinc inde magna sollicitudine curavit, quæ ad sumptuosum ædificium opus essent: quam, cum ipse decessisset anno sequenti, ejus filius Sigebertus extruxit, monasteriumque conjunxit. Hæc omnia pluribus auctor enarrat, simulque miracula ibi fieri solita recenset. Porro quale quantumve ipsum S. Medardi fuerit monasterium quod regia est exædificatum impensa; ex Gregorii Papæ (a) epistola intelligere potes, dum munitam illud a se voluit sedis Apostolicæ privilegiis, ut primum omnium esset honore & dignitate Galliæ monasterium. Joannes autem, qui hoc tempore sedebat Romanus Antistes, idem monasterium aliis munivit privilegiis, prout Gregorius eadem testatur epistola, dum ait: *Juxta filiorum nostrorum præcellentissimorum scripta Regum Brunichildis ac nepotis ejus Theodorici, monasterio sanctæ Dei genitricis Mariæ, ac beatorum Petri Apostolorum Principis, necnon protomartyris Christi Stephani, quod est in Suessionum civitate situm, ubi S. Medardus requiescere, & vir venerabilis Gailardus præesse videtur, hujusmodi privilegia auctoritatis nostræ decreto indulgemus; & ea plenius confirmamus privilegia, quæ a bonæ memoriæ Papa Joanne, comitante illustrium Regum clementia, Clotarii scilicet, & Sigeberti hujus nostræ filiæ jugalis, ipsi*

(a) Greg. l. 12. epist. 32.

De Ecclesia & monast. sancti Medardi.



PAGIUS

Sancto Medardo sermonem habet, indeque ejus mortem post Theodebaldi Francorum Regis obitum reiicere videtur. Præterea Aimoinus secutus Anonymum, qui gesta Regum Francorum scripsit, narrata *Medardi* morte, sermonem statim ad obitum Clotarii patris Chramni convertit: quo pacto hic Sanctus Præsul anno quingentesimo sexagesimo, non vero hoc anno, ut Baronius habet, mortuus esset. Verum caput illud decimum nonum omittitur in MSS. Codicibus Historiæ Gregorii Turonensis tam Bellovacensi, quam Corbejensi; & Anonymus, qui gesta Regum Francorum scripsit, non raro vera falsis admiscet.

V. *Fortunatus Poeta ex Italia in Galliam venit.*

Circa hæc tempora *Venantius Fortunatus* Poeta Christianus, in Italia haud procul Tarvisio natus, & Ravennæ liberalibus Literis imbutus in Galliam venit, ubi in amicitia fuit clarissimorum Antistitum, Nicetii Trevirensis, & aliorum quos lib. 3. suis Carminibus celebravit. In Carmine enim quod *Sigoaldo* Comiti postea inscripsit, testatus, adventum suum in Franciam contigisse sub *Sigiberto* Rege, ut videre est lib. 10. cap. 12. & deinde cum in Francia versaretur, *Sigiberto* Regi & *Brunichildi* Athanagildi Regis filiæ ex Hispaniis adductæ, Epitalamium cecinit, ut lib. 6. cap. 2. legere est. ac *Pictavum* jam pervenerat, cum *Gelesuinta* illac transiit Chilperico Regi nuptura, ut habet Fortunatus lib. 6. cap. 7. *Sigibertus* autem *Brunichildem* duxit anno Regni sui quinto. *Gelesuintam Chilpericus* anno regni sui sexto. De Fortunato pluribus infra.

VI. *S. Gildas Libellum de Excidio Britanniæ componit.*

Hoc anno S. Gildas aureum suum Libellum *de Excidio Britanniæ* in lucem emisit, in quo quæ rerum facies per annos XLIV a victoria Badonica usque ad hoc tempus in Britannia fuerit, enarrat. De hoc rerum Britannicarum statu loquitur Baronius an. CCCCXCIV. num. LXXIX. & seqq. ubi diximus, pugnam Badonicam ad annum DXX. & editionem Libelli Gildæ ad præsentem pertinere. Dividitur Opusculum illud duas in partes, in quarum priori Reges, quinque diversis Insulæ Regionibus tum dominantes corripit; in secunda Clericos & Sacerdotes seu Episcopos: *Reges habet Britannia*, inquit, *sed tyrannos, Judices habet, sed impios; sæpe prædantes & concutientes, sed innocentes; vindicantes & patrocinantes, sed reos & latrones; quamplurimas conjuges habentes, sed scortantes & adulterantes*, &c. a generali deinde Principum reprehensione ad singularem quinque Regulorum castigationem descendit, & loquens de Constantino eorum uno, ait: *Cujus tam nefan-*

*psi loco sub anathematis vinculo sunt concessa vel indultu, concedimus & terminamus: statuentes nullum Regum, &c.* Ac post nonnulla: *Ne vilescat tanta sublimitatis locus sancta Maria, & beati Petri, nec non & protomartyris, & domini Medardi meritis sacratus, quem caput monasteriorum Gallia constituimus, nullique ditioni patimur subesse.* At hæc satis de monasterio.

XXXIV. Extat autem de egregia sanctitate atque miraculis ejusdem sancti Medardi carmen elegiacum Venantii Fortunati, ubi & aliquot recenset ab eo edita tum in vita, tum post mortem Apostolica signa; cujus est exordium (*a*):

(*a*) Fortunat. lib. 2.

*Inter Christicolas, quos actio vexit in astra,*
*Pars tibi pro meritis magna, Medarde, patet.*

De cæco illuminato. Deque cæco illuminato, ubi defuncti corpus jaceret adhuc in feretro, hæc elegantet.

*Cum pia composita veherentur membra feretro,*
*Subtractum meruit cæcus habere diem.*
*Anxius ille sacra lumen suscepit ab umbra,*
*Et tua mors illi lucis origo fuit.*
*Dumque sepulcra darent, oculi redsere sepulti:*
*Tunc sopor ille tuus hunc vigilare facit.*
*Cum fugis a mundo, datur illi lumine mundus*
*Te linquente dies, hunc fugiunt tenebra, &c.*

Reliqua item alia plura tunc edita recenset invocato sancto viro signa, quæ ex auctore latius tibi petenda relinquimus. Ad finem vero pro Rege Sigeberto, qui extruendum templum curavit,

Pro Sigeberto Rege preces Fortunati. precans auctor ita perorat:

*En tua templa colit nimio Sigebertus amore,*
*Insistens operi promptus amore tui,*
*Culmine custodi qui templum in culmine duxit,*
*Protege pro meritis qui tibi tecta dedit.*
*Hac pia pauca ferens ego Fortunatus amore*
*Auxilium posco; da mihi vota, precor.*

XXXV. Porro eadem ipsa die qua obiit sanctus Medardus, pariter excessisse ex hac vita sanctum Gildardum Rothomagensem Episcopum ejus germanum, eademque cum ipso die natum atque sacratum, Audoenus ejusdem Ecclesiæ Episcopus his testatur versibus;

*Hi sunt Gildardus fratres gemini atque Medardus:*
*Una dies natos utero, viditque sacratos,*
*Albis indutos, & ab ista carne solutos.*

Sic & Catholica Ecclesia (*b*) una eademque die amborum ad Deum transitum celebrat. Quos igitur una die peperit, simulque aluit, & Pontificia dignitate insuper auxit, una pariter die Ecclesia Catholica missos ad superos colit. ☞ Porro qui una eadem die nati gemini dicuntur Medardus, & Gildardus in reliquis, ut qui una item die fuerint Episcopi consecrati, & una pariter die mortui dicuntur; utique ad eumdem quoque annum referri cum minime possint, necesse est ea esse facta diversis annis, sed una eademque die. Nam ecce in Concilio primo Aurelianensi legitur interfuisse Gildardus Episcopus Rothomagensis, Noviomensis vero Ecclesiæ non Medardus, sed Sophronius; quibus appareat eos non eodem quoque anno sicut una die esse creatos Episcopos; sic etiam neque eodem anno esse defunctos. Nam quomodo ad hunc annum, quo Medardus defunctus asseritur, Gildardus potuit pervenisse; si ante præsentem annum legimus Ecclesiæ Rothomagensi præfuisse post Gildardum, Flavium, & post Fla-

(*b*) Martyrol. Rom. 6. Id. Junii.

PAGIUS *fandi piaculi non ignarus est immunda leana Damnonia tyrannus catulus Constantinus: qui hoc anno post horribile juramenti sacramentum, quo se devinxit, nequaquam dolos Civibus (Deo primum jureque jurando sanctorum demum choris, & genitrice comitantibus fretis) facturum: In duarum venerandis matrum sinibus Ecclesia carnalisque sub Sancti Abbatis Amphibalo regiorum tenerrima puerorum vel præcordia crudeliter duum totidemque nutritorum (quorum brachia nequaquam armis, qua nullus pene hominum fortius hoc ejus tempore tractabat, sed Deo altarique protenta in die judicii ad tua Civitatis portas, Christe, veneranda patientia ac fidei sua vexilla suspendent) inter ipsa (ut dixi) sacrosancta altaria, nefando ense hastaque prodentibus lacerasvit; ita ut sacrificii cælestis sedem purpurea, ac si coagulati cruoris pallia attingerent.*

VII. Britanniæ Reguli magnis criminibus inquinati. De Conano alio Regulo Gildas scribit: *Quid tu quoque, ut propheta ait, catule leonine Aurelî Conane, agis? Nonne eodem, quo supradictus, si non exitiabiliore parricidiorum, fornicationum, adulteriorumque cæno, velut quibusdam marinis irruentibus tibi voraris feraliter undis, &c.?* Tum Wortipero, Cuneglofo, Maglocuno Regulis gravissima crimina exprobrat, quæ excidii Britanniæ causam fuisse asserit. Eos in diversis Britanniæ partibus regnasse ex eo intel-

Flavium, Prætentatum, quorum prior ſubſcriptus reperitur Conciliis Aurelianenſibus ſecundo, tertio, & quarto; poſterior autem adhuc ſuperſtes plures annos poſt præſentem annum, quo Medardus aſſeritur obiiſſe? Quæ igitur facta una die dicuntur de conſecratione, & obitu; ea quidem etſi eadem die, diverſis tamen intercurrentibus annis contigiſſe, neceſſe eſt affirmare. ☞ At rerum geſtarum anni hujus hic finis eſto.

Quin-

PAGIUS

telligitur, quod Gildas innuat, *Conſtantinum*, præfuiſſe Damnoniis, qui populi habitabant, ubi nunc Provinciæ Devonia & Cornubia, & Britannis paruere uſque ad annum DCLXXXI. quo in Chronographia Saxonica legitur: *Hoc ipſo anno Centwinus Britannos Wallos uſque ad mare fugavit*. Erat Centwinus Occidentalium Saxonum Rex, de quo ſuo loco. De morte S. Gildæ agemus anno DXCV. Hi porro Reguli poſt *Arthuri* Britonum Regis mortem ejus Principatum in plures diviſere, ſed eorum Succeſſores ignoti. Anglorum traditio eſt, *Conſtantinum* Regem Cornubiæ Monachum poſtea induiſſe, imo & Martyrium in Scotia paſſum eſſe, ut videre eſt apud Bollandum ad diem XI. menſis Martii, qui tamen omiſit referre, quæ de eodem Conſtantino Gildas in Litteras miſit.

| JESU CHRISTI ANNUS 565. | JOANNIS PAP. ANNUS 6. | JUSTINIANI IMP. ANNUS 39. |
|---|---|---|

I. QUingentesimus sexagesimus quintus Domini, idemque Justiniani Imperatoris novissimus, Indictionis decimætertiæ incipit annus: quo Justinianus Imp. ubi absolvisset sui Imperii annum trigesimum octavum, atque nonum ingressus esset (ut ait Evagrius (a) per menses octo vel post annos trigintaocto (ut auctor Miscellæ habet) menses septem & dies decem, aut (quod Cedrenus tradit) dies tredecim, ex hac vita migravit Idibus Novembris, media nocte, ut ex Corippo hujus temporis poeta in carmine de Justini Imp. laudibus habes. Media namque nocte clamor factus est, cum ex improviso instar furis januam effringentis mors eum rapuit improvisa & importuna, opportuna vero ipsi Romano Imperio sub Imperatore hæretico titubanti, & in deteriora labenti; vindicante Deo illatas sanctis Episcopis contumelias, pariterque probibente, ne accensum ab eo semel incendium universam depasceretur Ecclesiam.

(a) Evag. l. 4. c. 40.

II. Ut enim Dei judicium fieret manifestius, tunc subitanea est morte subreptus, cum jam indixisset exilium Anastasio Episcopo Antiocheno, atque cæteris illi inhærentibus Ecclesiæ sacerdotibus. Tulerat diu consueta patientia Deus, quæ adversus Eutychium Patriarcham anno superiore Imperator contra fas jusque sacrilege perpetrarat, cum e sede eum violentus abstraxit: verum qui non relinquit virgam peccatorum super sortem justorum, haud sivit alterius progredi qui non solum non emendaret perperam facta, sed audaciora tentaret, repentina eum morte subducens. Nam audi Evagrium: (b) *Verum* (inquit) *Justiniani edictum divina providentia, qua melius nobis prospectum fuit, minime vulgatum est. Nam Justinianus, qui Anastasio & suis sacerdotibus exilium indixerat, ex improviso perculsus, cum trigintaocto annos & menses octo regnasset, ex hac luce migravit.* De obitu item ejus iste Nicephorus (c): *Justinianus namque cum Anastasii, sacerdotumque ejus, qui eodem cum illo ardore flagrabant, exilii libellum dictaret, invisibili ictus plaga, ex hac vita excessit.* Evagrius insuper eum quem divina hæc vindicta percussit, ob impietatem quam fovebat, & discordias quas in Ecclesia excitavit, ad inferos detrusum affirmat, cum ait (d) *Justinianus*

Justinian. Dei vindicta ex hac vita repente abreptus.

(b) Evag. l. 4. c. 40.

(c) Niceph. l. 16. c. 32.

(d) Evag. l. 5. c. 1.

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6058.

Olymp. 336. Anno Eræ Hispan. DCIII. A.C. 565.

☉ 14. D. ☽ 15. P. 5. April. Indict. 13.

JESU CHRISTI 565.

JOANNIS III. PAPÆ 6.

JUSTINI JUNIORIS IMP. 1.

I. Postconsulatus. [1] HIc annus ista formula notatus: *Post Consulatum Basilii V. C. XXIV.* ut habent Continuator Marcellini & Marius Aventicensis.

II. Edictum de incorruptibilitate Corporis Christi. A num. I ad XIII. *Justinianus* hujus anni initio *Edictum* suum de Incorruptibilitate Corporis Christi emisit, ut anno DLXIII. & insequenti demonstravi. *Verum oratio illa haudquaquam publicata est, eo quod Deus nobis prospiciens, res nostras in melius commutavit*, inquit Evagrius libr. 4. capit. ult. qui statim mortem ejus narrat, ex quo & liquet illud datum ipso anno, quo Justinianus vitam cum morte commutavit. Sanctus *Nicetius* Trevirensis Episcopus, ubi Imperatorem in illam hæresim incidisse accepit, eum statim ab ea per Literas revocare conatus est. Promulgavit eas Sirmondus Tomo I. Concil. Gall. quas tamen perperam anno præcedenti scriptas existimavit: *Dulcis & dulcis Noster Justiniane*, inquit Nicetius, *rememorare*

NOTÆ [1] P. C. *Basilii* XXIV. vel an. XXV.

Hoc anno, ut etiam Pagius animadvertit, mortuus est *Justinianus* die XIV. *Novembris*, in cujus locum statim suffectus est *Justinus junior*; sed annos imperii enumerare voluit *a proximis Kalendis Januariis* anni insequentis, quæ est sententia illustrissimi Episcopi Adriensis, Philippi a Turre in Dissertatione Apologetica de nummo Anniæ Faustinæ pag. 109. & sequentibus. Pag. 114. affert ex Fabretto pag. 558. hoc epigramma.

HIC REQVIESCIT IN PACE
CALLIENICVS EVNVCV
S QVI VIXIT ANN. PLS. M. XXX
DEPOSITVS SVB D III. NN
SEPTEMBRIVM IMP. D. N.
IVSTINO PP AVG ANN. G IND. V.

Ex quibus fit, quod die tertia mensis Septembris, *Indictione quinta*, Justini *annus sextus imperii* decurreret; cujus initium ab anno 565. sumi debet. GEORGIUS

*nus igitur cum omnia omnino turba ac tumultu complevisset, mercedemque bis debitam in extremo vitæ suæ tempore reportasset, ad supplicia justo Dei judicio apud inferos luenda profectus est.* Hæc Evagrius suorum temporum rerum gestarum scriptor insignis.

III. Qui autem diu post ipsum vixit, eum extremo illo spiritu facti pœnituisse, jussisseque Eutychium ab exilio revocari, Nicephorus tradit (*a*): quod ex eo (ut puto) argumento deduxit, dum non sicut aliorum hæreticorum ejus nomen abrasum fuit e sacris tabulis; sive quod Patres Sextæ Synodi & alii elogio Catholico homine digno & pietatis titulo reperiuntur ejus memoriam prosecuti: nam S. Gregorius (*b*) Papa cum eumdem nominat Imperatorem, piæ memoriæ Justinianum appellat. Sed accipe de eodem Imperatore in Synodo Romana ab Agathone Papa pronunciatum præconium: in epistola (*c*) enim ad Heraclium & Tiberium Imperatores post recitatos sanctos Orthodoxos Episcopos, qui adversus hæreticos pro fide Catholica certamen inierunt, mox de Justiniano hæc subdit: *Et præ omnibus æmulator veræ & Apostolicæ fidei piæ memoriæ Justinianus Augustus, cujus fidei rectitudo quantum pro sincera confessione Deo placuit, tantum Rempublicam Christianam exaltavit. Et utique ab omnibus gentibus ejus religiosa memoria veneratione digna censetur, cujus fidei rectitudo per augustissima ejus edicta in toto Orbe diffusa laudatur, quorum unum, quod ad Zoilum Alexandrinum Præsulem adversus Acephalorum hæresim missum est pro Catholicæ fidei rectitudine, satisfacere sufficiens cum hac nostræ humilitatis suggestione vestræ tranquillissimæ Christianitati dirigentes per præsentium latores offerimus, &c.* Et in alia rursus epistola ad eosdem Augustos Romæ ex Synodo centum viginti quinque Episcoporum missa, ubi Theodosii magni atque Marciani fidei Catholicæ præstantiam prædicavit, hæc de Justiniano mox infert, cum præfert iisdem: *Sicut extremi quidem, præstantissimi tamen omnium magni illius Justiniani, cujus ut virtus, ita & pietas omnia in meliorem ordinem restauravit: cujus instar fortissimæ vestræ clementiæ principatus, virtutis quidem conatibus Rempublicam Christianam tuetur & restaurat in melius, pietatisque studiis Catholicæ succurit Ecclesiæ.* Hæc sunt ex Agathone Romano Pontifice Justiniani præconia.

(*a*) Niceph. l. 17. c. 31.

Justiniani memoria a Rom. Pon. commendata.

(*b*) Greg. l. 2. ep. 10. l. 3. ep. 4. l. 7. ep. 126.

(*c*) Extat recitata in Synodo sexta Act. 4.

IV. Quod enim quæ de ejus hæresi jactarentur, nullis constarent edictorum ipsius publicis monumentis (nam etsi scripsit, non tamen, ut vidimus ex Evagrio, promulgavit de hæresi Imperator edictum) & e contra ejusdem Imperatoris fides Catholica pluribus promulgatis sanctionibus probaretur: nihil præterea de eo sentiendum, quam suis ipsius scriptis reperiretur expressum, idem Romanus Pontifex existimavit, cujus sententia non ex populari clamore, sed potius ex certa scriptorum testificatione proferri debet. Sed nec irrogata in Orthodoxos exiliorum supplicia eum omnino convincebant hæreticum, etsi injustum arguebant atque sacrilegum: sicut nec cum Vigilium Papam eadem pœna mulctavit; præsertim vero cum de exilio Eutychii Episcopi culpam visus fuerit delevisse, dum eum ex testamento (ut Nicephorus ait) revocandum constituisset.

V. Quod igitur edictum retentum minime fuerit promulgatum, & perperam facta ultimo elogio visus sit revocasse; haud adeo infamis posteris, sed honorifica ejus memoria mansit. Nam audi eumdem de his Nicephorum (*d*): *Joannes Chalcedonæ filius cum Constantinopolitanæ præesset*

(*d*) Niceph. l. 17. c. 32.

PAGIUS *vare quæ promisisti cum baptizatus es, quid per singula te credere dixisti. Unum Filium manentem in duabus substantiis, cum Patre & Spiritu Sancto, non duos Christos testatus es, &c. Patres a quibus benedictionem expectare debuisti, in exilium transmisisti. Tum cum tu ultima ætate tua convenire & conjungere te ad Redemptorem tuum debuisti, ipse te non alter, sed tu & te & tuos decepisti. Cum Lactantius, ut dicit, Presbyter, loca Sancta per Gallias per Domini misericordiam visitaret, ante nos apparuit, quæ legis, deprecavimus, & per Jesum Christum Redemptorem nostrum conjuravimus. Ergo Literis præsentibus Deum nostrum conjuramus insuper, contestamur, ut & tu revertaris & quantos perire suasisti in horrenda perscrutatione, revertere provoces, &c. Lætetur Sancta Ecclesia de regressu tuo, quia vehementer luget de excessu tuo, &c. Nam notum tibi sit, quod tota Italia, integra Africa, Hispania, vel Gallia cuncta, nomen tuum, cum de perditione tua plorant, anathematizant. Etsi non quæ docuisti destruxeris, & publica voce clamaveris, erravi, erravi, anathema Nestorius, anathema Eutyches, cum ipsis te ad supplicia sempiterna tradidisti*, & cætera in eisdem Literis contenta. Cointius anno DLXVI. num. LIX. postquam illas Nicetii Literas recitavit, ait: *Sane Beatissimus Antistes ejusmodi Literis non parum profecit apud Imperatorem, ut ejus animum ab Edicto, quod Orthodoxæ fidei contrarium scripserat promulgando revocaret.* Verum cum Justinianus die XIV. Novemb. hujus anni mortuus fuerit, eum Nicetii Literas non recepisse valde verosimile est. Sed Cointius Edictum illud anno DLXIII. cum Baronio emissum fuisse existimans, & Justiniani obitum in an. DLXVI. differens, ex depravata hujusmodi Chronologia, in vanam illam conjecturam inductus; adeo refert

*esset Ecclesiæ, Alexii Comneni ætate, in ipso Verbi Dei Sapientiæ templo quotannis magnifice memoriam ejus celebravit, populi universi concione ad rem divinam coacta. Memoria ejus Ephesi quoque, in Ecclesia discipuli ejus qui supra pectus Salvatoris recubuit, culta: quam Ecclesiam ipse Justinianus construxerat.* Hæc de ejus memoria publicis honoribus affecta post mortem Nicephorus qui & de ejusdem sepultura hæc subiicit (a) *In magnifico monumento ab ipso, lapide Sardio in Apostolorum templo constructo: sepultus est, ad dexteram in ædem ingredienti partem.*

(a) Niceph. l. 17. c. 35.

VI. De Justiniani postremo judicio.

Sed quo magis humanum possunt Imperatores, subductis chartis, legitimum fallere atque vitare judicium, quod nonnisi (ut ajunt) secundum acta atque probata proferri potest; eo districtius divino reservantur examini judicandi atque atrociori pœna plectendi, secundum illud quod ait Sapiens ad Reges terræ: (b) *Horrende & cito apparebit vobis, quoniam judicium durissimum his qui præsunt fiet. Exiguo enim conceditur misericordia, potentes autem potenter tormenta patientur.* Sane quidem etsi humanæ non sit facultatis divinis interesse judiciis, ac de illis omnino nefas sit judicare; tamen secun-

(b) Sapien. 6.

PAGIUS fert, ut singula quantum fieri potest, suis annis reddantur. [1]

III. Moritur Justinianus Imp.

Mortuus est *Justinianus* Imperator hoc anno *Idibus Novembris* seu die XIV. mensis Novemb. cum imperasset annos triginta octo, menses septem, & dies tredecim. Diem ejus emortualem Auctor Chronici Alexandrini; Regni annos, menses, ac dies Theophanes, & Auctor Miscellæ notarunt. Sed erravit Theophanes, vel potius Librarii, in ejus enim Chronico legitur, eum die XI. Novembris vita functum esse, *Indictione decima quarta jam currente*; quem tamen errorem anno insequenti correxit, asserens Justinum ei successisse mensis Novembris die XIV. Indictione XIV. Marius Aventicensis, Joannes Abbas Biclariensis, Victor Tunnonensis, Auctor Chronici Alexandrini & Sanctus Isidorus cap. 31. de Script. Ecclesiast. inter quos numerat Justinianum, asserunt eum *Indictione XV.* decessisse, ideoque anno sequen-

NOTÆ [1] CONtra ea quæ Pagius hic disputat de anno emortuali Justiniani, & Justini exordio cum hoc anno 565. illiganda, invicte pugnat vetus & genuina Adnotatio, quam legisse se in Codice MS. Collegii Sorbonici asserit Baluzius, Miscel. t. 5. pag. 478. *In Dei nomine, dies ordinationis meæ Gaudiosi Presbyteri, Indict. quintadecima, quartodecimo Kal. Januaris anno I. Dni Justini eodem Consule.* Indictio, hæc notat annum 566. a cujus Septembri illa exordium sumebat. Igitur Justinus exordiri Imperium non potuit a Novembri anni 565. alias enim anno 566. Decembri mense secundum, non primum Imperii annum numerasset. Ita pariter & primus Justini Consulatus ad annum 566. non ad 567. referendus est. Ex his autem infertur non vana conjectura Cointium suspicatum fuisse Justinianum animum ab hæresi de incorruptibilitate Corporis Christi revocasse. Nam si ea tantum ratione resipiscere illum non potuisse censet Pagius, quod epistola S. Nicetii ea de re ad Imperatorem scripta anno 565. reddi illi non potuerit, quod hoc anno e vivis excesserit; totum hoc argumentum plane corruit, si Justinianus usque ad annum 566. vitam protogaverit. Ex hoc denique scripto inferre licet sacras Cleri ordinationes ætate illa die Dominica haberi consuevisse, quæ Pagii est conjectura, mirifice hoc documento illustrata. Sed juvat a monumento hoc Baluziano oculos nondum retrahere; valere enim illud arbitror ad chronologiam consularem non adhuc plene explicatam ab omni difficultatis nexu exolvendam. Id autem tunc fiet si Baluzianum istud monumentum cum nota temporaria expressa in Instrumento in papyro Ægyptia descripto, de quo nos in Nota ad A. 567. a. conferatur. Ita vero concepta est: *Imp. D. N. Justino p. p. Augusto anno septimo & p. c.* (post Consulatum) *ejus secundo anno quarto, sub die tertio nonarum Juniarum, Indictione quarta.* Proditur hisce annus 571. quo indictio quarta currebat. Habes autem ex eo annum quo Justinus Consulatum secundum egit, nempe annum 567. quo atque Consulem Justinum processisse Scriptores plures apud Pagium agnoscunt; sed non satis huc usque exploratum fuit Consulatum hunc secundum, non primum fuisse. Atque ita inter se ambo egregia vetustatis monumenta a nobis producta cohærent. Adnotatio enim Baluziana Consulatum Justini primum exhibet, quem anno 566. illigat; papyrus vero secundum Consulatum gestum anno 567. expromit. Ab eo vero secundo consulatu Justini postconsulatus ejus interdum recensiti sunt, quod a Scriptore nostri papyri servatum est; nec dubito quin eadem mens fuerit aliis fastorum Scriptoribus qui Justini postconsulatus a Consulatu anni 567. supputant, licet non adeo diligenter, ac a Scriptore papyri præstitum est, adnotant se epocham suam in secundo consulatu statuere. Alii vero in Chronologia postconsulatus suos a primo Justini Consulatu anni 566. deducunt, quam inesse mentem Mario Aventicensi suspicor, apud quem postconsulatus Justini reliquos unitate superant, ut qui aliis est quintus, sextus apud illum numeretur. Idem etiam in enumerandis Justini postconsulatibus Author Chronici Alexandrini servat. Suspicor autem Justinum priorem Consulatum suum non quidem ab exordio anni 566. quo in vivis Justinianus agebat, sed ab eo tempore cœpisse, quo Imperium solus administravit; indeque factum credo, ut cum demum succedente anno 667. processit Consul a Kalendis Januarii ritu solemni, Consul tunc primo egisse censeretur. Hæc regula Consulatuum Cæsareorum a Justino constituta, apud reliquos deinde Imperatores usque ad Constantinum Pogonatum obtinuit. Ita Tiberius Constantinus qui anno 578. solus imperare cœpit, anno illo Consulatum gessit, ut non obscure significat Author Chronici Alexandrini, qui sequentem annum 579. ita designat: *I. Ind. XII. post Consulatum Tiberii &c. anno I. μετὰ ὑπ' τὴν ὑπατείαν τὸ δ* Corruptum esse textum censet Pagius, delendam particulam illam μετὰ ratus; sed non advertit id

re-

cundum irrevocabilem illam Dei sententiam, quæ de omnibus reperitur pronunciata defunctis (a): *Opera illorum sequuntur illos*: eadem ipsa quæ hinc abeuntem secuta sunt Justinianum, adversus eum hactenus clamant in chartis nempe juge bellum Ecclesiasticum, quod (exule facta, quam reperit, pace) jugiter enutrivit, decedensque reliquit accensum, sacrilegiorum immensitas, cum sæpe in Christos Domini sanctos Episcopos violentas manus injecit, ut inter alios in

(a) Apoc. 14.



PAGIUS quenti, quo Kalendis Septemb. hujusmodi Indictio exorditur; indeque Labbeus in Chronica, Cointius anno DLXVI. & anno DCLXIV. num. XXVII. aliique quidam Recentiores Justiniani obitum in annum sequentem differunt; quod priores tres scriptores citati hoc tempore vixerint. Verum Justini Junioris Justiniani successoris, & sequentium Imperatorum Chronologia hanc opinionem falsam esse demonstrat, nullumque fere esse ex Imperatoribus Constantinopolitanis, de cujus initio ac fine minus dubitare debeamus. Certe Auctor Chronici Alexandrini multipliciter sibimet contradicit, initio enim Imperii Justiniani dicit, eum Regnum iniisse anno mundi 6075. sc. secundum Constantinopolitanos, & imperasse annos XXXVIII. menses IX. Cum vero de morte ejus loquitur, scribit, *Justinum* Juniorem Imperium suscepisse anno mundi 6087. & iterum Consulem processisse anno XXXIX. Justiniani. Quo pacto an-

NOTÆ recurrere apud eumdem Scriptorem in exordio omnium sequentium Imperatorum. Mauricius prius illo anno quo Imperium solus administrare cœpit, anno scilicet 583. noluit Consulatum solemni ritu inire a Kalendis Januarii ejusdem anni, quod cum novum & insuetum fuerit, ideo Author Chronici Alexandrini id adnotandum censuit, *Primus annus* ait (Mauricii) *caruit Consulibus*. Nihilo tamen secius Consulatum gessit, quem appellare mihi liceat minus solemnem, qui inire cum Imperio & perseverare usque ad exordium secundi Consulatus censebatur; adeoque annus 584. quo solemnem Consulatum gessit, ab Authore ejusdem Chronici pro consueto more notatur *μετὰ τὴν post Consulatum*, nempe post primum Consulatum; ab aliis vero Chronographis annus idem Consulatu Mauricii (nempe secundo ab initio Imperio & primo solemni) insignitur. Mauricio successit Phocas anno 602. & cum Imperio Consulatum pariter eodem anno capessivit, sed Consulatum minus solemnem; hinc fit ut apud alios Chronologos huic anno nulli Consules assignentur; ab Authore vero Chronici Phocæ Consulatus effertur, ut Pagius ibidem notat. Idemque dein Author subsequentem annum 604. quo idem Phocas Consul solemni ritu processit, notat: *Post consulatum Phocæ*, nempe post primum minus solemnem Consulatum. Cum autem eodem pariter anno Consulatum secundum & primum solemnem Phocas gesserit; hinc Author idem postconsulatus a secundo illo Consulatu numerare deinceps occœpit, adeoque annum 605. appellat annum primum post Consulatum Phocæ, & sic deinceps. Successit Heraclius de quo ita in Chronico Alexandrino juxta versionem Changii edit. Ven. pag. 305. *Ab ipso VII. Octobris die præsentis Indictionis* (nempe XIV. a Septembri anni 610. cœptæ) *usque ad XIV. Januarii mensis, ejusdem Indictionis scriptum est in Actis publicis: Imperante Heraclio*; & *a XIV. ejusdem Indictionis ipsius mensis scriptum est in reliquum anni* (scilicet 611.) *usque ad Decembrem* (scilicet expletum) *XV. Indictionis* (a septembri ejusdem anni cœptæ) *sic: Et Consulatu ejusdem piissimi Domini*. Anno vero sequenti 612. postconsulatus Heraclii idem Author exorditur. Ex his habes Heraclium ab decessorum suorum Consulatuum via nonnihil exorbitasse, in eo nempe quod prioribus Imperii sui mensibus usque ad Januarium succedentis anni in Actis publicis Consulatum suum non adnotavit. In eo vero a reliquis non dissensit; quod sequenti anno Consulem nomine saltem egerit: adeoque non duplici sed unico Consulatu insignitus fuit. Dixi gestum ab eo fuisse Consulatum nomine tenus, non re, nam ut in eodem Chronico adnotatum est: *Licet in sella curuli non processerit, illud tamen tempus ejus Consulatui adscribi debere æquum visum est*.

Hæc olim scripseram; dein certior factus sum de sententia Illustrissimi Philippi a Turre Episcopi Adriensis qui argumentum hoc de anno emortuali Justiniani, & de Consulatu duplici Justini occupans, in opinionem longe ab ea, quam hic constitui, diversam abiit, contendens Justinianum Novembri mense anni 565. obiisse, annoque insequenti a Kal. Januarii Justinum processisse Consulem, qui dein anno 568. eamdem dignitatem secundo adierit. Quo vero fidem servet vetustis pluribus documentis ac lapidibus in quibus Justini epocha ab anno 566. repetitur; censet Justinum nonnisi a Januario anni proxime ab assumptione sua succedentis, anno scilicet 566. annos supputare cœpisse; ex quo factum opinatur, ut duplex Justini Epocha coborta sit, altera quidem ex anno 565. quo Justinianus decessit; altera vero ex initio anni 566. Hinc veterum monumentorum dissidium omne tollitur. Id ego quidem libens susciperem, siquidem eo admisso epocharum discrimine ab omni corruptionis suspicione vetera monumenta liberarentur. Verum si ea conciliatione lapides inter se cohæreant; cogemur tamen corruptionis arguere non unius tantum vel alterius, sed trium simul coævorum Scriptorum, quos vide apud Pagium hic, Textus. Id vero peræque arduum est ac veteres quosdam lapides infidelitatis ac suppositionis arguere. Aliam ergo tentemus viam omnia inter se componendi, quam nobis suppeditat vetus ille mos apud Imperatores Græcos familiaris, ut quos destinabant post obitum suum successores, se adhuc superstitibus Cæsares dicerent, & exinde novorum Cæsarum Epocha quædam duci interdum solebat. Fac ergo Justinum anno 555. incerto mense Cæsarem renunciatum fuisse, & unam hanc Imperii illius Epocham constitue. Alteram Epocham duxit ab obitu Justiniani anno 566. His positis dissidia omnia conciliantur. Sed Cæsarem renunciatum fuisse Justinum negat Pagius hic num. 7. at Corippus, cujus testimonium Baronius recitat, non obscure affirmat. Fieri etiam potuit ut Epocha prior Justini, si minus a Cæsarea ejus dignitate a munere tamen Curopalatis, quod Imperatoriæ dignitati proximum erat, duceretur. MANSI

in Vigilium Romanum Pontificem & Eutychium sanctissimum Constantinopolitanum Antistitem: crudelitas insuper in cives innoxios ab Evagrio superius deplorata, & avaritia ab eodem pressius sugillata, ut omittamus reliqua. Quam autem mortuus ante horrendum majestatis divinæ tribunal sententiam acceperit, etsi non sit hominis judicare: opinari tamen si cui licet, facilius est invenire, qui Evagrii de ejus condemnatione velit sequi sententiam, quem jure sciat prærogativa temporis, cum quæ scripsit inspexerit, historicis reliquis esse præferendum, qui longo post Justiniani tempora res ab eo gestas scripsere: cum præsertim in eamdem proculdubio abiisse sententiam Procopius ejusdem temporis luculentus historicus visus sit, dum quem ante sæpe laudarat, postea scripto volumine tam ipsum quam Theodoram conjugem, recantans palinodiam magnopere vituperavit, ut apud Suidam notatum habetur.

VII. At cum laudatam audis ab eodem Procopio insignem ejus pietatem in erectione templorum quibus replesse non Constantinopolim tantum, sed universum pene visus est Orbem: provoco te ad Evagrium de his ista dicentem (a): *Erat porro tam largus in pecunia eroganda, ut multa sancta & magnifica templa in multis locis extrueret, aliaque sacra ædificia, quibus tum viri tum mulieres & ætate tenera & exacta, tum qui variis morbis vexabantur sedulo accurarentur ædificaret: magnamque seorsum colligeret a suis pecuniarum vim, unde ista perficerentur: alia denique infinita exequeretur opera: quæ sane pia, Deoque accepta essent, si modo vel ille, vel alii qui talia moliuntur, de suis ipsorum bonis efficienda curarent, suaque vitæ actiones vacuas a sceleris labe tamquam hostiam Deo offerrent.* Hæc ipse, qui paulo superius de ejusdem Imperatoris

(a) Evagr. l. 4. c. 29. in fin.

Aliena pecunia erectæ Ecclesiæ a Justiniano.

in pecuniis a subditis corradendis cupiditate ista recenset:

VIII. Justiniani turpis avaritia.

*Id Justiniano vero tam inexplebilis fuit pecuniæ cupiditas, & tum turpis atque adeo absurda rerum alienarum appetitio; ut omnia subjectorum bona his qui magistratus administrabant, qui tributa colligebant, qui nulla de causa insidias hominibus struere volebant, ob auri amorem venderet. Complures vero, immo innumerabiles qui bona multa possidebant, causa falsa commentitiaque conficta, omnibus fortunis mulctavit. Quod si quæ meretrix oculos cupiditatis ad alicujus bona adjiciens, consuetudinem se ullam cum ea vel conjunctionem habuisse simularet: statim omnia jura ac leges, modo Justinianum turpis lucri fructum constitueret, ejus causa eversa jacuerunt; facultatesque omnes illius, qui falso in crimen adductus erat, fuerunt in ejus domum translatæ.* Hæc Evagrius; cujus sententia, quot ab eo novæ promulgatæ sunt leges & veteres restitutæ tot tensa ad corrquendam pecuniam retia dices: cum etsi ex illis aliquæ currentibus ad prædam Judicibus venatoribus aliquando potuissent obstare, continuo easdem mira arte depressas siverit a magistratibus pro arbitrio proculcari. Ista ex antiquioribus, fideque sincera pollentibus scriptoribus referans, scio in me concitasse Jurisconsultorum agmina pro suo Justiniano pugnantia: verum satis sit ad defensionem unica opposita veritas, quam profitemur, & illibatam colimus & excolimus.

IX. Cæterum quæ ab eo juste pieque restituta vel sancita reperiuntur, ut Dei munus Christianitas non refugit, sicut nec Ethnicorum Imperatorum, eorumdemque Christianorum persecutorum leges juste decretas; mente illud retinens & ore versans, quod divina Sapientia clamat (b): *Per me Reges regnant, & legum conditores justa decernunt: Per me Principes imperant, & potentas decer-*

(b) Prov. 18.

PAGIUS annos tantum tredecim *Justinianus* Imperium administrasset, obiissetque anno Christi DLXXVIII. quo Kalend. Septemb. inchoatur annus mundi 6087. præterquamquod secundus Justini Junioris Consulatus prorsus fictitius, ut infra ostendam. Alios etiam Auctores hac in re errasse pluribus probat Em. Card. Norisius in *Dissert.* de Synodo V, cap. 9. paragr. 2. Scriptores vero coævos in rebus Historicis vel Chronologicis quandoque falli, variis exemplis constat.

IV. *Ætas Justiniani.* Pervenit ad Imperium *Justinianus* natus *annos XLV.* ut asserit Zonaras, & confirmat Theophylus Justiniani præceptor, qui prodit eum sub finem Anastasii dominatus Byzantium venisse tricenario majorem; Zonaras Cedrenus & Nicephorus consentiunt. Quare mortuus est anno ætatis circiter octogesimo tertio. Nec audiendus Alemannus in Notis ad Historiam Arcanam Procopii cap. 6. qui dicit, videri Zonaram secum pugnare, ubi narrat, *Justinum* avunculum recusasse Justinianum Imperii socium habere; atque id urgentibus Principibus respondisse: *Vobis optandum est, ne hanc purpuram junior aliquis induat;* & Procopium de Justiniano Summam Imperii moderante, dum Justinus viveret, scribere illum *ætate adhuc juniorem* fuisse. Nam illis temporibus qui ad annum ætatis XL. vel etiam XLV. pervenerant, *juvenes* vocatos fuisse, multis exemplis liquet.

V. *Mores Justiniani.* Zonaras hæc de Justiniano scribit: *Fuit hic Imperator aditu facillimus, ad pœnam irrogandam æque promptus atque ad crimina audienda: pecuniam & temere profudit, & per fas ac nefas comparavit, aliam in ædificia, aliam ad exequenda consilia sua, aliam in rem bellicam & contentiones eorum, qui voluntati ipsius adversabantur, insumendo. Ita factum, ut cum pecunia semper egeret, eam rationibus parum hone-* sit

*cernunt justitiam*. Hine videas ipsum quoque S. Gregorium Romanum Pontificem (*a*) in moderandis etiam rebus Ecclesiasticis uti ejusdem Justiniani Imperatoris constitutionibus, easdemque citare consuevisse, sicut & aliorum Christianorum Imperatorum, necnon & Gentilium, ut Modestini & aliorum, cum opus fuit, Jureconsultorum. Quæ vero præter jus fasque idem Justinianus suis sanctionibus observanda præcepit, Catholica Ecclesia respuit, ut quæ sibi super Ecclesias personasque Ecclesiasticas arrogare præsumpsit, quæve de usuris constituit. Sed in his consule Alciatum, (*b*), licet ei in omnibus minime assentiamur. Quod autem inuratur nota Justiniano de voluntario concesso divortio; ad ejus successorem Justinum eam legem potius pertinere, suo loco dicemus.

(a) *Greg. l. 12. epist.* 54.

(b) *Alciat. parerg. l. 6. c. 20.*

X. Quæ vero spectant ad ejusdem Imperatoris scripta, seu potius aliorum lucubrationes suo ipsius nomine promulgatas: præter illa quæ sunt recensita ipsius de fide edicta, Isidorus de eodem ista habet (*c*): *Justinianus Imperator quosdam libros de Incarnatione Domini edidit, quos etiam per diversas provincias misit. Condidit quoque rescriptum contra Illyricanam Synodum & adversus Africanos Episcopos, in quo Tria capitula damnare contendit*, &c. Sed ne quis ex his redarguat Suidam, quod analphabetum dixerit Justinianum tot scriptorum auctorem: nam sicut Triboniani fuisse civiles leges, ita & Theodori Cæsariensis scripta suo nomine vulgari voluisse, quæ dicta sunt superius docent. At de Justiniano hactenus.

(c) *Isidor. c. 18.*

Justiniani nomine vulgata scripta.

XI. Antequam autem ad ejus successorem convertamus orationem, incisas a Narsete prope Romam, cum adhuc viveret Justinianus hoc anno, in ponte a se restituto super Anienem fluvium inscriptiones (ne eas amplissimis litteris exaratas non legisse culpæ sit) hic describamus: sic enim se habent:

Narsetis monumenta in ponte Anienis.

IMPERANTE. D.N. PIISSIMO. AC. TRIUMPHALI. SEMPER
JUSTINIANO. PP. AUG. ANN. XXXVIIII.
NARSES. VIR. GLORIOSISSIMUS. EX. PRÆPOSITO. SACRI
PALATII. EX. CONS. ATQUE. PATRICIUS. POST. VICTORIAM
GOTHICAM. IPSIS. EORUM. REGIBUS. CELERITATE. MIRABILI. CONFLICTU. PUBLICO. SUPERATIS. ATQUE. PROSTRATIS. LIBERTATE. URBIS. ROMÆ. AC. TOTIUS. ITALIÆ. RESTITUTA. PONTEM. VIÆ. SALARIÆ. USQUE. AD
AQUAM. A NEFANDISSIMO. TOTILA. TYRANNO. DESTRUCTUM. PURGATO. FLUMINIS. ALVEO. IN. MELIOREM. STATUM. QUAM. QUONDAM. FUERAT. RENOVAVIT.

Itemque ibi:

QUAM. BENE. CURBATI. DIRECTA. EST. SEMITA. PONTIS
ATQUE. INTERRUPTUM. CONTINUATUR. ITER
CALCAMUS. RAPIDAS. SUBJECTI. GURGITIS. UNDAS
ET. LIBET. IRATÆ. CERNERE. MURMUR. AQUÆ
ITE. IGITUR. FACILES. PER. GAUDIA. VESTRA. QUIRITES
ET. NARSIM. RESONANS. PLAUSUS. UBIQUE. CANAT.
QUI. POTUIT. RIGIDAS. GOTHORUM. SUBDERE. MENTES
HIC. DOCUIT. DURUM. FLUMINA. FERRE. JUGUM.



PAGIUS *stis compararet, ut gratiam haberet iis, qui colligendi argenti viam ostenderent*, &c. Hoc nomine præsertim damnandus Justinianus, quod in ultima ætate lapsus sit in hæresim Incorruptibilium, sive Apthartocitarum, quæ Domini nostri Jesu Christi corpus ex ipsa Divinitatis conjunctione incorruptum asserebat: *Hæc ipsa est*, inquit Nicephorus lib. 17. cap. 29. *Aphthartocitarum hæresis, qua multi mortales sunt correpti, non solum ex his, qui honores & Magistratus gesserunt, sed etiam Hierarchæ primarii & Monachi vita illustres, & ex Sacerdotali ordine alii, atque adeo ipse etiam Imperator Justinianus*. Hunc tamen ex ea paulo ante mortem resipuisse, ostendunt quæ narrat Baronius num. III. & seq. Imo in Menæis Græcorum ad diem II. Augusti legitur. *Memoria pia recordationis Imperatoris Justiniani, in æde Apostolorum*. Erat vero is dies Natalis Imperii ejus post Justini Senioris obitum. Odilbertus Archiep. Mediolanensis postquam accepit Epistolam Encyclicam a Carolo Magno universis Imperii sui Episcopis directam, a Mabillonio Tom. I. Analect. pag. 21. recitatam, qua petit certior fieri, quid de Baptismo, ejusque ritibus sentirent, ad eum respondens ait: *In vestra tranquillitate salutem nostrorum omnium adesse cognoscimus atque tenemus, qui vos sollicitudinem habentes Orthodoxa fidei magis præ ceteris omnibus, qui ante vos Christiani Imperatores in universo mundo, fuerunt devotione quique & Divino zelo commoti, idest, Constantinus, Theodosius Major, Marcianus, & Justinianus. Hi omnes, ut Christianum populum ab omni erroris macula liberarent, Divinitus inspirati, qua meritis & scientia præcellentes, David Sanctum imitantes* &c.

Jam ad ipsum Justinum veniamus.

XII. Justinus Imperat. Simulac autem ex hac vita Justinianus discessit, succedit Justinus ipsius sororis Justiniani Imperatoris nomine Vigilantiæ filius, patreque nomine Dulcissimo natus conjux vero Justini; Sophia appellata, Theodoræ Augustæ neptis fuit, ut ex Victoris Tununensis Chronico, & Corippo Africano grammatico, qui Justini laudes cecinit, apparet: nam pulchre hic de ipsius Justini, matrisque ejus, atque uxoris nominibus:

*Mater consilii placidis Vigilantia vestris.*
*Semper inest oculis: quamque omni pectore gestas.*
*Alma Augusta tui consors Sapientia regni.*
*Tu quoque Justitiæ nomen de nomine sumens.*
*Fræna regendorum retines firmissima Regum, &c.*

Justinus igitur apud Justinianum Imperatorem cognationis jure primum sibi vendicaverat locum, ab eodemque Curopalates creatus (ita Græci dicunt magistratum, cui Palatii cura credita erat (qui & Cæsar jam antea dictus fuerat: Id quidem Corrippus his versibus docet:

*Te dominum sacra quie non prædixerat aula,*
*Cum magni regeres divina Palatia patris,*
*Par extans curis, solo diademate dispar,*
*Ordine pro rerum vocitatus Curapalatii:*
*Dispositus jam Cæsar eras. Cum sceptra teneret*
*Fortis adhuc senior, regni tu summa regebas*
*Consilio moderata gravi: Nil ille peregit*
*Te sine.*

Sed quæ divinitus de eodem sint prævisa ab Eutychio Patriarcha, Eustathius ita narrat (a):

(a) Apud Sur. die 6. Apr. tom. 2.

XIII. Quæ prædicta de futuro Imperatore. *Tribus circiter annis ante Imperium Justini futura prospiceati & magno Pontifici patefactum fuit, ipsum imperaturum: Qui nulla interposita mora, ut eum in Dei timore confirmaret, ejusque vitam ejus ad pietatem incenderet, cum in Jucundianis quodam die Senatus haberetur, in remotum quemdam locum Dei servus Justinum seduxit, qua quidem in loco fenestra erat (hoc enim signum, ut lapidum cumulus olim inter Jacob & Laban testimonium fuit). Et audi, inquit, amplissime vir: Quamvis ego humilis sim servus & sacerdos Dei; significavit mihi Deus te post avunculum suum fore Imperatorem. Quare vide, ne hinc illuc occupationibus distraharis; sed attende tibi, & operam da, ut dignus evadas, qui Dei perficias voluntatem. His auditis Justinus, gratias egit Deo, & viro magno respondit in hunc modum: Deus me dignum faciat, ut voluntati ejus obtemperem, meque gubernet & regat arbitrio suo. Et hæc quidem sic facta sunt. Cum autem vir magnus esset in insula quæ Princepa appellatur, quadam die narrabat nobis: In visione (inquiens) noctis quidam gladium dedit duorum imagines continentem, Justini & conjugis ejus, qui & mihi arridebant. Sed quidnam id significaret, ab eo quæsivit unus ex iis qui illic præsto erant, num illius gladii visione sectionem aliquam, vel rei finem portendi sciret. Minime, inquit ille: sed hi ipsi regnabunt, & me liberabant: Imperatorio enim habitu indutos aspexi. Quod imperaverint, perspicuum est: Quod autem fuerit liberatus quodque exilii ejus multæ visiones extiterint, omnes novimus.* Hæc Eustathius. Verum sicut pincerna tardius recordatus est Joseph (b) in carcere detenti, ita & Justinus serius quam par erat Eutychium ab exilio revocavit, & non

(b) Genes. 40.

PAGIUS VI. *Anecdota Procopii.* Post Baronii mortem prodiere *Anecdota Procopii* primum Lugduni & postea Parisiis ex Typographia Regia, de qua ultima editione loquens Combefisius in Observatione prævia ad Procopii locum de *Sancta Sophia*, cum Diatriba Leonis Allatii de *Simeonum Scriptis*, pag. 292. impressa, ait, docti Interpretis Anecdotis vindicandis aut expungendis operam desideratam esse; sed si Vir doctissimus vidisset loca astericis notata in editione Parisiense cap 9. pag. 28. (Lugdunensem enim præ manibus non habeo) ne eorum lectione aures castæ offenderentur, de industria resecta ex textu Græco Codicis Vaticani, non dubitasset, quin ea Historia sit mere probrosus in *Justinianum & Theodoram* ejus uxorem libellus; adeo enim fœda & obscœna, quæ ab ea ante matrimonium in in ipso etiam Theatro ac spectantibus omnibus sæpe patrata fuisse Procopius dicit, ut incredibile videatur, Virum non mente captum, aut ad summam egestatem non rejectum, cum lupa, quæ omnes naturæ leges publice perfregisset, conjugio sociari voluisse, aut ab ea jam sibi conjuncta tandem non abhorruisse. Si duo, quæ prætermissa fuere loca mihi referre liceret, omnes opinor in eamdem concederent sententiam; sed jure merito uterque luce indignus visus fuit. De cætero non pauca sunt in eo Libro, quibus horum temporum Historia plurimum illustrari potest. Duo præfata loca ex Codice MS. Vaticano descripsit Clarissimus Dominus Ludovicus de Mazaugues Consiliarius Regius in Parlamento Aquensi, mihique communicavit.

VII. A num. XII. ad XXII. Justinus Junior, filius *Dulcissimi* ex Vigilantia Justiniani sorore die XIV. Novembris a *Joanne Exscholastico Patriarcha coronatus suscepit Imperium.* Baronius num.

& non antequam qui in ejus locum intrusus fuerat Joannes ex hac luce discesserit.

XIV. Ex hac vita jam subducto Justiniano Imperatore, excitatur media nocte Justinus a Callinico Excubitorum Præposito, & ut habenas sumat Imperii admonetur; progressusque ad aulam, & Senatu hortante, sumit Imperium, cum interea componitur exanime Imperatoris cadaver ornaturque ad sepulturam, Sophia tunc ipsum veste contexit pretiosa valde, in qua effigiatæ erant ejusdem Imperatoris res gestæ: quæ describitur a Corippo, cum agit de Sophiæ pietatis tum exhibitis officiis defuncto Justiniano. Pandemus hic tibi eam velut picturam in tabulis, quam docta manus non penicillo, sed acu formavit. Cum igitur de paratis agit exequiis, pompaque funeris adornatu, hos etiam habet versus:

*Exequiis adjecit solito plus dona paternis:*
*Ireque contractas denso jubet agmine turbas:*
*Et cultic intextam pretioso murice vestem,*
*Justinianorum * ubi tota laborum* — * series
*Nexo auro insignitu fuit, gemmisque coruscu.*
*Illic barbaricas flexa cervice phalanges,* — De veste auspicta.
*Occisos Reges, subjectasque ordine gentes*
*Pictor uen tenui multa formaverat arte,*
*Fecerat & fulvum distare coloribus aurum,*
*Omnis ut aspiciens ceu corpora vera putaret.*
*Effigies auro, sanguis depingitur ostro,*
*Ipsum autem in media victorem pinxerat aula*
*Effera Vuandalici calcantem colla tyranni,*
*Plaudentem Libyam fruges laurumque ferentem:*
*Addidit antiquam tendentem brachia Romam*
*Exerto & nudo gestantem pectore mammum.*
*Altricem Imperii, liberatisque parentem.*
*Hoc ideo fieri vivax Sapientia jussit:*
*Ornatam ut propriis funus regale triumphis*
*Augustum in tumulum fatalis duceret hora.*

Hæc de ornatu cadaveris atque feretri.

Cæterum idem post multa subdit auctor, nullum ferme vas fuisse, in quo non sculptæ essent victoriæ ejusdem Imperatoris imagines; nam ait: XV.

*Ipse triumphorum per singula vasa suorum* — Triumphalia vasa.
*Barbarico historiam fieri mandaverat auro,*
*Tempore quo capitis injecit vincla tyrannis*
*Justinianus ovans quarto cum Consule Princeps*
*Alta triumphali terret Capitolia pompa.*

XVI. At ita composito ad funus Justiniani feretro, illud minime tamen effertur, nisi postquam insignia Justinus accepit Imperii; quæ quidem nec recipere voluit, nisi consulto oratoque numine, & religionis officiis persolutis: nam idem hæc de his cecinit auctor:

*Ipse autem proceram magnis oratibus actus*
*Non primam Imperii regalia signa recepit,*
*Ni sacrata prius supplex oracula poscens,*
*Effusis precibus Christo sua vota dicaret.*
*Ilicet Angelici pergens in limina templi,*
*Imposuit pia thura focis, cerasque micantes*
*Obtulit, & supplex lacrymis ita cœpit obortis:*
*Omnipotens Princeps, &c.*

Quod item pietatis opus ipsa ejus uxor Sophia seorsum exsolvit.

XVII. Expletis vero quæ solerent a proceribus exhiberi solemniis, a Patriarcha Joanne idem Justinus benedictionem accepit atque coronam: quod pulchre his versibus idem poeta describit: — Justinus a Joanne Episcopo coronatur.

*Postquam cuncta videt rita peracta priorum,*
*Pontificum summus, plenaque ætate venustus*
*Astantem benedixit eum; cælique parentem*
*Exorans Dominum, sacro diademate jussit*
Au-

PAGIUS num. XIV. scribit, Corippum Africanum Grammaticum, qui Justini laudes cecinit, hunc Cæsarem jam antea dictum fuisse his versibus docere. — *Justinus ante Imperium Cæsar non fuit.*

*Te Dominum Sacra quis non prædixerat Aula,*
*Cum Magni regeres divina Palatia Patris,*
*Par extans curis, solo Diademate dispar,*
*Ordine pro rerum vocitatus cura Palatii,*
*Dispositus jam Cæsar eras. Cum Sceptra teneret*
*Fortis adhuc Senior, Regni tu Summa regebas*
*Consilio moderata gravi. Nil ille peregit*
*Te sine*
Ve-

*Augustum sancire caput, summoque coronam*
*Imponens apici, &c.*

XVIII. Post hæc autem diademate insignitum & in solio collocatum, acclamationibus absolutis, orationem habuisse testatur ad populum, quam describit: ante cujus exordium cum signasse cruce frontem tradat, veterem morem intellige, consuevisse nimirum Fideles ante concionem præmittere crucis signum: nam audi:

Signo Crucis se munit, & ligno Imp.

*Ipse coronatus solium conscendit avitum,*
*Atque crucis faciens signum venerabile, sedit:*
*Erectaque manu, cuncto præsente Senatu,*
*Ore pio hæc orans ait: Super omnia regnans*
*Regna Deus, &c*

At non manu tantum signasse crucis signum, sed & ligno sacratissimæ Dominicæ crucis frontem exornasse, idem inferius docet, hæc dicens,

*Egreditur tum luce sua, frontemque serenam*
*Armavit sancti faciens signacula ligni.*

In frontibus enim Regum crucem fulgere consuevisse, superius auctoritate Patrum alia id poscente occasione, dixisse meminimus.

XIX. Post hæc autem ubi ad populum peroraffet, atque ejus querelas lugubribus editas vocibus percepisset, quibus dolebat injuste exactionibus vexatum a prædecessore Principe, & ab eo debita non esse soluta: Justinus sua unicuique reddenda præcipit, & æs alienum Justiniani dissolvi jubet. Hæc autem perleganter Corippus his versibus cecinit:

Justiniani æs alienum dissolvit Justinus.

*Flere diu tantis lacrymis non passus acerbis,*
*Condoluit miserans, & se pietate subegit*
*Legibus ultro suis: Aliena pecunia dixit,*
*Reddenda est. Vivus patri qui substitit hæres,*
*Thesauros fidis privatos ferre ministris*
*Imperat. Innumeræ mox advenere catervæ,*
*Fortia centenis onerataque brachia libris*
*Deposuere humeris: turma glomerantur in unum,*
*Et totus fuso Circus resplenduit auro:*
*Tunc posita ratione palam, populoque vidente,*
*Debita persolvit genitoris, cauta recepit.*
*Gaudia quanta illic, quantus favor! undique lætus*
*Tollitur in cælum populorum clamor ovantum, &c.*

Hæc quidem omnia profecto redarguunt Justiniani prædecessoris avaritiam, ne recitata superius ex Evagrio esse calumnias, & ex pravo ea scribentis animo prodiisse quis putet. Præter hæc etiam de cavendis delictis Justinum populum admonuisse, tradit auctor. Sed nec prætermisisse quæ ad Ecclesiarum statum pertinere videbantur, testatur Evagrius, qui ubi plura præcedentibus consentientia narravit, hæc addit: *At primum dat mandatum, ut omnes Episcopi & sacerdotes, qui ex omnibus locis in unum Constantinopoli convocati erant, ad suas ipsorum dimitterentur sedes, uti consuetos cultus Deo sancte religioseque adhiberent. monens ne quisquam quod ad fidem pertineret novare moliretur. Atque istud quidem ejus factum in laude ponendum est.* Hæc Evagrius. XX

Sed quæ ad Justiniani Imper. funus spectant, quod postea curatum constat, pauca quædam hic ex eodem Corippo cuncta exacte prosequente describenda putamus, utpote quæ ad Christianum cultum pertinere noscuntur, atque primum de multiplicibus luminaribus celebri pompa delatis, cum ait: XXI.

*——— Vasa aurea mille,*
*Mille columnarum species, argentea mille,*
*Quæ superimpositis implebant atria ceris,*
*Ordine cuncta suo, patrum sic more parata.*

Luminaria exornant funus.

Vasa illa fuisse intelligas multiplicia instrumenta pretiosorum diversi generis candelabrorum ad portandos cereos fabrefactorum, quorum superius diversis in locis mentio facta est. Subdit vero de his quæ ferebantur condiendi causa cadaveris:

Thu-

PAGIUS Verum Corippus tantum indicat *Curopalatis* dignitatem utpote Imperatoriæ proximam, quam vivente Justiniano obtinebat *Justinus*, omen ei fuisse Imperii; nec ullus umquam Veterum *Justinum* ante Imperium Cæsarem renunciatum esse asseruit. Imo Corippus, solemnes ritus inaugurationis ejus describit, & nonnisi extincto Justiniano illum Imperatorem fuisse manifeste indi-

Unguentis conditur corpus Imper.

*Thura Sabæa cremant: flagrantia mella locatis*
*Infundunt pateris, & odoro balsama succo:*
*Centum aliæ species unguentaque mira feruntur*
*Tempus in æternum sacrum servantia corpus.*

Et inferius de procedente populo, & psalmudia qua religiosam prosequebantur funeris pompam:

*——— tota populus processit ab aula:*
*Mæstuque funereus accendunt agmina cerus.*
*Omnis in exequias sexus convenit & ætas,*
*Quis memorare potest tanta miracula pompæ?*
*Hinc Levitarum mirabilis ordo canentum,*
*Virgineus tonat inde chorus; vox æthera pulsat.*

At hæc satis ad insinuandam veterem Ecclesiæ Catholicæ consuetudinem in celebritate funerum Fidelium defunctorum, per singula tempora usque in præsens religiosissime propagatam. Sed de funere Imperatoris ad aliud Regis funus transeamus.

XXII. Hoc enim anno & Clotarius Rex Francorum, cum ageret ab obitu Clodovei annos quinquaginta & unum in regno, ex hac vita migravit: de quo ista Gregorius (a) res sui temporis scriptis prosequens: *Rex vero Clotarius anno quinquagesimoprimo sui regni cum multis muneribus limina beati Martini expetiit; & adveniens Turonos ad sepulcrum antedicti Antistitis, cunctus actiones, quas fortasse negligenter egerat replicans, & orans cum grandi gemitu, ut pro suis culpis beatus confessor Domini misericordiam exoraret, ea quæ irrationabiliter commiserat, suo obtentu dilueret. Exin regressus quinquagesimo primo regni sui anno, dum in Cotia silva venationem exercet, a febre corripitur, & exinde Compendium villam redeit; in qua cum graviter vexaretur a febre; ajebat, Vah, quid putatis? qualis est ille Rex cælestis, qui sic tam magnos Reges interficit? In hoc enim tædio positus, spiritum exhalavit.* Quod ad ejus culpas pertinet: Ipsum quidem compluribus delictis obnoxium, potissimum vero incestis nuptiis infamatum, sæpe excummunicatum fuisse a S. Nicetio Episcopo Treverensi, idem Gregorius in rebus gestis ejusdem Episcopi, quas conscripsit, affirmat. Sed de ejus sepultura ubi supra idem auctor hæc addit: *Quatuor filii sui cum magno honore Suessionas deferentes, in basilica beati Medardi sepelierunt.* Loco scilicet quem delegerat ad basilicam construendam, quam tamen filius Sigebertus construxit. Ac demum: *Obiit autem post unum decurrentis anni diem, quo Chramnus fuerat interfectus.* Hæc Gregorius.

(a) Gregor. Turon. hist. Franc. l. 4. cap. 21.

Clotarii Francorum Regis obitus.

XXIII. Quatuor filii Clotarii regnant in Galliis.

Defuncto Clotario, quatuor ejus filii inter se partiti sunt regnum, nempe Charibertus, Chilpericus, Guntheramnus, & Sigebertus: quorum Charibertus regni sedem tenuit Parisiis, Chilpericus Suessionis, Guntheramnus Aurelianis, Sigebertus Rhemis. Porro horum omnium religiosissimus habitus est Sigebertus. Hic enim simulac accepit patrem esse defunctum, nihil antiquius habuit, quam ut sanctum Nicetium Treverensem Episcopum ab eo in exilium amandatum postliminio revocaret: de quo ista in Vita ejusdem Sancti Nicetii Gregorius habet: (b):

(b) Gregor. Turon. Vit. S. Nicet. cap. 5.

XXIV. *Sanctus Nicetius quotidie prædicabat populis, deaudans crimina singulorum, & pro remissione deprecans assidue consistentium: unde adversus eum sæpius odii virus exarsit, quod, tam veraciter multorum facinora publicaret. Nam plerumque se persequentibus ultro obtulit, gladio exerto cervicem præbuit: sed nocere ei Dominus non permisit. Voluit namque*

pro

PAGIUS VIII. *Obitus Clotarii Francorum Monarcha.*

dicat, ut ostendunt ejus versus a Baronio recitati.

A num. XXII. ad XXV. *Clotarius* Francorum Monarcha e vivis excessit anno quingentesimo sexagesimo primo, teste Mario Aventicensi in Chronico, qui anno post Consulatum Basilii XX. Christi scilicet DLXI. ait: *Hoc anno Chlotacharius Rex mortuus est.* Mario suffragantur Aimoinus lib. 2 cap. 37. qui tradit eum obiisse anno regni sui quinquagesimo, Gregorius lib. 4. cap. 21. & Fredegarius cap. 55. qui testantur, *Clotarium* vita functum *quinquagesimo primo regni sui anno*, quia scilicet Aimoinus annos Regni Clotarii fere completos numerat; Gregorius vero & Fredegarius annos tantum Julianos, eosque utrimque incompletos; qui numerandi modus antiquis Scriptoribus familiaris. Quare non erat quod Hadrianus Valesius in Hist. Rer. Francic. & Cointius, uterque ad annum DLXI. contenderent, *Clotarium* annos tantum quinquaginta regnasse. Præterquamquod illum quinquagesimum primum Regni annum inchoasse, valde verosimile. Successerat enim *Clodoveo Magno* patri die XXVII. Novembris anni DXI. ut nunc inter omnes convenire debet, annoque quingentesimo sexagesimo primo, die decima Novembris adhuc in vivis erat. *Guntramnus* quippe Rex Clotarii filius anno quingentesimo octogesimo quinto, *quarto Idus Novembres*, agebat annum Regni sui vicesimum quartum, ut liquet ex secunda Synodo Matisconensi eo die habita. Quare *Clotarius* anno DLXI. die X. Novembris adhuc superstes erat, & die XXVII. ejusdem mensis, LI. Regni sui annum inchoare debebat. Henschenius in Exegesi de *Episcopatu Tungrensi & Trajectensi*, præfixa Tomo VII. SS. mensis Maii cap. 10. au-

tu-

*pro justitia mori, si persecutor fuisset infestior. Ajebat enim: Libenter moriar pro justitia. Sed & Clotarium Regem pro iniustis operibus sæpius excommunicavit; exiliumque minante eo, numquam est territus. Quodam vero tempore, cum ad exilium ductus, ab reliquis Episcopis, qui adulatores Regis effecti fuerant, remotus esset, atque a suis omnibus derelictus; uni diacono, qui adhuc perstabat in fide, ait: Quid tu nunc agis? quare non sequeris fratres tuos & eos quos volueris, sicut & illi fecerunt? Qui ait: Vivit Dominus Deus meus, quia usquequo spiritus meus intra hos artus contentus fuerit, numquam derelinquam te. Et ille: Quia* (inquit) *hæc dixisti, dicam tibi quæ Domino revelante cognovi: Cras enim in hac hora & honorem recipiam, & Ecclesia mea restituar. Hi autem qui me dereliquerunt, cum magno pudore ad me confugient. Præstolabatur itaque diaconus rem promissam attonitus: quod postea est expertus. Illucescente enim die crastina, subito advenit legatus Sigeberti Regis cum litteris, nunciant Clotarium Regem esse defunctum, seque regnum debitum cum Episcopi charitate debere percipere. Hæc ille audiens, ad Ecclesiam regressus, potestati restituitur; confusisque iis a quibus derelictus fuerat, omnes in charitate recepit.* Hucusque Gregorius, qui & alia sanctissimi Præsulis egregia facta scripeis mandavit.

Sigebertus Rex liberat ab exilio S. Nicetium.

Hoc eodem anno (quo nimirum Justinianus Imperator mortuus est) pestis illa vehemens, inguinaria dicta, universam invasit Italiam, pervasitque etiam regiones Boreales; de qua ista habet Paulus diaconus (a): *Iisdem temporibus in Liguria provincia maxima pestilentia exorta est. Subito enim apparebant quædam signacula per domos, ostia, vasa, vestimenta; quæ si quis valuisset abluere, magis magisque apparebant. Post annum vero expletum cœperunt nasci in inguinibus hominum & aliis delicatioribus locis glandulæ in modum nucis, seu dactyli, quas mox sequebatur febris intolerabilis æstus, ita ut triduo homo extingueretur. Sin vero aliquis triduum transegisset, habebat spem vivendi. Erat ubique luctus, ubique lacrymæ. Nam (ut vulgi rumor habebat) fugientes cladem aut vitantes relinquebant domos desertas habitatoribus solis catulis eas servantibus: pecuaria sola remanebant in pascuis, nullo astante pastore. Cerneret villas & ca-*

XXV. Pestis inguinaria Italiam vastat.

(a) Paul. diacon. de Gest. Longobard. lib. 2. c. 4.

PAGIUS

tumat, duos Clotarii annos ultimos, vitio Librariorum apud Gregorium coarctatos in unum fuisse, & rationem temporis deducti exigere, & verba Gregorii lib. 4. cap. 21. monstrare; *Rex Clotarius*, inquit, *anno LI. Regni sui limina B. Martini expetiit*, &c. Et postea: *Regressus quinquagesimo primo Regni sui anno spiritum exhalavit*: ubi, inquit Henschenius, legendum esse *quinquagesimo secundo*, demonstratur ex eo quod Gregorius, qui nusquam eosdem annos repetiit, id multo minus fecisset in eodem capite. Verum vana hæc conjectura cum Fredegarius in Epitome Gregorii cap. 55. scribat: *LI. Regni sui anno venatus a febre obiit*; neque dubium est, quin id in Historia Gregorii Fredegarius legerit. Hic Henschenii error ex alio procedit, quod scilicet *Clodoveum Magnum* anno DIX. demortuum crediderit.

IX. Mores Clotarii.

Quamvia autem annus emortualis Clodovei valide suo loco confirmatus non fuisset ea anno emortuali *Clotarii* extra omnem controversiam poneretur: hunc enim anno DLXI. ex hac vita migrasse certis argumentis infra constabit. Extat in Capitularibus Regum Francorum a Baluzio edita Constitutio *Clotarii*, in qua multa pro commodis Ecclesiæ statuta leguntur. Paulo ante obitum multa pie & religiose fecit: corpus Sancti *Medardi* Noviomensis Episcopi suis humeris tulit, & Episcopos, Primoresque Regni, ut ipsi quoque suos subjicerent humeros, exemplo compulit, ac ut Basilica super tumulum ejus conderetur, *Sigeberto* filio mandavit. Virtutum tamen ejus splendorem obscuravit sævitia, nonnumquam cum alienæ rapiendi cupiditate conjuncta. Eo regnante Francia plurimum dilatata.

X.

*Clotario* superstites vixerunt quatuor filii, Charibertus, Guntramnus, sive Guntchramnus, Chilpericus, & Sigebertus, filiaque Chlodsinda Alboino Longobardorum Regi nupta: *Sic inter se hi quatuor, idest Charibertus, Guntchramnus, Chilpericus atque Sigibertus divisionem legitimam faciunt. Deditque sors Chariberto Regnum Childeberti, Sedemque habere Parisius; Guntchramno vero Regnum Chlodomeris ac tenere Sedem Aurelianensem; Chilperico vero Regnum Chlotacharii patris ejus, Cathedramque Suessionas habere; Sigiberto quoque Regnum Theoderici, Sedemque habere Rhemensem*, inquit Turonensis lib. 4. cap. 22. *Charibertus* Regnum adeptus, *Ultrogotham* Childeberti patrui relictam, ejusque filias ab exilio revocavit, in quod a Clotario deportatæ fuerant, ut probant versus Fortunati lib. 5. Carm. 3. ubi & *Charibertus* ob justitiam & peritiam Latinæ linguæ plurimum commendatur. *Charibertus* vivo patre *Ingobergam* uxorem duxit, ex qua filiam tantum suscepit, quæ nupsit *Ethelberto* Cantiæ Regi, quam Gregorius Magnus *Aldibergam*, *Bertham* vero nominat Beda lib. 4. cap. 26. *Sigibertus* cum patri successit uxorem nondum sibi sociaeat. Initium sui Regni tribus egregiis facinoribus plurimum illustravit. *Nicetium* enim Episcopum Treverensem revocavit ab exilio, Basilicam *Sancti Medardi* Suessione a Clotario patre inchoatam perfecit, *Hunnos* in Franciam irrumpentes conserto prælio profligavit. De bello Hunnico loquitur Turonensis lib. 4. cap. 23. de Basilica Sancti Medardi Fortunatus lib. 2. Carm. 17. & de reditu Sancti Nicetii idem Turonensis de Vit. Patrum Cap. 17.

Divisio Regni inter quatuor ejus filios.

A num. XXV. ad XXX. Baronius memorat hoc anno pestem, quæ *Narsete* Italiæ Præfecturam gerente, ibidem grassata est. De ea loquuntur tam Paulus Diaconus lib. 2. de Gest. Langobard. cap. 4. quam Gregorius Magnus lib. 4. Dialog. cap. 26. eaque narrata Paulus ait: *Inter hæc Justinianus Princeps e vita decedens*, &c.

XI. Pestis Galliam alio anno quam Italiam affligit.

*castra agminibus hominum repleta, postero die, universis fugientibus, in summa vastitate & silentio. Fugiebant filii, insepulta parentum relinquentes cadavera. Si quem forte antiqua pietas perstringebat, ut vellet sepelire proximum, restabat ipse insepultus: & dum obsequebatur, perimebatur: dum afferre obsequium defunctis præmeditabatur, ipse sine obsequio futurum cadaver remanebat: ut videres sæculum in antiquum redactum silentium. Nulla vox audiebatur, nisi gementium in morte, nullus pastorum sibilus, nullæ ferarum insidiæ parabantur * pecudibus nulla damna domesticis volucribus: sata transgressa metendi tempora intacta expectabant messores; vineæ amissis foliis, radiantibus uvis, illæsæ remanebant, hieme appropinquante. Nocturnis horis personabat tuba bellantium; audiebatur a pluribus quasi murmur exercitus; nulla erant vestigia commeantium; nullus cernebatur percussor, & tantum visus oculorum superabant cadavera mortuorum. Pastoralia loca conversa fuerant in hominum sepulturas, & habitacula humana facta fuerant habitacula bestiarum. Et hæc quidem mala intra Italiam tantum usque ad fines Alemannorum, & Bajoariorum solis Romanis accidere. Inter hæc Justiniano Principe e vita decedente, &c.* Hæc Paulus diaconus. At quæ de eadem lue ubique pavenda scripserint duo Gregorii, res gestas suorum temporum prosequentes, his subiiciam.

XXVI. Prodigium de puero peste percusso. Hæc plane pestis illa fuit, cujus Sanctus Gregorius Papa meminit in Dialogis, miraque narrat verbis istis (a): *Ammonius mihi jam in monasterio positus narravit, quod in ea mortalitate, quæ Patricii Narsetis temporibus hanc urbem vehementer afflixit, in domo prædicti Valeriani puer armentarius fuit præcipuæ simplicitatis & humilitatis. Cum vero ejusdem advocati domus eadem clade vastaretur, idem puer percussus est, & usque ad mortem deductus. Qui subito sublatus a præsentibus, rediit, sibique dominum suum vocari fecit. Cui ait: Ego in cælo fui, & qui de hac domo mortui sunt, agnovi. Ille, ille, & ille mortui sunt. Tu vero ne timeas, quia in hoc tempore moriturus non es. Ut vero scias, quia me in cælum fuisse, verum fateor: ecce accepi illic ut linguis hominum loquar. Numquid tibi incognitum fuit Græcam me linguam omnino non nosse? & tamen Græce loquar, ut cognoscas an verum sit quod me linguas hominum accepisse testificor. Cui tum Græce dominus suus locutus est, atque ille in eadem lingua respondit; ut cuncti qui aderant, mirarentur. In eadem quoque domo prædicti Valeriani Narses spatharius Bulgar manebat; qui festine ad ægrum deductus, ei Bulgarica lingua locutus est: sed ita puer in Italia natus & nutritus in eadem, barbara locutione respondit, ac si fuisset ex eadem gente generatus. Mirati sunt omnes qui audiebant; atque ex duarum linguarum experimento, quas eum ante nescisse noverant, crediderunt de omnibus quæ probare minime valebat. Tunc per biduum mors ei dilata est; sed die tertio (quo occulto Dei judicio nescitur) manus & brachia, lacertosque suos dentibus laniavit, & ita de corpore exivit.* Hæc Gregorius. Sane quidem & in amentiam quoque atque furorem deducere homines consuevisse pestem illa Gregorius Turonensis testatur. Nec vero de alia plane lue meminit idem Gregorius quam de ista tunc grassante in Gallias: non enim Italiæ terminis contineri potuit, sed & exteras regiones Gallias atque Germaniam pervasit, ut ex pluribus Gregorii locis apparet; qui in primis quomodo Rhemensis civitas fuerit liberata, ita describit (b):

(a) Gregor. dialog. lib. 4. c. 26.

XXVII. Rhemenses effugiunt pestem ope S. Remigii. *Sed nec illud silere placuit, quod illo gestum est tempore, cum lues inguinaria populum Primæ Germaniæ devastaret. Cum autem omnes terrerentur hujus cladis auditu cucurrit Rhemensis populus ad S. Remigii sepulcrum congruum hujus causæ flagitare remedium. Accensis cereis, lychnisque non paucis, hymnis psalmisque cælestibus per totam excubat noctem. Mane autem facto, quid adhuc precatus desit, in tractatu rimatur. Reperiunt etenim revelante Deo, qualiter oratione præmissa adhuc majori propugnacula urbis propugnacula munirentur. Assumpta igitur palla de beati sepulcro, componunt in modum feretri; accensisque super cruces cereis atque ceroferalibus, dant voces in canticis: circumeunt urbem cum vicis nec prætereunt ullum hospitium, quod non hac circuitione concludant. Quid plura? Non post multos dies fines hujus civitatis lues aggreditur memorata. Veruntamen usque ad eum locum accedens, quo beati pignus accessit, ac si constitu-*

(b) Gregor. de Glor. confess. c. 79.



PAGIUS &c. Italia itaque hoc circiter anno peste afflicta. Verum ad eam perperam Baronius refert quod Gregorius Turonensis Lib. de Gloria Confess. cap. 79. scribit de Rhemensi populo ope Sancti *Remigii* a peste liberato, quod idem Gregorius habet in lib. Vitæ S. *Nicetii* Trevirensis Episcopi de Civitate Trevirensi hujus Sancti precibus a lue inguinaria defensa, & denique quod habet Gregorius lib. 4. cap. 5. & in Vita S. Galli Arvernensis Episcopi, ubi, inquit, *S. Galli* intercedente Oratione luem, quæ alias Regiones consumebat, Civitatem Arvernam non attigisse. Nam ubi Gregorius hæc de Civitate Arvernensi prodidit, dicit Sanctum *Gallum* post annos octo

*tum cerneret terminum, initio ingredi non modo non est ausa, sed etiam quæ in principio pervaserat hujus virtutis repulsa reliquit.* Hæc Gregorius: qui & quonam modo Treverensis etiam civitas ab eadem ingruente tunc lue fuerit liberata per S. Nicetium hoc tempore ejus Episcopum, narrat in libello, quo ejusdem Sancti res gestas prosecutus est, his verbis (a):

(a) Gregor. Tur. in libel. Vita S. Nicetii.

XXVIII. S. Nicetius liberat Treverenses ab inguinaria.

*Cum autem lues inguinaria Trevericum populum in circuitu civitatis valde vastaret, & sacerdos Dei pro ovibus commissis Domini misericordiam imploraret assidue; factus est sonus de nocte magnus tamquam tonitruum validum super pontem amnis, ita ut putaretur urbs ipsa absorberi. Cumque omnis populus exterritus in lectulis resedisset, lethiferum sibi interitum opperiens; audita est in medio vox una cæteris clarior, dicens: Et quid hic o socii, facimus? Ad unam enim portam Eucharius sacerdos observat, ad aliam Maximinus excubat, in medio versatur Nicetius: nihil hic ultra prævalere possumus, nisi sinamus hanc urbem eorum tuitioni. Hac audita voce, statim morbus quievit, nullusque ab eo ultra defunctus est. Unde non ambigitur, virtute memorati Antistitis fuisse defensam.* Hæc Gregorius de eadem agens inguinaria lue. Quomodo etiam precibus S. Galli Episcopi populus Arvernensis fit liberatus, idem auctor hæc ait (b):

(b) Gregor. hist. Fr. lib. 4. c. 5. & in Vita S. Galli.

XXIX. S. Gallus liberat Arvernenses ab inguinaria.

*Hujus tempore, cum lues illa, quam inguinariam vocant, in diversas regiones desæviret, & maxime tunc Arelatensem provinciam depopularentur; sanctus Gallus Arvernensis Episcopus non tantum pro se quantum pro populo suo trepidus erat. Cumque die noctuque pro populo deprecaretur, ut veniens plebem suam vastari non cerneret; per visum noctis apparuit ei Angelus Domini, qui tam cæsariem quam vestem in similitudinem nivis candidam efferebat: & ait ad eum: Bene enim facis, o sacerdos, quod sic Dominum pro populo tuo supplicas: exaudita est enim oratio tua, & ecce eris cum populo tuo ab hac infirmitate liberatus; nullusque te vivente, in regione ista ab hac strage deperiet: nunc autem ne timeas, post octo vero annos time. Unde manifestum fuit, transactis his annis, eum e sæculo discessurum. Expergefactus autem, & Deo gratias pro hac consolatione agens quod eum per cælestem nuncium confortare dignatus est; Rogationes illas instituit, ut media Quadragesima psallendo ad basilicam beati Juliani martyris itinere pedestri venirent. Sunt enim in hoc itinere quasi stadia trecenta sexaginta. Tunc etiam in subita contemplatione parietes vel domorum vel ecclesiarum signari videbantur: unde a rusticis hæc scriptio Thau vocabatur. Cum autem regiones alias (ut diximus) lues ista consumeret, ad civitatem Arvernam S. Galli interdecente oratione, non attigit. Unde hanc non parvam censeo gratiam, qui hoc meruit, ut pastor positus oves suas devorari, defendente Domino, non videret.* Hæc Gregorius, qui eadem repetit, cum ejusdem S. Galli collectas res gestas conscripsit. Sed quid post annos octo timendum esse Angelus prædixit, cum videlicet ipso sancto defuncto, in locum eius subrogatus est Cautinus Episcopus Arvernensis, suo loco dicturi sumus. At e Galliis in Britanniam insulam transeamus.

Hoc enim anno gens Pictorum in Britannia insula commorantium ad Christi fidem per sanctum Columbanum perducta est. Rem gestam certa temporis nota signatam Beda narrat his verbis (c): XXX.

(c) Beda de Gestis Angl. l. 3. c. 4.

Conversio Pictorum Septemtrionalium.

*Anno incarnationis Dominicæ quingentesimo sexagesimo quinto (quo tempore gubernaculum Romani Imperii post Justinianum Justinus Junior accepit) venit de Hibernia presbyter & Abbas habitu, & vita monachi insignis nomine Columbanus, in Britanniam prædicaturus verbum Dei provinciis Septentrionalium Pictorum, hoc est, eis qui arduis atque horrentibus montium jugis ab Australibus eorum sunt regionibus sequestrati. Namque ipsi Australes Picti qui intra eosdem montes habent sedes multo ante tempore (ut perhibeat)*

PAGIUS

a sæculo discessisse; quo pacto vixisset usque ad annum DLXXIII. quo Baronius num. XXVI. ejus obitum consignavit; quod tamen subsistere non posse, eo anno monstrabimus.

XII. S. Columba ex Hibernia in Britanniam venit.

Ad num. XXX. & seqq. Hoc anno Sanctus *Columba* ex Hibernia patria sua cum duodecim commilitionibus & sociis in Brittanniam descendit, Pictosque Septentrionales fidem docuit. Annum & rem gestam narrat Beda lib. 3. cap. 4. *Anno Incarnationis Dominicæ DLXV. (quo tempore gubernaculum Romani Imperii post Justinianum Justinus Minor accepit) venit de Hibernia Presbyter & Abbas habitu & vita Monachi insignis nomine Columba, Britanniam*, & cætera a Baronio recitata, qui tamen vulgares Codices Bedæ secutus eum semper *Columbanum* vocat, Columbi nomine in Martyrologio Romano appellatur; cum tamen Codices MSS. Bedæ & Auctores passim omnes Anglici eum *Columbam* vocent; quod nomen retinendum, ut distinguatur a Sancto *Columbano*, qui etiam ex Hibernia in Britanniam, indeque in Galliam, & in Italiam profectus est, de quo pluribus infra. Regnabat tunc apud Pictos Septentrionales *Bridius*, a quo *Columba* humaniter exceptus, ab eoque *Hyensem insulam* sibi suisque sedem accepit, ut habet ibidem Beda, & lib. 5. cap. 4. porro insula *Hy*, vel *Hu*, hodie *Jona* appellatur. Mabillonius sæculo primo Benedictino publicavit Vitam Sancti Columbæ Abbatis Hyensis in Anglia, Auctore Cummeneo Albo, qui ante Adamannum Scotum librum de

Vir-

*bent) relicto errore idololatriæ, fidem veritatis acceperant, prædicante eis verbum Nyma Episcopo reverendissimo & sanctissimo viro de natione Britonum, qui erat Romæ regulariter fidem & mysteria veritatis edoctus: cujus sedem Episcopatus S. Martini Episcopi nomine & ecclesia insignem (ubi ipse etiam corpore cum pluribus Sanctis requiescit) jam nunc Anglorum gens obtinet: qui locus ad provinciam Berniciorum pertinens vulgo vocatur Ad candidam casam, eo quod ibi ecclesiam de lapide, insolito Britonibus, more fecerit.*

XXXI. S. Columbanus Abbas Pictorum Apostolus. *Venit autem in Britanniam Columbanus regnante Pictis Bridio filio Meilochon Rege potentissimo, nono anno regni ejus; gentemque illam verbo, & exemplo ad fidem Christi convertit: unde & præfatam insulam ab eis in possessionem monasterii faciendi accepit; neque enim magna est, sed quasi familiarum quinque juxta æstimationem Anglorum: quam successores ejus usque hodie tenent, ubi ipse sepultus est post annos circiter trigintaduos ex quo ipse Britanniam prædicaturus adiit.*

XXXII. *Fecerat autem sibi, priusquam in Britanniam veniret, monasterium nobile in Hibernia, quod a copia roborum Dearmach, lingua Scotorum, hoc est, Campus roborum, cognominatur. Ex quo utroque monasterio plurima exinde monasteria per discipulos ejus & in Britannia & in Hibernia propagata sunt; in quibus omnibus idem monasterium insulanum, in quo ipse requiescit corpore, principatum tenet. Habere autem solet ipsa insula rectorem semper Abbatem presbyterum, cujus juri & omnis provincia & ipsi etiam Episcopi ordine inusitato debeant esse subjecti, juxta exemplum primi doctoris illius, qui non Episcopus, sed presbyter extitit & monachus: de cujus vita & verbis nonnulla a discipulis ejus feruntur scripta haberi.*

XXXIII. Pictorum Christianorum error de die Paschatis celebrando. *Verum qualiscumque fuerit ipse, nos hoc de illo certum tenemus, quod reliquit successores magna continentia, ac divino amore, regularique institutione insignes: in tempore quidem summæ festivitatis,* Paschatis scilicet, *dubios circulos sequentes, utpote quibus longe ultra Orbem positis ne-*

*Ann. Eccl. Tom. X.* Hh 2

PAGIUS Virtutibus Sancti Columbæ scripsit. In ea num. IV. dicitur, Columbam *cum duodecim commilitonibus discipulis ad Britanniam* transnavigasse.[1]

XIII. *Novum ritum Paschatis celebrandi inducit.* Columba *reliquit Successores magna continentia, ac Divino amore, regularique institutione insignes: in tempore quidem Summæ Festivitatis dubios circulos sequentes, utpote quibus longa ultra Orbem positis, nemo Synodalia Paschalis observantiæ Decreta porrexerat*, inquit Beda lib. 4. cap. 4. Britonnis per quinque sæcula in *tempore Summæ Festivitatis* a Romanæ Ecclesiæ more non discrepatat, sed Columba & Successores ejus dubios secuti circulos a recepto Britannorum more recessere. Non desunt tamen, qui existiment, non *Columba*, sed ejus Successoribus errorem istum adscribendum esse; quod Beda hac in re dubius, inquiens, videatur. Verum is clarius loqui non potuit, quam cum lib. 3. cap. 4. scripsit: *Permansit hujusmodi observantia Paschalis apud eos tempore non pauco, hoc est usque ad annum Dominicæ Incarnationis septingentesimum decimum sextum, per annos CL.* Ideoque ab hoc anno, quo *Columbam* in Britanniam adventasse asserit, usque ad annum DCCXVI. Præterea in Pharensi Synodo anno DCLXIV. super hac controversia coacta *Colmanus* Lindisfarnensis Episcopus asseruit, Columbam hunc morem induxisse, cui Sanctus *Vilfridus* hac in re assensus est, sicuti & Rex *Oswius*, ut videre est apud Bedam lib. 5. cap. 3. Toleravit *novum* illum ritum Ecclesia, quamdiu errore; aut Ecclesiasticarum rerum inscitia, commissus est; sed cum errori accessit pertinacia, & ubi Scoti moniti a Majoribus cervicem obstinarunt, tunc ea pertinaciam magis quam ritum est persecuta. Sed de ritu illo pluribus in-

NOTÆ [1] S. Columbæ Vitam quam Mabillonius edidit, longe aliam esse ab ea, quam Cummeneus Albus literis consignavit perspicue demonstrant Bollandistæ, id probantes, primo, quod scriptum illud male consertum sit ex duplici Vita ejusdem Sancti a diversis Authoribus scripta; bis enim obitus viri sancti descriptus ibidem legitur. Secundo vero, quod Adamannes fragmentum Vitæ scriptæ a Cummeneo laudat, quod frustra in scripto illo Mabillonii quæras. Vide Acta SS. ad diem 9. Junii pag. 184.

Errat etiam Pagius hic adventum S. Columbæ in Britanniam anno 565. illigans. En enim venit anno *secundo post bellum Culedertino*, ut ait Adamanous in ejus vita. Accidit autem prælium illud A. 561. ut Bollandista ad Acta S. Patritii probant. Anno igitur 563. venit, & quidem, ut non vane conjiciunt Bollandistæ, occasione cujusdam Synodi in *Hyseilta* ut ex Adamanno colligimus, celebratæ. Est autem locus iste idem facile qui nunc Gersille in Lagenia. De hac Synodo nihil præter hoc scimus, nimirum *pro quibusdam venialibus*, etiam excusabilibus causis non recte virum Sanctum excommunicasse, ac dein absolvisse, quod tradit Adamanous lib. 3. cap. 1. in num. 85.

Ita vero adventu viri Sancti in suis sedibus collocatu, patet illum obiisse anno 597. cum ex eodem Adamanno annis 34. *insulanus miles* (id est insulæ Hiensis in Oscitanis monachus) egerit. Porro anno 597. Pascha in Aprilem incidit, & Junii dies nona, quam emortualem Viro S. fuisse docet Beda lib. 5. cap. 4. noctem habebat præcedentem inter Sabbatum & Dominicam mediam, ut merito vir sanctus ita socios suos alloqui apud Adamannum potuerit. *Vere mihi Sabbatum est hæc hodierna, quia hujus vitæ laboriosæ ultima est, & hac sequenti media Dominica nocte Patrum gradiar viam.* MANSI

*nemo Synodalia Paschalis observantiæ decreta porrexerat; tantum ea quæ in Propheticis, Evangelicis, & Apostolicis litteris discere poterant, pietatis & castitatis opera diligenter observantes. Permansit autem hujusmodi observantia Paschalis apud eos tempore non pauco, hoc est, usque ad annum Dominicæ incarnationis septingentesimum decimumsextum, per annos centum quinquaginta. At tunc veniente ad eos reverendissimo & sanctissimo patre & sacerdote Egberto de natione Anglorum, qui in Hibernia diu exulaverat pro Christo, & erat doctissimus in Scripturis, & longæva vita perfectione eximius; correcti sunt per eum, & ad verum canonicumque Paschæ diem translati:* Sed de his inferius suo loco.

Qui

PAGIUS

infra. Ibi etiam Beda refert, *Columbam demortuum post annos circiter triginta & duos, ex quo ipse Britanniam prædicaturus adiit.*

XIV. *Vixit usque ad annum* DXCIX.

Sed exactius annos ejus numeravit Cummeneus; etenim num. XVI. ait, eum *annos tredenos completos* in Britannia vixisse, & *in fine tricesimi* a Deo petiisse, ut cum ipso esset; sed eum, multis Ecclesiis exorantibus, quatuor adhuc annis superstitem fuisse, quibus transactis, *quadam die mense Majo* fratribus suis dixit: *In Paschali Solemnitate nuper Aprili peracta mense, desiderio desideravi ad Christum emigrare; sed ne vobis lætitia Festivitas in tristitiam verteretur, diem obitus paulo diutius protelare malui.* Subdit Cummeneus, *transactis paucis diebus* Virum Sanctum, *die Sabbati, ministro suo Diormetio clam vocato* dixisse: *Vere est mihi hodierna dies Sabbatum, quia vita ultima mihi est, in qua post laborum meorum molestias sabbatizo, & hac sequenti Dominica nocte patrum viam gradiar.* Quare cum *Columba* hoc anno in Britanniam advenerit, ibi annos XXXIV. vixerit, annoque, quo Pascha mense Aprili celebratum, ad superos abierit, mors ejus contigit anno quingentesimo nonagesimo nono, quo Pascha in diem XIX. mensis Aprilis incidit. Dies emortualis ejus incompertus; non dubium tamen, quin die aliqua Dominica mensis Maii aut Junii animam Deo reddiderit. Mabillonius in Notis ad Vitam hujus Sancti arbitratus est, eum feria secunda, die nona Junii, qua in Martyrologiis colitur, mortuum esse anno DXCVIII. quo *anno dies Dominica in Junii diem octavum incidebat*. Verum præterquam quod Sancti aliis sæpius diebus quam quibus mortui sunt, Martyrologiis inscribuntur, ipse *Columba* apud Cummeneum prædixit, se moriturum nocte Dominica Sabbatum insequente, additque Cummeneus, *media nocte, pulsante campana*, Columbam ad Ecclesiam festinum perrexisse, & spiritum exhalasse. Denique anno DXCVIII. Pascha mense Martio habitum est.

Legatio *Avarum* ad Justinum Imp. de qua anno sequenti agitur. XV. *Legatio Avarum.*

JESU CHRISTI ANNUS 566. | JOANNIS PAP. ANNUS 7. | JUSTINI JUN. IMP. ANNUS 1.

I. QUi sequitur annus Redemptoris quingentesimus sexagesimus sextus, idem Justini Imp. primus numeratur, inchoatus tamen ab anno superiori mense Novembri, Indictionis decimæquartæ: quo idem Imp. Consul creari voluit. Intermissus diu a Consulatu Basilii ejusmodi magistratus populum nonnihil mœstum reddiderat; exhilaratus vero est, cum Justinus restituendum Consulatum fore promisit: nam hæc Corippus (a) ex Justini persona;

(a) Corip. in laud. Justini l. 2.

*Non solum openti jubeo spectacula Circi;*
*Præmia sed populis & maxima dona parabo:*
*Ditabo plebes opibus, nomenque negatum*
*Consulibus Consul post tempora cuncta novabo,*
*Gaudeat ut totus Justini munere mundus.*
*Dona Kalendarum properant vicina mearum;*
*Vos vestris adstate locis, properate, parate,*
*Promissaque die nostras sperate curules.*
*Expavit gaudens inoprio nomine vulgus*
*Consulis audito: natus fragor, atque tumultus*
*Per lætos ingens *, fremit undique murmur,* *
*Ingeminantque cavos dulci modulamine plausus.*

II. Advenientibus igitur ipsis Kalend. Januariis Consulatum iniens Imp. donativum more majorum dedit, templumque petiit Deo acturus gratias more Christiano, non Gentili, quo Romani olim consueverunt ascendere Capitolium. Sed audi ipsum Corippum;

—— *Hunc*, Christum scilicet, *mente fideli*
*Regnator Justinus amans, tenebantus ab aula*
*Egrediens templum primus sublime petivit;*

Attestantur. Baronius num. I. & II. de Consulatu Justini verba facit; sed cum anno tantum sequenti Justinus illum inierit, commodius ibidem de eo agemus. [a]

*Ultimus Postconsulatus.*

II. A num. II. ad VIII. Evagrius lib. 5. cap. 4. recitat *Edictum* a Justino Imp. sine nota temporis ejus Imperii initio datum, ut fidei Orthodoxæ consuleret, eam solam exposuisse contentus; de Nestoriano & Eutychiano Dogmate disputationes imposterum prohibuit, unumquemque pro arbitrio suo de his rebus sentire permittens. Addit Evagrius ex hoc edicto nullam militatem consecutam esse Ecclesiam. Joannes Abbas Monasterii Biclariensis, qui ab hoc anno, quo Victoria Tunnoensis Chronicon definit

*Edictum Justini pro fide Orthodoxa.*

PAGIUS SÆC. VI.
Anno Æræ Hispan. DCIV.
A.C. 566.

ANNO PERIODI GRÆCO ROMANÆ 6059.

☉ 25. C. ☽ 16. P. 28. Mart. Indict. 14.

JESU CHRISTI 566.

JOANNIS III. PAPÆ 7.

JUSTINI JUN. IMP. 2.

I. [1] HIc annus ista formula notatus: *post Consulatum Basilii V. C. XXV.* ut Continuator Marcellini & Marius Aventicensis

NOTÆ [1] P. C. *Basilii* V. C. XXV.

Epitome temporum & Indiculus Paschalis de quo nos supra, ad annum a Passione Domini DXXXVIIII. BASILI XXV. idest: *Post Consulatum Basilii* XXV. more Marcelliniano.

*Kalendis* Januariis hoc anno *Justinus Aug.* consul processit; hinc errare Pagium, qui in annum Domini 567. *primum* Justini Consulatum differt, pluribus demonstrat Philippus a Turre in memorata Differt. cap. VIII. præeunte sibi Cardinali Norisio in Dissertatione de V. Synodo cap. VIII. §. 2. ex Corippi Poemate lib. I. de laudibus Justini, ex epitaphio Floræ, quod anno sequenti damus, ubi mense *Augusto* Indictione XV. P. C. Justini *anno secundo* deposita esse dicitur *Flora*, Indictio XV. incidit in A. D. 567. En scheda Sorbonica Gaudiosi, apud Baluzium Miscellan. tom. V. pag. 478. quæ inscripta est: *Indictione quintadecima, quartodecimo Kal. Januarii, anno primo Domini Justini Imperatoris, eodem consule. Indictio* XV. inquit Adriensis Antistes, die XIX. Decembris, mense *Septembri* inchoata; certissime signat A. D. 566. proxime exeuntem, & tunc *consul* erat *Justinus*, & anno *primo* ejus Imperii. Ergo consulatum inierat *Kal. Januarii* ejusdem anni 566.

At in epitome temporum & Indiculo Paschali veterrimo, tam sæpe a nobis adducto, ad annum a Passione Domini DXL. (postquam anno antecedenti P. C. Basilii annum XXV. exhibuerat) habet; CONSUL. IUSTINI. AUG. Est hic annus Christi 567. Secutus est hic Chronographus, ut mihi videtur, morem Marcellianum & Marium Aventicensem, in quorum altero habetur: *Anno secundo. Justino Juniore Aug. primum solo consule.* Alter anno uno tardius consulatum Justini ponit, nempe *Indictione* XV. qua de re Philippus a Turre in memorata Dissertatione pag. 265. GEORGIUS

[a] HOc anno Justinum primum Consulatum iniisse discimus ex monumento in superiori nota ex Baluzio producto. MANSI

*Atque Deo grates solita pietate peregit.*
*Plurima votorum sacravit dona suorum,*
*Immensoque pium ditavit munere templum.*
*Obtulit & coras, sed mitis voce petivit,*
*Corde humili, dextraque Dei benedictus abivit.*
*Plus exultatus, plus justificatus in ipsum,*
*Quod se humilem stans ante Deum, veramque fatetur*
*Quam retinet pietate fidem.*

Alludit hæc dicens auctor ad fidei professionem, quam novus creatus Imperator ipso sui Imperii initio publice exhibere solebat.

III. Quod vero periclitantem nactus esset statum Imperii ob fidem Catholicam a prædecessore magnopere (ut dictum est) perturbatam, edictum etiam de fide conscripsit, quo consultum voluit fidei Orthodoxæ. Recitatur illud ab Evagrio istis verbis (a):

(a) Evagr. l. 5. c. 4.

Justini Imper. de Catholica fide edictum.

*In nomine Domini Jesu Christi Dei nostri, Imperat. Cæsar Fl. Justinus, fidelis in Christo, Mansuetus, Max. Beneficus Alemannicus, Gothicus, Germanicus, Atticus, Francicus, Herulicus, Gipedicus, Pius, Fortunatus, Gloriosus, Victor, Triumphator, semper Augustus.*

(b) Joan. 14.

*Pacem meam do vobis, inquit (b) Christus Dominus verus Deus noster; pacem meam relinquo vobis, idem Dominus omnibus prædicat. Atque istud aliud nihil est quam ut credentes in eum, ad unam eamdemque Ecclesiam se conferant, & in recta Christianorum fide ipsi inter se consentiant; eosque qui ei contradicunt, opinionemve adversariam consectantur penitus detestentur. Est enim prima omnibus hominibus salus ingenua veræ fidei confessio. Quocirca nos tum præceptis Evangelicis, tum sancto Symbolo, id est, doctrinæ sanctorum Patrum obsequentes, hortamur omnes, ut ad unam eamdemque Ecclesiam & disciplinam se recipiant, credentes in Patrem & Filium & Spiritum sanctum, Trinitatem consubstantialem, Unam Deitatem, id est, naturam & substantiam ratione & re ipsa unam, vim, potentiam & facultatem unam in tribus personis glorificantes, in quibus baptizati sumus, in quas credimus, quibus in unum conjungimur. Unitatem in Trinitate, & Trinitatem in unitate adoramus; tum divisionem habentem, tum conjunctionem plane admirabilem: unitatem secundum substantiam, id est Divinitatem; Trinitatem secundum proprietates, id est, personas (dividitur enim ratione, ut ita dicam, individua, conjungitur autem dividua; siquidem Divinitas unum est in tribus, & tres unum, in quibus est Divinitas, vel, ut accuratius dicam, quæ sunt ipsa Divinitas) Deum Patrem, Deum Filium, Deum Spiritum sanctum: quandoquidem singula persona per se considerantur, mente ea quæ sejungi non possunt sejungente: Deum nimirum tres esse personas, quæ in unum motus & natura (ut ita dicam) identitate conjuncta intelliguntur. Nam oportet & unum confiteri Deum, & tres personas sive proprietates prædicare.*

*Confitemur etiam ipsum unigenitum Filium Dei, Deum Verbum ante sæcula & ab æternitate a Patre genitum, non factum, & in novissimis diebus propter nostram salutem descendisse de cælis, & incarnatum ex Spiritu sancto, & ex domina nostra sancta & gloriosa Deipara semperque Virgine Maria, & natum ex ea: qui est æqualis Patri & Spiritui sancto. Nam quartæ personæ accessionem, id est, Dei Verbi incarnati, qui est una persona Trinitatis, sancta Trinitas non admittit: sed est unus & idem Dominus noster Jesus Christus, qui est consubstantialis Patri secundum Divinitatem, nobis autem consubstantialis secundum humanitatem, passibilis quidem carne, Divinitate autem impatibilis. Non enim alium Deum Verbum qui miracula edidit, & alium qui passus est agnoscimus, sed unum eumdemque confitemur Dominum nostrum Jesum Christum Dei Verbum incarnatum, & vere hominem factum: & tum miracula quæ edi-* IV.

PAGIUS finit, suum exorditur, ait; *Justinus anno primo Regni sui ea, quæ contra Synodum Chalcedonensem fuerunt commentata, destruxit.* Valesius in Notis ad Evagrium autumat, Biclariensem *Justino Juniori* ea tribuere, quæ Seniori potius conveniebant: hic enim concilii Chalcedonensis acerrimus defensor fuit. Verum Em. Card. Norisius in Dissert. *de Synodo quinta* cap. 9. parag. 2. ea Biclariensis verba referens, recte observat *Justinum*, cum videret ob Tria Capitula proscripta, Africam, atque Occidentales Provincias dissensionibus laceratas, Edictum illud fidei publicasse, in quo nullius Synodi mentionem faciens, quæ credenda eunctos oporteat proposuit; sed Tria Capitula non solum non nominasse, sed inter dogmata, adiaphora numerandam esse quæstionem de Tribus Capitulis visum esse innuere in fine Edicti, dum ait, se illa credenda proposuisse, *ut deinceps nemo ullo prætextu propter personas, aut syllabas rixetur.* Quibus *Theodori* personam, itemque Scripta *Theodoreti*, atque *Ibæ* forte intellexit, nec non quæstionem nuperrime exortam de corpore Christi Corruptibili, vel Incorruptibili, non enim syllaba, Romani Imperii Antistites nobilissimos in exilium, procul a suis Sedibus deportaverat. Nihil autem boni per illud Edictum Catholicæ Reipublicæ illatum fuisse scribit Evagrius; quia Synodus Quinta non dogma recens de fide credendum condidit, sed de

*edidit, tum afflictiones quas sua sponte pro nostra saluta carne sustinuit, unius & ejusdem fuisse. Nam non homo aliquis se ipsum pro nobis tradidit, sed ipse Deus Verbum, qui sine Divinitatis mutatione factus est homo, & sua sponte passionem & mortem pro nobis subiit. Quapropter dum Deum illum confitemur, non inficiamur hominem esse; & dum illum confitemur hominem, Deum esse non negamus. Unde dum unum Dominum nostrum Jesum Christum ex utraque natura Divinitate & humanitate constare asserimus, non confusionem in unitate introducimus. Etenim quod secundum nostram naturam factus sit homo non desiniit esse Deus; neque quod Deus sit secundum suam naturam, similitudinemque habeat nostræ similitudinis haud capacem, homo esse detrectabit: sed manet sicut Deus in humanitate, sic non minus in Divinitatis præstantia homo.*

V. *Ambo igitur in eodem, & unus Deus pariter & homo, qui est Emmanuel. Eumdem porro dum perfectum in Divinitate, perfectum quoque in humanitate, ex quibus duabus rebus constat, concedimus; uni ejus compositæ personæ divisionem, sectionemve particularem non inferimus, sed naturarum significamus differentiam, quæ propter copulationem minime tollitur. Siquidem neque divina natura mutata est in humanam, neque humana natura in divinam conversa; sed quia utraque in propria naturæ finitione rationeque melius intelligatur, existatque, idcirco copulationem factam in persona dicimus. Copulatio autem quæ est in persona, ostendit Deum Verbum, hoc est, unam ex tribus personis in Divinitate, non homini qui ante extitit, conjunctum fuisse, sed in utero dominæ nostræ sanctæ & gloriosæ Deiparæ & semper Virginis Mariæ sibi ex ea in propria persona carnem nobis consubstantialem, & iisdem nobiscum affectionibus, peccata excepto, obnoxiam, eamque anima rationis & intelligentiæ participe imbutam fabricasse. In seipsoque propriam habuit personam, & factus est homo, & est unus & idem Dominus noster Jesus Christus ejusdem cum Patre & Spiritu sancto particeps gloriæ.*

VI. *Ac dum mente complectimur inexplicabilem ejus copulationem; confitemur vere unam naturam Dei Verbi incarnatam carne anima rationali & mentis participe imbuta. Rursus autem cum cogitatione comprehendimus naturarum differentiam; duas naturas, nulla tamen inducta earum direptione, asserimus. Nam in eo utraque inest natura: & propterea unum & eumdem confitemur Christum, unum Filium, unam personam sive unam proprietatem essentiæ divinæ, Deum pariter & hominem. Quocirca omnibus qui istis contraria vel senserunt vel sentiunt, denunciamus anathema, alienosque a sancta Catholica & Apostolica Dei Ecclesia judicamus. Et cum recta veraque dogmata, quæ sancti Patres nobis tradiderunt, nobis prædicata sint; hortamur vos omnes, immo vero etiam obsecramus, ut in unam eamdemque Catholicam & Apostolicam Ecclesiam coalescatis. Nam non gravamur, licet, simus in hoc eximio Imperii gradu locati, ejusmodi verbis pro omnium Christianorum concordia & conjunctione uti, eo quidem consilio, uti omnes una ore laudem & gloriam Dei optimi maximi & Salvatoris nostri Jesu Christi celebrent; & nemo de reliquo ulla de causa vel de personis Trinitatis, vel de ulla syllaba in ea comprehensa digladietur: quandoquidem ipsæ syllabæ nos ad unam & sinceram fidem sententiamque ferant, & eadem consuetudo & modus in sancta Catholica & Apostolica Dei Ecclesia hactenus omnino firmus & minime novatus mansserit, & in universum posterum tempus mansurus sit.* Hucusque Justini Imper. edictum. Pergit vero Evagrius.

*Huic edicto quamquam consensere omnes, illudque sicut vera fides poscit, editum dixere; membra tamen Ecclesiæ, quæ opinionum varietate distracta erant, minime fuerunt ad concordiam reducta: propterea quod edictum plane & apertis verbis significarit, unam consuetudinem in Ecclesiis firmam & minime novatam hactenus mansisse, & in posterum tempus mansuram.* Hæc Evagrius. Jecit stabiliendo Imperio hæc fundamenta Justinus, ex quibus magna est ei parta fiducia, ut ingruentes barbaros non timeret: tantumque abfuit ut eisdem dona mitteret, ut & pactum a Justiniano tributum, quo redemerat cladem Imperii, eisdem persolvere VII. Probe jacta Imperii fundamenta.

PAGIUS III. *Hispani Tria capitula damnare noluerunt.* de personis tantum quædam statuit.

Africani autem, cum mitius secum agere *Justinum* cernerent, neque in Edicto nominate Tria Capitula legerentur, publicarunt revocata per Imperatorem Acta Synodalia Quinti Concilii statuta adversus Synodum Chalcedonensem, & vicinos Hispanos hac sinistra opinione imbuerunt, ut non solum laudata Biclariensis verba indicant; sed & Sanctus Isidorus in Chronico, ubi Justinianum ob Tria Capitula damnata reprehendit, confirmat. Imo Isidorus in Catalogo Script. Ecclesiast. de Theodoro Mopsuesteno scribit: *Hunc Acephalorum Episcopi in præjudicio Chalcedonensis Concilii Justiniano Principe compellente, damnare post mortem cum Iba & Theodoreto Episcopis censuerunt, dum constet, eum laudabilium Virorum testimoniis clarissimum Ecclesiæ Doctorem fuisse.* Hinc in Synodis Hispaniæ hoc & sequenti sæculo celebratis, nulla Synodi V. mentio facta, licet *Hispani* ob illam controversiam ab Apostolicæ Sedis communione nunquam se separarint, ut recte ibidem Cardinalis Norisius habet. Cæterum Justinus *bene sensit in omnibus de fide, Photinum præterea Belisarii Pa-*

vere denegarit, immo minas addiderit: ut secundum illud Proverbiorum (a): *Justus quasi leo contendens absque terrore erit*: Justinus fide munitus summam Induerit animi fortitudinem.

(a) Prov. 28.

VIII. Hoc namque anno cum auspicatus est Consulatum, idem Justinus Imperat. audivit legatos Gagani Regis Avarum, qui missi erant ad exigendam a Justino annuam pecuniam quam Justinianus Imper. illi solvere consueverat, ne lacesseret, incursionemve faceret in Romani Imperii ditionem: sed renuit id præstare Justinus, eosdemque inanes ac vacuos redire jussit, bellum eisdem comminatus, si quid contra Imperium moliri tentarent. Prosequitur ista describere Corippus, qui inter alia, hæc Justinum ad legatos constanti animo esse locutum tradit:

Justinus contemnit Barbaros.

*Res Romana Dei est: terrenis non eget armis:*
*Jure pio vivit: bellum non ingerit ultro;*
*Suscipit illatum.*

Et inferius:

*Quod superest, unumque meum specia-le levamen,*
*Imperii Deus est virtus & gloria nostri,*
*A quo certa salus, sceptrum datur atque potestas:*
*Qui populos clemens super omnia regna Latinos*
*Constituit, pacemque suam commendat amare:*
*Cujus spe fruimur, cujus virtute superbos*
*Dejecimus: cujus populos * pietate tuemur:* * populum
*Qui nostros auget mira virtute triumphos:*
*Ipsius laudamus opus, solumque timemus:*
*Hunc unum colimus Regem * Dominumque fatemur,* * rerum

Co-

PAGIUS *Patricii privignum, potestate in quasvis personas, atque res data, ad omnes Ægypti, & Alexandria Ecclesias reconciliandas, bonaque pace componendas misit*, inquit Theopanes ad annum I. Justini.

IV. *Legatio Avarum ad Justinum.* Ad num. VIII. & seq. *Avares* non hoc anno, sed superiori Byzantium venere, ut solemnia munera, quæ a Justiniano sibi dari consueverant, a Justino quoque acciperent. Describitur hæc Legatio in Excerptis Menandri Protectoris, qui Historiam ab obitu Agathiæ continuaverat, ut docet Photius in Bibliotheca: *Tunc Abari*, inquit Menander, *voluntatis Imperatoris periculum facere statuerunt, siquidem ampliora munera caperent, quibus per Romanorum pusillanimitatem sua sibi compararent commoda*. Modo itaque precibus agebant, modo minas ingerebant. Sed Imperator tantum sui terrorem Legatis incussit, ut intellexerint, illum eorum superbiam minime toleraturum, neque quicquam eorum, quæ prius accipere consueverant, indulturum, aut impune posthac incursiones in Romanæ ditionis Regiones facturos, ut fuse narrat Menander. Valesius in Notis ad ejus Excerpta observat, hanc Avarum Legationem introductam esse die VII. post inaugurationem Justini, teste Corippo in lib. 3.

*Septima lux aderat,*

Et mox

*Legatos Avarum jussit intrare Magister*
*Ante fores fuerat divina nunciat Aula.*
*Orantes se se vestigia sacra videre*
*Clementis Domini: quos voce & mente benigna*
*Imperat acciri.*

Reliqua Corippi narratio, cum Menandri Historia prorsus congruit. Auditi itaque Legati ab Imperatore die vicesima prima, aut vicesima secunda mensis Novembris superioris anni, ut ex morte Justiniani, quæ die XIV. Novembris contigit, intelligere est. Non bene itaque Baronius scribit, hanc Legationem factam esse, postquam *Justinus* auspicatus est Consulatum. [1]

V. *Avares Europæi munera ab Imperatoribus accipere consueti.* *Justiniano* Augusto Imperium obtinente, ex Scythis ad Caucasum & Boream habitantibus, qui *Abarum* nationem in Ditionem suam redegerant, exigua *Abarum* pars a primævo genere illo profugiens, in Europam, Pannoniamque se contulit, *qui se Abares, & Principem suum Chaganum honoris causa nominarunt*, ut narrat

NOTÆ [1] QUæ hic narrat Pagius de Avaris qui Byzantium ad Justinum venerunt, ad hunc utique annum, non vero ad superiorem pertinent. Cum Barbari ad Justinum, qui anno isto imperare cœpit, venerint. Sicut & ea quæ refert de legatione Turcarum ad Justinum ad annum 568. rejici oportet. Zemarchos a Justino ablegatus fuit ad Turcas Augusto mense ineunte *excelsa Indictione II. in fine anni quarti Justini*, ut notat Menander Protector apud Pagium hic num. 6. ex quibus constat ad annum 569. hæc revocanda esse, ut ex Card. Norisio de Synodo V. cap. VIII. Pagius optime animadvertit. Sed non ideo tamen sententia nostra de initio imperii Justini in Novembri anni 566. debilitatur, quin & roboratur magis. Vix enim credo Menandrum epocham aliam præ oculis habuisse, quam quæ cœperit a Cæsarea Justini dignitate, quam ex eo Menandri loco non diu post Augustum mensem cœptam colligo. Alioqui enim minus apte Menander scripsisset Augusto mense ineunte imperii Justini annum quartum *circa finem* agi. Cum enim imperium solus administrare cœperit circa medium Novembris, incipiente Augusto menses adhuc tres & semis ad anni exitum superfuissent. Ex hoc etiam Menandri loco discimus quænam fuerit apud Veteres ratio Justini annos supputandi non enim illos a Kal. Januarii ad alias Januarii Kalendas, ut censuit Illustrissimus a Turre, sed vel a Novembri in Novembrim, vel a Septembri in Septembrim ducebantur. MANSI

*Cognoscant Avares, quoniam Deus omnium * hic est.*

* omnibus

Ita plane Justinus secundum illud Davidicum (a): *In Deo faciemus virtutem & ipse ad nihilum deducet inimicos nostros:* contemnit formidabiles omnibus gentibus barbaros, qui (ut dictum est) & suum prædecessorem Justinianum, qui Vvandalos ac Gothos debellavit, jam sub tributo redegerant.

(a) *Psal.* 59.

IX. ☞ Quod insuper ad eosdem barbaros a Justino repulsos spectat, non prætermittendum putamus, Photium in sua Bibliotheca, dum agit de Theophanis Byzantii historia cœpta (ut ait) a bello Persico, quod actum est post fœderis solutionem anno secundo Justini Junioris successoris Justiniani Imperatoris & producta usque ad annum decimum ejusdem belli, inter alia mentionem habere de legatione Turcarum missa una cum donis ad Justinum ipsum, qua peterent ne susciperet Avares barbaros ipsis infestissimos: atque de Turcis, fuisse populum habitantem apud Tanaim versus Euri venti partem, eosdemque antiquitus appellatos esse Massagetas, a Persis vero ipsorum lingua Chermichionas nominatos. Hæc de his ex Theophane Byzantio Photius. ☜

X. Sic igitur Justinus in Deum sperans (b) non est fraudatus a desiderio suo: sed eosdem truculentos hostes hactenus semper & ubique victores summa gloria superavit per Tiberium Ducem anno quarto sui Imperii, ut suo loco dicemus. Ad hæc idem Imper. maxime pius hoc itidem anno (ut Miscellæ auctor habet) ad sedandos obortos Alexandriæ tumultus occasione diversarum sectarum inter se altercantium, Photinum Belisarii privignum illuc misit, simulque munera ecclesiis offerenda dedit & quidem sumptuosa. Sunt hæc sane magna laude digna, si in reliquis idem imperator optimi Principis numeros omnes simul explesset, & non potius turpi vita fœdasset quæ ipso sui Imperii exordio laudabiliter (ut Christianissimum decet Principem) peregisset. Hæc autem ut cognoscas, accipe quæ de ipso scripta sunt ab Evagrio istis verbis (c):

(b) *Psal.* 77.

Justinus fidei Catholicæ studiosus.

(c) *Evagr. lib.* 5. *c.* 1.

XI. *Verum quod ad vitæ ejus rationem attinet, deliciis re vera defluxit & mollitie, in voluptatibus obscœnis volutatus, alienæ pecuniæ adeo ardenter appetens, ut omnia cuiqui quæstus gratia divenderet; immo vero etiam ipsa sacerdotia, divinum numen minime reverens, plebeiis hominibus venalia palam exponeret.* Hæc Evagrius. Porro incontinentis animi primum illud publica lege (d) sancita hoc anno Kal. Jan. dedit indicium, dum pœnas Justiniani legibus adversus illicita conjugia contrahentes sancitas silere voluit, atque ita conjunctos ab invicem mi-

Justini pravi mores.

(d) *Justin. Nov. const.* 3. *apud Julian.*



PAGIUS

rat Theophylactus lib. 7. cap. 8. Cum vero ad loca Scythiæ, ac Mœsiæ pervenissent, Legatos ad Justinianum miserunt, vel anno XXXI. ejus Imperii, ut tradit Theophanes, vel anno post Consulatum Basilii XXIII. ut habet Victor Tunnunensis, qui, juxta eum, est annus Christi DLXIII. pluribus de ea Legatione ad Justinianum agit Menander Protector ipso Operis sui initio, qui addit *Abarum* Legatos munera, *ut consuetum erat*, a Justiniano accepisse, & Justino Juniore imperante Abarum Legatos Byzantium ad eumdem finem venisse.

VI. Theophanes Byzantius in Excerptis de Legationibus, refert *Justinum* Imperatorem, & Chosroen fœdera inter Romanos & Persas constituta solvisse, *ineunte altero Imperii anno*, ideoque anno Christi DLXVII. & *Turcos* ad Justinum Imp. Legatos misisse, *ne Abares reciperet obsecrantes*: Justinum vero Zemarchum ad Turcos Legatum misisse, qui utrimque omni officii genere excepti sunt. Narrat etiam hanc Justini ad Turcos Legationem Menander Protector pag. 151. atque, Zemarchum, Justini Aeg. Legatum *circa finem quarti anni Imperii Justini, exacte secunda Indictione, initio mensis, qui Latinis vocatur Augustus.* ideoque anno DLXIX. profectum esse Byzantio, & convenisse *Disabulum* Turcorum Principem, cui placuit *ut se proficiscentem contra Persas Zemarchus sequeretur.* Post hæc cum ab invicem discessissent, *Disabulus quidem in Persas contendit, & Zemarcho ac ejus comitibus ad se vocatis, ubi amicitiam cum Romanis confirmasset, eos, ut ad sua redirent, missos fecit.* Valesius in Notis ad Menandrum, quia sibi persuaserat, *Justinum* anno tantum DLXVI. Imperium iniisse, dicit, scribendum fuisse, *Indictione tertia.* Verum inde intelligere poterat, opinionem, quam amplectebatur, a veritate alienam esse, hancque Justini ad Turcos Legationem, cujus hoc anno num. IX. meminit Baronius, obitam esse anno Christi DLXIX. quo tertia Indictio & annus quartus Justini Aug. in cursu erant. Addit Theophanes Byzantius: *Quamobrem etiam Chosroes in Æthiopas, amicos Populi Romani, (olim Macrobios, nunc Homeritas appellatos) expeditionem suscepit, Regemque Homeritarum Sanaturcon, opera Meranis Persarum Ducis, vivum cepit, Urbeque eorum direpta, incolas subjugavit.* Hæc fuere præludia magni illius belli Romanos inter & Persas exorti, quod anno DLXXI. tandem in apertum erupit.

Legatio Turcorum ad Justinum, & Justini ad Turcos.

VII. Anum. X. ad XVI. Justinus Imp. Imperii sui initia fœdavit lege, qua sancivit communi conjugum consensu dissolvi matrimonium posse. Recitat eam Baronius, & in ejus subscriptione habetur: *Data decimo octavo Kal. Octob. Chalcedone, Imp. D. N. Justino PP. Aug. anno primo, Indictione quinta decima.* Ita hæc subscriptio concepta legitur apud Pithœum, qui hanc Novellam edidit; nam apud Scrimgerum legitur sine ulla Indictionis nota. Ex altera tamen Novella Justini *De filiis libertarum*, infra recitanda constabit, Novellam, *Ut possit ex consensu dissolvi matrimonium*, recte apud Pithœum Indictione XV. insignitam esse; qua ex subscriptione manifestum fit, *Justinum* die XIV. men-

Justini Edictum de divortio.

minime separavit: sed his etiam deterior constitutio illa hoc eodem anno Septembri mense lata, qua communi conjugum consensu dissolvi matrimonium posse sancivit. Extat ipsa constitutio, sed male inter Justiniani Imperatoris Novellas (a) adnumerata; cum ipse Justinus in ea testetur expresse, diversam Justiniani de ea re fuisse sententiam. Habes editionem Juliani antecessoris, in qua cum ejusmodi constitutio recitetur, Justino, non autem Justiniano tribuitur: ut de his nihil sit quod dubitare quis possit. Hæc oportuit admonuisse, ut Justinianus ab illata a nonnullis calumnia vendicetur. Porro ad testandam ac detestandam Justini temeritatem istiusmodi inter Christianos contrariam sacro Evangelio legem sancientis, hic ipsam describendam putavimus. Sic enim se habet:

(a) Apud Novel. Justiniani 140.

XII. Justini edictum de divortio.

*Imp. Cæs. Flavius Justinus Alemannicus, Gothicus, Francicus, Alanicus, VVandalicus, Africanus, Pius, Felix, Gloriosus, Victor, ac Triumphator semper colendus Aug. Juliano Præf. Urbis Cos.*

*Nuptiis decentius nihil est hominibus, ex quibus filii, cæteraque nationum successiones fundorum quoque & civitatum habitaculo, & Reipublicæ eximius status. Propter quod nuptias felices esse eis qui eas ineunt, sic optamus, ita ut numquam eos sinistri omnis opus fieri, neque nuptiis copulatos ob invicem separari, justam non habentes absolutionis nuptiarum occasionem. Sed quoniam difficile est in omnibus hominibus hoc servari (in multitudine enim tanta non aliquas incidere irrationabiles simultates, unum de impossibilibus existit) oportere putavimus his reperire quamdam medelam; magis vero illic, ubi pusillanimitas in tantum erigitur, ita ut implacabilis horror fiat conjugibus una manentibus. Antiquitus quidem licebat sine periculo tales ab invicem separari secundum communem voluntatem & consensum hoc agentes, sicut plurimæ tunc leges exstarent hoc dicentes: ET BONA GRATIA, sic procedentem solutionem nuptiarum patria vocitantes voce. Postea vero divæ memoriæ nostro patri pietate & temperantia omnes ubicumque aliquando imperantes excedenti visum est, qui ad suam utilem & firmam respiciens voluntatem, non autem miserias pusillanimitatis conjiciens, legem sancire, qua prohibuit consensu conjugia solvi: quod nos quoque volebamus nimis obtinere in hoc ipso.*

XIII. *Plurimi autem nos adierunt inter se conjugium horrentes, & abominantes, & prælia discordiasque propter hoc domi contingere accusantes (hoc quod valde doloriferum & triste consistit) dissolvere propter hoc precantes connubia; etsi occasiones non habuerunt dicere, per quas sine timore lex hoc dabat * facere ipsis. Desiderium vero & studium eorum pro hac re in aliquanto distulimus tempore, aliquando quidem monentes, aliquando vero minantes quiescere eos ab irrationabili circa invicem horrore, & ad unanimitatem properare, & melioris fieri voluntatis: agebamus vero plus nihil. Quoniam vero difficile est immutare semel detentos irrationabili passione & horrore: forsitan enim contigit istis & insidias aggredi adinvicem, & venenis aliisque ad mortem agentibus uti; ita ut nec filios eis factos valere ad unam similemque talee voluntatem immiscere. Hæc igitur aliena nostris judicantes temporibus, in præsenti sacram constituimus legem, per quam sancimus licere (ut antiquitus) consensu conjugum solutiones nuptiarum fieri; non ultra vero obtinere constitutas pœnas constitutione nostri patris adversus eos qui cum consensu conjugis faciunt solutionem. Si enim alterutrorum affectus nuptias solidat, merito contraria voluntas istas cum consensu dissolvit, adsignificantibus rebus quæ nuptias solvunt.*

* debent

*Certum autem sit, omnia alia quantacumque legibus ac potissimum sacris constitutionibus nostri patris dicta sunt de nuptiis, & filiis, occasionibusque ex quibus præcipitur dissolvi nuptias (si & sine ratione non & cum communi consensu, secundum quod & præsens nostra constituit divinitas, hoc agentibus & disponentibus pœnis interpositis) obtinere, & ex præsenti nostra lege per omnia habere virtutem propriam. Quæ ergo nobis visa sunt, & per præsentem manifestata legem, tua gloria per consuetum sibi modum omnibus fieri manifesta præcipiat in hac urbe regia. Data decimooctavo Kal. Octob. Chalcedone, Imp. D. N. Justino PP. Aug. anno primo indictione quintadecima.* Hactenus Justini sanctio, qua bene instituta primordia sui turpiter fœdavit Imperii. XIV.

Porro horrenda hæc debuere per Episcopos prohiberi ne fierent, & jam facta rescindi, & ab Ecclesia penitus propulsari: sed cujus id erat muneris Joannes Constantinopolitanus Episcopus, quod precario eam sedem quodammodo possideret intrusus Antistes, minime restitisse reperitur. De Joanne autem Romano Pontifice, cum omnia ferme ejus rerum gestarum monumenta perierint, nihil est quod dicere valeamus: quem tamen a- XV.



PAGIUS mensis Novembris anni elapsi Imperium suscepisse, & hallucinatos esse Viros doctissimos, qui volunt, cum tantum die XIV. Novemb. hujus anni regnare cœpisse.

prædecessoribus minime existimamus fuisse degenerem, quorum sæpe sacerdotalis vigor enituit in continendis Orientalibus Imperatoribus in fide Catholica & Ecclesiastica disciplina, in coercendisque illis cum ab ea vel leviter declinarent, prout res gestæ ipsorum superius recensitæ declarant.

XVI. Sed jam de statu Ecclesiæ Gallicanæ, qualis fuerit, postquam quatuor Reges Francorum post obitum Clotarii anno superiori inter se regnum partiti sunt, videamus. Cum autem (ut superius suo loco vidimus) in Concilio Parisiensi Episcopi statuissent, neminem admittendum ad Episcopatum, quem Regis auctoritas absque canonica electione intruderet; sed quem clerus eligeret, & Episcopi provinciales una cum Metropolitano probarent:

Concilium Santonense. Leontius Burdegalensis Episcopus, collecto collegarum Concilio Santonis, inter alia decreta Emerium Episcopum Santonensem a Clotario Rege eo modo in Episcopatum regia auctoritate intrusum, sede privavit; qui tamen a Rege Chariberto vi rursum intruditur. Hæc autem cuncta quomodo se habuerint, accipe a Gregorio res sui temporis scriptis tradente his verbis (a):

(a) Greg. Turon. lib. 4. c. 26.

XVII. Chaibertus Rex tyrannice agit in Episc. *Apud urbem Santonicam Leontius, congregatis provinciæ suæ Episcopis, Emerium ab Episcopatu depulit, asserens non canonice fuisse hoc honore donatum. Decretum enim regis Clotarii habuerat, ut absque Metropolitani consilio benediceretur, qui non erat præsens. Quo ejecto, consilium fecere in Heraclium tunc Burdegalensis Ecclesiæ presbyterum: quod Regi Chariperto * subscriptum propriis manibus per nuncupatum presbyterum transmiserunt. Qui veniens Turonis, rem gestam beato Euphronio pandit, deprecans hoc, ut consensum,* decretum videlicet, *subscribere dignaretur. Quod vir Dei manifeste respuit. Igitur postquam presbyter Parisiacæ urbis portas ingressus Regis præsentiam adiit, hæc effatus est. Salve Rex gloriose: sedes enim Apostolica eminentiæ tuæ salutem mittit uberrimam. Cui ille: Numquid, ait, Turonicam adiisti urbem, ut Papa illius nobis salutem defe-*

* Chereberto

*rat?* Hic accipe, sic dici a Gregorio Ecclesiam Turonensem sedem Apostolicam, atque Burdegalensem; non quod ab Apostolis fuerint institutæ, cum longe post Apostolorum tempora (ut ipsemet tradit) cœperint habere Episcopum; sed quod eisdem ab Apostolica sede Petri concessa per pallium Apostolica inesset auctoritas. Sed pergit:

XVIII. Leontius mulctatur a Chariberto Rege. *Patet (inquit presbyter) Leontius tuus cum comprovincialibus Episcopis salutem tibi mittit, indicans Æmulum (sic enim vocitare consuevit Emerium ab infantia sua) ejectum ab Episcopatu, pro eo quod prætermissa canonum sanctione, urbis Santonicæ Episcopatum ambivit. Ideoque consensum ad te direxerunt, ut alius in locum ejus substituatur: quo fiat, ut dum transgressores canonum regulariter arguuntur, regni vestri potentia ævis prolixioribus propagetur. Hoc eo dicente, fremens * Rex, eum a suis conspectibus extrahi jussit, & plaustro spinis suppletis imponi desuper, & in exilium protrudi præcepit, dicens: Putasne, quod non est desuper quisquam de filiis Clotarii Regis, qui patris facta custodiat, quod hi Episcopum quem voluntas Regis elegit, absque nostro judicio projecerunt? Et statim electis viris religiosis, Episcopum loco restituit, dirigens etiam quosdam de Camerariis suis qui exactis a Leontio mille aureis, reliquos juxta possibilitatem damnet Episcopis: & sic patris est ultus injuriam.* Hæc quidem tyrannice Rex. Quomodo autem idem Rex impie agens, invadens res Ecclesiarum, divina ultione percussus interiit, suo loco dicemus. Permansisse quidem Emerium in Santonensi Episcopatu, eumdemque reconciliatum fuisse Leontio, ex his quæ scribit Venantius Fortunatus (b) in carmine de basilica S. Bibiani intelligi potest: nam ejus precibus idem Leontius basilicam S. Bibiani Santonensis cœptam ab Eusebio perfecit, ut ipse Fortunatus docet his versibus:

* frendens

(b) Fortun. carm. lib. 1.

*Digna sacerdotis Bibiani templa coruscant:*
*Quod si justa petit, dat pia vota fides:*



PAGIUS VIII. *Concilium Santonense.* A num. XVI. ad XXI. Gregorius Turonensis lib. 4. cap. 26. meminit *Synodi Santonensis*, in qua *Heraclius* Presbyter, Episcopus Santonensis creatus est, remoto *Emerio*, quod Clotario Rege Francorum regnante *absque Metropolitani consilio*, ordinatus fuisset. Sed cum Concilium hoc statim ab obitu Clotarii Regis celebratum fuerit, revocandum illud ad annum Christi quingentesimum sexagesimum secundum. Synodo præfuit *Leontius* Episcopus Burdigalensis, Aquitaniæ secundæ Metropolita, quem Fortunatus variis in locis a Baronio citatis valde celebrat, præsertim ob multas Ecclesias ab eo erectas. Baronius observat ex Fortunato lib. 1. Sanctum *Leontium* ante Episcopatum conjugatum fuisse, uxoremque habuisse *Placidinam*, feminam clarissimam ac piissimam: huic vero sororem fuisse virtutis æmulam nomine *Alchimam*, quæ & ipsa juncta conjugio, Apollonari viro suo, ut Episcopus crearetur indulsit, quam in rem citat Gregorium Turonensem de Gloria Martyrum cap. 65. Verum ipsemet Gregorius lib. 3. Hist. cap. 2. scribit: *Alchima & Placidina, uxor, sororque Apollinaris ad Sanctum Quintianum venientes*, &c. Tum cap. 12. loquens de bello Arvernico anno DXXV. gesto, ait: *Theodoricus cum exercitu in Arvernos veniens, totam Regionem devastat ac proterit. Interea Arcadius Bi-*

*Quæ Præsul fundavit ovans Eusebius olim;*
*Ne tamen expleret, raptus ab Orbe fuit.*
*Cui mox Emerius successit in arce sacerdos:*
*Sed cœptum ut strueret, ferre recusat onus:*
*Quod precibus commisit opus tibi, Papa Leonti,*
*Cujus ad hoc votum jugiter instat amor, &c.*

At non S. Bibiani tantum inchoatam Leontius perfecit ecclesiam, sed etiam collapsam restituit S. Eutropii primi ejus sedis Episcopi, ut aliud ejusdem Fortunati subsequens indicat epigramma: quibus declaratur erga Santonenses fuisse Leontium propensiorem. Sed accidit (iisdem puto temporibus, cum Regis violentia opprimeretur) ut falso allato nuncio ipsum jam esse defunctum, non defuerit qui in Burdegalensi Ecclesia creari conaretur Episcopus; cum ex improviso ipse adveniens, summo civium exceptus est gaudio: quando & ejusdem Leontii studiosissimus Venantius Fortunatus jucundissimum illum cecinit hymnum, cujus hæc sunt exordia;

Leontius suis ex improviso redditus.

*Agnoscat omne sæculum*
*Pontificem Leontium,*
*Burdegalense præmium,*
*Dono superno redditum.*
*Bilinguis ore callido*
*Crimen fovebat invidum,*
*Ferens acerbum nuncium*
*Hunc jam sepulcro conditum.*

Et post multa

*Non longiore tempore*
*Versantur in hoc murmure:*
*Dum cogitant succedere,*
*Redit sacerdos qui fuit, &c.*

XIX. Quod igitur ad Leontium spectat, decimustertius hic Burdegalensis Ecclesiæ Episcopus numeratur ab eodem Fortunato his versibus (a):

(a) Fortun. in laud. Leontii car. li. 1.

*Tertius a decimo huic urbi Antistes haberis,*
*Sed primus meritis connumerandus eris.*

Qui nobilissimo ortus genere, divitiisque pollens, & egregiis animi virtutibus exornatus, conjugatus licet, invitus ad ejus Ecclesiæ Episcopatum assumptus est. Fuit nomen conjugis Placidina ex Imperatorio stemmate procreata; de qua idem auctor:

De Placidina clarissima femina.

*Cogor amore etiam Placidinæ pauca referre,*
*Quæ tibi tunc conjux, est modo chara soror.*
*Lumen ab Arcadio veniens genitore refulget,*
*Qua manet Augustum germen, Avite, tuum:*
*Imperii fastus * toto qui rexit in Orbe,*
*Cujus adhuc pollens jura Senatus habet.*
*Humani generis si culmina prima requiras,*
*Semine Cæsareo nil superesse potest.*
*Sed genus ipsa suum sensu & moderamine vicit,*
*Cujus ab eloquio dulcia mella fluunt.*
*Chara, serena, decens, sollers pia, mitis, opima,*
*Quæ bona cuncta gerit, quicquid honore placet:*
*Moribus, ingenio, meritorum luce coruscans*
*Ornavit sexum mens pretiosa suum.*

* fasces

Ita quidem optimis composita moribus, etsi divisa corpore a sancto viro, inhæsit tamen ipsi in bonis operibus comes individua, ut inter alia illis quoque docet versibus Fortunatus, ubi agit de ecclesia S. Bibiani;

*Sacra sepulcra tegunt Bibiani argentea tecta,*
*Unanimis tecum quæ Placidina dedit.*

Et cum idem agit de basilica S. Martini ab eodem Leontio erecta, ab ipsa vero Placidina ornata, hos in fine habet versus;

*Quæ Placidina sacris ornavit culmina velis:*
*Atque simul certant: hic facit, illa colit.*

Sed

PAGIUS *turicas Urbem petiit. Placidina vero mater ejus, & Alcbima soror patris ejus, comprehensa apud Cadurcum Urbem, rebus ablatis exilio condemnata sunt.* Quare, ut observat Cointius anno DLXVII. num. XXX. *duæ* distingui debent *Placidinæ*, quarum altera alterius avia fuit, Senior conjux extitit *Apollinaris* qui postea Episcopus fuit, & mater Arcadii, unius ex Primoribus Arverniæ; junior Arcadii filia extitit, & uxor *Leontii*, postea Episcopi Burdigalensis. Baronius num. XX. existimat, *Leontium* Episcopum, de quo loquitur Sidonius lib. 6. Epist. 3. & lib. 7. Epist. 6. esse *Leontium* Seniorem Episcopum Burdigalensem, Verum Sidonius loquitur de *Leontio* Episcopo Arelatensi, ut suo loco explicavimus. Porro *Charibertus* Rex, in cujus Regno Concilium illud celebratum, Clotasii patris injuriam vindicaturus, *Emerium* in Sedem suam restituit, hicque postea cum Leontio Metropolita suo reconciliatus est, ut ex Fortunato probat Baronius num. XVIII. Colitur Sanctus *Leontius* a Burdigalensibus die XVII. Kalend. Decemb.

Sed & de aliis Deo donis ab ipsis oblatis ejusmodi extat ejusdem auctoris epigramma;

*Summus in arca Dei pia dona Leontius offert,*
*Vasis juncta sacris & Placidina simul.*
*Falices quorum labor est altaribus aptus,*
*Tempore qui parvo non peritura ferant.*

De Alchima clarissima femina. Extitit vero & Placidinæ virtutis æmula soror ipsius nomine Alchima: quæ & ipsa juncta conjugio, Apollinari viro suo, ut Episcopus crearetur, induisit, pariterque ad construenda sanctia martyribus templa se contulit, ut ex Gregorio (a) habes, ubi agit de martyre Antoliano. Tanta hæc antiquæ Gallicanæ nobilitatis germina haud fuerunt prætereunda silentio, quæ egregiarum additamento virtutum reddita sunt contemptu sæculi clariora. Sed ut ad Leontium redeamus, cujus præclaras res gestas nonnisi per fragmenta scriptorum colligere licuisse dolemus, sive eas a Gregorio sive a Fortunato relatas: scias & in Actia (b) quoque S. Maclovii Episcopi in Britannia de hoc eodem Leontio mentionem esse frequentem: ea quo etiam tempus, quo idem Maclovius vixit; poteris facile intelligere; qui fuit vir sane a Deo plurimia magnisque miraculis illustratus.

(a) Greg. de Glor. mart. c. 65.

(b) Apud Sur. tom. 6. die 15. Novemb. c. 21. 22. 23. 24. 25.

XX. Demum vero ut eidem nostro Leontio persolvamus extrema, quod ejus sepulcro epitaphium affixit idem qui supra Venantius Fortunatus (c), hic describamus; sic enim se habet;

(c) Fortun. carm. lib. 4. nov. edit.

Leontii Episc. Burdegal. Epitaphium.

*Omnia barum velox fugitivaque gaudia mundi:*
*Prosperitas hominum quam cita rupta volat,*
*Mallem cui potius nunc carmina ferre salutis,*
*Perversa vata flere sepulcra voce.*
*Hoc recubant tumula venerandi membra Leontis,*
*Quem sua Pontificem fama sub astra levat.*
*Nobilitas altum ducens ab origine namen,*
*Quale genus Roma forte Senatus habet.*
*Et quamvis celso flueret de sanguine patrum,*
*Hic propriis meritis crescere fecit avas.*
*Regum summus amor, patriæ caput, arma parentum,*
*Tutor amicorum, plebis, & urbis honor,*
*Templorum cultor, tacitus largitor egentum,*
*Susceptor peregrum distribuenda cibum.*
*Longius extremo si quis properasset ab Orbe*
*Advena mox vidit hunc, ait esse patram.*
*Ingenio vivax, animo probus, ara serenas:*
*Et mihi qualis erat, pectore fleata loquor.*
*Hunc habuit clarum qualem modo Gallia nullum;*
*Nunc humile tumula culmina celsa jacent.*
*Placabat Reges, recreans moderamine cives.*
*Gaudia tot populis, heu, tulit una dies.*
*Lustra decem felix & quatuor insuper annos*
*Vixit, & a nostro lumine raptus obit *:*
*Funeris officium magni solamen amoris*
*Dulcis adhuc cineri dat Placidina tibi.*

* abit

Hucusque epitaphium Leontii, qui junior Leontius dicendus est respectu senioris itidem Burdegalensis Episcopi, cujus epitaphium apud eumdem Fortunatum extat (d) a Theodosia scriptum, de quo puto mentionem haberi apud Sidonium (e) Apollinarem: neque enim alium illum existimo a Leontio seniore Burdegalensi Episcopo, æque nobilitate & vitæ sanctitate conspicuo. At de his hactenus.

(d) Fort. carm. lib. 4. nov. edit.

(e) Sidon. lib. 6. epist. 3. & li. 7. epist. 6.

XXI. Hiberni Episc. Schismatici. Sed invidia pravi dæmonia interea factum est, ut dum tot luminaribus Gallicana Ecclesia perfulgeret; quæ erat hoc tempore bene hactenus culta Ecclesia in Hibernia densis tenebris obduceretur, passa naufragium, dum non sequitur eam, quæ ad salutis portum ante omnes pergit viam monstrans, naviculam Petri: dum enim justior cæteris videri voluit, & plus sapere quam oportuit, decipitur imprudens a schismaticis. Dolo namque schismaticorum falso ad eos rumore perlato, a Quinta Synodo peccatum esse in sacrosanctum Chalcedonense Concilium, quasi Trium damnatione capitulorum damnasset pariter quæ in eadem Synodo statuta essent; ardentissimo iidem studio pro Trium capitulorum defensione, junctis animia, omnes qui in Hibernia erant Episcopi insurrexere. Addiderunt & illud nefas, ut cum percepissent Romanam Ecclesiam æque suscepisse Trium damnationem capitulorum, atque suo consensu Quintam Synodum roborasse; ab eadem pariter resilierint, atque reliquis qui vel in Italia vel in Africa, aliisve regionibus erant schis-

schismaticis inhæserint, fiducia illa vana erecti, quod pro fide Catholica starent, cum quæ essent in Concilio Chalcedonensi statuta defenderent. Ita miseri rerum ignari, specie quadam apparentis justitiæ permoti, zelum habentes, non tamen illum qui esset secundum scientiam, cum & in remotioribus Orbis partibus degerent, ut haud facile admoneri & corrigi potuissent, accedentibus incommodis aliis, quæ bella, pestis, & fames secum ferre solent; ita permansere diutius, miserti illorum qui Quintam Synodum sectarentur, *tamquam qui a recto fidei tramite aberrarent*, tantum abfuit ut se errore deceptos esse intelligere potuissent. Sed eo fixius inhærent *errori*, cum quæcumque Italia passa sit bellorum motibus, fame, vel pestilentia, ea ex *causa* illi cuncta infausta *accidisse* putarent, quod pro Quinta Synodo adversus Chalcedonense Concilium prælium suscepisset. Quo statu miserrimo collati usque ad S. Gregorii Papæ *tempora*, ad finem videlicet præsentis sæculi, permansere, cum de his iidem litteras ad *eumdem* quem scirent Deo amicum virum sanctissimum, conscripsere. Quid autem ad ea Gregorius ipsa rescripserit, suo loco dicturi sumus. Extat ipsa epistola, (*a*) ex qua ista deprompsimus.

(*a*) *Greg. lib. 2. epist. 36.*

XXII. At vero quod non solum (ut dictum est) sanctorum virorum hoc tempore viventium Catholica Ecclesia est illustrata miraculis, ex quibus ubi esset veritas, potuisset *agnosci*, si id *attendere* schismatici voluissent; verum etiam præstarent id ipsum *abundantius* Sanctorum cineres ubique miraculis coruscantes: his jungenda putavimus, quæ hoc ipso anno, quo & secundus Sigeberti Regis Francorum incipit numerari (anno enim superiori, ut vidimus, auspicatus est regnum) ipsi Gregorio Turonensi Episcopo tunc diacono, qui successit Euphronio, hoc eodem anno, quem septimum ejus sedis numerat, acciderint. Dum enim insignia recenset ejusdem S. Martini miracula, hæc habet de se ipso (*b*):

(*b*) *Greg. Turon. mirac. S. Mart. lib. 2. c. 32.*

XXIII. *Ergo bis exactis quæ circa alios gesta sunt, aggredior quæ circa me indignum virtus præsentis est operata patroni. Anno centesimo sexagesimo tertio post assumptionem sancti ac prædicabilis viri B. Martini Antistitis, regente Ecclesiam Turonensem S. Euphronio Episcopo anno septimo, secundo anno Sigeberti gloriosissimi Regis*. Concordat his optime posita chronographia ab obitu S. Martini, quem decessisse diximus anno Domini quadringentesimo secundo: *a* quo tempore si deducas annos centum sexaginta tres exactos, plane hunc ipsum annum constituit, nempe quingentos sexagintaquinque absolutos, inchoato sexagesimosexto. Sed pergit ipse: *Irrui in valetudinem cum pustulis malis & febre; negatoque usu potus & cibi, ita angebar, ut amissa omni spe vitæ præsentis, de solis sepulturæ necessariis cogitarem: obsederat enim me mors cum ardore, animam cupiens expellere de corpore.*

Quæ Gregorius hoc anno consecutus est a S. Martino.

XXIV. *Tunc jam valde exanimis, invocato nomine beati Martini Antistitis, parumper convalui, & lento adhuc conamine iter incipio præparare: insederat enim animis, ut locum venerabilis sepulcri visitare deberem. Unde tanto desiderio affectus sum, ut me vivere me optarem, si tardius direxissem. Et quia vix evaseram, ex ardore incommodi cœpi iterum ardore febris succendi. Nec mora, adhuc parum fortis iter cum meis arripio: actisque vel duabus vel tribus mansionibus, ingressus silvas corrui rursus in febrem, & tam graviter ægrotare cœpi, ut omnes me autumarent vitam amittere. Tunc accedentes amici, & videntes me valde lassum, dicebant: Revertamur ad propria: & si te Deus vocare voluerit, in domo tua moriere; si autem evaseris, votivum iter facilius explicabis: satius est enim reverti ad domum, quam mori in eremo. Ego vero hæc audiens, vehementer lacrymabar; & plangens infelicitatem meam, locutus sum cum eis, dicens: Adjuro vos per omnipotentem Deum, & reis omnibus metuendum judicii diem, ut ea quæ rogo consentiatis; de cœpto itinere non desistere: & si mereor S. Martini videre basilicam gratias ago; sin alias, vel exanime corpus deferentes ibidem sepelite; quia deliberatio mea est non reverti domum, si non ejus sepulcro meruero præsentari. Tunc una pariter flentes, iter quod cœperam aggredimur: præcedente vero præsidio gloriosi domini, ad basilicam ejus advenimus.*

XXV. *Eodem* (*c*) *tempore unus ex clericis meis, Armentarius nomine, bene eruditus in spiritualibus Scripturis, cui tam facile erat sonorum modulationes appen-*

(*c*) *Ibid. cap. 33.*

de-

PAGIUS

IX. A. num. XXII. ad XXVIII. Baronius narrat ex Gregorio Turonensi lib. 2. de Miraculis Sancti Martini capp. 32. 33. & 34. varia beneficia, quæ ipsemet fatetur se consecutum esse ope Sancti Martini Episcopi Turonensis *regente*, inquit Gregorius, *Ecclesiam Turonicam Sancto Euphronio Episcopo, anno septimo, secundo anno Sigiberti gloriosissimi Regis*, ideoque anno Christi DLXIII. quo secundus Sigeberti Regis annus in cursu erat.

*Gregorius Turonensis ope S. Martini varia beneficia consequitur.*

X. Concilium II. *Turonicum*, de quo Baronius anno DLXX. hoc anno celebratum, ut ibidem ostendemus. Justinus Imp. sævit in *Justinum*, *Ætherium*, & *Addeum*, ut anno sequenti dicetur.

*Concilium Turonense II.*

*dere, ut cum non putares hoc meditari, sed scribere, in servitio valde strenuus & in commisso fidelis: hic vero, infecta te veneno, a pustulis malis omnem sensum perdiderat, & ita redactus fuerat, ut nihil penitus aut intelligere posset, aut agere. Tertia autem nocte postquam advenimus ad sanctam basilicam, vigilare disposuimus; quod & implevimus. Mane autem facto, signo ad matutinas commoto, reversi sumus dormitum: qui lectulis quiescentes usque ad horam prope secundam dormivimus. Expergefactus ergo, ameta omni languoris & cordis amaritudine, sentio me pristinam recepisse sanitatem; & gaudens, puerum familiarem, qui mihi serviret, evoco. Exurgens autem Armentarius, velociter coram me stetit, & ait: Domine, ego parabo quod jusseris. At ego existimans adhuc esse eum extensum, Vide, inquam, voca puerum. Et ait: Ego quaecumque praeceperis, adimplebo. Obstupefactus interrogo quid hoc esset. Qui ait: Intelligo me valde sanum; sed unus error est animi, quod nescio de qua parte huc advenerim. Et sic incipiens, ita mihi impendit servitium, sicut erat solitus ante triduum. Tunc ego exultans & flens prae gaudio, grates omnipotenti Deo tam pro me quam pro ipso refero, quod intercedente patrono incolumem me corpore, illum mente reddiderit, & unus excursus ex fide etiam alteri amentis, qui nec petere noverat, salutem*

(a) Ibid. c. 34. *praestitisset.* Ac paulo post (*a*):

XXVI. De cereis miraculum.

*Nos vero revertentes, tres cereolos pro benedictione beati sepulcri portavimus. De qua cera quam multae virtutes factae sunt super frigoreticis & aliis infirmis, longum est enarrare. Sed unum e multis miraculum proferam. Agrum quemdam possessionis nostrae grando annis singulis vastare consueverat, & tam graviter saeviebat, ut nihil ibidem, cum venisset, relinqueret. Tunc ego in vineis illis arborem unam quae erat excelsior caeteris eligens de sancta cera super eam posui. Post illam autem diem usque in praesent tempus, nunquam ibidem tempestas cecidit; sed veniens, locum illum tamquam timens praeterit.* Haec ibi. Quomodo vero uno ex cereolis e S. Martini sepulcro sublatis sanavit Justinum filium sororis suae, idem Gregorius pluribus inferius narrat (*b*). Sed pergit ipse reliqua referre (*c*):

(b) Greg. lib. 2. mirac. S. Martini c. 2.

(c) Greg. lib. 1. mirac. S. Martini c. 35.

XXVII. De ligno cancelli S. Martini miranda.

*Fide commovente, quidam ex nostris lignum venerabile de cancello lectuli a monasterio Sancti, me nesciente, detulerat: quod in hospitiolo suo pro salvatione retinebat. Sed credo quia non sic honorabatur aut decorabatur, ut decuerat, coepit familia ejus graviter aegrotare. Et cum penitus nesciretur quid hoc esset, nec minueretur aliquid, sed quotidie augeretur deterius: vidit in visu noctis personam terribilem dicentem sibi: Cur sic tecum agitur? Qui ait: Ignoro prorsus unde hoc evenerit. Dicit ei persona: Lignum quod de lectulo domini Martini tulisti, negligenter hic retinens: ideo haec incurristi. Sed vade nunc, & defer illud Gregorio diacono, & ipse secum retineat. At ille nihil moratus, mihi exhibuit: quod ego cum summa veneratione collectum, loco digno reposui. Et sic omnis familia in domo ejus sanata est, ita ut nemo ibidem deinceps aliquid mali perferret.* Haec Gregorius qui his longe majora edita a Sancto refert miracula, eademque quatuor libris distinxit. Haec autem quae de se Gregorius hoc anno accidisse triplici signat cronographia, praetermisisse noluimus: quo etiam fieret manifestum, qualisnam & his temporibus cultus reliquiarum vigeret in Galliis, praecipue vero in sacris cineribus S. Martini; de cujus celebritate vide quae inter alia Venantius Fortunatus (*d*) his consentientia scribat ad Childebertum Regem, atque Brunichildem Reginam:

(d) Venant. carm. l. 10.

S. Martini virtus toto Orbe perspicua.

*Qui modo de Gallis totum mire occupat Orbem,*
*Et virtus pergit, quo pede nemo valet:*
*Qui velut alta Pharus lumen protendit ad Indos:*
*Quem Hispanus, Morus *, Persa, Britannus amat:*
*Hunc Oriens, Occasus habet, hunc Africa, & Arctos.*
*Martini decus est, quae loca mundus habet.*
*Quique per Oceanum discurrit marginis undas,*
*Omnibus ut praestet circuit Orbis iter.*

* al. Maurus.

Sed quomodo idem Gregorius jam Episcopus, hausto pulvere e sepulcro S. Martini accepto e morte fuerit revocatus ad vitam, suo loco inferius dicturi sumus. Habes ex his in Ecclesia Catholica, tum ex vivis, tum vita functis sanctissimis viris (uti proposuimus, semper scaturire veluti e fonte perenni miracula; quibus manifestissimis notis quisque licet mente stolidus cognoscere possit, ubi veritas permaneat sacrorum dogmatum, ac pariter intelligere haereticos atque schismaticos censendos esse, qui ab iis procul aberrant.

XXVIII. Cultus sacrarum reliquiarum viget in Galliis.

Caeterum admiratione maxima dignus est fidei Christianae fervor, qui his temporibus erga sacrarum reliquiarum cultum adeo exardebat in Galliis, ut licet abundarent illae provinciae sacris pignoribus sanctorum martyrum & confessorum

rum

rum, nihilominus fame inhiarent ad peregrina: quorum gratia in Orientem profectum esse diximus S. Germanum Parisiensem Episcopum, qui factus pii voti compos ad suam Ecclesiam locupletatus hisce divitiis est reversus Parisios, uti diximus. Sed & sancta Regina, Clotarii Regis quondam conjux clarissima Radegundis bis ipsis temporibus sæpius legatos misisse reperitur in Orientem ad perquirendas Sanctorum reliquias, de quibus hic nobis opportuno dicendum: de prima enim legatione hæc habet Bandoninia, sive Bandomina, quæ cum ea in monasterio coalescens, quæ vidit, de ipsa quam fidelissime scripsit, his verbis: (a) *Quantam illam postquam in monasterium se contulit, sanctarum reliquiarum multitudinem precibus fidelissimis aggregarit, testatur Oriens, Aquila, Auster, & Occidens confitetur. Undique enim gemmas pretiosas, cælo reconditas & quas paradisus habet, & muneribus & precibus ut adipisceretur, effecit: apud illas vero sine intermissione meditari psalmos & hymnos sibi depromere videbatur. Perlatum est ad eam, Mammetis* martyris sacros artus Hierosolymis quiescere. Illa instar hydropicæ, mire sitiens, avide has hauriebat. Sicut enim qui hydropisi laborant, quanto plus bibunt, tanto majori ardent siti; ita & ipsa rore Dei perfusa magis insaluit. Itaque virum venerabilem Reculum* presbyterum, qui tum sæcularis adhuc erat, & hodie superest, ad Patriarcham Hierosolymitanum transmisit, petens B. Mammetis pignora sibi donari. Ejus preces vir Dei benigne admittens, orationes populo indixit, cupiens nosse Dei voluntatem. Tertio die Missa celebrata, ad beati martyris sepulcrum cum omni populo accessit, altaque voce & plena fide dixit: Obsecro te, confessor & martyr Christi, si vera est ancilla Dei beata Radegundis, innotescat gentibus potentia tua, permittasque de pignoribus tuis mentem fidelem accipere quod poscit. Oratione completa, cum populus omnis respondisset, Amen: venit ad sanctum sepulcrum, semper beatæ fidem pronuncians, contrectat sacra membra, scire cupiens quantum ipse martyr beatissimus dominæ Radegundi donari velit. Tangit manus dexteræ singulos digitos: ubi ad minimum ventum est, levi attactu e manu amotus est, ut beatæ reginæ desiderio satisfaceret. Eum vero digitum vir Apostolicus eo quo par erat honore beatæ Radegundi misit. Ab Hierosolymis vero Pictavos usque in ejus honorem semper divinæ laudes promebantur.*

(a) Bandon. in Vita S. Radeg. l. 2. c. 4. Sur. die 13. Aug.

* Mamantis.

* Regalum.

Acceptæ reliquiæ Mammetis martyris.

XXIX. *Quis vero pro dignitate explicet, quam ardenti animo, quam fida devotione tantum illa munus expectans sese abstinentia muniparit? Postquam autem hoc cæleste donum cum multa animi alacritate accepit, tota hebdomada cum universa congregatione psallentium vigiliis & jejuniis se accommodavit, Deum benedicens quod tale munus consequi meruisset. Sic Deus suis fidelibus quæ postulant, non negat.* Hucusque de prima a sancta Radegundo Regina in Orientem legatione missa.

Quanta veneratione sanctæ susceptæ reliquiæ.

Post hæc autem paulo inferius de alia ab eadem missa legatione in Orientem ad Imperatorem pro ligno sanctæ Crucis accipiendo eadem Bandoninia refert, hæcque habet: *Quod igitur fecit sancta Helena in Oriente, hoc fecit beata Radegundis in Galliis. Sed quia nihil sine consilio facere voluit quamdiu vixit in hoc mundo; litteris ad Sigebertum excellentissimum Regem datis (is est filius Clotarii Regis, qui una cum fratribus regnavit in Galliis) petiit ab eo, ut cum ejus bona venia liceret sibi pro totius patriæ salute, & regni ipsius stabilimento, lignum salutaris Crucis Domini ab Imperatore expetere. Illo clementissime sanctæ Reginæ precibus annuente, devotione plena cum multo desiderio ad Imperatorem munera misit, quippe quæ causa amoris Christi pauperem se fecerat. Sed sanctos jugiter implorans, nuncios suos ablegavit; Sanctorumque suffragiis, quod optabat, adepta est. Imperator enim & beatum lignum Crucis Domini auro & argento ornatum, multasque Sanctorum reliquias, quas Oriens obtinebat, et per legatos transmisit una cum Evangeliis auro gemmisque decoratis.* Asserit Gregorius eas fuisse reliquias sanctorum Apostolorum atque martyrum. Pergit vero Bandoninia:

XXX. Alia Legatio in Orientem pro ligno Crucis.

*Ut autem salus mundi Pictavorum urbem cum sanctis reliquiis advenit, loci- que Antistes* (is erat Moroveus) *cum omni populo devote ea vellet accipere; inimicus humani generis per satellites suos egit, ut pretium mundi repelleretur, nec illud intra urbem vellent accipere, aliud pro alio Judaico more asserentes. Quid sane egerint non est nostrum commemorare: ipsi viderint: Dominus novit quinam rei sint.* Tacuit prudens femina peccatum Antistitis Morovei, quod Gregorius ex parte saltem prodit his verbis: (b) *Petiit Regina Episcopum, ut cum honore debito grandique psallentio in monasterio locarentur; sed ille despiciens suggestionem ejus, ascensis equis, villæ se contulit. Tunc Regina iterato ad Sigebertum Regem direxit, deprecans, ut injunctione sua quicumque ex Episcopis has pignora cum illo quo decebat honore votumque ejus exposcebat, in monasterio locaret. Ad hoc enim opus beatus Euphronius urbis Turonicæ Episcopus injun-*

XXXI. Moroveus adversatur S. Cruci.

(b) Gregor. Tur. lib. 9. c. 40.

gi-

*gitur, &c.* Sed & modeste quidem Gregorius tacet, quod a civitate, sicut a monasterio, ne illuc inferretur, sacrosanctum lignum exclusum sit: ne enim vel in civitatem admitteretur, satanico ille spiritu hoc prohibebat. Sed audiamus Bandoniniam ita historiam prosequentem:

XXXII. *At beata Radegundis fervens spiritu, animo certans, ad clementissimum Regem scripsit orans ut in civitatem lignum Dominicum recipi juberet. Interim donec ejus nuncii a Rege redirent, Turonico suo virorum monasterio, quod ipsa condiderat, cum psalmodiis & canticis sacerdotum Crucem Domini & Sanctorum pignora commendavit. Ubi tamen non minorem injuriam sancta Crux perpessa est simulante invidia, quam Dominus ipse tum ad præsidem & Judæos iniquos maligna omnia patienter pertulit, ne id quod creaverat periret.* Quidnam autem istud fuerit, sicut nec ipsa, ita neque Gregorius innuit.

S. Crux contumeliam passa.

XXXIII. Cæterum ea cuncta in majorem Dominicæ Crucis cessere gloriam: etenim apud Turonos in honorem sanctæ Crucis erectum oratorium fuit, de quo meminit Venantius Fortunatus: qui, cum pallia crucibus intexta successor Euphronii Gregorius dono dedit, eamdem dignam oblationem his versibus prosecutus est, quibus & Crucis gloriam prædicavit (a):

(a) Fortun. carm. lib. 2.

*Virtus excelsa Crucis totum recte * occupat Orbem:*
*Hæc quoniam mundi perdita cuncta redit.*
*Quodque ferus serpens infecit felle veneni,*
*Christi sanguis in hac dulce liquore lavat.*
*Quæque lupi fuerant raptoris præda ferocis,*
*In cruce restituit Virginis agnus oves.*
*Tensus in his ramis cum plantis brachia pandens,*
*Ecclesiam stabilit pendulus ipse Cruce.*
*Hoc opus * in ligno reparans deperdita pridem,*
*Quod vetiti ligni poma tulere boni.*
*Addita quinetiam virtutum flamma corusca *,*
*Bona quod obsequiis Crux parat ipsa suis.*

* rite. * pius. * coruscat.

Hactenus de Crucis sanctæ præconiis. Quænam autem ejusmodi, essent dona, quibus Crucis gloria illustraretur, ex nuncupato voto persoluta, mox ista subjungens ostendit:

*Denique sancta Cruci hac templa Gregorius offert,*
*Pallia dum operit signa gerendo Crucis:*
*Dona repente dedit divina potentia Christi:*
*Mox fuit & voti causa secuta pii.*
*Pallia nam meruit, sunt quæ Cruce textile pulchra:*
*Obsequiisque suis Crux habet alma Cruces.*
*Serica cum niveis aguata * est blattea telis,*
*Et textis Crucibus magnificatur opus.*
*Sic cito Pontifici dedit hæc devota voluntas,*
*Atque dicata Cruci condita vela placent.*
*Unde salutifero signo tibi, clare sacerdos,*
*Hæc cui complacuit, reddere magna valet.*

* aguana

Ita plane usu veteri receptum fuit ut cum ipsa figura Ecclesiæ, tum vel vestes, vasaque sacra, & alia ad divinum opus parata utensilia tam in Occidente quam in Oriente sanctæ Crucis signis multiplicibus ornarentur. Sed cœptam ex Bandoninia prosequamur historiam, cum post despectam a membris diaboli Crucem ista refert.

*Id vero sancta femina animadvertens, magnis se cruciatibus dedit, jejuniis, vigiliis, profusioni lacrymarum se addicens cum tota congregatione sua; donec respexit Dominus humilitatem ancillæ suæ aspiravitque eam mentem Regi, ut in populo faceret judicium & justitiam. Misit enim devotus Rex virum illustrem Justinum ad virum Apostolicum Euphronium Episcopum, præcipiens ut cum honore condigno gloriosam Domini Crucem & Sanctorum reliquias in monasterium dominæ Radegundis inferret.* XXXIV.

Per S. Euphronium, lignum S. Crucis reconditur suo loco.

Tunc temporis vero a Venantio Fortunato ejusdem S. Radegundis studiosissimo (ut ex plurimis ad eamdem scriptis carminibus constat) nobilis ille conscriptus est sacer hymnus, qui ab universa Occidentali Ecclesia ut in honorem sanctissimæ Crucis sæpe caneretur, usu receptus est, sicque incipit: XXXV.

*Vexilla Regis prodeunt,*
*Fulget Crucis mysterium,*
*Quo carne carnis conditor*
*Suspensus est patibulo, &c.*

Adjecit & illum itidem in Ecclesia Catholica ubique a Latinis musicis modulis occini solitum, cujus hoc est exordium:

*Pange lingua gloriosi prælium certaminis,*

*Et super Crucis trophæum dit triumphum nobilem,*
*Qualiter Redemptor Orbis immolatus vicerit*, &c.

Quod enim ore omnium ferme Fidelium iidem soliti sint concini sacri hymni, eos hic reddere integros non curamus. Verum aliud ab eodem tunc temporis eadem occasione in honorem ejusdem sanctissimæ Crucis elaboratum elegans epigramma hic describendum putavimus; sic enim se habet:

*Crux benedicta nitet, Dominus qua carne pependit,*
*Atque cruore suo vulnera nostra lavit.*
*Mitis amore pio pro nobis victima factus*
*Traxit ab ore lupi qua sacer agnus oves.*
*Transfixis palmis, ubi mundum a clade redemit,*
*Atque suo clausit funere mortis iter.*
*Hic manus illa fuit clavis confixa cruentis,*
*Quæ eripuit Paulum crimine, morte Petrum.*
*Fertilitate potens, o dulce & nobile lignum,*
*Quando tuis ramis tam nova poma geris.*
*Cujus odore novo defuncta cadavera surgunt,*
*Et redeunt vitæ qui caruere die.*
*Nullum uret æstus sub frondibus arboris hujus,*
*Luna nec in nocte, Sol neque meridie.*
*Tu plantata micas secus est ubi cursus aquarum,*
*Spargis & ornatas flore recente comas.*
*Appensa est vitis inter tua brachia, de qua*
*Dulcia sanguineo vina rubore fluunt.*

Quæ autem secuta sint post illatum in monasterium venerandum lignum Crucis, audi quæ subdit sacra virgo Bandoninia:

XXXVI. *Quod ut factum est, exultavit mirifice beata illa cum omni congregatione tale sibi donum cælitus collatum, quod propitium Deum effecturum esset suæ congregationi quam in Dei servitium collegisset, nimirum spiritu præsentiens, post decessum suum quam esset exima monasterii ejus futura facultas, licet ipsa cum cæli Rege gloriaretur. Ut ergo illi subveniret, instar optimi provisoris & pastoris boni, ne oves usquequaque desereret, pretium mundi de pignore Christi e longinqua regione expetitum in loci ejus honorem & populi salutem suo monasterio reliquit.* Sed quid accidit? Quæ visa est sanctissima Crux alieno auxilio & Regum obsequio indigere ad eliciendam credentium fidem, mox ipsa apparere voluit; non alieno quo non indigebat, sed suo fulgore coruscа. Nam audi quid dictis subiiciat: *Ibi divina agente virtute, cæcis redditur lux, aures surdorum patescunt, mutorum linguis suum restituitur officium, claudi ambulant, dæmones profligantur. Quid multa? Quisquis morbo laborans (quicumque tandem ille sit morbus) ex fide eo accedit, per sanctæ Crucis virtutem recedit incolumis. Pro quo ineffabili dono, quod in hanc urbem beata intulit, quisque ex fide vivit, ejus nomini benedicit.* At ne jejunum omnino lectorem ista prætercire sinamus, unum vel duo ex Gregorio Turonensi, qui interfuit his miraculis attexamus; qui cum ea describit, ista præfatur (a): Miracula edita ex ligno sanctæ Crucis.

(a) Greg. Tur. de Glor. mar. c. 5.

XXXVII. *Crux Dominica, quæ ab Helena Augusta reperta est Hierosolymis, ita quarta & sexta feria adoratur. Hujus reliquias & merito & fide Helenæ comparanda Regina Radegundis expetiit, ac devote in monasterium Pictaviense, quod suo studio constituit, collocavit: misitque pueros iterum Hierosolymas, & per totam Orientis plagam; qui circumeuntes sepulcra sanctorum martyrum, confessorumque cunctorum reliquias detulerunt. Quibus in arca argentea cum ipsa Cruce sancta locatis, multa exinde miracula conspicere meruit. De quibus illud primum exponam, quod ibidem Dominus in diebus passionis suæ dignatus est revelare.*

XXXVIII. Lux de Cruce. *Sexta feria ante sanctum Pascha, cum in vigiliis sine lumine pernoctarent, circa horam tertiam noctis apparuit ante altare lumen parvulum in modum scintillæ: deinde ampliatum huc illucque comas fulgoris spargens, cœpit gradatim in altum conscendere; effectaque pharus magna, obscuræ noctis, vigilantique plebeculæ lumen præbuit supplicanti: illucescente quoque cælo paulatim deficiens, data terris luce, ab oculis mirantium evanuit.*

XXXIX. Oleum exundans. *Ego autem audiebam sæpius, quod etiam lychni qui accendebantur ante hæc pignora ebullientes virtute divina, in tantum exundarent oleum, ut vas suppositum plerumque replerent: & tamen juxta stultitiam mentis duræ numquam ad hæc credenda movebar donec brutam segnitiem ipsa ad præsens quæ ostensa est virtus argueret. Ideoque quæ oculis propriis viderim, explicabo.*

XL. Insigne miraculum de excrescente oleo lampadis S. Crucis. *Causa devotionis extitit, ut sepulcrum sancti Hilarii visitans, hujus Reginæ audirem colloquia, ingressusque monasterium consalutata Regina, coram adoranda Cruce ac sacris beatorum prosternor pignoribus. Denique oratione facta, surrexi. Erat enim ad dexteram lychnus accensus:*

quem

*quem cum stillis frequentibus defluere conspexissem, testor Deum quia putavi quasi vas esset effractum, quia erat ei concha supposita, in quam oleum defluens decidebat. Tunc conversus ad Abbatissam, ajo: Tantane te retinet mentis ignavia, ut integrum cicindile laborare non possis, in quo oleum accendatur, nisi effractum, quo defluat, ponas? Et illa: Nec est ita, domine mi, sed virtus est Crucis sanctæ, quam cernis. Tunc ego ad me reversus, & ad memoriam revocans quæ prius audiveram, conversus ad lychnum, video in modum ollæ ferventis magnis fluctibus exundare, ac per oram ipsam undis intumescentibus superfluere, & (ut credo) ad incredulitatem meam arguendam magis ac magis augeri; ita ut in unius horæ spatio plus quam unum sextarium redderet vasculum, quod quartarium non tenebat: admiratusque silui, ac virtutem adorandæ Crucis deinceps prædicavi.* Hæc & alia ex dicto Crucis ligno manasse miracula, idem auctor affirmat.

XLI. Legatio Radegundis ad Imper. Porro sancta Radegundis pretiosissimi accepti ab Imperatore muneris grata, non litteris tantum ipsi gratias agendas existimavit, verum etiam certos misit ad gratias debitas persolvendas legatos, nempe venerandum sacerdotem Regulum, per quem illud ipsum acceperat, & alios. De hac rursum, missa in Orientem legatione, eadem quæ supra ejusdem monasterii monialis sacra virgo Baudonivia isto habet (a): *Pro cælesti autem hoc munere misit supradictum presbyterum cum aliis gratias ut agerent Imperatori*. Quid vero iisdem legatis in Gallias redeuntibus, dum navigarent, acciderit, ex quo ejusdem sanctæ Radegundis virtus magis enituit, ex eadem accipe, dum ista mox subdit:

(a) Baud. in Vita S. Radeg. lib. 2. c. 17.

XLII. *Quibus redeuntibus, mare fluctibus cœpit agitari; ita ut multis illi objecti periculis, ejusmodi procellas & tempestates numquam se vidisse faterentur. Quadraginta diebus & noctibus in medio mari in summum vitæ discrimen conjecti, cum vitam plane desperarent, & mors eis ob oculos versaretur; inter se mutuo conciliati pelago illos jamjam absorbere incipiente, vocem in cælum dabant, ita dicentes: Domina Radegundis subveni servis tuis, ut qui tibi obedivimus, sine subsidio non pereamus: libera nos de præsentissimo submersionis periculo. Ubicumque ex fide invocaris, misericors es: adjuva etiam tuos, ne pereamus. Ad has voces in medio mari columba ad eos veniens, navem ter circumvolavit: cumque tertio id faceret in nomine sanctissimæ Trinitatis, quam beata Radegundis semper in suo habuit pectore, famulus ejus Benefactus manum extendens, e cauda tres extraxit pennas, quas mare intingerent, tempestatem sedavit*. Hæc de liberatione legatorum precibus Radegundis (ut ab omnibus fuit existimatum) per alitis nuncium suos periclitantes invisentis, & per ejus pennas, quibus nihil levius esse potest, exæstuantis maris fluctus divinitus mitigantis, penitusque sedantis.

XLIII. Radegundis Reginæ gloria. Magno namque beneficio Francorum gentis talem tantamque Reginam virginem æque ex Burgundiæ Regibus oriundam, sicut & Crotildem fidei Christianæ Francis auctricem, Deus clarere in Ecclesia fecit hoc sæculo, cum Galliæ bello civili sæpe repetito flagrarent; quæ veluti nocturno tempore super excelsam turrim ingens pharus esset posita lucens, perspicua errantibus duplici lumina tum ex sanctissimæ vitæ moribus, tum etiam ex frequentibus edi solitis ab ea miraculis comparato. In ejus laudem tam metro tum soluta quoque oratione cum plurima scripserit Venantius Fortunatus, ex multis unum hic accipe epigramma (b):

(b) Fortun. carm. lib. 8.

Ad beatam Radegundem.

*Regali de stirpe potens Radegundis in Orbe,*
*Altera cui cælis regna tenenda manent.*
*Despiciens mundum, meruisti acquirere Christum:*
*Et dum clausa lates, hinc super astra vides.*
*Gaudia terreni conculcans noxia regni,*
*Ut placeas Regi læta favente polo.*
*Nunc angusta tenes, quo cælos largior intres;*
*Effundens lacrymas gaudia vera metes:*
*Dum corpus crucians, animam jejunia pascunt.*
*Salve quam Dominus servat amore suo.*

Quod autem idem Fortunatus eamdem sanctæ plæque amans sæpe carmine caneret, & monasterialis frequentaret: cum ejusmodi officia quæ ex pietate animique integritate progredi solerent, in deteriorem partem susurrones acciperent, qui nonnisi ex suis ipsorum depravatis moribus soleant aliorum facta metiri; idem ad ipsam hæc scripsit tum carmina (c):

(c) Fortun. carm. l. 11. Mirifice coluit Radegundem Fortunatus.

*Mater honore mihi, soror autem dulcis amore:*
*Quam pietate, fide, pectore, corde colo,*
*Cælesti affectu, non crimine corporis ullo:*
*Non caro, sed hoc quod spiritus optat, amo.*

*Est Testis Christus, Petro, Pauloque ministris,*
*Cumque piis sociis sancta Maria videt,*
*Te mihi non aliis oculis, animoque fuisse,*
*Quam soror ex animo tu Titiana fores:*
*Ac si uno partu mater Radegundis utrosque,*
*Visceribus castis progenuisset eram,*
*Et tamquam pariter nos ubera chara beata*
*Pavissent uno lacte fluente duos.*
*Heu mea damna gemo, tenui ne forte susurro*
*Impediant sensum mollia verba meum.*
*Sed tamen est animus simili me vivere voto,*
*Si vos me dulci vultis amore coli.*

Juste amata, cultaque S. Radegundis a Fortunato.

Hæc & alia aliis versibus sæpe idem auctor inculcat adversus obtrectatores. At quomodo non toto amanda corde, omnibusque laudibus prosequenda, obsequiisque cunctis honoranda, & muneribus demerenda, ab omnibus, quæ regiæ nobilitatis verticem Christi amoris causa summa animi demissione adeo inclinasset, angelicamque vitam in terra, spreto connubio Regis, ducere statuisset, omnique virtutum genere compta Christo sponso placere semper ardentissime studuisset? Quis vehementer amare refugere posset quam a Deo ejusque Angelis atque Sanctis præ cæteris diligi perspexisset? Quis obsequi in omnibus illi refugeret, cujus virtuti in miraculorum editione cælestia atque terrestria pariter obtemperare cognovisset? Quis denique omni cultus genere prosequi eam prætermisisset, quam currentem in odorem unguentorum cælestis sponsi, & post eam & ab ea sacrarum virginum chorum duci intellexisset? Sed de Radegunde ac Fortunato modo satis.

XLIV. Quod vero jam ad calcem anni hujus pervenimus, non prætermittendum de Victore chronographo meminisse quem genere Africanum in hunc usque primum Justini Imp. annum, suum Chronicon perduxisse, auctor est Isidorus, qui de ipso ista habet (a): *Victor Tunnensis sive Tunnensis Ecclesiæ Africanæ Episcopus a principio mundi usque ad primum Justini Junioris Imperatoris annum perbrevem per Consules annos bellicarum Ecclesiasticarumque rerum nobilissimam promulgavit historiam laude & notatione illustrem ac memoria dignam, &c.* Diximus ex eodem de ipso superius suo loco, jussu Imperatoris in exilium deportatum, ac demum Constantinopolim revocatum, detrusumque ibidem in monasterium in defensione Trium capitulorum perstantem diem clausisse extremum. Porro de eodem Victore locum corrige Isidori in libro Originum: ibi enim dum de ipso agitur, nominatus reperitur, Turonensis Episcopus, loco Tunnensis, sive Tumuensis. Finis hic Victoris: quem cum aliis, dum videri voluit nimis justus stupor oppressit, non attendentem, quod commonet Ecclesiastes, dicens (b): *Justus perit in justitia sua.* Et paulo post: *Noli esse multum justus, neque plus sapias, quam necesse est, ne obstupescas.*

De Victore Episc. Africano.

(a) Isidor. de Vir. illustr. c. 25.

(b) Eccles. 7.

Quin-

I. Cruentus annus nece nobilium.

QUingentesimus sexagesimusseptimus annus Redemptoris adest, qui Indictionis decimæquintæ, ipsius Justini Imperatoris secundus a Mense Novembri anni superioris jam cœptus adnumeratur; idemque alicubi secundo ejusdem Augusti Consulatu inscriptus habetur: sic enim visus est revocasse in usum Consulatus amplissimum magistratum, ut ipse solus eo potitus nullum asciverit sibi collegam. Sanguinolentus fluxit hic annus nece Justini Ducis cognati ipsius Imperatoris, necnon clarissimorum virorum Ætherii & Addæi, quos hoc anno Imperatorium gladium sustulisse, omnes historici, (a) nota temporum singula consignantes affirmant; sed & diem necis notat Eustathius (b), fuisseque ait tertiam mensis Octobris. Ante hos illustres viros e medio sublatum esse Justinum, Evagrius (c) docet, cui potius assentimur, quam recentiori (d) auctori ad sextum annum Justini Imperii referenti. De Justino igitur primam aggrediamur tragœdiam: cujus non sit quem non misereat, qui res ab eo præclare gestas in bello Persico & aliis ex Procopio atque Agathia perceperit. Sed audiamus de ejus

(a) Miscell. hoc ann. & Cedren.
(b) Eustat. in Vita S. Eutych. apud Sur. die 6. Apr.
(c) Evag. l. 5. c. 1. 2.
(d) Cedr. Annal. in Justino.

---

PAGIUS SÆC. VI. An. V. C. 1320. Anno Eræ Hispan. DCV. A.C. 567.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6060.

☉ 26. B. ☽ 27. P. 10. April. Indict. 15.

JESU CHRISTI 567.

JOANNIS III. PAPÆ 8.

JUSTINI JUN. IMP. 3.

I. Consulatus Justini Aug.

[a] HIc annus ista formula notatur: *Justino Augusto solo Consule.* Vel, *Anno secundo, Justino Juniore Augusto primum solo Consule*, ut Onuphrius lib. 3. Fast. dicit, se legisse in Fastis Maffejorum, qui nunquam lucem viderunt; vel denique, ut loquitur Marius Aventicensis; *Anno primo Consulatus Justini Junioris Aug.* Consulatum iniit Justinus *Kalendis Januariis*, ut liquet ex Corippo lib. 2. de laudibus Justini, ubi hunc sic populum alloquentem inducit;

*Nomenque negatum*
*Consulibus Consul post tempora cuncta novabo.*
*Gaudeat, ut totus Justini munere mundus*
*Dona Kalendarum properant vicina mearum.*

Consulatum autem hoc anno a Justino gestum, non vero superiori, ut Baronius ibidem, Fasti Heracliani, & Auctor Chronici Alexandrini habent, docent non tantum Fasti Maffeiorum citati, & Marius, qui eum cum Indictione XV. copulat; sed etiam Postconsulatus XXV. Basilii, a Continuatore Marcellini & eodem Mario memoratus; hic enim Postconsulatus nonnisi anno DLXVI. usurpari potuit. Adhæc Theophanes anno Incarnat. secundum Alex. DLIX. qui Kalendis Septemb. anni Christi DLXVI. incipit, ait: *Consulum more munus dedit Justinus, multasque pecunias, quibus etiamnum plures ditati, sparsit in populum*, Kalendis scilicet Januariis. [s]

II. Justinus Consulatum in solos Augustos transtulit.

Porro *Justinus* Consulatum ordinarium, tam ab Imperatoribus quam a privatis geri solitum; & *Decennalia* ac id genus Festa, singulis quinquenniis exhiberi solita abrogavit, Consulatumque sine collega a solis Augustis imposterum geri voluit, & tam ab illo, quam ab Imperio annos eorum dinumerari; hac scilicet ratione, ut plures Imperii quam Consulatus annos numerarent; quæ consulatus forma usque ad Constantinum Pogonatum duravit. Fastos istos Orientales ac Byzantinos in 3. parte Dissert. Hypaticæ pluribus declaravi, & in hoc Opere, quæ ibi dixi, magis confirmabo. Hactenus enim hoc Consulatus genus parum notum fuit. Juvabit autem observare, *Consulatus honorarios* non solum cum ordinariis abolitos non fuisse; sed etiam, postquam perpetui intermissi sunt, adhuc per aliquod tempus obtinuisse, ut patet ex Novella XCIV. Leonis Philosophi, qua Novellam CV. Justiniani, quæ de Consulatu agit, rescindit.

III. A num. I. ad VII. *Justinus* Aug. ut refert Evagrius lib. 5. cap. 1. & seq. Imperii sui initio in *Justinum* cognatum suum, qui Consulatum

---

NOTÆ [r] J*Ustino Augusto solo consule*, vel: *Anno secundo Justino Juniore Augusto primum solo Consule*; vel ut Marius Aventicensis: *Anno primo consulatus Justini Junioris Aug.*

Vetus inscriptio in exquiliis eruta, & a Fabretto edita pag. 553. & a Philippo a Turre Episcopo Adriensi in Differt. Apologetica de nummo Anniæ Faustinæ pag. iii. explicata.

FLORA. QUÆ VIXIT ANN. V.
DIES. XXVIII. DEP. SUB. DIE
III. ID. AUG. IND. XV. P. C.
D. N. JUSTINI. PP. AUG.
ANN. II.

Hunc lapidem illustrat modo laudatus Antistes Adriensis, ex quo patere ait *annum secundum* post consulatum *Justini* enumerari more *Victoriano*; falli eos omnes qui scripserunt, *Justinianum* vita functum, & *Justinum* ad Imperium elatum, *Indictione XV.* GEORGIUS

[s] FIeri utique potest Justinum hoc anno Consulatum iniisse, at secundum non primum, ut perspicue docet Instrumentum in papyro Ægyptia descriptum, quod e Schedis Cl. Fontanini produxit Cl. Scipio Maffejus in Appendice operis: *Historia diplomatica* &c. editi Mantuæ 1727. in 4. Sic autem consignatur: *Imp. D. N. Justino pp. Augusto anno septimo, & p. c. ejus secundo anno quarto sub d. tertio Nonarum Juniarum Indictione quarta.* Sermonem hic esse de Justino Juniore, non vero de Seniori altero, constat, quia sub Seniore Imperatorum postconsulatus nondum recensebantur, neque ejusdem Imperatoris annus septimus cum Indictione IV. congruit. Indictio hæc quarta cum quarta post Consulatu secundi Consulatus Justini minoris exhibet

jus nece quæ scribat Evagrius (a):

II. (a) Evagr. l. 5. c. 1. 2. De Abaris atque Turcis.

*Quinetiam* (inquit) *audacia & timiditate, duobus vitiis contrariis irretitus, primum Justinum cognatum, virum in magna gloria apud omnes, tum ob rerum bellicarum usum, tum ob alia ornamenta, jam circiter Danubium ideo commorantem ut Abaros, ne eo flumine trajecto in fines Romanorum irrumperent, probiberet, ad se accersit. Isti Abari sunt ex gente Scytharum, qui Amaxobii dicuntur, quique agros ultra Caucasum jacentes accolunt, oriundi. Qui Turcas vicinos suos ab illis gravibus affecti incommodis cum omnibus fuit fugientes, primum ad Bosphorum venerunt; deinde Euxini ponti littoribus relictis (ubi multæ gentes barbaræ habitant illæ quidem, sed urbes & castella a Romanis incolebantur, atque eo, tum nonnulli milites rude donati advenerant, tum coloniæ erant de sententia Imperatorum deducta), recto itinere contenderunt, omnibus barbaris qui ante pedes erant usque eo expugnatis, quoad Danubii ad littora pervenirent: unde legatos miserunt ad Justinianum.* At quod ad Turcas pertinet quos Abaris fuisse confines Evagrius tradit: veteres eosdem non ignorarunt: siquidem a Plinio (b) adnumerantur inter eas gentes, quæ circa Mæotidem paludem habitant. Horum dum hujus etiam temporis scriptor meminit Agathias (c), ait ipsos fuisse horribiles visu, intonsos, sordidos, impexos, squalidos. Sed de his alias. Pergit Evagrius:

(b) Plin. hist. l. 6. c. 7. (c) Agath. l. 1.

III. Justinus Dux injuste necatur.

*Ex eo loco Justinus accersebatur, eo nomine videlicet, uti conditionibus inter ipsum & Imperatorem Justinum pactis frueretur. Nam quoniam ambo in simili vitæ splendore positi videbantur, & Imperium ad utrumque spectaret; post magnam de rerum summa disceptationem & controversiam convenit inter eos, ut uter illorum ad Imperii honorem ascenderet, alteri deferret secundas, catenus quidem, uti licet secundas ab Imperatore, præ ceteris tamen omnibus primas obtineret. Quapropter Justinus Imperator benevolentia quadam fronte simulata, alterum Justinum complectitur; & criminibus paulatim contra eum confictis, & satellitibus militibus prætorianis ac stipatoribus ab eo remotis vetat quo minus in publicum prodiret (domi enim assidue se continuit) & tandem mandat Alexandriam transportandum. In qua urbe nocte intempesta, cum jam decumberet in lecto, miserandum in modum interemptus est: istaque mercede tum ob benevolentiam in Rempublicam, tum ob res præclare in bello gestas remuneratus. Atque non prius Imperatoris, ejusque conjugis* Sophiæ Augustæ *furor & iracundiæ flamma restincta fuit, quam caput ejus cervicibus abscissum cernerent, inque illud calcibus insultarent.* Hæc de nece Justini Ducis exercitus habet Evagrius.

Sed

PAGIUS

*Justinus in aliquot Viros primarios sævit.*

tum ordinarium anno DXL. aliasque magnas Dignitates consecutus fuerat, & in *Aetherium* ac Addæum, *Viros ordinis Senatorii, qui apud Imperatorem Justinianum plurimum potuerant*, animadvertit, ac eos morti tradidit. Sed contigit id anno superiori, ut deduco ex Eustathio in Vita Sancti Eutychii Episcopi Constantinop. cap. 8. ubi dicit, *Eutychium* ab exilio revocatum esse *tertia Octobris, qua Dominica erat: qua quidem die & ille, qui ipsi insidias struxerant, eumque ejecerant in exilium Aetherius & Addeus, hic Urbis Præfectus, ille Palatiorum Antiochi dictorum Curator mortui sunt.* Ubi Eustathius loquitur de die tertia mensis Octobris anni quingentesimi septuagesimi septimi, qua Eutychius restitutus est in Episcopatum Constantinopolitanum, & in quam Dominica eo anno cadebat. Theophanes autem *Aetherium* & *Addeum* anno Christi DLXVI. interfectos esse docet. Anno quippe Incarnationis secundum Alex. DLIX. qui Kalendis Sept. anni Christi DLXVI. exorditur, de utriusque supplicio differit, quod cum illis *die tertia Octobris*, ut testatur Eustathius laudatus, irrogatum fuerit, ad annum DLXVI. pertinet quo dies III. Octob. in Dominicam cadit. Theopha-

NOTÆ

bet annum 571. Cum enim certum sit ex Authoribus a Pagio productis anno 567. Justinum egisse Consulem, & cum Consulatus iste, ut eruitur ex collatione Monumenti Baluziani, de quo nos in Nota ad A. 565. 2. non primus, sed secundus fuerit; quartus post Consulatus secundi Consulatus ducis nos in annum 572. Indictione quarta notatum. Quomodo autem annus iste die *tertio nonarum Junii* fuerit septimus Imperii Justini negocium Eruditis facessit. Mea quidem opinione, annus iste septimus ducendus esset a Cæsaris dignitate, quam Justinus a Justiniano ante ejus mortem obtinuerit, anno forte 564. vel 565. Quanquam enim Cæsream hanc Justini dignitatem negat Pagius, Corippi tamen, quod producit, testimonium apertius est, quam ut evasione aliqua eludatur. Porro ætatis ejus Imperatores Cæsareæ dignitatis annos cum annis Imperii interdum numerasse ex documentis pluribus Mauritii, & Tiberii discimus. Vide inscriptionem Synodi Gradensis apud Pagium ad A. 577. 5. Quamquam enim hujus Synodi veritas nobis est suspiciosa; ejus tamen subscriptio a nemine erroris arguitur.

Hæc olim ego mecum commentabar, postmodum vero plura simul conferens vetera monumenta Justini annis notata, vindicias hac in re instrumenti papyracei deserere coactus sum. Etenim si annus iste septimus ab inita Cæsarea dignitate ducatur, karere illam ante diem III. Non. Junias anni 565. oportet. Sed apud Muratorium ex Illustrissimo Philippo a Turre desumptus extat Lapis Capuanus, in quo annus VII. cum indictione V. & mense Augusto conjungitur. Hinc vero conficitur anno 571. his characteribus notato annum Justini VII. nondum desiisse, adeoque anno 565. ante Augustum Cæsarem nondum agebat. Temporariæ igitur documenti hujus notæ corrigendæ sunt. Ubi vero mendum cubet, quis divinaverit? Forte enim Indictio V. pro IV. reponenda est. Forte vero annus Justini VI. pro VII. legendus. Mansi

IV. Ætherii & Addæi supplicium. Sed quæ in Ætherium & Addæum clarissimos Senatores admiserit, ita subdit: *Non longo tempore post, Ætherium & Addæum, utrumque ex ordine Senatorio, qui principem locum apud Justinianum diu tenuerant, in judicium ob piaculum quoddam adduxit Justinus. Quorum alter (Ætherium dico) confessus se animo instituisse Imperatorem veneno conficere, habuisseque Addæum illius conatus socium & in omnibus adjutorem. Verum Addæus grandi cum jurejurando affirmat se istius rei prorsus ignarum esse. At uterque tamen securi percussus est. Atque Addæus, cum jam caput abscinderetur, dixit ingenue licet falso de his rebus esset accusatus, justa tamen debitaque a Deo facinoris cujusque contemplatore & vindice sibi inflicta supplicia; Theodotum namque aulæ Præfectum se præstigiis quibusdam e medio sustulisse. Caterum ista itane se habeant, an secus, non possum quidem pro certo affirmare. Attamen uterque scelestus fuit: quippe Addæus insano puerorum amore exarsit: Ætherius autem nullum calumniæ genus prateriens, tum vivos, tum mortuos nomine aulæ Imperatoriæ, cui regnante Justiniano præfuit, fortunis spoliavit. Atque hæ res hunc habuere exitum.*

V. Hæc cum habeat Evagrius, ipsam quidem illa causa præterit utriusque supplicii, sacrilegium nimirum ab utroque adversus sanctum Eutychium Constantinopolitanum Episcopum perpetratum, cum eum trudentes in exilium pessime habuere.
(a) Eustat. in vita S. Eutych. apud Sur. die 6. Apr. Est horum omnium fidelis testis Eustathius, qui interfuit, cunctaque litteris commendavit, atque de his hæc habet (a):

VI. *En quidem die tertia mensis Octobris, quæ erat Dominica. Qua quidem die & illi qui viro sancto insidias struxerant, atque in exilium ejecerant, Ætherius & Addæus, quorum hic urbis Præfectus erat, ille autem Antiochiæ Curator, mortui sunt: & quemadmodum virum sanctum ejiciendum curaverant, ita ambo mercedem perceperunt. In hac igitur die vir optimus sedem recepit atque Ecclesiam suam, & ipsi privati sunt vita, multis annis antequam ipse revocaretur.* Et paulo inferius: *Jam de superhumerali*, pallio videlicet, *dicenda sunt: neque enim illi in ea expulsione fuit ereptum, sed apud eum mansit. Cum enim quidam e clericis suaderent Ætherio, ut ipsum adimeret viro sancto; ille, neglectis eorum verbis recusavit. Itaque cum ipse in indignatione versaretur, eis, qui ad se invisendum venerant, confessus est: Quæ inquiens, feci domino Eutychio, ea in me cumulate reciderunt. Per homines enim meos oppugnavi eum, & per homines meos oppugnatus sum: Vestimenta illius diripui; omnia mihi direpta sunt. Unum tantum non ademi: id mihi quoque relictum est. Cum enim clerici me hortarentur, ut adimerem superhumerale, non feci. Et ecce cum in hac sim calamitate, zona tantum & dignitatis meæ insignia a me non sunt ablata. Lugens ille quidem hæc narrabat; pœnitentiæ tamen tempus non invenit, quamvis multis lacrymis eam quæsivisset. At de his quidem satis.* Hæc Eustathius: quibus intelligas virgam illam, quam vigilantem Hieremias (b) vidit divinam scilicet imminentem super quoslibet delinquentes ultionem, juste digneque ad infligenda peccantibus verbera divinæ manus arbitrio tempore congruo deorsum ferri. (b) Hier. 1.

Sed jam ingens strepitus barbarorum Italiam aggredi parantium, ut oculos atque aures, ita & stylum ad se convertit. Quæ enim depressis atque penitus fere extinctis Gothis, cunctisque Francis eam subige- VII.

PAGIUS phanet cædem Justini differt usque ad annum Incarnat. secundum Alex. DLXIII. qui anno Christi DLXX. inchoatur. Verum rectius Evagrius eam ante mortem *Aetherii* & *Addæi* recitat, cui suffragatur Biclariensis in Chronico, qui eam cum anno secundo Imperii Justini alligat. Erat Justinus ille Germani Patricii filius, & consobrinus Imperatoris Justini, ut scribit idem Biclariensis. Eum *Justinianus* Imp. Magistrum militum per Colchidem & Armeniam creaverat, ut prodit Agathias in lib. 4. Postea vero eundem Magistrum militum per Thracias instituit, ut tradit Menander Protector pag. 99.

IV. Narses ex Italia revocatur. A num. VII. ad XVII. *Narses* Italiæ reparator, pessimo Justini consilio, Constantinopolim revocatus est, indeque non solum Barbaris; sed & Venetis schismaticis animos crevit, ac paulo post nobilissima illa Provincia & Longobardorum bello, & schismaticorum dissidiis afflicta est. Marius quidem Aventicensis Narsetem anno tantum sequenti ex Italia revocatum asserit: *Anno secundo*, inquit, *Consulatus Justini Jun. Aug. Indictione prima. Hoc anno Narses ex Præposito & Patricio, post tantos prostratos tyrannos, idest Baduillam, & Tejam Regem Gothorum, & Buccelenum Ducem Francorum, nec non & Sindevalem Erulum, Mediolanum, vel reliquas Civitates, quas Gothi destruxerant, laudabiliter reparatas, de ipsa Italia a suprascripto Augusto remotus est.* Verum Marius, qui Justini initium in annum Christi DLXVI. male distulit, res quas postea narrat, anno uno tardius subinde collocat. Cumque Langobardi anni sequentis initio Italiam ingressi sint, *Longino* Narsetis locum obtinente, hujus Exarchatus superiori anno inchoari debuit, & Sigebertus in Chronico ad annum DLXVI. recte ait, Narsetem accusatione Romanorum Patriciatu dejectum invitasse *Langobardos* ad possidendam Italiam: cum enim illuc pervenerint initio anni DLXVIII. eos uno aut altero antea anno, invitatos oportet.

Paulus Diaconus lib. 2. de Gestis Langobard. cap. 5. Anastasius in Vita Joannis III. Papæ, Fredegarius in Epitome cap. 65. Sigebertus, Marianus Scotus, Hermannus Contractus, alique Scri- V. Langobardos in Italiam accersivit.

igere laborantibus, jam tandem visa est Italia quievisse, novis exundantibus barbaris, majori cœpit subjacere discrimini, cum videlicet grassantes Longobardi in eam parant adventum. Hæc autem quomodo se habuerint, quæ Paulus diaconus Longobardorum res prosecutus conscripsit, primum adducamus in medium, qui sic exorditur (a):

(a) Paul. diac. de Gest. Longobard. l. 2. c. 5.

VIII. De Narsete & Sophia Augusta.

*Narses* (inquit) *dum multum auri & argenti, aliarumque rerum divitias acquisivisset, magnam a Romanis, pro quibus multum contra eorum hostes laboraverat, invidiam traxit: qui contra eum Justino Augusto, ejusque conjugi Sophia Augusta suggessere, dicentes, quod expediret Romanis servire Gothis potius quam Græcis, ubi Narses eunuchus imperat & nos servitute opprimit, & hæc noster pissimus Imperator ignorat. Aut igitur libera nos de manu ejus, aut certe Urbem Romam & nosmetipsos Gentibus tradimus. Cumque hoc Narses audisset, hæc breviter retulit verba: Si male feci Romanis, male inveniam. Tunc Justinus Augustus in tantum adversus Narsetem commotus est, ut statim in Italiam Longinum Præfectum mitteret, qui Narsetis locum obtineret. Narses vero his cognitis valde timuit, & usque adeo ab Augusta perterritus est, ut ultra regredi Constantinopolim non auderet: cui inter cætera (quia eunuchus erat) illa hoc fertur mandasse, ut eum puellis in gynæceo lanarum pensa faceret dividere. Ad quæ Narses respondisse fertur: Talem se eidem telam orditurum, qualem ipsa, dum viveret, deponere, aut detexere non posset.*

IX. Legatio Narsetis ad Longobardos.

*Itaque odio & metu exagitatus, Neapolim Campaniæ civitatem secedit: unde legatos mox ad Longobardorum gentem dirigit, mandans ut pauperrima Pannoniæ rura desererent, & ad possidendam Italiam cunctis refertam divitiis venirent: simulque multimoda pomorum genera, aliarumque rerum species, quarum Italia ferax est, ad eos mittit, ut eos ad veniendum citius posset illicere. Longobardi læta nuncia, quæ ipsi præoptaverant gratanter accipiunt, atque futuris commodis animos extollunt. Continuo vero apud Italiam terribilia noctu signa visa sunt, utpote igneæ acies in cælo apparentes, eum videlicet, qui postea effusus est, sanguinem tali coruscatione portendentes.* Hæc Paulus diaconus, qui hæc accidisse hoc eodem anno satis demonstrat, dum ipsam eruptionem Longobardorum e Pannonia in Italiam anno sequenti, nimirum, quingentesimo sexagesimooctavo, quarto Nonas Aprilis, vel ipsis Kalendis ejusdem, contigisse commemorat (b).

(b) Paul. diac. de Gest. Longobard. l. 2. c. 6.

X. Quod autem spectat ad inimicitias inter Senatum populumque Romanum atque Narsetem conflatas: Anastasius auctor est Joannem Romanum Pontificem ad eos inter se conciliandos accessisse sequestrem, Neapolimque ea de causa profectum, eumdemque in Urbem revocasse: ait enim: *Ut cognovit Joannes Papa, quia suggestionem suam ad Imperatorem contra Narsetem Senatorem misissent,* Romani scilicet, *festinus venit Neapolim: cœpit eum Joannes Papa rogare, ut reverteretur Romam. Tunc Narses dixit ei: Dic sanctissime Papa, quid mali feci Romanis? Vadam ad pedes ejus qui me misit; ut cognoscat Italia, quomodo totis viribus laboravi pro ea. Respondit Joannes Papa, dicens: Citius ego vadam, quam tu de hac terra egressus fueris. Reversus est ergo Narses cum Joanne sanctissimo Papa. Hinc sanctissimus Papa retinuit se in cœmeterio sanctorum Tiburtii & Valeriani, & habitavit ibi multum temporis, ut etiam Episcopos ibi consecraret. Narses vero ingressus Romam, non post multum temporis mortuus est, &c.* Sed de Narsetis obitu inferius pluribus agendum erit. Vidisti omnia quæ de Narsete tum a Paulo diacono, tum ab Anastasio scripta sunt. At hæc verane sint, diligentiori sunt studio investiganda.

Atque primum illud expendendum, an veritate subsistat, Narsetem hoc tempore in Italia commoratum, atque inde Lon- XI.

PAGIUS Scriptores Latini scripsere, *Narsetem a* Sophia Augusta territum, ut regredi ultra Constantinopolim non auderet, Langobardos, ut in Italiam venirent, invitasse. Baronius hoc inter fabulas reiicit, existimatque, *Narsetem* ante Justini Imperium ex Italia a Justiniano revocatum fuisse, quod in Corippo legisset, ipso Justini initio Narsetem Ducem celeberrimum Constantinopoli eius inaugurationi interfuisse, & Curopalatem tunc fuisse, quæ summa Palatii dignitas haberi cœpit, ex quo *Justinus* Justiniani nepos eam gessit. Verum imperante Justino tres Narsetes claruere, iique Persarmeni. De duobus prioribus loquitur Procopius lib. 2. de Bello Goth. cap. 13. *Erat is*, inquit, *Narses spado, & Sacrarum Largitionum Comes, &c. Justinus Dux Illyricorum, & Narses alter, qui ex Armeniis Persæ subditis ad Romanos transfugerat olim cum Aratio fratre.* Primus Præfectus Italiæ fuerat, & de eo loquitur Marius citatus. Secundus, qui frater erat Aratii & Isacii, periit in bello Persico, imperante Justino gesto, ut refert Procopius lib. 2. de Bello Pers. cap. 25. qui & alibi sæpe ejus mentionem facit. Tertius, Narses ille est, de quo Corippus loquitur, & hæc a Baronio num. XI. recitata cecinit:

*Armiger interea, Domini vestigia lustrans*
*Eminet excelsus super omnia vertice Narses,*
*Agmina, & Augustam cultu præfulgurat Aulam*
*Comptus cæsarie, formaque insignis & ore.*

At *Narses* iste, de quo loquitur Poeta, non est is, qui tantas res in Italia gessit, quique in of- VI.

De Narsete historia Pauli Diaconi rejicitur. Longobardos e Pannonia convocasse, qui sequenti anno irruperint io Italiam, cum jam in locum ejus ab imperatore Longinus subrogatus esset. Hæc autem ab auctoribus conscripta, qui post plurimos annos vixerunt, ut in dubium revocentur, haud mirum videri debet; cum præsertim ab auctore arguantur, qui his temporibus vixit. Certe quidem Corippus grammaricus Africanus, quem superius sæpe citasse meminimus, Narsetem jam ante præsentem annum revocatum Constantinopolim, magnumque honorem apud Justinum Imperatorem consecutum docet, dum ait ipsum præsentem fuisse anno superiori quo Justinus adiit Consulatum, inhæsisseque præ cæteris lateri ipsius Imperatoris, cum audivit legatos missos ab Avaribus barbaris. Habet enim de ipso hos versus (a):

(a) Corip. in laud. Justin l. 3.

*Armiger interea, domini vestigia lustrans,*
*Eminet excelsus super omnia vertice Narses*
*Agmina & Augustam cultu præfulgurat aulam,*
*Comptus cæsarie, formaque insignis & ore:*
*Aureus omnis erat, cultuque habituque modestus,*
*Et morum probitate placens, virtute verendus,*
*Fulmineus, cautus, vigilans noctesque diesque*
*Pro rerum dominis.*

Et inferius de eodem Narsete ita magnifice (b):

(b) Corip. l. 4. in fin.

*Nec non castipotens membrorum robore constans,*
*Aspectu mentis, usu a gravitate benignus*
*Adstabat Narses, sedemque ornabat herilem,*
*Splendida signa gerens qualis pretiosus Achates,*
*Aut medius fulvo Parius lapis enitet auro,*
*Artificis formante manu: sic luce coruscus,*
*Sic animo placidus, mitis, sic gratior ore,*
*Terga tegens domini, clario fulgebat in armis.*

Hæc de Narsete auctor ipso anno primo Justini Imperatoris: ut non sit dubium ipsum jam antea ab Italia fuisse Constantinopolim revocatum. Quamobrem ea omnia a Paulo diacono, sive ab aliis de ipso afferta commenta corruunt, dum volunt minime ante hac fuisse reversum Constantinopolim, sed hoc anno altercatum cum Senatoribus Urbis, & ab Augusta contemptum.

XII. Sed nec est quod dici possit ipsum Narsetem, qui reperitur anni superioris initio fuisse Constantinopoli, ab Imperatore iterum in Italiam missum cum eodem munere præfecturæ. Etenim omnes consentiunt atque simul testantur, Longinum in ejus locum subrogatum fuisse: quamobrem in Italiam iterum missum esse, ut dicamus, nulla ratio persuadet. Sic igitur cuncta quæ de vocatis ab eo ex dicta causa Longobardis sunt per Paulum diaconum enarrata, in dubium revocari posse videntur, & fabulæ loco accipi quæ sponte corruant, cum firmitate veritatis non subsistant. His in medium adductis, reliquum est, ut cœptam jam de adventu Longobardorum in Italiam historiam prosequamur, atque primum de iis quæ de dira clade ab ipsis Italiæ inferenda fuerant ante significata.

XIII. Quod igitur ad prodigia attinet quorum meminit Paulus, ea ex ipso sunt fonte petenda. S. Gregorius Papa de his agens, hæc pro concione habuit ad populum (c): *Priusquam Italia Gentili gladio ferienda traderetur, igneas in cælo acies vidimus, ipsumque qui postea humani generis fusus est, sanguinem coruscantem.* Hæc Gregorius. Sed quæ ante hæc ostensa de his sint sancto Redempto Episcopo Ferentinati, idem S. Gregorius narrat his verbis (d): *Redemptum Ferentinæ civitatis Episcopum,*

(c) Greg. homil. 1. in Evang.

(d) Greg. dial. l. 3. c. 38.

Quæ præostensa de incursione Longobardorum sancto Redempto.



PAGIUS

*Narses Cubicularius diversus a Narsete Eunucho.*

offensionem *Sophiæ* Augustæ incurrit. Neque enim *Narses* eunuchus forma insignis fuit & ore, neque etiam juvenis, sed senex. *Narses* itaque de quo Corippus, sub Mauricio Dux militum fuit, & triginta circiter annis post priorem adhuc floruit, tantoque Persis terrori fuit, ut Persarum infantes, audito solo *Narsetis* nomine tremerent. De eo fuse Theophylactus in Historia Mauriciana. Baronius anno DLXVIII. num. XIII. & seq. de isto *Narsete* loquitur, concluditque, se hanc suam opinionem considerandam potius proposuisse, quam historica lege credendam. Dubitat ibidem Cardinalis doctissimus, an *Narses* ille, de quo loquitur Paulus lib. 2. cap. 4. quem scribit, exilio damnasse *Vitalem* Episcopum Altinæ Civitatis, diversus sit a Narsete Eunucho: sed certum est, illum eumdem esse; cum ibidem Paulus sermonem habeat de peste, quæ Narsetis tempore Italiam vastavit, ipso nempe fine Imperii Justiniani, ut supra ostendimus. Præterea Narses, de quo Theophanes ad annum VI. Justini Jun. scribit: *Hoc anno Narses Cubicularius & Protospatharius, qui Justino Imp. adeo charus fuit, ut ejus gratia ludibriis respergeretur, domum Narsetis construxit, & Catharorum Monasterium*, Narses, inquam, iste ille est de quo verba facit Corippus, qui Cubiculariis & Eunuchis præsidebat; horum enim seriem & ministeria describit Corippus lib. 3. Hunc etiam Narsetem Proto-

spa-

*vitæ venerabilis virum, qui ante hos fere annos septem ex hoc mundo migravit, tua dilectio cognitum habuit. Hic, sicut mihi adhuc in monasterio prope posito valde familiariter jungebatur, hoc quod Joannis Junioris prædecessoris mei tempore de mundi fine cognoverat, sicut longe lateque claruerat, a me requisitus mihi ipse narrabat. Ajebat namque quia quadam die, dum parochias suas ex more circuiret, pervenit ad Ecclesiam beati Eutychii martyris. Advesperascente autem die, stratum sibi fieri juxta sepulcrum martyris voluit, atque ibi post laborem quievit. Cum nocte media (ut asserebat) nec perfecte vigilare poterat, nec dormiebat; sed depressus, ut solet, somno, gravabatur quodam pondere vigilans animus; atque ante eum idem martyr Eutychius astitit, dicens: Redempte, vigilas? Cui respondit: Vigilo. Qui ait: Finis venit universæ carnis: Finis venit universæ carnis: Finis venit universæ carnis. Post quam trinam vocem visio martyris, quæ mentis ejus oculis apparebat, evanuit. Tunc vir Dei surrexit, seque in orationis lamentum dedit.*

XIV. Mala a Longobardis illata.

*Mox enim illa terribilia in cælum signa secuta sunt, ut hastæ atque acies igneæ ab Aquilonis parte viderentur. Mox effera Longobardorum gens de vagina suæ habitationis educta, in nostram cervicem grassata est; atque humanum genus, quod in hac terra præ nimia multitudine quasi spissæ segetis more surrexerat, succisum aruit: nam depopulatæ urbes, eversa castra, concrematæ Ecclesiæ, destructa monasteria virorum & feminarum, desolata ab hominibus prædia, atque ab omni cultore destituta in solitudine vacat terra: nullus hanc possessor inhabitat: occuparunt bestiæ loca, quæ prius multitudo hominum tenebat. Et quid in aliis mundi partibus agatur, ignoro. Nam in hac terra, in qua nos vivimus, finem suum jam non nunciat, sed ostendit. Tanto ergo nos necesse est instantius æterna quærere, quanto a nobis cognoscimus temporalia fugisse. Despiciendus a nobis hic mundus fuerat, etiamsi blandiretur, si rebus prosperis demulceret animum. At postquam tot flagellis premitur, tanta adversitate fatigatur, tot nobis quotidie dolores ingeminat: quid nobis, aliud, quam ne diligatur, clamat?* Hæc S. Gregorius de adventus Longobardorum prædictione.

XV. Quomodo accipiendum vaticinium.

At ne quis putet mendax fuisse oraculum de fine universæ carnis prædictum; sciat hisce verbis non sæculi consummationem significatam, sed gentis Italiæ cladem; sicut olim Deum per suum Prophetam comminatum fuisse constat, ubi ait (a): *Hæc dicit Dominus Deus terræ Israel: Finis venit: Venit finis super quatuor plagas terræ: Nunc finis super te, &c.* Sicut ergo finem universæ carnis minitante Propheta, non mundi est demonstratus interitus, sed imminentes tantum clades præsignatæ fuere: ita pariter eadem quæ prædicta sunt S. Redempto accipienda erunt. Certe quidem finis quodammodo tunc dici potuit advenisse Romani Occidentalis Imperii, cum Longobardi Italiam invadentes, rerum potiti sunt. Etenim post paucos Hexarchos Constantinopoli ab Imperatoribus in Italiam missos, qui Ravennæ considere consuevere, iisdem diu prævalentibus Longobardis, Occidentis Imperium penitus collapsum est, neque usque ad Carolum Magnum amplius restitutum, ut tamen in Gallias fuerit ipsum translatum. Sane quidem quam dirissima foret Longobardorum adventura grassatio, ejusmodi factis divinitus vaticiniis præsignata potest intelligi, quibus mundi ipsius interitus fuit creditus significari.

(a) Ezec. 7.

XVI. Quam dira Longobardorum invasio.

Quid autem passa sit a Longobardis Italia, vel hoc uno collige argumento: Si, teste Procopio, cum iidem amici essent Imperatoris, & laboranti Italiæ bello Gothico in auxilium Longobardi venientes, longe deteriora hostibus perpetrarunt, ut opus fuerit eos dimittere: quid ab iisdem factum potest existimari, cum jam hostes redditi hostili animo Italiam invaserunt? Sane quidem adeo immensa ubique increbuere sub ipsis mala, ut non leves quæque personæ, sed ipse S. Gregorius Papa, idemque Magnus præmeritorum celsitudine nuncupatus, existimarit jam in-

PAGIUS spatharium fuisse, seu *Protectorum Comitem*, esse armatum, turmæque sibi subditæ signum gerentem, manifeste ostendunt versus Corippi lib. 4. quos recitat Baronius hoc anno num. XI. quorum initium est:

> *Horum Ensipotens membrorum robore constans*, &c.

VII. Ceterum, an *Narses* Eunuchus Longobardos in Italiam accersiverit, ab Auctoribus Græcis discere non possumus, ex quibus nec Theophanes, nec Cedrenus, nec Zonaras, nequidem irruptionis Longobardorum in Italiam mentionem faciunt; cum contra plerique Historici Latini, apud quos res gesta, ejus diserte meminerint. Extat in Bibliotheca Colbertina Melliti *Brevis temporum Expositio* manuscripta, cujus initio profitetur hic Auctor se in medium adducere, quæ ab antiquioribus Scriptoribus accepit, & temporum summam *ab exordio mundi usque ad Augusti Heraclii, vel Sisebuti Regis Principatum* breviter notare. Is cum ad Justinum Minorem pervenit; ait: *Narses Patritius, postquam sub Justiniano Augusto Totilane Gothorum Regem in Italia superavit, Sophiæ Augustæ Justini conjugis minis perterritus Langobardos a Pannoniis invitavit, eosque in Italiam perduxit.*

*Scriptoribus Latinis major fides habenda quam Græcis in re apud illos gesta.*

instare novissimum diem, quo universi Orbis conflagratio immineret. Sed de his pluribus suo loco agendum inferius: jam vero quæ rerum gestarum anni bujus sunt reliqua videamus.

XVII. Hoc eodem anno, qui est secundus Justini Imperatoris, defuncto Athanagildo Rege Gothorum in Hispania, cum cessasset regnum menses quinque, Liubael præficitur, secundoque sui regni anno sibi collegam ascivit Leuvigildum fratrem. Hæc Chronicon Isidori, licet quod ad notam Æræ pertinet depravatus numerus ejus reperiatur. Fuerunt Athanagildo duæ filiæ, quarum altera major natu Gelesuintha, minor Brunichildis; illa nuptui tradita Chilperico Francorum Regi regnanti Suessionis, ista Sigeberto Regi itidem Francorum Rhemis regni sedem habenti. Quod enim a patre etsi Ariano, Catholicis tamen favente, immo & clam (at Tuditanus est auctor) Catholicam fidem colente, sint genitæ; perfacile fuit easdem, ubi venerunt, in Gallias, rectis dogmatibus imbui, & abjurata Ariana impietate, reddi Catholicas.

XVIII. (a) Fort. car. l. 6. Cecinit tunc temporis Venantius Fortunatus (a) epithalamium de nuptiis Sigeberti Regis atque Brunichildis Reginæ, ubi plura de laudibus Sigeberti, deque pace inter Francos & Gothos nuptiis Brunichildis sancita hæc habet:

Pax conciliata nuptiis Brunichildis.

*——— Quis crederet autem*
*Hispaniam tibimet dominam Germania nasci,*
*Quæ duo regna jugo pretiosa annexuit uno?*
*Non labor humanus potuit tam mira parare:*
*Nam res difficilis divinis utitur armis.*
*Longa retro series * Regi hoc vix contulit ulli:*
*Difficili nisu superantur ardua rerum.*
*Nobilitas excelsa nitet genus Athanagildi,*
*Longius extremo regnum qui porrigit Orbi,*
*Dives opum, quas mundus habet, populumque gubernat*
*Hispanum sub jure suo pietate canenda, &c.*

* quæ Regi hoc cont.

De ipsa vero a viro suo ad fidem conversa Brunichilde hæc idem auctor in carmine in laudem Sigeberti Regis ejus conjugis habet (b):

(b) Fort. car. l. 6. De Brunichilde Regina facta Catholica.

*Catholico cultu decorata est optima conjux:*
*Ecclesiæ crevit, te faciente, domus.*
*Reginam meritis Brunichildem Christus amore*
*Tunc tibi conjunxit, hanc tibi quando dedit.*
*Altera vota colit melius, quia * munere Christi*
*Pectora juncta prius, plus modo lege placent.*
*Rex pie, Regina tanto de lumine gaude;*
*Acquisita bis est, quæ tibi nupta semel.*
*Pulcra, modesta, decens, sollers, pia, grata, benigna,*
*Ingenio, vultu, nobilitate potens.*
*Sed quamvis tantum meruisset sola decorem:*
*Ante tamen homini, nunc placet ecce Deo.*

* quæ

XIX. Cecinit idem auctor de Gelesuintha ejus sorore nupta Chilperico Regi non epithalamium, sed lugubres elegos: quibus plane ostendit in poeticis facultatibus haud Latinas musas his temporibus raucas, sed plane sonoras, quæ & ad collacrymandum lectorem impellant. Miserrima quidem fuit Gelesuinthæ conditio; de ejus enim cum Chilperico infelici conjugio Gregorius ista habet (c): *Chilpericus Rex, cum jam plures haberet uxores* (ita nominat concubinas) *sororem Brunechildis Galsuintham*, sive Gelesuintham, vel Gelsuintham dictam, *expetiit promittens per legatos se alias re-*

(c) Greg. hist. l. 4. c. 28.



PAGIUS *cit*. Ita Mellitus de verbo ad verbum, qui testatur se Opus suum absolvere *anno Heraclii Imp. V. & IV. Sisebuti*, anno scilicet Christi DCXIV. aut insequenti: quem Hispanum fuisse, *Sisebuti* Regis mentio in tam parvo Chronico ostendit. Habemus itaque Auctorem coævum, qui nihil scribit quod ab antiquioribus non acceperit. Codex ab octingentis circiter annis exaratus. Idem habet Sanctus Isidorus Hispalensis Episcopus, Auctor etiam coætaneus in brevi suo Chronico nuper a Schelestratio ex Bibliotheca Urbino-Vaticana publicato.

VIII. A num. XVII. ad XXI. Recte Baronius *Athanagildi* Gothorum in Hispania Regis mortem hoc anno collocat. Abbas enim Biclariensis eam cum anno Justini Imp. secundo, & Isidorus in Chronico Gothorum cum Era DCV. copulant, ac præterea Isidorus eidem annos XIV. assignat. Baronius errorem in annum Eræ irrepsisse suspicatur; sed ex dictis, de initio Regni Athanagildi, locum purum esse constat. Ait Isidorus, Athanagildum fidem Christianam occulte tenuisse, & Christianis valde benevolum fuisse; vacasse Regnum *mensibus quinque*, & Athanagildo *Liuvam* Narbonæ a Gothis substitutum esse.

*Moritur Athanagildus Hispaniæ Rex.*

IX. Susceperat *Athanagildus* duas ex *Gosuinda* uxore filias, *Galsuindam* seu Galsuendam ætate seniorem, ut docet Turonensis lib. 4. cap. 28. & *Brunechildem*: Sigebertus Francorum Rex juniorem sibi connubio conjunxit, quæ *per præ-*

*licturum, tantum condignum sibi Regisque prolem mereretur accipere. Pater vero ejus has promissiones accipiens, filiam suam sicut anteriorem similiter ipsi cum magnis opibus destinavit. Nam Gelesuintha ætate senior quam Brunichildis erat. Quæ cum ad Chilpericum Regem venisset, cum grandi honore suscepta, ejusque est sociata conjugio. A quo etiam magno amore diligebatur: detulerat enim secum magnos thesauros. Sed per amorem Fredegundis, quam prius habuerat, ortum est inter eos grande scandalum. Jam enim in lege Catholica conversa fuerat & chrismata. Cumque se Regi quereretur assidue injurias perferre, diceretque nullam se dignitatem cum eodem habere; petiit, ut relictis thesauris quos secum detulerat, libere redire permitteret ad patriam. Quod ille per ingenia dissimulans, verbis etiam lenibus demulsit. Ad extremum eam sugillari jussit a puero: mortuamque reperit in stratu.* Hæc Gregorius. Cæterum rem haud omnibus compertam fuisse, Fortunatus demonstrat, dum repentina eam morte abreptam, non violenta ex hac vita subductam tradit: qui de ambabus sororibus hæc primum habet (*a*):

(*a*) *Fort. de Gelesuin. car. l. 8.*

De Brunichilde & Gelesuintha sororibus.

*Toletus geminas misit tibi Gallia turres:*
*Prima stante quidem, fracta secunda jacet.*
*Alta super colles speciosa cacumine pulcro*
*Flatibus infestis culmine lapsa ruit.*
*Sedibus in patriæ sua fundamenta relinquens,*
*Cardine mota suo, non stetit una diu.*
*De proprio migrata solo nova mersit * arena:*
*Exul, & his terris, heu, peregrina jacet.*

* mansit.

Et inferius de ejus in pauperes amore & fide Catholica recens accepta hos versus idem auctor eccinit eleganter:

*Regnabat placido componens tramite vitam,*
*Pauperibus tribuens advena mater erat.*
*Quoque magis possit regno superesse perenni,*
*Catholicæ fidei conciliata placet.*
*O dolor insignis, quid differs tempora fletus,*
*Lugubresque vices plura loquendo taces?*
*Improba sors hominum *, quæ improviso condita lapsu*
*Tot bona tam subito, forte volante, voras *!*
*Nam breve tempus habens, consorti nexa jugali,*
*Principio vitæ funere rapta fuit.*
*Præcipiti casu, volucri præventa sub ictu*
*Deficit, & verso lumine lumen obit.*

* fugas.

Hoc tamen lucrata fuit Hispana virgo, ut ex Ariana Galliæ Catholica redderetur, ac plane sancta moribus efficeretur. Quid autem acciderit ad ipsius sepulcrum, quod ejus sanctitatis indicium haud leve existimatum est, refert Gregorius, dum ista subdit (*b*):

(*b*) *Greg. l. 4. c. 28.* XX.

*Post ejus obitum Deus virtutem magnam ostendit. Lychnus enim ille qui fune suspensus coram sepulcro ejus ardebat, nullo tangente, fune disrupto, in pavimentum corruit; & fugiente ante eum duritie pavimenti, tamquam in aliquod molle elementum descendit, atque medius est suffusus * nec omnino contritus: quod non sine magno miraculo videntibus fuit:* Hæc ipse; quæ idem Fortunatus in ejus panegyrico, dum de ipsius funere agit, ita carmine cecinit:

* suffixus.

Miraculum ad sepulcrum Gelesuinthæ.

*Ducitur, ornatur, deponitur, undique fletur,*
*Conditur & tumulo sic peregrina suo.*
*Nascitur & subito rerum mirabile signum,*
*Dum pendens lychnus lucet in obsequium,*
*Decidit in lapidem, nec vergit, & integer arsit:*
*Nec vitrum saxis, nec perit ignis aquis.*

Et ad finem ex eodem arguit auctor miraculo, quod anima ejus lucidas cum Sanctis

PAGIUS

*Sigebertus Brunichildem, Chilpericus Galsuendam duxit.*

*dicationem Sacerdotum atque ipsius Regis commonitionem* hæresi Arianæ renunciavit, ut habet idem Turonensis. Baronius recitat Carmen Fortunati de nuptiis Sigeberti & Brunichildis, & aliud ejusdem Auctoris de utriusque laudibus, postquam Brunichildis Catholicæ fidei se mancipavit. Sigebertus in Chronico ait *Brunichildem* in Franciam venisse anno Sigiberti Regis quinto. *Chilpericus* Rex, cujus Regia apud Suessionas erat, *Galsuendam* Brunichildis sororem natu majorem, in conjugem expetiit, promisitque se alias relicturum. *Sed per amorem Fredegundis, quam prius habuerat, ortum est inter eos grande scandalum*, inquit Turonensis lib. 4. cap. 28. Fortunatus Galsuendæ profectionem ex Hispania, Narbone, Pictavio, & Turonis usque Rotomagum, ubi nuptiæ celebratæ sunt, deinde conversionem ad fidem Catholicam, ac tandem mortem prosecutus est lib. 6. Carm. 7. Chilpericus pravis consiliis imbutus, eam strangulari jussit, ut narrat Turonensis citatus, qui addit, *Chilpericum post paucos dies Fredegundem recepisse in matrimonio*. Fortunatus loco laudato eam brevi tantum tempore jugali consortio nexam fuisse scribit.

Ad

ctis fedes accepecit: hæc enim idem Fortunatus habet, quæ ut alia pluta io veteri editione defiderantur, in tantæ feminæ commendatione pie ac religiofe dæcaotata:

*Tot lacrymas ftillaffe fat eft: fed ab imbre vaporis*
*Non relevanda fitim gutta miniftrat opem.*
*Affectus fi forte poteft mitefcere, dicam:*
*Namque ea flenda jacet, quæ loca læta tenet.*
*Dicite fi quid ei nocuit, quam tempore lapfo*
*Mortis iter rapuit, vita perennis alit.*
*Quæ modo cum Stephano cælefti Confule pergit,*
*Fulget Apoftolica Principe clara Petro:*
*Matre fimul Domini plaudeas radiante Maria,*
*Rege fub æterno militat illa Deo.*
*Conciliata placet, pretiofo funere fulget:*
*Depofita veteri, nunc ftola pulchra tegit.*
*Atque utinam nobis illos accedere vultus*
*Cedat amore Deus per mare, per gladios.*
*Vita figna tenet, vitreo cum vafe cadente*
*Non aqua reftinxit, nec petra fregit humi.*
*Tu quoque mater habes confultum voce tonantis*
*De nata & genero, nepte, nepote, viro.*
*Credite Chrifticolæ vitam quia credidit illam,*
*Non hanc flere decet, quam paradifus habet.*

Hactenus Fortunatus. Sed quæ eft fecuta altrio Chilpericum, cum detectum eft facious, a Gregorio item accipe, qui ait: *Rex autem Chilpericus cum eam mortuam defleffet, poft paucos dies, Fredegundem recepit in matrimonio. Poft quod factum reputantes ejus fratres, quod fua emiffione antedicta Regina fuerit interfecta, eam e regno dejiciunt.* Sed hæc poftea.

XXI. *Hifpani adverfus Græcos pugnant.* Porro hoc tempore in Hifpaniis etfi non amplius adverfus Francos conjugii fœdere fociatos Gothis certandum effet; adverfus tamen Græcos afcitos focios, fed converfos in hoftes jugiter pugnandum fuit: poft obitum enim Athanagildi Ifidorus tradit, Hifpaniarum Regibus adhuc fuiffe cum iifdem confligendum: *Adverfus quos* (inquit) *hucufque confligitur: nam frequentibus ante præliis cæfi, nunc autem multis cafibus fracti ac diminuti funt.* Hæc Ifidorus. Ad hæc plane fpectant quæ S. Gregorius (a) fcribit ad Recharedum Regem requirentem capitula ac pacta illa conventa cum Juftiniano Imperatore, dum ait: *Item in Anagnoftico ante longum tempus dulciffima mihi veftra excellentia, Neapolitano quodam juvene veniente, mandare curaverat, ut piiffimo Imperatori fcriberem, quatenus pacta in chartophylacio requireret, quæ dudum inter piæ memoriæ Juftinianum Principem & jura regni veftri fuerant emiffa: ut ex his colligeret, quid vobis fervare debuiffet. Sed & ad hæc facienda duæ res mihi vehementer obftiterunt: Una, quia chartophylacium prædicti piæ memoriæ Juftiniani Principis tempore ita furrepente fubito flamma incenfum eft, ut omnino ex ejus temporibus pene nulla charta remaneret: Alia autem, quia (quod nulli dicendum eft) ea quæ contra te funt, apud temetipfum debes documenta requirere, atque * hoc per me in medium proferre. Ex qua re hortor, ut veftra excellentia fuis moribus congrua difponat, & quæque ad pacem pertinent, ftudiofe peragat, ut regni veftri tempora per longa fint annorum curricula cum magna laude moderanda.* Hæc Gregorius: quibus indicat adhuc viguiffe bellum in Hifpania adverfus milites Imperatoris, qui æquo fibi jure id faciendum putaret: conventum namque inter eos tradunt, ut fi opem ferret Imperator, Hifpaniæ pars fub Romani Imperii ditionem, hofte fuperato, rediret: ob idque ad pacem idem Gregorius hortatus eft Recharedum. Verum non pace, fed gladio finem bello impofitum, idem Ifidorus affirmat.

(a) *Greg. l. 7. ep. 126.*

* aeque.

XXII. Sub hoc anno fecundo Chilperici Clotarii filii Regis Francorum notatæ reperiuntur præclaræ res geftæ S. Launomari Abbatis, qui his temporibus in Gallia

PAGIUS X. *In Hifpania variæ Urbes Romanis adhuc parebant.* Ad num. XXI. plures adhuc Urbes in Hifpania Imperio Romano fubjectæ erant, nec ante *Sifebutum* Regem Gothi Romanos ex Hifpania expellere potuere. Quare non mirum, fi Ifidorus in Chronico fcribat, dum de Athanagildo loquitur: *Adverfus quos*, fcilicet milites Romanos) *huc ufque conflictum eft: frequentibus antea præliis cæfi, nunc vero multis cafibus fracti atque finiti*; fed legendum cum exemplari quo ufus eft Baronius, *ac diminuti*.

XI. *Floret S. Launomarus Abbas Curbionenfis.* Ad num. XXII. & feqq. Vita Sancti *Launomari* Abbatis Curbionenfis in Ditione Carnutenfi, fcripta ab Auctore Monacho Curbionenfi Anonymo, extat apud Bollandum ad diem XIX. menfis Januarii, & apud Mabillonium fæculo I. Benedictino, qui & aliam ex Codice MS. defcriptam exhibet. In priori Vita dicitur *Launomarus* natus, Francorum Regnum adminiftrante Clotario Clodovei Magni filio, & fundaffe Monafterium Curbionenfe, dum *Chilpericus filius fu-*

lla egregia sanctitate atque miraculis refulsit. Extant ipsæ omni fide conscriptæ ob æquali (a) ipsius: ex quo hæc tantum quæ ad annum hunc spectant, haud silentio prætereunda putamus, cum agit de monasterio ab eo erigi cœpto, ubi antea plurimis miraculis claruisset: reliqua vero quæ ab eodem auctore descripta leguntur, tu consules: *Cœpit (inquit) eo in loco vir Dei ad laborem se accingere, Deo adjuvante, illum repurgare, Turbionis* * *pristino permanente vocabulo: statuitque ibi oratorium, instarque cœnobii cellulas ædificavit, in eis cum suis habitans. Factum hoc est anno secundo Chilperici Regis, qui fuit filius Clotarii supradicti a Clodoveo primo Francorum Rege Christiano progeniti. Die quadam monachi venerabilis Patris vetustam quercum amputaverunt, cessuram in structuram oratorii. Ubi autem hora cibi capiendi advenit, vir Domini illos jussit abscedere; ipse vero cum suo ministro in opere permansit. Erat arbor illa in loco importuno sita, ut a fratribus neque securi, neque dolabris aptari posset ad usum ædificii.*

(a) Recitat Sur. t. 1. die 19 Januarii.

* Corbionis.

Res gestæ S. Launomari.

XXIII. *Itaque servus Dei ad solitum præsidium recurrens, precibusque pulsans Dominum, illius virtute & opere fretus, arborem immensæ molis, & roboris, quo illi collibitum fuit transposuit: ita ubi ab hominibus non suppetebat adjutorium, non deerat fideli servo manus auxiliatrix præpotentis Dei. Fertur autem ea arbor tantæ fuisse vastitatis, ut vix quadraginta viri illi deportandæ sufficerent. Præcepit autem vir sanctus ministro suo, ut venientibus fratribus diceret, a prætereuntibus allatam fuisse opem. In cunctis autem operibus suis valde id studebat, ut hominum fugeret notitiam, & spiritum vanitatis atque jactantiæ: admonebatque ut omnis laus uni Deo ascriberetur, cujus etiam re vera totum esset, quicquid fecisset boni.* Ita quidem tegere sua admiranda opera consuevit, ut tamen mendacii pravitatem effugeret: neque enim quisquam eum esse mentitum dicere potuit, dum a prætereuntibus allatam opem ad quercum transferendam asseruit, prætereuntes namque quis dixerit sanctos Angelos viatores, qui ipsorum apparitiones factas Abrahæ, Loth, atque Tobiæ in memoriam revocarit. Sed attende quid mox idem subiiciat auctor:

*Fuit post hæc vir quidam nobilis, Ermoaldus nomine, qui jam ad extrema perductus, mortis angoribus premebatur. Misit igitur ad virum Dei solidos quadraginta, obnixe rogans, ut ipsi jam in supremo constituto spiritu vellet benignus opitulari, & suis apud Deum precibus efficere, ut spes obtinendæ sanitatis ipsi præstetur. Illam pecuniam vir sanctus prorsus recipere noluit; attamen rogante latore, accepit illam quidem, sed ingressus in oratorium fudit preces ad Deum, ut accepta foret in conspectu illius oblatio hominis: imponensque altari pecuniam, & multo studio singulos appendens & manu reversans nummos, crebroque flectens genua & orans Dominum; ad extremum nonnisi unum ex omnibus retinuit sibi solidum, quem per spiritum cognovit non rapina, sed jure partum esse. Reliquos autem restituens illi qui eos attulerat, ait: Hæc pecunia per iniquitatem conflata est: nec potest mutare sententiam Dei, nec vitæ spatia producere, nec peccatorum veniam impetrare. Scriptum enim est: (b) Victimæ impiorum abominabiles Domino: vota justorum placabilia. Hinc est illa Prophetæ exprobratio (c): Sacrificate de fermento laudem. De fermento quippe laudem immolat, qui deo sacrificium de rapina parat. Tu ergo, frater, celeriter annuncia domino tuo, ut pro animæ suæ salute sit solicitus, injusteque aliis ablata restituat, noveritque hoc morbo vitam se amissurum temporariam: nos vero, Christo propitio, bonis omnibus abundamus,*

XXIV.

(b) Prov. 15.

(c) Amos 4.

PAGIUS *supradicti Clotarii secundum annum in Regno agebat*, annus scilicet DLXIII. Addit alium temporis characterem Anonymus ille, aitque eum visitasse Sanctum *Malardum* Carnotensem Episcopum, dum graviter ægrotaret, eoque mortuo *Launomarum* non diu superstitem fuisse. Verum licet idem dicatur in secunda Vita a Mabillonio producta, & ab alio Auctore Anonymo etiam elucubrata, nomen tamen Episcopi, quem *Launomarus* visitavit, in ea tacetur. Nec dubitandum, quin *Malardi* nomen ab aliquo sciolo additum alteri Vitæ fuerit; cum *Malardus* Concilio Cabillonensi, anno DCXLIV. celebrato, interfuerit, & *Launomarus* usque ad annum illum vitam producere non potuerit. Existimavit Cointius anno DLVIII. num. LXXIX. loco, *Malardi*, legendum esse, *Pappolum*, quem constat Concilio Parisiensi II. interfuisse, eique Berthorium ac dein Malardum successisse. Quo pacto obitus Launomari anno DXCIII. contigit. Verum non legendus *Pappolus*, cum in posteriori Vita nomen Episcopi taceatur, sed subintelligendus. Porro anno DLXVII. num. XXXIV. Episcoporum Carontensium successionem Cointius indubitatis argumentis demonstrat. Non itaque audiendus Bollandus citatus, qui *Launomari* mortem, usque ad extrema tempora Malardi, post annum DCL. vita functi, differt.

XII. *Launomarus*, postquam presbyter ordinatus est, perrexit ad quoddam eremum, ubi fama Sanctum vulgante multorum animos ad vitam Monasticam inflammavit. Post aliquantos annos cum fama virtutis ejus magis percrebuisset occultus esse desiderans, relicta cellula, secessit in locum alterum cum commilitonibus suis, & Monasterium *Corbionense* a vicino amne Curbione, Gallice *Corbion*, appellatum, ab Urbe Carno-

*Ejus virtutes.*

*mus, nec quicquam nobis in Christum firmiter credentibus poterit deesse. Dominus tecum sit, fili: vade in pace. Ille, his auditis, abiit ad dominum suum; quem tum quidem adhuc viventem reperit; sed idem tamen, invalescente morbo, excessit e vita.* Alia his ab auctore subiiciuntur observatione dignissima: sed quod alio nostra tendit oratio, ista de sancto viro libasse satis erit. Jam vero ad cladem per Longobardos Italiæ sequenti anno inferri cœptam transeamus.

Quin-

PAGIUS notensi sex circiter leucis distans, ædificavit, *secundo*, ut diximus, *Chilperici Regis anno*. Nunc Monasterium illud, vulgo *S. Lomer le Moutier* vocatum, redactum est in Prioratum, ut notat Mabillonius, cujus Notæ sicuti & Bollandi consulendæ.

Concilia *Turonense II.* & *Lugdunense II.* de quibus infra cum Baronio, hoc anno celebrata. *Charibertus* Rex moritur, ut anno DLXXII. videre est.

| JESU CHRISTI ANNUS 568. | JOANNIS PAP. ANNUS 9. | JUSTINI JUN. IMP. ANNUS 3. |
| --- | --- | --- |

I. *Longobardi influunt in Italiam.*

Quingentesimus sexagesimusoctavus Domini annus adest, Indictionis primæ, qui & Consulatu secundo Justini Imperatoris in aliquibus: ut dicetur) monumentis notatus habetur: quo Alboinus Rex Longobardorum e Pannonia, quam occuparat, & ad quadragintaduorum annorum spatia illic manserat cum suis ex Scandavia insula jam ante progressis, in Italiam magnis potens viribus ingreditur.

II. Quod autem aliqui anno superiori id factum volunt, temporis ratio exactius est exploranda. Licet enim Paulo diacono (a) id testanti de prima Indictione & anno præ cæteris fides præstanda esset; ejus adhuc sententiam S. Gregorii Papæ assertione fulcire in promptu est: In epistola (b) enim ad Constantiam Augustam data sub Indictione decimatertia post mensem Junium (qui est annus Domini quingentesimus nonagesimusquintus) cum numeret annos vigintiseptem ab adventu Longobardorum: utique ab hoc anno eum oportuit numerare cœpisse. Rursum vero cum in epistola ad Phocam Imperatorem data sub sexta Indictione (qui est annus Domini sexcentesimustertius) numeret annos triginta quinque a Longobardorum incursionibus: utique etiam affirmare necesse est, ab hoc ipso anno numerum deduxisse. Ait enim scribens ad Constantiam, sive potius diaeris Constantinam: *Viginti jam & septem annos ducimus, quod in hac urbe inter Longobardorum gladios vivimus*. Quæ verba cum nequaquam intelligi possint, ex quo Longobardi Romam venerant, utique de tempore invasæ ab eis Italiæ accipienda erunt

*De tempore adventus Longobardia Italiam.*

(a) *Paul. diacon. de Gest. Longobar. lib. 2. c. 6.*
(b) *Greg. lib. 4. epist. 34.*

---

PAGIUS SÆC. VI. An. Eræ Hispan. DCVI. A. C. 568.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6061.

☉ 27. AG. ☽ 18. P. 2. April. Indict. 2.

JESU CHRISTI 568.

JOANNIS III. PAPÆ 9.

JUSTINI JUN. IMP. 4.

I. *Post Consulatus.* [a] Hic annus ista formula notatur: *III. Post Consulatum Justini Augusti solius*, tertio nempe Imperii ejus anno secundum loquendi modum Marcellinianum. Marius Postconsulatum a Consulatu non distinguens, habet: *Anno II. Consulatus Justini Jun. Aug. Indict. I.* Ipsemet Justinus eumdem ac marius loquendi modum adhibet in Novella ad *Spem in Deum* quæ apud Julianum Antecessorem, & apud Baronium num. XIX. legitur. Ex his verbis subscripta: *Dat. Kalend. Maias Constantinop. Imperii Domini Justini PP. Aug. anno III. Cons.* ejusdem *II.* Fallitur porro Cardinalis doctissimus dum *Justinum* hoc anno iterum Consulem processisse scribit. Is enim, quemadmodum & cæteri deinceps Imperatores, semel tantum Consul fuit. Erravit etiam Auctor Chronici Alexandrini qui scripsit, *Justinum* an. DLXVI. secundum Consulatum gessisse, sicuti & Auctor Fastorum Heraclianorum, quos Baronius non viderat, hoc anno Justinum secundo Consulem proponens. Cum enim *Justinus* Consulatum perpetuum instituerit, secundum Consulatum inire non potuit. Ex citata Justini Novella liquet etiam eum anno DLXV. Imperatorem dictum; alioquin mense Maio currentis anni, tertium Imperii & Consulatus annum secundum non numerasset. Suspicor errorem Auctoris Chronici Alexandrini, & Auctoris Fastorum Heraclianorum ex eo procedere, quod uterque Justinum Juniorem Imp. cum Justino ejus consanguineo, anno DXL. Consule ordinario confuderit; similitudo enim nominis eisdem fucum fecit.

A num. I. ad XV. *Longobardi* seu, ut a multis vocantur, Longobardi ex Scandinavia in II.

---

NOTÆ [a] Inscriptio in basilica S. Pancratii via Aurelia, a Boldetto lib. I. Cap. XIX. n. 26. mendose exscripta forte ob litteras detritas: VII. KAL. JUNIAS. IMP. DN. M. N. JUSTINO EODEM. CONS. P. INDICT. P. IMA. De consulatu Justini Junioris hæc intelligo, quem iniit A. D. 568. *indictione prima*. Nova hæc in Justino consulatur forma detecta est a V. C. Philippo a Turre Episcopo Adriensi in Dissertatione de nummo Anniæ Faustinæ cap. VIII. pag. 141. & sequentibus. Protulit ibi in lucem chartam papyraceam, cujus autographum servabat insignis Præsul claræ memoriæ Justus Fontaninus: Data est: *Imperatore Domino nostro Justino Augusto anno SEPTIMO, post Consulatum ejus SECUNDO anno QUARTO, sub die TERTIO Nonarum Juniarum, indictione QUINTA*. Illud *secundo*, adverbii loco est; & perinde est ac si dicas: *anno quarto post Consulatum secundo gestum* a Justino. Indictio quinta labebatur A. D. 572. imperii Justini anno *septimo*. Hinc errorir Pagium redarguit, qui deceptum Baronium & alios scribit, quod *Justinum juniorem*, cum alio *Justino* confuderint; nam *semel tantum*, ait Pagius, *Justinus* consul processit. Hæc est sententia Pagii, pluribus ab eodem Antistite confutata. Sententia porro Antistitis Adriensis confirmatur ex aliis lapide, apud Muratorium tom. I. pag. CDXXIX. a.

DEPOS. EST. SVB. D. KAL.
FEBR. IND. PRIM. IMP. ET CONS. D. N.
JVSTINO PP. AVG. ANNO TERTIO.

Scilicet more Victoriano; & congruit anno æræ vulgaris 568. GEORGIUS

erunt, ficut & cum hæc fcribit ad Phocam Imperatorem (*a*): *Qualiter enim quotidianis & quaatis Longobardorum incurfionibus ecce jam per trigintaquinque annorum longitudinem premimur, nullis fupplere vocibus fuggeftionis valemus.* Hæc quod ad annum Longobardorum in Italiam adventus. Sed & diem pariter fignant, ubi id factam hoc anno, quarto Nonas Aprilis, alii ipfis Kalendis ejufdem tradunt.

(*a*) Greg. l. 13. ep. 43.

III. Quod autem ad ipfum Regem fpectat: cum effet Francis amicitia & affinitate conjunctus, magis reddebatur Romanis timendus: ipfe enim (ut Gregorius (*b*) auctor eft) Chlothofindam Clotarii filiam in uxorem duxit; fieque non tantum Regis potentiffimi effectus eft gener, fed & quatuor Francorum Regum cognatus. His addebatur, quod & Hunnis fœdere erat junctus, quibus Pannoniam libere poffidendam precario conceffit. Accedebat ad tanta hæc, quod & alios complures barbaros nactus e t auxiliares, nempe Saxones, & præter hos alias nationes, quarum vel fingulæ negotium facef- fere Romano Imperio potuerunt. Quænam hæ fuerint, audi Paulum diaconum (*c*): *Certum eft* (inquit) *Alboinum tunc multos fecum ex diverfis gentibus, quos vel alii Reges, vel ipfe ceperat, ad Italiam adduxiffe. Unde in hodiernam ufque diem populos in his quos habitant vicos, Gipedas, Bulgaros, Sarmatas, Pannonios, Suevos, & aliis hujufcemodi nominibus appellamus.* Hæc Paulus.

(*b*) Greg. Tur. hift. Franc. l. 4. cap. 35.

Cum Longobardis alii barbari.

(*c*) Paul. diac. lib. 2. c. 22.

IV. Longobardorum peffimi mores. Sed & quid magis exterruerit animos audientium vel folum nomen Longobardorum, memoria rurfum repete quæ ex Procopio fuperius dicta funt: qui res belli Gothici tractans, expertam jam fuiffe Italiam tradit, quam feræ beftiæ effent & truculentæ, quamque turpiffimæ; cum Narfeti, qui aliquot ex ipfis vocaverat contra Gothos, neceffarium fuerit eos muneribus donatos quam citiffime ad propria dimififfe, quod intolerabilis effet eorum in Italia commoratio, amicorum cuncta præda, incendiis, & libidinum putore mifcentiam. Sed iterum accipe verba Procopii ifta dicentis (*d*): *Illi namque Longobardi videlicet, ad cæteram vitæ factorumque impietatem & fcelus, vel ædificia ipfa, in qua forte diverterant, injufte cremabant, ftupramque feminis & vim inferebant facras in ædes refugientibus: unde magna pecunia hos primum donatos, ad proprios redire penates permifit, &c.* Si tanta hæc, Romanis militantes, adverfus eofdem fcelera immania perpetrabant; quid putandum eofdem jam hoftes, in Romanum folum cum irrumperent, peracturos? cum præfertim nullus effet qui illis arma obiiciendo refifteret. Licet enim Hexarchus in Italiam ab Imperatore miffus Longinus defendere a barbaris eam (quantum fas effet) conaretur; tamen quod valde debilis viribus effet, occurrendi & cum eifdem in campo collatis fignis pugnandi, nulla penitus illi facultas. Quales autem fuerint in Italiam Longobardorum progreffus, fcire fi cupis, eos confule qui eo argumento commentarios confcripfere; nobis fatis ad inftitutum, hæc quo potiffimum anno agi fint cœpta, in medium afferre, his & alia pro ratione temporis additurí, quæ ad rerum Ecclefiafticarum ftatum fpectare nofcentur.



(*d*) Proc. de bello Goth. l. 3.

V. Alboinus Rex Long. mitis videri cupit. Illud autem minime prætermittimus, Ipfum Alboinum Regem ad conciliandos fibi Italorum animos benignum fe præbuiffe, depofuiffeque pavendam illam cunctis Longobardis innatam fævitiam: teftatur fiquidem Paulus (*e*) diaconus, eidem in Italiam ingredienti occurriffe Felicem Ecclefiæ Tarvifanæ Epifcopum, ab eoque fuæ Ecclefiæ petiiffe immunitatem, ne fcilicet ab hoftibus detrimentum aliquod pateretur; accepiffeque ab eodem quæ poftulaffet. Ait enim: *Igitur Alboinus cum ad fluvium Plavem perveniffet, ibi ei Felix Epifcopus Tarvifanæ Ecclefiæ occurrit: eique ut erat largiffimus, omnes Ecclefiæ fuæ facultates poftulanti conceffit, & per fuum pragmaticum poftulata firmavit.*

(*e*) Paul. diac. lib. 2. cap. 9.

Hæc narrans Paulus de Felice, hunc illum tradit effe Felicem pernecefſarium Venantii Fortunati, cujus meminit in Vi- VI.



PAGIUS

*Langobardi hoc anno in Italiam irrumpunt.*

*in* Germaniam defcenderunt, & Juftiniani Imperat. initio Pannoniam & Noricum ab eo acceperunt, ut fupra narravimus. Paulus Diaconus lib. 2. de geftis Langobard. cap. 7. de illis fcribit: *Habitaverunt in Pannonia annis quadraginta duobus; de qua egreffi funt menfe Aprili per Indictionem primam, alio die poft Sanctum Pafcha, cujus Feftivitas eo anno, juxta calculi rationem, ipfis Kalendis Aprilibus fuit cum jam a Domini Incarnatione, anni quingenti fexaginta octo effent evoluti.* Præterea Sigebertus in Chronico qui diligenter de rebus Langobardorum agit, quod tamen non video a quopiam animadverfum, eorum in Italiam ingreffum hoc anno recitat. Quare non erat, Cur Cointius illum in annum fequentem differret, quod Marius in Chronico adventum eorum in Italiam cum anno tertio Confulatus Juftini illigarit. Marius enim, qui hujus Imperatoris initium anno uno ferius collocavit, res eodem imperante geftas, uno etiam anno tardius fæpe enarrat. ,, At, inquit Cointius ,, anno DLXIX. num. IX. Procopius lib. 3. de ,, Bello Goth. cap. 33. indicat, Paulum loco ,, laudato erraffe, cum ait, Langobardos in ,, Pannonia habitaffe *annos XLII.* Ab anno a- ,, nim DXXVII. quo Juftinianus Imperium fu- ,, fcepit, ad annum ufque DLXVIII. quo Pau- ,, lus Langobardos affirmat in Italiam irru- ,, piffe, numerantur anni duntaxat XLI. nec ,,Pro-

(a) Venant. Fortun. in Vit. S. Martini l. 4. in fin.

De Felice Episc. Tarvisano.

Vita S. Martini his versibus (a):

*Illustrem socium Felicem, quaeso, requirt,*
*Cui mecum lumen Martinus reddidit olim.*

Sed quid sit quod ait: *Cui mecum lumen, &c.* declarat inferius idem ipse, dum ad finem Vitae S. Martini, quam heroico carmine cecinit, de se ipso testatur, laborantem oculis, oleo lampadis ad imaginem S. Martini incensae esse sanatum, quorum nos jam meminimus. Sed audi iterum ipsum rem tantam his versibus describentem:

Oleo lampadis curatus oculis Fortunatus.

*Expeta Martini loculum, quo jure sacelli*
*Jam desperatum lumen mihi reddidit auctor,*
*Munera quae tribuit, saltem rogo verba repende.*
*Est ubi basilica culmen Pauli atque Joannis,*
*Hic paries * tenet Sancti sub imagine formam,*
*Amplectenda ipso dulci pictura colore.*
*Sub pedibus justi paries habet arcte * fenestram:*
*Lychnus adest, cujus vitrea natat ignis in urna.*
*Huc ego dum propero, valido torquente dolore,*
*Diffugiente gemens oculorum luce fenestra.*
*Quo procul ut tetigi benedicta lumen olivo,*
*Igneus ille vapor marcenti fronte recessit,*
*Et praesens medicus blando fugat ungui-ne morbos.*

* ante

Ista & alia Fortunatus: qui accepti divinitus beneficii memor, pro gratiarum actione res gestas S. Martini quatuor libris concinuisse voluit. Sed de his alia occasione superius: hic vero ob Paulum diaconum repetenda putavimus, qui ejusdem Fortunati natale solum describit his verbis:

VII. *Sane quia hujus Felicis fecimus mentionem, libet quoque pauca de venerabili & sapientissimo viro Fortunato contexere, qui hunc Felicem asserit sibi socium fuisse. Hic itaque Fortunatus ortus quidem in loco, qui Duplabilis dicitur, fuit; qui locus haud longe a Cenetensi castro vel Tarvisana distat civitate; sed tamen Ravennae nutritus & doctus in arte Grammatica, Rhetorica, & Geometria clarissimus extitit. Is cum oculorum dolorem vehementissimum pateretur, similiter & Felix praefatus socius ejus eorumdem dolore laboraret, &c.* Curationem eorum recenset ipsius Fortunati versibus recitatam; de quo & ista subdit:

VIII. Peregrinatio Fortunati.

*Fortunatus in tantum B. Martinum veneratus est, ut relicta patria, paulo antequam Langobardi Italiam invaderent, ipsius sanctissimas reliquias in Gallia sitas visitare decreverit: quod iter suum per flumina, montes, valles, oppida, pagos ipse in carminibus suis dilucide describit in praefatione ad Gregorium. Qui postquam Turonis juxta votum proprium pervenit, Pictavos transiens, illic habitavit, & multorum ibidem Sanctorum gesta partim prosa, partim metrica oratione conscripsit: novissimeque in eadem civitate primum presbyter, deinde Episcopus ordinatus est, atque in eodem loco digno tumulatus honore quiescit.* Subdit de ejusdem lucubrationibus, atque haec ad finem: *Ad cujus tumulum, cum illuc orationis gratia advenissem, epitaphium rogatus ab ejusdem loci Abbate contexui.* Hucusque Paulus diaconus de Fortunato, non aliunde quam ex ipsius scriptis elicita. Sed quae hujus anni rerum gestarum reliqua esse putantur, jam prosequamur.

IX. De Narsetis Ducis fine diversae sententiae.

(b) Paul. diac. lib. 2. cap. 5. & 8. & in Miscel. lib. 57.

Longino (ut vidimus) ab imperatore in Italiam misso, cessasse Narsetem a praefectura, atque pariter vitae finem imposuisse, sunt qui testentur. Verum quid actum sit de eodem Narsete in Italia Duce, haud levis suboritur controversia, quam necdum ab aliquo invenimus esse solutam, sed nec etiam pertractatam. De eo autem quid primum Latini tradant, audiamus. Paulus (b) diaconus, Ana-

PAGIUS

„ Procopius indicat, eos in Noricum & Pannoniam venisse ineunte Justiniani Principatu
„ immo de illorum adventu in Pannoniam
„ loquitur anno belli Gothici XIV. idest, ad
„ annum Christi DXLVIII. Ita Cointius.

III. *Hac irruptio in annum sequentem differri non potest.*

Verum Paulus, quemadmodum & alii Antiqui, annos incompletos pro completis numeravit. Indeque annos Incarnationis DLXVIII. *evolutos* fuisse scribit quando Langobardi in Italiam venere, cum tamen eam irruptionem cum mense Aprili currentis Christi anni alliget. Dicitur inter Procopium, Paulum ac Sigebertum egregie convenit de anno, quo Langobardi Pannoniam habitare coepere. Paulus enim lib. 1. cap. 22. migrationem illam Principatu Andoini factam his verbis asserit: *Andoinus Regnum adeptus est, qui non multo tempore post Langobardos in Pannoniam adduxit.* Sigebertus vero Andoini initio anno DXXVI. consignato, ad annum DXXVII. ait: *Audoino Longobardos in Pannoniam duxit in qua habitaverunt annis XLII.* utrimque scil. incompletis. Ab utroque minime dissentit Procopius citatus, qui inquit: *Cum Urbem Noricum & Pannoniae munitiones aliaque loca, ac provinciam insuper maximam Justinianus Augustus Langobardis donasset, eam illi ob causam, patriis sedibus relictis in adversa Istri fluminis ripa consederant, haud pro-*

ftafius & alii uos fecuri teftantur eumdem eum Joanne Pontifice Romam reverfum, facti admiffi pœnitentem, Romæ extremum diem elaufiffu, corpufque ejus loculo plumbeo collocatum una eum ipfius thefauro Conftantinopolim effe tranflatum. Hæc, ioquam, Latioi habent. Sed longe difcrepaot ab his Græci, dum afferunt, eum Conftantinopolim effe reverfum, & poft reditum fumptuofa ædificia urexiffe. Cedrenus enim hæc habet anno fexto Juftioi Imperatoris: *Narfes charifsimus Imperatori, domum Narfetis dictam, couftruxit, & Catbarorum manfionem.* Sed & Mifceila hæc io Tiberio: *Narfes quoque Patricios Italia cum multis thefauris ab Italia ud fupra memoratam urbem*, Conftantinopolim videlicet, *advexit, & ibi in domo fua cifteruam effodit magnam, iu qua multa millia centenariorum auri urgentique depofuit: interfectifque omuibus caufciis, uni tantummodo feui, bac pro jurumento ub eo exigent, commendavit, &c.* Ex quibus intelligas piures poft hæc annos oportuiffe eumdem Narferem fuiffe fuperftitem.

X. *De proditione Narfetis refellitur affertio.* Quibufnam autem alterutrorum major fit in tanta fcriptorum diverfitate præftanda fides, æqua funt cuncta expendenda ftatera. Corte quidem inciinari lancem pondere veritatis in Græcorum fententiam, quæ fuperius receitara funt ex Coripppo fui temporis fcriptore declarant; quibus demonftratum eft, ante annum Narferem rediiffe Conftantinopolim, illicque mirifice cultum, nec amplius in Italiam, miffo illue Longino, effe reverfum. Quæ vero hac de re feripta funt u Latinis, levitate tolli, & inftar fumi in aera evanefcere, præter ea quæ dicta funt, piura alia perfuadent. Primo quidem periclitari fides Latinorum videtur, dum dicunt, ftatim ut reverfus eft Narfes in Urbem, mortuum effe. Etenim fi Anaftafius habet eodem tempore contigiffe mori Joannem Pontificem, quo Narfes extinctus eft: eum conftet de Joanne adhuc poft annos quatuor fuiffe fuperftitem, totidem anni vitæ Narfeti tribuendi erunt. Id magis patebit ex litteris Joannis Papæ, fi agere ex illis velis, in quibus mentio eft Confulatus Narfetis, cum Juftino fextum Coufule, quem hoc anno fecundum Confulatum geffiffe, ex his quæ proxime dicentur, apparet.

Sed nec illud afferi quidem, vel conjectura exiftimari poteft, quod ajunt, poft tam immane facinus Narfetis quo Italiam barbaris prodidit, cum juftiffimam Imperatoris iram commeruiffet, ejus tamen corpus (ubi ipfe defunctus eft) cum honore effe tranflatum Conftantinopolim; quod quidem fi fuiffet fepultum exhumandum illud & proiiciendum foras, magnitudo fceleris poftulaffet. Sic ergo five vivens Conftantinopolim rediiffet, fivu poft mortem ejus cadaver tranflatum dixeris Conftantinopolim, utrumque (quodcumque fuerit) eumdem ab Italiæ proditionis crimioe reddit immunem: ut plane tela illa, io qua tot tantaque mala ab eo ordita feruntur, contexta appareat in mendaciorum textrina. Quonam pacto, rogo, totius Italiæ fax tantæ auctor proditionis, poftquam defunctus eft, tanto honore dignus uft habitus, ut fi non ipfe, cineres ipfius faltem velut quodam triumpho evehendæ fuerint Conftantinopolim; cum jure meritoque fiqua illius five lapide five æru extaret incifa memoria, fuiffet more majorum penitus abolenda? Græcis igitur hac in re majorem putaiem fidem adhibeodam; cum præfertim iidem & Latioum hujus temporis fcriptorem adftipulatorem habeant Gregorium Turonenfem, (a) qui ea cuncta de thefauro abfcondito tradita u Græcis narrat. XI.

*(a) Greg. Turonen. lib. 5. c. 19.*

XII. Verum & Græcorum in eo fides vacillat, dum quem omnes prædicant religione maxime pium, operibufque probe factis Deo gratiffimum, ipfi eumdem avarum atque crudelem fuiffe tradunt; cui non fatis fuerit adeo ingentem pecuniam congregaffe, fed & infontium immani cæde eamdem fanguine madidam nul-



PAGIUS *procul a Gepidibus. Inde Dalmatias & Illyricum, Epidamni ad ufque fines, percurfabant, multofque homines in captivitatem adducebant.* Procopius itaque affirmat anno belli Gothici XIV. Chrifti DXLVIII. Romanorum res in peffimo ftatu fuiffe, Francos Venetiarum pleraque facile in fuam ditionem redegiffe, *Gepidas* Sirmium ac Dacias pene omnes invafiffe, & Langobardos, quibus Juftinianus Imperii fui initio, Urbem, Noricum & Pannoniæ munitiones conceffcrat anno belli Gothici XIV. Dalmatias & Illyricum percurfaffe, concluditque Procopius: *Sic Barbari Romanum Imperium partes lacerabant.* Sed Cointius hunc Auctorem male explicans putavit eum fignificare anno XIV. belli Gothici Juftinianum, Urbem Noricum & Pannoniæ partem Langobardis conceffiffe; cum tamen tantum afferat Procopius, eofdem in Dalmatias & Illyricum eo anno excurriffe. Neque id dicere potuit Procopius; cum *Audoinus* Langobardorum Rex, qui fuos in Pannoniam duxit, anno DXLIII. obierit, eumque eo anno *Alboinus* filius exceperit, ut tradit Sigebertus in Chronico. *Audoinus* itaque Langobardos anno DXXVII. in Pannoniam, *Alboinus* eofdem hoc anno in Italiam deduxit.

IV. *Floret Venantius Fortunatus poftea Epifc. Pictavienfis.* Baronius num. VII. & VIII. mentionem facit *Venantii Fortunati*, natione Itali, patria Tarvifini, Poetæ celeberrimi & poftea Epifcopi Pictavienfis, ut fcribit Paulus Diaconus lib. 2. cap. 13. fuere tamen qui de Fortunati Epifcopatu dubitarint, quod Turonenfis eum tantum Presbyterum vocitarit, non animadvertentes eum nonnifi poft Gregorii Turonenfis mortem ad Epifcopatum promotum, & dum adhuc Presbyter effet Theodeberto II. in Gallis re-

Narses mirifice laudatus.

nullius profuturam utilitati in loco abdito collocasse: de quo portentoso facinore dicturi sumus inferius in Tiberio Augusto opportuniori loco. Porro laudatum vidimus Narsetem a Procopio, eumque ob insignem pietatem de Gothis plenam meruisse, desperatis jam plane rebus victoriam, id ipsum testante Evagrio (a), atque Nicephoro, istis repetitis verbis: (b) *De Narsete qui familiariter cum eo vixere illud perhibeat, ita ipsum ex divino numine pependisse, atque id omnis generis pietate coluisse, & Virginem eamdemque Dei genitricem ita veneratum esse; ut illa manifesto ri apparens quando prælium committendum esset, præciperet: neque illum facile prius in aciem descendisse, quam tempus opportunum ab ea cognovisset. Plures & alias res maximas Narses gessit, &c.* Hæc de Narsete Evagrius, itemque Nicephorus. Laudavit & ipsum plurimum Agathias (c). Sed de eodem audi elogium Pauli diaconi (d): *Erat* (inquit) *vir pijssimus, in religione Catholicus, in pauperes munificus, in reparandis basilicis multum studiosus, vigiliis & orationibus in tantum studens, ut plus supplicationibus quam armis bellicis victoriam obtineret.* Certe quidem si quid hujusmodi Narses post adeptam ob victorias tantam gloriam perpetrasset scribens post hæc res sui temporis Evagrius parcius saltem laudasset hominem, quem tam infamis exitus sugillasset; eaque de ipso referre, vel saltem meminisse minime prætermisisset: sed cum ad Mauritii tempora suam historiam perducat nec de ejus obitu vel minimum quidem loquatur, adhuc fuisse superstitem, haud levem suspicionem ingerit.

(a) Evagr. lib. 4. c. 25.
(b) Niceph. li. 17. c. 23. in fine.
(c) Agath. lib. 1.
(d) Paul. diacon. de Gestis Longobar. lib. 2. cap. 3.

XIII. De Narsete Patricio & Duce sub Mauritio.

Quod facit ut in illum respiciam virum insignem eodem nomine nuncupatum Narsetem sub eodem Imperatore Mauritio domi forisque spectatum, summa gloria auctum, eademque Patriciatus dignitate insignitum, eidem muneri mancipatum, nempe Romani exercitus, præfecturæ, & (quod majus est) eadem etiam pietate imbutum; hunc ipsum, inquam, dum intueor, me suscipio haud levis pulsat, num hic idem cum ipso sit, atque adhuc ad annos triginta vitam propagarit. Quod si quis penitus inficias ierit; tunc necesse erit affirmare duos eodem ferme tempore ejusdem nominis, ordinis, dignitatis, probitatis, & victoriis insignitos, bello spectatos duces exercitus vixisse Narsetes: quod haud adeo fit verisimile, cum nulla distinctione prior senior vel major, posterior vero junior vel minor dictus inveniatur. De ejus Narsetis præfectura exercitus, quo vicit Varanem invasorem regni Persarum, restituitque in regnum Cosdroem juniorem senioris filium, agitur pluribus in Miscella (e) sub anno quarto Mauritii Imperatoris, itemque de ipso Zonaras (f), Cedrenus in Tiberio, Nicephorus (g), & Constantinus (h), qui & de ejus nece sub Phoca tyranno agunt: ab eodemque ædificatas ecclesias SS. Pantaleemoni, Probo, Taraco, & Andronico; necnon hospitalem domum, Zonaras tradit (i), dum recenset viri insignis pietatis monumenta: quibus ipsum eumdem esse Narsetem Patricium S. Gregorii Papæ observantissimum, ad quem ipsius Pontificis tres extant epistolæ, (k) suademur.

(e) Miscel. lib. 19.
(f) Zonar. in Maurit.
(g) Niceph. li. 18. c. 20.
(h) Constantin. in Annal.
(i) Zonar. in Phoca.
(k) Greg. li. 1. epist. 6. li. 5. ep. 94. & li. 6. epist. 17.

XIV.

Si vero hunc sub Mauritio Imperatore tot insignibus spectatum Narsetem diversum ab eo qui sub Justiniano Gothos vicit fuisse quis dicat; haud pro his nobis adeo pugnandum erit, cum res tantummodo conjecturis agatur, & hæc ipsa potius consideranda proposuerimus, quam historica lege credenda. Ad postremum autem de Narsete Italiæ Duce quod refert Paulus diaconus haud perfunctorie prætereundum est: *His quoque tem-*

*po-*

PAGIUS

regnante, Vitam S. Medardi Noviomensis Episcopi Literis commendasse. Quare recte Cointius eum anno DXCIX. Episcopum renunciatum esse, & *Platoni* Pictaviensi Episcopo successisse scribit. Neque Fortunati Episcopatus Pictaviensis in dubium revocari potest; cum *Baudonivia* Monialis ei coæva in Prologo Vitæ Sanctæ Radegundis Reginæ a se scriptæ, affirmet: *Non ea quæ Vir Apostolicus Fortunatus Episcopus de Beata Vita composuit iteramus, sed ea quæ prolixitate sua prætermisit.* Mortuus est itaque *Fortunatus*, qui invocatur in Litaniis Monasterii Sancti Cypriani extra muros Pictavienses, ut ex Ecclesiæ Pictaviensis Monumentis refert Saussaius ad calcem Martyrologii Gallicani, post annum Christi sexcentesimum. Certe illum anno DXCVIII. in vivis adhuc fuisse, evincit Epitaphium *Theodechildis* Reginæ anno ætatis LXXV. demortuæ, & post annum Christi DXXII. natæ ab eo conditum. Qua de re vide quæ scripsimus anno DLXXII. cum de *Theodechilde* verba fecimus. *Fortunatum* vero composuisse Vitam S. Medardi, dum Presbyter esset, eamque a posteris interpolatam fuisse demonstrat Cointius anno CDLVI. num. VIII. Sed redeo ad Langobardos.

V. Adventus Longobardorum in Italiam ab hoc anno removeri non potest.

Ex Prologo legum Longobardicarum, quas *Rotharis* Langobardorum Rex auctor in tabulas retulit, Cointii opinio etiam evertitur, liquetque eos hoc anno in Italiam venisse; ait Rotharis: *Ego Rotharis Rex septimus decimus gentis Langobardorum, anno Regni mei octavo, ætatis meæ tricesimo octavo, Indictione secunda, & post adventum in Provinciam Italiæ Langobardorum, ex quo Albuinus tunc temporis Rex advenit, anno septuagesimo sexto, feliciter, datum Ticini in Palatio.* Data est legum illa Collectio, quam Rotharis Edictum vocat, *decimo Kalendas Decembris*, ut in earum Prologo a Sigonio lib. 2. de Regno Italiæ relato dicitur, ideoque anno Christi sexcentesimo quadragesimo tertio, quo a Kalendis Septemb. Indictio II.

(a) Paul. diacon. de Gestis Langobar. lib. 2. c. 4. in fine.

De Vitali Episcopo Altinensi in exilium deportato.

*poribus* (inquit) (a) *Narses Patricius cujus studium ad omnia vigilabat, Vitalem Episcopum Altinæ civitatis, qui ante annos plurimos ad Francorum regnum, hoc est, ad Maguntinensem civitatem confugerat, tandem comprehensum apud Siciliam exilio damnavit.* Hæc ipse. Porro non tanta sibi arrogasse Narsetem virum pium, ut in Episcopos manus iniiceret, quisque sciat, nisi cum id jussum ipsi fuit pluribus litteris a Pelagio Papa Joannis hujus prædecessore, prout quæ recitatæ sunt superius ipsius Pelagii litteræ facile demonstrant. Pelagium vero ipsum ad hæc Narsetem excitasse constat, ut obortum recens schisma sedaretur: quod & jure faciendum esse, Sanctus Augustinus adversus Donatistas agens pluribus comprobavit. Fuisse autem tum Altinensem tum Aquileiensem Ecclesias temporibus istis in schismate, quæ superius dicta sunt atque dicentur ostendunt.

XV. Sed res Orientales obvias prosequamur. De Sophia Augusta dignum Christiana femina facinus chronographi (b) hoc anno recensent, nempe dissolvisse nomina omnium debitorum: ait enim Cedrenus: *Tertio anno Sophia Augusta, accitis omnibus qui ære alieno obstricti erant, debita eorum creditoribus dissolvit, & pignora suis auctoribus*, dominis scilicet, *reddidit*. Eadem in Miscella. Præcesserunt hæc clamores pauperum a potentibus oppressorum: pro quibus cum Imperator sæpius rescripsisset, sed nihil profecisset, violento tandem intellexit opus esse remedio; nempe ut uno ex sublimioribus magistratibus pœnam dante, reliqui discerent adversus justitiam nihil debere præsumi. Quodnam autem istiusmodi remedium fuerit, Cedrenus exacte rem gestam narrat his verbis:

(b) Cedr. anno 3. Justini, & Miscella auctor.

XVI. Justini ad Magistratus oratio.

*Justinus hic cum crebro ægrotaret, ac vertigine vexaretur, neque in publicum prodire posset; potentes quidam (quia ad Imperatorem querela de eis afferri non possent, nemini parcentes, omnium facultates diripuerant. Cum vero Imperator aliquando se recollegisset atque in templum prodiisset; ii qui injuria fuerant affecti, misericordiam ipsius magna voce imploraverunt. Omnibus ergo in curiam vocatis Justinus: Existimabam, inquit, vos omnes pietatem colere, vestrisque contentos, nemini egenorum injuriam inferre: at vos & Deo & Imperio nostro adversa patratis facinora. Hortor ergo vos, ut pauperibus sua ultro reddatis, ne vestra ipsorum bona amittatis. Potentes hæc auditis, tamen consuetudine ducti deteriora etiam prioribus adjecerunt. Acris enim res est consuetudo, quæ jam altera natura judicatur. Itaque cum Imperator rursum ad processum prodiret, plures eum invocabant. Rursum igitur in progressu convocato Senatu, dicit: Si me a Deo putatis Imperatorem factum, ejus auxilio impero; parete jussis meis mandatis: injuria afficere pauperes desinite; solis namque piscibus mos est, ut validior & major devoret minorem. Quod si meis præceptis non parere, sed in cupiditate vestris obsequi vultis cupiditatibus, alium vobis vestro arbitrio deligite Imperatorem. Ego enim contumacibus, injustis, & aliena violantibus imperare nolo.*

XVII. *Ibi quidam procerum, libertate dicendi sumpta, ita Imperatorem alloquitur:*

Can-

PAGIUS II. in cursu erat. Si hic itaque Christi annus cum septuagesimo sexto adventus Langobardorum in Italiam concurrit, primum in præsentem annum incurrisse oportet. Turbat tamen Paulus Diaconus, qui lib. 4. cap. 44. de eo Edicto loquens ait: *Erat autem jam ex quo Langobardi in Italiam venerant, annus septuagesimus septimus, sicut idem Rex in sui Edicti testatus est Prologo.* Immo Basilius Joannes Heroldus qui Rotharis leges in lucem emisit, idem a Paulus Diaconus habet. Verum cum Heroldus legum a Rothari datarum Prologum in medium non adducat, & Indictio secunda cum anno adventus Langobardorum in Italiam LXXVII. conjungi non possit, nullus dubito, quin is titulum illum ex Paulo Diacono desumserit, nisi forte possessor exemplaris, quo Heroldus usus est, titulum illum jam apposuisset, errorемque Pauli descripsisset.

VI. Paulus enim accurate quidem Langobardorum Historiam elucubravit; sed cum regnante Carolo Magno, extincta nempe jam Langobardorum Regum dominatione, vixerit, non semel lapsus est, indeque ejus errores ex Sigeberto, qui tamen, diu post illum floruit, sed qui optima documenta nactus erat, quandoque corrigi possunt, licet & Sigebertus aliquando in Chronologiam peccet. Paulus v. g. lib. 1. cap. 22. *Audoinum* supradictum *nonum* Langobardorum Regem appellat; qui tamen decimus fuit; alioquin *Rotharis*, non XVII. sed XVI. Langobardorum Regem in citato Proœmio se se appellasset. Quem errorem vidit Sigebertus, qui ad annum CDLXXIX. Langobardorum Reges qui in Rugia insula regnarunt enumerans, *VValtharith*, cui Audoinus successit, *nonum* Langobardorum Regem statuit, ideoque & *Audoinum* decimum fuisse ostendit. Langobardi itaque in *Rugia* sub variis Regibus per annos XLVII. ab anno scilicet CDLXXIX. ad annum DXXVII. habitavere, ut ibidem Sigebertus exponit.

*Paulus Diaconus in Historia Langobardica ex Sigeberto quandoque supplendus.*

VII. Denique *Narsetem* Langobardos in Italiam invitasse, & hac in re majorem Latinis, quam Græcis scriptoribus fidem præstandam esse, jam anno superiori ostendimus. Duo tamen plane fabulosa de *Narsete* a Latinis narrantur. Primum ridiculum est quod Auctor Miscellæ lib. 17. accidisse ait regnante Tiberio Constantino, *Narsetem*, scilicet Patricium Italiæ magnum thesaurum Constantinopoli in quadam cisterna deposuisse, eoque demortuo senem quendam, cui soli *Narses* rem aperuerat, Tiberio Cæsari prodidisse. Illud acceptum a Paulo lib. 3. cap. 12. & cum iis circumstantiis ab eo narratum, quæ a fa-

*Fabula de thesauris Narsetis Constantinopoli inventis.*

[Præfectura concessa pro defensione oppressorum.] *Constitue me coram omnibus Præfectum Urbis, mandaque ne cujusquam rationem potiorem justitia habeam, utque mihi te de rebus necessariis monituro semper aditus pateat: recipio in me, effecturum me intra mensem, ne ulla sit vel illata in urbe, vel accepta injuria. Quod si quis profert culpam, quam mihi indicatam non punierim, capite me plecti jubeto. Pergratum hoc Imperatori fuit, eumque Præfectum Urbis constituit. Is ergo cum mane pro tribunali sederet, & quædam vidua quereretur se a Magistro quodam omnibus suis facultatibus spoliatam; mittit eam cum sigillo ad Magistrum illum, jubetque eum ad dicendam causam venire;*

XVIII. [Egregium facinus Præf. urbis.] *Cum eamdem viduam Magister verberibus male multatam remisisset, mittit Præfectus ad eum de Cursoribus unum; sed hunc quoque verbis delusum dimittit. Interim dum Præfectus in Circo sedet, Magistrumque opperitur; hic ad convivium ab Imperatore vocatur. Eodem se Præfectus quoque confert, aitque Imperatori: Si in eo Imp. persistes, quod mihi mandasti, ne cui eorum, qui pauperes concutiunt, parcam; scito me promissis meis satisfacturum. Sin eos tu, pœnitentia ductus, amicos potius habes, & conviviis adhibes; scias me quoque detractare ea quæ in me recepi. Imperatore respondente, uti se ipsum potius solio detraheret, si sontem talis criminis sciret; Præfectus illico Magistrum vi abripuit, & in curiam, quæ Arca dicitur, cum eo abiit. Ibi diligenter utriusque sermone considerato: cum haud levibus injuriis ab eo affectam mulierem comperisset; verberibus impositis, homini caput rasit, asinoque nudum impositum per mediam urbem velut in triumpho duxit, & omnes ejus opes mulieri addixit. Hoc exemplum reliquos ita in viam redegit, ut ubique summa in pace viveretur, atque intra trigesimum diem neque actor ullus esset, neque reus injuriarum. Tunc Præfectus Imperatori significat, se promissa implevisse: & Imperator in publicum progressus, cum nulla querela audiretur, rursus Patricia dignitate eum ornat, & per omnem vitam Præfectum Urbis esse jubet.* Hactenus de his auctor.

XIX. Hoc eodem tertio anno Justini Imp. cum Spesindeum Episcopus Primas Bizacenæ provinciæ in Africa de suæ Ecclesiæ privilegiis conservandis interpellasset Imperatorem, ipse morem gerens in hunc modum ad eum rescripsit (a):

*Imperator Justinus Aug. Spesindeum viro beato Archiepiscopo Vizacenæ * provinciæ.*

[Justinus Imp. salva vult privilegia Ec. Bizacenæ.] *Cum & privatis hominibus donata privilegia pietas nostra observare curaverit; hoc ipsum multo magis & sanctis Ecclesiis custodiri, necessarium esse putamus. Petivit enim tua beatitudo per Evasium reverendissimum diaconum, divinas regulas atque privilegia data sancto Concilio tuo vel Ecclesiæ tuæ inviolata custodiri: Ut si quando contra clericus accusatio processerit: quæ pertinent ad divinas regulas, non apud judices civiles aut militares causæ examinatio procedat, sed ad tuam beatitudinem, sicut & pater noster per divinos apices constituit. Quapropter sancimus, secundum regularum divinarum tenorem, atque dispositionem patris nostri, Epi-*

(a) *Extat in Novel. Julian. Antecess.*

* Bizacenæ

PAGIUS a fabulatore quodam confictum fuisse ostendunt. Jam cap. 22. scripserat Paulus: *Bella quæ per Narsetem Patricium Gothis vel Francis illata, superius per anticipationem dicta sunt, hujus temporibus* (nempe Justini Junioris de quo loquitur) *gesta sunt*, ubi Paulus e se jam recte recitata insulse revocat. Secundo, fabulosum, quod idem Paulus lib. 2. cap. 11. de *Narsete* tradit, eum scilicet Romæ ex hac luce subtractum esse, ejusque *corpus positum in locello plumbeo, cum omnibus ejus divitiis Constantinopolim* esse perlatum. Si enim *Narses*, ut postea refert Paulus lib. 3. cap. 12. cum multis thesauris Constantinopolim advenit, ibique occulte cisternam magnam fodit, in qua thesaurum suum reposuit, ac in ea Urbe defunctus, sit, *ut ibidem habet*, quomodo Romæ mori potuit, omnesque ejus divitiæ Constantinopolim Roma perferri? Et nihilominus hæc fabula apud Anastasium etiam legitur. Baronius anno DLXXXII. num. VI. & seq. Gregorii Turonensis eamdem fabulam narrantis verba recitat. A Gregorio eam ceteros mutuatos esse, dubitandum non videtur. Rectius Hermannus Contractus in fusiori Chronic. ad annum DLXXI. habet: *Narses Patricius cum e Campania Romam reversus esset non multo post mortuus, & in loculo plumbeo cum thesauris suis Constantinopolim relatus est.* [5]

VIII. [Hunni terras a Longobardis relictas occupant.] *Tunc Alboin sedes proprias, hoc est, Pannoniam, amicis suis Hunnis contribuit, eo scilicet ordine, ut si quo tempore Langobardis necesse esset reverti, sua rursus arva repeterent*, inquit Paulus Diaconus citatus lib. 2. cap. 7. loquens de Longobardis Italiam hoc anno proficiscentibus indeque Velserus lib. 4. Rer. Boicarum ad annum DLXVIII. hæc habet: „ *Huni* sive Avares, nam duo sunt unius gentis vocabula, „ *Anasso* deinde tenus coluere, & quod flumi„ nis tantum alveus distineret, occasionem se„ cuti, *Boicam* multis sæculis, qua justo bello, „ que perpetuis excursionibus & latrociniis per „ omnia barbaræ & immanis crudelitatis exem„ pla

NOTÆ [5] FAllitur profecto Pagius falsi arguens Paulum Diaconum, quasi scripserit Narsetem Constantinopoli cisternam effodisse, in qua ditissimos, quos congesserat, thesauros absconderet; scribit enim; *cum in quadam Civitatem intra Italiam* (alia lectio *In quadam civitate Italiæ*) *degeret*, eo deportasse, thesauros suos infodiendos. Vide lib. 3. cap. 12. In his igitur contra te Paulus non pugnet, quamvis ejus narratio aliis argumentis fabulosa deprehenditur. MANSI

*Episcopos, sive omnes clericos subjectos tuæ beatitudinis, si accusantur ab aliquo sub tua audientia satisfacere in his quæ ad regularem ordinem pertinent: quia nostra pietas hæc ipsa atque privilegia data sancto Concilio tuo providit confirmare.*

XX. *Super hæc petisti, ut quando opus fuerit ad nostram pietatem tuos Responsales dirigere, nullus eos prohibeat navigare: quod & nobis placuit, ut nihil necessariorum lateat aures nostras. Unde licentiam tuæ beatitudini damus, ut quando opus fuerit aut Ecclesia tua aut communi provincia ad serenitatem nostram aliquem transmittere docturum causas necessarias, sine aliquo impedimento dirigere eum; ut veritatem audientes, quicquid oporteat fieri, statuamus. Alios vero Episcopos illius provinciæ, si necessaria causa emerserint, ad nos dirigere, aut ad nostram venire pietatem, cum voluntate Primatis hoc faciant. Hæc ergo tua beatitudo effectui tradere observareque procuret. Lege. Data Kalen. Mart. Constantinopoli, Imperii domini nostri Justini PP. Aug. ann. III. Consulatu ejusdem secundo.* Hæc quidem ipse pio digna Imperatore: quibus hujus anni rerum gestarum finem imponimus.

Quin-

PAGIUS » pla infestam habuere, sed vico crebro relata cum nullo accolarum manus sæpius consertæ, nec plura invicem damna aut data aut accepta sunt. Prima hostilem impetum situ proxima *Laureacum* excepit, & Urbes circa fines ex improviso invasit, multi mortales necati, multi cum pecore atque aliis præda capti, agri vastati, ædificia incensa, nulla denique res incolumis relicta cui ferro aut igni noceri potuit. Auctores sunt, Episcopum tanta calamitate admonitum, Sedem ad *Batava* transtulisse: quod sive tum statim, sive aliquot post annis contigit, uti magis credo, *Hunnorum* vicinia Laureacensem Ecclesiam disturbatam esse, dubitationem non habet. Ita recte Velserus; sed *Laureacum*, vel Lauriacum, quod hodie vicus est tantum Austriæ superioris, ad Danubium fluvium, uno milliari ab Aniso seu Anasso fluvio dissitus cum Batava seu Patavia Norici Urbe ante sæculum octavum unitum non fuit, cui tunc *Vivilus* seu *Vivolus* primus Lauriaci ac Patavi Episcopus constitutus, ut suo loco ostendam. Quare duodecim Episcopi qui ab Hundio in Metropoli Salisburgensi ante *Vivolum* numerantur, ordinarii non fuere, sed regionarii, licet ipse, ac Cnisius, aliique passim id existimarint. Hunnis *Marcianus* Imp. *Daciam*, quam nunc *Transilvaniam* vocamus assignarat, ut anno CDLIV. vidimus, sed post Langobardorum discessum sedes extenderunt usque ad *Anisum* fluvium indeque *Bojoariam* summopere afflixere. Quando postea Sedes Archiepiscopalis *Laureaco* restituta fuegit, infra suo loco dicemus.

*Justinus* Imp. Legationem ad *Turcos* misit, ut ostendimus anno DLXVII. num. VI.

| JESU CHRISTI ANNUS 569. | JOANNIS PAP. ANNUS 10. | JUSTINI JUN. IMP. ANNUS 4. |
|---|---|---|

I. QUingentesimus ac sexagesimusnonus vertitur annus Domini, secundæ indictionis, idemque quartus Justini Imperaroris: cum Liuba Rex Gothorum in Hispania, ipsius regni anno secundo prope dilapso, collegam sibi allegit fratrem suum Leuvigildum, cui & cessit Hispanias, ipse contentus regno quo potiebatur in Gallia Narbonensi. Erat Leuvigildo uxor Theodosia Catholica femina, eademque soror sanctorum Leandri, Fulgentii, Isidori, ac Florentiæ, filia vero Severiani Carthaginensem provinciam moderantis. Sed nihil ea sancto consortio profecit Rex impius Arianismi tenacissimus. De tempore fidem facit idem S. Isidorus (a) in Chronico, dum ait, anno secundo Justini Imp. Liuvam * regnare cœpisse; & idem addit, eumdem secundo anno ab adepto principatu ascivisse in regnum socium fratrem Leuvigildum. Unde opus est ut ex eodem Isidoro corrigas Isidori depravatum in eo Chronicon, cum ibidem subditur, anno secundo Justini vocatum ad regnum a fratre Leuvigildum; ut quartus Justini pro secundo ponendus sit annus. De persecutione autem a Leuvigildo adversus Catholicos excitata suo loco dicturi sumus.

(a) Isidor. in Chron. Goth.
* Liubam

II. Lucense Concilium in Galliciu. Hoc item anno sub Theodomiro Suevorum Catholico Rege celebratum est in Gallicia Lucense Concilium, de quo perpauca hæc tantum monumenta habentur, Ambrosii rerum Hispanicarum luculenti historici diligentia nuper inventa: *Tempore Suevorum, sub Æra sexcentesima septima, die Kalen. Januarii, Theodomirus Princeps Suevorum Concilium in civitate Luco fieri præcepit, ad confirmandam fidem Catholicam, vel pro diversis Ecclesiæ causis, &c.* Quod insuper recitat ex aliis scriptis exordium, cum spectare cognoscatur ad secundum Lucense Concilium, de eo suo loco dicendum. In hoc autem actum rogatione Regis, ut nova institueratur Metropolitana Ecclesia in Gallicia, quæ tamen esset subdita Bracharensi: circumscriptique sunt in eodem Conventu limites Lucensis Ecclesiæ ad lites de finibus evitandas. Ita plane incaluit recens redditi Catholici Regis fidei ardor, ut totus esset in his quæ spectarent ad fidem Catholicam illustrandam, conservandamque in Ecclesia pacem; curaritque summa diligentia neophytus Princeps, quæ sunt absolutissimi sacerdotis. Quod

PAGIUS SÆC. VI. Olymp. 337. An. Eræ Hisp. DCVII. A. C. 569.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6062.

☉ 18. F. ☽ 19. P. 21. April. Indict. 2.

JESU CHRISTI 569.

JOANNIS III. PAPÆ 10.

JUSTINI JUN. IMP. 5.

I. Post Consulatum. [1] IS annus hac formula notatus: *IV. Post Consulatum Justini Jun. Aug. solius II.* vel modo loquendi a Mario Aventicensi usurpato: *Anno III. Consul. Justini Jun. Aug. Indict. II.*

II. Leuvigildus Regni Hispanici consors declaratur. Ad num. I. in Chronico Isidori edito a Labbeo Tomo I. Novæ Biblioth. ex Codice MSS. optimæ notæ legitur: *Era DCVII. anno Imperii Justini minoris Leuvigildus adepto Hispaniæ Principatu, ampliare Regnum bello & augere studuit*, ideoque currenti Christi anno. Justini annum Isidorus non exprimit, qui nec etiam memoratur in editione Grotii, in qua præterea loco, *Era DCVII.* perperam habetur, *Era DCVI.* Biclariensis Abbas in Chronico dicit fuisse III. Justini annum: *Hujus Imperii anno III. Leovigildus germanus Liubani Regis, superstite fratre in Regnum citerioris Hispaniæ constituitur: Gosvintham relictam Athanaildi in conjugium accipit.* Verum hic auctor, qui Justini initium ab anno DLXVI. exorditur, hunc Christi annum tertium Justini, desinentem scilicet, appellat. Isidorus in Chronico dicit, *Liuvam secundo anno* Regni sui *Leuvigildum* fratrem Hispaniæ præfecisse & Galliæ Regnum, Septimaniam scilicet, sibi reservasse. A præsenti itaque anno *Leuvigildi* initium inchoandum.

III. Synodus Lucensis. Ad num. II. In Hispaniis celebratum Concilium Lucense, cujus initio hæc verba leguntur: *Tempore Suevorum, sub Era DCVII. die Kalendarum Januarii, Theodemirus Princeps idem Suevorum, Concilium Civitate Luco fieri præcepit.* Era autem DCVII. in hunc Christi annum incidit. Eo in Concilio lecta est Epistola Theodo-

NOTÆ [1] INscriptio apud Muratorium tom. I. pag. CDXXIX. 3. quæ Capuæ extat.

DEPOSITA SVB. DIE KALENDARVM
NOVEMBRIVM IMP. D. NN. IVSTINO
PP. AVG. ANNO III. P. C. EIVSDEM
INDICTIONE TERTIA.

Marii Aventicensis morem secutus est Quadratarius; & *indictio tertia* hic designata, a Kal. Septembris hujus anni exordium sumit. GEORGIUS

III. *Avares victi a Tiberio pacem petunt.* Quod vero ad res Orientales pertinet, hoc ipso anno quarto Justini Imp. Tiberius Comes Excubitorum, qui postea Augustus creatus est, adversus Avares barbaros pugnans, eos vicit atque penitus debellavit, adeo ut eosdem pacem submisse petere ab Imperatore coegerit. Hæc apud Victorem Tunnensem in Chronico: sed & horum meminit Corippus in carmine ad Justinum his versibus (a);

(a) *Corip. in prin. carm.*

*Illa colubrimodis Avarum gens dura capillis*
*Horribilis visu, crudisque asperrima bellis*
*Imperio subjecta tuo servire parata,*
*In media supplex defusis crinibus aula*
*Exorat pacem, nec fidere mollibus audet*
*Tot numerosa suis Romana lacessere signa.*

Et infra;

*Pars inimicorum cecidit cum magna suorum,*
*Perfidia punita sua: nunc marte peracta,*
*Victores, victique* * *famulantur in aula.* * una

At hæc satis.



PAGIUS domiri Regis, hortantis, ut plures in Gallecia Diœceses instituerentur; ac præterea, ut præter unam Metropolitanam Sedem Bracarensem scilicet, designaretur alia, quod & factum est. Sedes enim Lucensis erecta in Metropolim. *Luco* porro seu Lucus, hodie *Lugo*, nunc tantum est Episcopalis Metropolitæ Compostellano subdita.

IV. Ad num. III. Abbas Biclariensis ad annum IV. Justini & secundum Leovegildi Regis, ait *Justinus Imp. per Tiberium excubitorum Comitem in Thracia bellum genti Barbarorum ingerit & victor Tiberius Constantinopolim redit*, quæ Baronius memoriæ lapsu Victori Tununensi, qui Chronicon suum ultra primum Justini annum non producit, attribuit, & de *Avaris* explicat. Verum cum hæc Tiberii de *Avaris* victoria in nullo Scriptore Byzantino legatur, suspicor eam commentitiam esse. *Bellum Avaricum.*

*S. Apollinaris* Episc. Alexandrinus moritur, ut ostendam anno sequenti.

| JESU CHRISTI ANNUS | JOANNIS PAP. ANNUS | JUSTINI JUN. IMP. ANNUS |
|---|---|---|
| 570. | 11. | 5. |

I. SEptuagesimus supra quingentesimum adest annus Domini, tertiæ Indictionis, idemque quintus Justini Augusti, qui & in ipsius constitutione (*a*) annus secundus post Consulatum ejusdem inscribitur. Quo Apollinaris Alexandrinæ Ecclesiæ Episcopus, obi sedisset annos decem & novem (secundum Nicephori Chronici rationem) ex hac vita migravit. De quo non prætereant quæ de ipso apud Sophronium omni fide testata leguntur, cum contigit eum sanctissimos viros ordinare Episcopos in Ægypto, quorum unus e mortuis resurrexerat. Res gesta ita describitur (*b*) testificatione Zosimi Ciliciis magni onachoretæ:

(*a*) *Const. de filiis liber. apud Jul. Antecess.*

(*b*) *Pr. Spi. c. 124.*

II. De tribus Episcopis ab Apollinare ordinatis.

*Narravit autem nobis* (inquit) *& hoc senex, dicens: Ante annos vigintiduos ascendi in Porphycilem, volens illic morari. Accepi autem & discipulum meum Joannem mecum. Cum autem illuc venissemus, invenimus duos anachoretas mansimusque prope illos. Erat autem alter quidem ex his Galata nomine Paulus, alter vero Melitinus nomine Theodorus (ex monasterio fuerant Abbatis Euthymii) ferebant autem collobia ex pellibus bubulorum. Mansi autem illic ferme duos annos: distabamus ab invicem quasi duobus stadiis. Die autem quadam, cum sederet Joannes discipulus meus, percussit eum serpens, statimque defunctus est, sanguinem ex omnibus partibus fundens. In multa igitur angustia existens, abii ad anachoretas. Qui ut viderunt me turbatum & afflictum, antequam aliquid dicerem ad eos, dicunt mihi: Quid est, Abba Zosime? mortuus est frater? Dico: Ita sane, mortuus est. Venientes igitur mecum, videntesque ipsum in terra jacentem, dicunt mihi: Noli contristari, Abba Zosime: adest divinum adjutorium. Vocantesque fratrem, dixerunt: Frater Joannes, surge: quia senex te opus habet. Continuoque surrexit frater de terra. Quærentes autem bestiam & invenientes, tenuerunt eam, & in conspectu nostro illam in duas partes disruperunt. Tunc dicunt mihi: Abba Zosime, vade in Sina. Deus vult tibi committere Ecclesiam Babylonis. Continuo itaque recessimus nos. Cumque venissemus in Sina, Abbas misit me & duos alios in monasterium Alexandriam: tenensque nos Papa Alexandrinus beatissimus Apollinaris, omnes tres fecit Episcopos, unum quidem Heliopoleos, alium Leontopoleos, me vero in Babylonem misit.* Hæc de facta ab Apollinare ordinatione Episcoporum. Porro idem Zosimus abdicavit se postea Episcopatu, & in Sinæ monasterium reversus est, ut idem auctor testatur (*c*). In locum vero ipsius Apollinaris Episcopi Alexandrini subrogatus est Joannes.

(*c*) *Pr. Spi. c. 127.*

III. Sane quidem frequentia fuisse miracula, quæ his temporibus Deus per Catholicos operabatur ad hæreses destruendos, accipe ex relatione ejusdem auctoris, cum ait (*d*): *Dicebat senex quidam: Signa & prodigia usque hodie divinitus in Ecclesia fiunt propter eas quæ pullulaverunt, & pullulant quotidie impias hæreses, & maxime propter Acephali Severi & cæterorum perniciosa schismata, ad munimen ac firmitatem infirmarum animarum, atque ad illorum ipsorum, si ita voluerint, conversionem. Propterea igitur a sanctis Patribus & a beatissimis martyribus ab initio fides hucusque hodie fiunt mirabilia in sancta Catholica & Apostolica Ecclesia.* Hæc quidem scite, utpote quod peculiaris hæc sit dos Ecclesiæ, neque cuipiam extra Ecclesiam posito aliquando concessum, ut vera miracula faciat. Glorientur licet hæretici de argumentorum captiositate quam præseferunt, insultent licet in Catholicos contumeliis; numquam tamen ostendere possunt suam ipsorum veris miraculis confirmatam esse perfidiam, Dei voluntate signis ostenso.

(*d*) *Pr. Spi. c. 113.* Miracula crebra in testimonium fidei.

At

---

PAGIUS SÆC. VI. Anno Eræ Hispan. DCVIII. A. C. 570.

ANNO PERIODI GRECO-ROMANÆ 6063.

☉ 19. B. ☽ 1. P. 6. April. Indict. 3.

JESU CHRISTI 570.

JOANNIS III. PAPÆ 11.

JUSTINI JUN. IMP. 6.

I. Postconsulatus.

IS annus hac formula notatus: *V. post Consulatum Justini Jun. Aug. solius III.* vel ut habet Marius, *anno IV. Conf. Justini Jun. Aug. Indict. III.* Baronius ann. I. ait, in Constitutione Justini *de filiis liberarum*, quæ apud Julianum Antecessorem legitur, hunc annum inscribi secundum post Consulatum ejusdem, quod verum est, sed mendum in numerum II. irrepsit. Novella his verbis signatur: *Dato Kal. Mart. Constantinop. Imp. D. N. PP. Aug. Justini anno V. Indict. III.* Quod vero legi, qui ad manus erat subscripsit: *Dat. Kal. Mart. Constantinop. Imp. D. N. Justino PP. Aug. Anno V. post Consul. ejusdem D. N. ann. II.* ubi legendum, *anno IV.* ut observavit Baluzius in Notis ad Capitularia Regum Francorum pag. 1155. Justinus enim, quemadmodum & Marius Aventicensis, modo loquendi Victoriano usus est, ut liquet ex alia Novella anno DLXVIII. n. I. memorata.

II. S. Apollinaris Episc. Alexandrinus moritur.

A. ann. I. ad IX. Obitus *Apollinaris* Alexandrinæ Ecclesiæ Episcopi pertinet ad annum superiorem; in Chronico enim Nicephori, & in Tabulis Theophani insertis *anni XIX.* eidem attribuuntur, & ipse Theophanes in Chronico, anno

IV. At non prætereat de Apollinare Alexandrino Episcopo illa his addere, quæ ipsius sanctitatem commendent. Quod enim ejus ingressus in Alexandrinum Episcopatum pulso Zoilo, visus sit Vigilio Romano Pontifici (ut dictum est) haud legitimus, sed probrosus: sursum vero ipse una cum Quinta Synodo, cui interfuit, cum fuerit æque receptus, purgata est labes intrusionis, & inter germanos Alexandriæ Episcopos adnumeratus est. Ut ergo eum ostendamus magnæ quoque fuisse virtutis, quæ de ipso ex Sophronio narrata habentur, hic sunt referenda; sic enim se habent (a):

(a) Pr. Spi. c. 103.

V. *Narraverunt nobis de sancto Abbate Apollinare Alexandrino Patriarcha, quod valde fuerit misericors, & compassionis visceribus affluens: cujus rei indicium id afferebant. Erat (ajebant) Alexandriæ juvenis quidam, qui primarii civitatis dignitate atque divitiis clarissimi filius fuerat. Parentibus itaque istius defunctis, qui infinita illi bona tam in auro, quam in navalibus commerciis reliquerant, non satis feliciter & prospere ea gubernans, perdidit omnia, atque ad extremam inopiam deductus est; cum neque gulæ, neque luxuriæ vacaverit (quæ solent divitum exhaurire patrimonia) sed in casus varios atque naufragia inciderit. Itaque ex opulentissimo pauperrimus est effectus, juxta illud Psalmistæ: Ascendunt usque ad cælos, & descendunt usque ad abyssos. Namque adolescens quanto fuerat pecuniis sublimior, tanto per inopiam inferior factus est.*

Apollinaris Episc. Alex insigni liberalitate erga pauperes.

VI. *Hoc audiens beatus Apollinaris videnfque in quantum miseriæ, & paupertatis adolescens delapsus esset, cum parentes ejus fuissent locupletissimi; miseratus illius casum, exiguum ipsi charitatis impendere voluit ministrando alimenta: sed erubescebat, & quoties videbat illum, in secreto conscientiæ sua angebatur, cernens vestem sordidam & luridam faciem, quæ sunt extremæ paupertatis indicia. Cum igitur hujusmodi curis angeretur Pontifex, die quadam divinitus inspiratus, consilium profecto mirabile adinvenit ipsius sanctitati maxime conveniens. Accersivit itaque dispensatorem sanctissimæ Ecclesiæ, seorsumque illum alloquens, dixit ei: Poteris mihi servare secretum, domine dispensator? Qui ait: Spero, domine mi, in Filium Dei, quia quodcumque mihi jusseris, nemini dicam; neque discet aliquis umquam ex me, quod mihi servo tuo aperueris. Tunc ait ad illum Episcopus Apollinaris: Vade & conscribe chirographum quinquaginta librarum auri, quæ a sanctissima ista Ecclesia Macario illius miseri adolescentis patri debeantur, & appone testes & stipulationem & ratam, & affer illud mihi.*

VII. *Dispensator continuo quod sibi fuerat a Pontifice injunctum cum omni celeritate peregit, attulitque chirographum, & dedit illi. Cum itaque pater adolescentis ante decem annos defunctus esset, chartaque chirographi nova videretur, ait illi Pontifex: Vade, domine dispensator, chirographum istud vel in tritico vel in hordeo absconde, & post paucos dies affer illud ad me. Quod ille cum fecisset, præfinito die chirographum retulit quasi subvetustum, deditque Pontifici. Tunc ait ille: Perge modo, domine dispensator, & dicito adolescenti: Quid mihi daturus es, si tibi dedero chirographum magnæ pecuniæ quæ debetur tibi? Et cave ne plusquam tria numismata ab illo accipias, & præbe illi chirographum. Respondens autem dispensator: Vere mi domine, si jusseris, nihil accipiam. Dixit ei ille: Volo omnino ut tria numismata accipias. Pervenit autem ille ad juvenem, sicut ipsi jussum fuerat, & dixit ei: Dabis mihi tria numismata, si ostendero tibi aliquid magnæ utilitatis tuæ? Ille vero pollicitus est illi, quicquid vellet, se daturum. Fingens autem dispensator ait illi: Ante quinque vel sex dies evolvens instrumenta Ecclesiastica: reperi chirographum istud, & memini quia Macarius pater tuus mihi multum confidens, ipsum mihi diebus aliquot permisit; defunctoque ipso, contigit illud apud me usque hodie manere: oblivione enim subreptum est mihi, nec umquam venit in mentem, ut illud redderem tibi. Ait illi adolescens: Nosti quod persona illa sit locuples quæ debet? Dixit ei dispensator: Ita sane, locuples & grata est: potesque ab illa debitum sine labore recipere. Dixit ei junior: Novit Deus, quia modo nihil habeo; sed si recepero quod meum est, quicquid petisti, dabo tibi ultra etiam tria numismata.*

VIII. *Tunc dedit ei dispensator instrumentum quinquaginta librarum. Suscepto itaque chirographo, perrexit ad sanctum Pontificem, prostratusque ante illum, dedit ei chirographum. Cum ergo accepisset ille instrumentum ipsum ac legisset, cœpit se ipsum turbatiorem ostendere, dixitque ei: Et ubi fuisti usque modo? pater tuus ante decem annos defunctus est: perge, nolo te-*



PAGIUS anno Incarnat. secundum Alex. DLXII. Kalendis Septemb. anni Christi DLXIX. inchoato, loquitur de ordinatione *Joannis* Apollinaris successoris, cujus verba anno DLXXII. num. X. in medium adducemus. Præterea ex initio & fine *Eulogii*, qui Joanni successit, patebit, *Apollinaris* mortem anno præcedenti contigisse. Quare quæ Baronius a num I. ad IX. de virtutibus Sancti Apollinaris refert, ad annum superiorem revocanda.

*bi nunc respondere. Qui dixit illi: Veraciter, domine mi, non ego illud habui, sed dispensator illud habebat, & ego nesciebam: sed Deus ipsius misereatur, quia modo ipsum mihi reddidit, dicens, se inter chartas suas dum invenisse. Pontifex vero illum caterim remisit, dicens: Deliberabo mecum, servato apud me chirographo. Post unam igitur hebdomadam vadens ad Episcopum junior, iteromque deprecabatur eum. Ille autem quasi nihil ei vellet dare, dicebat: Quare tantum distulisti proferre chirographum? Dixit illi adolescens: Mi domine, scit Deus quia non habea unde familiam meam nutriam: itaque si Deus inspirat vobis, miseremini mei. Tunc dixit illi S. Apollinaris, fingens se illius precibus cedere: Summam quidem integram ego tibi restituam: hoc autem obsecro, mi domine frater, ut a sancta hac Ecclesia usuras exigas. Tunc procidens ille adolescens, ait: Quicquid volueris & jusseris mihi dominus meus hoc faciam; & si ex principali summa placet minuere aliquid, minue. Dixit illi Episcopus. Non id quidem: satis est si nobis usuras dimittis. Tunc proferens quinquaginta libras auri, dedit ei, & dimisit eum, orans eum pro usura remissione. Hoc opus summi Apollinaris ista sancta illius ars atque misericordia.* Hæc ibi, hic apposita ad Apollinaris sepulcrum ornandum ☞.

IX. Quod autem ad res Occidentalis orbis spectat, de progressu Longobardorum in depredationem Italiæ Paulus diaconus agens sub hoc anno tertiæ Indictionia, præter illa quæ in devastationem Venetæ provinciæ ob iisdem perpetrata esse superius (a) tradidit, hæc postmodum hoc anno facto addit (b): *Alboinus igitur Liguriam introjens, Indictione ingrediente tertia ad Nonas Septembris, sub temporibus Honorati Archiepiscopi Mediolanensis ingressus est. Dehinc universas Liguriæ civitates, præter eas quæ in littore maris positæ sunt cepit. Honoratus vero Archiepiscopus Mediolanum deserens, ad Genuensem urbem confugit. Paulinus vero Patriarcha Aquilejensis undecim annis sacerdotio functus ex hac luce subtractus est, regendamque Ecclesiam Probino reliquit.*

(a) Paulus diac. de gestis Longobard. l. 2. c. 10.
(b) Eod. li. c. 12.
Progressus Longobardorum in Italia.

X. De Patriarchæ nomine.

Quod vero fit hic prima mentio de Patriarchatu Aquilejæ: unde emerserit istiusmodi inauditum hactenus in Italia nomen in qua præter Rom. Pontificem, neminem ejusmodi titulo apud veteres reperies insignitum, accuratius disquisamus. Ad hæc autem primo illud dicendum occurrit, usurpatum frequenter id ipsum nomen his temporibus reperiri pro Archiepiscopo; nimirum ut qui sub se alios haberet Episcopos, sicut dictus esset Archiepiscopus, idem pariter ex vocis significatione Princeps Patrum, & Græco nomine Patriarcha nominaretur. Sunt de his plura exempla: etenim Gregorius Turonensis (c) Patriarcham appellat sanctum Nicetium Archiepiscopum Lugdunensem: id ipsumetiam habes in Concilio secundo Matisconensi, ubi item Priscus Lugdonensis Episcopus Patriarcha pariter appellatur. Sunt & de his alia plura testi-

(c) Greg. Tur. hist. Franc. l. 5. c. 20.

PAGIUS III. *Patriarcha titulus initio Episc. Aquilejensi tributus ad significandam Metropolita Dignitatem.*

A num. IX. ad XIII. Marca in Differt. *de Primatibus* num. XX. & seqq. differit de patriarchatu Aquileiensi, aitque Episcopum Aquileiensem, licet nullos sub se Metropolitas habuerit, appellatum esse Patriarcham, eo quod Reges Gothorom, Episcopos Regni Italici *Patriarcharum* nomine ornarent, quemadmodum testatur Epistola Athalarici Italiæ Regis ad Joannem Papam apud Cassiodorum lib. IX. Epistolarum. Epistola XV. Quare *Elias* Episcopus Aquilejensis, qui post aliquot annos ab excidio Gothorum in schisma delapsus est ob *Tria Capitula* una cum reliquis Istriæ Provinciæ Episcopis, liberum sibi existimavit, ejus nominis usum continuare, quod Literæ Regiæ Metropolitanis Italiæ Ecclesiis dederant, & quo usus fuerat *Paulinus* ejus decessor anno DLX. præcipue quod ejusremodi titulus ad suam Autocephaliam, qua schismatis tempore potiebatur, multum conferret. Occupata ob Imperatoribus Constantinopolitanis Istriæ & Venetiæ Provinciæ parte maritima, Episcopatus Aquilejensis sectus, & *Gradi*, quæ est maria Venetici insula, constitutus est *Candidianus* Episcopus anno sexcentesimo quinto, Romanæ communioni & Imperio adjunctus; qui *Patriarcha* Gradensis, seu Nova Aquileiæ dictus est.

IV. Sopito tandem Schismate, *Aquilejensis Patriarcha* (qui aliquando Forojulii quoque resedit, unde dictus quoque *Forojuliensis*) nomen & locum suum retinuit, ea lege, ut *Gradensis* quoque Dignitate sua non excideret; quæ tandem translata est in Civitatem Venetiarum, Nicolai V. Papæ beneficio anno millesimo quadringentesimo quinquagesimo primo. Nihil ergo eximium in eo Patriarchæ appellatione præter sonum verbi, quod Metropolitanum significabat ex Gothorum Italicorum usu. Attamen temporis progressu, qui solo nomine a cæteris Italiæ Metropolitanis differebant, honoris quoque Privilegio tandem a Summis Pontificibus aucti sunt, ut præ cæteris Italiæ Archiepiscopis Primatus honore fruerentur. Quod Privilegium *Leo VIII.* Rodoaldo Aquileiensi concessit anno DCCCLXIV. iis *Literis*, quas refert Joannes Candidus lib. 4. Hodie in modico appido *Utini* consistit.

*Aquileja Patriarcha nunc Utini moratur.*

V. Hanc prærogativam derivatam fuisse in Gradensem Patriarcham probat Marca ex Epistola secunda Leonis noni; qui Dominicum Gradensem titulo Patriarchæ ornat, & testatur, Romanorum Pontificum Privilegiis decretum fuisse, *ut nova Aquileia totius Venetiæ & Istriæ Caput & Metropolis haberetur*. Dominicus ille Gradensis (qui missus erat a Gregorio VII. cum Literis ad Michaelem Imp. Constantinop. ad unitatem Ecclesiæ resarciendam anno ML. quique in eadem Pontificis Epistola lib. I. Regesti Epist. XVIII. Patriarcha Venetiæ dicitur) scripsit ad Petrum Antiochenum Episcopum Epistolam Græcam,

*Metropolita Gradensis dictus etiam Patriarcha.*

stimonio. Constet præterea Arianos consuevisse suos primarios Episcopos Patriarchas appellare; quod cum apud Victorem, tum apud Gregorium & alios usurpatum invenies: factumque est, ut & alii hæretici e Catholica communione discissi, quem sequerentur erroris principem, eumdem quoque dicerent Patriarcham, ad hoc male usurpato nomine Patriarchæ, quod olim Apostolicarum tantum sedium consuevit esse nomen amplissimæ dignitatis.

XI. Cæterum quod ad præsentem causam spectat, non alio præterito tempore, sed præsenti, cum videlicet Venetiarum & Istriæ Episcopi atque Liguriæ (ut vidimus (a) Pelag. ep. 3. & 5. ex epistolis (a) Pelagii Papæ) essent in schismate, Paulinusque Aquilejensis his omnibus præemineret; placuit iisdem schismaticis qui ab Ecclesia Romana descivissent, illum sibi loco Pontificis constituere supremum Antistitem, quem & Patriarcham nuncuparent. Hanc igitur putemus veram germanamque fuisse novi nominis causam; ab hac vero diversam neque quis poterit somniare, cum non antea, sed tunc aucta sit majoris dignitatis amplitudine Ecclesia illa, dum esset in schismate.

XII. Sed o mirabilis, sicut & terribilis Deus in consiliis super filios hominum! Etenim in ultionem eorumdem schismaticorum feros barbaros advocavit, inque gladium eorum eos primum cum sectatoribus suis tradidit consumendos. An non sunt hæc certa divinæ vindictæ impressa vestigia? Cum ipsi primum schismatici traditi sint a Deo ore gladii devorandi, & ante omnes schismaticorum latibula Aquileja, Mediolanum, & aliæ Ecclesiæ dictarum provinciarum captæ atque in prædam datæ Longobardis; Roma autem ipsa quamvis a Gothis sæpe antea capta fuerit, a Longobardis licet invadi, minime tamen comprehendi potuerit? Habes igitur hæc de Aquilejensis Ecclesiæ Patriarchatus origine ex schismate derivata: quod quidem nomen eidem retinere bono pacis permissum fuisse videtur, quo & ad præsens utitur, sedis Apostolicæ indulgentia. Pergit vero Paulus ejusdem Ecclesiæ diaconus: *Ticinensis autem civitas per ea tempora ultra quatuor annos obsidionem perferens, se fortiter continuit, Longobardorum exercitu non procul ab ea in Occidentali parte residente. Interim Alboinus ejectis * militibus invasit omnia usque ad Tusciam* * electis. *præter Romam & Ravennam, & quædam castella quæ erant in maris littore constituta. Nec erat tunc virtus Romanis ut resistere possent: quia & pestilentia quæ sub Narsete facta est, plurimos in Liguria & Venetia extinxerat, & post annum quem diximus miræ ubertatis fuisse, fames nimia irruens universam Italiam devastavit.* Hæc Paulus: cætera autem quæ subdit, suo loco.

XIII. Sed ad res Gallicanas invisendas transeamus. In Galliis hoc tempore ob complures sanctos Episcopos, qui præerant diversarum provinciarum Ecclesiis, vigebat magnopere Ecclesiastica disciplina: nam & sicubi ea collapsa reperiretur e vestigio qui eam restituerent excitabantur Episcopi. Hoc namque anno, qui sextus Chariberti Regis numeratur, celebrata reperitur Synodus Turonensis secunda decimoquinto Kalendas Decembris, ut in ejus Actis habetur expressum; nam ea sexto anno ipsius Regis habita dicitur. Cui etsi pauci numero interfuisse reperiuntur Episcopi, nempe octo tantummodo numerati; tamen ex eis viri sanctitate celebres quatuor præter alios subscripti habentur, iidemque in sacras Ecclesiæ tabulas relati, nempe qui primo loco ponitur Prætextatus Rothomagen- (De Synodo secunda Turonensi.)

PAGIUS cam, quæ habetur in Codice MS. Bibliothecæ Regiæ, in cujus inscriptione Gradensis & Aquilejensis Ecclesiæ Patriarcham se se appellat, ac profitetur Ecclesiam suam a Marco Evangelista conditam, solamque a Beato Petro intra Italiam Patriarchiaum nomen obtinuisse, ejusque Episcopos in Synodo Romana dexteræ Summi Pontificis assidere solitos. *Dominico* rescripsit *Petrus Antiochenus*, ut legitur in eodem MS. se nunquam legisse, vel fando audivisse Episcopum Aquileiæ, seu Venetiæ, appellari Patriarcham; quinque tantum numero esse Patriarchas in Ecclesiæ corpore, quod ab eis administratur, ad exemplum quinque corporis humani sensuum. Inter eos Antiochenum Episcopum proprie dici Patriarcham, Romanum vero & Alexandrinum nuncupari Papas, Constantinopolitanum & Hierosolymitanum Archiepiscopos. Sin autem Gradensis ex eo Patriarcha dici velit, quod dexteræ Beatissimi Papæ assideat; id aliquo pacto fieri posse; quoniam Episcopi Patres appellantur, & qui priorem locum post Patriarchas in Synodis obtinent, Exarchi, Protothroni, & Proedri vocantur: qua ratione Patriarcha dici possit Episcopus Venetiæ, quod in Synodo Romana primus sit a Papa; ac si diceret quod antecedat Patres & Episcopos. De Patriarchatu Aquilejensi legenda quæ habet Em. Card. Norisius cap. 10. Dissert. de quinta Synodo, ubi fuse & docte de eo agit.

VI. Concilium Turonense II. A num. XIII. ad XXIII. In Concilio secundo Toronico legitur; *Euphronius Turonicæ Civitatis Episcopus has Constitutiones nostras relegi & subscripsi. Notavi sub die XV. Kalendas Decembris, anno VI. regni Domini nostri Chariberti gloriosissimi Regis.* Clotarius Chariberti Francorum Regis pater, die X. mensis Novembris anni DLXI. adhuc in vivis erat, ut in ejus morte ostendi, ubi & eo anno eum demortuum vidimus. Quare Concilium II. Turonense celebratum est die XVII. mensis Novembris, vel anni DLXVI. vel insequentis. Extant ejus Canones viginti septem, coactumque fuit ex solis Ditionibus *Chariberti* Regis, ut ex ejus Præfatio-

gensis, Germanus Parisiensis, Domitianus Catalaunensis, atque Domuulus Cœnomanensis, quorum omnium memoriam suis descriptam diebus annis singulis Ecclesia Catholica celebrare consuevit. Verum quod inter eos non legatur sanctus Euphronius hoc tempore Episcopus Turonensis, ejus videlicet loci ubi Synodus est celebrata sacer Antistes, neque per vicarium subscriptus reperiatur; inde existimo seriem Episcoporum intercisam & minime integram ibi poni. Ejus autem Synodi celebrandæ illa occasio intercessit, quod videlicet nonnullorum temeritate sacri canones proculcarentur; pro quorum stabili firmitate sanctissimi Patres illi ex adverso consurgentes, pro muro se domui Israel opposuere, atque duodetriginta canones statuerunt, quibus Ecclesiastica disciplina collapsa resurgeret, pristinoque nitore splendesceret.

XIV. Inter alios vero ille observatione dignus est canon, quo de asservatione sanctissimæ Eucharistiæ ita decernitur (a): *Ut corpus Domini in altari non in imaginario ordine, sed sub Crucis titulo componatur.* Nempe ut digniorem sibi vendicaret locum, statutum est, ut non inter sacras imagines super altari poni solitas poneretur; sed sub ipsa Cruce, quæ in meditullio ipsius altaris collocari consuevit. Scimus intra columbam argenteam alicubi his temporibus conservari consuevisse Eucharistiam; quod Synodus prohibuisse videri potest, dum prohibet ne in imaginario collocaretur ordine: sicque videas non esse novum, ut corpus Christi super altare servetur.

(a) Conc. Tur. 2. c. 3. Ubi Eucharistia asservari deberet.

XV. ☞ His adiicimus de Felice Episcopo Bituricensi, qui huic Synodo interfuit, tertioque loco subscripsit, ipsum pereleganś aureum vas ad sacratissimam Eucharistiam conservandam turris instar fabrefieri curasse, quod Venantius Fortunatus ejusmodi epigrammate celebravit, cui præposita legitur hæc inscriptio:

De aureis vasis ad Eucharistiam conservandam.

Ad Felicem Episcopum Bituricensem, in Turrem ejus.

*Quam bene juncta decent, sacrati ut corporis Agni*
*Margaritum ingens aurea dona ferant.*
*Cedant chrysolites Salomonia vasa metallis:*
*Ista placere magis ars facit atque fides.*
*Quæ data, Christe, tibi Felicis munere sic sunt,*
*Qualia tunc tribuit de grege pastor Abel:*
*Et cujus tu corda vides pietate coæquas*
*Par viduæ merito quæ dedit æra duo.*

Vides igitur quanto honore consueverit Eucharistia custodiri super altare sub sacratissima Cruce in pretiosissimo tabernaculo turris instar, quo nomine auctor in titulo ipsum appellat. Commendatur tamen a S. Hieronymo (b) S. Exuperius Tolosanus, qui tempore exundantium barbarorum, ne istiusmodi aurea sacra vasa cederent illorum rapinæ, ipsa conflarat in usum pauperum, canistro vimineo & vitreo calice corpus Domini portans. Hæc occasione canonis de loco Dominici corporis ea statuentis ☜.

(b) Hier. ep. 4.

XVI. Sed illud Christianam magnam redolet pietatem, cum ad curam pauperum adhibendam ista sanxere Patres (c): *Ut unaquæque civitas pauperes & egenos incolas alimentis congruentibus pascat secundum vires: ut tum vicini presbyteri, quam cives omnes suum pauperem pascant. Quo fiet, ut ipsi pauperes per civitates alias non vagentur.* Sed & de jejuniis observari solitis in monastica observantia, deque psallendi ordine in Ecclesia usu recepto canones condiderunt. Insuper adversus repullulantem Nicolaitarum hæresim, qua sacri ministri jam relictas resumebant uxores, invigilavit sacerdotalis diligentia, succidens ejusmodi frutices Dei Ecclesiam occupantes, canone sancito vigesimo.

De cura pauperum. (c) Ibid. c. 5.

XVII. Insuper & plurimum iidem cognoscuntur laborasse Patres adversus incestuosos, quorum gratia vigesimum secundum canonem statuerunt, in quo ex divinæ Scripturæ locis allatæ sententiæ, & diversorum Conciliorum diversi intexti sunt canones. Et hoc quidem visi sunt statuisse sanctissimi Patres ad corrigendum ipsum

Re-

PAGIUS tione colligitur. Concilio subscripserunt Episcopi novem, ex tribus Provinciis Lugdunensibus, secunda, tertia & quarta. *Euphronii* Turonensis, *Prætextati* Rotomagensis, *Germani* Parisiensis nomina leguntur in Tabulis Ecclesiasticis. Præterea Cenomanenses *Domnolum*, Rhedonenses *Victurium* seu Victorium, Naonetenses *Felicem*, & Carnotenses *Caletricum* colunt. Baronius usus est Codice hujus Concilii mendoso, cum asserit in eo non legi nomen *Euphronii*, qui tamen in recentibus Conciliorum editionibus primus subscriptus reperitur. Præterea scribit *Felicem* Episcopum Bituricensem tertio loco subscripsisse; in eisdem vero editionibus *Felix* Nannetensis tertio loco subscribit, nec *Felix* Bituricensis huic Concilio interfuit; cum Bituriges *Guntramno Regi* parerent non autem *Chariberto* ejus fratri, e cujus Regno Episcopi ad Turonense Concilium vocati sunt. Gregorius Turonensis lib. 10. cap. ult. asserit, piissimum hunc Præsulem post mortem miraculis claruisse, & post annum fere XII. ab ea corpus ejus repertum esse illæsum.

Regem Charibertum tanto crimine labefactatum, utpote qui sororem conjugis sibi nefarie copulasset, Marcovefam scilicet Merofleudis uxoris sororem. Sed quid accidit? Cum nec ista remedia ipsi profuerint, paratumque a sanctis Patribus antidotum omnino respuerit; ab ipso S. Germano Parisiensi Episcopo hujus canonis vindice, cui subscripserat interpellatus, sed non emendatus, fuit excom-
(a) Greg. Tur. hist. Franc. l. 4. c. 26. municatione perculsus, ut Gregorius (a) ait, cum post turpitudines ejusdem Regi recensitas hæc addit: *Post hæc Marcovefam Merofleudis scilicet sororem conjugio copulavit: pro qua re a S. Germano Episcopo excommunicatus uterque est. Sed cum eam Rex relinquere nollet, primum illa percussa judicio Dei obiit, nec multo post & ipse Rex post eam decessit Charibertus.* Quod contigit post sequentem annum, quo agemus de eodem pluribus.

XVIII. Quod autem ab iisdem additum est
(b) Conc. Tur. 2. c. 24. (b) sanctis Patribus, ut præter S. Ambrosii hymnos alii etiam in Ecclesia canerentur; ni fallor, ejusmodi sanciendæ legis causam dedisse existimo hymnos Venantii Fortunati, quos (ut dictum est) haud pridem de sancta Cruce cecinerat; quos & scimus fuisse ab Ecclesia receptos, atque hactenus pie sancteque concini solitos.

XIX. Rursum vero quod excisæ semel atque iterum spinæ illæ in agro Dominico, adhuc magno damno a maledictis radicibus foras emergerent; fuit in his denuo succidendis sanctis Patribus laborandum. Acciderat enim ut frequentium occasione bellorum, cum non esset amplius in regiis thesauris unde Princeps satisfaceret militantibus, bona Ecclesiæ iidem invaderent, ea a Rege petentes, vel sponte eadem usurpantes. Ad hæc igitur reprimenda penitusque tollenda di-
(c) Conc. Tur. 2. c. 25. vino pollentes Spiritu Patres ista decreverunt (c):

XX. *Illud quoque quamquam canonica sit auctoritate præfixum, quod dum intra se sæviunt domini nostri,* Reges Francorum scilicet, *ac malorum hominum stimulo concitentur, & alter alterius res rapida cupiditate pervadat; ut ista caduca actione quæ inter se aguntur, Ecclesiastica rura aut contaminare præsumant, inviolabiliter observandum censemus. Ut quicumque tam Ecclesiæ, quam Episcopi res proprias, quæ & ipsa Ecclesiæ noscuntur esse, quas Pontifex Actoribus Ecclesiæ dignoscitur assignasse, vel Abbatum, aut monasteriorum, sive presbyterorum quaqua temeritate pervadere, competere, vel confiscare præsumpserit; tunc servato correctionis hoc loco adhuc presbyter ejusdem Ecclesiæ, cujus interest, pervasorem convenit admonere: & si restitutionem distulerit; adhuc quasi filius ab omnibus fratribus ad reddendum, missis epistolis, compellatur. Qui si pertinaciter in pervasione persisterit, & se tollere post tertiam commonitionem de re illa aut Ecclesiæ aut propria noluerit: convenit omnes omnino cum conniventia simul cum nostris Abbatibus ac presbyteris, vel clero, qui stipendia ex ipso alimento pascuntur (quia arma nobis non sunt alia) adjuvante Christo, circumsepto clericali choro, necatori pauperum, qui res pervadit Ecclesiæ, psalmus centesimus octavus dicatur, qui incipit: Deus meus laudem meam ne tacueris, &c. ut vere sit super eum illa maledictio quæ super Judam (d) venit, qui cum loculos ferret *, subtrahebat pauperum alimentum: ut non solum excommunicatus, sed etiam anathema moriatur, & cælesti gladio feriatur, qui in despectu Dei & Ecclesiæ & Pontificum in hac pervasione præsumit assurgere.* (d) Jo. 13. * faceret.
Hæc de his Patres, qui & eidem ipsorum instituto canoni subiiciunt alium ante (ut dictum est) eadem ex causa contra eosdem in Concilio Parisiensi sancitum; nihil penitus omittentes, quo ejusmodi cohiberent rerum Ecclesiæ invasores. Cæterum compluribus fuit declaratum exemplis, maledictionem illos sequi non desinere qui res Ecclesiæ invasere, divinitusque vindictam immitti in ejusmodi delinquentes: quæ quidem cum suis locis opportune scripserimus, hic vel unum ex iis (quod ratio exigat argumenti) reddere minime prætermittimus. Accipe igitur quæ eodem ferme tempore (e) Greg. de glor. mart. l. 2. c. 17.
ibidem in Gallia Gregorius accidisse narrat his verbis (e):

*Fuit etiam quidam diaconus, qui, relicta Ecclesia, Fisco se publice junxit; acceptaque a patronis potestate, tanta perpetrabat, ut vix posset a vicinis circumpositis sustineri. Accidit autem quadam vice, ut saltus montenses, ubi ad æstivandum oves abierant, circumiret, atque pascuaria, quæ Fisco debebantur, inquireret. Cumque diversos spoliaret injuste, conspicit eminus greges, qui tunc sub nomine martyris Juliani tuebantur: ad quos levi cursu volans, tamquam lupus rapax diripit arietes. Conturbati atque exterriti pastores ovium, dicunt ei: Ne, quæsumus, contingas hos arietes, quia beati martyris Juliani dominio subjugati sunt. Quibus hæc ille irridens respondisse fertur: Putasne quia Julianus comedit arietes? Dehinc ipsis verberibus affectis, quæ voluit abstulit, ignorans miser, quod qui de domibus Sanctorum aliquid aufert, ipsis sanctis injuriam facit, ipso sic Domino protestante: Qui vos spernit, me spernit; & qui recipit justum, mercedem justi accipiet.* XXI.
Sed ne immissa in sacrilegum ultio ali-

qua

qua alia ex causa vel casu accidisse a quolibet fingi posset: delectus est ad supplicium locus & modus, ut vindicta divinitus illata fieret manifestior. Verum quomodo id acciderit, audi: subdit enim:

XXII. *Contigit autem, ut post dies multos, non religione, sed casu conferente, ad vicum Brivatensem diaconus properaret; projectusque humo ante sepulcrum martyris, mox a febre corripitur, & tanto vi caloris opprimitur, ut neque consurgere, neque puerum evocare posset. Famuli vero cum vidissent eum extra solitum plus procumbere, accedente: Quid tu, inquiunt, in tanta diuturnitate deprimeris? non enim tibi tam longus mos erat orandi, aut devotio. Ferebant autem de eo, quod quando quidem in ecclesiam fuisset ingressus, parumper immurmurans, nec capite inclinato, regrediebatur. Tunc interpellantibus pueris, cum responsum reddere non valeret, ablatus manibus e loco, in cellam quæ erat proxima, lectulo collocatur. Igitur invalescente febre, proclamat se miserum incendi per martyrem. Et quod primo siluerat, admoniti animæ judicii facibus, crimina confitetur; jactarique super se aquam voce qua poterat, deprecabatur. Delatus quoque in vasculo limphis, & in eum sæpe dejectis, tamquam de fornace, ita fumus egrediebatur e corpore. Interea misero artus eum combusti, in nigredinem convertantur: unde tantus procedebat fœtor, ut vix de astantibus posset aliquis tolerare. Innuens enim dehinc manu indicat se esse leviorem. Mox illis recedentibus, hic spiritum exhalavit. De quo haud dubium est qualem illic teneat locum, qui hinc cum tali discessit judicio.* Hæc Gregorius, occasione canonis Concilii Turonensis a nobis relata, quo Patres divinam ultionem adversus hujusmodi facinorosos implorandam esse putarunt. At quomodo & in ipsum Regem pervadentem bona S. Martini dira vindicta secuta sit, dicemus inferius in ejus obitu. Sed de Turonensi Concilio hactenus.

XXIII. Hoc eodem anno, qui pariter sextus numeratur Guntheramni Francorum Regis, celebrata reperitur Synodus Lugdunensis, quæ prima earum quæ reperiuntur, dicta invenitur; cui interfuerunt Episcopi quatuordecim, eorumque aliqui per legatos: statutique in eadem sex canones reperiuntur, quibus Ecclesiasticæ paci atque indemnitati consulitur, apposite quidem ob scandala a quibusdam malis Episcopis tunc illata. Quænam autem ista fuerint, ex Gregorio Turonensi ita accipe (a): *Contra Salonium (inquit) Sagittariumque Episcopos tumultus exoritur: hi enim a S. Nicetio Lugdunensi Episcopo educati, diaconatus officium sunt sortiti; hujusque tempore Salonius Ebredunensis urbis, Sagittariusque Vapiagensis Ecclesiæ sacerdotes statuuntur. Sed assumpto Episcopatu, in proprium relati arbitrium, cœperunt in pervasionibus, cædibus, homicidiis, adulteriis, diversisque in sceleribus insano furore grassari; ita ut quodam tempore celebrante Victore Trecassinorum Episcopo solemnitatem natalitii sui, emissa coherte, cum gladiis & sagittis irruerent super eum: venientesque sciderunt vestimenta ejus, ministros ceciderunt, vasa & omnia ad apparatum prandii auferentes, relinquentes Episcopum cum grandi contumelia. Quod cum Rex Guntheramnus comperisset, congregari Synodum ad urbem Lugdunensem jussit. Conjunctique Episcopi cum Patriarcha Nicetio beato, discussis causis, invenerunt eos de his sceleribus, de quibus accusabantur, valde convictos. Præceperuntque ut qui talia commiserant, Episcopatus honore privarentur. At illi cum adhuc propitium sibi Regem nossent, ad eum accedunt, deplorantes se injuste remotos; sibique tradi licentiam, ut ad Papam urbis Romanæ accedere debeant. Rex vero annuens petitionibus eorum, datis epistolis, eos abire permisit.* Vigebat his etiam temporibus (uti semper viguit) usus ille a quovis Concilio ad sedem Apostolicam appellandi: quod & hi fecisse noscuntur: de quibus pergit Gregorius hæc dicere:

XXIV. *Qui accedentes, coram Papa Joanne exponunt se nullius rationis existentibus causis*

Concilium Lugdunense primum.

(a) Greg. Tur. hist. Franc. l. 5. c. 20.

PAGIUS VII. Concilium Lugdunense II.

Ad num. XXIII. & seq. In Actis Concilii *Lugdunensis* II. [1] nullus est temporis character, qui in anni, quo celebratum est notitiam nos ducere possit; Cum tamen in Collectione Conciliorum Gallicanorum ponatur sub *Nicetio* Lugdunensi Episcopo conflatum, & in vulgatis Conciliorum editionibus dicatur habitum anno *VI. Regni gloriosissimi Guntramni Regis* ad annum DLXVII. revocandum videtur. In hoc Concilio, ex solis Ditionibus *Guntramni* Regis coacto conditi sunt Canones sex: eique subscripsere sua, vel Vicariorum manu Episcopi XIV. Ex illis Tabulis Ecclesiasticis inscripti sunt *Nicetius* Lugdunensis, Agricola Cabilonensis, *Syagrius* Augustodunensis. Baronius hoc Concilium Lugdunense *primum* appellat, sed sæculo præcedenti de alio Concilio Lugdunensi locuti sumus.

Ad

NOTÆ [1] LUgdunensem hanc Synodum, neque primam cum Baronio, nec Secundam cum Pagio; sed tertiam Lugdunensem appellandam esse in Notis ad A. 517. n. demonstravimus. MANSI

*sit, dimotos. Ille vero epistolas ad Regem dirigit, in quibus locis suis eosdem restitui jubet. Quod Rex sine mora, castigatis prius illis verbis multis, implevit.* Vides ne lector, quantam reverentiam exhibuerint Reges atque Episcopi sententiæ Romani Pontificis, ut quamvis iidem videri potuissent injuste restitui esse, quos Synodus juste damnasset, parere tamen ipsi minime prætermiserint? *Sed nulla* (subdit Gregorius) *quod est pejus fuit emendatio subsecuta. Tamen Victoris Episcopi pacem petierunt, traditis hominibus, quos in seditionem direxerant. Sed ille recordatus præcepti Dominici, non debere reddi inimicis mala pro bonis* *, *nihil his mali faciens, liberos abire permisit: unde in posterum a communione suspensus est, pro eo quod publice accusans, clam inimicis pepercisset absque consilio, quibus accusaverat, fratrum.* Hæc de his quæ spectant ad Concilium Lugdunense hoc anno tempore Joannis Papæ celebratum. Porro de iisdem Episcopis hæc superius idem Gregorius (*a*), dum agit de bello Longobardorum adversus Burgundiones: *Fueruntque in hoc prælio Salonius & Sagittarius fratres atque Episcopi, qui non cruce cælesti muniti, sed galea atque lorica sæculari armati, multos manibus propriis (quod pejus est) interfecisse referuntur.* Hæc tunc primum sunt monstra cœpta videri, ut loricati Episcopi militarent.

* malis.

(*a*) *Greg. hist. l. 4. c. 37.*

XXV. Hoc anno Liubia Rex Gothorum in Hispania, ipso regni sui anno tertio moritur: sicque Leuvigildus ejus germanus in collegam antea ascitus, solus universo potitur regno. Quo pariter anno defunctus Theodomirus Suevorum Rex Catholicus, maximeque pius, filio Ariamiro, quem precibus S. Martini ex diuturno atque gravissimo morbo sanum acceperat, una cum pietate regnum pariter reliquit: de quo hic describenda putamus, quæ Gregorius Turonensis rudi licet stylo, veritatis tamen fulgore corusco posteris tradidit hisce verbis (*b*): *Et quia Florentiani Majoris memoriam fecimus; quid ab eo didicerim, nefas puto taceri. Tempore quodam causa legationis Gallitiam adiit, neque ad Mironis Regis præsentiam accedens negotia patefecit injuncta. Erat enim eo tempore Miro Rex in civitate illa, in qua decessor ejus basilicam S. Martini ædificaverat, sicut in libro primo hujus operis exposuimus. Ante hujus ædis porticum vitium camera extensa per traduces dependentibus uvis quasi picta vernabat. Sub hac enim erat semita, quæ ad sacras ædis valvas peditem deducebat. Cumque Rex sub hac præteriens camera hoc templum adiret, dixit suis: Cavete ne contingatis unum ex his botrionibus, ne forte offensam Sancti ejus incurratis: Omnia enim quæ in hoc habentur atrio, ipsi sacrata sunt.*

(*b*) *Greg. Turon. miracul. S. Martini l. 4. c. 7.*

*Hæc audiens unus puerorum, ait intra se: Utrum sint hæc huic Sancto consecrata, an non, ignoro; unum scio, quia deliberatio animi mei est de his vesci. Et statim injecta manu, caudam botrionis cœpit incidere; protinusque dextera ejus adhærens cameræ, arente lacerto, diriguit. Erat autem mimus Regis, qui ei per verba jocularia lætitiam erat solitus excitare: sed non eum adjuvit cachinnus aliquis, neque præstigium artis suæ; sed cogente dolore, voces dare cœpit, ac dicere: Succurrite, viri, misero; subvenite oppresso, relevate appensum, & S. Antistitis Martini virtutem deprecamini: quia tali exitu crucior, tali plaga affligor, tali incisione disjungor. Egressus quoque Rex, cum ea quæ acta fuerant didicisset, tanto furore contra puerum est accensus, ut ejus manum vellet incidere, si a suis prohibitus non fuisset. Dicentibus tamen præterea famulis: Noli, o Rex, judicio Dei tuam adjungere ultionem, ne forte injuriam quam minaris puero, in te retorqueas. Tunc ille compunctus corde, ingressus basilicam, prostratus coram sancto altari, cum lacrymis preces fudit ad Dominum, nec antea a pavimento surrexit, quam flumen oculorum hujus paginam delicti deleret. Quo a vinculo, quo tenitus fuerat, absoluto, ac in basilicam ingresso, Rex elevatur e solo: & sic recipiens incolumem famulum, palatium re-* XXVI.



PAGIUS VIII. *Theodomirus Rex Suevorum moritur.*

Ad num. XXV. & seq. Abbas Biclariensis ad annum IV. Justini, qui est Leovegildi Regis II. scribit: *In Provincia Gallecia, Miro post Theodomirum Suevorum Rex efficitur*, ideoque anno DLXX. juxta Biclariensem collatum cum Concilio Bracarensi II. anno II. Regis Mironis die prima mensis Junii anni Christi DLXXII. celebrato, ut eo anno videbimus. Ex quo & liquet, *Mironem* anno DLXX. post diem primam Junii regnare cœpisse; cum eo die anno DLXXII. nondum tertium Regni sui auspicatus fuerit. Isidorus in Chronico Suevorum asserit *Mironem* filium fuisse Theodomiri, qui ideo hoc anno mortuus est, ut recte Baronius habet, qui tamen perperam tradit, Mironem Ariamirum vocatum fuisse, ut in Concilio Lucensi II. videbimus.

IX. *Post Celsi Patricii mortem Langobardi sæpe in Gallias irrupere.*

Marius Aventicensis ad annum IV. Consulatus Justini Indict. III. currentem scilicet, ait: *Hoc anno morbus validus cum profluvio ventris, & variola Italiam Galliamque valde afflixit; & animalia bubula per loca suprascripta maxime interierunt. Eo anno mortuus est Celsus Patricius.* Quare cum Gregorius Turonensis, lib. 4. cap. 36. varias Langobardorum in Gallias irruptiones, post Celsi mortem, contigisse narret, eæ ad proximos annos, eos scilicet, qui *Sigiberti* Francorum Regis mortem præcessere, pertinent. Nam, ut animadvertit Cointius anno DLXIX. num. I. quæ eam mortem subsecu-

*petivit. Testatur autem Major præfatus, hoc se ab ipsius Regis relatione, sicut a-ctum narravimus, cognovisse.* Hucusque Gregorius. Hisce Deus miraculis recens credentem Regem voluit admonuisse, quod non sine divina ultione peccant, qui vel minimum quippiam e rebus Ecclesiæ auferunt, quæ vel servientium usui, vel pauperum alimoniis sunt destinatæ. Quomodo autem idem Rex paterno exemplo duo Concilia, Bracharense videlicet, atque Lucense congregavit; suo loco dicemus.

Ad.

PAGIUS cutæ sunt, per annos distinguuntur a Gregorio Turonensi. Huic suffragatur Paulus Diaconus, qui lib. 3. cap. 2. & seqq. loqueos de bellis Gallos inter & Langobardos gestis, dicit, tunc *Amatum* & *Mummulum* Provinciæ præfuisse: hi vero in administratione ejusdem Provinciæ *Celso* successerant.

Hoc anno *Anastasius* Episcopatu Antiocheno dejectus, ut anno DLXXII. ostendam.

| JESU CHRISTI ANNUS 571. | JOANNIS PAP. ANNUS 12. | JUSTINI JUN. IMP. ANNUS 6. |
|---|---|---|

I. ADvenit annus Domini quingentesimus septuagesimusprimus, quartæ Indictionis: quo Alboinus Longobardorum Rex, ubi regnasset in Italia annos tres & menses sex, Kal. Octobris mortuus, cum paulo ante Ticinensem civitatem per tres annos & amplius obsessam cœpisset. Quid autem tunc admiratione dignum acciderit, a Paulo diacono ita accipe (a): *At vero Ticinensis civitas per tres annos & aliquot menses obsidionem perferens, tandem se Alboino tradidit & obsidentibus Longobardis. In quam cum Alboinus, per portam quæ dicitur sancti Joannis, ab Orientali urbis parte introiret; equus ejus in portæ medio concidens, quamvis calcaribus stimulatus, quamvis hinc inde a Stratoria verberibus cæsus, non poterat elevari. Tunc quidam de Longobardis ita Regem allocutus est: Memento, domine Rex, quale votum vovisti: Frange tam dirum votum, & ingredieris in urbem. Vere enim Christianus est populus in hac civitate. Siquidem Alboinus voverat, quod universum populum, qui se dedere noluerat gladio extinguere. Qui postquam tale votum disrumpens, veniam promisit; mox equo surgente civitatem ingressus, in sua promissione permansit. Tunc ad eum omnis populus in palatium, quod quondam Rex Theodericus construxerat, corruens post tantam miseriam, de spe jam fidens, cœpit animum ad meliora futura levare. Qui Rex postquam in Italia tres annos & sex menses regnaverat, insidiis suæ conjugis peremptus est.* Quomodo autem id acciderit, pluribus ipse narrat his verbis (b):

(a) Paul. diac. de Gest. Longobard. l. 2. c. 23.

(b) Paul. diac. de Gest. Longobard. l. 2. c. 28.

II. Alboinus Rex arte conjugis necatur.

*Causa autem ejus interfectionis hujusmodi fuit. Cum in convivio ultra quam oportuerat, apud Veronam lætus resideret, cum poculo, quod de capite Cunimundi Regis sui soceri fecerat, Reginæ ad bibendum vinum dari præcepit, atque eam ut cum patre suo lætanter biberet, invitavit. Hoc ne cui videatur impossibile; veritatem in Christo loquor; ego hoc poculum vidi in quodam die festo Ratchis Principem, ut illud convivis suis ostentaret, manu tenentem. Igitur Rosimunda* (id erat uxori Alboini Regis nomen) *ubi rem animadvertit, altum concepit*



PAGIUS SÆC. VI. Anno Æræ Hispan. DCIX. A.C. 571.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6064.

☉ 20. D. ☽ 2. P.ag. Mart. Indict. 4.

JESU CHRISTI 571.

JOANNIS III. PAPÆ 12.

JUSTINI JUNIORIS IMP. 7.

I. Postconsulatus. [1] IS annus hac formula notatus: *VI. post Consul. Justini Jun. Aug. solius IV.* a Mario vero Aventicensi: *Anno V. Consul. Justini Jun. Aug. Indict. IV.*

II. Ad num. I. & seqq. Paulus Diaconus lib. 2. cap. 53. de Alboino Langobardorum Rege ait: *Postquam in Italia tres annos & sex menses regnaverat, insidiis sua conjugis peremptus est.* Quibus verbis motus Baronius eam cædem hoc anno recitat, additque eam accidisse Kalendis Octob. quia scilicet *Alboinus* initio Aprilis Pannoniam reliquit. Verum non solum Marius eam in annum sequentem differt, sicuti & Abbas Biclariensis, qui Regnum Justini ab an. DLXVI. incipiens tradit eum anno VII. Justini occisum esse; sed etiam Sigebertus & Hermannus Contractus in Chronicis Alboino annos sex assignant, ejusque cædem in annum Christi DLXXIV. conferunt, quibus omnino adhærendum. Sigonius lib. 1. de Regno Italiæ existimat, Paulum tres annos illos deducere a victoria Mediolanensi anno DLXX. reportata. Verum Hermannus citatus in fusiori Chron. ad annum DLXXI. Pauli mentem nos edocet, aitque *Alboinum* Papiam occupasse, & sedem Regni, ibi statuentem *III. annos & VI. menses in Italia regnasse*, atque se-

*Alboinus Langobardorum Rex occiditur.*

NOTÆ [1] EPitaphium Petri notarii S. Ecclesiæ Ravennatis, erutum A. D. 1734. ex pavimento Metropolitanæ Ecclesiæ, *depositum* fuisse Petrum perhibet die XV. Kal. IVL. IND. IIII. IMP. DN. JUSTINO PP. A. ANN. III.
est hic annus tertius Justini *Junioris*, post Consulatum ejus *secundo* gestum; nam Ravennæ præsertim hæc epocha prænotari solebat, qua de re pluribus Philippus a Turre in Dissertatione de nummo Anniæ Faustinæ pag. 142. Annus *tertius* imperii Justini cum *Indictione quarta* copulari non potest; recte vero annus *tertius* post consulatum ejus *secundo* gestum. Nam epocha consulatus secundo gesti incipit ab A. D. 568. ut supra demonstratum est.
Lapis ex Gualtherio apud Castrum novum in Sicilia, editus a Muratorio tom. 1. pag. CDXXX. 1.

P. C. BASIL. V. C. INDICTIONE QVARTA ANNO XXCIII.

Idest *vigesimo nono* PC. Basilii
Sed hi anni minus apte positi; si morem Marcellini, & Marii Aventicensis sequamur, neque cum indictione quarta, quæ hoc anno 571. in cursu erat convenire possunt. GEORGIUS

*eipiens in corde dolorem, quem compescere non valens, mox in mariti necem, patris eadem vindicatura exarsit: consiliumque mox cum Helmige, qui Regis Scilpor, id est, Armiger & collectaneus erat, ut Regem interficeret iniit. Qui Reginæ suasit, ut Peredeum, qui erat vir fortissimus, in hoc consilium ascisceret.*

III. Alboinus Rex occiditur. *Cum vero Peredeus Reginæ suadenti tantum nefas consensum adhibere nollet; illa se noctu in lectulo suæ vestiariæ, cum qua Peredeus stupri consuetudinem habuerat supposuit: ubi Peredeus inscius fraudis cum Regina concubuit. Cumque illa, patrato jam scelere, ab eo quæreret quam se esse existimaret: & ipse nomen suæ amicæ, quam esse putabat, nominasset: Regina subjunxit: Nequaquam est ut putas sed ego Rosimunda sum. Certe, nunc, Peredee rem talem perpetrasti, quod aut tu Alboinum interficies, aut ipse te suo gladio extinguet. Tunc ille intellexit malum quod fecit: & quod sponte noluerat, tali modo in Regis necem coactus assensit. Tunc Rosimunda, dum se Alboinus in meridie sopori dedisset; magnum in palatio silentium fieri præcipiens, omnia alia arma subtrahens, spatham illius ad lectuli caput, ne tolli aut evaginari posset, fortiter colligavit, & juxta consilium initum Peredeum, & Helmigem* * *interfectores, omni bestia crudelior, introduxit. Alboinus subito de sopore experrectus, malum quod imminebat intelligens, manum citius ad spatham porrexit, quam strictius ligatam cum trahere non valeret, apprehenso scabello suppedaneo, se per aliquod tempus defendit. Sed heu, proh dolor! vir bellicosissimus & summæ audaciæ, nihil contra hostem prævalens, quasi unus de inermibus interfectus est, uniusque mulierculæ consilio periit, qui per tot hostium strages in bello fortunatissimus extitit.* Hinc finis Regis Longobardorum, qui invasit Italiam, & tot malorum quæ sunt subsecuta, primus extitit auctor. Subdit vero Paulus diaconus de fuga Rosimundæ ad Romanos Ravennam, cum Helmige, simulque cum Longobardorum Regis thesauro. Sed quæ utrum-

* Amalchildem.

PAGIUS se ad annum DLXXIV. Quare Pauli mentem recte assecutus est. *Alboinus* a Rosimunda secunda uxore occisus est, ut narrat Baronius ex Paulo. Quare *Chlotsinda* prior ejus uxor, quæ inter Arianos vixit Catholica, jam demortua fuerat. Hæc unicam *Alboino* filiam peperit, nomine *Albisindam*, cujus meminit Paulus lib. 1. cap. 28. & lib. 2. capp. 15. & 26. [1]

III. *Italia per annos VII. a Langobardis afflicta.* Ait Baronius corrigendum videri textum Gregorii Turonensis, qui, præter omnium sententiam, *Alboinum* regnasse in Italia annos septem tradat. Verum Turonensis lib. 4. cap. 35. asserit, tantum Langobardos Italiam pervagatos esse, *maxime per septem annos*, & spoliasse Ecclesias, ac Sacerdotes interfecisse, & loquitur de iis, quæ Alboino & Clepho, ejus successore, jam extinctis acciderunt, uti etiam Paulus Diaconus, qui iisdem fere utitur verbis, ut anno DLXXIII. patebit. *Clephus*, ut habet Paulus lib. 2. cap. 31. *Multos Romanorum Viros potentes, alios gladio extinxit, alios ab Italia exturbavit*.

IV. *Joannes fit Episc. Hierosolymitanus.* *Macarius* hujus nominis II. Patriarcha Hierosolymitanus hoc circiter anno vita functus est, ut liquet ex iis, quæ in morte Joannis ejus successoris dicemus. Baronius quidem initium *Joannis* anno DLXI. num. I. ante decennium scilicet constituit. Verum cum Evagrius, Macario in Sedem Hierosolymitanam restituto, Justinianum emisisse Edictum de Incorruptibilitate corporis Christi asserat, & Edictum illud initio anni DLXV. datum sit, Baronii opinio subsistere non potest.

V. Cœptum hoc anno bellum *Persicum*, quod Theophylactus lib. 3. cap. 8. *annos viginti* durasse testatur, quodque anno DXCI. finem ac-ce-

NOTÆ [1] Alboinus neci traditus est jussu Rosmundæ uxoris suæ IV. Kalendas Julii juxta Agnellum in Pontificali Ravennat. fol. 124. ad Vitam S. Petri senioris. Id vero accidisse ait anno Justini II. sexto. Perbelle hæc cum nostra chronologia quadrant; cum enim nos anno 566. cœpisse Justinum demonstraverimus; hinc sequitur annum ejus sextum anno 571. cœpisse ac aliquam anni 572. partem occupasse, ut proinde die IV. Kalendas Julii annus sextus Justini adhuc ageretur, adeoque & recte a Mario & Abbate Biclarensi obitum Alboini sub anno 572. compositum fuisse. Unde vero cœperint anni tres, & menses sex regni Alboini in Italia definire operosum est. Nec enim cum Pagio a capta Papia exordium illud duci posse, censeo. Si enim tribus annis & mensibus aliquot obsidio illa duravit; & si cœpisse statuamus statim ab ingressu Longobardorum in Italiam (qui in annum 568. incidit mense Aprilis) tres anni & menses aliquot ad annum 571. & semis circiter nos redigunt. His si addas tres annos & sex menses Regni Alboini, conficies annum 575. circiter. Juxta hanc supputationem Alboinus decessisse oportat non anno 574. ut Pagius censet, sed anno 575. quod nemo admittit. Censeo igitur tres illos annos exordiendos paulo post ingressum Longobardorum in Italiam, quando forte Papia obsidari cœpta est; nam tunc facili supputatione ad annum 572. IV. Kalendas Julii deducemur. Nec est cur cum Bacchinio in dissertatione ad Agnellum obsidionem Papiæ non nisi anno 569. Septembri mense cœptam, reputemus; nam textus Pauli Diaconi, unde id eruit Bacchinius, commode explicatur tempore illo perseverasse quidem Ticinensem obsidionem; non vero tunc cœpisse (nam si tunc cœpisset, omnis nostra supputatio corruit, cum Alboinus in Palatio Papiensi Urbe jam capta post triennalem & mensium aliquot obsidionem interfectus fuerit). Paulus enim l. 2. c. 25. ait Alboinum ingressum fuisse Liguriam III. nonas Septembris indictione tertia; capvero XXVI. scribit. *Ticinensis eo tempore Civitas ultra tres annos obsidionem perferens se fortiter continuit.* MANSI

trumque efint consecuta mala Rosimundam & Helmigem, ab eodem sic breviter accipe:

IV. Rosimundæ Reginæ & Helmigis obitus.

*Tunc Longinus Præfectus (erat is missus ab Imperatore Hexarchus, morabaturque Ravennæ) suadere cœpit Rosimundæ, ut Helmigem interficeret, & ipsius se nuptiis copularet. Illa ut erat ad omnem nequitiam facilis, cum affectaret Ravennatium domina fieri, ad tantum facinus perpetrandum assensum præbuit: atque dum Helmigis se in balneo ablueret egredienti mortis poculum, quod salutare asseruit propinavit. Ille ubi sensit se mortis poculum bibisse, Rosimundam (evaginato gladio super eam) quod reliquum erat bibere coegit. Sicque omnipotentis Dei judicio Regis interfectores nequissimi uno momento perierunt.* Hucusque Paulus: quibus vidisti repræsentatam de Rege atque Regina tragœdiam: ita plane agente Deo vindice, ut qui innoxios populos crudeli cæde depascerent, in se ipsos suam ipsorum sævitiam retorquerent. Successit post Alboinum Clephis Rex, tenuitque regnum annum unum & menses quinque. Corrigendus vero textus Gregorii Turonensis esse videtur, ubi præter omnium sententiam Alboinum regnasse in Italia tradit annos septem: ab ipsa enim Gregorii Papæ sententia de tempore adventus Longobardorum discrepare cognoscitur, quam duabus ipsius testatam epistolis superius proposuimus.

Clephis Rex Longobard.

V. Sed de propagatione Longobardorum in Italia regni, divinum admirare consilium quod manifeste declararunt eventa: Deum permisisse ejusmodi feros barbaros potiri Italia, ut ejus dominio Orientales exueret Imperatores quibusvis barbaris adversus Romanos truciores; sicque tandem fieret ut excussa Græcorum tyrannide, & vendicata a Franciscum Urbe Italia eadem magna ex parte cederet Romano Pontifici: ita suaviter Deo ex more cuncta disponente, qui semper majores Ecclesiæ clades majoribus consuevit compensare proventibus, sicut & Ecclesiæ ipsius nomi-

PAGIUS

*Initium belli vicennalis Persas inter & Romanos.*

cepisse videbimus; ex quo liquet, ejus initium in præsentem Christi annum competere. Præterea Evagrius, qui hoc tempore vivebat, lib. 5. cap. 7. docet, bellum Romanos inter & Persas exortum esse, quod *Persarmenii* Romanis se tradidissent *Gregorii Pontificatus anno primo*. Est hic Gregorius ille, qui in locum Anastasii, anno superiori Episcopatu Antiocheno dejecti, a Justino Imp. substitutus est, ut infra videbimus. Quare Episcopatus ejus annus primus hoc Christi anno currebat. Tertio, Theophylactus lib. 3. cap. 9. scribit: *Is* (scilicet Justinus) *dum septimum imperat annum, Romani ejus imitati levitatem, fœdus minime sanatum & intemeratum habent; unde pacifica illa felicitate distracta & dirupta, bellum inter Romanos atque Persas introductum est*, &c. *Fœdus autem inter hasce duas gentes in annos quinquaginta susceptum & confirmatum* (anno sc. DLXI. ut ibidem ostendi) *magna Imperatoris stultitia dirupit atque corrupit*. Ostendit postea Theophylactus hujus belli causam in Romanos, qui fœdera transgressi essent, refundendam.

VI. *Ob quas rationes pax rupta.*

Quarto, Theophanes anno Incarnat. secundum Alexandrinos DLXIII. qui Kalend. Septemb. superioris Christi anni inchoatur, ait: *Hoc anno ruptis Romanos inter & Persas pacis fœderibus Persicum rursus renovatum est bellum, missorum videlicet ab Homeritis Indis ad Romanos Legatorum invidia; ac insuper quod Julianum Magistrianum* (idest agentem in rebus) *ab Alexandria per Nilum fluvium & Indicum mare cum Sacris ad Arethani Regem Æthiopum misisset Imperator. Legatum cum ingenti gaudio Rex Arethas excepit, ceu qui Romanorum Imperatoris amicitiam desideraret.* Addit Theophanes: *Extitit etiam alia, quæ Chosroem turbavit, molestia. Per id tempus, Unni, quos Turcos nuncupamus per Alanorum terras Legationem ad Justinum destinant* (de qua Legatione egimus anno DLXVI. num. VI.) *eo de re Chosroes in metum adductus, Armeniorum adversus se rebellionem emeatitus eorum etiam ad Justinum defectionem prætexebat, & transfuggas sibi postulabat. Quingentas insuper auri libras Romanorum Imperatore pendere solito, ut vicinis Barbaris custodiam custodirent Persæ, ne ex Barbarorum locis irrumpentes alterutri Imperio perniciem inferrent; quare omnibus utriusque impensis loca quæque munitu servabantur in utriusque limitibus. Justinus pactum hujusmodi rescindendum censuit; Romanos Persis tributa pendere indecorum ratus. Eaque magni illius Romanos inter ac Persas belli occasio extitit. Quamobrem Justinus Martinum Patricium cognatum suum Orientis militiæ Magistrum renuncians in expeditionem contra Persas misit.*

VII. *Prima adversus Persas expeditio anno tantum sequenti suscepta.*

Verum non *Martinus*, ut perperam Theophanes habet, sed *Marcianus*, Magister Orientalis militiæ, genere Imperatori conjunctus, adversus *Persas* missus est, ut docent Evagrius lib. 5. cap. 8. & Theophanes Byzantius in Excerptis Photii, qui ait: *Marcianus Justini Imperatoris patruelis, Orientis Dux jam renunciatus, in expeditionem adversus Chosroem, octavo Imperii Justini anno missus est.* Denique Theophylactus lib. 3. cap. 10. postquam pacem anno VII. Justini ruptam fuisse affirmavit, inquit, *Violata igitur pace, ac fœdere utrimque conculcato, Justinus Marcianum Patricium genere, ac propemodum de Familia Imperatoria, Virum excellenti fama ad exercitum gubernandum in Orientem destinat. Marcianus transito Euphrate, cum in Regionem Osrhoenam, marcente ac senescente jam æstate venisset, Barbarique de bello nihil cogitarent, tribus millibus de exercitu separatis, eos in Arzanenam, quæ dicitur, regionem immittit. Quorum improvisa irruptione, infanisque deprædationibus, depopulationibus male tunc Persidi factum est. Justini Imp. anno sequenti*, &c. Hæc itaque prima expeditio ad æstatem anni sequentis pertinet, & de ea non loquitur Theophanes Byzantius; cum bellum ab anno VIII. Justini inchoare se indicet. Baronius bellum Persicum tardius exorsum ait, ut ex dicendis constabit.

VIII. *Lues in Gallia & in Italia sævit.*

Marius ad annum V. Consulatus Justini ac Indictionem IV. præsentem scilicet Christi, ait: *Infanda infirmitas atque glandula, cujus nomen est pustula innumerabilem populum devastavit in* su-

mine cognoscitur occinuisse Propheta, dum ait (a): *In tribulatione dilatasti mihi*. Cum & Consilium illud Græcorum evanuit, quo deprimere Romanam Ecclesiam diutius laborarunt, reddita illa magis magisque ex ipsorum cladibus ampliore.

(a) Psal. 4.

Quin-

PAGIUS *suprascriptis Regionibus*, idest, in Gallia & Italia, ut ex dictis anno superiori liquet. Lue illa inguinaria sæviente laborarunt præcipue *Arverni*, quorum calamitatem multa signa præcessisse narrat Turonensis lib. 4. cap. 31. inter quæ fuit cometes quidam, qui *per annum integrum apparuit* super Regionem illam. Meminit & hujus Luis Gregorius in Vitis Patrum cap. 9. & lib. 1. de Gloria Martyrum cap. 45. Evagrius lib. 5. cap. 8. loquens de bello Persico ait: *Multa tunc visa sunt prodigia quibus mala, quæ eventura erant, indicabantur. Nos tamen initio belli, vitulum vidimus recens natum, ex cujus cervice capita duo prominebant*. Verum signa, quæ in Oriente apparent, sæpe in Occidente non visuntur, & vice versa.

| JESU CHRISTI ANNUS 572. | JOANNIS PAP. ANNUS 13. | JUSTINI JUN. IMP. ANNUS 7. |
|---|---|---|

I. Joannis Papæ obitus. QUingentesimus ac septuagesimussecundus Domini annus quintæ Indictionis adest: quo Joannes Papa, ubi sedisset annos tredecim minus diebus quatuordecim, moritur tertio Idus Julii, ut ex Anastasio admonemur, qui de eodem hæc habet: *Hic ampliavit & restauravit cœmeteria sanctorum martyrum. Hic constituit, ut oblationes, & amula vel luminaria in eadem cœmeteria per omnes Dominicas de Lateranis ministrarentur. Hic perfecit Ecclesiam sanctorum Philippi & Jacobi, & dedicavit eam.* Et in fine: *Eodem tempore Joannes Papa & ipse mortuus est, & sepultus est in basilica S. Petri Apostoli tertio Idus Julias. Hic fecit ordinationes duas per mensem Decembrem, presbyteros trigintaocto, diacones tredecim, Episcopos per diversa loca numero sexaginta & unum. Cessavit Episcopatus ejus menses decem, dies tres.* Hæc Anastasius. De subrogatione igitur successoris agemus suo loco anno sequenti. ☞ Extat ejusdem Joannis epistola respondentis ad consultationem Archiepiscopi Viennensis; cujus datæ cum non sit certus annus, ut suo loco collocari potuisset, hic illam ponemus: sic enim se habet: (a)

*Joannes Episcopus, Eoaldo Viennensi Archiepiscopo.*

*De officiis missarum, de quibus in litteris vestris requisistis, sciat charitas vestra, quia varie apud diversas Ecclesias fiunt: aliter enim Alexandrina Ecclesia aliter Hierosolymitana, aliter Ephesina, aliter Romana facit, cujus morem & instituta debet servare Ecclesia tua, quæ fundamentum sancta fidei ab illa sumpsit. Venerabilis * pallii usum per sanctum presbyterum vestrum Felicem tibi destinavimus, nolentes te privare antiquo B. Petri munere: simul mittentes de capellis S. Pauli, ut esset Ecclesia vestra illius ta-*

(a) Bibl. Floriac. edit a Jo. a Bosco Cal. par. ult. pag. 40. Epist. Joan. Papæ ad Eoaldum Archiep. Viennens.

* Venerandi.

PAGIUS SÆC. VI. Anno Eræ Hispan. DCX. A.C. 572. ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6065.

☉ 21. CB. ☽ 3. P. 17. April. Indict. 5.

JESU CHRISTI 572.

JOANNIS III. PAPÆ 13.

JUSTINI JUN. IMP. 8.

I. Postconsulatus. [1] IS annus hac formula notatus: *VII. post Consulatum Justini Jun.*[1] *Aug. solius V.* a Mario vero Aventicensi: *Anno VI. Consul Justini Jun. Aug. Indict. V.*

II. A num. I. ad IV. Anastasius scribit, Joannem III. sedisse *annos XII. menses XI. dies XXVII.* cui in annis & mensibus suffragantur varii ejus Codices MSS. Honorius Augustodunensis, Hermannus Contractus, Regino, Luitprandus, Abbo, Ordericus lib. 2. Gotfridus Viterbiensis, & Catalogi Pontif. Rom. Ex illis tamen aliqui habent *dies XXVII.* & alii tantum *dies XXVI.* Quare cum Joannes Pontificatum inierit die XVIII. mensis Julii anni DLX. & ut testatur idem Anastasius, sepultus sit in *Basilica B. Petri sub die XIII. mensis Julii*, anno quingentesimo septuagesimo tertio e vivis excessit, postquam Ecclesiam Romanam gubernasset annos XII. menses XI. dies XXVI. die emortuali exclusa. Baronius qui Pontificatus ejus exordium anno uno citius consignavit, mortem ejus non potuit non anticipare. Recte autem monet, Epistolam *Episcopis per Germania & Gallia Provincias constitutis*, quæ dicitur a Joanne Papa III.

*Obitus Joannis III. PP.*

NOTÆ [1] EPitaphium Probini Capuani Episcopi apud Michaelem Monachum in Sanctuario Capuano pagina postrema; at emendatius apud Philippum a Turre in Dissert. Apologetica de Nummo Anniæ Faustinæ pag. 160.

DEPOSITVS SVB DIE
XIII. KAL. SEPTEMBRES. IMP. DN.
IVSTINO ANNO VII. P.C. EIVS
DEM ANNO. V. INDICTI
ONE QVINTA

Est hic A. D. 572. Justini anno imperii *septimo*, & anno quinto post consulatum gestum an. 568. more Victoriano, decurrentibus.

Alius lapis ex monumentis Ravennatibus nuper erutis, editus a Muratorio tom. 2. pagin. CDXXX. 5.

DEPOSIT. EST SVB D.
PRID. KAL. MAI. IND. V.
IMP. DNO. IVSTINO PP. A.

Desunt hic anni consulatus Justini, ac tantum Indictio *quinta* ponitur, quæ in hunc annum incidit. GEORGIUS

*intercessione solatium, per cujus discipulum suscepit primum religionis honorem.* Et alia manu. *Benedictio Apostolorum vos ab imbre malignorum custodiant* ☞.

II. De obitu Constantii Episcopi Aquinatis.

Ad hæc tempora ejusdem Joannis Romani Pontificis, antequam tamen Longobardi irrumperent in Italiam, Constantius Episcopus Aquinas, qui vivente adhuc S. Benedicto jam sedere cœperat, defunctus est, ut testatur S. Gregorius, qui & ipsius ex hac vita ad Deum transitum refert his verbis (a): *Vir quoque venerabilis vitæ Constantius Aquinæ civitatis Episcopus fuit, qui nuper prædecessoris mei tempore beatæ memoriæ Joannis Papæ defunctus est. Hunc prophetiæ habuisse spiritum, multi testantur. Cujus inter multa hoc ferunt religiosi veracesque viri, qui præsentes fuerunt, quod in die obitus sui cum a circumstantibus civibus, utpote discessurus, Pater tam amabilis amarissime plangeretur; cum flendo requisierunt, dicentes: Quem post te Patrem habebimus? Quibus ipse Pater per prophetiæ spiritum respondit, dicens: Post Constantium mulionem, post mulionem fullonem. O tu Aquina, & hoc habes. Quibus prophetiæ verbis editis vitæ spiritum exhalavit extremum. Quo defuncto, ejus Ecclesiæ pastoralem suscepit curam Andreas diaconus illius; qui quondam in stabulis itinerum cursum servaverat equorum. Atque hoc ex hac vita subducto, ad Episcopatus ordinem Jovinus accersitus est, qui in eadem civitate fullo fuerat. Quo adhuc superstite, ita cuncti habitatores civitatis illius & barbarorum gladiis & pestilentiæ immanitate vastati sunt, ut post mortem illius nec quis Episcopus fieret, inveniri potuisset. Sic itaque completa est viri Dei sententia, quatenus post discessum duorum se sequentium, ejus Ecclesia pastorem minime haberet.* Hucusque Gregorius: quæ quidem cum sub Joanne Papa contigisse dicat, nec quoto ejus Pontificatus anno sint facta referat, hic ad finem rerum gestarum ejusdem Pontificis ea more voluimus collocasse cum reliquis aliis quæ certo anno minime definita repetiuntur. Porro ex his etiam infelicem Italiæ statum hujus temporis possumus intelligere, cum desolarentur penitus tum ob bella, tum etiam ob pestem integræ civitates. Quod rursus ad Constantium ipsum spectat, ejusdem nominis & civitatis diximus in Notis (b) reperiri Episcopum qui sub Hilaro Papa claruit, & pervenit ad Symmachi tempora, ut Concilia Romana sub iisdem Pontificibus celebrata testantur: licet priorem illum alicubi non Constantium, sed Constantinum appellatum invenerimus.

(a) Greg. dialog. l. 3. c. 8.

Longobardorum incursione plures Ecclesiæ desolatæ.

(b) Not. in Rom. Martyrol. die 1 Sept. O.

III. De spuria Joannis Papæ nomine epistola.

Ut autem ad postremum de scriptis ejusdem Joannis Pontificis nomine editis agamus: fertur ejus epistola ad universos Episcopos Germaniæ & Galliæ adversus Corepiscopos, qui sibi quæ essent Episcoporum usurparent: data habetur eadem sub Consulatu Justini sexto cum Narsete, quo designatur iste ipse præsens annus, si annis singulis eum gessisse dixerimus Consulatum. Etenim quem anno tertio Consulem secundo fuisse constat ex recitata superius ejus constitutione, utique hoc sui Imperii anno septimo, & non ante oportuit gessisse sextum Consulatum. Verum dum decimoquarto Kalendas Augusti eadem data reperitur epistola, utique nonnisi ad tempus post obitum Joannis referri potest; adeo ut imposturæ argui facile possit: quæ & non ex his tantum, sed & aliis signis convincitur non esse Joannis, sed ex suppositis mercibus Mercatoris. Etenim nomen Corepiscoporum, de quorum munere integra est epistola illa scripta, in Galliis sive in Germania penitus erat abolitum. Consule cuncta Gallicana Concilia his temporibus celebrata, & nullam de Corepiscopis invenies mentionem. Sed quod eadem epistola continent de Lino & Cleto Romanis Pontificibus, quod non fuerint re vera Romani Pontifices, sed Corepiscopi tantum; est plane ab omni antiquitate & veritate historiæ alienum. Sunt præterea alia signa quæ vultum exprimant Mercatoris, sive potius subdoli venditoris. Sed de his satis.

IV.

Hoc pariter anno defunctus est Charibertus Francorum Rex, qui regnabat Parisiis, cum tenuisset regnum annos octo: sed quæ ejus obitum scitu digna præcesserint in testimonium judicii magni

Dei,

PAGIUS III. scripta, commentitiam esse, & vultum exprimere Mercatoris.

III. Moritur Charibertus Francorum Rex.

A num. IV. ad VIII. *Chariberto* Francorum Regi annos IX. tribuit Sigebertus in Chronico, Baronius annos VIII. sed cum Chilpericus frater, ante illius obitum, non obtinuerit Rotomagum, ubi *Galsuendam* anno DLXVII. uxorem duxit, ultra annum illum Charibertus vitam non propagavit. Obiit absque prole mascula: vivo patre Clotario *Ingobergam* uxorem duxit, ex qua filiam tantum suscepit *Bertham* appellatam, quæ nupsit *Ethelberto* Cantuariorum Regi, ut habet Gregorius libr. 4. cap. 26. qui addit, *Charibertum*, vivente Ingoberga, exarsisse in *Merofledem* & Marcovesam artificis lanarii filias & relicta Ingoberga accepisse *Merofledem*, ac habuisse *aliam puellam opilionis, idest pastoris ovium nomine Theodegildem*. Vituperatur ab eodem Gregorio lib. 1. de Mirac. Martini cap. 29. quod res Ecclesiasticas pervaserit, quodque Sancti *Germani* Parisiensis Episcopi qui Marcovesa *religiosam vestem* habentis nuptias incestuosas redarguebat; pias hortationes neglexerit. Superstites vixeruat

Dei, hic recensenda putamus. Gregorius igitur, qui his temporibus vivebat, hæc in primis de ipso habet (a): *Videtur non silendum, qualiter vir beatus Martinus perfidia famulis ad res suas defendendas quaqua jubet, accommodat. Charibertus Rex cum exosis clericis ecclesiae Dei negligeret, despectisque sacerdotibus magis in luxurium declinasset; ingestum est ejus auribus, locum quemdam quem basilica S. Martini diuturno tempore retinebat, sisti suo juri, reddique debere: loco autem illi Navicellis nomen prisca vetustas indiderat. Qui accepto iniquo consilio, pueros velociter misit, qui Remiculam illam in suo dominio subjugarent. Cumque hæc eccle possidens videretur habere, jussit in locum illum stabularios cum equitibus dirigi, ibique sine aquitatis ordine præcepit equos ali. Accedentes ergo pueri funum, quod coacervatum fuerat, accipiunt in equorum expensas. Cumque injunctam studiose ageretur servitium, atque equi appositum fœnum cœpissent expendere; corripiantur rabie: & frementes adinvicem, disruptis loris, per plana prosiliunt, & in fugam vertuntur: & sic male dispersi aliis enecantur, alii rupibus præcipitantur, alii se sepibus ingerentes palorum acuminibus transfodiuntur. Tandem stabularii, iram Dei intelligentes paucos extra terminum loci, quos assequi potuerunt, expellant, sanosque recipiunt, nunciantes Regi rem illam injustissime detineri. Et ideo hæc cum fuissent perpessi, dixerunt: Dimitte eam, & erit pax tibi.*

(a) Greg. Turon. de mirac. S. Martini l. 1. c. 29.

Chariberti Regis sacrilegia.

Rex impius invadit suo damno res Ecclesiæ.

V. *Qui furore repletus, sic dixisse fertur: Sive juste sive injuste reddi debeat, regnante me hanc basilicam non habebit. Qui protinus divina jussione transitum accipiens, quievit. Adveniente autem gloriosissimo Sigeberto Rege in ejus regnum, ad suggestionem beati Euphronii Episcopi hoc in domo Sancti Martini restituit, quod usque adhuc ab ejus basilica possidetur. Audite hæc omnes potestatem habentes: sic vestite alios, ut alios non spolietis: hoc adiungite vestris divitiis, ut damna non inferatis Ecclesiis. Vindex est enim Deus velociter servorum suorum. Et ideo monemus, ut qui de potestatibus hæc legerit, non irascatur, nam si irascitur, de se fatebitur dictum.* Hucusque Gregorius, piam ingerens monitionem legenti.

VI. Quomodo autem idem S. Euphronius Turonensis Episcopus ejusdem Regis obitum prophetico spiritu præsenserit, idem auctor alibi narrat his verbis (b): *Ipse quoque Pontifex cum a multis crebrius urgeretur, ut ad occursum Chariberti Regis deberet accedere: & innectens moras iter differret; tandem commotus a suis, ait: Ite præparate iter, ut eamus ad occursum Regis, quem visuri non sumus. Igitur imponentes plaustris, necessaria, & caballis ad iter præparatis, jamque in hoc stante ratione, ut deberet viam incedere; ait: Revertantur plaustra, laxentur equi; non modo hoc iter incedimus. Dicentibus autem suis, quæ esset hæc levitas, ut quæ tam instanter parari jusserat, tam facile deturbaret; ait secretius: Princeps ad quem nos ire compellitis, obiit; nec viventem, si abierimus, inveniemus. Stupefacti audientes, diem notant, & Sancti verba taciti servant. Advenientibus autem ab urbe Parisiaca hominibus, ea hora Regem transisse nunciant, qua sacerdos plaustra de itinere jusserat revocari.* Hæc de Euphronii prædictione Gregorius ejus in Episcopatu successor.

(b) Greg. de Glor. confess. c. 19.

Prædictio S. Euphronii.

VII. Verum eumdem Charibertum decessisse excommunicatum a sancto Germano Parisiorum Episcopo ob incestum conjugium (quod dictum est superius) idem auctor affirmat: & quæ post obitum de Theodigilde Regina secuta sint, ita narrat: (c) *Nec multo post illatam excommunicationem a sancto Germano, & ipse Rex post eam decessit. Cujus post obitum, Theodigildis una Reginarum ejus nuncios ad Guntheramnum Regem dirigit, se ultro offerens matrimonio ejus. Quibus Rex hoc reddidit responsum: Accedere ad me ei non pigeat cum thesauris suis: ego enim accipiam eam, faciamque magnam in populis, ut scilicet majore mecum honore, quam cum germano meo, qui nuper defunctus est, potiatur. At illa gavisa, collectis omnibus, ad eum profecta est. Quod cernens Rex, ait: Rectius est enim, ut hi thesauri apud me habeantur, quam apud hanc, quæ indigne germani mei torum adivit. Tunc ablatis multis, paucis relictis, Arelatensi eam monasterio destinavit. Hæc vero ægre acquiescens jejuniis ac vigiliis affici, per occultos nuncios Gothum quemdam adivit, promittens, si se in Hispanias deductam conjugio copularet, quod cum thesauris suis de monasterio egrediens, libenti eum animo sequeretur. Quod ille ni-*

De Theodigilde concubina Regis.

(c) Greg. Turon. hist. Fran. l. 4. c. 26.



PAGIUS sunt *Ingobergu* & *Theodegildis*, ac tres filiæ *Bertha*, *Berthefledis*, & *Chrotildis*, quarum duæ postremæ Monasticam vitam professæ sunt, illa Turonis, hæc Pictavii, ut videre est apud Gregorium lib. 4. cap. 33. & cap. 39. Mortuo Chariberto, Francia in tria Regna dividi cœpit, in *Austriam* videlicet ad Orientem sitam, *Neustriam* ad Occidentem, & *Burgundiam*. Sigiberti ditio, Austria; Chilperici Neustria; Guntramni Burgundia nuncupata est; de qua divisione legenda quæ habet Cointius anno DLXVII. num. XLI.

*nibil dubitans, rem promisit. Cumque hæc collectis rebus, factisque involucris, e cœnobio pararet egredi; anticipavit voluntatem ejus industria Abbatissæ, deprehensaque fraude, eam graviter cæsam custodiæ mancipari præcepit, in qua usque ad exitum vitæ præsentis non mediocribus attrita passionibus perduravit.* Hucusque Gregorius.

VIII. De Theodigilda Regina. Porro licet nomine eamdem, diversam plane moribus atque genere Theodigildem aliam, sive Theodichildem itidem Reginam laudat Venantius Fortunatus: licet errore librariorum in carminis inscriptione loco Theodigildis Reginæ, inditum sit nomen Theodigildi Regis: de femina namque, non de viro illa fuisse scripta, his plane haud obscure declarat versibus dicens (*a*):

(a) Venant. carm. l. 6.

*Femineum sexum quantum præcedis honore,*
*Tantum alias superas & pietatis ope.*
*Si nuvus adveniat, recipis sic mente benigna,*
*Ac si servitiis jam placuisset avis.*
*Pauperibus fessis tua dextera seminat escas,*
*Ut segetes fructu fertiliore metas.*
*Unde fovens inopes semper satiata manebis;*
*Ut quem sumit egens, fit tuus ille cibus.*
*Perveuit ad Christum, quicquid largiris egenis:*
*Etsi nemo videt, non peritura manent.*
*Cum venit extremus finis concludere mundum,*
*Omnia dum pereunt, tu meliora petis:*
*Ecclesia sacræ, te dispensante, novantur:*
*Ipsa domum Christi condis *, & ille tuam,* * concidis
*Tu fabricas illi terris, dabit ille supernis:*
*Commutas in melius sic habitura polus:*
*Stat sine fraude tuum quod mittis ad astra talentum:*
*Quas bene dispergis, has tibi condis opes.*
*Qua Domino vivis summo, non perdis honores,*
*Regna tenes terris, regna tenenda polis.*

Sic

PAGIUS IV. Floret S. Theodechildes Regina. Ad. num. VIII. & seq. *Theodegildes* opilionis filia non confundenda cum *Theodechilde* filia Theodorici Francorum Regis, quæ in editione Venantii Fortunati, qua usus est Baronius, Librariorum errore appellatur *Thedegildes*. Hæc per plura sæcula credita fuit filia Clodovei Magni, Cointius ad annum CDXCII. num. III. ad annum DXI. num. LV. præsertimque ad annum DLXIV. num. V. & seqq. duas fuisse *Theodechildes* contendit, quarum senior Clodovei Magni, junior vero Theoderici filia extiterit. Verum unicam fuisse Theoderhildem, eamque Theoderici Regis filiam certum esse debet. Nata ea post annum DXXII. quo *Theodoricus* Rex, Clodovei Magni filius Sigismundi Burgundionum Regis filiam alteris nuptiis sibi copulavit; quas nuptias Turonensis lib. 3. cap. 5. & 8. perstringit. Flodoardus enim in Historia Rhemensi lib. 2. cap. 1. testatur Theodochildem filiam fuisse *Suavegottæ*, quæ nonnisi secunda Theodorici uxor esse potuit; cum ex priori innominata Theodebertum Regem tantum susceperit: *Hujus* (nempe Mapinii Episcopi Rhemensis inquit Flodoardus) *temporibus Suavegotta Regina Rhemensi Ecclesiæ tertiam partem villæ Virisiaci, per testamenti paginam delegasse reperitur. Quam partem villæ ipse quoque Præsul Theodechildi præfatæ Reginæ filiæ, usufructuario, per precariam, salvo Ecclesiæ jure concessit, ita duntaxat ut post ejus obitum, absque ulla præjudicio sicut ab ea meliorata fuisset, ad Ditionem Rhemensis revocaretur Ecclesiæ. Quare scilicet Theodechildis Regina postmodum nonnulla per testamenti sui auctoritatem, tempore Domni Ægidii Rhemensi contulit Ecclesiæ prædia.* Vivebat itaque Theoderhildis Regina sedente Ægidio Episcopo Rhemensi, quem constat anno DXC. in Concilio Metensi depositum, ut postea dicetur.

V. Fuisse vero filiam *Theodorici*, non *Clodovei Magni*, diserte docet Procopius lib. 4. de Bello Goth. cap. 20. ubi semel & iterum de *sorore Theodeberti* Francorum Regis loquitur, atque eam nupsisse primo *Hermegisclo* Varnorum Regi Transrhenano, deinde alteras nuptias cum *Radigere* prædicti Regis Hermegiscli filio ac successore contraxisse. Sed cum is antea repudiasset sponsam virginem, quæ rei indignitatem non ferens adversus eum bellum movit. Radigerus *remissa Theodeberti sorore* illam sibi matrimonio copulavit, inquit Procopius, qui nomen Theodeberti sororis non exprimit, sed quæ alia esse non potest, quam *Thedechildis*. Respondet quidem Cointius Procopium ibidem hallucinatum, & amitam Theodeberti Regis, sororem ejus perperam nominasse, ac non pauca corrigenda esse in hujus Auctoris narratione. Verum id probat tantum erroribus Geographicis, non vero aliquo facto, quod aliquam cum eo, de quo agitur, connexionem habeat, ideoque ea in re minime audiendus; sicuti & quando contendit, Flodoardum verbia laudatis indicare *Suavegottam* Theodechildis matrem obiisse sub Pontificatu Mapinii, ejusque filiam matri superstitem sub Ægidio Mapinii successore vitam clausisse. *Theodechildis* enim longe ante mortem suam, & ante depositionem Ægidii, testamentum condere potuit, & partem bonorum suorum Ecclesiæ Rhemensi largiri.

Filia fuit Theodorici non vero Clodovei Magni.

VI. Vixit usque ad annum circiter DC. Fortunatus lib. 4. Carm. 25. condidit Epitaphium *Theodechildæ* Reginæ, atque, eam vixisse annos septuaginta quinque, fratrem, maritum, patrem, avum ac proavos habuisse Regia Dignitate pollentes; quæ optime conveniunt Theodechildæ Theodorici Regis filiæ.

*Ter quino lustro vixit in Orbe decus.*
*Cui frater genitor, conjux, avus atque priores,*
*Culmine succiduo Regius Ordo fuit.*

At inquit Cointius, si *Theodechildis*, quæ nata est post annum DXXII. vixit annos LXXV. superstes fuit Gregorio Episcopo Turonensi, cui

For-

*Sit modo longa salus pro munere plebis in urbe,*
*Felix quæ meritis, luce perennis eris.*

Hactenus Fortunatus de Thodegilde Regina tunc vivente. Porro longe diversam hanc esse a conjuge Chariberti, de qua nuper egimus, non mores tantum valde dissimiles significant, sed & genus: illam enim Opillionis filiam fuisse, idem qui supra Gregorius tradit (*a*); quam vero Fortunatus laudat, idem docet regali genere, patreque Rege natam: nam ita de ipsa exorditur:

(*a*) *Greg. hist. Fran. l. 4. c. 26.*

*Inclyta progenies regali stirpe coruscans,*
*Cui celsum a proavis nomen origo dedit:*
*Currit in Orbe volans generis nova gloria vestri,*
*Et simul hinc frater personat, inde pater.*

&c. Rursum vero eum dicat de illa Gregorius, nullius ipsam matrem fuisse filii (nam quem unicum aliquando genuerat, mox, inquit, ut processit ex alvo, delatus est ad sepulcrum) istam e contrario fœcundam fuisse, idem Fortunatus his versibus significat, quibus ait:

*Mens veneranda, decens, sollers, pia, chara, benigna*
*Cum sit prole potens, gratia major adest.*

Hæc idcirco ad discriminationem alterius ab altera dicta voluimus, ne quis post laudes ab eodem Fortunato tributas Chariberto Regi legens præconia Theodigildis Reginæ, existimet eam fuisse ipsius conjugem.

IX. Mentio est etiam de eadem Theodigilde apud eumdem Gregorium in commentario de Gloria confessorum (*b*), ubi pro Theodigilde, Theodichildis scripta habetur, sicut & in epitaphio ipsius ab eodem Venantio (*c*) Fortunato conscripto, ubi inter alia de ejus nobilitate atque pariter pietate:

(*b*) *Greg. de gloria confess. c. 41.*
(*c*) *Fort. carm. l. 4.*

*Cui frater, genitor, conjux, avus, atque priores,*
*Culmine succiduo regius ordo fuit:*
*Orphanus, exul, egens, vidua, nudaque jacentes*
*Matrem, escam, tegmen hic sepelisse dolent.*

Diem vero obiisse senem annorum ætatis septuagintaquinque, postremo versu docet, cum ait:

*Actibus his instans terrena in luce reducta,*
*Ter quinto lustro vixit in Orbe decens.*

Hactenus Fortunatus: qui etsi laudasse legitur Charibertum Regem, quem infami exitu diem extremum clausisse vidimus; non eum post mortem, sed cum regnare cœpit laudasse cognoscitur: quas laudes & Nero commeruisse potuit, qui pri-



PAGIUS *Fortunatus* Opus suum dicavit, quique anno DXCV. vivere desiit. Quis autem putet Reginæ, quæ tum vivebat, Epitaphium a Poeta conditum fuisse? Ita Cointius. Sed leve illud argumentum; Fortunatus enim professione Poeta, Versus ad mortem usque edidit, novaque, quæ faciebat, Carmina Collectioni suæ addidit more Poetarum nostri temporis, qui quandoque plures suorum Opusculorum Collectiones confecere. Præterea tantum abest, ut Fortunatus in dedicatione ad Gregorium Turonensem asserat, se se ei suorum Carminum Collectionem offerre, ut diserte contrarium affirmet: *quia flagitas, ut quadam (non vero omnia) ex Opusculis imperitia mea tibi transferenda proferrem, nugarum mearum admiror te amore seduci.*

VII. Nec dici potest pro Cointio, *Theodechildem* ante Gregorium Turonensem mortalitatem explesse, ideoque Theodorici Regis filiam non fuisse, nec de ea intelligendum Fortunati Epitaphium, sed de Theodechilde Clodovei Magni filia, quod Gregorius lib. 4. de Gloria Confess. cap. 41. scribat: *Tempore Theudechilda Reginæ Nunnione quidam Tribunus ex Arverno de Francia post reddita Reginæ tributa revertens Autissiodorensem Urbem advenit.* Eam enim, quando hæc scribebat Turonensis, jam demortuam fuisse, ex illis verbis minime sequitur. Vox quippe *tempore* aliquando ad Præfecturam, ejusque durationem refertur, ut quando aliquis dicit, id factum suo tempore, idest, se Magistratum gerente; vel ad vitam naturalem, ad quam ibi Gregorius non respicit. Quare *Nunnione* erat Quæstor sive Tribunus Ærarius *Theodechildæ* Reginæ, antequam Principatum Arvernensem abdicaret, ac juxta Basilicam Monasterii Senonensis, vulgo, *S. Pierre le Vif* appellati, & a se pro Monachis ædificati, vel Sanctimonialis, vel devota viveret. Certe ipsemet Cointius anno DLXIV. num. XXXV. *Theudechildem*, cujus ibi meminit Gregorius, *Theodorici* filiam fuisse fatetur; neque hoc negari potest; cum *Theodorico*, ac postea ejus filio *Theodeberto* Austrasiorum Regibus Arverni paruerint.

*Ante Gregorium Turonensem mortua non est.*

VIII. Labbeus inter Miscellanea curiosa, quæ Regum Francorum elogiis Historicis adjecit, *Clodovei* Regis præceptum, quo dotatio Monasterii Senonensis continetur, cuique *Theodechildis* filia Clodovei subscribit, in lucem emisit; sed illud supposititium esse jam Viri doctissimi pluribus ostenderunt, inter quos ipsemet Cointius laudatus, qui illud integrum etiam refert, faceturque Monasterium illud in conspectu Senonensis Urbis, adinstar illius quod *Clodoveus* prope Parisios construxerat, a Theodechilde Theoderici Regis filia, in honorem Sanctorum Apostolorum ædificatum fuisse, ac errasse *Odorannum* & *Monachum Autissiodorensem* in suis Chronicis, qui scripsere *Theudechildem* illam Monasterii Senonensis conditricem, filiam fuisse Clodovei Ma-

*Duarum Theudechildum distinctio vana.*

primo triennio optime Imperii habenas moderatus est. Sed de Theodigilda, atque de rebus Gallicis hactenus: jam ad Hispanicas transeamus.

X. *Bracharense secundum Concilium.* Hoc ipso anno, mense Decembri celebrata est Synodus posterior Bracharensis, anno secundo Ariamiri Regis Suevorum, ut ejus Acta sui exordio declarant his verbis: *Regnante Domino Jesu Christo, currente Æra sexcentesima decima, die decimooctavo Kalendarum Januariarum, cum Galliciæ Episcopi tam ex Bracharensi, quam ex Lucensi Synodo cum suis Metropolitanis præcepto præfati gloriosissimi Regis simul in Metropolitana Bracharensi Ecclesia convenissent, id est, Martinus, Nitigius* *, &c. Omnes numero duodecim. Statuti sunt autem canones decem ad Ecclesiasticam disciplinam spectantes: extant ipsi quidem ab ipso Martino Metropolitano canonum collectore summa industria elaborati, quos tu consulas. Porro eadem Æra sexcentesima decima, qui cum Metropolitano suo Nitigio ad propria reversi sunt Episcopi, Luci habuere conventum, in quo de eadem secunda Synodo Brachari habita mentio facta est. De his locuples testis est vetus constitutio ejusdem Regis hac pariter Æra data, vendicata autem in lucem ex abditis Ecclesiasticis tabulis ab Ambrosio, quo nomine plurimum ei debent Hispaniæ, omnesque simul rerum antiquarum studiosi. Recitat ipse quæ in ejusdem Regis constitutionis habentur exordio verbis istis (a):

* Nitigisius Nigetius.

*De Concilio Lucensi secundo.*

(a) Ambr. Moral. Chron. l. 11. c. 52.

XI. *Deo omnipotenti trino & uno & vero Patri & Filio & Spiritui sancto, qui sua sapientia ineffabili in Deitate perfecta in arce summa quæcumque sunt tam præsentia quam futura suspicit, ut præscius ordinat, atque disponit ut dominus. Ipso cælorum Rege inspirante seu opitulante, ego Theodomirus Rex, cognomento etiam Mirus, Galliciæ totius provinciæ Rex, Deo, ejusque genitrici gloriosæ Mariæ ac cæteris Sanctis cupiens esse famulus & servulus, coadunato nutu Dei Concilio in Lucensi jam præfata provinciæ urbe omnium Catholicorum Episcoporum, seu religiosorum virorum, nobis ab ipsis intimatum est uno animo cordeque perfectu, auctoritate etiam sedis Apostolicæ sancti Petri, cujus legationem lati excepimus.* Hucusque ex ejus constitutionis exordio Ambrosius: ex quibus & illud intelligis, nisos sedis Apostolicæ auctoritate Reges, cum præciperent Episcopos ad Synodos convenire. Missam autem apparet ad hanc Regem a Joanne Papa legationem, simulac paternum regnum accepit. Moris quidem fuisse liquet Romanorum Pontificum, novos, ubicumque essent, Christianos Reges legationibus convenire, quibus eos quæ decent Catholicos Principes commonerent, & quæ opus essent ad religionis statum integre conservandum, ut facerent, æque juberent, facultatemque eisdem eam tribuerent, quæ ad res bene conficiendas necessaria videretur.

Sed quæ post Regis constitutionem, Nitigii Episcopi verba postrema recitat, videamus: ubi enim de his Rex egit quæ ad terminos diœcesis constitutos in priori Lucensi Concilio conservandos admonuit, ipse Nitigius Episcopus ista subjecit: *His itaque determinationibus seu definitionibus comitatuum a me Nitigio nutu Dei Lucensis sedis Episcopo diligentissime exquisitis, per antiquorum virorum scientiam seu scripturarum seriem vetustarum studiosissime post peractam Synodum Bracharensem secundam, ibidem in diebus gloriosissimi domini Mironis Regis sub Æra sexcentesima decima in præsentia ipsius Regis & omnium Catholicorum magnatum totius Galliciæ, &c.* XII.

Sed illa haud levis suborietur de textu depravato suspicio, cum Theodomiri ea dicatur constitutio, quam ex Æra notata & mentione secundæ Synodi Bracharensis constat non patris eo nomine appellati, sed filii Ariamiri esse: nam quod uterque Mirus dicatur, commune nomen fuisse videtur Regibus Suevorum: ut Ambrosius existimavit: cui consentio, sed & Theodem, sicut & Mirum, eorum fuisse Regum cognomina honorem & dignitatem aliquam significantia, haud facile admittendam putamus: nam cum ambo ejusdem fuerint Reges regni, non diversa cognomina, sed eadem iisdem fuerant ipsorum nominibus apponenda. Un-

*De nomine & cognomine Regum Suevorum.*

PAGIUS

Magni. Unicam *Theodechildem*, Theodorici Regis filiam agnoscunt Sirmondus, Hadrianus Valesius lib. 6. & 7. Rer. Franc. Mabillonius parte 1. Sæculi III. Benedictini in Observat. præviis ad Vitam Sancti Ebbonis Archiepiscopi Senonensis, ac Hugo Math. udus Monachus e Congregatione Sancti Mauri in Differ. de vera Senonum origine Christiana capit. 2. paragr. 5. quamvis hic longe a vero absit, contendens eam Sanctimonialem & Clodovei Magni filiam extitisse; sed quæ in medium adducit, ex dictis nullo negotio solvuntur. Colitur *Sancta Theodechildis* Regina in Ecclesia Senonensi die XXVIII. mensis Junii.

IX. *Concilium Bracarense II.* A num. X. ad XVI. Concilium Bracarense II. his verbis inchoatur: *Regnante Domino nostro Jesu Christo, currente Era DCX. anno secundo Regis Mironis, die Kalendarum Juniarum*, &c. ideoque illud currenti anno congregatum, & Miro anno DLXX. Regnum Suevorum inierat. Ei interfuere *Martinus Bracarensis Metropolitanæ Ecclesiæ Episcopus*, Nitigisius Lucensis Ecclesiæ Metropolitanæ Episcopus, & decem alii Episcopi. Ex quo intelligimus, jam *S. Martinum* ad Metropolitanam Sedem Bracarensem evectum fuisse. Pars Constitutionis, quam ex Ambrosio Morale Baronius num. XI. recitat, perti-

Unde magis inesse in scripto vitium, librariorum (ut accidit) errore dilapsum, putamus.

XIII. Cur omissa professio quintæ Synodi.

Quod vero eadem sancta Synodus cum sacrosanctas Oecumenicas recenset Synodos, omissa Quinta, quatuor tantum numerat, nempe Nicænam, Constantinopolitanam, Ephesinam, & Chalcedonensem: rationem disces ea Gregorio Romano Pontifice: quod videlicet in Quinta (ut ait *a*) non sit actum de fide, sed de personis, in illis vero quatuor de fide, obidque illarum professio necessaria videretur. Nihil est ergo ut ob id iidem sanctissimi Episcopi in suspicionem schismatis possint adduci, quibus eum constat (ut dictum est) Apostolicam sedem litteris atque legatione ad Regem missis communicasse. Videmus enim & ipsum quoque Gregorium (*b*) interdum nonnisi quatuor recensere Oecumenicas Synodos, cum tamen & Quintam recipiendam esse testetur (*c*).

(*a*) Greg. l.3. ep.37.

(*b*) Greg. ad Theodolind. l. 3. ep.33.

(*c*) Greg. l.2. ep.24. in fin.

XIV. Ad eumdem Lucensis Ecclesiæ Episcopum Nitigium, simulque ad universum Lucense Concilium Martinus Bracharensis Episcopus collectionem & emendationem Orientalium canonum direxit hujuscemodi per brevi præfatione notatam:

*Domino meo beatissimo & Apostolicæ sedis honore suscipiendo in Christo fratri Nitigio* * *Episcopo, vel universo Concilio Lucensis Ecclesiæ, Martinus Episcopus. Canones sancti, qui in partibus Orientis ab antiquis Patribus constituti sunt, postea autem succedenti tempore in Latinam linguam translati sunt. Et quia difficile est ut simpliciter aliquid ex alia lingua transferatur in aliam, simulque & illud accidit, ut in tantis temporibus scriptores aut non intelligentes, aut dormitantes multa prætermittant, & propterea in ipsis canonibus aliqua simplicioribus videantur obscura: ideo visum est, ut cum omni diligentia quæ per translatores obscurius dicta sunt, immutata, simplicius & emendatius restaurarem, id primum observans, ut illa quæ ad Episcopos vel universum clerum pertinent, una in parte conscripta sint; similiter & quæ ad laicos pertinent, simul sint adunata: ut de quo capitulo scire aliquis voluerit, possit celerius invenire.* Extat ipsa collectio canonibus octogintaquinque locupletata.

* Nigetio

Martini Brachar. collectio Canonum.

XV. Verum fuerunt ejusdem viri alia scriptorum monumenta, de quibus Isidorus dum agit, hæc ait (*d*): *Martinus Dumiensis monasterii sanctissimus Pontifex, ex Orientis partibus navigans, in Galliciam venit, ibique conversis ab Ariana impietate ad fidem Suevorum populis regulam fidei & sanctæ religionis constituit, ecclesias informavit, monasteria condidit, copiosaque præcepta piæ institutionis composuit. Cujus quidem ego legi librum de Differentiis quatuor virtutum; & aliud volumen epistolarum, in quibus hortatur vitæ emendationem & conversionem fidei, orationis instantiam, & eleemosynarum distributionem, & super omnia culturam virtutum omnium pietatem. Floruit regnante Theodomiro Rege Suevorum temporibus illis quibus Justinianus in Republica, & Athanagildus Hispanus Imperium tenuere.* Hæc Isidorus. Porro libellum illum de virtutibus quatuor, complectentem honestæ vitæ formulam, inscripsisse ad Mironem Regem, Sigebertus (*e*), est testis. Reliqua de eodem Sancto rursum in ejus obitu dicturi sumus. Sed jam pandat vela in Orientem oratio.

(*d*) Isid. de Script. Ec. c.22.

(*e*) Sigeb. de Script. Eccl. c 19.

XVI. Hoc ipso anno qui numeratur S. Anastasii Sinaitæ Episcopi Antiocheni sedis undecimus (ut in Chronico Nicephorus docet) ipse a Justino Imperatore in exilium missus est, inque locum ejus subrogatus Gregorius fuit. Hæc autem quomodo se habuerint, ab Evagrio res sui temporis prosequente petamus historiam; ipse enim de his agens, hæc primum ait (*f*):

*Justinus itaque Anastasium, his illi objectis criminibus, primum quod sacrum thesaurum extra modum & in nullum usum necessarium profuderit, deinde quod convicia in ipsum jecerit (Anastasium enim, cum rogaretur quid causæ esset, cur sacrum thesaurum tam effuse absumpsisset? ingenue respondisse ferunt: Ne a Justino communi totius Orbis Principe disperderetur)*

(*f*) Evag. l.5. c.6.

Calumniæ contra Anast. Antioc. Epis.

PAGIUS tinet ad Concilium *Lucense* anno DLXIX. celebratum, non vero ad hoc Concilium Bracarense; in ea enim legitur: *Ego Theodemirus Rex, cognomento etiam Mirus*, &c. *Conduneta nutu Dei Concilio in Lucensi jam præfata Provincia Urbe*, &c. quod cum non animadvertisset Baronius, existimavit, Theodomiri filium, *Ariamirum* vocatum esse, unde loco, *anno secundo, Regis Mironis*, legit, *anno secundo Regis Ariamiri*, & Librarios errasse existimat. Quæ conjectura ex dictis in Concilio primo Bracarensi ruit.

X. A num. XVI. ad XXII. Theophanes anno Incarnat. secundum Alex. DLXII. qui Kalendis Septemb. anni Christi DLXIX. exorditur, hæc habet de Anastasio ex Antiochena Sede depulso, juxta versionem Valesii in Notis ad lib. 5. Evagrii cap. 5. quia interpretes Theophanis ejus sensum assecuti non sunt: *Eodem anno* inquit Theophanes, *Magnus Anastasius Episcopus Antiochiæ, cum in responsione sua ad Synodicas Epistolas reprehendisset Joannem Constantinopolitanum, qui Joannem Alexandriæ Episcopum ordinaverat, & eum qui ab illo fuerat ordinatus simul perstrinxisset, pulsus est e suo Episcopatu ob indignationem Justini, & in ejus locum Gregorius Monachus & Byzantiorum Monasterii Apocrisarius promotus.* Quare cum *Anastasius* an-

*Gregorius in locum Anastasii Episcopi Antiocheni subrogatur.*

*tur ) sede Antiochena exturbavit. Quinetiam dicitur, Justinum Anastasio succensuisse, quod postulanti ei pecuniam, cum Episcopus esset designatus, Anastasius dare noluit. Alia praeterea crimina a quibusdam, qui Imperatoris instituto (credo) inservire studebant, ei intendebantur.* Hæc Evagrius de exilio Anastasii, qui exul vixit annis vigintiquatuor ( tot enim annis sedit Gregorius, qui in locum ejus a Justino est subrogatus, vel annis vi-
(a) Evag. hist. l. 6. c. ult. gintitribus, ut idem habet Evagrius ( a ) inde Mauritii Imperatoris tempore iterum restituitur, ut suo loco dicemus inferius. Verum cum a Justino depositus dicatur Anastasius, non tamen sine coacto ad hoc Episcoporum conventu id esse factum scias: docet id enim Eutychii Constantinopolitani Episcopi superius enarratum exemplum. Porro quem in locum ejus substitutum Gregorium diximus,
(b) Evagr. hist. l. 5. c. 6. hunc mirifice laudat Evagrius, sic dicens ( b ):

XVII. Gregorius Epis. Antioch. in locum Anastasii. *Post illum Gregorius ad sacrum Episcopatus gradum elatus fuit, qui ob poeticam facultatem magnam apud omnes gloriam consecutus est. Hic ineunte ætate monasticam vivendi viam ingressus est, & adeo viriliter & excelso animo in ea decertavit, ut cum jam primum pubescere inciperet, ad summum & perfectissimum gradum pervenerit, præfueritque monasterio Constantinopoli, in quo vitam inopem & austeram degit. Deinde mandato Justini monasterio in monte Sina præfectus fuit; ubi obsessus a barbaris Scenitis Arabibus, in gravissima incidit pericula. Ac cum in illis locis pacem constituisset, inde ad Episcopatum capessendum accersitus fuit. Erat vir quidem, sive prudentiam, sive virtutem spectes, omnium præstantissimus, & ad quamcumque rem animum suum applicaret, in ea perficienda longe diligentissimus: atque ut metu percelli non poterat, sic nullo modo adduci, ut vel sententia cederet, vel hominum pertimesceret potestatem.*

XVIII. Gregorii laudes. *Ita porro magnificas pecuniarum fecit largitiones ( liberalitate namque & munificentia in quemque usus ) uti cum aliquo prodiret, ingens multitudo, præter eos qui illum comitari consuevissent, eum sequeretur; & qui vel viderent, vel audirent eum quopiam iturum, frequentes confluerent. Atque ad eximiam illius dignitatis amplitudinem, in qua collocatus fuit, hæc secunda adjecta fuere ornamenta, quod videlicet homines sua sponte inducti tam sæpe vel prope in eum intueri, vel verba facientem audire cuperent. Erat enim ad desiderium sui in animis omnium, qui quacumque de causa vel quocumque modo ipsum compellassent, inserendum aptissimus, admirabilis cum primis aspectu, sermone propter leporem jucundissimus; & sicut ad rem quampiam intelligentiæ acumine extempore eliciendam peracutus, sic ad optimum consilium capiendum & ad judicandum tum de suis rebus, tum de alienis solertissimus. Unde etiam evenit, ut tot & tam egregia facinora gereret: nihil enim distulit in crastinum.*

*In magnam præterea traduxit admirationem non solum Imperatores Romanos, verum etiam Reges Persarum: propterea quod omnibus ita uti poterat, sicut tum poscebat necessitas, tum occasio, quam non aliquando omisit, postulabat. Cujus quidem rei singulæ ejus res gestæ argumenta esse possunt. Erat quoque in eo multa severitas, & interdum ira: non exigua rursus, immo etiam permagna comitas & mansuetudo: ut illud prudens Gregorii Theologi dictum in eum optime conveniret: Severitas sic cum pudore temperata fuit, uti neutra res læderetur ab altera, sed utraque alterius ope maximam consequeretur commendationem.* Hæc Evagrius: sed & alia de eodem laude dignissimo tradunt: quibus apparent eum minime fuisse violenter in sedem Antiochenam intrusum, sed legitime electum, cum Anastasius fuisset in Synodo ab Episcopis etsi non juste, aliqua tamen specie prætensa justitiæ legitime condemnatus. Alioqui quam commeruisse potuit laudem intrusus? an non potius insectandus probris, qui ut fur & latro aliunde quam per ostium in ovile ovium ascendisset? Porro eumdem Gregorium etiam postea ex aliis rebus probe gestis summam gloriam assecutum esse, dicetur inferius. XIX.

Hic vero in ejus ingressu mira illa dicenda, quæ de eodem Gregorio Episcopo Antiocheno in Prato Spirituali ( c ) habentur, dum ejusmodi narratur historia de S. Cosma Abbate: *Narravit nobis Abbas Basilius presbyter Bicatiorum, dicens: Cum essem Theopoli apud Patriarcham Gregorium, venit ab Hierosolymis Ab-* XX. (c) Prat. Spir. c. 40. De Cosmæ Abbatis obitu & miraculis.

PAGIUS annos XI. sederit, ut tam in Chronico Nicephori quam in Tabulis Theophanis legitur, annoque quingentesimo quinquagesimo nono ad Sedem Antiochenam evectus fuerit, liquet ejus depositionem ad annum DLXX. retrahendam, cum anno quingentesimo nonagesimo tertio, mortuo Gregorio, postquam annos XXIII. sedisset, in Sedem Antiochenam restitutus fuerit. Id certo constabit ex dicendis an. DXCIV. sicuti & horum Patriarcharum Chronotaxim post Euphrasii mortem recte constitutam a nobis fuisse. *Anastasium* Baronius perperam *Sinaitam* vocat, & cum Sancto Anastasio Monacho Sinaita confundit. Cæterum tam *Anastasium*, quam *Gregorium* magnæ Sanctitatis & Doctrinæ Præsules fuisse, vel ex iis, quæ Baronius in medium adducit, indubitatum redditur.

Ad

*Abbas Cosmas eunuchus Lauræ Pharan, vir singularis religionis & fidei, rectorumque dogmatum valde tenax & zelator, ac divinarum Scripturarum scientia non mediocriter instructus. Cum ergo fuisset ibi senex dies non paucos, defunctus est. Et jussit Patriarcha pretiosas illius reliquias in monasterio suo sepeliri, ubi & positus erat quidam Episcopus. Die igitur quadam profectus sum ad salutarem sepulcrum senis. Erat autem supra sepulcrum ejus jacens homo quidam pauper, eleemosynam petens ab ingredientibus in templum. Cum ergo me conspexisset pauper tertio prostratum & seni orationem facientem, dicit mihi: Abba, magnus profecto erat senex ille, quem sepelistis hic ante duos menses. Tunc ego ad illum: Unde hoc tu nosti? Qui respondit: Vere, domine Abba ego paraliticus fui annis duodecim, & per ipsum curavit me Deus, & quoties in tribulatione sum, venit ad me consolationem afferens, mihique refrigerium præstat.*

XXI. *Sed & aliud audi de illo miraculum. Ex qua die illum sepelistis, usque ad horam hanc; audio illum singulis noctibus clamantem, ac dicentem ad Episcopum: Noli me tangere, hæretice, & ne appropinques mihi, inimice sanctæ Dei Catholicæ Ecclesiæ. Hoc ego audiens ab eo qui sanatus fuerat perrexi, & omnia ex ordine Patriarchæ retuli, orabamque ipsum sanctissimum Patriarcham, ut sumptum ex eo loco corpus senis, in sepulcro alio conderemus. Tunc ait Abbas Gregorius Patriarcha: Mihi crede, fili, nihil ab hæretico læditur Abbas Cosmas: sed hoc tantum factum est, ut senis virtus, zelusque fidei nobis innotesceret, qualis scilicet fuerit, qualisve sit etiam post carnis occubitum, atque Episcopi nobis proderetur opinio, ne illum arbitraremur Orthodoxum fuisse atque Catholicum &c.* Plura de eodem Cosma subjicit, de quo etiam Cyrillus in Actis sanctæ Sabæ Abbatis meminit.

*Nec in vita nec in morte communicandum cum hæreticis.*

Hoc autem primo anno, quo Gregorius, de quo agimus, accepit sedem Antiochenam, Christiani incolentes Majorem Armeniam, cum gravia paterentur fidei causa a Cosrhoe Rege Persarum, legatio- XXII.

PAGIUS XI. *Persarmenii a Persis deficiunt.*

Ad num. XXII. Bellum *Persicum*, de quo Baronius agere incipit, anno superiori inchoatum, ut ibidem demonstravi, & tam defectio *Armeniorum*, qui majorem Armeniam incolebant, quam *Chosrois* Regis Persarum ad Justinum Aug. Legatio, ut pecunia sibi quotannis solvenda repræsentaretur, de quibus hoc anno Baronius, bellum illud antecessere. Biclariensis Abbas ad annum Justini primum, qui juxta ejus sententiam anno DLXVI. cauditur, de Armeniorum rebellione hæc habet: *Armeniorum gens, & Iberorum, qui a Prædicatione Apostolorum Christi susceperunt fidem, dum a Cosroa Persarum Imperatore ad culturam idolorum compellerentur, renuentes tam impiam jussionem, Romanis se cum Provinciis suis tradiderunt; quæ res inter Romanos & Persas pacis fœdera rupit.* Verum hæc defectio tardius contigit, quam anno DLXVII. ut ex mox dicendis intelligetur. Justam fuisse hujus defectionis causam, docent pacta anno DLXI. Justinianum inter ac Chosroem conventa, in quibus nominatim de Religione Christiana non violanda cautum fuerat, ut eo anno num. IX. & seq. videre est. Cæterum recte Biclariensis Iberes Armeniis, seu Persarmenis, conjungit; Theophanes enim Byzantius in Excerptis de Legat. scribit: *Armenii a Surena male accepti (maxime in pietatis religionisque negotio) Surenam conjuratione facta per Vardanum (cujus fratrem Manuelem ille interfecerat) & alium quendam Verdum occiderunt, & a Persis deficientes ad Romanos transiere, relictoque Oppido, quod incolebant, Dubio nomine, in Romanorum Regionem commigrarunt, atque hæc ipsa potissimum causa Persis fuit rumpendi fœderis, Induciarumque cum Romanis. Desciverunt post hos statim etiam Iberes, & Gargene ipsos ducente, ad Romanos transierunt.* Quæ narrat Theophanes Byzantius, postquam retulit Legationem Justini ad Turcos, quam an. DLXIX. obitam fuisse, anno DLXVII. ostendi. Quare non dubito, quin anno DLXX. ea defectio acciderit.

XII. *Quid contigit anno DLXX.*

Theophani Byzantio suffragatur Evagrius lib. 5. cap. 7. cujus verba, cum ex depravata versione recitet Baronius, hic ea ex versione Valesiana referam: *Hujus Gregorii Pontificatus anno primo, incolæ majoris Armeniæ, quæ nunc Persarmenia dicitur, fidem Christianam professi, cum a Persis graviter vexarentur, præcipue vero in rebus, quæ ad religionem eorum pertinebant: clam Legatos ad Justinum miserunt. Quam Legationem cum admisisset Justinus, & conditiones quasdam scriptis proditas approbasset, Armenii Præfectos suos necarunt, & universi Romano Imperio se adjunxerunt, una cum finitimis, quos sibi sociaverant, tam ejusdem gentis, quam alienigenis; duce Vardane, qui apud ipsos genere ac dignitate, & rei militaris peritia eminebat.* Hæc ex Evagrio de verbo ad verbum excerpta. Gregorius Antiochenus Episcopus anno DLXX. sedere cœpit, ut mox vidimus, ideoque occulta ex Armeniorum ad Justinum Legatio, & cædes Præfectorum ad annum DLXX. referendæ videntur. Hanc conjecturam confirmat, quod Evagrius post laudata verba scribit: *Hic de rebus cum Chosdroes commonefactus esset, Justinus Legatos ejus cum hoc responso dimisit, terminatam esse pacem, quæ inter ipsos facta fuerat, nec fieri posse, ut Christiani Christianos belli tempore ad se confugientes rejicerent.* Nam, ut an. DLXVI. num. VI. jam ostendi ab anno DLXVII. Romanos inter & Persas pax læsa fuerat. Cum vero *Chosrois* ad Justinum Legatio an. DLXXI. peracta fuerit, ut statim demonstro, *Armeniorum* ad eumdem Imperatorem Legatio modico tempore hanc secundam Legationem antecessit.

XIII. *Legatio Chosrois ad Justinum anno DLXXI. habita.*

Menander enim Protector in Excerptis de Legat. testatur, *Chosroem* Legatum ad Justinum misisse elapso decimo anno a pace inter utramque gentem sancita; hæc autem constituta anno DLXI. ut eo anno monstravi, & hæc Chosrois Legatio, quæ ab anno DLXXI. nullo modo removeri potest, certum & indubitatum reddit; *Exacto decimo*, inquit Menander, *quinquagin-*

tionem miserunt ad Justinum Imperatorem, cupientes, sicut olim erant, Romani Imperii ditioni subiici. Quid autem actum sit, Evagrius rem gestam narrat his verbis (a): *Primo anno quo iste Episcopatum administravit, qui Majorem accolebant Armeniam (sic enim olim appellata est, postea autem Persamenia, quæ ante fuerat Romanis subjecta, & a Philippo, qui Gordiano successit, Sapori prodita: atque ut Armenia, quæ Minor dicitur, fuit in ditione Romanorum, sic reliqua tota Persis paruit) qui, inquam, Majorem accolebant, fidem Christianam professi: quoniam a cæteris Persis misere & potissimum religionis suæ gratia vexabantur, clandestinam ad Justinum misere legationem, supplicaturi, ut Romano subiicerentur Imperio, quo libere, nemine impediente, divinos cultus exequerentur. Quam legationem cum Justinus admisisset, & quædam conditiones in litteris, quas ad eos dabat, explicatæ essent, ac sacramento ac solemni juramento confirmatæ; Armenii ipsos suorum Principes trucidant, & se cum suis omnibus Romano adjungunt Imperio. Quibuscum regio finitima, in qua homines cum ejusdem generis, tum peregrini habitabant, unà Romanorum ditioni accessit, duce Vardane, qui apud eos tum ob generis & honoris splendorem, tum ob peritiam rei militaris facile primas obtinuit. Itaque Justinus Cosrhoen his de rebus eum insimulantem hac ratione repulit. Præfinitam paci tempus effluxisse: nec fas esse, ut Christiani Christianos in tempore belli ad se confugientes desertores esse putiantur: Atque Justinus tametsi hoc responsum dedit Cosrhoi, tamen ad bellum gerendum neutiquam se parat, sed consuetis deliciis tenetur irretitus, omniaque sua voluptati postponit.* Hæc ipse. At de his hæc modo satis.

(a) Evagr. l. 5. c. 7. Armenii a Persis afflicti.

An-

PAGIUS *ginta annorum Induciarum anno, post Surina eadem* (erat is Persarmeniæ Rector,) *Persarum Rex Sebochtem virum Persam, Legatum ad Justinum Imp. mittit. Ille quidem ignorationem eorum, quæ in Persarmenia gesta erant, fingebat* (hac in circumstantia Evagrius laudatus a Menandro discrepat, ut mox vidimus) *& cum decem anni præteriissent, quorum præstationes in unum collata, fuerant soluta, deinceps Romanos aurum conventum solvere, ut fœderibus scriptum erat, & pacem constare petebat*, &c. *Imperator autem Sebochtem ad se venientem, ne minimum quidem, etiamsi alias id faceret, antevertit. Neque ideo minus simul atque ingressus est, Imperatorem, ut moris erat, veneratus, ad pedes ejus humi procubuit*, &c. *Itaque cum Sebochtes, ea quorum causa venerat, enunciaret, Imperator eum contempsit, & nullo numero habuit, dixitque amicitiam pecuniis contractam, haud probari*, &c. *Deinde ex ipso quæsivit, numquid vellet, de his, quæ in Armenia, quæ eorum juris erat, contigerant, disserere? Et ille se quidem a Rege suo accepisse respondit, exortum quendam in illa Provincia tumultum, levem & exiguum, ad eum sedandum potentem misisse, qui comprimeret, & res pristino statui restitueret* (quare Armeniorum rebellio exiguo tempore ante hanc Legationem facta fuerat). *Justinus palam dixit, se Persarmenios, qui a Persis desciverent, in fidem tutelamque suam recepturos, atque si quis, eos injuria afficeret, neglecturum, quippe qui eadem, quæ ipse de religione sentirent. Sebochtes autem, qui apud Persas prudentia excellebat, cum eandem, quam cæteri Christiani de religione opinionem haberet, etiam atque etiam vehementer Justinum orabat, ne ea quæ se bene haberent, moveret*, &c. *Etenim ut Persarum Regionem invaserint* (scilicet Romani) *& longe lateque via processerint, offendeat, omnes non alio ritu religionem, quam ipse colat, colere & amplecti. Hos si occidere susceperint, nihilominus postea longe ipsis inferiores erunt. Etenim injuste contra Christianos Orthodoxos enses stringeret. His tam æquis & lenibus sermonibus Justinus minime sibi acquiescendum existimavit, sed dixit, etiamsi unum digitum apponeret, se expeditionem suscepturum. Confidere, si in bellum eruperit, Chosroem de medio sublaturum, & Regem Persis daturum. Ad hunc modum insolenter locutus, Sebochtem missum fecit.*

Cæterum tam Menander & Evagrius citati, quam Theophylactus lib. 3. cap. 9. hoc vicennale bellum a quo tot clades & miseriæ in Romanam Rempublicam postea dimanarunt, in levitatem ac stultitiam Imperatoris rejiciunt. *Romani porro*, inquit Theophylactus, *Persas in crimen vocantes, eos belli hujus inventores esse palam dictitabant, quod Homeritas (Gens Indica est, Romanis parens) ad defectionem sollicitassent* (ut vidimus anno DLXVI. num. VI. ubi Homeritæ a Theophane Byzantio vocantur *Æthyopes*, & Indi, quia Romani Æthyopiam *Indiam* appellabant, ut vel ex hoc Theophylacti loco liquet.) *Quos cum, quo volebant, consiliis suis pellicere nequivissent, pace disturbata incredibilia damna infestis incursionibus iisdem intulisse: adhæc etiam obiiciebant, quod cum Turci Legationem ad Romanos misissent* (de ea Legatione ibidem egimus) *illi primum Alanos pecunia ab officio detorquere studuerint, ut per eorum Regionem Legatos iter habentes interimerent, atque ita transitum impedirent*, &c. *Contra Persæ Romanos belli auctores proclamantes, causas hujuscemodi edebant. Quod Romani Armenios Persarum proprios in fidem, auctoritatemque suam recepissent, tyrannidemque Surena Climatarcho* (idest Armeniæ Rectore) *quem in Armeniam Rex misisset, interfecto exercuissent. Præterea, quod Romani noluissent in annos singulos quinquaginta libras auri consuetas persolvere, quas Justinianus Imp. in fœdere faciendo spoponderat*, anno scilicet DLXI. ut ibi vidimus. XIV. *Romani in Persas, hi in illos causas belli rejiciunt.*

Theophanes anno Incarnat. secundum Alex. DLXV. qui Kalend. Septemb. hujus Christi anni inchoatur, ait: *Hoc anno mensis Octobris die sexto adversa valetudine jactatus fuit Imperator. In proprium vero fratrem Badurium ira incitatus extremis eum subjecit contumeliis. Erat Badurius* Comes stabuli Imperatorii, ut habet ibidem Theophanes, qui addit, id ægre tulisse *Sophiam* Augustam, ipsumque Justinum pro temere perpetratis veniam petiisse. Hanc illatam Badurio contumeliam fusius narrat Baronius anno DLXXVI. num. XV. sed loco non suo. XV. *Justinus adversa valetudine jactatur.*

*Gregorius* Historiographus hoc anno creatus est Episcopus *Turonensis* ut dicendis an. DLXXIV.

| JESU CHRISTI ANNUS | BENEDICTI PAP. ANNUS | JUSTINI JUN. IMP. ANNUS |
|---|---|---|
| 573. | 1. | 8. |

I. Benedictus Papa. Anno Redemptoris quingentesimo septuagesimotertio, Indictionis sextæ, ubi Romanæ Ecclesiæ sedes bellicis tumultibus exagitata vacasset menses decem & dies tres, creatus est Benedictus cognomento Bonosus decimasexta mensis Maji: Græci vero hunc a cognomento non Benedictum, sed Bonosus appellant, ut Evagrius (*a*). (a) Evagr. l.5.c.16. De eo autem ista Anastasius; *Benedictus natione Romanus ex patre Bonifacio sedit annos quatuor, menses duos, dies quindecim. Ejusdem tempore gens Langobardorum invasit totam Italiam, simulque, & fames nimia, ut etiam multitudo castrorum se traderet Longobardis, ut temperare posset inopiam famis. Quod dum cognovisset Justinus piissimus Imperator, quia Roma periclitaretur fame & mortalitate, misit in Ægyptum, & oneravit naves frumento, & transmisit Romam; & sic misertus est Deus Italiæ.* Hæc Anastasius.

II. Clephis Rex occisus. Quod autem ad Longobardos pertinet: hoc anno, qui fuerat in locum Alboini subrogatus Clephis, ubi regnasset annum unum & menses quinque a servo occisus est, interregnumque fuit (ut Paulus (*b*) (b) Paulus diac. l.2. c.17. diaconus ait) annis decem, cum interim trigintasex militum Duces partiti sunt sibi quas cepissent in Italia civitatus. *Quibus diebus* (inquit Paulus) *multi nobilium Romanorum ob cupiditatem Ducum interfecti sunt: reliqui vero per partes divisi tertiam partem frugum Longobardis persolverunt, & tributarii efficiuntur. Porro hic Longobardorum Ducibus, septimo anno ab adventu Alboini & totius gentis, expoliatis ecclesiis, sacerdotibus interfectis, civitatibus subrutis, populisque qui more segetum excreverant, extinctis in iis regionibus quas Alboinus ceperat, Italia maxima ex parte capta a Longobardis subjugata est.* Hæc Paulus.

III. De Longobardorum religione. De persecutione Longobardorum acturi, primum omnium, ipsorum exploremus religionem, cujus numinis cultores iidem fuerint Longobardi. Eos quidem Christianos fuisse, Procopius (*c*) (c) Procop. de bello Goth. l.2. haud obscure testatur: verum etsi non omnes, quamplurimos tamen adhuc Gentiles & idolorum cultores perseverasse, multa quæ de ipsis a S. Gregorio (*d*) (d) Greg. in Evang. homil. 7. & dial. l.3. c. 26. 28. Papa in Dialogis conscribuntur ostendunt: unde hac ex parte sævior illis inerat adversus Christianos immanitas, & major in loca sancta despectus: ut plane quæ antehac a barbaris passa Italia esset, tolerabilia videri potuissent. Cæterum & eos qui inter ipsos erant Christiani, fuisse secta Arianos, Gregorius testatur, dum in Dialogis (*e*) (e) Greg. dial l.3. c. 29. agit de Longobardorum Episcopo quodam Ariano. In his autem aliquos ea Principibus conversos fuisse postea ad Catholicam fidem, quæ dicentur ostendent.

IV. De persecutione Longobardorum. Quod vero ad persecutionem ab eis illatam spectat: numerat idem S. Gregorius Longobardorum grassationem inter alias



PAGIUS SÆC. VI. Olymp. 938. An. Eræ Hispan. DCXI. A. C. 573.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6066.

☉ 22. A. ☽ 4. P. 9. April. Indict. 6.

JESU CHRISTI 573.

JOANNIS III. PAPÆ 13.

JUSTINI JUN. IMP. 9.

I. Post consulatus. Is annus hac formula notatus: *VIII. post Consulatum Justini Jun. Aug.* Idem *VI.* a Mario vero Aventicensi: *Anno VII. Consul. Justini Jun. Aug. Indict. VI.*

II. Ad num. I. Anastasius tradit, post *Joanni*, Papæ III. obitum cessasse Episcopatum *menses decem, dies tres*, quod & in exemplaribus ejus MSS. & in Orderico lib. 2. legitur, nisi quod in uno Catalogo nostro Pontif. Rom. habetur *dies XIII.* & in alio *dies XIV.* Verum duratio Sedis *Benedicti* a Græcis *Bonosi* nuncupati, natione Romani, Joannis III. successoris, demonstrat, Sedem vacasse menses decem, & dies viginti & unum, ac *Benedictum* ordinatum esse die tertia mensis Junii anni quingentesimi septuagesimi quarti, in quam eo anno Dominica cadebat. Tam longi Interpontificii causa in tumultus a Langobardis Italiam turbantibus excitatos referenda videtur. [1] Benedictus fit Pontifex Rom.

III. Ad num II. Paulus Diaconus lib. 2. cap. 32. sit, *Clephum* Longobardorum Regem, *cum annum unum & sex menses Regnum obtinuisset*, in-

NOTÆ [1] Joannes ex nostro calculo decessit anno 573. die 25. Octobris, cum sedis tempus in probatissimis Anastasii Codicibus, & Catalogo Blanchiniano (non quidem vetustissimo illo qui desinit in Vigilio; sed altero usque ad Paulum I. perducto) sit annis 12. mensibus 11. diebus viginti sex. His si addas mensium decem, & dierum trium Interpontificium cum Anastasio, pertingeus ad A. 574. 28. Augusti diem electionis Benedicti. Sed cum dies illa in feriam tertiam inciderit; ideo mendum aliquod hic irrepsisse suspicor, & forte sistendum in die vigesima sexta Augusti, quæ Dominica erat. Nisi malueris quoad tempus hujus Interpontificii fidem sequi Catalogi omnium quotquot in fronte Pagii excusi sunt vetustissimi, qui Interpontificium illud desinit ad menses tres, dies decem, quæ temporis ratio ducit nos ad diem quartam Februarii anni 574. & Dominicam. MANSI.

alias sævas Ecclesiæ persecutiones, dum ait: *Sunt etiam portæ inferi quædam potestates hujus mundi. Quid enim Nero, quid Diocletianus, quid denique iste qui hoc tempore Ecclesiam persequitur*, nempe Longobardorum populus, *numquid non omnes istæ portæ inferi? &c.* Sed hujusmodi portæ inferi non prævaluerunt adversus Romanam Ecclesiam, neque ipsam quidem Urbem, qua potiri minimo datum est Longobardis, veluti magno miraculo, ut Gregorius testatur his verbis in epistola ad Rusticianam Patriciam, ubi ait (*a*): *Si vero gladios Italiæ & bella formidatis: solicite debetis aspicere, quanta beati Petri Apostolorum Principis in hac Urbe protectio est, in qua sine magnitudine populi, sine adjutoriis militum, tot annos inter gladios illæsi, Deo auctore, servamur.* Hæc Gregorius tempore sui Pontificatus.

(*a*) *Greg. l. 7. ep. 23.*

V. Cæterum ut ingruentes ejusmodi possent abigere bestias, muneribus interdum Romani Pontifices eos avertebant ab Urbe: nam ad Constantinam Augustam hæc scribit (*b*): *Viginti autem jam & septem annos ducimus, quod in hac urbe inter Longobardorum gladios vivimus: quibus quam multa hac ab Ecclesia quotidianis diebus erogantur, ut inter eos vivere possimus, suggerenda non sunt.* Verum in Urbem licet non sint ingressi, in suburbia tamen omnia quæ potuerunt damna intulerunt, demoliti etiam ædificia quæ constructa erant in sanctorum martyrum cœmeteriis, quibus Urbs abundabat. Testatur id quidem Paulus Romanus Pontifex in suo Constituto de erectione ecclesiæ sanctorum Stephani, & Silvestri Romanorum Pontificum: cujus hæc sunt verba, ubi de cœmeteriis loquitur: *Igitur cum per evoluta annorum spatia diversa sanctorum Christi martyrum atque confessorum ejus forat muros hujus Romanæ urbis sita cœmeteria neglecta antiquitus satis manerant diruta; contigit postmodum ab impia Longobardorum gentium impugnatione funditus esse demolita. Qui etiam & aliquanta ipsorum effodientes martyrum sepulcra, & impie devastantes, quorumdam Sanctorum secum depopulata auferentes deportaverunt corpora. Et ex eo tempore omnino desidiose atque negligenter eis debitus venerationis exhibebatur honor. Nam (& quod dictu nefas est) etiam & diversa animalia in aliquantis eisdem Sanctorum cœmeteriis aditum habebant, & illic eorum existebant septa bovilia, in quibus fœtoris agerebant squallorem; &c.* Ex quibus accidit, ut ad avertenda animalia in cœmeteriis stabulantia, eorum complurium fuerint aditus omnino clausi: ex quo & illud gravius accidit damnum, ut & ipsorum memoria omnino perierit: contigit vero sæpe diebus nostris, a vinitoribus, vel a fossoribus arenam fossilem cruderantibus aliquod detegi cœmeterium. Hæc autem ut quærantur, & quæsita religioso cultu custodiantur, scimus esse curæ Sanctissimo D. N. Clementi Octavo Pontifici Maximo: quod ut impleat, Deus concedat. Sed ad cladem per Longobardos illatam redeamus.

(*b*) *Greg. l. 4. ep. 31.* Roma quæ passa a Longobardis.

Cœmeteria a Longobardis diruta.

VI. Quoniam vero non sicut res Gothicas Procopius, ita Paulus per singulos annos grassationes Longobardorum prosecutus est, sed quamplurima prætermisisse constat, utpote qui neque sicut ille sui temporis & quæ aspexit oculis, sed post ducentos & amplius annos suam de Longobardis historiam scripsit, tempore videlicet Caroli Magni Imperatoris, neque antiquorum aliquis inveniatur qui in eo argumento versatus sit; operæ pretium existimavimus, quæ diversis in locis sanctus Gregorius Papa de eorum Longobardorum persecutione suis scriptis mandavit, hic tibi in unum colligere: cujus fides cum ob dignitatem & sanctitatem personæ omnibus probata videri possit, eo certior atque exploratior simulque fidelior haberi debet, quod sui temporis res gestas fuisse stylo prosecutus apparet; & cuncta ferme certa testificatione consignata reliquit: ut ex his quæ lector vera sinceraque compererit, reliqua possit mente concipere, quæ remanserunt absque scriptionis alicujus lucerna tenebris obscurata.

Longobardorum res haud exacte conscriptæ.

VII. Age igitur, quæ certo tempore in reliquis Italiæ partibus sub Benedicto Papa in eadem Longobardorum incursione sunt facta, quæ & a sancto Gregorio sunt scripta, hic colligentes sub anno præsenti recenseamus, quo videlicet deficiente

Sub ducibus Longobardi truculentiores.

PAGIUS

*Langobardi decem sibi Duces præficiunt.*

interfectum esse. A Paulo Sigebertus in Chronico non discedit, cum annos, ei duos attribuit, quia eos incompletos intelligit, ejusque nece anno DLXXVI. recte collocata scribit: *Cleph mortuo Langobardi sub Ducibus fuerunt annis decem*; de qua decennali Aristocratia loquitur etiam Paulus lib. 2. cap. 32. qui addit: *Per hos Langobardorum Duces septimo anno ab adventu Alboini & totius gentis spoliatis Ecclesiis, Sacerdotibus interfectis, Civitatibus subrutis populisque, qui more segetum excreverant exstinctis, exceptis his Regionibus quas Alboin ceperat, Italia ex maxima parte capta & a Langobardis subjugata est.* Quod desumpsit ea Gregorio Turonensi lib. 4. cap. 39. qui ubi dixit, Alboinum cum suis Langobardis Italiam petiisse, subjungit: *Quam Regionem ingressi maxime per septem annos pervagantes, spoliatis Ecclesiis, Sacerdotibus interfectis, in suam redigunt potestatem.* Mala incertis annis a Langobardis in Italia perpetrata ex variis divi Gregorii Epistolis narrat Baronius, a num. III. ad XXV.

te Rege, Duces esse cœperunt: cum eo licentius ipsos sævisse constat, quo ex crudelitate quisque potentior videri vellet, cum neminem haberet, qui patratorum scelerum ultor Judex existeret. Etenim hoc ipso eorumdem Ducum primo progressu, hisque diebus quibus Benedictus Pontifex vixit, teste Paulo diacono, eorumdem furor rabiesque barbarica vehementiori incendio exarsit.

VIII. De fuga Christianorum, & de S. Cerbonio Episcop. Populonii.

Dispersis creatis Ducibus per diversas Italiæ regiones, cum eorum crudelitatis fama percurreret, frequentes erant Fidelium latebræ atque fugæ; suaque ipsorum bona eisdem relinquentes in prædam, saluti singuli consulere solicite festinabant, fiebantque desertæ civitates, ipsa vero loca deserta civibus replebantur: magis autem insulæ maris appetebantur ab iis, quibus navigii alicujus poterat esse facultas. Inter alios autem una cum suis clericis magnus ille confessor Cerbonius Episcopus Populonii, qui Gothorum tempore sese ipsis objecit intrepide, modo exundante vehementiori Longobardorum sævitia, in Ilvam Insulam Tyrrheni maris se contulit, ubi & Deo juvante, vitæ præsentis finem accepit: sic enim melius abscondit eum Dominus in abscondito faciei suæ a pusillanimitate spiritus & tempestate. Moritur igitur iisdem primordiis Ducum Longobardorum incursionis sanctissimus hic Episcopus, de cujus obitu & sepultura idem sanctus Gregorius scribit his verbis (*a*):

(*a*) Greg. dial. l. 3. c. 11.

IX. * Ilvam. S. Cerbonii obitus & funus.

*Cum Langobardorum gens in Italiam veniens cuncta vastasset, ad Helbam * idem sanctus Cerbonius recessit. Qui ingruente ægritudine, ad mortem veniens, clericis suis sibique obsequentibus præcepit, dicens: In sepulcro meo, quod mihi præparavi Populonii, me ponite. Cui illi cum dicerent: Corpus tuum illuc qualiter deferre possumus; quia a Langobardis teneri loca eadem, & ubique illic eos discurrere scimus? Ille respondit: Reducite me securi: nolite timere, sed festine sepelire me curate: moxque ut sepultum fuerit corpus meum, ex eodem loco sub omni festinatione recedite. Defuncti igitur corpus imposuerunt navi. Cumque Populonium tenderent, collectis in aere nubibus, immensa nimis pluvia erupit. Sed ut patesceret omnibus cujus viri corpus navis illa portaret per illud maris spatium, quod ab Helba insula usque Populonium duodecim millibus distat, circa utraque navis latera procellosa valde pluvia descendit, & in navem eamdem una pluviæ gutta non cecidit. Pervenerunt itaque ad locum clerici, & sepulturæ tradiderunt corpus sacerdotis sui, cujus præcepta servantes, in navem sub festinatione reversi sunt: quam mox ut intrare potuerunt, in eumdem locum ubi vir Domini sepultus fuerat, Longobardorum Dux crudelissimus Gummar advenit. Ex cujus adventu, virum Dei habuisse spiritum prophetiæ claruit: quia ministros suos a sepulturæ suæ loco sub festinatione discedere præcepit.* Hæc de S. Cerbonio & Longobardorum Duce Gregorius.

X. S. Cerbonii triumphus.

Erat Gummar unus ex dictis trigintasex Ducibus, quos inter se hoc anno partitos esse regnum Longobardorum diximus. De Populonii autem Ecclesia destituta pastore agit idem Gregorius cum esset Pontifex. Ita plane qui a Longobardis, jubente Deo, cum suis timens visus est in insulam confugisse, mortuus, de iisdem apparuit triumphasse, dum cælitus missis aquis illi rejecti sunt; cum quot pluviæ guttis tot veloti characteribus fuit ejus sanctitas prædicata: ut non lugubre funus illud Deus esse voluerit, sed paratum illi e cælo triumphum, quo pariter quam accepisset ejus anima a Deo in cælo coronam, omnibus perspicue innotesceret. Sic igitur quem confessorem sub Gothis novit Ecclesia & sub Longobardis post obitum tanto miraculo divinitus illustratum accepit, eumdem inter Sanctos eadem die, qua ex hac vita migravit, allegit, atque legit ex more in ecclesia anniversaria (*b*) obitos die ipsius populo Christiano confessionem.

(*b*) Martyrol. Rom. die 10. Octob.

XI.

Cæterum sicut & fugientes Dominus non deseruit, & defunctis honorificam parari voluit sepulturam, ita & iis qui remanserunt præsto fuit, & manus conserentibus astitit, ut unus fugaret mille, & duo decem millia, non armis, sed fide, qua Sancti vicerunt regna, fortes facti sunt in bello, & castra verterunt exterorum. Nam accipe primum, quæ in provincia Samnii accidisse iisdem temporibus, idem S. Gregorius his verbis enarrat (*c*): *Nuper in provincia Samnii quidam venerabilis vir, Menas nomine solitariam vitam ducebat: qui nostrorum multis cognitus, ante hoc fere est decennium defunctus. De cujus operis narratione unum auctorem non refero, quia pene tot mihi in ejus vita testes sunt, quot Samnii provinciam noverunt. Hic itaque nihil ad usum suum aliud, nisi pauca apium vascula possidebat. Hunc cum Longobardus quidam in iisdem partibus rapinam voluisset ingerere, prius ab eo viri verbo correptus est, & mox per malignum spiritum ante ejus vestigia vexatus. Qua ex re factum est, ut sicut apud omnes incolas, ita etiam apud eumdem barbarum gentem ejus celebre nomen haberetur, nullusque ultra præsumeret ejus cellulam nisi humilis intrare.* Hactenus de Mena Gregorius.

(*c*) Greg. dial. l. 3. c. 16. De Mena solitario.

XII. Sed coronis coronas jungens, hujusce-modi addit gloriosum ex religione triumphum, cum videlicet non adversus Longobardos tantum pugnatum est, sed & contra Arianam perfidiam, qua armatus ipsorum Episcopus in castra Dei tentavit violentus irrumpere: ait enim (a): *Unum narro quod per Bonifacium monasterii mei monachum, qui usque ante quadriennium cum Longobardis fuit, adhuc ante triduum agnovi. Cum ad Spoletanam urbem Longobardorum Episcopus, scilicet Arianus, venisset, & locum illic ubi solemnia sua ageret non haberet, cœpit ab ejus civitatis Episcopo ecclesiam petere, quam suo errori dedicaret. Quod dum valde Episcopus negaret, idem qui venerat Arianus, beati Pauli Apostoli ecclesiam illic cominus sitam se die altera violenter intraturum esse professus est. Quod ejusdem ecclesiæ custos audiens, festinus cucurrit: ecclesiam clausit, seris munivit: facto autem vespere, lampades omnes extinxit, seque in interioribus abscondit. In ipso autem subsequentis lucis crepusculo Arianus Episcopus collecta multitudine advenit, clausas ecclesiæ januas effringere paratus. Sed repente cunctæ simul portæ divinitus concussæ, abjectis longius seris, apertæ sunt, atque cum magno sonitu omnia ecclesiæ claustra patuerunt. Effuso desuper lumine, omnes quæ extinctæ sunt lampades, accensæ sunt. Arianus vero Episcopus, qui vim facturus advenerat, subita cæcitate percussus est, atque alienis manibus ad suum habitaculum reductus. Quod dum Longobardi in eadem regione positi omnes agnoscerent, nequaquam ulterius præsumpserunt Catholica loca,* ibidem scilicet posita, *temerare. Miro enim modo res gesta est, ut quia ejusdem Ariani causa lampades in ecclesia beati Pauli fuerant extinctæ, uno eodemque tempore & ipse lumen perderet, & in ecclesia lumen rediret.* Hæc Gregorius. Sed quod arma fidelium non sint carnalia, sed Deo potentia, & non ira, sed charitate adversus hostes consueverint dimicare: his adjungam quæ de Christi milite Sanctulo Nursinæ Ecclesiæ presbytero idem auctor tunc accidisse scribit his verbis (b):

(a) Greg. dial. l. 3. c. 29.

Arianus Episcopus dat pœnas impietatis.

(b) Greg. dial. l. 3. c. 37.

XIII. Mira de Sanctulo.

*Hic* (inquit) *quodam tempore, cum in prælo Longobardi olivam premerent, ut oleum liquari debuisset: sicut jucundus erat & vultu & animo, utrem vacuum ad prælum detulit, laborantesque Longobardos læto vultu salutavit, utrem protulit, & jubendo potius, quam petendo, eum impleri sibi dixit. Sed Gentiles viri, quia tota jam die frustra laboraverant, atque ab olivis exigere oleum torquendo non poterant, verba illius moleste susceperunt, eumque injuriis insectati sunt. Quibus vir Dei lætiori adhuc vultu respondit, dicens: Si premetis, at istum utrem Sanctulo impleatis, sic oleum vobis revertetur. Cumque illi ex olivis oleum defluere non cernerent, & virum Dei ad implendum utrem sibi insistere viderent, vehementer accensi majoribus hunc verborum contumeliis detestari cœperunt. Vir autem Dei videns quod ex prælo oleum nullo modo exiret, aquam sibi dari petiit, quam cunctis videntibus benedixit, atque in prælum suis manibus jactavit: ex qua protinus benedictione tanta ubertas olei erupit, ut Longobardi, qui diu incassum laboraverant, non solum sua vascula omnia, sed utrem quoque, quem vir Dei detulerat, implentes, gratias agerent, quia is qui oleum petere venerat, benedicendo dederat quod postulabat.*

XIV. Sed de eo subdit majora idem S. Gregorius, referens insigne miraculum ab ipso Sanctulo eodem tempore editum, cum ecclesiam S. Laurentii a Longobardis incensam restituere conaretur. Ait enim: *Alio quoque tempore vehemens ubique fames incubuerat* (illa videlicet, de qua ex Anastasio hoc anno mentionem fecimus) *& B. Laurentii martyris ecclesia fuerat a Longobardis incensa; quam vir Dei restaurare cupiens artifices multos ac plures subministrantes operarios adhibuit; quibus necesse erat ut quotidianos sumptus laborantibus sine dilatione præberet. Sed exigente ejusdem famis necessitate, panis ejusdem defuit: cœperuntque laborantes instanter victum quærere, quia vires ad laborem per inopiam non haberent. Quod vir Dei audiens, eos verbis consolabatur, foris promittendo quod deerat; sed ipse graviter anxiebatur intus, exhibere cibum non valens, quem promittebat.*

Ecclesiam incensam Sanctulus instaurat.

XV. *Cum vero huc illucque anxius pergeret, devenit ad clibanum, in quo vicinæ mulieres pridie panes coxerant: ibique incurvatus aspexit, si forte panis a coquentibus remansisset. Tunc repente panem miræ magnitudinis atque insoliti candoris invenit: quem quidem tulit, sed deferre artificibus noluit, ne fortasse alienus esset, & culpam velut ex pietate perpetraret. Per vicinas itaque hunc mulieres detulit, eumque omnibus ostendit; ac ne cui earum remansisset, inquisivit. Omnes autem quæ pridie panem coxerant, suum hunc esse negaverunt, atque panes suos numero integros retulisse, professæ sunt. Tunc lætus vir Domini perrexit ad multos artifices cum uno pane: & ut omnipotenti Deo gratias agerent, admonuit; & quia eis annonam præbuerat, indicavit. Eisque ad refectionem protinus invitatis inventum panem apposuit. Quibus sufficienter plenèque satiatis, plura ex eo quam ipse panis erat, fragmenta collegit: quæ die quoque altero eis ad refectionem intulit: sed id quod ex fragmentis superterat, ipsa*

Panis operariis suppeditatur indeficiens.

quo-

*quoque quæ apposita fuerant fragmenta superabut. Factumque, ut per dies decem omnes illi artifices & operarii ex illo pane satiati, hunc & quotidie ederent, & ex eo quotidie quod edi posset in crastinum superesset; & sic fragmenta panis illius per esum crescerent, & cibum comedentium ora repararent.* Hucusque de his Gregorius: sed nondum de Sanctulo, ejusque cum Longobardis inito certamine finis. Audi enim quæ iis idem S. Gregorius de eodem mox adnectit, cum plene de Longobardis adversantibus victoriam tulit, spoliaque revexit, & perspicuo in Ecclesia permansura trophæa Christi gloriam prædicantia statuit. Ait ergo Gregorius (a):

(a) Greg. dial. l. 3. c. 37.

XVI. Diaconus liberatur. *Die quadam captus a Longobardis quidam diaconus tenebatur ligatus; eumque ipsi qui tenuerant, interficere cogitabant. Advesperascente autem die, vir Dei Sanctulus ab iisdem Longobardis petiit, ut relaxari, eique vitam concedi debuisset: quod posse se facere, omnino negaverunt. Cumque mortem illius deliberasse eos cerneret, petiit ut sibi ad custodiam dari debuisset. Cui protinus responderunt: Tibi eum quidem ad custodiendum damus, sed ea conditione interposita, ut si iste fugerit, pro eo ipse moriaris. Quod vir Domini libenter accipiens, prædictum diaconum in suam suscepit fidem: quem nocte media, cum Longobardos omnes somno graviter depressos aspiceret, excitavit, & ait: Surge, & concitus fuge: liberet te omnipotens Deus. Sed idem diaconus promissionis ejus non immemor, respondit, dicens: Fugere, pater, non possum: quia si fugero, pro me sine dubio ipse morieris. Quem vir Domini Sanctulus ad fugiendum compulit, dicens: Surge, & vade: te omnipotens Deus eripiat: nam ego in manu ejus sum: tantum in me possunt facere, quantum ipse permiserit. Fugit itaque diaconus, & quasi deceptus in medio fidejussor remansit.*

XVII. *Facta igitur mane Longobardi, qui diaconum ad custodiendum dederant, venerunt: quem dederant, petierunt: sed hunc venerandus presbyter fugisse respondit. Tunc illi inquiunt: Scis ipse melius quid convenit. Servus autem Domini constanter ait: Scio. Cui dixerunt: Bonus homo es: nolumus te per varios cruciatus mori: elige tibi mortem quam vis. Quibus vir Domini respondit, dicens: In manu Dei sum: ea morte me occidite, qua occidi permiserit. Tunc omnibus qui illic aderant Longobardis placuit, ut eum capite truncare debuissent, quatenus sine gravi cruciatu vitam ejus compendiosa morte terminarent. Cognito itaque, quod Sanctulus, qui inter eos pro*

Sanctulus in discrimen adductus liberatur. *sanctitatis reverentia magni honoris habebatur, occidendus esset: omnes qui in eodem loco inventi sunt Longobardi convenerunt, sicut sunt nimiæ crudelitatis, læti ad spectaculum mortis. Circumsteterunt itaque acies. Vir autem Domini deductus in medium est, atque ex omnibus viris fortibus electus est unus, de quo dubium non esset quin uno ictu caput ejus abscinderet. Venerandus igitur vir inter armatos deductus, ad sua arma statim cucurrit: nam petiit ut sibi paululum orandi licentia daretur. Cui dum concessum fuisset, in terram se stravit & oravit. Qui dum paulo diutius oraret, hunc electus interfector calce pulsavit, ut surgeret, dicens: Surge, & flexo genu extende cervicem. Surrexit autem vir Domini, genuflexit, cervicem extendit; sed tenso collo eductam contra se spatham intuens, hoc unum publice dixisse fertur: Sancte Joannes suscipe illam. Tunc electus carnifex evaginatum gladium tenens, nisu forti in altum brachium percussurus elevavit, sed deponere nullo modo potuit: nam repente diriguit, & erecto in cœlum gladio, brachium inflexibile remansit.*

*Tunc omnis Longobardorum turba, quæ ad illud spectaculum aderat, in laudis favorem conversa, mirari cœpit, virumque Dei cum timore venerari: quia profecto claruerat, cujus sanctitatis esset, qui carnificis brachium in aere ligasset. Itaque postulatus ut surgeret, surrexit: postulatus ut brachium sui carnificis sanaret, negavit, dicens: Ego pro eo nullo modo orabo, nisi mihi ante juramentum dederit, quia cum istu manu Christianum hominem non occidet. Sed Longobardus idem, qui (ut ita dicam) brachium contra Deum tendendo perdiderat, pœna sua exigente, compulsus est jurare, se Christianum hominem numquam occidere. Tunc vir Dei præcepit, dicens: Depone manum deorsum. Qui statim deposuit. Atque illico adjunxit: Remitte gladium in vaginam: & statim remisit.* XVIII. Longobardi Sanctulum venerati.

*Omnes ergo tantæ virtutis hominem cognoscentes, boves & jumenta, quæ deprædati fuerant, certatim ei offerre in munere volebant: sed vir Domini tale munus suscipere recusavit, munus autem bonæ mercedis requisivit, dicens. Si mihi aliquid vultis concedere, omnes captivos, quos habetis, mihi tribuite, ut habeam unde pro vobis debeam orare: Factumque est, ut omnes captivi cum eo dimissi sint; atque superna gratia disponente, cum se unus pro uno morti obtulit, multos a morte liberavit.* Hucusque Gregorius de Sanctuli inito cum Longobardis certamine, in quo charitati juncta fides extinxit odium, atque perfidiam superavit. Si quando vero eos permisit Deus in Dei servos sic sævire, ut eosdem absque obice neci traderent; & in hoc declarata est divina potentia, cum iidem occisi licet, tamen ut victores triumphale carmen conci- XIX. Sanctulus captivos liberat.

cinere auditi sunt. Nam accipe quæ insuper in provincia Valeria accidisse in hunc modum idem auctor enarrat (a):

(a) Greg. dial. l. 4. c. 21.

XX. Monachi suspensi psallunt.

*Vitæ namque venerabilis Valentius, qui postbac in Romana urbe mihi (sicut nosti) meoque monasterio præfuit, prius in Valeria provincia suum monasterium rexit. In quo dum Longobardi sævienter venissent (sicut ejus narratione didici) duos ejus monachos in ramis unius arboris suspenderunt; qui suspensi eodem die defuncti sunt. Facto autem vespere, utrorumque eorum spiritus claris illic apertisque vocibus psallere cœperunt; ita ut ipsi quoque, qui eos occiderant, nimiam mirati tenerentur: quas videlicet voces captivi quoque omnes, qui illic aderant, audierunt, atque eorum psalmodiæ postmodum testes extiterunt. Sed has voces spirituum omnipotens Deus idcirco pertingere voluit ad aures corporis, ut viventes quique in carne discerent, quia si Deo servire studeant, post carnis mortem uberius vivant.* Hæc ipse: sed & aliis quoque signis Deus reddidit manifestum in cælo vivere, quos tunc barbaricus gladius in terra necasset. Nam audi eumdem Gregorium ista narrantem (b.

(b) Ibid. c. 22.

XXI. De Sorani Abbatis nece.

*Quibusdam religiosis quoque viris attestantibus, adhuc in monasterio positus agnovi, quod hoc Longobardorum tempore juxta in hac provincia, quæ Sura nominatur, quidam monasterii pater venerabilis Soranus nomine fuerit, qui captivis advenientibus, atque a Longobardorum deprædatione fugientibus, cuncta quæ in monasterio videbatur habere, largitus est. Cumque in eleemosynis vestimenta sua ac fratrum omnia & cellarium consumpsisset; quicquid habere in horto potuit, expendit. Expensis vero rebus omnibus, Longobardi ad eum subito venerunt, eumque tenuerunt, & aurum ab eo petere cœperunt. Quibus cum ille diceret, se omnino nihil habere; in vicino monte ab eis ductus est, in quo silva immensa magnitudinis stabat. Ibi captivus quidam fugiens, in cava arbore latebat: ubi unus ex Longobardis, educto gladio, prædictum venerabilem occidit virum; cujus corpore in terram cadente, mons protinus & silva concussa est, ac si ferre non posse pondus sanctitatis ejus diceret terra quæ tremuisset.* Sic igitur sanctum virum martyrio coronatum, anniversaria recurrente die, quolibet anno Ecclesia celebrare consuevit. Sed attende quid de alio itidem martyrio vita perfuncto Gregorius subdit (c):

(c) Ibid. c. 23.

XXII. Ultio subsecuta est Diaconi occisorem.

*Alius quoque in Marsorum provincia vita valde venerabilis diaconus fuit: quem inventum Longobardi tenuerunt, quorum unus educto gladio caput ejus amputavit. Sed cum corpus ejus in terram caderet: ipse, qui hunc capite truncaverat, immundo spiritu correptus, ad pedes ejus corruit, & quod amicum Dei occiderit, inimico Dei traditus ostendit.* Hæc sanctus Gregorius. Quod igitur alios ereptos, alios vero ab eisdem barbaris necatos audis; in utrisque admirandam Dei providentiam contemplari licet, cum ut illi coronam consequerentur, & ut alii in aliorum levamen solatiumque remanerent, effecit: ne si magistri omnino deficerent, exolesceret disciplina. Quomodo autem reliqui sanctissimi monachi mirifici illius Equitii alumni a Deo illæsi a furore barbarico conservati sint, eumdem audi Gregorium, cum ita scribit (d):

(d) Greg. dial. l. 1. c. 4.

XXIII. S. Equitius suos liberat.

*Eamdem Valeriæ provinciam Longobardis intrantibus, ex monasterio reverendissimi viri Equitii in prædicto oratorio ad sepulcrum ejus monachi confugerunt. Cumque Longobardi sævientes oratorium intrassent, cœperunt eosdem monachos foras trahere, ut eos aut per tormenta discuterent, aut gladiis necarent. Quorum unus ingemuit, atque acri dolore commotus clamavit: Heu, heu, heu, sancte Equiti, placet tibi quod trahimur, & nos non defendis? Ad cujus vocem protinus sævientes Longobardos immundus spiritus invasit: qui corruentes in terram tamdiu vexati sunt, quousque cuncti qui foras erant Longobardi cognoscerent, quatenus locum sacrum temerare ulterius non auderent. Sicque vir sanctus dum discipulos defendit, etiam multis postea remedium illuc fugientibus præstitit.* Idemque de Cassinati monasterio S. Benedicti ista inferius (e) tradit, in primis referens quæ ab ipso sancto viro ante cognita atque prænunciata fuissent:

(e) Greg. dial. l. 2. c. 17.

XXIV.

*Vir quidam nobilis Theoprobus nomine ejusdem Benedicti Patris fuerat admonitione conversus, qui pro vitæ suo merito magnam apud eum familiaritatis fiduciam habebat. Hic cum quadam die ejus cellam fuisset ingressus, hunc amarissime flentem reperit. Cumque diu subsisteret, ejusque non finiri lacrymas videret (nec tamen vir Dei consueverat orando plangere, sed mœrendo) quænam causa tanti luctus existeret, inquisivit. Cui vir Dei illico respondit: Omne hoc monasterium quod construxi, & cuncta quæ fratribus præparavi, omnipotentis Dei judicio Gentibus tradita sunt. Vix autem obtinere potui, ut mihi ex hoc loco animæ concederentur. Cujus vocem tunc Theoprobus audivit, nos autem cernimus, qui destructum modo a Longobardorum gente ejus monasterium scimus. Nocturno enim tempore quiescentibus fratribus, nuper illuc Longobardi ingressi sunt, qui diripientes omnia, ne unum quidem hominem tenere potuerunt. Sed implevit omnipotens Deus, quod fideli famulo Benedicto promiserat, ut si res Gentibus tra-*

de-

*deret, animas suscitaret.* Hæc Gregorius. Porro eosdem monachos inde pulsos Romam commigrasse, idem alibi tradit, Abbatesque numerat, qui ad ea usque tempora eidem monasterio præfuerunt (*a*), traditamque his fuisse Lateranense cœnobium incolendum affirmat. Hos etiam accipere consuevisse alimoniam una cum aliis monachis ab ipsa Apostolica sede, idem Gregorius in epistola ad Constantinam Augustam (*b*) docet. At de Longobardorum sub Benedicto Papa cœpta grassatione per Duces in reliquas Italiæ partes satis. Plura sunt alia, quæ certis annis, quibus gesta esse reperiantur, opportunius inseremus.

(*a*) Greg. dial. l. 2. in prin.

(*b*) Greg. lib. 4. epist. 34.

XXV. Quod vero ad res hoc anno in Galliis gestas pertinet auctor est Sigebertus, hoc anno altercatum esse inter Hispanos & Gallos de Paschatis diei celebritate. Ait enim: *Hispani & Franci de Pascha celebrando dissentiunt, Hispanis duodecimo Kal. Aprilis, Francis vero decimoquarto Kal. Maii Pascha celebrantibus. Sed Francos recte celebrasse, per hoc divinitus claruit, quod fontes in Hispania, qui in sabbato sancto Paschæ ad baptizandum sponte divinitus repleri solent, non in Hispanorum, sed in Francorum Pascha repleti sunt.* Hæc ipse, ex quibus omnis de impostura interdum oborta suspicio abolita est. Si enim humana arte ea de fontibus contigissent, atque eadem ad Hispanorum sententiam comprobandam accomodata fuissent.

XXVI. S. Galli obitus. Hic ipse insuper numeratur annus octavus a tempore inguinariæ pestis, quo suum S. Gallus Arvernensis Episcopus obitum designavit, & cladem populi ex renascente eodem morbo prædixit, ut suo loco ea Gregorio (*c*) Turonensi narratum est. Porro de ejus felici ad Deum transitu idem auctor ista alibi habet (*d*): *Cum gravatus incommodo decubaret, ita febris interna omnia membra ejus depilavit, ut capillos & barbam simul amitteret. Sciens autem, revelante Domino, post triduum migraturum, convocat populum, & omnibus confracto pane, communionem sancta ac pia voluntate largitur. Adveniente autem die tertia, quæ erat Dominica dies, quæ civibus Arvernis immanem contulit luctum albescente jam cælo, interrogat, quid in Ecclesia psallerent. Dixerunt, Benedictionem sese psallere,* nempe psalmum Benedicite omnia opera Domini Domino. *At ille, psalmo quinquagesimo, & benedictione decantata, & Allelujatico cum capitello expleto, consummavit officium totum temporis matutini. Quo jam extremo perfunctus officio, ait: Vale dicimus vobis, fratres. Et hæc dicens, extensis manibus spiritum cælo intentus præmisit ad Dominum: transiit autem ætatis suæ anno sexagesimoquinto, Episcopatus vero sui septimo & vigesimo anno.* Hucusque Gregorius de obitu S. Galli: pergit vero dicere de funere atque miraculis: sed satis ad institutum.

(*c*) Greg. Tur. hist. Franc. l. 4. c. 5.

(*d*) Greg. Tur. in Vita SS. Patr. c. 3.

XXVII. At non prætereundum de eodem S. Gallo Venantii Fortunati (*e*) epitaphium, quod in gratiam Gregorii Turonensis ejus nepotis conscripsit: sic enim se habet:

(*e*) Fortunat. l. 4. carm.

*Hostis inique, Adam paradiso fraude repulsi:*
*Ecce Deus famulis præstat adire polos.*
*Invide, sic tua mors homini meliora paravit:*
*Tu expellis terris: his dat & astra suis.*
*Testis & Antistes Gallus probat ista beatus,*
*Nobilis in terris, dives eundo polos.*

Sed quod ad ejus pertinet antiquam nobilitatem, testatur Gregorius Turonensis (*f*) in Vita ipsius, genus ducere ab egregio martyre Vetio Epagatho, cujus mentio est in epistola Ecclesiæ Lugdunensis apud Eusebium (*g*), fuisseque tradit natum ex Georgio Senatoriæ stirpis viro & matre Leocadia. Pergit vero

(*f*) Greg. Vit. SS. Patr. c. 6.

(*g*) Eusеb. l. 5. c. 1.

PAGIUS IV. *Dissidium de Paschate anni* DLXXVII. Ad num. XXV. Dissidium de *Paschate* celebrando inter Hispanos & Gallos, quod Gregorius Turonensis lib. 5. cap. 17. narrat, fuit de Paschate anni quingentesimi septuagesimi septimi; Turonensis enim de eo loquitur anno II. Childeberti Francorum Regis, qui an. DLXXV. Sigiberto patri successit, aitque: *In Galliis nos cum multis Civitatibus XIV. Kalendas Maias Pascha celebravimus. Alii vero cum Hispanis XII. Kalendas Aprilis Solemnitatem hanc tenuerunt.* Hujus controversiæ causa fuit, quod eo anno terminus Paschalis incideret in diem XVIII. mensis Aprilis ac in feriam primam; unde sequebatur Pascha in sequentem Dominicam, ac in diem XXV. Aprilis differendum, secundum Cyclos Alexandrinos; quibus ideo nec Hispani; nec multæ Galliæ Civitates consentiebant. Turonenses cum multis aliis Gallis Pascha juxta *Victorii Aquitani* Cyclum celebrarunt *XIV. Kalend. Majas*, idest, die XVIII. mensis Aprilis, in quem, ut jam diximus, terminus Paschalis incidebat. Hispani vero cum aliis Gallis, quibus hoc inconveniens videbatur, illud toto mense anticiparunt, & *XII. Kalend. Aprilis*, seu die XXI. Martii, ipso scilicet Æquinoctii die juxta Cyclum Latinorum Victorio antiquiorum peregerunt. Ex quo liquet, ut observat Bucherius de Doct. Temp. cap. 10. Galliam pleramque, non tamen omnem, *Victorii* Cyclum hoc tempore amplexam esse. Alibi die XXV. Aprilis Solemnitatem hanc, secundum Cyclos Alexandrinos tenuerunt Christiani.

V. *Moritur S. Gallus Episc. Arvernensis.* Ad num. XXVI. & seqq. Sanctus *Gallus* Episcopus Arvernensis interfuit primo Concilio Arvernensi anno DXXXV. celebrato, Concilio Aurelianensi IV. anno DXLI. & Concilio Aurelia-

ro idem Fortunatus ejus vitam fummarim referre:

*Qai Chrifti auxilio faltuc aec adultus in annis*
*Se majora petens, odit amore lares:*
*Effugit amplexus patrios, matremque relinquit:*
*Qui monachum regeret, quaritur Abba parens.*
*Illic tyro rudis generofo cœpit ab ævo*
*Militia Domini belliger arma pati.*
*Quatiano demum fancto eradiente magiftro,*
*Pulchrior eft auro corde probatus homo.*

Fuit ifte Quintianus fanctitate præclarus Epifcopus Arvernenfis, qui eum ex monacho reddidit clericum, atque imbuit fanctis moribus & Ecclefiafticis litteris; quibus optime excultus, cum innotuiffet Theodorico Francorum Regi, ab eo accerfitus atque retentus eft: ubi cum effet, apud Coloniam Agrippinam idolorum templum, quod frequentabatur a rufticis, fuccendiffe tradit Gregorius. Pergit vero Fortunatus:

*Inde Palatinam Regis translatus in aulam,*
*Theodorice, tuam, vixit amore pio.*
*Mox ubi deftituens terras, petit aftra magifter,*
*Ceffit difcipulo cura tenenda gregis.*
*Pontificatus enim moderans sta rexit habenas*
*Paftor at officii, effet amore pater,*
*Manfuetus, patiens, bonus, æquus, amator, amandus,*
*Non erat offenfæ, fed locus hic veniæ.*
*Si qua fupervenit facta eft injuria verbis:*
*Unde furor poterat, inde triumphus erat.*

Plura id genus de ipfo Gregorius refert exempla, de contumeliis fcilicet atque verberibus a fuis presbyteris magna patientia toleratis. Sed audi reliqua:

*Plebem voce fovens quafi natos ubere nutrix*
*Dulcia condito cum fale mella dabat.*
*Hoc opus exercens præfenfit dona futuri,*
*Se paftore nihil poffe perire gregis.*

Hoc idcirco Chriftianus poeta, quod ingruente inguinaria lue, a divino oraculo accepit refponfum (ut idem tradit Gregorius) ipfo vivente, nullum e fuis ea pefte lædendum: quod & ficuti prædictum fuit, evenit. Quot autem annis eamdem Ecclefiam gubernarit, his Fortunatus quos fubdit, verfibus docet:

*Sic Pater Ecclefiam regit in quinquennia quinque,*
*Bis terdena tamen luftra fuperftes agens.*
*Hinc meliore via Sanctum ad cæleftia vectum*
*Non premit urna rogi, fed tenet ulna Dei.*

Hucufque Fortunati de fancto Gallo epitaphium. Claruiffe autem corpus ejus terræ mandatum pluribus miraculis, Gregorius tradit, qui tamen in numerando fedis ipfius tempore duobus annis a Fortunato difcrepat: fiquidem eum Ecclefiæ Arvernenfi præfuiffe Epifcopum ait annos vigintifeptem. Remanfit pofteris ejus memoria in univerfa Ecclefia celebris: etenim facris inter Sanctos ipfe afcriptus tabulis, diu qua obiit Kalendis Julii anniverfaria memoria ubique recolitur.

Sed qui dum vixit extitit fuis mediator XXVIII.
apud Deum, tanquam Moyfes (a), qui ftetis in confractione in confpectu ejus, ut averteret indignationem ejus, ne difperderet eos: Ubi vero moftuus eft, fublato de medio tanto obice, tamquam a vi-

(a) Pfal. 106. & Exod. 32.

PAGIUS relianenfi V. anno DXLIX. habitis; tranfiit autem ad Dominum, ut fcribit Gregorius Turonenfis in Vitis Patrum cap. 3. *Epifcopatus fui feptimo & vigefimo anno*. Idem Gregorius in Hiftoria lib. 4. capp. 5. 6. & 7. pluribus agit de Cautini ejus fucceffforis electione, eamque refert ad tempus *Theodebaldi* Francorum Regis, quem conftat regnare cœpiffe anno DXLVII. & e vivis abiiffe anno DLIII. Cointius in Annal. Ecclefiaft. Franc. mortem Sancti *Galli* configna anno DLIV. quia *Theodebaldi* Regis mortem in annum DLV. differt, exiftimatque, *Gallum* liberaffe Arvernos a lue inguinaria anno DXLVI. quod Turonenfis lib. de Vitis Patrum cap. 6. tradat, eum vita functum *die Dominica*, jacuiffe in Ecclefia *triduo quarta die* fepultum fuiffe, & in Tabulis Ecclefiafticis inter Sanctos adfcribatur ad diem Kalendarum Juliarum. Nam parte alis idem Gregorius in Hiftoria lib. 4. cap. 5. & in Vita hujus Sancti afferit, *Sancti Galli* intercedente Oratione, luem, quæ alias Regiones confumebat, Civitatem Arvernam non attigiffe; additque Sanctum Gallum *poft annos octo* a lue illa *e fæculo* migraffe. Hæc Cointius. Verum dies Martyrologiis adfcripti ad anni emortualis notitiam nos perducere non poffunt, ut mille exemplis liquet, &, ut falfum illud Chronologiæ principium everteremus, fæpius inculcavimus. Neque divus Gallus Kalendis Juliis fepeliri potuit; cum Turonenfis loco citato doceat corpus ejus jacuiffe in Ecclefia, dum *Rogationes, quæ poft Pafcha fiunt, celebrabantur*, & lib. 2. Hift. cap. 34. fcribat, prædictas Rogationes *ante Afcenfionis Dominicæ triumphum* fuiffe celebratas. Annus itaque quo *Gallus* Arvernenfes a pefte liberavit, quove ipfe ad Deum

(a) Isai. 5. a vinea macerie depulsa de qua scriptum est (a): *Auferam maceriem ejus, & erit in dirreptionem*: mox lues illa inguinaria quæ ante annos octo Italos & Gallos afflixit, Arvernos autem, Sancto intercedente, non læserat; populum illum invasit, magnaque clade affecit, ut Gregorius ipse testatur (b), cum de divina virtute, quam tunc fuit in famulo suo expertus per sancti Juliani martyris Arvernensis reliquias, ita alibi narrat (c):

(b) Greg. Tur. hist. Franc. l. 4. c. 15.
(c) Greg. Turon. de glor. mar. lib. 2. c. 45.

XXIX. *Inter reliqua vero insignia suscipiendorum miraculorum ponimus & istud, quod insipientes corrigat, & roboret sapientes. Igitur Cautini Episcopi tempore, quo ingruentibus peccatis populi Arverna regio ab excidio luis, quam inguinariam vocant, devastabatur; ego Brivatensem vicum expetii, scilicet ut qui meritis tutari nequibam, beati martyris Juliani tuerer præsidio. In quo dum commorarer vico, unus puer ex nostris ab hoc morbo corripitur; reclinatoque ad lectulum capite, graviter ægrotare cœpit. Erat autem febris assidua cum stomachi pituita, ita ut si quid acciperet, confestim ejiceret, nec erat ei cibus confortatio, sed magis exitus putabatur. Denique mei cum viderent eum in extrema vexari, hariolum quemdam invocant. Ille vero venire non differens, accessit ad ægrotum, & artem suam exercere conatur, incantationes immurmurat, sortes jactat, ligaturas collo suspendit, promittit vivere quem ipse mancipaverat morti. Hæc autem me inscio agebantur. Quæ cum mihi delata fuissent, amarissimus reddor, & cum gravi suspirio illud commemoro, quod Dominus per Eliam Prophetam Ochoziæ Regi pronunciat, dicens: (d) Quia dereliquisti Dominum Deum Israel, & consuluisti Deum Accaron, ideo de lectulo in quo ascendisti non consurges, sed morte morieris. Nam iste post adventum barioli validius febre succensus, spiritum exhalavit. Cujus post obitum interpositis paucis diebus, puer alius simili laborare cœpit incommodo. Tunc ego eis inquio: Accedite ad martyris tumulum, & aliquid exinde ad ægrotum deportate, & videbitis magnalia Dei, atque cognoscetis quid sit inter justum & injustum, & inter timentem Deum & non servientem illi. Accedentes autem, parumper pulveres circa sepulcrum jacentis sustulerunt. De quo ut bausit infirmus cum aqua, protinus assecutus est medicinam, recuperatisque viribus ac restincta febre convaluit. Intelligite ergo nunc, o omnes qui insipientes estis in populo, & postquam ita desipueritis, scitote quia nihil sunt quæ ad seducendum humanum genus diabolus operatur. Ideo moneo, ut si quis vexillo Crucis signatus, si quis baptismi absolutione mundatus, si quis vetustate deposita in novo nunc homine viget; talia postponat ac negligat: quærat autem patrocinia martyrum, per quos sanitatum miracula celebrantur: postulet adjutoria confessorum, qui merito amici sunt Dominici nuncupati; & quæ voluerit, obtinebit.* Huc usque Gregorius, eamdem spirans in sacrarum reliquiarum cultu pietatem, qua omnes non Galliarum tantum, sed totius Catholici orbis sanctissimi Episcopi prædiri semper fuerunt.

(d) 4. Reg. 1.

Pulvere sepulcri S. martyris curati infirmi.

XXX. Arvernensis Eccles. schismate laborat.

Quod vero Arvernenses populi post obitum sancti Galli ea meruerunt affligi clade: ad alia ipsorum peccata, quorum Gregorius meminit, illud accessit, ut post obitum ejus divisa schismate Ecclesia illa fuerit, studentibus aliis Catoni presbytero, Archidiacono vero Cautino aliis, cum iste dolo agens, clam profectus ad Regem, ab eodem dari sibi petiit Episcopatum. Quæ quidem omnia luctu digna idem Gregorius suo prosecutus est stylo (e) ☞. At vero ista de S. Galli obitus tempore in priori editione ex chronologia ab inguinaria peste ut certa deprompta jam denuo ad incudem revocata, non posse subsistere, sunt inventa, quæ magis ad anteriora tempora sint reducenda, cum alias idem morbus pervasit Gallias. Quod autem ad hæc tempora Gallus non potuerit pervenisse, in evidens deducitur argumentum. Cum enim ipsum annos tantum vigintiseptem dicat sedisse Episcopum Arvernensem, idemque reperiatur interfuisse Concilio Aurelianensi secundo, anno Christi quingentesimo trigesimosexto, & Arvernensi anno quingentesimo quadragesimoprimo; quomodo potuit ad hæc tempora pervenisse? Accedit ad hæc, quod cum Gal-

(e) Greg. hist. Fran. l. 4. c. 5. 6. 7.

De tempore obitus S. Galli.



PAGIUS um migravit, incertus. Baronius in secunda Annal. Ecclesiast. editione animadvertens eum laudatis Conciliis interfuisse, quod & jam in Notis ad Martyrologium ad diem primum mensis Julii observarat, agnovit quæ anno DLXV. num. XXIX. de Civitatis Arvernensis præservatione a peste, & hoc anno num. XXX. de anno mortis *Sancti Galli* scripserat, subsistere non posse, & corrigenda monuit.

VI. Gesta in bello Persico.

Theophylactus lib. 3. cap. 10. postquam gesta anno VII. Justini Romanos inter & Persas narravit, scribit: *Justini Imperatoris anno sequenti, Marciano delectus habente, & ex Oppido Dara prodeunte, Barbarisque juxta Nisibim sedentibus, prælium prope Sargathum (locum a Persis ita nominatum) committitur: Persæ Romanis dant manus. Qui deinde Thebothum Castellum Persicum cingentes, cum per dies multos continuata oppugnatione nihil proficerent, Daram se retulerunt.* Theophanes Theophylacto suffragatur, asseritque, Romanos vicisse Persas ad *Sargathum* anno Incar. secundum Alex. DLXV. qui cum mense Augusto currentis Christi anni absolvitur.

VII. Subdit Theophylactus, *Cosroem* Persarum Regem, dum Romani *Nisibim* Mygdoniæ Urbem obsi-

Galli Episcopi successorem Cautinum idem Gregorius ejus nepos, rerum ab ipso gestarum testis fidelis referat ad tempus Theodebaldi Regis, quem constat regnare cœpisse anno Christi quingentesimo quinquagesimosecundo, licet positum sit anno quingentesimo quinquagesimoquinto, tenuisseque tantum annos septem: utique prohibetur omnino ad hunc annum pervenire potuisse. Hæc de tempore ejus obitus dicta sunto.

Jam

PAGIUS

*Nisibis a Romanis obsessa, & Apamea a Persis capta.*

obsidione cingerent, cum copiis Babylone discessisse, & ad Oppidum quoddam Persicum *Abarum* nomine, quinque dierum itinere e *Circesio* Romanorum Urbe venisse, indeque *Adarmanem* Ducem ad Romanorum Provinciem proficisci jussisse. Hic citra laborem *Antiochiam* usque fertur, & suburbanis ædificiis pro tempore dirutis in *Calesyriam* venit, & die tertio *Apameam* Urbem occupavit, eaque flammis tradita in Persidem reversus est. Eadem ac Theophylactus narrat Evagrius lib. 5. capp. 8. 9. & 10. & pluribus prosequitur. Baronius hanc *Adaarmanis* Persarum Ducis expeditionem in annum sequentem perperam differt, & pluribus explicat num. II. III. & IV.

Concilium *Parisiense IV*. celebratum, de quo anno DLXXVI. verba faciemus. Ibi etiam agemus de dissensione inter Francorum Reges hoc anno exorta. Divus Gregorius postea Pontifex Romanus, hoc anno Præfecturam Romanam administrabat, ut videre est an. DLXXXI. num. III.

| JESU CHRISTI ANNUS 574. | BENEDICTI PAP. ANNUS 2. | JUSTINI JUN. IMP. ANNUS 9. |
|---|---|---|

I. JAm quingentesimus septuagesimusquartus Christi annus adest septimæ Indictionis, idemque nonus numeratus Justini Imperatoris: qui quidem extitit Orientali Imperio funestissimus, Abaris una ex parte, Persis ex altera Romanum Imperium devastantibus.

Avares rursum invadunt Rom. Imperium. *Anno enim hoc nono Justini* (inquit Cedrenus) *Abari sive Avares ad Danubium venerunt, ac vicerunt Romanos*. De bis hæc pauca ipse: Evagrius vero pluribus, dum agit de Tiberio, qui ascitus postea fuit collega in Imperium a Justino: *Hunc* (inquit) *Justinus, ingenti collecto exercitu, ad congrediendum cum Abaris jampridem miserat. Qui quidem, militibus aspectum barbarorum haud ferentibus, parum aberat quin captus fuisset, nisi divina providentia eum præter omnium opinionem servasset, & in fines Imperii Romani reduxisset incolumem: quippe temerariis Justini institutis obsecutus, ipse cum tota Romana Republica in periculum venit penitus pereundi, & amplum Imperii Romani decus barbaris concedendi ad occupandum*. Hæc ipse. His autem hæc præterea hoc item anno addita mala a Persis, idem Evagrius affirmat his verbis (a): *Et Artabanus Persa in Romanorum ditionem facta incursione, multos captivos abduxit, captoque etiam Daras castra, domum rediit. Justinus nuncio tantæ cladis accepto, animo abalienatus est, petiitque ab Hormisda, uti pacem componeret, quæ & in annum pacta est. Constitutum sub eo est, ut psalmus: Tuæ cœnæ mysticæ; magna feria quinta caneretur. Illata quoque tunc est imago nulla manu facta Camulianis pago Cappadociæ* (illuc enim Edessa, ne in Persarum manus deveniset, olim translata fuit) *& veneranda ligna*, Crucis sanctissimæ scilicet, *ab Apamea Syriæ Secundæ Constantinopolim translata sunt*. Quibus exuta civitas illa, quæ (ut dictum est superius) ab iisdem in alia Persarum incursione miraculo magno divinitus defensa fuit, capta statim atque in favillam redacta est.

(a) Evag. l. 5. c. 9. 10.

*Ann. Eccl. Tom. X.*

II. Verum quæ de hac Persarum incursione, ex qua in magnum discrimen Antiochia adducta est, idem Evagrius tradat, hic describamus. Ipse enim dum



PAGIUS SÆC. VI. Anno Eræ Hispan. DCXII. A.C. 574.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6067.

☉ 23. G. ☽ 5. P. 25. Mart. Indict. 7.

JESU CHRISTI 574.

BENEDICTI I. PAPÆ 2.

JUSTINI. JUN. IMP. 10.

TIBERII CONSTANTINI CÆS. 0.

I. *Postconsulatus.* IS annus hac formula notatus: *IX. post Consulatum Justini Jun. Aug. solius VII.* a Mario vero Aventicensi: *Anno VIII. Consul. Justin. Jun. Aug. Indict. VII.*

II. *Avarum de Romanis Victoria.* A num. I. ad VI. Victoriam *Avarum* de Romanis recte hoc anno recitat Baronius ex Cedreno & Evagrio cap. 12. Sed hæc verba, *& Artabanus Persa in Romanorum Ditionem facta excursione*, & cætera usque ad finem numeri I. quæ Evagrio attribuit, Cedreni sunt, non vero Evagrii. Annum rei gestæ nos edocet Theophanes anno Incarnat. secundum Alexandrinos DLXVI. Kalendis Septemb. superioris Christi anni inchoato, ubi ait: *Hoc anno in Provincias Danubio conterminas grassati sunt Avares, quo cognito Tiberium Excubitorum Comitem adversus eos misit Imperator. Pugna cum Avaribus commissa, Tiberius ex improvisa ab hostibus oppressus superatur, multisque e suis desideratis revertitur*. Meminit hujus Avarorum de Romanis Victoriæ Menander Protector pag. 155. qui pagina præcedenti narraverat Legationem Barbarorum Chagani, seu Principis ad Justinum, a quo Legatus petivit, ut annuæ collationes antea solvi solitæ, quotannis penderentur, & *Sirmium* sibi traderetur, cum *Gepidas*, quibus illud dederant Romani vicissent. Fusior eandemmet Avarorum Legationem recitat Menander pag. 154. & utrobique ait, Imperatorem Legatum contemsisse, & *Tiberium* adversus Abaros misisse.

III. *Persæ Daras capiunt, & Romani obsidionem Nisibis relinquunt.* Gesta Romanos inter & Persas hoc anno refert Evagrius lib. 5. cap. 10. qui ait, *Adaarmanum* Persarum Ducem post expugnatam *Apamaeam* venisse ad Chosroen, qui *Daras* Oppidum fortissimum in Mesopotamia positum obsidebat. Ejus igitur copiis Chosroes *hyberno tempore Urbem illam vi cepit*, postquam *quinque & amplius menses* eam obsedisset. Quod confirmat Theophylactus lib. 3. cap. 11. qui dicit, eam a Chosroe *mensibus sex* oppugnatam fuisse. Theophanes Byzantius in Excerptis de Legat. eandem expugnationem narrat, postquam locutus est de exauctoratione Marciani Romanorum Ducis, & de obsidione Nisibis a Romanis relicta; quem ordinem etiam servat Evagrius, qui cap. 9. tam de Marciano, quam de Nisibi loquitur. Refert autem Evagrius *Justinum*, qui cum vili & abjecto exercitu tantam Urbem obsidere jusserat, cum videret eam a *Marciano* cito non capi, ei injunxisse, ut eam desereret, illumque Dignitate exuisse. Quod & narrat Theophylactus loco laudato, additque, *Justinum formidantem, ne alia insuper mala existerent, præsentis anni Inducias* cum Persis fecisse. Menander Protector pag. 156. istarum Induciarum mentionem facit, aitque, *Sophiam Augustam*, dum *Justinus* mentis imbecillitate laboraret, Jacobum ex Medicis Imp. ad Chosroen misisse, & *per annum ut ab armis cessaretur*, statutum esse, numeratis *Chosroi* quadraginta quinque aureorum millibus. Vide pag. 118. ubi jam Menander fusius de ea Legatione egerat. Has Imperii Romani calamitates Theophylactus vi-

agit de Nisibis, quæ erat sub potestate Persarum, obsidione, quam Marcianus Dux Romani exercitus ad multum temporis spatium protraxerat, ob idque Justinum Imp. in indignationem commoverat, cujus & præcipiti animo mala cuncta Imperio inferrentur, hæc ait: (a) *De ea incursione*, quam scilicet pararet

*(a) Evag. ibid.*

Cosrhoes per Adaarmanem Ducem (sic enim eum appellat, quem Cedrenus nominat Artabanum) *fit certior Gregorius Episcopus Antiochiæ: nam huic Episcopus Nisibis amicissimus fuit, magnis muneribus ab eo donatus: & propterea cum insanam Persarum contumeliam contra Christianos admissam, qua semper fere* pro-

PAGIUS

*tio mentis* Justini, Evagrius vero voluptatibus, quibus immersus erat, attribuit, & uterque asserit, eum nihil sani animi reputaret, Rempublicam *Tiberio* regendam commisisse, cumque *Cæsarem* creasse, suadente *Sophia* Augusta. Biclariensis *Daras* expugnatam tradit anno VIII. Justini, quia hujus Imperium ab an. DLXVI. orditur.

IV. *Tiberius fit Cæsar.* Hæc Dignitas in *Tiberium* collata est veluti index & cardo temporum usque ad Imperium Phocæ, annumque Christi DCII. quod Baronius agnovit, qui anno DLXXVIII. num. I. narrata hac *Tiberii* nuncupatione, dicit standum esse Evagrio rerum præsentium inspectori, & anno DCII. num. XXII. loquens de Imperii Mauricii annis ait, eos certius detegi non posse quam ex Evagrio, omnia inquit, ob oculos habente, & annos Imperatoris Mauricii ad exactissimam temporis rationem revocante, quibus ideo reliqui omnes corrigendi & emendandi. Hæc autem Evagrii verba lib. 5. cap. 13. *Porro ut tempora accuratissime distinguantur, sciendum est Justinum Juniorem solum quidem imperasse annis duodecim, & mensibus decem cum dimidio; cum Tiberio autem collega annis tribus, ac mensibus undecim. Fiunt itaque in universum anni Imperii Justini sedecim cum mensibus novem ac dimidio. Tiberius vero imperavit solus annos quatuor, cum Justino autem tres & menses undecim.* Sunt hæc Evagrii verba Canonque firmissimus temporis constitutus. „ Si anno DLXV. & diei XIV. Novemb. „ addas annos XVII. minus mense uno cum „ dimidio, quibus imperavit *Justinus*, perve„ nies ad annum DLXXXII. His junges qua„ tuor, quibus solum regnasse Tiberium idem „ Evagrius tradit, pervenies ad an. DLXXXVI. „ quo tempore incipe numerare annos Mauri„ cii, usque ad præsentem annum DCII. uti„ que non amplius quam annos XVI. & tres „ menses, quibus Mauricius imperavit, repe„ ries. Hæc Baronius. Verum locus ille Evagrii, ut nunc fere inter Eruditos convenit, a Librariis corruptus fuit, neque enim accuratissimus Scriptor in rebus sua ætate gestis Literis mandandis, in tam graves errores laudatis verbis contentos labi potuit; quod & ex ipsomet Evagrio infra ostendemus.

V. *Chronologia Cæsarea in integrum restituitur.* Imo Baronius, qui primo *Evagrium* secutus fuerat, Tiberiique cooptationem an. DLXXVIII. collocarat, re postea accuratius perspecta in Appendice Tomi XII. ad an. Christi DLXXXVI. scripsit, Evagrium errasse in recensendis annis Imperii *Justini*, *Tiberii*, & *Mauricii*. Interim Annales Ecclesiastici ab hoc anno ad an. DCII. valde perturbati, quos, ut in integrum restitueret Spondanus, cooptationem Tiberii cum an DLXXV. Justini mortem cum an. DLXXIX. & Mauricii initium cum anno DLXXXIII. copulavit. Sed hoc pacto errorem quidem imminuit, sed non sustulit; & in ejus Epitome, sicuti & in Annalibus, a currenti Christi anno ad DCII. quo *Phocas* imperare cœpit, Chronologia valde depravata.

VI. *Tiberii nuncupatio ab hoc anno non potest removeri.* Repertum est olim in Vaticano Cœmeterio Marmor, in quo legitur Epitaphium cujusdam pueri, translatum postea in atrium Ecclesiæ Sancti Angeli, ubi ad lævam majoris Aræ parieti affixum fuit, ex quo cum aliis Antiquitatis Monumentis collato constat, non tantum *Tiberium* hoc anno; sed etiam post diem XXV. mensis Octobris participem Imperii factum. Habetur illud apud Paulum Aringhum lib. 2. Romæ Subterraneæ cap. 10. & apud Reinesium in Syntag. Inscriptionum pag. 912. ex quo hæc excerpsi, omissis ad Chronologiam non necessariis.

✠ DEP. EST BOETIUS. CL. P. OCT. KAL. NOBR. INDICT. XI. IMP. DOM N. IVSTINO. PP. AVG. ANN. XII. ET TIBERIO CONST. CAES. ANN. III. DEP. EST IN PAG. ARGENTEA. MAT. SS. XIII. KAL. DECEMBR. QUI SS BOETIUS VIXIT ANN. XI. M. VIIII. D. XXIII. ET MAT. EJUS VIXIT ANN. XXXVI. M. II. D. XII. [1]

VII. *Neque a mense Decembri hujus anni.* Ex egregio hoc Epitaphio apparet primum, errasse Viros Doctissimos, qui *Justiniani* mortem & *Justini* Junioris initium cum an. DLXVI. alligarunt; nisi enim anno antecedente regnare cœpisset, annus Justini duodecimus neque cum indictione undecima, neque cum anno Christi DLXXVII. qui ea a Septembri notatus, concurreret; sed cum Indictione duodecima, annoque DLXXVIII. cum dies ejus natalis in XIV. Novembris inciderit. Apparet se-

NOTÆ [1] HOc Boethii epitaphium, quod summi esse momenti ad stabiliendam Imperii Justini chronologiam censet Pagius, nihil nobis officere, & cum exordio Justini ab anno 566 cœpto congruere posse, nullo negotio demonstro. Etenim Justinus imperium exorsus est die 14. Novembris anni 566. adeoque anno 577. die illa Novembris annum Imperii XII. incœpit. Argentea vero mater Boethii, quorum utriusque in hoc lapide mentio fit, decessit XIII. Kal. Decembris ejusdem anni 577. qua die Justini annus duodecimus jam fluebat. Tota igitur Pagii allucinatio ex eo provenit, quod notas illas temporarias Indictionis annorumque Justini & Tiberii ad filium retulerit, cum ad Matrem, interpunctione mutata, referendæ sint, adeo ut Mater, non Filius anno Justini XII. & Tiberii III. decesserit. Ita sua fides constat vetusto illi saluzinoo monumento a nobis supra ad A. 565. 2. producto, & veterum coævorum Scriptorum authoritas in tuto est. MANSI

*premebantur, ægre admodum pateretur, & magnopere cuperet civitatem, cujus ipse fuit Episcopus, in ditione Romanorum venire; omnia quæ extra fines Romanorum circiter Nisibia gerebantur, significavit, opportuneque exposuit. Quæ quidem Gregorius illico ad Justinum retulit, eique quam celerrimam declaravit Cosrhois incursionem. At vero ille in consuetarum voluptatum sordibus volutatus Gregorii litteris neque animum attendere, neque fidem habere voluit; illud dumtaxat verum arbitratus, quod ipse in animum induxerat. Nam hominum intemperantium & laxu perditorum consuetudinem imitabatur, in quorum animis sicut ignavia insita est, ita de prospero rerum adventu nimis magna fiducia; & si quid contra ipsorum voluntatem acciderit, ei nolunt ullo modo fidem adjungere. Itaque scribit Gregorio, resque ad se relatas, quasi omnino veræ non sint, rejicit: quod si veræ sint, Persas, non ante suos obsidione occupaturos; sin autem ante occuparent, cum magno suo malo discessuros.* Ita quidem Evagrius, devastationem Syriæ & captivitatem Antiochiæ tribuens Imperatoris ignaviæ: sed altius optassem ipsum ista considerasse, cur ante septem annos, quibus Imperium Justinus administravit, minime contigerint; sed ubi scilicet sanctissimum Episcopum ab ea civitate dimovit? Hæc enim si considerasset, non in ignaviam, sed ad sacrilegium Imperatoris ea cuncta mala retulisset: sicuti enim in templo columnæ, & in ædibus sunt fundamenta, ita plane se habent in civitatibus atque provinciis sanctissimi sacerdotes; quos si quis e loco dimoveat, forasque pellat, necesse sit cuncta quæ virtutum fortissimo robore sustinebant, omnino corruere ac pessumire. Cum Anastasius Antiochiæ sederet, ipse Dominus positus erat in Syria universa murus & antemurale; quo sublato, & Dominus pariter recessit ab eis, atque tunc lapit (a) antemurale, & murus pariter dissipatus est, cum universa Syria cessit deprædationi barbarorum: cum jam nullus penitus esset qui resisteret grassantibus ubique locorum hostibus crudelissimis. Sed quomodo id acciderit, sic narrare pergit Evagrius.

Peccatis urgentibus datum robur hostibus contra Romanos.

(a) Thr. 2.

III. Persæ universam depopulati Syriam.

*Deinde mittit Acacium Imperator, hominem superbum & contumeliosum, ad Marcianum Ducem exercitus cum hoc mandato, ut si Marcianus alterum pedem in civitatem Constantinopolitanam ante intulisset, quam scilicet de hostibus victoriam accepisset, honoris sui gradu eum abdicaret. Quod quidem factum est ab eo sedulo: idque non sine Reipublicæ detrimento, quo Imperatoris mandato inserviret. Nam profectus ad castra Romanorum, Marcianum juxta fines Imperii versantem, insciento exercitu, spoliat dignitate. Præfecti autem Manipulares ac Centuriones, ubi peractis vigiliis didicerant Ducem suum de honoris gradu dimotum, copias non ulterius ducunt, sed clam se inde subducentes, sparsi fugiunt, obsidione civitatis Nisibis cum omni irrisione dimissa. Adaurmanes igitur, qui Persarum & Scenitarum barbarorum satis validum & magnum habebat exercitum, Circesium prætериens, res Romanorum incendio, occisione, & aliis omnibus vastationis generibus populatur, nec quicquam clementiæ omnino vel cogitatione complexus est, vel factis declaravit. Capit castella & pagos multos, nemine præterea repugnante: primum quod copiæ Romanæ nullam Ducem habuere; deinde quod militibus circiter Daras a Cosrhoe circumclusis, populatum*

PAGIUS secundo, *Tiberium* currenti anno Cæsarem appellatum post diem vicesimum quintum Octobris, seu octavum Kalendas Novembris in Epitaphio memoratum; alioquin anno Christi DLXXVII. eo die, annoque XII. Justini, is jam inchoasset annum quartum Imperii; ideoque Auctorem Chronici Alexandrini recte quidem annum inaugurationis *Tiberii* expressisse; sed in mense errasse; ait enim: *Hoc octavo Imperii sui anno, Septembri mense, die septimo, octava Indictione, morbo correptus Justinus Augustus Tiberium Cæsarem creavit, nominavitque illum Constantinum, & vixit cum illo annos quatuor.* Currentem autem Christi annum octavum Imperii Justini Auctor iste vocat, quia ejus Imperium ab anno DLXVI. male exorditur. Non solum enim *Tiberius* die VII. Septemb. & die XXV. Octobris hujus anni nondum Cæsar erat; sed nec die decima tertia mensis Decembris eo honore adhuc affectus fuerat, ut ex clausula subjecta Collectaneo ab Eugipio composito anno DLXXXI. num. I. referenda certo constabit. Quare unus Theophylactus Simocatta libr. 3. capit. 11. mensem & feriam rei actæ nos edocuit; postquam enim sermonem, quem Justinus ad Tiberium habuit, quo tempore Cæsar salutabatur, retulit, ait: *Atque hæc mense Decembri, sexta die hebdomadis, Indictione nona prolocutus est.* Loco tamen, *Indictione nona*, reponendum, *Indictione octava*, quæ Kalendis Septemb. hujus anni auspicatur. Porro post diem decimum tertium mensis Decembris feria sexta non incidit, nisi in diem XIV. XXI. & XXVIII. ejusdem mensis; ideoque unus ex tribus illis diebus Tiberii Constantini natalitius fuit.

Quod si quis dicat, ex Indictione IX. a Theophylacto notata sequi *Tiberium* anno duntaxat sequenti Imperii participem factum, & laudatum Epitaphium non videri contrarium, si tertius Tiberii annus non desinens, ut a nobis explicatum, sed iniens intelligatur, errorem convincetur ex Dandulo in Historia Veneta MS. ubi refert, Synodum habitam a Schismaticis Tria Capitula propugnantibus apud Gradum, die III. Novembris anni DLXXIX. quam refert Ughellus Tomo V. Italiæ Sacræ, cujus Synodi hoc initium est: *Imperante serenissimo Tiberio Constantino Augusto, anno Imperii ejus quinto, eodem Consule, sub die III. Nonarum No-*

VIII. *Tiberius post mensem Novembris Cæsar appellatus.*

*populationes agrorum, & incursiones absque ulla timore fiebant.*

IV. *Invadit porro Cosrhoes Antiochiam per suos dumtaxat milites (ipse namque eo non venit) qui præter omnem spem inde repulsi fuere: cum tamen nemo, vel pauci admodum in civitate remanerent. Cumque Episcopus inde fugisset, secumque eduxisset sacrum Ecclesiæ thesaurum, propterea quod magna pars muri ceciderat, & populus (ut fit in his præsertim temporibus) seditione conflata novis rebus studebat, quibus fugientibus urbs deserta relicta; nec quisquam erat, qui vel ad machinas ullas contra hostes fabricandas, vel ad eisdem ulla modo resistendum, animum intenderet.* Subiicit (a) his de Heraclea ab hostibus incensa, Apameaque capta & igne absumpta, abducto captivo Episcopo una cum civitatis Præfecto, aliisque malis innumeris illatis regionibus illis, in quas iidem se grassantes infunderant; cum interea ipse Cosrhoes Daram expugnavit civitatem munitissimam in finibus positam.

(a) Evag. l. 5. c. 10.

V. Alia rursus clade contigit his Justini temporibus Syriam nonnihil affligi a Samaritis hæreticis sæpe repressis, ejectis, ac sæpe receptis; sed denuo in Catholicos insurgentibus, de quibus idem Imp. Novellam (b) constitutionem ediderat, multans civilibus pœnis eos qui in eodem permansissent errore. Quæ autem malæ bestiæ istæ tentaverint, videre est apud Acta Niceni posterioris Concilii Oecumenici, cum a Patribus recitari jubetur epistola Simeonis Stylitæ Junioris ad ipsum tunc Imperatorem Justinum data, cujus titulus sic se habet (c):

(b) Nov. 5. Justini inter Nov. Justiniani 144.

(c) Nicæn. Conc. 2. Act. 5.

VI. *Beati Simeonis Stylitæ, qui in admirando monte vixit, epistola ad Justinum Juniorem Imperatorem.*

De Samaritis in sacras imagines insanientibus.

*Quis dabit oculis meis fontem lacrymarum, ut omnibus diebus miseræ vitæ meæ satis ex corde fleam? Tanta enim, vestra serenitate & pietate regnante, tanta scelera & impietates ab impiis & execrandis Samaritanis in sanctum templum, quod devota tua majestas extrui jussit, designata sunt, qualia numquam fuat audita. Dico autem eos qui castra habent prope civitatem Porphyrionis. Hæc autem quæ sunt facta, breviter & tenuiter cognoscat vestra serenitas in his quæ nostra humilitas per sanctissimum Episcopum Orientalem Patriarcham, qui non leviter ex hoc angitur, ad vestram majestatem scripsit. Nec lapides sufficientes sunt ferre, si omnem illam impietatem exclamet, quam oculis suis doctus sanctissimus Archiepiscopus vidit. Citius enim mortem & interitum nostra tenuitas ex-*

PAGIUS *Novembrium, Indictione XIII.* Si enim anno sequenti post diem XIII. mensis Decembris, Imperium Cæsareum *Tiberius* suscepisset, die tertia mensis Novembris anni DLXXIX. adhuc quartum Imperii annum numerasset, nec quintum exorsus esset ante diem XIII. mensis Decembris illios anni. Emin. Card. Norisius in Dissert. de Synodo V. cap. 9. paragr. 3. docte de initio Tiberii Cæsaris differit, & ex præfatis Synodi Gradensis verbis concludit, *Tiberium* anno currenti, mense Novembri Cæsarem appellatum fuisse; quæ & sententia Onuphrii in lib. 3. Fastorum fuit. Verum illam quoad mensem ipsius inaugurationis sententiam & laudata clausula Libro Eugipii subjuncta, & citatus Theophylacti locus plene convellunt.

IX. *Nuncupatio Tiberii in annum sequentem differri non potest.* Spondanus in Epitome Baronii ad annum DLXXV. dicit, *in* annis *Tiberii* & *Mauricii* lapides variare, dum in Epitaphio Boetii mox recitato, tempus ejus depositionis notatur *VIII. Kal. Novemb. Indict. XI.* Justini Aug. an. XII. & Tiberii Cæsaris anno III. in Epitaphio vero cujusdam tabernarii, quod Romæ extat, annus III. Imp. Mauricii, cujus æque initium pendet ab isto *Tiberii*, jungitur cum Indictione prima; cum tamen, inquit Spondanus, pro correctione Baronii qui in Appendice laudata monuit, *Mauricii* initium ad annum DLXXXIII. retrahendum esse, faciat etiam Historia Miscellæ, quæ *Tiberii* cooptationem ponit anno X. Imperii Justini, III. ante ejusdem Justini obitum. Ita Spondanus. At Epitaphium illius tabernarii manifeste mendosum est; cum in nulla opinione annus III. Mauricii cum Indictione prima connecti possit, ut numeranti patet. Quoad Auctorem Miscellæ, recte is scribit, *Tiberium* anno Justini X. nuncupatum esse Cæsarem, quod & Cedrenus ac Theophanes etiam habent, qui annum primum Justini ab anno DLXV. deducunt, licet de more uterque a Kalendis Septembribus quæ mortem Imperatorum sequuntur, Successorum gesta narrare incipiant: quia scilicet *Justinianus* non longe post Kalendas Septembris, die scilicet XIV. Novembris vitæ functus est, ideoque res duorum fere annorum, sub uno eodemque narrandæ fuissent, si primum *Justini* a Kal. Septemb. an. DLXVI. auspicati fuissent. Quare quia *Justinus Junior* anno DLXXVIII. mense Octobri obiit, Theophanes, ac Cedrenus initium Tiberii ab eodem Christi anno auspicantur, non vero a Kalendis Septemb. anni Christi insequentis. Sic etiam quia *Mauricius* mense Novembri anni DCII. periit, ab eodem Christi anno a Scriptoribus Byzantinis *Phocæ* successoris initium præter morem inchoatur. Certum itaque maneat, *Tiberium* post diem XIII. mensis Decembris hujus Christi anni Cæsarea Dignitate exornatum fuisse.

X. *Samaritæ tumultuantur.* A num. V. ad X. *Samaritæ*, qui Justino imperante in Syria tumultuati fuerant, Justino Juniore Imperium administrante rursus turbas excitarunt, & *in Sanctum Templum*, quod Justinus extrui jusserat, gravissima scelera designarunt, ut legitur in Epistola ad Justinum Imp. a Sancto Symeone Stylita Juniore tunc data, cujus hic est titulus in secunda Synodo Nicæna Act. I. ubi integra recitatur: *Beati Symeonis Stylitæ, qui in Admirando monte vixit, Epistola ad Justinum Juniorem Imperatorem.* Justinus ea Epistola accepta Constitutionem adversus eos emisit, quæ alia non est quam Novella CXLIV. *Justiniano* Imperatori ob ejus Novellarum Collectore perperam attributa. In ea Justinus abrogat, quæ Samaritanis a *Justiniano* Novella CXXIX. anno DXLI. data, concessa fue-

*expeteret, quam iterum talia mihi narrari audire. Omnem enim blasphemiam excellit improbum hoc factum, quod in Deum Verbum pro nobis incarnatum, ejusque gloriosam matrem, & venerandam sanctamque Crucem designarant. Hanc rem cum cogitamus, ad divinas vestras aures nos referimus. Nam cum videamus per leges vestras, eos qui imaginem aut statuam Imperatoris ignominia afficiunt, extremo & justo mortis supplicio plectere; qua tandem pœna puniendi sunt, qui in imaginem Domini nostri ejusque matrem nefando facinore grassati sunt? Profecto, non video quid mihi dicendum sit. Tantum enim scelus est commissum, ut nec ulla humanitatis mica amplius superesse credatur. Quamobrem obsecramus victoriosam vestram potentiam, ne ulla postbac eis misericordia ostendatur, neque amplius parcere illis quispiam velit, neque ullam apologiam aut excusationem illorum nomine accipere, ne postbac pejora aggrediantur.* Hactenus magnus Simeon.

VII. Adversus Iconoclastas. Videant recentiores Iconoclastæ, quibus sese conjunxerint hæreticis omnium nefandissimis: audiant a spirituali homine qui omnia recte dijudicat, qualia sint de quibus etiam gloriantur sacrilegia, dum violentas in sacras imagines manus immittunt; & quibus sint digni suppliciis, ex verbis pariter Simeonis expendant. Quid vero de his factum sit, nusquam verbum.

VIII. De ipso autem Simeone plura etiam scribit Evagrius, cui magnus cum eo usus amicitiæ intercessit: qui quonam pacto tam arduum vitæ institutum arripuerit, Abbate, in cujus monasterio degebat, id monente, narrat his verbis: (*a*) *Erat autem iste Simeones propter eximiam virtutem omnium hominum suæ ætate facile præstantissimus; qui in columna vitam severam coluerat adeo a teneris (ut ajunt) unguiculis, ut dentes suos in ea mansione commutaret. Ad vitam autem in columna degendam talis causa inductus fuit. Cum adhuc tenella valde ætate esset, & puerorum more per montis juga ludendo saltandoque pererraret; forte fortuna incidit in pardum: cujus collo cingulo circumjecto, eo veluti freno bestiam, quæ jam suam feram naturam exuerat, ad suum monasterium secum duxit. Quod cum magister ejus, qui ætatem agebat in columna, videret; percontatur quid sit. Respondit puer, felem esse, quem vulgo catum nominant. Hinc igitur conjecturam faciens, quantopere virtute esset in posterum præstaturus, ad vitam in columna degendam eum induxit. In qua columna simul & in altera summo in montis vertice sita sexaginta & octo annos vixit omnibus gratiæ donis repletus: quippe dæmones expulit, sanavit omnem morbum & omnem languorem, res futuras perinde ac præsentes prævidit. Qui prædixerat Gregorio, illum ejus morti minime adfuturum, atque adeo ignoraturum quid post ipsam mortuam eveniret.*

(a) Evagr. l. 6. c. 23. De Vita & miraculis Simeonis Junioris.

*Quinetiam cum ipse mecum cogitarem de liberorum amissione: quærerem que quid causæ esset, cur Gentibus, qui liberis abun-* IX.

PAGIUS fuerant: *unde*, inquit, *& sorte illa forma per indulgentiam ipsis a patre nostro concessa, quæ legis vicem obtinens, largitur ipsis, ut hæreditatem pariter adire & transmittere, item legatis honorari & legata relinquere possint, imposterum vacabit, neque prorsus ullam firmitatem habebit*. In Præfatione ejusdem Constitutionis dicit Justinus: *Sæpenumero tam pientissimus Princeps pater noster, quam etiam nos ipsi studio habuimus, ut Samaritanorum hæresim ad meliorem frugem perduceremus*. Non itaque hæc Constitutio a *Justiniano* data, sicuti Novella CXXIX. quæ in ea abrogatur, sed a *Justino*, qui ab eo adoptatus fuerat, quem ideo *Justinus* patrem appellat. Hoc recte vidit Baronius, & ante eum alii; sed nullus hactenus annum quo ea promulgata, detegere potuit.

XI. *Adversus eos ad Imperatorem scribit S. Symeon Stylita Junior.* Allatius in Diatriba *de Symeonibus*, inter Sancti Symeonis Stylitæ Junioris Scripta Epistolam ejus ad Justinum Juniorem recenset, & genuinum hujus Sancti fœtum non esse existimat; quod Symeon *Imperatoris aures divinas nuncupaverit*, quod *eumdem uti misericordia prohibuerit*, quod *qui debuerat iram Regis refrenare, illam magis magisque succenderit*; quod *ejus exemplo usus non sit, qui neminem vult perire*; quod denique *eidem Imperatori Deum corregnare dixerit*. Sed ea argumenta ita inefficacia sunt, ut ea refutare opus non sit, sicut inquit Janninghus in Commentario prævio ad Vitam Sancti Symeonis Stylitæ ad diem XXIV. mensis Maii apud Bollandum. Subjungit, animum ejus eo non parum inclinare, ut putet ad *Justinianum* potius Justini Junioris decessorem eam Epistolam datam esse; tum quod sub Justiniano *Samaritarum* audacia plus solito invaluerit, vix cognita sub *Justino* aliunde, quam ex hac, de qua ambigit, *Symeonis* Epistola; tum quod Epistola Caroli Magni ex Capitulari de non adorandis imaginibus lib. 4. cap. 9. ab Allatio producta, & alia Hadriani I. Papæ ad eumdem Carolum pro Nicæna Synodo II. dictæ Synodo subjuncta, exprimant nomen *Justiniani*, non *Justini*: tum denique etiam vel maxime quod statim in principio Epistolæ dicantur Samaritæ in *Sanctum Templum*, quod Imperator struendum curaverat, per summum scelus sævisse; cum tamen Justini paucula quædam Monumenta ab Auctoribus memorentur, *Justiniani* vero innumera.

XII. *Leges quædam Justiniano attributa Justino Jun. restituenda.* Verum apud me certum, Virum doctum hallucinari, ipsosque etiam homines Eruditos quatuor has Litteras *Just.* quæ variis Constitutionibus in Antiquis MSS. & in duabus Isudstis Epistolis præfixæ erant, perperam sæpe interpretatos esse de *Justiniano*; cum aut *Just.* Seniori, aut *Justin.* Juniori adscribendæ fuissent. Alemannus in Notis ad Hist. Arcanam Procopii cap. 9. varias leges *Justiniano* attributas, *Justino* Seniori, restituit, nullique dubium esse debet, quin Novella CXLIV. sit *Justini* Junioris, ut verba, quæ ex ea recitavimus, manifestissimum faciunt.

Deni-

*abundarent, idem ipsum neutiquam accideret; Simeones, quamvis hanc cogitationem nemini patefecissem, scripsit ad me, ut ab hujusmodi cogitationibus, utpote Deo minime probatis, desisterem. Porro autem hoc factum cum uxore scribæ mei: quoniam lac illi postquam peperat ita obstructum fuit, ut infans in maximum vitæ veniret periculum; Simeones ubi manum dexteram viri ejus tetigerat, jussit ut ad uxoris ubera iniiceret: quo facto, extemplo lac veluti ex fonte erupit, adeo ut vestem mulieris totam madefaceret. His accedit, quod puerum a viatoribus, quibuscum iter faceret Simeones, intempesta nocte a tergo relictum leo dorso imposuit, & ad monasterium Simeonis adduxit. Itaque ministri Simeonis jussu ingressi, puerum a leone apportatum introduxerunt. Multa alia præterea gessit admirabilia, quæ linguam desertam & vacuum tempus & separatum tractationem desiderant: quæ certe crebro hominum ore sunt atque sermonibus decantata. Nam cujusque nationis homines, non Romani solum, sed etiam barbari ad eum adventarunt, rerumque postulatarum compotes facti sunt. Huic Simeoni rami quidam fruticis in monte ere-*

PAGIUS

Denique *Justinum* Juniorem varia templa, aliaque publica ædificia construxisse testantur Zonaras, Theophanes, aliique Historici Byzantini; & Samaritas, Gregorio Magno Romanam Ecclesiam regente, adhuc extitisse videre est in Annalibus Baronii. Imo Auctor Chronici Alexandrini, qui Opus suum usque ad annum Christi DCXXX. perduxit, loquitur de *Samaritis*, qui suo tempore Provinciarum Procuratores pecunia corrumpebant, ut & Sectæ Samariticæ faverent, sicuti videre est anno DXXX. num. XII. & seqq.

XIII. *S. Symeonis Stylitæ Jun. virtutes.*

Natus erat *Simeon Stylita Junior* Antiochiæ matre nomine *Martha*, cujus egregias virtutes, visiones, ac miracula scripsit Græca lingua Auctor, Monachus coævus in ejus Vita, quam Janninghus in linguam Latinam vertit, & ad diem XXIV. mensis Maii, quo ejus filius colitur, repræsentat. Quando Sanctus iste ad postremam, eamque maximam columnam portabatur, antecedebat eum *Sancta Martha* mater ejus, plaudens atque exultans, quod talem uteri sui fructum obtulisset; præferebat autem Crucem manu, altioribus cogitatis cum animi gaudio singulari intenta, inquit *Nicephorus Magister* num. 217. qui Vitam Sancti Symeonis Stylitæ Junioris non multo post ejus mortem Græce conscripsit, & idem Janninghus Latinam fecit. Erat autem *Nicephorus* Magister Eloquentiæ in Urbe Antiochena. Allatius in lib. *de Symeonibus*, hujus Sancti Opera recenset, quorum pleraque temporum injuria periere. Agit de eo Evagrius lib. 5. capp. 23. & 24. iisque Sancto *Symeone* familiariter usus est, & cum eo commercium Literarum habuit, ut ibidem testatur. Vidit Baronius quæ de eo habet Evagrius; sed laudatam vitam videre non potuit, ideoque de anno ejus emortuali locutus non est; Evagrius enim tantum habet, *Symeonem* non multo ante *Gregorium Antiochenum*, anno DXCIII. demortuum, ad Deum migrasse.

XIV. *Quo anno mortuus sit.*

In Vita ejus ab eodem Nicephoro Magistro edita mortis quidem ejus dies, nempe *quarta & vicesima mensis Artemisii* qui diei XXIV. Maii nostri respondet, notatur, sed annus, quo obiit, tacetur. Verum cum eum nos Evagrius docuerit; nunc ex eodem Nicephoro illum eruere facile est, dummodo locus, in quo is de Symeonis ætate, ac de ejus commoratione in secunda columna loquitur, qui absque dubio mendosus est, emendetur juxta ea, quæ scribit Evagrius, qui hac in re vix falli potuit. Nicephorus num. 248. Symeonis mortem narraturus ait: ἦν μὲν γὰρ αὐτῷ τῆς ἡλικίας ἔτος ἤδη πέμπτον ἐπὶ τοῖς ἑβδομήκοντα, τῆς δὲ ἐν τῷ μεγίστῳ καὶ τελευταίῳ στύλῳ στάσεως πέμπτον ἐπὶ τοῖς τεσσαράκοντα, idest: *Agebat igitur Sanctus Symeon jam quintum supra septuagesimum ætatis suæ annum; quintum vero supra quadragesimum, ex quo in maxima atque postrema columna steterat*, ubi loco πέμπτον, idest *quintum*, utrobique reponendum, τρίτον, idest *tertium*: Nam ipsemet Nicephorus Magister num. 10. scribit: *Accidit, Symeone nostro jam quinquenni facto, magnam Antiochiam magno terræ motu sic labefactari, ut non modo domus, ubi parentes illius morabantur, eodem rueret; verum ipse quoque pater ruinis interceptus vitam luctuoso exitu concluderet.* Loquitur de terræ motu, quo an. Christi DXXVI. mense Majo omnes ædes & Ecclesiæ Antiochiæ aversæ sunt, ut suo loco ex Theophane explicavimus. Si itaque annus quintus Symeonis Æræ vulgaris nostræ quingentesimus vicesimus sextus est, ejus nativitas in annum Christi DXXI. incidit, ut ex eo terræ motu recte colligit Janninghus; qui tamen cum ex eodem deduci putat ejus mortem cadere in annum DXCVI. cum *Symeon* annum ætatis LXXV. ageret, procul dubio decipitur; siquidem ex Evagrio constat, eum ultra annum DXCIII. vitam non produxisse; cum eo anno, mortuo jam *Symeone*, Historiam suam clauserit *Evagrius*, ut suo loco demonstrabo. Quare si die vicesima quarta mensis Maii anni quingentesimi nonagesimi tertii diem obiit, & quinquennis fuit, cum Antiochia præfato terræ motu concussa est, amplius quam annum LXXIII. vivere non potuit, nec in magna columna plusquam an. XLIII. commorari.

XV. *S. Symeon Stylita Junior anno DXCIII. demortuus.*

Etenim Nicephorus Magister num. XLII. asserit, *Symeonem* in basi seu columna humiliori *sex annos* sub disciplina *Joannis* viri sanctissimi stetisse, & num. XLIII. eum deductum fuisse in columnam pedum XL. ab Episcopis, ibique *annos octo* perdurasse. Tum num. CXVII. refert, virum sanctum in novam ac majorem columnam delatum, *anno quidem a quo in lapide steterat decimo; ætatis vero trigesimo*. Nam anno ætatis vicesimo *petram super quam stetisse Domini pedes conspexerat, gaudens quam poterat alacerrime, conscendit*, ut ait Nicephorus num. LXXI. & seqq. Si igitur Sanctus *Symeon* anno Christi DXXXIII. columnam pedum quadraginta conscendit, in eaque annos octo vixit, & annos decem super petram fuit usque ad annum DLI. quomodo in maxima columna annos quadraginta quinque pœnitentiam agere potuit; cum ultra annum Christi DXCIII. vitam non propagarit? Laudatus itaque locus depravatus, nostramque emendationem certam reddit Evagrius, quando de *Joanne* Symeonis magistro, qui in columna vitam agebat, scribit: *Conjecturam capiens, qualis quantusque Symeon in virtutis studio futurus esset, in columnam eum admisit, Qua in columna, & in altera quæ est in-*

*crescentes & cibi & potionis loco fuere.* Hæc Evagrius de Simeone obiter, alia occasione ad ea de ipso scribenda perductus. Porro hic Junior Simeon cognomento Stylita, senioris respectu dictus reperitur: diversum enim ab illo seniore Stylita fuisse, tempora distincta, actionesque atque demum ætas cum pluribus aliis, quibus alter ab altero discriminatur, ostendunt.

X. De obitu S. Euphronii Episc. Turonensis. Sic igitur tum Oriens tum Occidens eodem tempore, cum plurima ingruerent undique mala, viris sanctissimis illustrantur, tantam noctem non sine facibus Deo relinquente. Nam in Occidente hoc eodem anno S. Euphronius Episcopus Turonensis ex hac vita cum migrasset, Gregorius æque sanctus ipsi successit. Porro ipsum Euphronium virum quidem sanctitate conspicuum inter Sanctos cooptatum habent Ecclesiasticæ tabulæ, honore impertito anniversariæ commemorationis. Quod vero ad tempus Euphronii obitus spectat (ne quid perfunctorie astruere videamur) ex Gregorio ejus successore optime colliges asserti temporis rationem. Cum enim ipse de se testetur (*a*), vigesimum primum habuisse in Episcopatu Turonensi annum, cum S. Gregorius Papa ageret in Pontificatu annum quintum (ipse est annus Domini quingentesimus nonagesimusquintus) ab hoc numero si viginti & unum detrahas, hoc anno ipsum reperies Euphronio successisse. Rursum vero cum alibi (*b*) dicat, se ordinatum anno centesimo septuagesimosecundo a transitu S. Martini, quem anno quadringentesimo secundo ex hac vita migrasse sæpe superius demonstravimus: utique reperies hoc anno ipsum fuisse Euphronio subrogatum. Verum dum ibidem addit id factum anno duodecimo Sigeberti Regis; ne ipse sibi contrarius esse appareat, dicendum pro anno nono Regis illius errore esse positum duodecimum, cum alibi anno secundo Sigeberti Regis habuisse Euphronium annum septimum tradat; qua etiam ratione dicendum est ipsum sedi Turonensi præfuisse annis quatuordecim: cum tamen habeat alibi, dum de ejus morte agit, sedisse annos decem & septem: unde opus est, ut ex Gregorio ipsiusmet Gregorii textum emendes.

(*a*) Gregor. Turon. hist. Franc. lib. 3. in fin.

(*b*) Gregor. Turon. de mirac. S. Martini l. 1. c. 32. & l. 2. c. 2.

XI. Quoniam vero egregiæ sanctitatis virum ipsum appellat ejus in sede successor Gregorius (*c*), par est ut ex iis quæ sunt reliqua de monumentis a majoribus traditis, quibus ipsius virtutes prædicantur, reddamus posteris notiorem. Extant in primis ejus æqualis Venantii Fortunati duæ datæ ad eum diversis temporibus epistolæ, quas hic tibi describere haud putavimus supervacuum: solent enim legentibus esse jucunda quamvis etiam corrosa carie, quæ e suo penu fragmenta pauper & pannosa, sed fidelia antiquitas prodit. Est autem ejusmodi prioris inscriptio:

(*c*) Gregor. Tur. hist. l. 10. c. ult.

XII. Fortunati ep. ad Euphronium. *Domino sancto & meritis Apostolico domno, & dulci patri Euphronio Papæ, Fortunatus. Ante paucorum dierum volubilitatem transcursum, deferente litterarum portitore, venerabilis oris vestri colloquium a me cælesti pro munere significo fuisse perceptum: quod ea aviditate, teste rerum creatore, complexus sum, qua & vestrum piissimum animum circa meam humilitatem jugiter approbavi profusum, & me supplicem multis copiosum* beneficiis agnosco devinctum. Qui quamvis in altera commorer civitate, novit Deus, quia a vobis absens sum tantummodo loco, non animo, & quocumque fuero, intra me vos clausos habeo. Vere dico: non est illud cor carneum, ubi vestra animæ non recipitur miranda dulcedo, sed marmore durius, si tanta charitatis non amplectitur blandimentum: nam quis de te tam congrue prædicet, quem mens vere sancta deposcit? Aut quis suo sic satisfaciat numero, ut vestrum sicut decet digne prodat affectum? qui interea sic humilis haberis erectus in cælis, ut inclinando ad infima, te sublevari facias ad excelsa: ut jam cognoscas, qui Christi humilitatem libenter amplecteris, de ejus regni munere quid habebis.*

* repletum.

XIII. *Quoniam (sicut ipsius mandata sunt) qui se parvulum inter homines vult videri, magnificum se elatumque respiciet in superna. Unusquisque qualiter desiderat, exponat. Ego vero gratulor, in corde domini Euphronii, dilectionem domni mei sedisse Martini. Quapropter multiplici me prece Apostolatui & sanctæ charitati vestræ commendans, rogo per ipsum do-*



PAGIUS *in summo montis vertice, octo & sexaginta exegit, annos, omni gratia genere donatus.* Qui anni LXVIII. numerati ab anno Christi DXXVI. quo *Symeon* quinquennis erat, & ad Joannem se contulit, basimque ex adverso ejus ascendit, anno DXCIII. desinunt; ideoque posita nostra emendatione *Evagrium* inter & *Nicephorum* Magistrum egregie convenit; ea vero sublata inter se contrarii sunt, & *Symeon* cum Antiochia terræ motu subversa, quinquennis esse non potuit. Baronius in Notis ad diem V. mensis Januarii quo Sanctus *Symeon Stylita Senior* celebratur, perperam scribit, Symeonis Senioris Stylitæ natalem agi a Græcis die XXIV. Maii, deceptus Menologio Cardinalis Sirleti, ut ad diem V. Januarii observat Bollandus; ille enim dies *Symeoni Stylitæ Juniori* apud eos Sacer.

XVI. Ad num. X. & seqq. Sigebertus in Chronico ad annum DLXXII. scribit: *Gregorius Turonensis ordinatur Episcopus: Clarus habetur in omnibus.* Et ipsemet Sanctus Gregorius de Miraculis Sancti Martini lib. 2. cap. 1. testatur, se ordinatum anno CLXXII. a transitu Sancti Marti-

*mnum Martinum, cujus fruerie participata confortio, ut apud eum memorari pracipias me famulum & devotum; quatenus quod apud eum meritis pravales, in mea humilitatis protectione jugiter ostendas. Ora pro me, domne fancte & Apostolice, peculiaris domne & Pater.* Ita fe habet prior quæ reperitur epiftola, facta collatione duorum exemplarium. Pofterior autem eft hujufmodi, at expreffas in ea videas præcipuas illas virtutes non io Epifcopo tantum, fed in quolibet Chriftiano homine commendatas, charitatem videlicet cum humilitate atque manfuetudine:

*Domino fancto, mihique in Domino peculiari patrono Euphronio Papa, Fortunatus.*

XIV. *Copiofam & fuperabundantem pectoris veftri dulcedinem, quam circa devotionem perfona mea veftram beatitudinem, Pater amantiffime, fateor impendiffe: quis illam (ut dignum eft) vel corde poffit concipere, vel fermone valeat explicare? Qua tanta me fibi vinculo admiranda charitatis adftrinxit, ut ne unius hora fpatio ab illo mihi videar feparari confpectu, quem etfi præfentem non video, attamen intra pectoris habitaculum retineo conditum & reclufum. Quis enim tua charitati peculiaris non redditur, in qua tanta bonitatis beneficia continentur? aut quem ad tuam dulcedinem non inducat invitum, cujus probavimus animum ineffabili charitate profufum? Qua autem illud admiratione complectar, cum te fic video cunctos diligere, ut fi unumquemque vifus fis proprio latere generaffe? Quis vero filiorum fuperbus effe defideret, ubi te patrem & doctorem tanta humilitatis agnofcit? Aut quis fumma nobilitatis defcendens de culmine, cum te hic refpicit fupplicem, non fe tuis vefligiis in terra provolutum uftendet*?* * oftendit *Vere dico. Si tumidum fuperbia dejiciet; multum eft laudabilis humilitas, qua vos*
* erexit *eriget*. Quis denique illic poffet effe iracundus aut turbidus, ubi facerdos & Pontifex tam placidus ee* inventus? Scit* * inventus. *enim totus fine rapacitate grex vivere, ubi vivendi tranquillitas difcitur a paftore.*

*Quid de rebus reliquis referam, in quibus fic impendis fingulis, ut lauderis a cunctis? Qua tamen etfi imitari non poffumus, vel vidiffe quod imitari deceat, congaudemus. Quapropter dominationi & fanctitati veftra peculiariter me commendans, rogo & obteftor, fic ille domnus meus Martinus fua intercefsione obtineat, ut cum ipfo juxta merita veftra in luce perpetua vos collocet divina mifericordia, ut pro me humili filio & fervo veftro ad ejus beatum fepulcrum orare dignetur, ut pro peccatorum meorum remiffione pius interceffor accedat. Eos vero qui veftri funt, omnes domnus & dulces* reverenter faluta.* * duces *Domnum meum filium veftrum Eventium pro me multipliciter fupplico falutari. Domno meo Felici Epifcopo, fi per vos venit, me benigno animo commendari depofco. Ora pro me.* Hactenus Fortunatus ad S. Euphronium.

Quem Felicem hic nominat Fortunatus Epifcopum, fuiffe Namnetenfis Ecclefiæ Præfulem ex fequenti ad ipfum data epiftola poffumus intelligere, de quo pauca paulo poft dicturi fumus: nunc autem ejufdem Fortunati de laude Euphronii carmina, aliqua ex parte fuperius recitata, velut epitaphium hic ad fepulcrum ejus appofitum, integra audiamus (*a*): XVI.

(*a*) Fortun. carm. l. 3.

*Quamvis pigra mibi jaceat fine fomite lingua,*
*Nec valeam dignis reddere digna viris:*
*Attamen, alme Pater, Chrifti venerande facerdos*
*Euphroni, cupio falvere parva tibi.*
*Debeo multa quidem, fed fufcipe pauca libenter.*
*Sit veniale precor, quod tuus edit amor.*
*Ecclefia lampas fub te radiante corufcat,*
La-

PAGIUS

S. Gregorius anno DLXXII. creatus Epifcopus Turonenfis.

tini. Hæc Sancti Gregorii verba: *Anno centefimo feptuagefimo fecundo poft tranfitum Sancti Martini Antiftitis, Sigeberto glorioffimo Rege duodecimo anno regnante, poft exceffum Sancti Euphronii Epifcopi, &c. onus Epifcopale indignus accepi*, ut videre eft apud Baronium num. XX. Verum in alterutrum numerum error irrepfit. Sigibertus enim Rex poft diem X. menfis Novembris anni Chrifti DLXI. primum Regni annum exorfus eft, fecundum vero poft diem X. Novembris anni DLXII. indeque Turonenfis lib. 1. de Miraculis Sancti Martini cap. 32. annum CLXIII. poft tranfitum Sancti Martini cum anno fecundo Sigiberti Regis recte copulat, quia anni *a tranfitu Sancti Martini* deducti, a die XI. menfis Novembris anni Chrifti quadringentefimi proficifcuntur; ex quo neceffario fequitur, annos a morte Sancti Martini, *Sigiberti* Regis annos unitate fuperare. Quare annus CLXXII. *a tranfitu Sancti Martini*, non cum anno Sigiberti Regis XII. fed cum anno ejufdem Regis XI. convenit, locufque Sancti Gregorii laudatus mendofus eft, &, uti exiftimo, in anno Sigiberti Regis ut ex dicendis in morte Sancti Gregorii Turonenfis apparebit. Errat tamen ille antiquus; cum Clerici Turonenfes in Vita Sancti Martini, quæ exftat apud Surium ad diem XI. Novembris fcribant, *Martinum* ordinatum effe anno CLXXII. a tranfitu Sancti Martini, annoque XII. Sigiberti Regis. Quod nos movere non debet; cum Vita illa longe poft Gregorii Turonenfis obitum Literis mandata fuerit, ut ex aliis erroribus Chronologicis in ea contentis colligitur. Ordinatio itaque San-

*Lumine Pontificis fulget ubique fides.*
*Gratia praecellens sincero in pectore vernat,*
*Quo nullus dolus est, Israelita vir es,*
*Immaculata tibi feliciter actio currit;*
*Ut penetres cælos, hæc via pandit iter.*
*Dulcia colloquii sine fuco dicta refundis.*
*Non sic mella mihi, quam tua verba placent.*
*Quicquid habet sensus, hoc lingua serena relaxat:*
*Pectore sub vestro fraus loca nulla tenet.*
*Qui sine felle manens in simplicitate columba,*
*Nec serpens in te dira venena fovet.*
*Advena si veniat, patriam tu reddis amatam,*
* exul *Et per te proprias hic habet hospes * opes*
*Si quis iniqua gemit, tristis hinc nemo recedit,*
*Sed lacrymas removens lætificare facis.*
*Martinus meritis hac vos in sede locavit:*
*Dignus eras hæres, qui sua jussa colis.*
*Ille tenet cælum, largo dans omnia voto.*
*Christo junctus eris hunc imitando virum.*
*Non perit hic vestrum qui grex ad ovile recurrit,*
*Candida nec spinis vellera perdit ovis.*
*Non lupus ore rapit prædam, pastore vigente,*
*Sed fugit exclusus non lacerando greges.*
*Hæc tibi lux maneat longos veneranda, per annos,*
*Atque futura dies lucidiora ferat.*

Hæc de S. Euphronio Fortunatus.

XVII. Quod vero ad Felicem pertinet, de quo in dicta epistola ad S. Euphronium Fortunatus agit: meminisse debes de ejusdem genere ex Consularibus viris deducto nos egisse superiori tomo, anno videlicet Domini quingentesimo undecimo, ibique Felicis Consulatus occasione de hujus nobili familia, ex qua oriundus erat recitasse carmina Venantii Fortunati, qui hunc ipsum Felicem antiquæ nobilitatis Romanæ decus & ornamentum, clarum doctrina, Pontificia dignitate decorum, auctum summis cum sæculari potentia atque divitiis animi dotibus, nempe virtutibus omnibus plurimum celebrat, scriptis de eo epigrammatibus & elegiis (a): ex quibus, ne jejunus penitus abeas, vel hoc unum accipe: De Felice Episcopo Namnet.

(a) Fortun. carm. l. 3.

*Fida salus patriæ, Felix, spe, nomine, corde,*
*Ordo sacerdotum, quo radiante, micat.*
*Restituis terris quod publica jura petebant,*
*Temporibus nostris gaudia prisca ferens:*
*Vox procerum, lumen generis, defensio plebis,*
*Naufragium prohibes hic, ubi portus ades.*
*Auctor Apostolicus, qui jura Britannica vincens,*
*Totus in adversis spe Crucis arma fugas.*
*Vive decus patriæ, fidei lux, auctor honoris,*
*Splendor Pontificum, noster & orbis amor.*

XVIII. De Basilicæ Apostolorum dedicatione. Celebravit idem Fortunatus carmine sacra Encænia, cum erecta in honorem sanctorum Apostolorum Petri & Pauli ab eodem Felice basilica, vocatis Episcopis, & inter alios S. Euphronio Turonensi, de cujus obitu ac sanctitate agimus, ab iisdem est dedicata, collocatis in ea eorumdem Principum Apostolorum sacris pignoribus ab Urbe acceptis: in quorum laudem hæc idem egregie Fortunatus, cujuslibet ipsorum distinguens peculiare munus & gradum.



PAGIUS Sancti hujus Antistitis, a Sigeberto in Chronico accurrate consignata; quam quidem anno DLXXII. ante diem XI. mensis Novembris natali Sancti Martini sacram contigisse, annus CLXXII. ab hujus transitu demonstrat.

XVII. *Initium & finis Episcopatus Euphronii decessoris S. Gregorii Turonensis.* *S. Euphronius* Gregorii decessor, Episcopus Turonensis anno quingentesimo quinquagesimo sexto renunciatus fuerat, quod certo deducitur ex Gregorio lib. 1. de Mirac. S. Martini cap. 32. ubi annum *Euphronii* septimum cum anno Sigiberti Regis secundo copulat; ad eam Dignitatem evectus Clotarii Regis jussu, ut prodit Turonensis lib. 4. cap. 15. Magna illi fuit cum *Fortunato* amicitiæ necessitudo, quem non tantum ut amicum, sed etiam ut Patronum coluit. Meminit ejus Fortunatus cum laude lib. 3. Carm. 4. ad Felicem Episcopum Nannetensem cum agit de Dedicatione Ecclesiæ suæ. Gregorius Turonensis lib. 10. Hist. cap. ult. scribit, cum sedisse *annos septemdecim*, & cessasse Episcopatum, *dies XIX.* post quos ipsemet ejusdem Turonensis Ecclesiæ Antistes renuntiatus, dum esset in Aula *Sigiberti* Regis, ut habent Clerici Turonenses in ejus Vita. *Euphronii* dies emortualis incertus. Colitur in Tabulis Ecclesiasticis *die quarta mensis Augusti*. Baronius, qui Sigiberti Regis initium cum an. DLXIV. transitum vero Sancti Martini cum anno CDII. alligavit, juxta ea principia *Euphronii* ordinationem anno DLIX. num. XVIII. ejus mortem, & *Gregorii* subrogationem cum præsenti male conjunxit recte tamen observavit, annum Regis

*Siderei montes speciosa cacumina Sion,*
*A Libano gemini flore comante cedri,*
*Calorum portæ, lati duo lumina mundi,*
*Ore tonat Paulus, fulgurat arce Petrus.*
*Inter Apostolicas radianti luce coronas*
*Doctior hic monitu, celsior ille gradu,*
*Hunc per corda hominum reserantur, & astra per illum:*
*Quos docet iste stylo, suscipit ille polo.*
*Pandit iter cæli hic cum dogmate, clavibus alter:*
*Est via cui Paulus, janua fide* * *Petrus,*
*Hic Petra firma manens, ille architectus habetur:*
*Surgit in his templum, quo placet ara Deo.*
*Uno fonte pares medicata fluenta rigantes,*
*Restinguunt avidam dulce liquore sitim,*
*Fortia bella geret quisquis cupit astra tenere,*
*Rex dedit hos proceres militiis esse duces.*
*Gallia plaude libens; mittit tibi Roma salutem,*
*Fulgor Apostolicus visitat Allabroges.*
*A facie hostili duo propugnacula præsunt:*
*Quos fidei turres Urbs caput Orbis habet.*

* seda

Petri & Pauli Ecclesiæ frequentes.

&c. Cum autem in honorem Apostolorum omnium atque martyrum erigerentur a majoribus nostris ubique memoriæ, quas sive ecclesias, sive templa atque basilicas nominamus; nomine tamen ipsorum Principum Apostolorum Petri & Pauli ubique locorum Christiani orbis frequentiora atque celebriora excitari consuevisse monumenta, præsertim in Galliis, quæ diversis in locis a nobis sunt superius dicta fidem faciunt. Quibus & addendum de ecclesia a Trisarico in honorem eorumdem Apostolorum eo in loco ædificata: ubi sanctus Martinus se spolians vestivit egentem; de qua extat etiam ejusdem Fortunati epigramma, ex quo hæc satis retulisse (*a*):

(a) Fortun. carm. l.2.

*Hæc est aula Petri, cælos qui clave catenat,*
*Subsistit & pelagi, quo gradiente, lacus,*
*Sedibus his habitat Paulus, tuba Gentibus una:*
*Et qui prædo prius, hic modo præco manet,*

&c. Jam de his satis.

XIX. De ordinatione Gregorii Turon. Episc.

Inter alias nobiles Galliarum Ecclesias illustrata est hoc sæculo sanctissimis viris Ecclesia Turonensis; aucta nimirum egregiæ sanctitatis Episcopis felici propagatione sibi invicem succedentibus; præter alios enim, quos superius recensuimus, defuncto proxime dicto sancto Euphronio, S. Gregorium successisse in locum ejus diximus. Hujus quidem egregiam cum sanctitate nobilitatem generis Fortunatus (*b*) versibus celebravit, quem matre natum maxime pia femina, nomine Armentaria, affirmat (*c*) patruum vero habuisse sanctum Gallum Episcopum Arvernensem, ex ipsiusmet Gregorii testificatione (*d*) dictum est. Post obitum igitur Euphronii, ubi vacasset sedes ejus (ut idem ipse ait *e*) diebus decem & novem, Episcopus creatus est Turonensis. Cecinit ejus ingressum Fortunatus his versibus (*f*):

(b) Fortun. carm. l.5. in princ.
(c) Fortun. carm. l.5. in fin.
(d) Gregor. Tur. hist. l.10. c.ult.
(e) Gregor. Turon. de Glor. mart. l.2 c.23.
(f) Fortun. carm. l.5. in princ.

*Plaudite felices populi nova vota tenentes,*
*Præsulis adventu reddite vota Deo.*
*Hoc puer exortus celebret, hoc carus senectus,*
*Hoc commune bonum prædicet omnis homo.*
*Spes gregis ecce venit, plebis pater, urbis amator:*
*Munere pastoris lætificentur oves.*
*Sollicitis oculis, quem prospera vota petebant,*
*Venisse aspiciant, gaudia festa colant.*
*Jura sacerdotis merito reverenter adeptus*

No-

PAGIUS

gis Sigiberti XII. cum anno a transitu Sancti Martini CLXXII. alligari non posse, at non annus IX. Sigiberti Regis ut ipse putat, sed *annus XI.* Sigiberti Regis, loco *anni XII.* omnino reponendus. Præterea sicuti videre est numero X. ut ostendat, *Gregorium* hoc anno Pontificatum Turonensem *suscepisse*, innititur loco ejusdem Gregorii in fine ejus Historiæ descripto, ubi ipsemet annum XXI. ordinationis suæ cum anno quinto Gregorii Magni conjungit; ab anno enim DXCV. qui quintus est Gregorii Papæ, ad præsentem, anni XXI. intercurrunt. Verum, ut in morte Sancti Gregorii Turonensis ostendam, textus ille mendosus, & loco anni V. Gregorii Papæ, legendum, *anno II.* qui Librariorum error sæpe in Libris occurrit, numero II, in numerum V. facile transeunte.

XVIII. Floret S. Felix Episc. Nannet.

Loquitur *Fortunatus* in Epistola ad Euphronium scripta, de *Felice Episcopo*, quem Baronius, qui eam integram recitat num. XII. & seqq. recte existimat, esse Sanctum *Felicem*, Nannetensem Episcopum ab eodem Fortunato Carminibus celebratum. Erat *Felix* Aquitanus genere, Nobilissimis parentibus natus, ut docet Fortunatus lib. 3. ubi illius genus & eruditionem commendat. Interfuit Concilio Parisiensi III. anno DLVII. celebrato, qui ideo paulo ante Nannetensis Episcopus nuncupatus fue-

rat

*Nomine Gregorius pastor in urbe gregis.* &c.

XX. Quid autem ei contigerit mense secundo a die ordinationis ipsius notatu dignissimum, hic descripsisse haud pœnitebit. Ait ergo ipse (a): *Anno centesimo septuagesimosecundo post transitum S. Martini Antistitis, Sigeberto gloriosissimo Rege duodecimo anno regnante, post excessum sancti Euphronii Episcopi, non meo merito, cum sim conscientia teterrimus & peccatis obvolutus, sed tribuente fidele Deo, qui vocat ea quæ non sunt tamquam ea quæ sunt, onus Episcopale indignus accepi. Mense autem secundo ordinationis meæ, cum issem in urbem, incurri dysenteriam cum febre valida, & taliter ægri cœpi, ut imminente morte, vivere omnino desperarem.* Et inferius, ubi ipsam descripsit infirmitatem, mox subdit:

(a) Greg. Turon. de mirac. S. Martini l. 2. c. 1.

XXI. Pulveris haustu revocatus ad vitam Greg. *Cumque sic ageretur mecum, ut non remansisset spes vitæ, sed cuncta deportarem in funere, nec valeret penitus medici antidotum, quem mors mancipaverat ad perdendum: ego ipse me desperans vocavi Armentarium archiatrum, & dico ei: Omne ingenium artificii tui impendisti, pigmentorum omnium vim probasti, sed nihil proficit. Perituro ex sæculo unum restat quod facias; magnam tibi thiriacam ostendam: pulverem de sacratissimi domini Martini sepulcro exhibe, & exinde mihi facito potionem; quod si hoc non valuerit, amissa sunt omnia evadendi præsidia. Tunc misso diacono ad antedictum beati Præsulis tumulum, de sacrosancto pulvere exhibuit, dilutumque mihi porrigens ad bibendum. Quo hausto, mox omni dolore sedato, sanitatem recepi de tumulo: in quo tam præsens fuit beneficium, ut cum datum fuerit hora tertia, incolumis procederem ad convivium ipsa die hora sexta.* Hæc ipse de pulvere sacro; idemque inferius ex pulvere eodem alios curatos tradit, sicut ex cereolis ad sepulcrum Sancti incendi solitis. Audi vero quæ de velo, lignoque cancelli sepulcri ejusdem Sancti se miracula sensisse testetur (b):

XXII. *Nuperrimo autem tempore* (inquit) *ventris dolorem incurri: & licet non usquequaque dabat solutionem, tamen doloris malum in illis intraneorum flexuosis recessibus bacchabatur. Adhibui, fateor, sæpius balnea, atque res calidas super ipsas alvi torturas ligari faciebam: sed nihil mederi poterant infirmitati. Sextus enim dies illuxerat, quod magis ac magis dolor invalescebat: cum mihi venit in mentem, ante paucos annos (sicut in libro secundo hujus operis continetur scriptum) me ab hoc dolore Sancti virtute fuisse sanatum. Accessi haud temerarius ad locum sepulcri, projectusque solo orationem fudi, atque secretius a pendentibus velis unum sub vestimento injecto filo, crucis ab hoc signaculum depinxi. Protinus dolore sedato, sanus abscessi.* Addit his hæc de se itidem.

(b) Gregor. Turon. mirac. S. Martini l. 4. c. 1. & 2.

XXIII. *Quodam vero tempore lingua mihi graviter obriguerat, ita ut plerumque dum loqui vellem, balbutire me faceret: quod non mihi sine improperio erat. Accessi autem ad tumulum Sancti, ac per lignum cancelli linguam impeditam traxi. Protinus tumore composito, convalui. Intumuerat enim valde, & totum palati impleverat antrum. Deinde post diem tertium labium mihi exilire graviter cœpit. Accessi iterum quærere sanitatem ad tumulum: tactusque a dependentibus velis, protinus stetit venæ pulsus.* Hæc Gregorius quæ ipse expertus testatur. Quibus quis non magnopere Dei potentiam prædicet in Sanctis suis, dum non ex anima tantum in cœlo beata, & ex corpore humi sepulto, sed & ex pulvere circa sepulcra Sanctorum consperso, exque velorum contactu, lignisque cancelli Fideles hauriant sanitatem? At de his modo satis: jam ad res gestas anni sequentis migremus.

Quin-

PAGIUS rat. Vivebat adhuc anno DLXXIX. quo Gregorius Turonensis lib. 5. capp. 30. & 32. scribit, Britannos *anno quarto Childeberti Regis* circa Urbem Nanneticam atque Redonicam, immensam abstulisse prædam, ac captivos abduxisse, & *Felicem* ad eos Legationem misisse; ubi loquitur Gregorius de Brittannis Armoricis. Annus autem IV. Childeberti Regis in annum DLXXIX. incidit. Colitur *Felix* a Nannetensibus die VII. mensis Julii.

XIX. Moritur S. Maglorius Episc. Dolensis. *Sanctus Maglorius* secundus Dolensis in Armorica Episcopus a majori Britannia, in qua natus erat, transivit in Armoricam cum *Sancto Samsone* ejus consanguineo, qui postea primus ejusdem Urbis Episcopus constitutus est, & moriens eum successorem sibi designavit. Post annos aliquot Sanctum *Budocum* in locum suum Dolensis Ecclesiæ Episcopum *Maglorius* consecravit, & in solitudinem secessit. Sed cum Comitem quemdam ab annis septem lepra infectum sanasset, ab eo locum accepit, in quo condidit Ecclesiam, & Collegium sexaginta duorum Monachorum aggregavit. Tandem inter sanctæ exhortationis verba, quibus Monachos suos alloquebatur, *felici transmigratione nono Kalendas Novembris pervenit ad Christum*, inquit Auctor Anonymus ejus Vitæ apud Mabillonium sæculo I. Benedictino. Grassante Normannorum furore *Parisios* corpus ejus delatum, ubi nunc in Ecclesia Sancti *Maglorii* dicta, & ab aliquot annis Patribus Oratorii concessa asservatur. Cointius anno DLXXIV. num. XIX. & seqq. ex aliquibus conjecturis concludit, ejus obitum hoc anno contigisse. Baronius in Notis ad diem XXIV. Octobris Martyrologii Rom. dicit eum claruisse anno DCXX. sed ad eum annum pervenisse non arbitror.

| JESU CHRISTI ANNUS | BENEDICTI PAP. ANNUS | JUSTINI JUN. IMP. ANNUS |
| --- | --- | --- |
| 575. | 3. | 10. |

I. Longobardi Gallias invadunt.

QUiagentesimus & septuagesimusquintus Christi volvitur annus Indictionis octavæ: quo non Italis tantum Longobardorum incursio (ut dictum est) sed Gallis etiam molesta fuit, aliquot Ducibus ad eos infestandos immissis: licet enim antea eos frustra tentassent, atque cum ignominia repulsi fuissent; visi jam sibi Italiæ dominatione redditi fortiores, ne a Francis victi fuisse aliquando dicerentur, certamen instaurantes, aditum sibi per Alpes Cotias parant (a), Nicæamque devastant & alias obvias civitates. Sed quomodo populi peccatis id factum sit, audiamus Gregorium Turonensem, ex quo Paulus diaconus quæ narrat accepit: nam licet stylus rudior, veritas tamen ipsa securior atque purior hauritur e fonte. Cum enim S. Hospitii seclusi voluntarie ad pœnitentiam res præclare gestas narrat, de prævisa ab eo Longobardorum incursione in Gallias æque narrationem instituit. Quæ quidem dum Gregorius post Regis Albuini obitum sub ejus successore contigisse tradit, utique ad hæc sunt tempora referenda: quod præmonuisse volumus, ne quis hunc Longobardorum in Gallias adventum cum superiori confundat.

(a) Paul. diac. de gest. Longob. l. 3. c. 1.

II. Accidit plane tunc quidem, quod sicut evenire sæpe videmus, cum tumentes maria fluctus ventorum impulsibus sursum elati exitium singuli navigantibus minitentur; iidem vilis obice arenæ collisi, fracti retro resilire cogantur: ita cum exæstuantes Longobardorum furores in Francorum damna effunderentur in Gallias, homuncionis unius (si tantum spectes quæ foris sunt) ejusdemque vincti atque ergastulo clausi virtute fiat victi, secundum illud Sapientis (b): *Fugat umbra justi impium, & fugit impius, nemine persequente: justus autem quasi leo confidens absque terrore erit.* Sic plane Deus eosdem primo voluit homuncionis unius virtute vinci, quo discerent ad plectenda populorum peccata accipere gentes a Domino fortitudinem; adeo ut si quis justus inveniatur, omnibus ipse potentior efficiatur: ut cunctis innotescat, ad hostes vincendos magis pietatem conferre, quam arma. Sed audiamus Gregorium qui hæc ait de S. Hospitio (c):

(b) Prov. 28.

(c) Greg. hist. l. 6. c. 6.

III. S. Hospitii de clade Longobardorum prædictio.

*Quodam tempore, revelante sibi Spiritu sancto, adventum Longobardorum in Gallias hoc modo prædixit: Venient, inquit, Longobardi in Gallias, & devastabunt civitates septem, eo quod increverit malitia earum in conspectu Domini: quia nullus est intelligens, nullus qui faciat bonum, quo ira Dei placatur: est enim omnis populus infidelis, perjuriis deditus, furtis obnoxius, in homicidiis promptus, a quibus nullus justitiæ fructus ullatenus gliscit; non decimæ dantur, non pauper alitur, non nudus tegitur, non peregrinus hospitio recipitur, aut cibo sufficienti satiatur: ideo hæc plaga superveniet. Nunc autem dico vobis, congerite omnem substantiam vestram intra murorum septa, ne a Longobardis diripiatur. Hæc eo loquente, omnes obstupefacti, & vale dicentes, cum magna admiratione ad propria sunt regressi.*

IV. *Monachis quoque dixit: Abscedite & vos a loco, auferentes vobiscum quæ habetis: ecce enim appropinquat gens, quam prædixi. Dicentibus autem illis: Non relinquemus te, sanctissime Pater: ait: Nolite timere pro me: futurum est enim ut inferant mihi injurias, sed non nocebunt usque ad mortem. Discedentibus autem monachis, venit gens illa, & dum cuncta quæ reperit vastat, pervenit ad locum ubi Sanctus Dei clausus erat. At ille per fenestram turris ostendit se eis. Illi vero circumeuntes turrem, aditum per quem ingrederentur ad eum invenire non poterant*

---

PAGIUS SÆC. VI. Anno Eræ Hispan. DCXIII. A.C. 575.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6068.

☉ 14. F. ☽ 6. P. 14. April. Indict. 8.

JESU CHRISTI 575.

BENEDICTI PAPÆ 0.

JUSTINI JUN. IMP. 11.

TIBERII CONSTANTINI CÆS. 2.

I. Postconsulatus.

IS annus hac formula notatus: *X. post Consulatum Justini Jun. Aug. solius VIII.* vel ut Marius Aventicensis habet: *Anno IX. Consul. Justini Jun. Aug. Indict. VIII.*

II. Variæ Longobardorum in Gallias irruptiones.

A num. I. ad XIII. Anno DLXX. monuimus varias *Langobardorum* in Gallias irruptiones, quas Gregorius Turonensis narrat, accidisse ante Sigiberti Regis mortem, quæ sub currentis anni finem contigit. Verum cum nec idem Gregorius, nec Paulus Diaconus eas suis annis illigarint, eas in sua tempora certo digerere potis non est. Turonensis lib. 4. capp. 36. 37. offerit primam fuisse quæ contigit, Mummolo Patriciatum Provinciæ gerente, dum adhuc Alboinus Langobardorum Rex viveret. Victi tunc Langobardi *circa Civitatem Ebredunensem*. Interfuere huic prælio *Salonius & Sagittarius fratres atque Episcopi*, ille Ebredunensis, hic Vapincensis. Uterque damnatus fuerat in Concilio Lugdunensi II. ut videre est apud Baronium anno DLXX. num. XXIII. & postea a Joanne Papa III. restituti fuerant; sed cum in

*rant. Tunc duo ascendentes detexerunt tectum, & videntes eum vinctum catenis, indutumque cilicia, dicunt: Hic malefactor est, & homicidium fecit; ideo in his ligaminibus vinctus tenetur. Vocatoque interprete, sciscitantur ab eo quid mali fecerit, ut tali supplicio arctaretur. At ille fatetur se homicidam esse, omnisque criminis reum.* Utpote quia peccatum quodlibet perpetrare minime prætermisisset, nisi Deus sua gratia munivisset. Sed pergit:

V. Percussor abjecta impietate fit monachus.

*Tunc unus, extracto gladio, ut in ejus caput vibraret, dextera in ipso ictu suspensa diriguit, nec eam ad se potuit revocare: tunc gladium laxans, terra dejecit. Hæc videntes socii ejus, clamorem in cœlum dederunt, flagitantes a Sancto, ut quid agi oporteret, clementer insinuaret. Ipse vero imposito salutis signo, brachium sanitati restituit. Ille autem in eodem loco conversus, tonsurato capite fidelissimus monachus nunc habetur. Duo vero Duces, qui eum adierunt, incolumes patriæ redditi sunt: qui vero contempserunt præceptum ejus, miserabiliter in ipsa provincia sunt defuncti. Multi autem ex ipsis a dæmoniis correpti clamabant: Cur nos, sancte & beatissime, sic crucias & incendis? Sed imposita eis manu, mundabat eos.* Hæc de his Gregorius: quibus videas non Longobardos tantum ab Hospitio Dei servo victos fuisse, sed & ultores dæmones ad vindictam a Deo missos nullo negotio expulsos. Hæc tunc transacta fuere cum Longobardis secundum Propheticum illud oraculum (*a*): *Erunt capientes eos qui se ceperant.* Pergit autem idem Gregorius alia ejusdem Hospitii miracula recensere, quibus Deus voluit innotescere quanta esset in homine sanctitas.

(*a*) *Isai.* 24.

VI. Ex quibus illud unum satis in medium adduxisse, quo perseverans pristinus ille usus declaratur, quo Fideles consueverunt Romam ad Apostolorum limina, ut ibi a diversis languoribus sanarentur, se conferre: Ait enim Gregorius (*b*): *Homo erat Audegavensis incola, qui per nimiam febrem eloquium pariter auditumque perdiderat; & cum de febre convaluisset, surdus permanebat ac mutus. Igitur diaconus ex provincia illa Romam directus est, ut beatorum Apostolorum pignora, vel reliquorum Sanctorum, qui illa urbem muniunt, exhiberet. Qui cum ad parentes infirmi illius pervenisset: rogant eum, ut eum sibi comitem itineris sumere dignaretur, confisi, quod si beatissimorum Apostolorum adiret sepulcra, protinus posset assequi medicinam. Euntibus autem illis, venerunt ad locum ubi beatus Hospitius habitat. Quo salutato ac deosculato, causas itineris diaconus pandit, ac proficisci se Romam indicat; sesoque his qui sancto viro de naucleris amici essent, commendari deposcit.*

(*b*) *Greg. l.* 6. *c.* 6.

Peregrinatio ad limina Apostolorum.

*Cumque ibi adhuc moraretur, sensit vir per spiritum Domini adesse virtutem, & ait diacono: Infirmum qui comes tui nunc est itineris, rogo, ut meis aspectibus repræsentes. At ille nihil moratus, velociter ad metatum vadit, invenitque infirmum febre plenum, qui per nutum aures suas dare tinnitum indicabat; apprehensumque, ducit ad Sanctum Dei. At ille apprehensa manu cæsarie, attraxit caput illius ad fenestram, assumptoque oleo benedictione sanctificato, tenens manu sinistra linguam ejus, ori, verticique capitis infudit, dicens: In nomine Domini mei Jesu Christi, aperiantur aures tuæ, reseretque os tuum virtus illa, quæ quondam ab homine surdo & muto noxium ejecit dæmonium. Et hæc dicens, interrogat nomen. Ille vero clara voce ait: Sic dicor. Cumque hæc vidisset diaconus; ait: Gratias tibi immensas refero, Christe, qui talia per servum tuum dignaris ostendere. Quærebam Petrum, quærebam Paulum Laurentiumque, vel reliquos, qui proprio cruore Romam illustrant: hic omnes reperi, hic cunctos inveni. Hæc eo cum* VII.

Oleo benedicto curatur infirmus.

ma-

PAGIUS in deterius laberentur, in Synodo Cabilonensi anno DLXXXI. rursus postea depositi sunt, ut testatur Turonensis lib. 5. cap. 28. An. DLXXII. Saxones, *qui cum Langobardis in Italiam venerant*, in Galliam irruere infra territorium Civitatis Regiensis *apud Stablonem*, qui viculus adhuc superest, rursumque a Mummolo vel Mummulo victi sunt, sed cum iterum se se ad bellum pararent, acceptis a Mummulo muneribus, *cum captivis discesserunt*, ut scribit ibidem Gregorius, quæ ideo contigere *Alboino* adhuc regnante.

VIII. *Langobardi in territorio Valensi victi.*

Fredegarius in Epitome, cap. 68. aliud Langobardorum bellum describit, quod Marius his verbis narrat: *Clebus Rex Langobardorum a puero suo interfectus est, & eo anno iterum Langobardi in valle ingressi sunt, & Clusas obtinuerunt, & in Monasterio sanctorum Acaunensium diebus multis habitaverunt, & postea in Bacci pugnam contra exercitum Francorum commiserunt, ubi pene ad integrum interfecti sunt, pauci fuga liberati. Sed & Mauri & alia gentes, qui in Provinciam eorum ingredi præsumpserunt ab ipsis Francis devicti sunt.* Ita Marius ad annum VIII. Consulatus Justini & Indict. VII. ad annum scilicet Christi DLXXIV. Verum quoad annum rei gestæ fallitur Marius; *Clebus* enim Longobardorum Rex anno tantum DLXXVI. occisus est, ideoque hoc bellum ad annum illum referendum. Hujus irruptionis non meminit Gregorius Turonensis, neque etiam Baronius, cujus tempore Chronicon Marii nondum lucem viderat. Est autem *Baccis* vicus non longe ab Agaunensi Monasterio situs, vulgo *Bex* appellatus; *Clusa* vero vulgo *la Cluse*, vicus ad Rhodanum fluvium Jurensibus rupibus proximus.

IV. Gregorius Turonensis lib. 4. cap. 39. asserit, hanc Langobardorum irruptionem excepisse alteram factam a tribus Langobardorum Ducibus *Amo*, *Zaban*, ac *Rhodano*, hancque Gregor in plu-

*maximo fletu & admiratione dicente, vir Dei omni intentione vanam vitans gloriam, ait: Sile, sile, dilectissime frater: non hæc ego facio, sed ille qui mundum ex nihilo condidit; qui pro nobis hominem suscipiens, cæcis visum, surdis auditum, mutis præstat eloquium; qui leprosis cutem pristinam, mortuis vitam, omnibusque infirmis affluentem medicinam indulget. Tunc diaconus gaudens abscessit cum comitibus suis, &c.* Hæc Gregorius: ex quibus etiam vetus illa in Ecclesia Catholica consuetudo perseverans ostenditur, cujus Tertullianus ad Scapulam meminit, qua videlicet oleum benedictum adhibere consueverunt Fideles ad morborum curationem.

VIII. Quod rursus pertinet ad Longobardos, idem Gregorius superius de aliis eorumdem in Gallias eruptionibus diversis temporibus repetitis hæc ait (*a*): *Prorumpentibus Longobardis in Gallias, armatur Periceius nuper Celsi successor: concurruntque ibi, tantamque tunc stragem Longobardi feruntur fecisse de Burgundionibus, ut non possit colligi numerus occisorum: oneratique præda, ascenderunt iterum in Italiam. Quibus ascendentibus, Ennius, qui & Mummolus, accersitus a Rege Guntheramno Patriciatus culmen meruit. Irruentibus iterum Longobardis in Gallias, & usque Mustias Calmes accedentibus, quod adjacet civitati Ebredunensi; Mummolus exercitum movet, & cum Burgundionibus illuc proficiscitur: circumdatisque Longobardis cum exercitu, factisque concedibus, per divortia silvarum irruit super eos, multosque interfecit, nonnullos cepit, & Regi direxit: quos ille per loca dispersos custodire præcepit, paucis quodammodo per fugam elapsis qui patriæ nuntiarent.*

(*a*) Greg. Tur. hist. l. 4. c. 32. Tentant iterum Gallias Longobardi.

IX. *Fueruntque* (*b*) *in hoc prælio Salvinus & Sagittarius fratres, atque Episcopi, non cruce cælesti muniti, sed galea & lorica sæculari armati: multos manibus propriis (quod pejus est) interfecisse reperiuntur. Hæc prima Mummoli certaminis victoria fuit.* Meminisse debes, lector, hos Episcopos jam tempore Joannis Papæ (ut dictum est superius) fuisse Episcopali dignitate dimotos, sed Rege intercedente, per ipsum Romanum Pontificem restitutos: verum licet specimen aliquod ad breve tempus ediderint modestioris vitæ; quia tamen quodcumque fictum durabile non est, in pristinos relapsi mores, se ipsis suot deteriores effecti. De quibus hæc rursum ipse Gregorius (*c*):

(*b*) Greg. Tur. hist. l. 4. c. 36. Salvinus & Sagittarius Episcopi bellatores.

X. *Hi vero in majoribus sceleribus quotidie miscebantur, & in præliis illis (sicut jam supra meminimus) quæ Mummolus cum Longobardis gessit, tamquam unus ex laicis accincti arma plurimos propriis manibus interfecerunt: in cives vero suos nonnullos commoti felle, verberantes fustibus usque ad effusionem sanguinis sæviebant. Unde factum est, ut clamor populi ad Regem denuo procederet, eosdemque Rex accersiri præceperit. Quibus advenientibus, noluit suis obtutibus præsentari; scilicet ut prius habita audientia, si idonei invenirentur, sic Regis præsidium mererentur. Sed Sagittarius felle commotus, ut erat levis ac vanus, & in sermonibus irrationabilibus profusus, declamare plurima de Rege cœpit, ac dicere, quod filii ejus regnum capere non possent, eo quod mater eorum ex familia Magnacharii quondam ascita Regis torum adiisset; ignorans, quod prætermissis nunc generibus feminarum, Regis vocarentur liberi, qui de Regibus fuerint procreati. His auditis Rex commotus valde, tam equos, quam pueros, vel quæcumque habere poterant, abstulit, ipsosque in monasteriis a se longiori accessu dimotis, in quibus pœnitentiam agerent, includi præcepit, non amplius quam singulos eis clericos relinquens, Judices locorum terribiliter commonens, ut ipsos cum armatis custodire debeant, ne cui ad eos visitandos ullus pateat aditus.*

(*c*) Greg. Tur. hist. Franc. l. 5. c. 20.

XI. *Superstites autem erant his diebus filii Regis, ex quibus senior ægrotare cœpit. Accedentes autem ad Regem familiares ejus dixerunt: Si propitius audire dignaretur Rex verba servorum suorum, loquerentur in auribus suis. Qui ait: Loquimini quæ libet. Dixeruntque: Ne forte innocentes hi Episcopi exilio condemnati fuissent, & peccatum Regis augeatur in aliquo, & ideo filius domini nostri pereat.* Non quidem innocentes ex dictis superius comprobati, sed injuste ab eo damnati dici poterant, cum Regum hoc non sit, sed tyrannorum, Episcopos condemnare: Summorum enim Pontificum sententia, vel Synodali decreto more majorum id fuit solitum agi. Subdit vero de Rege: *Quod Rex hac ex parte suam culpam*

Guntheramni Regis pietas commendata.

PAGIUS pluribus describit, tandemque concludit eos virtute *Mummoli* perterritos, post varias devastationes recessisse. De ea irruptione fuse egit Cointius ad annum DLXXIV. num. 1. & seqq. verum loco non suo; nam tunc Langobardorum Regnum carebat Regibus, ut ipsemet fatetur, & tamen Interregnum post mortem *Clebi* contigit, ideoque non ante annum DLXXVI. Quo etiam tempore accidit, quod narrat de *Sancto* *Hospitio* Gregorius Turonensis lib. 6. cap. 6. & Baronius hoc anno. *Hospitius* cladem Langobardorum prædixit, hique in Gallias venientes invenerunt eum Niciæ in quadam turri cinctum catenis, indutumque cilicio: & credentes eum homicidam, aut magni criminis reum, unus ex illis gladium extraxit, ut in caput ejus libraret; sed dextera in ipso ictu suspensa diriguit, ut ex Gregorio Baronius narrat.

*Langobardi in varias partes Gallo-Provinciæ excurrunt.*

*pam sentiens, ait ad eos: Ita quantocyus, & relaxate eos, deprecantes ut areat pro parvulis nostris.* Vides quantum tribuat Rex Christianissimus Episcopatui ob sacramentum, ut licet sciret deterrimos esse homines, eos tamen vinctos absolverit, & preces ad Deum ab eisdem eflagitarit. Intelligis pariter, quanti Deus ipse fieri voluerit a Principibus quoscumque licet improbos sacerdotes, pro quibus adversus eos, quos non decet, insequentes eorum scelera festine vindex insurgat. Sed quid de illis? pergit auctor dicere:

XII. Episcopi in deterius iterum lapsi.

*Quibus abeuntibus dimissi sunt. Egressi igitur de monasteriis, conjuncti sunt pariter, & se obsculantes, eo quod olim se visi non fuerunt, ad civitates suas regressi sunt: & ita tantum compuncti sunt, ut viderentur numquam a psallentia cessare, celebrare jejunia, eleemosynas exercere, librum Davidici carminis explere per diem, noctesque in hymnis & lectionibus meditando deducere. Sed non diu hac sanctitas illibata permansit; conversique sunt iterum retrorsum: & ita plerumque noctes epulando atque bibendo ducebant, ut clericis matutinas in ecclesia celebrantibus, hi pocula poscerent & vina libarent: nulla prorsus de Deo erat mentio, nullus omnino versus memoria habebatur: renidente aurora, surgentes a cœna, mollibus se indumentis operientes, somno vinoque sepulti usque ad horam diei tertiam dormiebant: sed nec mulieres deerant, cum quibus pollucrentur. Exurgentes igitur, abluti balneis, ad convivium discumbebant, ex quo vespere surgentes, cœnæ inhiabant usque ad illud lucis tempus, quod superius diximus. Sic faciebant singulis diebus, donec ira Dei diruit super eos: quod in posterum memoraturi sumus.*

*Ann. Eccl. Tom. X.*

Hucusque de his modo Gregorius. Quomodo autem hi in Episcoporum Concilio ab Episcopatu ejecti sunt, & alii in locum eorum subrogati, atque demum licet correcti, sed inemendati male perlere, inferius eodem anno quo ista fieri contigerunt, dicturi sumus.

XIII. Just. laborat mentis deliquio.

Quod vero ad statum pertinet rerum Orientalium, additum est ad calamitatem, ut post grassationem Persarum, devastationemque Syriæ, & expugnationem, quam diximus, Daræ Justinus Imperator ob mœrorem nimium, quem ex tot acceptis cladibus hausit, in phrenesim inciderit, deliquiumque mentis sit passus, dilucidis interdum intervallis ad modicum temporis spatium resipiscens. Cum interea Sophia Augusta ut corruenti omni ex parte Reipublicæ consuleret, consilium init ut precibus a Cosrhoe Rege pacem redimeret: quomodo autem id factum sit, ab Evagrio ita accipe (a):

(a) Evagr. l. 5. c. 10.

XIV. Sophia Aug. pacem a Reg. Persarum obtinet.

*Initum est* (inquit) *mature consilium rebus Romanis oppertunum & accomodatum, quo illud quod temeritate peccatum erat, in integrum restitutum est. Nam mittitur ad Cosroben Trajanus vir eximius ex ordine Senatorio, magno in honore ab omnibus tum ob canos, tum ob singularem prudentiam habitus, non ex persona Imperatoris aut Reipublicæ, sed pro Sophia dumtaxat Imperatrice verba facturus. Nam scripsit illa litteras ad Cosrhoen, quibus apud illum de viri calamitate, deque Republica Principe orbata conquesta est, & quod non oportet illum in mulierem viduam, in Imperatorem jacentem & afflictum, in Rempublicam desertam opeque destitutam impetum facere. Nam olim ei morbo divexato non modo parem benignitatem declaratam, verum etiam aptimos quosque medicos a Republica Roma-*



PAGIUS V. *Induciæ triennales inter Persas & Romanos compositæ.*

Ad num. XIII. & seq. Evagrius lib. 5. cap. 11. refert, *Tiberium*, dum Rempublicam regeret, *Trajanum* ad Chosroen Persarum Regem misisse *Sophia* Augustæ nomine, qui hunc rogaret, ne mulieri viduæ, & Imperatori mortuo & Reipublicæ deserta insultaret, cum ipse olim morbo afflictus, humanitatem Imperatorum expertus esset. Quare Chosroes *cum in Romanorum Ditionem jam jam invasurus esset, trium annorum inducias pactas est in Orientis partibus. Cautum tamen ut Armenia simili conditione frueretur.* Tum capite sequenti Evagrius refert, *Tiberium* a Justino Cæsarem nuncupatum. Quare cum hæc nuncupatio mense Decembri superioris Christi anni peracta fuerit, ea Legatio ad eum Christi annum pertineret. Verum Theophylactus lib. 3. cap. 12. asserit eam Legationem missam, postquam Tiberius ad Cæsaream Dignitatem evectus est. Imo *veris initio* Legatos missos affirmat, ideoque hoc Christi anno.

VI. Menander Protector pag. 157. egregie cum Theophylacto convenit; postquam enim sermonem habuit de Induciis annuis, Persas inter & Romanos sancitis, ait, *Trajanum cum Zacharia* in Orientem missum esse, ut triennales inducias a Chosroe obtinere conaretur. *Ut Tiberius negotiorum administrationem suscepit, Trajanus & Zacharias Legati, ad eum rescripserunt, Persas nolle ad tres annos, sed ad quinque inducias pacisci. Id utile fore rationibus fore Cæsar existimabat: confidebat enim se intra tres annos idoneas copias coacturum, quibus se satis munitum & instructum ad Persis resistendum exhiberet.* Per annos itaque tres induciæ pactæ, & *omnis motus in Armeniam est translatus.* Fusius Menander postea pag. 165. usque ad finem sui Operis de eadem Legatione, aliisque a Tiberio ad Chrosroen missis verba facit, ibique *Tiberium*, modo Cæsarem, modo Imperatorem appellat, quia *Imperatoris* nomine Cæsares cohonestabantur; quod toties non iterarem nisi viderem errorem vulgarem suos adhuc sectatores habere.

*A quibus Armenia exclusa.*

VII. Postquam itaque fœdus per triennium initum est, arma in Armeniam translata, & Justinianus Germani filius exercitus Romani dux a Tibe-

*ne ad ipsum missos, qui eum morbo curarent. Quibus verbis persuasus fuit Cosrhoes; & quamquam ea res Romanorum extemplo erat incursionem facturas, tamen ad triennium paciscetur inducias pro partibus versus Orientem; simulque decretum fuit, ut Armenia simili frueretur conditione, nullumque bellum ibi gereretur, neque quisquam partibus ad Orientem vergentibus quicquam facesseret molestiæ.* Hæc de fœdere inito Evagrius, quod hoc anno esse sancitum inde decimus argumentum, quod cum illud ad triennium pactum servatum integrum fuerit, post tres annos a Tiberio adversus eum pugnatum constat. Corrigendi (*a*) vero videntur, qui id nono anno ejusdem Imperatoris factum putarunt, quo tempore (ut dictum est) nondum eam cladem acceperat a Persis Romanum Imperium: sicuti etiam errant, dum eodem anno nono creatum Tiberium Cæsarem tradunt, refragante Evagrio, qui ea ipsa quæ oculis vidisse potuit, scripsit.

(*a*) *Cedren. & Miscel. anno 9. Just.*

XV. Quod rursus ad eumdem Justinum pertinet: quomodo magicas incantationes passus, divino præsidio curatus sit, a Gregorio Turonensi ejusmodi accipe narrationem (*b*), ubi agit de clavis quibus Christus in Cruce confixus est, deque freno Constantini, in quo ex illis unus connexus fuit: *Magnam* (inquit) *asserunt virtutem esse hujus freni, quod ambigi nequaquam potest: quod Justinus Imperator publice expertus est, ac suis omnibus patefecit. Illusus enim a quodam mago propter pecuniam emissas sibi a dæmonis umbras intolerabiles, per duarum curricula noctium sustinuit insidias: sed dum tertia nocte frenum capiti collocasset, locum insidiandi inimicus ultra non habuit, repertumque auctorem insidiarum gladio percussit.* Hæc Gregorius: qui licet de seniori vel de juniori an hæc dicat non exprimat; de juniori potius Justino, qui ejus tempora vixit, accipiendum putamus, quem deliquium mentis passum diximus. Quo tempore idem ipse Imperator illud stulto homine dignum facinus edidit, quod in Miscella, non tamen congruo tempore ita narratur (*c*): *Justinus infirmatus & contristatus adversus Baduarium fratrem suum, & hunc injuriis laceravit: novissime vero præcepit cubiculariis pugnis eorum educere illum in conspectu Concilii Senatorum: erat enim Comes Imperialium stabulorum. Quo comperto, Sophia tristata est, & conquesta Imperatori. Qui se pœnituit, & descendens ad eum in stabulum, introivit subito cum Præposito cubiculariorum. Baduarius autem, viso Imperatore, fugit e loco in locum per superiora præsepis pro timore Imperatoris. At Imperator clamabat.*

A magicis larvis liberatur Justinus.

(*b*) *Greg. de glor. mart. l. 1. c. 6.*

Justini facinus imperatore indignum.

(*c*) *Misc. l. 16. ann. 8. Justini.*

PAGIUS berio electus *Amidam Urbem prætergressus, Armeniæ campos ingreditur, quem Persarum Rex cum frequentibus copiis secutus, Euphratem eis transducit*, inquit Theophilactus lib. 3. cap. 12. qui duobus sequentibus capitibus præclaram victoriam de Persis a Romanis reportatam recitat. Hanc vero ad præsentem annum pertinere, docet Abbas Biclariensis, qui ad annum IX. Justini Imp. qui juxta ejus supputationem mense Novembri superioris Christi anni inchoatur, eam paucis verbis explicat: *Chosroes Persarum Imperator cum nimia multitudine exercitus ad vastandos Romanorum terminos promovet: cui Justinianus Dux Romanæ militiæ, & Magister militum Orientis a Tiberio destinatus bellum parat; & in campos, qui inter Daras & Nisibim ponuntur, forti pugna congressus, habens secum Gentes fortissimas, quæ Barbaro sermone Hermam nuncupantur, memoratum Imperatorem bello superat. Quo cum suo exercitu in fugam verso, castra ejus pervadit; & provincia Persida suus victor Justinianus vastat, exuviasque eorum pro triumpho Constantinopolim dirigit, XXIV. elefantos inter cætera, qui magnum spectaculum Romanis in Urbe Regia exhibuerunt. Prædam vero de manubiis Romanorum .... Persarum multitudo ob nimiam vilitatem omnino publice venundata sunt.* Theophylactus narrata hac victoria, cap. 15. refert Romanos ad interiora Persidis, postea penetrasse, & proxima quæque devastasse: *Consecuto porro Hyrcano mari, ubi Persis damna quam plurima dederunt, hyeme oppressi in sua non redierunt; Persides ergo cladis tumultuabantur. Vere ipso Romani omnio fortitudine in Ditionem suam se recipiunt*, verno scilicet tempore insequentis Christi anni. Theophanes eamdem victoriam recitat, sed loco non suo anno scilicet Incarnat. secundum Alex. DLXXIII. Kalendis Septemb. anni Christi DLXXX. inchoato. [1]

*Insignis victoria a Romanis in Armenia reportata.*

Eva-

NOTÆ [1] IN Indiculo Paschali post Auctarium in Prosperi Chronicon, ad annum a Passione Domini DXLVIIII. qui est a Christi ortu 576. leguntur hæc verba litteris quadratis

IN HOC ANNO TRIVMPHAVIT . . . . . . . . . . .

triumphatoria nomine vetustate corrupto. Forte Chronographus hoc loco adnotavit triumphum & victoriam de Persis, quam *Justinianus* Dux, & Præfectus Romani exercitus retulit. De ea victoria Abbas Biclariensis nonnulla habet, nempe *Cosdroem* Persarum regem insigni prælio a *Justiniano* victum; ac *Justinianum* victorem, hostium exuvias CPolim misisse, ac inter cætera XXIV. elephantos, qui magnum Spectaculum in urbe regia præbuerunt. De hac victoria item Theophilactus cap. XV. & Evagrius lib. V. Cap. XIV. Hunc triumphum Pagius refert in hunc annum 575. sed ex nostro Indiculo alligandus est anno 576. nam annus 549. a Passione Domini est annos æræ Christianæ 576. Siquidem annis 549. si annos 27. addas, fient anni 576. GEORGIUS

*bat: Adjuro te per Deum, frater mi, expecta me. Et cum cucurrisset tenuit eum: & amplexutus osculatus est eum: dicens: Peccuvi tibi, frater mi: sed suscipe ut frutrem tuum primum & Imperatorem; ox diabolica enim operatione novi quod factum sit hoc. Qui cecidit ad pedes ejus, & flens ait: Veraciter, domine, potestatem habes; Veruntamen in præsentia Senatus deformasti servum tuum: modo, domine, his rationem redde, & ostendit ei equos. At vero Imperator rogavit eum secum manducare, & pacificati sunt.* Hucusque auctor, sed interverso (ut dictum est) ordine temporum. At de fatuitate Justini satis.



PAGIUS VIII. *Chosroes Melitina incensa fugam arripit.*

Evagrius lib. 5. cap. 14. camdem Justiniani Ducis de Persis victoriam etiam narrat, aitque, Persis in fugam versis, Chosroen *Melitinam* Urbem in proximo sitam invasisse, eaque concremata Euphratem trajecisse. Idem habet Theophylactus lib. 3. cap. 14. Eustathius in Vita Sancti *Eutychii* Patriarchæ Constantinopolit. qui hoc tempore Amaseæ exul agebat, refert cap. 7. dum fames magna esset, Chosroen *Sebasten & Melitinem* venisse, & *vicinos fere omnes Nicopoli, Neocæsarea, Comanis, Zela, aliisque ex Civitatibus finitimis Amaseam se* contulisse, tanquam in munitissimum locum; sed cum diu ibi commorati essent, consecutam esse magnam cibariorum penuriam, omnesque ad Sanctum *Eutychii* Monasterium confugisse, ubi licet nihil farinæ in annum paratæ adderetur, nunquam ea defecit. Quod miraculum, ex Eustathio, narrat Baronius anno DLXIV. num. XXVII. & seq. sed illud præsenti anno patratum esse, ex dictis colligere est.

Hoc anno *Sigibertus* Austrasiæ Rex occisus est, ut videbimus anno DLXXIX.

| JESU CHRISTI ANNUS 576. | BENEDICTI PAP. ANNUS 4. | JUSTINI JUN. IMP. ANNUS 11. |
| --- | --- | --- |

I. SEquitur Christi annus quingentesimus septuagesimusſextus, annæ Indictionis: quo civili bello in Galliis recrudescente inter Guntheramnum atque Sigebertum & Chilpericum in societatem vocatum Francorum Reges (a), celebrata est provincialis Synodus Parisiis, ea de causa ab eodem Rege Gutheramno procurata, ut sanctissimi qui tunc in Galliis florebant Episcopi causam cognoscerent, contentionemque obortam sedarent, litesque antequam devenirent ad arma, componerent. Verum ubi semel res armis cœpta est agi, siluerunt Ecclesiasticæ leges. Accidisse namque ait Gregorius inter hæc, ut Chilpericus per filium suum Theodnbertum magnam intulerit cladem, superato Gundebaldo Duce, Turonensibus, Pictaviensibus atque aliarum civitatum Ecclesiis, quam paucis his Gregorius ipse Turonensis Antistes ita perstringit: *Vastat, evertit, Ecclesias incendit, ministeria detrahit, clericos interficit, monasteria virorum dejicit, puellas deludit, & cuncta devastat, fuitque illo in tempore pejor in Ecclesiis gemitus, quam tempore persecutionis Diocletiani.* Ista sic deplorans Gregorius, mox exclamat in depravatos corruptosque moribus Francorum Reges, a majoribus ipsorum valde degeneres: excipitur vero ab eis Guntheramnus, qui ab eo sanctissimus prædicatur: *Recurramus* (inquit) *ad illud quod parentes eorum egerunt, & isti perpetrant. Illi post prædicationem sacerdotum de fanis ad Ecclesias sunt conversi; isti quotidie de Ecclesiis prædas detrahunt. Illi sacerdotes Domini ex toto corde venerati sunt & audierunt: isti non solum non audiunt, sed etiam persequuntur. Illi Ecclesiae & monasteria ditaverunt: isti eas diruunt & subvertunt.*

(a) Greg. Turon. de Gest. Fran. l. 4. c. 47. 48.

Synodus Parisiensis.

II. *Quid de Latra monasterio referam, in quo B. Martini habentur reliquiæ? Cum ad eum unus currens hostium adventaret, & fluvium qui propinquus est, transire disponeret, ut monasterium spoliaret: clamaverunt monachi, dicentes: Nolite barbari, nolite huc transire: B. enim Martini est monasterium. Hæc audientes eorum multi compuncti a Dei timore regressi sunt. Viginti tamen ex ipsis, qui non metuebant Deum, neque beatum confessorem honorabant, ascendentes, navem illuc transgrediuntur; & inimico stimulante, monachos cædunt, monasterium evertunt, resque diripiunt, de quibus facientes sarcinas, navi imponunt: Ingressique fluvium, protinus vibrante carina, huc illucque feruntur. Cumque amisso auxilio remorum, hastilibus lancearum in fundo alveè defixis, remeare conarentur, navis sub pedibus eorum dehiscit, & unusquisque ferrum quod contra se tenebat, pectori defigit; transverberatique cuncti a propriis jaculis interimuntur. Unus tantum ex ipsis, qui eos increpabat ne ista committerent, remansit illæsus. Quod si quis hoc fortuito evenisse dicat, cernat unum insontem plurimis evasisse de noxiis. Quibus interfectis, monachi ipsi res suas alveo detrahentes, & illos sepelientes, res domi restituunt.* Hæc Gregorius, res gestas sui temporis, suæque pariter regionis describens: quæ autem his subjicit, annis potius sequentibus facta noscuntur, si res singulas exacte pensemus.

VI.

---

PAGIUS SÆC. VI. Anno Eræ Hispan. DCXIV. A.C. 576.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6069.

☉ 15. ED. ☽ 7. P. 5. April. Indict. 9.

JESU CHRISTI 576.

BENEDICTI PAPÆ 3.

JUSTINI JUN. IMP. 12.

TIBERII CONSTANTINI CÆS. 3.

I. *Postconsulatus.* IS annus hac formula notatus est XI. *Post Consulatum Justini Jun. Aug. solius* IX, vel, ut Marius habet: *Anno X. Consul Justini Jun. Aug. Indict. IX.*

II. *Synodus Parisiensis IV.* Ad num. I. & seq. Synodus *Parisiensis* IV. anno DLXXIII. indicta; Gregorius enim lib. 4. cap. 42. qui solus de ea agit, scribit: *Cum contentio inter Chilpericum & Sigibertum Reges* (sc. Francorum) *verteretur, Guntchramnus Rex* (Francorum) *apud Parisios omnes Episcopos Regni sui congregat, ut inter utrosque, quid veritas haberet, edicerent.* Constitutio autem Synodi Parisiensis ad Ægidium Episcopum Remensem directa, & Tom. V. Concil. pag. 919. recitata hanc habet subscriptionem: *data Constitutio die III. Iduum Septembrium, anno XII. Regum Dominorum nostrorum, Indictione VI. Parisius.* Qui characteres, ut statim videbitur annum DLXXIII. signant. *Ægidius* Episcopus Remensis Belgicæ secundæ Metropolita *Promotum* consecraverat Episcopum Dunensis Castri, seu Castri Doni, vulgo *Chateau-Dun*, qui est locus in Carnutino agro ad flumen Lidericum, qui cum non ad territorium Remense, nec ad Belgicam secundam pertineret, contra Canonicam disciplinam in hac promotione manifeste peccatum fuerat. Scripsit etiam Synodus ad *Sigibertum* Regem, ut Promoti causam non tueretur, quia suspicio erat Episcopum Remensem absque ejus consensu id ausurum fuisse in aliena Provincia. Eas Literas refert Turonensis lib. 7. cap. 27. & ex illo patet, Episcopos

III. Vidisti sacrilegorum divinitus immissam vindictam, ut suis ipsorum singuli armis confossi perirent: quo discant impii, passuros se vindicem Deum, cum in res ipsi dicatas insurgunt. Nec glorientur, si qui ejusmodi scelera perpetrantes, non eamdem confestim vindictam experiantur: sed meminisse debent sententiæ Domini (*u*) de occisis a Pilato Judæis, atque necatis ruina turris Siloe, asserentis de aliis diriora patrantibus facinora, nec statim pœnas dantibus, eos ad pœnitentiam reservari; quam si agere prætermittant, durius esse judicium subituros. Quam male autem cesserit Sigeberto Regi, sacerdotes Dei sanctissimos Episcopos, quæ sunt pacis curantes, non expectasse, ut secundum sacras civilesque leges sententiam ferrent, exitus patefaciet, de quo sequenti anno dicturi sumus. Demum, ut uno verbo rem absolvam, pluribus fuit semper declaratum exemplis, regna tunc optime gubernari, cum sanctæ religioni fuerint veluti fundamento solido superposita; quo si careant, nutare sit necesse, & quolibet licet levi terræmotu prosterni: eo quod nemo possit aliud ponere fundamentum quo firme quid permaneat, præter id quod a Deo positum est, Christus scilicet Deus noster.

(*u*) Luc. 13.

Quid præterea ejusdem Regis furore grassantis tempore acciderit militibus qui basilicam S. Vincentii martyris in eadem regione positam invaserunt, audi eumdem Gregorium ista narrantem his verbis (*b*): *Tempore autem illo, quo contra Gundibaldum commotus exercitus ad Convenensem urbem directus est, ab hujus hostilitatis multitudine basilica S. Vincentii martyris vallatur tota: erat enim in ea plebs omnia rerum suarum præsidia confidens de reverentia martyris, quod nullus ea præsumptione temeraria auderet attingere; & obseratis ostiis, se ab intus cum rebus incluserat. Circumdantes autem hostes, cum aditum per quem ingrederentur, invenire non possent, ignem ostiis ædis subjiciunt: quem diu multumque succendentes, non apprehendebant valvæ, donec impulsu securium comminutis, ingressi sunt, diripientes res, po-* IV.

(*b*) Greg. de glor. mart. l. 1. c. 105.

Invasores Ecclesiæ S. Vincentii misere periere.

PAGIUS pos parum processisse; testatur enim non ante mortem Sigiberti Regis amotum fuisse *Promotum*, qui se Episcopum Dunensem vocitabat.

III. *Ejus Epocha.* Convenerunt ad eam Synodum XXXII. Episcopi cum Presbytero ab Episcopo Auraliaensi misso. Ex quibus vel in Tabulis Ecclesiasticis, vel in suis Ecclesiis coluntur *Quinidius* Vasionensis, *Germanus* Parisiensis, *Syagrius* Augustodunensis, *Aunacharius* Altissiodorensis, *Philippus* Viennensis, *Felix* Nannetensis, & *Palladius* Santonensis. De illis, aliisque huic Concilio præsentibus disserit Cointius anno DLXXIII. num. XII. & seqq. Cum vero *Guntramnus*, & duo fratres ejus Chilparicus & Sigibertus anno DLXI. Clotario patri post diem X. mensis Novembris successerint, anno DLXXIII. tertio Iduum Septembrium, seu die XI. ejusdem mensis, numerabant annum Regni duodecimum.

IV. *Indictio Constantinianam in Francia usurpata.* *Franci*, enim, *Germani & Angli* ante Caroli Magni mortem *Indictionem Constantinianam* VIII. Kalend. Octobris, sive die XXIV. mensis Septembris cœptam usurpabant; quod vel hoc exemplum demonstrat; neque enim Indictio VI. tertio Iduum Septembrium cum anno XII. Sigiberti Regis & duorum ejus fratrum copulari potest, si eam a Kalendis Septemb. exordiaris; cum anno DLXI. post diem X. mensis Novembris fratres isti regnare in Francia cœperint, & Indictio scata a Romanis, non Kalend. Septemb. anni DLXXIII. sed anni DLXXII. inchoetur. Verum is annus erit undecimus Regum istorum, non vero annus XII. ut est in Synodi subscriptione, & recte observavit Sirmondus in Notis ad hoc Concilium Parisiense IV. Cum itaque *Constantinus M.* in Gallia positus anno CCCXII. ut eo anno num. I. jam dixi, Indictionem instituerit, consequens post mortem Ludovici Pii Francos sæpe a *VIII. Kalend. Octob.* Indictiones exorsos esse, postquam scilicet variare cœptum est in Indictionis initio consignando, nullum mihi dubium est, quin in similibus, quæ nono & decimo sæculo occurrunt exemplis, moris antiqui, qui per aliquot sæcula obtinuerat, ratio habita fuerit. A VIII. Kalend. Septembris *Angli* etiam usque ad initium sæculi noni vel circiter Indictionem exorsi sunt, idque usu invariato, ut certa exempla ostendunt. Quem morem Angli ab aliis non accepere, quam a Francis; cum quando Indictiones adhibere incœpere, initio nempe sæculi septimi, jam Romæ, quam Constantinopoli earum exordium a Kalendis Septemb. constanter repeteretur. Denique *Germanos* ante sæculum nonum Indictiones a *VIII. Kal. Octob.* sicuti Francos & Anglos, incœpisse ex eo colligere est, quod postquam in Indictionum exordio variatum fuit sæpius eas ab eodem die deduxerint.

V. *Franci a bello civili ardet.* Porro bellum civile, quod in Gallia ardebat, relatum a Baronio ex Turonensi lib. 4. c. 2. & seqq. non tantum anno DLXXIII. sed etiam duobus consequentibus duravit. *Sanctus Germanus* Episcopus Parisiensis, cum illud Parisiis prope imminere jam præsagiret, *Brunichildem* Reginam per Literas vehementissime sollicitavit, ut *Sigibertum* Regem conjugem suum ad pacis consilia revocare conaretur. Verum Sigibertus, trajecta Sequana, in agrum Parisiensem facile pervenit, & licet Lutetiam Parisiorum ingressus non sit, vicos tamen meridionales Sequanam inter & Ligarim positos diripuit, combussitque, dum insequebatur *Chilpericum*, qui usque Avelocium Carnotensem vicum abierat. Tunc ad S. Dionysii sepulcrum duo perpetrata miracula a Turonensi lib. 2. de Gloria Martyr. cap. 72. enarrata.

VI. *Roman: a Persis superati.* Theophylactus lib. 3. cap. 15. loquens de iis, quæ a verno tempore hujus anni, Romanos inter & Persas, gesta sunt, refert *Chosroen* seditionem a militibus timentem, cum Tiberio Cæsare de pace agere decrevisse. Hic legavit paci faciendæ idoneos Joannem, & Petrum; ac Theodorum Magistrum, & Chosroes Sainachorganan, aliosque Viros Clarissimos: *per id tempus atroci prælio inter Persas Romanosque, illic Tanchosro, hic Justiniano Duce in Armenia per-*

*populumque inclusum in ore gladii trucidantes. Sed non diu hæc remanserunt inulta; nam alii a dæmone correpti, nonnulli in flumine Garumnæ necati, multi etiam a frigore occupati diversis in partibus diversorum morborum genere vexabantur: Nam vidi ex eis multos in Turonico territorio, qui in hoc fuerant mixti scelere, graviter cruciari, & usque ad vitæ præsentis omissionem intolerabilium dolorum cruciatu torqueri. Multi enim ex his confitebantur se judicio Dei ob injuriam martyris fuisse morti pessimæ destinatos. Ecce quantum Deus præstet martyribus suis: Ecce qualibus eosdem laudibus Christus Dominus bellorum fidelium inspector honorat: Ecce quantum præstat ipsius nominis dignitas Christiani, si non Gentilium more aut tubiemus cupiditati, aut luxuriæ servimus.* Hucusque de his ibi Gregorius: quomodo autem ex insperato inter Francorum Reges pax sancita fuerit, dicetur anno sequenti.

Quin-

PAGIUS *perpetrato, Romanorumque gloria priore obscurata, Persa recenti fortuna ebrii resuscitata bellandi aviditate fœdus recusant. Quare Legati votorum tenus voti compotes, unde venerant, redere.* Menander Protector in Excerptis pag. 129, & seqq. & pag. 158, & seq. tam de hac Legatione, quam de hoc bello sermonem habet, aitque. *Solebant Persæ prioribus ante temporibus, circa finem mensis, qui Latinis vocatur Augustus, in Persarmenia apparere, & inde ad bellum accingi. Hoc tempus præveniens Chosroes illuc accessit. Accidit autem Romanis, semel præventos, cum tardius rebus suis prospexissent, nihil tote illius anni spatio, feliciter & opportune gerere,* paulo post; *Itaque Chosroes Armeniam liber ab omni metu, sine pulvere occupavit, cum nemo inventus esset, qui illi resisteret.*

VII. *Armenia a Persis devastato.* *Vere jam exacto, Armeniam, quæ Romanis parebat, & Theodosiopoli proxima erat, invasit. Hæc ubi acciderunt, nuncii Byzantium profecti sunt, qui nunciarunt Persarum Regem Armeniam, quæ Romani dominabantur, in improviso adortum, Theodosiopolim usque penetrasse, eumque in his locis esse.* Subdit Menander, Chosroen, ut cognovit in sua potestate non esse Theodosiopolim improvisa invasione capere, ab ejus obsidione discessisse. Theophylactus loco laudato rem eandem his verbis narrat: *Sarnacborganes Barbarorum Ductor, fœdus super Oriente inter Persas & Romanos in triennium percussum perfidiose rumpit, festinatoque ad Constantinam, & Theodosiopolim copias mittit, quæ effusa in circuitu populatione omnia miscent.* Armenia itaque hoc anno misere a Persis devastata, & Romanorum res deteriore statu fuere.

Moritur *Sanctus Germanus* Episc. Parisiensis, & *Childebertus* Francorum Rex *Judæos* fidem Christianam suscipere cogit, ut anno DLXXIX. dicemus, ubi etiam de exilio & secundo conjugio Brunichildis Reginæ sermo erit. Ab hoc anno incipiendum decennium, quo *Langobardi* sub Ducibus fuere, ut videre est an. DLXXIII.

| JESU CHRISTI ANNUS 577. | BENEDICTI PAP. ANNUS 5. | JUSTINI JUN. IMP. ANNUS 12. |
|---|---|---|

I. Benedicti Papæ obitus.

QUingentesimo septuagesimo septimo Domini anno, decimæ Indictionis ultima die Julii Benedictus Papa cum sedisset annos quatuor, menses duos, dies quindecim, moritur, ut colligitur ex Anastasio, qui de eodem ista subdit: *In istis laboribus*, ex incursionibus Longobardorum illatis, *& afflictionibus positus sanctissimus Benedictus Papa mortuus est: qui sepultus est in basilica B. Petri Apostoli, in secretario, pridie Kal. Augusti. Hic fecit ordinationem unam per mensem Decembrem, Presbyteros quindecim, diaconos tres, Episcopos per diversa loca numero viginti unum.* Hæc Anastasius. Habetur nomine ipsius notata epistola ad David Episcopum in Hispania Bætica de mysterio sanctissimæ Trinitatis ex divinis Scripturis deprompto. Quod autem Joannes diaconus dicat a Benedicto creatum fuisse diaconum S. Gregorium: id quantum a veritate aberret, dicemus suo loco inferius, cum de Gregorio agemus pluribus.

II. Pelagius II. Papa creatur.

Ubi vero post obitum Benedicti sedes vacasset menses tres & dies decem, undecima mensis Novembris creatus est Pelagius Junior, ejusque nominis secundus Romanus Pontifex, natus ex patre Winigildo, ex quo quidem nomine eum potius genere Gothum quam Romanum putamus: *Hic* (inquit Anastasius) *ordinatur absque jussione Principis, eo quod Longobardi obsiderent civitatem Romanam, & multa vastatio ab eis in Italia fieret.* Hæc de ejus ordinatione, quæ quidem in calamitosissima plane tempora incidit, cum gladio Longobardorum universa vastaretur Italia, idemque in ipsam Urbem immineret exercitus. Addebatur ad mala hæc tanta dirum schisma orbis Occidentalis, separatis quamplurimis Ecclesiis, ipsisque provinciis usque ad Hibernos (ut dictum est) ab Ecclesiæ Romanæ communicatione ob damnationem Trium capitulorum: cum idem Pontifex istis consulturus, adhibito in consilium & auxilium S. Gregorio, qui ipsi in sede successit, librum edidit pro Quinta Synodo quam defendit, probeque factam ostendit Trium capitulorum damnationem. Meminit ejusdem scriptionis ipse S. Gregorius in reddita epistola ad Hibernos. Sed de his modo hactenus: reliqua vero suis locis inferius.

III. Eodem tempore inter Reges Francorum inter se mutuo (ut dictum est) prœliis decertantes pax ex insperato composita est: *Nec hoc* (inquit Gregorius *a*) *B. Martini virtute factum ambigitur, ut hi inter se sine bello pacificarentur; nam ipsa die qua hi pacem fecerunt, tres paralytici ad beati basilicam sunt directi: quod sequentibus libris, Domino juvante differemus.* In commentario videlicet de miraculis sancti Martini, ubi hæc de his habet (*b*): *Quidam ex Antisiodorensi oppido, Manlulfus nomine, deferentium manibus ad B. Martini sepulcrum jactatus est. Qui jugi orationi & jejunio incumbens, pedes quos intortos exhibuit, reddita subito sanitate retulit in usu consueto directos; & ita Sancti virtute reformatus est, ut qui alterum manibus deportatus est, propriis firmatus vestigiis, præsentibus nobis consurgeret hospes.*

(a) Greg. l. 4. c. 49. in fin.

(b) Greg. de mirac. S. Martin. l. 2. c. 1. 6. 7.

IV. Miracula alia ad sepulcrum S. Martini.

*Alius autem paralyticus ex Aurelianensi territorio curruca devectus venit in sanctam basilicam: qui diebus multis jacens ad ostium illud quod situs baptisterium ad medium diem pandit egressum, beati Antistitis implorabat auxilium: factum est autem ut una die jacens gravius extra solitum torqueretur, ita ut vi-*

---

PAGIUS SÆC. VI. Olymp. 339. An. V. C. 1330. Anno Eræ Hispan. DCXV. A. C. 577.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6070.

☉ 16. C. ☽ 8. P. 25. April. aliis 18. April. aliis 21. Mart. Indict. 10.

JESU CHRISTI 577.

BENEDICTI PAPÆ 4.

JUSTINI JUN. IMP. 13.

TIBERII CONSTANTINI CÆS. 4.

I. Postconsulatus.

IS annus hac formula notatus *XII. post Consulatum Justini Jun. Aug.* solus *X.* vel ut Marius habet: *Anno XI. Consul. Justini Jun. Aug. Indict. X.*

II. Ad ann. I. Docet Anastasius *Benedictum* Papam sedisse *annos IV. mensem I. dies XXVIII.* & sepultum esse *in Basilica B. Petri Apostoli in Secretario, sub die XXX. mensis Julii*, quod & exemplaria ejus MSS. habent, ac præterea quoad Sedis durationem Ordericus lib. 2. Regino, Luitprandus, Abbo, Hermannus Contractus, Marianus Scotus, Honorius Augustodunensis & passim Catalogi Rom. Pontif. Quare non dubium, quin Anastasius ita scripserit, licet in editione vulgata legatur, eum sedisse *annos III. mensem I. dies XVIII.* Mortuus est itaque *Benedictus* die XXX. mensis Julii anni quingentesimi septuagesimi octavi, non vero currenti, ut Baronius, aut anno DLXXIX. ut Papebrochius in Conatu Chronico-Hist. habent. Ordinatus enim fuerat die tertia mensis Junii anni DLXXIV. Baronius, qui *Pelagii* mortem anno uno anticipavit, uno etiam anno *Benedicti* mortem citius quam oportebat, consignavit. Existimavit etiam Epistolam *Episcopo David*, quæ dicitur a Benedicto scripta, genuinam esse; cum tamen ab aliquo impostore conficta sit, qui Operis ad-ver-

Obitus Benedicti PP.

*vicini de proximo ad ejus voces concurrerent ( dissolvebantur autem ligaturæ nervorum ejus, & dirigebantur, propterea erat dolor intolerabilis ) & sic tribuente patrono, erectus super plantas, flens præ gaudio, populo teste, surrexit: qui continuo clericus factus, & in sospitate firmatus, ad domum regressus est. Sed & alius gressu debilis, nomine Leubovinus, jam clericus, adveniens, sed per terram se trahens, quia paupertate faciente, non habebat qui eum ferret, de die in diem B. Martini limina requirebat. Qui dum quadam die ad Sancti pedes fleret, directis genibus atque pedibus, spectante populo, sanitatem recepit. Tres virtutes istas ipsa die factas fuisse constat, qua Sigebertus gloriosissimus Rex Sequanam transiens sine collisione exercitus pacem cum fratribus fecit. Quod nullus ambigat hanc tertiam beati Antistitis fuisse victoriam.* Hucusque Gregorius, cum de inita inter Francorum Reges pace testatur, quæ tamen anni unius terminum non excessit: siquidem post sequentem annum iterum Chilpericus Guntheramnum excitavit adversus Sigebertum, ut idem Gregorius (a) tradit: sed de his suo loco dicendum erit.

(a) Greg. l. 4. c. 50.

V. Ecclesia Dei genitrici ædificatur ab Imperatore.

Quod ad rerum Orientalium statum pertinet, nihil præterea nobis veteres reddunt Annales, nisi quod Justinus Imp. cum vastari a Persis audiret Imperium, ad conciliandum sibi divinum numen, Dei genitrici Mariæ templum erigendum curavit, de quo ita hoc anno ejusdem Imperii duodecimo in Miscella: *Justinus Imp. synagogam Judæorum, quæ erat Constantinopoli in Chalco, pretiis ablatam ab eis, fecit, Ecclesiam dominæ nostræ sanctæ Dei genitricis, quæ proxima est magnæ Ecclesiæ.* Quænam autem sit Justinus a Deo ob pie factum beneficia consecutus, idem auctor mox addit, nimirum, quod cum deliquio mentis laboraret, ob idque res Imperii in summum essent

PAGIUS

versus Varimadum Arianum capiti primo, varie interpolato, Philonis sententiam, & I. ad Thim. cap. 4. adtexuit; versionem ex vetere & Hieronymiana sibi peculiarem cudit, ac Epistolam commentitia Consulatus nota obsignavit. Anastasius dicit cessasse Episcopatum *menses tres, dies decem*. Verum cum *Pelagius* II. ejus successor ordinatus fuerit die tricesima mensis Novembris anni quingentesimi septuagesimi octavi, Divo Andreæ Apostolo sacra, ut ea dicendis in morte ejus liquebit, Sedes vacavit *menses quatuor*.

III. *Pelagius II. absque jussione Imperatoris ordinatus.*

Tradit Anastasius Pelagium II. ordinatum esse *absque jussione Principis*, eo quod Langobardi obsiderent Civitatem Romanam, & *multa vastatio ab eis in Italia fieret*. Quare aliquando contigit, ut Romani Pontifices, necessitate urgente, non expectato consensu Imp. aut Exarchi consecrati fuerint. De hac Langobardorum invasione loquuntur Biclariensis, & Marianus Scotus. Ille ad annum II. Tiberii anno DLXXIX. inchoatum ait: *Romani contra Longobardos in Italia lachrymabile bellum gerunt.* Marianus vero ad annum Christi DLXXIX. *Gens Langobardorum comitante fame, mortalitate & peste omnem invasit Italiam, ipsamque Romam vastatura obsidet.* Bellum tamen illud jam anno sequenti inchoatum fuisse tempus ordinationis Pelagii II. sine Exarchi consensu factæ demonstrat. Imo in Catalogo Pontif. Rom. a Schelestratio publicato in Append. ad Opus Chron. pag. 647. in Benedicto legitur: *Tempore istius gens Langobardorum invasit Italiam.*

IV. *Pelagius II. anno sequenti Pontifex Rom. creatur.*

Norisius Cardinalis doctissimus in Differt. V. de Synodo quinta cap. 9. I. 4. observat, *Pelagium* II. rogatum ab *Helia* Archiepiscopo Aquileiensi, ut sibi liceret Synodum congregare, Pontificem illius precibus annuisse, & delegasse *Laurentium Presbyterum*, qui Synodo celebrandæ suo nomine adesset. Coacta ea apud *Gradum* die III. mensis Novemb. anni DLXXIX. & recitata ab Ughello Tom. V. Italiæ Sacræ ex Dandulo in Historia Veneta MS. Synodi initium est: *Imperante serenissimo Tiberio Constantino Augusto, anno Imperii ejus quinto, eodem Consule, sub die III. Nonarum Novembrium, Indictione XIII.* Quæ notæ temporariæ annum Christi DLXXIX. certo designant. Quare cum *Pelagius* II. die XXX. mensis Novembris divo Andreæ Apostolo sacra ordinatus fuerit, dies illa XXX. Novemb. ad alium annum referri non potest, quam ad annum DLXXVIII. Præterea lecta est in Synodo Gradensi Epistola *Pelagii* II. die XVIII. Februarii data, in qua inquit Pontifex: *Castrum Gradense totius Venetiæ, cum omnibus vestræ Ecclesiæ pertinentibus etiam Istriæ Metropolim perpetuo confirmamus*, dicitque Epistola data *XII. Kal. Martii, Imperatore Tiberio II. Augusto*. Sed de ea Synodo an. DLXXIX. verba faciemus. Hic enim ista tantum affero, ut errorem vulgarem in Pontificatus Pelagii II. exordio collocando hactenus commissum tollam, evidenterque pateat, ideo quatuor ultimorum Decessorum *Pelagii* II. Pontificatus suis annis redditos non fuisse, quod Sedis *Pelagii* II. initium anno uno mutilatum fuerit, & citius quam par erat, inchoatum. Qua enim ratione *Benedicti* mors usque ad diem XII. mensis Augusti anni DLXXIX. a Papebrochio in Conatu Chronico-Hist. differri potuit, cum laudata *Pelagii* II. Epistola die XVIII. Februarii ejusdem anni data fuerit? quod vero Baronius Pelagii II. initium cum currenti anno non bene alligarit, ex iis, quæ in morte ejus dicemus, extra omne dubium ponetur.

V. *Guntramni Regis filii duo moriuntur.*

Gregorius Turonensis lib. 5. cap. 17. loquens de iis, quæ accidere anno secundo Childeberti Francorum Regis, qui hoc Christi anno in cursu erat, ait: *Ipse* ( nempe Guntchramnus Rex ) *duos filios suos subito morbo oppressus perdidit, de quorum funere valde contristatus est, eo quod orbatus absque liberis remansisset. Eo anno dubietas Paschæ fuit.* De illa controversia, circa diem Paschatis hujus anni exorta, locuti sumus an. DLXXIII. cum Baronio; de morte vero duorum *Guntramni* filiorum verba facit Marius in Chronico ad annum XI. Consulatus Justini, ac Indictionem X: vocabantur egregii isti adolescentes *Chlotacharius* & *Chlodomeres*, quorum prior annum agebat ætatis de-

sent discrimine positæ, tantum ei Dei genitrix præstitit sanitatis, ut dilucido intervallo potitus, cunctis recte dispositis, statum Reipublicæ in tuto collocaret, ascito sibi Tiberio in collegam: quod quomodo anno sequenti contigit, paulo post dicturi sumus.



PAGIUS decimum, posterior annum quartum, ut ex eorum Epitaphiis a Duchesnio Tomo. 1. Collect. Hist. Franc. publicatis constat.

VI. *Synodus Parisiensis V.* Celebrata hoc anno *Synodus* quinta *Parisiensis*, ob causam *Prætextati* Episcopi Rotomagensis, de qua cum Baronio an. DLXXX. agemus.

VII. *S. Eutychius in Sedem Constant. restituitur.* Mortuus est hoc anno *Joannes* Episcopus Constantinopolit. & Sanctus *Eutychius* in Sedem suam restitutus, ut anno sequenti, juxta Baronii ordinem ostendemus. *Merovei*, filii Chilperici Regis rebellio, de qua anno DLXXX.

I. QUingentesimo septuagesimo octavo Christi anno, Indictionis undecimæ, cum Justinus Imperator decimum tertium ageret in Imperio, adscivit sibi collegam Tiberium. Ita quidem Evagrius rerum præsentium inspector, cum hæc ait (*a*): *Ut autem ordinem temporum accuratissime complectamur; intelligendum est, Justinum Juniorem per se solum ad annos duodecim & menses decem cum dimidio regnasse, atque una cum Tiberio ad annos tres, & undecim menses.* Hæc ipse: ex quibus corrigas alios qui Tiberii cooptationem ante quatuor vel quinque annos collocant in suis Annalibus. Causam autem allegendi sibi collegam, idem auctor superius refert hujusmodi (*b*): *His rebus auditis*, nempe Persarum felicibus progressibus, *Justinus præ nimia insolentia ac superbia sanitate animi & prudentia ex mentis domicilio, exturbatus, casum qui acciderat, multo acerbius quam humana fert consuetudo, tulit; atque in morbum, quem Græci φρενῖτιν vocant, idest, mentis alienationem & insaniam incidit: adeo ut de cætero, rerum quæ gereret, nullum omnino sensum haberet. Itaque Tiberius genere Thrax, qui facile primas apud Justinum obtinuit, Reipublicæ capessit administrationem.* Hucusque Evagrius.

(*a*) Evag. l. 5. c. 13.

Tiberius simul cum Justino Imperat.

(*b*) Evag. l. 5. c. 11.

II. Hæc autem quomodo eidem Tiberio prænunciata fuerint a S. Eutychio Episcopo Constantinopolitano cum in exilio degeret, Eustathius (*c*) ejus comes ita scripsit: *Quid porro de piæ memoriæ Tiberio prædixerit, videamus. Primum quidem ipsum Tiberium Notarium apud Justinum, antequam esset Imperator collocavit. Deinde cum apud Syrmium Abarici belli curam ageret, scripsit ad eum vir admirabilis. Scribendi autem hæc fuit occasio: Tribunus quidam militum Amaseæ commorantium cupidus apud Tiberium gratiam inire accepit a sancto viro litteris commendatitiis, ad eum alacri animo Syrmium profectus est. Atque illius quidem epistolæ argumentum erat hujusmodi, sed tamen Imperii quoque prænunciationem continebat. Post proœmium enim epistolæ sequebantur hæc verba: Nunc quidem in partem Reipublicæ gubernacula tibi commisit Deus, mox autem & finem concedet. Hoc nemo nostrum tunc animadvertit, sed ubi Cæsar creatus est, tunc intelleximus. Epistolam autem ille (ut audivimus postea) servavit.* Hæc Eustathius.

(*c*) Eustat. in Vit. S. Eutychii apud Sur. to. 2. die 6. April.

Prædictio de Tiberii Imperio.

Porro Tiberius ubi administrationem accepit Imperii, horum memor, opportune oblata occasione mortis Joannis intrusi in sedem Constantinopolitanam, mox eumdem Eutychium summo cum honore restituit. Hæc autem quomodo se habuerint, paulo post dicturi sumus. Versemur modo in his quæ de Tiberio scripta narrantur, de cujus laudatissimis moribus accipe Suidæ verba: *Tiberius Romanorum Constantinopolitanus Imp. quem Justinus commendat ut virum clementissimum & humanum, hominem alienum ab avaritia, qui felicitatem in uno eo reponat, ut floreat populus & omnibus rebus abundet, communem hominum felicitatem præclarum & inviolatum thesaurum existimans: quique tyrannicam insolentiam perosus, & humanitatem amplectens, & regi a suis, quam illos a se crudeliter tractari, paterque a suis dici maluerit, quam dominus.* Hæc Suidas. Sed majora de eo ab Evagrio sunt præconia decantata, cum primum de iis quæ acciderunt in ejus promotione ejusmodi orationem instituit (*d*): III.

Tiberii mores laudati.

(*d*) Evag. l. 5. c. 13.

IV. *Interea temporis Justinus de consilio Sophiæ Tiberium Cæsarem declarat, talisque verba in eo declarando locutus est, qualia nulla historia vel vetere vel recentio-*

PAGIUS SÆC. VI. Anno Æræ Hispan. DCXVI. A.C. 578.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6072.

☉ 27. B. ☽ 9. P. 10. April. Indict. 11.

JESU CHRISTI 578.

PELAGII II. PAPÆ 1.

TIBERII CONSTANTINI 5. & 1.

I. *Postconsulatus.* IS annus hac formula notatus: *XIII. post Consulatum Justini Jun. Aug. solius XI.* vel, ut habet Marius: *Anno XII. Consulatus Justini Jun. Aug. Indict. XI.*

II. A num. I. ad VI. Baronius existimavit Tiberium hoc tantum anno Cæsarem creatum, & *Justinum Juniorem* usque ad annum DLXXXII. in vivis fuisse. Verum anno DLXXIV. num. IV. & seqq. demonstravimus, *Tiberium mense Decembri* illius anni nuncupatum esse Cæsarem, & dubiis Baronii satisfecimus. Quare quæ hoc anno numeris citatis de *Tiberio* Baronius habet, ad illum Christi annum retrahenda; ac pro certo tenendum, *Justinum Juniorem* die quinta mensis Octobris currentis anni naturæ debitum solvisse.

*Tiberii nuncupatio & Justini Imp. mors ad suos annos revocanda.*

III. Auctor enim Chronici Alexandrini ad Indictionem XI. præsentem scilicet Christi annum scribit: *Hoc anno XII. Justini Imperatoris mense Septembri XXVI. XII. Indictione coronatus est ab ipso Tiberius Junior Constantinus & quinto die mensis Octobris Justinus Augustus vita excessit, & Tiberius Constantinus solus imperavit alios annos quatuor,* ubi tamen Auctor iste annum illum Justini perperam *duodecimum* vocat, quia scilicet ejus initium anno uno tardius colloca-

*Obitus Justini Jun. Aug.*

vit

*tiore sunt omnino commemorata; Deo videlicet propitio ei tempus largiente tum ad sua peccata confitenda, tum ad explenda ea quæ ex usu Reipublicæ forent. Nam cum Joannes Episcopus una cum suis, cumque principes & magistratus, cum denique milites prætoriani in atria subdia ubi ejusmodi negotia de more inveterata agi solent, in unum cogerentur; sic clara voce Justinus allocutus est Tiberium, tunica induens Imperatoria, & læna circumvestiens: Ne te in errorem inducat vestis splendor, neque illustris ornatus istarum rerum, quæ sub aspectu cadunt, decipiat; quibus ipse in fraudem impulsus imprudens me ipsum gravissimis suppliciis obnoxium reddidi. Itaque tu in Republica summa cum mansuetudine & animi lenitate regenda vitia mea præstato. Atque digito magistratus demonstrans: Non oportet, inquit, horum consiliis morem gerere: nam hi me ad istas quas cernis miserias deduxerunt. Aliaque ejus generis protulit verba, quæ omnes in maximam adduxere admirationem, tum ad immensam lacrymarum vim profundendam impulere.*

Admonitio Justini ad Tiberium.

V. Tiberii forma atque virtutes.

*Erat iste Tiberius corpore maxime procero & robusto, & pulchritudinis excellentia omnium opinione majore; adeo ut non Regibus solum & Imperatoribus, sed omnibus etiam hominibus facile præstaret. At primum quod ad corporis formam attinet, ea principatu plane digna fuit. Quod autem spectat ad animum: illum mansuetudo & benignitas exornarunt: primo enim aspectu omnes videbatur ad se diligendum invitare: divitias eas putavit, quæ cuique satis essent ad largiendum non solum ad necessitatem, verum etiam ad affluentiam. Nam non istud modo considerabat, quod qui opis indigeant, illis beneficia accipienda sint, sed quod Imperatorem Romanum deceat liberaliter dare: aurum vero adulterinum existimavit quod cum subjectorum lacrymis collectum est: qua re inductus, tributum unius integri anni vectigalibus condonat: quinetiam prædia quæ Adarmanes tributis impositis fere labefactaverat, quasi in libertatem vendicavit, & non modo damnum pro ejus magnitudine, sed etiam cum fœnore sarcivit; atque iniquas largitiones, pro quibus alii Imperatores suos subjectos magistratibus pro sua libidine abutendos exponere & quodammodo divendere consueverant, remisit, cavitque per leges, ne quid hujusmodi in posterum committeretur.* Hæc Evagrius de Tiberio. Quomodo autem hoc anno defuncto Joanne Episcopo intruso, revocatus a Tiberio est Eutychius exul tertia die Octobris; Eustathius, qui interfuit, rem gestam ita describit (*a*):

(*a*) *Apud Sur. die 6. Apr. t. 2.*

VI. Eutychius ab exilio revocatur.

*Cum ex hac vita decessisset is quem Deus arcanis quibusdam de causis quas ipse novit, in sedem hujus ærumnosi magnique viri irrepere permiserat, cumque pius populus pastorem doctoremque suum flagitaret; ad piæ memoriæ Imperatores Justinum & Tiberium, in primisque ad Imperatorem & Regum Dominum nostrum exclamant, ut fidei custos & Trinitatis buccinator redderetur. Suspicientes illi divinum populi fidelissimi studium, & charitatis ardorem, quo ipsi quoque jampridem erga sanctum virum flagrabant; pio populo id quod petebat, concesserunt. Illud enim semper optaverant cum multis aliis de causis, tum ob eam præcipue, quod eos Imperatores futuros prædixerat.* Et inferius: *Cum igitur Christi amantissimi populi clamores exaudissent Justinus & Tiberius Imperatores, statim magna cum celeritate ingentique gaudio Scribas generosissimos miserunt ad sanctissimum virum, ut eum vel invitum ac recusantem ad regiam civitatem reducerent. Hi cum ad eum pervenissent, reddiderunt litteras Imperatorum: quas cum ille perlegisset, su-*



PAGIUS

vit. Marius Aventicensis, qui male etiam Justini exordium cum anno DLXVI. copulavit, dissimili errore, hujus mortem in annum sequentem distulit. Imperavit itaque *Justinus* annos duodecim, menses decem, & dies XXII. die emortuali incluso, indeque Zonaras & Theophanes numero rotundo loquentes annos tredecim eidem assignant. Theophanes tamen male eum anno Incarnat. secundum Alex. DLXX. Kalendis Septemb. superioris Christi anni inchoato, cooptationem Tiberii & Justini mortem alligat; scribitque, mense Octobri, Indictione undecima *Justinum* Tiberium Cæsarem renunciasse, annoque Incarnationis secundum Alexandr. DLXXI. eo anno, mense Octobri Indictione XII. *Tiberium* ab *Eutychio* Imperatorem coronatum fuisse. Mors enim *Justini*, & *Tiberii* ejus successoris coronatio uno eodemque anno peracta, currenti scilicet. Huc itaque revocanda quæ anno DLXXXII. a num. I. ad VI. Baronius habet, tam de *Justini* obitu, quam de *Tiberio Cæsare* ejus in Imperium successore. Porro Auctorem Chronici Alexandrini mense Septembri Indictionem mutare, laudatus locus demonstrat, quod & multis exemplis ex eo deductis liquet.

IV. *Mors Joannis Patriarchæ Constantinop. & ejus Scripta.*

Ad num. VI. & seqq. Theophanes anno Incarnat. secundum Alexandrinos DLXIX. qui Kalendis Septemb. anni Christi DLXXVI exordium sit: *Mensis Augusti die trigesimo primo, Indictione decima, Joannes Episcopus Constantinop. obiit.* quare ejus mors anno quingentesimo septuagesimo septimo contigit, ut ex mox dicendis magis liquebit. Nicephorus in Chronico annos duos, & menses septem ei assignat; sed numeri corrupti sunt; cum enim *Joannes Exscholasticus* die XII. mensis Aprilis an. DLXV. ordinatus fuerit, & Sanctus *Eutychius* per annos duodecim in exilio egerit, sedit *Joannes* annos duodecim & menses quinque, utrimque incompletos, ideoque in Tabulis Theophanis recte ei anni XII. attribuuntur, neglectis sc. mensibus

*spiciens in cælum & lacrymans, egit gratias Deo: Ecce, inquiens, Domine labia mea non prohibebo: quoniam tu cognovisti cogitationes meas de longe, semitam meam & funiculum meum investigasti, & omnes vias meas prævidisti: Mirabilis facta est scientia tua ad me: confirmata est, & non potero ad eam. Quis novit mentem Domini, & quis consiliarius ejus fuit? Quis ea quæ Deus altissimus decrevit, dissipabit? Num dicet figmentum ei qui se fecit: Cur me fecisti sic? Audivi auditionem tuam, & timui: cogitavi opera tua, & expavi.*

VII. Eutychii reditus. *His & aliis multis verbis cum gratias egisset, & in sancto monasterio divinum sacrificium obtulisset, in sede constitutus (dies tunc erat Dominica) postquam salutiferæ etiam Crucis memoriam die quartadecima mensis Septemb. splendide celebravimus, monasterio & omnibus in eo habitantibus benedixit, universæque civitati, omnesque Deo commendans, iter suscepit. Comitatus est autem eum usque ad regiam civitatem Archiepiscopus Apameæ civitatis. Videre licuit novum plane spectaculum & divina etiam anima dignum; mixta inter se contraria, dolorem & gaudium, luctum & lætitiam: cum alii quidem ob ejus discessum dolerent, alii propter ejus evocationem lætarentur.* Et paulo post:

VIII. *Quis* (inquit) *ea quæ tunc admirabilia contigerunt pro dignitate valeat explicare? Quæ lingua narrare queat assiduos & varios concursus & congressus, & faustas acclamationes, cum omnes una clara voce dicerent: Benedictus qui venit in nomine Domini; & Gloria in excelsis Deo, & in terra pax. Sciebant enim qui ita clamabant, a Domino esse dictum: Qui vos accipit, me accipit: & qui accipit justum in nomine justi, mercedem justi accipiet.* Hæc quoad acclamationes: quo vero ad miracula, accipe quæ mox subdit de populorum ipsi occurrentium magna fide, Sanctique virtutibus:

*Infirmos autem juxta viam efferebant, ut vel umbra fortasse viri eos attingeret: qui pro ratione fidei a Deo auxilium accipiebant. Accidit & res admirabilis. Nam cum ab Eucharitis vir sanctus discederet, mulier quædam cum filio ægrotante progrediens, sic est a multitudine conculcata, ut de ipsius filiique salute omnes desperarent: quæ tamen evasit incolumis, morbusque discessit: atque ita totum iter nostrum perfecimus. Cum autem in Nicomediensium metropolim pervenissemus, videbamur nobis in alium mundum venisse (sicut accidit Petro, qui cum liberaretur ab Angelo, putabat ea per visum fieri) sic cum Nicomediam pervenissemus, vere cognovimus Deum misisse Angelum suum, & Petri imitatorem eripuisse de manu omnium qui illi struxissent insidias. Non solum enim fidelis & Christi studiosus populus, regale sacerdotium, gens sancta congruentes acclamationes edebat, & gratias agebat Deo: sed & incredulus etiam & a grege nostro alienus populus Hebræorum, propemodum pueros illos imitatus, clamabat: Benedictus qui venit in nomine Domini: & Crescat fides Christianorum.* IX. Miracula in via.

*Cum hoc igitur honore ex honesta peregrinatione in urbium reginam ingressus est propugnator, ut fortis olim Magnus Athanasius Alexandriam (talia enim de ipso S. Gregorius scripsit) neque enim aliquis arrogantiam ei tribuat. Pallas enim asinæ virum illum portabat: ramuli ac stragula vestis variæ illum excipiebant: alii præcinebant & alii præsultabant. Neque enim solum multitudo puerorum, sed omnium lingua certatim faustis acclamationibus utebantur. Præterea varios plausus & thura quæ incendebantur, & ignes qui ita ubique fiebant, ut* X. Lætitia publica Constantinopolis.

PAGIUS fibus. Inter Veteres Juris Canonici Collectores quos Ecclesia celebrat *Joannes Scholasticus* numerandus. Duas ejus Canonum Collectiones nunc primum editas habemus Tomo II. Bibliothecæ Juris Canonici. Is porro imitatus non est priores Græcas Canonum Collectiones, quæ singularum Synodorum Statuta, sub certis numeris consequenter referebant, sed Canones variorum Conciliorum ad eandem materiam spectantes sub uno titulo posuit; sicque sub quinquaginta titulis omnes fere Canones ordinavit. Ediderat laudatam Canonum Collectionem *Joannes*, dum adhuc esset Presbyter Antiochenus; factusque Patriarcha, *Nomocanonem* composuit, qui extat MS. in Bibliotheca Regia sub nomine Theodoreti Cyrensis Episcopi, quem proinde illius Auctorem credidit Perronius Cardinalis. Verum Justellus in Præfatione *ad Tomum II. Bibliothecæ* Juris Canonici notat, Opus illud *Joanni Scholastico* tribuere omnes alios Codices MSS. Et quidem recte; nam & Canones Apostolicos LXXXIX. laudat, qui *Theodoreti* ætate, nondum in Orientalis Ecclesiæ Codicem relati erant, nec ab aliquo Scriptore Ecclesiastico illius temporis citati reperiuntur. Præterea in *Nomocanone* Ecclesiastici Canones cum Principum legibus, præcipueque cum Justiniani Imperatoris Novellis conferuntur, ideoque hallucinantur, qui Collectionem Canonum *Joannis Antiocheni* ab ejus Nomocanone non distinguunt. Baronius de morte *Joannis* verba non facit, sed anno DLXIV. *num.* XXIX. ait tantum, *eum* sedisse annis duodecim, & mensibus septem, idque habere Nicephori Chronicon. Quare nactus erat Cardinalis doctissimus exemplar Nicephori, in quo error editionis Græcæ Scaligeri, & Græco Latinæ Regiæ non extabat: loco tamen *menses septem*, legendum est, *menses quinque*.

Non diu post Joannis Scholastici mortem S. *Eutychius* in Sedem Constantinopolitanam restitutus est: Theophanes enim anno Incarnat. secundum Alex. DLXX. qui Kalendis Septemb. anni V.

*ut tota urbs ardere videretur. Mitto convivia publica, & nova ædificia, & quæcumque solent civitates efficere, ut gaudium lætitiamque significent: quæ quidem omnia abunde fuerunt exhibita. Tanta profecto vir admirandus & magnus Eutychius exceptus est celebritate, ut cum honorifica multa jam fuerint, nulla post hominum memoriam splendidior extiterit. Illud Isaiæ (a) Prophetæ eximii huic merito congrue dixeris: Adducent fratres ipsorum, id est, viri fideles & pii, Levitas & sacerdotes in splendidis mulis, cum vehiculis in sanctam civitatem munus Domino. An non ita fuit? Immo vero patrem ac pastorem, magistrumque suum fidelis populus duxit in sanctam civitatem novam Hierusalem ac reginam urbium.*

(a) Isai. 66.

XI. *Quis dicendo assequi possit res admirandas, quæ tunc in terra marique gestæ sunt? quomodo mare constratum sit, tergaque sua navibus subjiciens terræ factum fuerit simile, adeo ut sine impedimento possent omnes super ipsum incedere? Nemo enim præ hominum multitudine poterat aquam a terra discernere, & erat terra omnis atque mare labium unum; voxque divina & cælestis omnium simul Domini & creatoris sui Dei gloriam celebrantium. Hæc dicta sunt, ut qui sciunt recordentur, & qui nesciunt discant. Quid porro? prætermittimus ne reliqua? minime vero. Quænam ista sunt? Divino consilio factum est, ut inde discessus principium fuit, inde reditus etiam initium haberet. Cum enim dies festus S. Timothei in Hormisda (ut ante diximus) celebraretur, illinc pius vir sacrificium faciens sublatus est, & ea pertulit quæ passus est. Cum autem cursum explesset tamquam Sol, exultavit ut gigas, currens etiam a summo cæli, & occursus ejus usque ad summum ejus. Rursus enim in Hormisda restitutus est, tamquam sponsus ingrediens in thalamum suum, & non fuit qui se absconderet, aut calore ejus non frueretur. Omnes enim Fideles sanctitatis & gratiæ ejus participes extiterunt vel per visum, vel per tactum: multi etiam per salutationem & dulcem congressum delectabantur; alii per auditum vehementer gaudebant: fama enim ejus paulo post per omnem terram est pervagata. Cum igitur noctem ibi transegisset, mane, sumpto superhumerali, quod secum ipse semper gestabat, cum sancto clero suo in augustam ædem sanctæ & immaculatæ dominæ nostræ Dei genitricis & semper Virginis Mariæ, quæ in Blanchernis sita est, concessit. Illinc erant pii Imperatores Justinus & Tiberius: qui hilari vultu & magno cum honore sanctum virum excipientes, quæ tempori conveniebant, collocuti sunt: & quia dies erat Dominica, & divinum ipse sacrificium erat facturus, eum dimiserunt. Quis non commemoraret hic opportune verba psalmi: (b) Dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat scientiam? Si quis illam tempestatis, & tentationis seu persecutionis diem ac noctem cum hac revocationis & reditus ejus summaque pacis & tranquillitatis die noctèque comparet; magnam sapientiam atque scientiam in utroque tempore negotioque reperiet. Nam in persecutionis tempore sabbatum & hiems erat.*

Imperatores suscipiunt Eutychium.

(b) Psal. 18.

*Vigesimo secundo mensis Januarii die vir sanctus tentus & ejectus fuit, revocatus autem est die tertia mensis Octobris, qui erat Dominica: qua quidem die & illi qui viro sancto insidias struxerant atque eum in exilium ejecerant, Æthérius & Addæus, quorum hic quidem Urbis Præfectus erat, ille autem Antiochiæ Curator, mortui sunt: & quemad-* XII.

PAGIUS

*S. Eutychius anno DLXXVII. in Sedem Constantinop. restitutus*

anni Christi DLXXVII. auspicatur, inquit: *Hoc anno mense Octobri, Indictione undecima a Septembri cœpta; Eutychius Thronum Constantinopolitanam secundo accepit*, ideoque anno Eræ nostræ vulgaris DLXXVII. Eustathius in hujus Sancti Præsulis Vita cap. 7. & seq. de Eutychii Constantinopolim ad Patriarchatum regressu sermonem habet, aitque: *Postquam Christianissimi populi clamores exaudivissent Justinus & Tiberius Imperatores* (Cæsares enim Imperatores appellatos fuisse non semel ostendi) *magna statim cum celeritate & gaudio miserunt generosissimos Scribones* (idest Satellitii Imperatorii Præfectos, ab Imperatoribus ad mandata perferenda, vel exequenda mitti solitos, ut recte ostendit Ducangius in Glossario in voce *Scribones*) *ad Sanctum Virum, ut eum vel invitum ac recusantem reducerent ad Regiam Civitatem*, &c. *Cum gratias egisset* (sc. Eutychius) *& in sancto Monasterio* (sc. Amaseæ) *saepe Thronum resideus, Divinum sacrificium obtulisset* (*dies enim Dominica erat, postquam vitam salutiferæ Crucis memoriam Septembris die decima quarta splendide celebravimus*) *Monasterio, & omnibus in eo habitantibus benedixit, universæque Civitati*, &c. Anno autem Christi DLXXVII. Festum Exaltationis Sanctæ Crucis incidit in feriam tertiam, ideoque dies Dominica in diem XII. Septemb. & die XV. ejusdem mensis *Eutychius* cum Eustathio & sociis viæ se se dedit. In itinere miraculis inclaruit, & Constantinopoli quasi alter Athanasius Alexandriam rediens, exceptus est: *Cum sancto Clero ad Augustam ædem Sanctæ & Immaculatæ Dominæ nostræ Dei Genitricis & semper Virginis Mariæ in Blachernis se contulit; nam illic erant Imperatores Justinus & Tiberius, qui sanctum virum hilari vultu & magno cum honore excipientes, ac tempori tali congrua locuti, dimiserunt, eam, quæ dies Dominica erat, & Divinum sacrificium volebat peragere*. Paulo post ait Eustathius: *Restitutus est tertia Octobris, quæ Dominica erat*, ideoque anno Christi DLXXVII. quo Dominica in diem tertium Octobris cadebat.

*admodum ambo virum sanctum eiiciendum curarunt, ita meritam ambo mercedem acceperunt. In hac igitur die vir optimus & sedem recepit atque Ecclesiam suam, & ipsi privati sunt vitu multis annis antequam ipse revocaretur.* Et post multa de Ætherii persecutoris confessione quæ & superius alia occasione dicta sunt, hæc subdit:

XIII. Eutychius ingressus in Ecclesiam communicat populum & benedicit.

*Cum vir sanctus (ut dictum est) cum Imperatoribus congressus esset, & vix tandem ab eo divelli potuisset; videns populum Christi pastoris sui studiosum sine interpellatione gratias agentem Deo, precatus est eum, ut bonus ipsius esset remunerator. Atque ita cum universo populo fideli in sanctam Dei magnam ecclesiam ingressus est, non sine labore tamen, tamquam in regnum Dei, cum magna premeret multitudo, quæ divinum templum occuparat. Cumque in locum editum ut Moses olim in monte Sinai, ascendisset; sublatis ad Deum manibus populi preces & supplicationes cælesti Deo & Patri offerre, Deique misericordiam ad populum deducere videbatur: neque enim aliud propter populi multitudinem fieri poterat. Tonitrus enim & buccinæ progredientes, id est, aptæ divinorum oraculorum lectiones clarius & vehementius pronunciatæ cum timore & magna compunctione peragebantur. Quid tum? Divina caligo sanctum operuit altare, super quo cum incruentum sacrificium obtulisset, fideli populo distribuit: quæ quidem distributio ab hora tertia ad nonam usque perducta est, cum omnes ab ipso accipere vellent communionem. Quoties enim distribuebat, omnes ad eum sine cessatione concurrebant. Nam qui recte sentire soliti erant, nulla visendi eum satietate afficiebantur: sed quanto quis illi magis hærebat, tanto magis attrahebatur, eodem erga illum effectus modo, quo erga magnetem lapidem ferrum, quod arcana quadam illius vi naturali pertrahitur: ita vir admirabilis omnes qui videndi ipsum studio tenebantur, amanter attrahebat.* Et post multa de virtutibus ejus dicta, hæc etiam de reditu populo admodum proficuo addit:

*Vos qui reditum ejus memoria tenetis, non ignoratis magnam & diuturnam, antequam reverteretur, pestem extitisse: quæ quidem ita sæviebat, ut nisi hic a Deo electus tamquam alter Phinees obstitisset, omne genus hominum atque omnis ætas interiisset. Quomodo autem placatus est Deus? Supplicationibus, quas ipse cum Christi studioso populo adhibuit, a sanctissima magna ecclesia incipiens, usque ad ædem sanctæ & immaculatæ dominæ nostræ Dei genitricis semperque Virginis Mariæ, quæ in Blanchernis colitur. Dum igitur supplicationes ad Christum Deum nostrum, quem ipsa Virgo de Spiritu sancto concepit, fierent; pepercit ille populo Angelumque cohibuit, qui civitatem sine intermissione percutiebat.* Et paulo post: *Ab eo igitur die usque ad beati viri vitæ finem Christus Deus noster a populo provocatus iram cohibuit. Ac reditus quidem ipsius primum opus hoc fecit, quo salutem omnibus communem impetravit, &c.* Pergit Eustathius enarrare complura miracula ab eodem Eutychio Constantinopoli post reditum suum edita, quæ brevitatis causa prætermittimus:

XIV. Eutychius pestem precibus avertit.

PAGIUS VI. *Romani Ditiones Persicæ devastant.*

Theophylactus lib. 3. cap. 15. refert, *Tanchrosrom* Persarum Ducem, ubi se Romanis multitudine longe inferiorem cognovit, Armeniam reliquisse, & per Arzanenam prædabundum domo discessisse: *Mauricius Dux* (qui postea Augustus fuit) *Barbaros Armenia egressos, & Orientem pervastare aggressos cognoscens, totis copiis in Persidem ruit, & ex calore immodico morbum ac dolorem nactus est. Irruptione igitur in Arzanenam facta, Romani, quia deerat, qui vim arceret, ac propulsaret, Aphumos Castellum natura & operibus firmissimum occupant, aliaque insuper castella evertunt, multaque strage in Persas debacchantur, &c. Sic itaque Arzanena Romanorum armis male mulctata, Dux inde excedens, Arabia lusa, non procul a Nisibi, summo velut compendio incursat. Deinde usque ad Tigrim vastitate illata, Curfium & Romanum trans flumen mittit, qui hostium regionem deprædentur, ipse Gingaro Castello subacto, quoniam hyems appetebat, cum copiis in hyberna concedit. Hoc tempore Justinus Romanorum Imperator tabe confectus, moriens, magnam rerum in vita gestarum mercedem est adeptus.* Legenda quæ habet Menander Protector in fine paginæ 124. ab illis verbis *etiamsi Romani, &c.* & toto pag. sequenti, ubi gesta hoc anno a Romanis adversos Persas fusius quam Theophylactus *narrat*, & plura quæ ipse prætermisit, habet. Legenda pariter quæ Baronius anno sequenti num. VIII. ex Agathia de *Chosroe* refert. Hæc enim æstate currentis anni accidere.

VII. *Sclavini Thraciam Longobardi Italiam depopulantur.*

Idem Menander pag. 124. scribit: *Circa quartum Imperii Tiberii Constantini annum centum fere millia Sclavorum in Thraciam irruperunt, & Thraciam multasque alias Regiones prædati sunt. Cæsar misit in Italiam magnam auri quantitatem, usque ad centum triginta pondo, quæ Pamphronius nomine, dignitate Patricius a Senatu Romæ ad Imperatorem attulerat. Is tunc ad Regiam venerat, ut precibus a Cæsare impetraret, ut Italiam a Langobardorum excursionibus oppressam, in libertatem vindicaret. Cæsar vero, cui omnia pro bello Persico nullius momenti erant, quippe qui totus in illud incumberet, exercitum mittere non potuit, neque bellum in Oriente & in Occidente simul sibi gerendum statuit. Sed pecunias dedit Pamphronio, quibus si qua posset, aliquos Langobardorum persuaderet ad Romanos transire, una cum eorum exercitu & Italiam minime turbare. Si Langobardi renuerent, ut verisimile erat, bellatum foris ire, Francorum Ducum aliquos mercede sibi socios adjungeret, & hac ratione Langobardorum potentiam labefactaret & infringeret.* Hinc Abbas Biclariensis ad annum X. Justini Imp. qui juxta ejus sup-

cætera autem de ipso opportunius suo loco dicemus inferius. Ecce sufferentiam (*a*) Sancti audistis, & finem Domini vidistis, quoniam misericors Dominus est & miserator, qui non dat in æternum fluctuationem justo, secundum illud (*b*). *Usque ad tempus sustinebit patiens, & postea redditio jucunditatis*. At de his satis.

(a) Joc. 5. Psal. 54.

(b) Eccl. 1.

Se-

PAGIUS

suppotationem cum majori parte anni Christi DLXXVI. concurrit hanc *Sclavinorum* irruptionem citius quam par erat, narrat.

VIII. *Exordium Regni Orientalium Anglorum.*

Hoc circiter anno cœptum est Regnum *Orientalium Anglorum*, quod a situ & Saxonum differentia *East-Anglia* vulgo nominabatur. Ad Orientem & Austrum Oceano clauditur; ad Occidentem fossato ingenti, quod a Sancto *Edmundo* Martyre nomen habet. Regum ac Principum hujus Regni nemo nomina prodidit, & quicumque illi fuerint, ante fidem Christianam in illud invectam, ad Annales Ecclesiasticos nihil faciunt.

IX. *Alia hoc anno gesta.*

*Pelagius* II. creatur Pontifex Romanus, ut anno superiori dictum. Vinum miraculo divi *Martini* auctum, ut videre est anno DLXXX. *Dacco* & *Dracolenus* in Francia occisi, ut anno DLXXXI. ostendetur.

| JESU CHRISTI ANNUS | PELAGII PAP. II. ANNUS | JUSTINI JUN. IMP. ANNUS |
|---|---|---|
| 579. | 2. | 14. |

I. Sequitur ordine temporis Christi Redemptoris annus quingentesimus septuagesimusnonus, Indictionis duodecimæ: quo Tiberius Imperator Cosrhoen Persarum Regem, evoluto jam triennio icti fœderis, arma moventem adversus Romanum Imperium vicit, eoque mœroria adegit superbum hominem crebris victoriis elatum, ut mori cogeret.

II. Antequam autem rem gestam hic describamus, de annis ejusdem Persarum Regis ratio exquirenda est. Constat ipsum, ex sententia Agathiæ (a) hujus quoque temporis scriptoris, regnasse annos quadragintaocto; hoc vero anno secundo Tiberii Imp. ab eodem superatum, esse morte sublatum, quem testatur inchoasse regnum anno quinto Justiniani Imp. (est is annus Domini quingentesimus trigesimus primus) licet Procopius tradat (b) ipsum non ante septimum ejusdem Justiniani annum regnare cœ-

(a) *Agat. hist. l. 4.*

(b) *Procop. de bello Persic. l. 1.*

---

PAGIUS SÆC. VI. Anno Eræ Hispan. DCXVII. A.C. 579.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6078.

☉ 18. A. ☽ 10. P. 2. April. Indict. 12.

JESU CHRISTI 579.

PELAGII II. PAPÆ 2.

TIBERII CONSTANTINI IMP. 6. & 2.

I. *Consulatus Tiberii Aug.* [1] IS annus hac formula notatur: *Tiberio Juniore Constantino Augusto Consule*, ut habent Fasti Heracliani a Dodvello publicati, & Theophanes, qui anno Incarnat. secundum Alex. DLXXI. Kal. Septemb. superioris Christi anni inchoato de Tiberio scribit: *Amplum Consulare munus in populum sparsit*, Kalendis scilicet Januariis hujus Christi anni. Præterea in Concilio Gradensi, in Patriarchatu Aquilejensi a Schismaticis hoc anno, celebrato, Tiberii Augusti Consulatus illigatur cum Indictione XII. quæ Kalendis Januariis hujus Christi anni in cursu erat. Vide locum hujus Concilii anno DLXXIV. n. VIII. a nobis recitatum. Auctor quidem Chronici Alexandrini habet: *α Ινδ. ιβ μετὰ ὑπ' τὴν ὑπατείαν Κωνσταντίνου Αὐγούστου α*, idest, *anno I. Indict. XII. post Consulatum Tiberii novi Constantini Augusti anno primo*. Verum locus ille corruptus est, delendaque particula illa *μετὰ*, idest *post* ac legendum *anno I. Indict. XII. Consule Tiberio novo Constantino Augusto primum*; Quod non intellexit Ducangius in Notis ad illud Chronicon, quod Magnum Paschale appellavit contendens Tiberii Consolatum in annum sequentem differendum esse, quæ & sententia Onuphrii in Fastis fuit. Marius in Chronico, quia Justini Imperium anno uno tardius consignavit, coactus fuit *Justini* mortem in hunc annum, *Tiberii* vero Consulatum in annum sequentem differre. Contra vero Auctor Chronici Alexandrini, qui sicuti Marius Justini Jun. initium cum anno DLXVI. copulavit annum unum ex Imperio ejus detraxit. Porro, juxta modum loquendi ejusdem Marii, hic annus hac formola notari debet: *Anno I. Consulatus Tiberii Constantini Aug. Indict. XII.*

II. *Agitur de pace Romanos inter & Persas sanciendâ.* A num. I. ad IX. Menander Protector pag. 166. & seqq. refert, *Tiberium Augustum* nihil prætermisisse, ut pacem cum Chosroe Persarum Rege constitueret. In hunc finem *Zacharium*

---

NOTÆ [1] EPitaphium detectum A. D. 1734. in pavimento vetustissimo Ecclesiæ Ravennatis, apud Muratorium tom. 1. pag. CDXXX. 3.

DEPOSITVS EST SVB. DIE. VIII. ID.
IANVARIARVM IND. XII. IMP
ERANTE DNO. CONSTANTI
NO PP. AVG. ANNO QVINTO. ET
CONS. LAT EIVSDEM AN
NO PRIMO

Anno christianæ Epochæ 574. die *septima septembris Tiberius Constantinus* creatus est *Cæsar* a *Justino juniore*. Anno vero 578. die XXVI. Septembris *Augustus* dictus ab eodem Justino, qui paullo post nempe die V. Octobris moritur. Ergo initio anni 579. quo Indictio XII. in cursu erat, annus *quintus* Imperii *Tiberii Constantini* & *primus* Consulatus ejusdem a Kalendis Januarii, habebatur.

Hæc ex alio lapide sepulcrali in plebe S. Zachariæ agri Ravennatis, a Hieronymo Fabro in Sacris monumentis Ravennatibus producto confirmantur. Ita enim apud eum P. 1. pag. 389.

HIC REQVIESCIT IN PACE
GEORGIVS. V.C. ARGENTARIVS
FILIVS PETRI. V.C. ARGENTARII
IVN. QVI VIXIT ANN. PL. M. XVII
DEP. SVB. D. PRID. NONAR. AVG.
IND. XIIII. IMP. DN. N.
TIBERIO CONSTANTINO PP. AVG.
ANN. VII. ET P. C. EIVSDEM. ANNO. III.

Hæ chronologicæ notæ in A. D. 581. conveniunt, & quas ex alio epitaphio dedimus mire suffulciunt. GEORGIUS

cœpisse: quo anno ait perenne illud inter Romanos & Persas fœdus decretum fuisse, cum statim Cosrhoes regnum invasit. Verum Agathias (a) nobis sequendus res Persicas accuratius prosecutus, cujus sententia dicimus Cosrhoen hoc anno victum esse atque defunctum.

(a) Agath. lib. 2.

III. De annis Cosrhois Agathiæ locus emendandus.

Sed corrigendus est locus Agathiæ, ubi conjungit quintum annum Cosrhois Regis cum Justiniani Imp. anno vigesimooctavo: qua ratione dicendum foret, ipsum cœpisse regnare anno ejusdem Imperatoris vigesimotertio, pervenisseque ad annum Domini quingentesimum nonagesimumseptimum: quod utramque pro monstro esset habendum. Nam quomodo dicto anno vigesimotertio potuit inchoasse regnum, cum inferius tradat anno quinto defunctum Cadabem, & regnum cœpisse Cosrhoen? Rursus vero cum constet sub Tiberio mortuum esse; quomodo ad annum Domini nonagesimum septimum post quingentesimum pevenit, cum tunc Mauricius imperaret? Liquet igitur apud Agathiam in annorum numerum mendum irrepsisse, ne accuratum in sui temporis rebus gestis scriptorem hallucinatum dicere quis cogatur, stabili manente ejusdem sententia Agathiæ testantis hoc anno Cosrhoen victum atque defunctum finem imposuisse regnandi. Quæ vero ante obitum Cosrhois præcesserint prœlia, hic ex Evagrio breviter ea prosequente narremus (b):

(b) Evag. li. 5. c. 14. 15.

IV. Bellum a Tiberio gestum contra Cosrhoen.

*Idem Tiberius cum pecuniam male & inique partam ita collocasset, sicut ratio & æquitas postulabat, res ad bellum faciendum necessarias parare, ingentem cogere exercitum virorum facile præstantissimorum tum ex gentibus Transalpinis circiter Rhenum incolentibus, quam ex Cisalpinis, quinetiam ex Massagetis, aliisque ex genere Scytharum; ex Paonia præterea, Misia, Illyria Isauria collectorum: adeo ut prope centum quinquaginta turmas equitum lectissimorum instructas haberet; quorum subsidio Cosrhoen, qui statim post Daram expugnatam tempore æstivo Armeniam invaserat, indeque iter versus Cæsaream urbem Capadociæ primariam susceperat, penitus profligavit. Iste Cosrhoes tam insolenter se gessit adversus Romanum Imperatorem, ut cum Imperator legatos ad eum misisset, illis ne quidem adeundi potestatem facere dignaretur, sed juberet eos Cæsaream usque sequi; ibi namque se consilium de eorum legatione initurum dixit. Postquam vero exercitum Romanum ex adverso sibi occurrentem, & a Justiniano fratre Justini, qui tam miserabiliter interfectus fuit, gubernatum & armis firme munitum, & tubas classicum canentes, & signa ad pugnam sublata, & milites acute vociferantes & in acie pulchro ordine locatos, iram & furorem anhelantes, & tantum & tam egregium equitatum, quantum nemo aliquando ex Imperatorum numero vel ipsa cogitatione conceperit, animadvertit: vehementer obstupefactus præ re tam insperata inexpectataque, ex intimo pectore ingemuit, & prælium exordiri noluit.*

V. Persæ a Romanis victi.

*Eum igitur pugnam differentem, cunctantem, terentem tempus, & callide ludificantem, Curs Scytha, qui dextero cornu exercitus Romani præfuit, adortus est: & cum Persæ impetum ejus ferre non possent,*



PAGIUS *riam* & *Theodorum* quendam Legatos ad Chosroen misit cum Literis humanitatis plenis, significans paratum se esse abstinere ab omni Persarmenia & Iberia, restituere *Aphumum* castellum, & *Arzanicen*; idest, Arzanenen, Persis cedere, modo Oppidum *Daras* pro his omnibus a Persis obtineret. Sed Chosroes *his quæ illi contra sententiam acciderant, perculsus, antevertit, & ad Romanorum Imperatorem Legatum misit, qui jam hyeme ineunte profectus erat.* Is a Persarum Rege ad Imperatorem Literas detulit, *quibus certabat Persarum Rex officio & humanitate.* Antequam Legati Romani ad Chosroen pervenirent, *Pherohdates* Legatus Persicus in Regiam Urbem advenavit, & postquam cum Tiberio Augusto sermones habuit de his, quæ prius ad Legatos suos scripserat, *discessit a Byzantio Pherordates. Romani & Persæ sane pacem fecissent, nisi Chosroes ex hominum numero sublatus, & Hormisdas ejus filius (sceleratus hic vir fuit) Cidari redimitus fuisset. Neque ego sum in alia opinione, quin pax stabilita fuisset, si adhuc superstite Chosroe Zachariam & Theodorum Legatos advenisse in Persidem contigisset. Etenim tunc temporis nondum adhuc Syriam transgressi erant, neque tamen quicquam ideo ex eorum Legatione mutatum est. Itaque Litera ab Imperatore illis reddita sunt, ut continuarent iter. Sibi quidem nunciatum esse, inter id temporis Chosroem mortem obiisse. Verum tamen se esse eodem in filium animo, & paratum secundum ea a bello discedere, neque propterea omitterent Persas captivos, libertate donatos in manus Regis Persarum tradere.* Ita Menander Protector.

III. Moritur Chosroes Persarum Rex.

Mortuus est autem *Chosroes* hoc anno, ut recte Baronius habet. Theophylactus enim lib. 3. cap. 16. ubi de Justini Junioris Imp. decesso qui die V. Octobris superioris anni contigit, verba fecit: *Veris autem*, inquit, *principio Chosroes Persarum Rex morbo irretitus, vita modum imposuit, Hormisda filio successore appellato, qui morum sævitia paternam impietatem superavit: homo violentus ac furens, & inexplebilis avaritia.* Quare cum anno DXXXI. Chosroes Regnum inierit, recte scripsit Agathias lib. 4. pag. 140. eum *per octo & quadraginta annos* Regno potitum esse. Baronius quidem num. III. dicit, corrigendum esse locum Agathiæ lib. 2. conjungentis quintum Chosrois Regis annum cum anno Justiniani vicesimo octavo. In editione Regia pag. 66. legitur *annus XXV. Chosrois*, loco *anni quinti*; sed utrobique mendose, ut liquet ex dictis anno DLII. num. XIV. ... ubi illum Agathiæ locum restitui.

Za-

*sent, sed aciem penitus desererent, Curs magnam cædem hostium fecit. Postremum agmen a tergo invadit, ubi apparatus tum Cosrhoes, tum totius exercitus locatus fuit. Capit thesaurum Regis universum, & omnem præterea apparatum bellicum, idque Cosrhoe spectante, tolerantèque, atque hoc potius perpetiendum arbitrante, quam Curs impetu facto in ipsum irrueret. Curs igitur cum suis magna pecunia vi & multis spoliis potitus est: jumenta cum sarcinis, inter quas ignis fuit, quem pro Deo colunt Cosrhoes, abducit: atque Persarum exercitu repulso, latum pæana canens, sub crepusculum redit ad suos, qui jam stationes, in quibus ordine locabantur, reliquerent. Et adhuc neque Cosrhoes, neque illi præliari cœperant, sed quadam duntaxat velitares pugnæ factæ sunt, sicubi singuli ex utroque exercitu (ut fieri solet) cum singulis congrederentur. Cosrhoes autem ingenti ergo accenso, nocturnum prælium instituit. Ac cum Romani duos haberent exercitus, illum qui versus Septentrionem erat, intempesta nocte adoritur, Melitinam urbem sitam in proximo præsidiis nudatam ac prorsus desertam a civibus invadit: qua igne absumpta, parat se ad flumen Euphratem trajiciendum.*

VI. *Ubi vero copiæ Romanorum in unum coacta eum sequi cœperunt, ipse metuens de salute sua, conscenso elephanto, fluvium transmittit: magna autem pars exercitus sui, tranando flumine, undis obruta est: quam submersam cum accepisset, mature discessit. Itaque Cosrhoes hoc postremum supplicium pro insana temeritate contra Romanos admissa luens, una cum suis qui supererant, in Orientem revertit. Ibi autem pactas habuit induciæ, ne quis eum invaderet. Justinianus vero incursione cum toto exercitu in fines ditionis Persarum facta, tota hieme ibi commoratus est, nemine quicquam omnino ei exhibente molestiarum: circiter vero solstitium æstivum rediit, nulla parte exercitus amissa; atque in finibus, quibus Romanorum & Persarum Imperium terminatur, tam magna vitæ prosperitate & rerum gestarum gloria totum æstatis tempus contrivit. Cosrhoes autem ingenti doloris cumulo appressus, animo fracto & ancipiti cura debilitato languens, crebris denique & variis ægritudinis fluctibus demersus, miserandum in modum interiit; ac legem quam scripsit, ne Rex Persarum in posterum contra Romanos arma ferret, velut sempiternum suæ fugæ monumentum post se reliquit. Quo extincto, Hormisdas ejus filius regnum capessit.* Hucusque Evagrius de Romanorum bello cum Persis, quod biennii temporis spatio confectum est. Cosrhoes mœrore consumptus moritur.

VII. At quod spectat ad interitum Cosrhois, aliqua habet Agathias, quæ in ipso Evagrio desiderari videntur: cujus res præ oculis habentis atque puro stylo easdem prosequentis haud est auctoritas contemnenda. Admiratus vero ipse mirabilem Dei potentiam, quomodo post tot annorum curricula ipsi Cosrhoi quam felicissime evoluta, respexit Deus tandem in mentem illam magnam, in Regem Assyriorum, eumque e solio detraxit, in terramque prostravit; ejusmodi de eodem Cosrhoe habet ad calcem orationem (a): *Illud* (inquit) *in præsentia dixerim, per octo & quadraginta annos, quibus potitus Imperio est, quam multas hunc retulisse victorias, & eo magnitudinis evasisse, ut nullus priorum apud Persas Regum fuisse huic similis comperiatur: vel si cum singulis eum quis conferat, ne Cyrum dicam, Cambysi huic parem facturus sit; sed ne Xerxem quidem ipsum, quem mare ferunt contabulasse, æquabileque id reddidisse, & navigabiles montes. Cosrhoes igitur etsi magnitudine cæteros anteivit, vi-* (a) Agath. lib. 4.

PAGIUS IV. Legatio Tiberii Aug. ad Hormisdam.

*Zacharias & Theodorus Tiberii Augusti Legati cum in Persidem venissent ad Persarum Regem qui recenter ad Thronum Regium ascenderat, sunt introducti*, inquit Menander Protector pag. 168. *Spem habebant sibi multum honoris & humanitatis impartitum iri, quamvis, ut sibi honos haberetur, non valde laborabant.* Verum postquam Literas ab Imperatore tradidissent, & captivos reddidissent, *cum eos Persa nulla liberali & benigno sermone affati essent, distulerunt.* Denuo tamen Persarum Rex Legatos excepit, sed acerbe admodum, & arroganter habuit, tandemque ait: *Sciant Romani me non ullis conditionibus pacem fieri permissurum, quam si persolvant omnes pecunias, quas Justinianus singulis annis nobis pendere erat solitus. Hac insolenti oratione Hormisdas usus, vix tribus demum post mensibus elapsis, quibus Zacharias & Theodorus in Perside fuerunt, missionem obtinuerunt.* Tiberius tamen, qui bellum contra Persas finire in animo habebat, iterum *Zachariam* elegit, qui in Persia constitit ad limites Romanorum & Persarum. Eo Persarum Rex *Andigan* virum admodum prudentem misit, qui una ad *Daras* convenerunt. Sed *Andigan* non aliter egit cum *Zacharia*, quam ante eum *Hormisdas* ejus Rex. Hæc fusius Menander Protector citatus. De eadem Legatione ad Hormisdam loquitur Theophylactus lib. 3. cap. 17. additque *Hormisdam* consuetudinem significandæ inaugurationis neglexisse, *ut qui Tiberium honore hoc non dignaretur.*

V. Chosrois doctrina excultus veterissimus. Baronius num. I. ait, Procopium Regni *Chosroes* initium perperam consignasse, ac scripsisse, ipsum non ante septimum Justiniani annum, quo asserit, inter Romanos & Persas pacem sancitam fuisse, *Chosroem* regnare cœpisse. Verum, ut anno DXXXIII. num. V. jam observavi, Procopius asserit, pacem illam compositam esse *anno VI.* Justiniani Imp. non vero *anno VII.* ut in mendoso quodam Procopii Codice legerat Baronius. Pax itaque illa, initio anni Christi DXXXIII. constituta, primis Chosrois Regis annis, non vero Regni ejus initio, quod etiam

*vitæ tamen est exitum ut calamitosum & inglorium nactus, ita & alienissimum a sui temporis Principum fine.* De ipsius vero Cosrhois obitu ejusmodi habet historiam:

VIII. De obitu Cosrhois ex animi mœrore Agath. sententia. *Is namque cum interea circa Carduchios montes æstivo tempore, in Thamanorum vico quodam, vitandi æstus ob gratiam, & ob locorum temperiem secedendo diversaretur: Mauritius Pauli per Tiberium Constantinum Romanorum Imperatorem Orientalibus copiis præesse jussus, in Araxanum agrum incursionem de improviso fecit, qui utique contiguus erat circumjectis vico, ubi Rex erat Persarum, castellis & agris protinus & intrepide devastatis, Zirma flumine trajecto, in anteriora processit, & proxima quaque depopulatus, igne demum succendit. Cum is itaque urmis igneque omnia pervastaret, Cosrhoes ipse (non enim longe aberat, quam ut in altum evectam lateque diffusam flammam intueretur) hostilibus perinde incendiis insuetus, haudquaquam ejus prospectum tulit: unde pudore simul ac formidine perculsus, nec hostibus obviam ivit, nec quoquam pacto injuriam vindicavit: sed præter modum ex ea clade ingenti dolore perculsus, ac sui prorsus desperans, morbo statim insanabili quodam corripitur: unde quam celerrime ac per manus elatus, ad Seleuciam Ctesiphontem regiam fertur; & in fugæ morem facta discessione non longe post vitam finivit.* Hæc Agathias. Ita Deus tumentes fluctus exiguæ arenæ obice in gracilem spumam convertit, cum dispergit (a) superbos
(a) Job. 40. in furore suo, & respiciens, omnem arrogantem humiliat. Hæc in Oriente. Jam vero quæ memoria digna facta sint in Occidente, videamus.

IX. Martyres necati a Longobardis. Hoc eodem anno (ut ex S. Gregorio possumus intelligere) contigit octoginta martyrum coronis Ecclesiam illustrari. Ad hunc enim annum referenda sunt, quæ idem S. Gregorius de his scribit (b) in Dialogis tertio sui Pontificatus anno, dum ante annos quindecim eadem contigisse affirmat, ubi hæc ait: *Ante hos ferme annos quindecim (sicut hi testantur qui interesse potuerunt) quadraginta rustici a Longobardis capti carnes immola-*
(b) Greg. dial. l. 3. c. 27. 28.

*titias comedere compellebantur. Qui cum valide resisterent, & contingere cibum sacrilegum nollent: cœpere Longobardi qui eos tenuerant, nisi immolata comederent, mortem eis minari. At illi æternam potius vitam quam præsentem ac temporariam diligentes, firmiter persisterunt, atque in sua constantia simul omnes occisi sunt. Quid itaque isti, nisi veritatis martyres fuerunt, qui ne vetitum comedendo conditorem suum offenderent, elegerunt gladiis vitam finire?*

*Eodem quoque tempore, dum fere quadraginta captivos alios Longobardi tenuissent, more suo immolaverunt caput capræ diabolo, hoc ei per circuitum currentes, & carmine nefario dedicantes. Cumque illud ipsi submissis cervicibus adorarent, eos quoque quos ceperunt hoc pariter adorare compellebant. Sed ex eisdem captivis maxima multitudo, magis eligens moriendo ad vitam immortalem tendere, obtemperare jussis sacrilegis noluit, & cervicem quam semper Creatori flexerat, creaturæ inclinare contempsit. Unde factum est, ut hostes qui eos ceperant, gravi iracundia accensi, cunctos gladiis interficerent, quos in errore suo participes non haberent.* X. Alii Martyres sub Longobardis.

*Quid ergo mirum si erumpente persecutionis tempore illi martyres esse potuissent, qui in ipsa quoque pace Ecclesiæ semetipsos semper affligendo, angustam martyrii tenuerunt viam; quando ingruente persecutionis tempore, hi etiam meruerunt martyrii palmam accipere, qui in pace Ecclesiæ latas hujus sæculi vias sequi videbantur?* Hæc quidem tunc facta. Postea vero licet Longobardi esse hostes perseverarint, nullum tamen fidei causa negotium facessere consuevere: nam paulo post Petrus diaconus hæc interloquitur: *Super indignos nos divinæ misericordiæ dispensationem miror, qui Longobardorum sævitiam ita moderatur, ut eorum sacerdotes sacrilegos, qui esse se Fidelium quasi victores vident, Orthodoxorum fidem persequi minime permittat.* Ad hæc Gregorius: *Hoc, Petre, facere plerumque conati sunt, sed eorum sævitiæ miracula superna restitere.* Hæc vero quæ inculcat, idem demonstrat exemplis, de quibus nos alias. XI.



PAGIUS etiam non affirmat Procopius. Agathias lib. 4. pag. 66. de Chosroe tradit: *deprædicant illum atque admirantur supra ipsius meritum non tantum Persæ, sed & nonnulli Romanorum, veluti Literarum amatorem, quique ad Philosophiæ nostræ culmen evaserit.* Sed subdit Agathias, se nequaquam credere eum summa doctrina præditum fuisse; cum barbaram vitæ genus sectatus sit, & in agresti ac ineptissima lingua *penitus veterum nominum & nativa gratia* conservari non possit. Ex morte interim *Chosrois* ab Agathia memorata colligo, Agathiam ante currentem annum Historiam suam, quam ad annum usque Christi DLIX. tantum perduxit non publicasse, nec absolvisse. Tam *Agathiam* vero, quam *Procopium*, ac *Menandrum* Protectorem Christianos fuisse, ipsi tam manifeste in suis Operibus indicant, ut mirer id a quibusdam Recentioribus negatum. Baronius a num. IV. ad finem fere num. VI. recitat ex Evagrio historiam de *Chosroe*, a *Justiniano* Romanorum Duce reportatam; sed revocanda est ad annum DLXXV. quo de ea locuti sumus. Nam ideo Evagrius hac victoria narrata, de *Chosrois* morte loquitur, quia prætermisit quæ postea inter Romanos & Persas gesta sunt, quæ nos eo

XII. *Longobardorum superstitio.*

Quod autem spectat ad hujusmodi aliquot Longobardorum idololatriam, qua caput capræ immolantes venerarentur: est de his ejusdem Gregorii Papæ querela ad Reginam Francorum Brunichildem de quibusdam licet Christianis in eodem tamen errore perseverantibus. Sed audi ejus verba (a): *Hoc quoque pariter hortamur, ut cæteros subjectos vestros sub disciplinæ debentis moderatione restringere, ut idolis non immolent, cultores arborum non existant, animalium capitibus sacrificia sacrilega non exhibeant: quia pervenit ad nos, quod multi Christianorum & ad ecclesias occurrant, & quod dici nefas est, a culturis dæmonum non discedunt.* Hæc Gregorius Papa.

(a) Greg. l. 7. ep. 7.

XIII. *Theodoberti & Sigeberti interitus.*

Hoc ipso anno, cum pax inita inter Francorum Reges, post anni unius elapsum curriculum, novi belli obice turbaretur, conspirantibus in Sigebertum Chilperico ac Guntheramno, prœlio Theodobertus filius Chilperici victus occiditur. Victor vero Sigebertus Rex Francorum hoc eodem anno, cum in regno decimumquintum annum ageret, dolo impiæ Fredegundis, dum adversus Chilpericum germanum suum Regem iterum certamen parat, per sicarios necatur annos ætatis agens quadraginta. Hæc ex Gregorio, qui fusius rem gestam prosequitur (b): atque ubi primum de nece Theodoberti pœnas luentis nefandorum scelerum, quæ (ut vidimus) a militibus sibi subditis in Dei Ecclesias Ecclesiasticasque personas sunt perpetrata, narravit; hæc de nece habet Sigeberti, quam incurrit, quod audire noluerit S. Germanum Parisiensem Episcopum (c): *Misit Sigebertus, qui fratrem suum Chilpericum in supra memorata civitate Rothomagensi obsiderent, ipse illuc properare deliberans, Cui S. Germanus Episcopus dixit; Si abieris, & fratrem tuum interficere nolueris vivus & victor redibis; si aliud cogitabis, morieris, Sic enim Dominus per Salomonem dixit (d): Foveam quam fratri tuo parabis, in eam corrues. Quod ille, peccatis facientibus, audire neglexit. Veniente autem illo ad villam, cui nomen erat Victoriacum, collectus est ad eum omnis exercitus, impositumque super clypeum sibi Regem statuunt. Tunc duo pueri cum cultris validis, quos vulgo scramasaxos vocant, infectis veneno maleficati a Fredegunde Regina, cum aliam causam se gerere simularent, utraque ei latera feriunt. At ille vociferans atque corruens, non post multo spatio amisit spiritum.* Hic finis Sigeberti Dei sacerdotem non audientis, cum alioqui optimi Regis & vere Christianissimi sæpe antea egregium specimem ediderit: ut plane inter maxime pios Principes collocandus fuisset, nisi furor ille belli civilis ejus animum invasisset: quamvis enim sæpe provocatus illud invitus visus sit suscepisset; ubi tamen semel atque iterum excitaretur, eo impetu ferri se sivit, ut Dei contemnens monita sacerdotis, in eam insidiarum foveam præceps incurrerit.

(b) Greg. l. 4. c. 50.

(c) Greg. l. 4. c. 15.

(d) Prov. 26.

*Sigeberti Regis obitus.*

XIV.

Commendatur inter alia ejusdem pietas Regis in colendis Dei servis, monasteriisque construendis a Jona in scriptione qua prosecutus est res gestas (e) sancti Columbani Hiberni egregiæ sanctitatis viri, cujus opera magnopere in Galliis atque etiam in Italia propagatus est monachismus, ut ejusdem viri sancti Acta demonstrant.

(e) Sigeb. de Script. Eccl. c. 41. extat apud Bed. t. 3. Sur. t. 6 die 21. Novembr.

XV.

Sed quidnam memoria dignum acciderit hujus Sigeberti Regis tempore (quoto autem anno ejus regni, nescitur) cuidam Childerico qui apud eumdem Regem primum locum obtinebat, hic tibi historiam perpetuis dignam monumentis intexendam putamus. Narrat eam Gregorius istis verbis (f): *Aquensibus concessus est inclytus athleta Metrias, vir in corpore juxta historiam actionis magnificæ sanctitatis, & licet ditione servus, liber tamen justitia: qui (ut ferunt legentes certaminis ejus textum) peractis cursu boni operis, a sæculo victor abscedit, sæpius se in cælis degere virtutibus manifestis ostendens. Tempore igitur quodam, cum Francus Episcopus hujus municipii Ecclesiam gubernaret; Childericus, qui tunc primus apud Sigebertum Regem habebatur, villam ejus competit, dicens, quia injuste ab Ecclesia Aquensi retineretur. Ac dictis citius convenitur Episcopus, datisque fidejussoribus, in præsentia Regis adsistit, clamans & obsecrans ut Rex ad hujus causæ audientiam præsen-*

(f) Greg. Turon. de Glor. conf. cap. 1.

*Franco Aquensis Episc. tuetur jura Ecclesiæ.*

PAGIUS ex Theophylacto, aliisque, suis locis exposuimus.

VI. *Sigibertus Rex Francorum occisus.*

A num. XIII. ad XVIII. Anno quingentesimo septuagesimo quarto bellum, quod inter *Guntramnum*, *Chilpericum*, & *Sigibertum* germanos Francorum Reges gerebatur, sopitum fuerat, sed anno DLXXV. *Sigibertus* rursus illud renovavit, ut tradit Toronensis lib. 4. cap. 45. Sanctus *Germanus* Parisiensium Episcopus prædixit fore, ut si mortem *Chilperici* fratris optaret, in foveam corrueret, quam eidem paraffet, idque revera accidit; cum enim impositus clypeo *Victoriaci* Rex ab omnibus acclamatus fuisset, a duobus sicariis, quos uxor Chilperici, *Fredegundis* ad illud facinus intulerat, cultris veneno infectis occisus est. Qua de re legendus Turonensis lib. 4. cap. ult. & Anonymus de gestis Regum Francorum cap. 32. qui addunt, eum necatum *anno XIV. Regni sui ætate quadragenaria*, quod & Fredegarius in Epitome cap. 72. etiam habet. Marius quidem in Chronico Sigiberti cædem in annum DLXXVI. differt; sed ei in re non magis audiendus, quam cum mortem *Theodeberti* Austrasiorum Regis

*sententiam suam averteret, ne cælesti judicio condemnetur; addens: Scio enim virtutem Metri beati viri, quod velociter in pervasorem suum irrogat ultionem. Denique coniunctis Auditores causam discutiunt. Insurgit Childericus, & improperans criminibus exacerbatum Episcopum, quod res fisci ditionibus debitas iniquo ordine retineret: extrahi eum a judicio jubet; & eumdem ablata per judicium præsentium villa trecentis aureis condemnavit. Favebant ei omnes, nec quisquam contra voluntatem ejus audebat decernere, nisi quod eidem libuisset.*

XVI. *Denique condemnatus, spoliatusque sacerdos ad urbem rediit, atque prostratus in oratione coram sepulcro Sancti, dicta psalmi capitello, ait: Non hic accendetur lumen, neque psalmorum modulatio canetur, gloriosissime Sancte, nisi prius ulciscaris servos tuos de inimicis suis, resque tibi violenter ablatas Ecclesiæ sanctæ restituas. Hæc cum lacrymis effatus sentes cum acutis aculeis super tumulum projecit: Egressusque clausis ostiis, similiter in ingressu alias collocavit:* typus is erat derelicti penitus loci. *Nec mora corripitur pervasor a febre, decumbit in lectulo, exhorret cibum, fastidit & potum; profert æstuans juge suspirium: cui etiam si interdum ab ardore febris sitis accederet, aquam tantam, nihil aliud hauriebat. Quid plura? in hac ægrotatione integrum duxit annum, sed mens prava non flectitur: interea labitur cæsaries cuncta cum barba, ita & omne caput remansit, nudum ut putares eum olim sepultum, nuper ejectum fuisse post funera de sepulcro.*

Childericus dat pœnas patrati sceleris.

XVII. *His & talibus miser afflictus malis, sero recogitat, dicens: Peccavi, eo quod expoliaverim Ecclesiam Dei, atque Episcopo sancto intulerim injuriam. Nunc autem ite quantocyus, & reddita villa, sexcentos aureos super tumulum Sancti deponite: est enim mihi spes, quod res reddita tribuat ægrotanti medelam. Quod audientes homines ejus, accepta pecunia fecerunt sicut eis fuerat imperatum. Reddiderunt agrum, solidosque super sepulcrum servi Dei posuerunt. Sed cum hoc fecissent, statim ille in loco quo erat, spiritum exhalavit, lucratusque est detrimentum animæ per adeptionem acquisitionis iniquæ. Episcopus autem obtinuit ultionem de inimico Ecclesiæ, quam promiserat futuram per athletæ Dei virtutem.* Hucusque Gregorius, ostendens renovatum Antiochi exemplum, qui licet in extremis positus violati templi Dei pœnitentiam præsetulerit, ablataque restitui præcepisset, ab ægritudine tamen qua detinebatur, haud valuit convalescere. Hæc tempore Sigeberti, quem hoc anno vita functum diximus.

XVIII. Sed quid insuper statim post obitum ejusdem Regis acciderit violatori Ecclesiasticæ immunitatis, ab eodem Gregorio accipe res ob oculos positas enarrante: (a) *Cum vero* (inquit) *interempto Sigeberto Rege, Chilpericus regnum exemptus ab imminenti morte recepisset: Roccolenus cum Cenomanicis graviter civitatem Turonensem opprimebat, ita ut cuncta devastans, nullam spem alimoniæ in domos Ecclesiæ vel pauperum hospitiola relinqueret. Postera autem die legatos ad civitatem mittit, ut homines qui propter culpam minime nobis incognitam ad Sancti basilicam residebant* (quod illic confugisset Guntheramnus Dux, qui dicebatur occidisse Theodobertum) *extraherentur a clericis. Quod si differatur fieri, universa promittit incendio concremari. Et nos hæc audientes, mœsti valde basilicam sanctam adimus, & beati auxilia flagitamus; statimque paralytica, quæ per duodecim annos fuerat contracta dirigitur. Ipse vero Roccolenus ulteriorem ripam aggressus, morbo confestim regio sauciatur, atque ab inflationibus Herodianis* (*quas enarrare longum videtur allisas, & sicut cera a facie ignis guttatim defluens, quinquagesima die ab hydrope conflatus interiit.* Hæc Gregorius, qui Herodianum appellat morbum, quo nefandus Herodes interiit. Subdit vero his ista: *Sed nec hoc sileo, quod illo tempore alveus fluvii nutu Dei, vel virtute beati viri absque pluviarum inundationibus repletus, hostem, ne civitatem læderet, transire prohibuit.* Hæc ipse: qui

(a) Greg. Turon. de mirac. S. Martini l. 2. c. 27. Roccolenus sacrilegus dat pœnas.

PAGIUS gis in annum DXLVIII. *Theodebaldi* vero filii, ac successoris in annum DLV. conjicit. Cointius anno DLXXV. num. II. recte eo Christi anno *Sigeberti* Regis mortem recitat, Mariumque arguit, quod eam anno uno serius retulerit. At inde intelligere poterat, Marium in anno mortis *Theodeberti* Regis etiam errasse, cujus tamen ipse sententiam amplexus est. Præterea scribit Cointius, Turonensem in suis numeris a se ipso nonnunquam discrepasse, ut, inquit, *cum annos viginti novem a transitu Theodeberti Regis, ad exitum ipsius Sigeberti computat*. Verum Turonensis a semetipso non dissentit, sed *Theodebertum* anno DXLVII. demortuum, ostendit & Marii sententiam, quam Cointius aliique passim secuti sunt, a veritate alienam esse demonstrat; cum ab eo Christi anno, ad DLXXV. quo *Sigibertum* peremptum esse nunc inter omnes convenit, anni XXIX. & quidem utrimque incompleti intercurrant; ab anno vero DXLVIII. quo *Theodeberti* Regis obitus a Mario collocatur, ad DLXXV. anni tantum XXVIII. utroque extremo incompleto numerato, intercurrant.

VII. Audita *Sigeberti* Regis nece, *Brunichildis* hujus uxor quæ Lutetiæ cum liberis suis residebat, animo fluctuabat, ignara quomodo se suamque prolem a præsenti periculo liberaret: Gu-

*Childebertus II. succedit patri.*

qui de superbia Ruccoleni & de ejus miserando interitu alibi (*a*) pluribus agit: ubi post multa, rursus ad ea quæ hoc anno facta sunt, revocat orationem, sic dicens (*b*):

(*a*) Greg. Tur. hist. Franc. l. 5. c. 1. & 4.

XIX. (*b*) Gregor. Tur. l. 5. c. 6. Miracula ad sepulcrum S. Martini.

*Anno vero quo supra, idest, quo mortuo Sigeberto, Childebertus ejus filius regnare cœpit, multæ virtutes ad sepulcrum beati Martini apparuerunt, quas in illis libellis scripsi, quos de ipsius miraculis componere tentavi: & licet sermone rustico, tamen celari passus non sum quæ aut ipse vidi, aut a Fidelibus relata cognovi. Hic tantum quid negligentibus evenerit, qui post virtutem cælestem terrena medicamenta quæsierunt, exolvam: quia sicut per gratiam sanitatum, ita & per castigationem stultorum virtus ejus ostenditur. Leonastes Biturigis Archidiaconus, decidentibus cataractis, lumine caruit oculorum. Qui cum per multos medicos ambulans nihil omnino visionis recipere posset, accessit ad basilicam beati Martini, ubi per duos aut tres menses consistens, & jejunans assidue, lumen ut reciperet, flagitabat. Adveniente autem festivitate, clarificatis oculis, cernere cœpit. Regressus vero domum, vocato quodam Judæo, ventosas, quo earum beneficio oculis lumen augeret, humeris superponit: decidente vero sanguine, rursus in recidivam cæcitatem redigitur. Quod cum factum fuisset; rursus ad templum sanctum regressus est: ibique iterum longo spatio commoratus, lumen recipere commeruit.* Ita ante punitus, dum a Judæo petiisset suppleri, quod a sancto Martino videri poterat prætermissum. Et inferius de sanctis viris hoc anno defunctis ista subiicit (*c*):

(*c*) Greg. Tur. hist. l. 5. c. 7.

XX. Senoch presbyteri obitus.

*Sed & illud commemorare libet, qui vel quales viri hoc anno a Domino sunt vocati.* Nempe Senoch presbyter virtutibus clarus, de quo ait: *Benedictus Senoch presbyter, qui apud Turonos morabatur, hic migravit e sæculo. Fuit genere Thessalus, & in Turonico clericus factus, in cellulam, quam ipse inter parietes antiquos composuerat, se removit, collectisque monachis, oratorium, quod multo tempore dirutum fuerat, reparavit. Idem super infirmos multas virtutes fecit, quas in libro vitæ ejus scripsimus.* Hæc ipse. Subdit de transitu sancti Germani Episcopi Parisiensis his verbis (*d*):

(*d*) Gregor. ibid. c. 8.

XXI. Transitus S. Germani Episc. Parisiensis.

*Eodem anno & beatus Germanus Parisiorum Episcopus transiit: in cujus exequiis multis virtutibus, quas in corpore gesserat, hoc miraculum confirmationem fecit. Nam carceratis acclamantibus, corpus in platea aggravatum est, solutisque iisdem, rursum sine labore levatur. Ipsi quoque qui soluti fuerunt, in obsequium funeris usque ad basilicam, in qua sepultus est, liberi pervenerunt. Ad sepulcrum autem ejus multas virtutes, Domino tribuente, credentes experiuntur: ita ut quisque, si justa petierit, velociter exoptata reportet. Si quis autem strenuus virtutes illius, quas in corpore fecit, sollicite vult inquirere; librum vitæ illius, qui a Fortunato presbytero compositus est, legens, cuncta reperiet.* Hæc sanctus Gregorius.

XXII.

Porro epitaphium ejus a Chilperico Rege fuisse conscriptum, Aimoinus affirmat his verbis (*e*): *Ingrediente autem postmodum Chilperico Rege in urbem Parisiacam, sequenti die postquam Rex ingressus est civitatem, paralyticus qui in portico basilicæ sancti Vincentii (in qua beatus Germanus requiescit in corpore) residebat, dirigitur: mane autem facta, spectante populo, beato Antistiti gratias referebat. Quod cum Regi nunciatum fuset, magna cum devotione illuc adveniens, & tanto gavisus miraculo, ejus epitaphium his distichis rhythmice composuit:*

(*e*) Aimoin. l. 3. c. 10.

Epitaphium S. Germani.

*Ecclesiæ speculum, patriæ vigor, ara reorum,*
*Et pater & medicus, pastor, amorque gregis,*
*Germanus virtute, fide, corde, ore beatus*
*Carne tenet tumulum, mentis honore polum.*
*Vir cui dura nihil nocuerunt fata sepulcri:*
*Vivit enim: nam mors quem tulit, ipsa timet.*
*Crevit adhuc potius justus post funera: Nam qui*

*Fi-*

PAGIUS *Gundobaldus Dux*, inquit Turonensis lib. 5. cap. 1. *apprehensum Childebertum filium ejus parvulum furtim abstulit, ereptumque ab imminente morte, collectisque gentibus, super quas pater ejus Regnum tenuerat, Regem instituit, vix lustro ætatis uno jam peracto, qui die Dominici Natalis regnare cœpit*. Sive ut loquitur Guntramnus ejus patruus apud Turonensem lib. 8. cap. 4. *Rex in die sancto Dominicæ Nativitatis est elevatus*. Errant tamen communiter Scriptores Gallici, dum initium Childeberti Regis, a die Natali Christi anni DLXXV. deducunt; in publicis enim Monumentis exordium Principatus Childeberti II. non a die quo Rex solemniter elevatus est, sed ab eo, quo *Sigibertus* pater ejus occubuit, desumitur, ut anno DLXXXVII. num. XII. certo argumento demonstrabo.

VIII. *Moritur S. Germanus Epis. Parisiensis.*

A num. XXI. ad XXIV. Turonensis lib. 5. cap. 8. referens quæ anno primo Childeberti II. contigere, ait, *sanctum Germanum* Episcopum Parisiensem vitam cum morte commutasse, & Venantius Fortunatus in ejus Vita tradit eum *quinto Kalendas Junias* ad Deum migrasse. Quare mors sanctissimi hujus Præsulis pertinet ad annum quingentesimum septuagesimum sextum. Episcopatum Parisiensem iniit

cir-

* superna.

*Fictile vas fuerat, gemma superba * micat.*
*Hujus opem ac meritum mutis data verba loquuntur,*
*Redditus & cæcis prædicat ore dies.*
*Nunc vir Apostolicus rapiens de carne trophæum,*
*Jure triumphali consider arce throni.*

Hactenus a Rege scriptum epitaphium. Excultum quidem fuisse ipsum Regem poeticis litteris, testatur Venantius Fortunatus, atque Gregorius Turonensis. Subdit vero idem scriptor: *Factaque illi prædictus Rex oblatione solemni, munificentia reguli, ad propria redit.*

XXIII. Delegisse potissimum visus est ad sepulturam S. Germanus Ecclesiam S. Vincentii, quod sacras reliquias ab Imperatore Justiniano acceptas, cum rediit Hierosolymis, illic (ut idem testatus (*a*) auctor) collocaverat, nempe spineæ coronæ Domini nostri Jesu Christi partem, sanctorumque Innocentium reliquias, necnon S. Georgii martyris celeberrimi brachium. At qui vivens miraculorum virtute resplenduit sanctus Germanus, in cælum scandens majoribus fulgoribus coruscavit, ut quæ a Gregorio & Fortunato & aliis de ipso sunt scripta testantur. Dies vero natalis ejus anniversaria veneratione celebris ab Ecclesia Catholica custoditur. Successit autem sancto Germano Ragnemodus, sive Regnamundus: de quo, cum esset diaconus, Gregorius narrat (*b*); liberatum a morbo, hausto diluto pulvere collecto a sepulcro S. Martini. Subdit his etiam idem Gregorius, hoc item anno migrasse e vita Caluppam reclusum, cujus res gestas alibi scriptis mandavit, agitque de Patroclo ejusdem vitæ instituto ad magnum sanctitatis culmen evecto: quos omnes anniversaria commemoratione Dei Ecclesia colere consuevit.

(*a*) *Aim. l. 3. c. 9.*

(*b*) *Greg. mirac. S. Martin. l. 2. c. 12.*

XXIV. De Judæorum conversione. Ad postremum vero quæ de Judæorum conversione Arverni per ejus civitatis Episcopum S. Avitum facta hoc itidem anno narrat, ipsius hic verbis reddenda putamus. Ait enim (*c*): *Et quia semper Deus noster sacerdotes suos glorificare dignatur: quid Arverni de Judæis hoc anno contigerit, pandam. Cum eosdem plerumque B. Avitus Episcopus commoneret, ut relicto velamine legis Mosaicæ spiritualiter lecta intelligerent, & Christum Filium viventis Dei prophetica & legali auctoritate promissum corde purissimo in sacris litteris contemplarentur; manebat in pectoribus eorum jam non dicam velamen illud, quo facies Moysi obumbrabatur, sed paries. Sacerdote quoque orante, ut conversi ad Dominum, velamen ab eis litteræ rumperetur; quidam ex eis ad sanctum Pascha, ut baptizarentur, expetiit: renatusque Deo per baptismi sacramentum, cum albatis reliquis in albis & ipse procedit. Ingredientibus autem populis portas civitatis, unus Judæorum super caput conversi Judæi oleum fœtidum, diabolo instigante, diffudit. Quod cum cunctus abhorrens populus voluisset eum urgere lapidibus, Pontifex ut fieret non permisit.* Fuisse quidem in Galliis frequentem Judæorum populum, eosque superbia elatos in religionis Christianæ contemptum quamplurima perpetrare consuevisse, quæ habentur de iisdem in Concilio Matisconensi demonstrant. Sed pergit Gregorius:

(*c*) *Greg. hist. Fran. l. 5. c. 11.*

XXV. Synagoga Judæorum destructa. *Die autem beato, quo Dominus ad cælos post redemptum hominem ascendit gloriosus, cum sacerdos de Ecclesia ad basilicam psallendo procederet; irruit super synagogam Judæorum multitudo tota sequentium, destruens eam a fundamentis, ut campi planitiei locus assimilaretur. Alia autem die sacerdos eis legatos mittit, dicens: Vi ego vos confiteri Dei Filium non impello, sed tamen prædico, & salem scientiæ vestris pectoribus trudo: pastor sum enim Dominicis ovibus superpositus; & de vobis ille verus pastor, qui pro nobis passus est, dixit habere se alias oves quæ non sunt ex ovili suo, quas eum oporteat adducere, ut fiat unus grex & unus pastor. Ideo, si vultis credere ut ego, estote unus grex, custode me posito; sin vero aliud, abscedite a loco. Illi autem diu æstuantes atque dubitantes, tertia die (ut credo) obtentu Pontificis conjuncti in unum, ad eum mandata remittunt, dicentes: Credimus Jesum Filium Dei vivi, nobis Prophetarum vocibus repromissum; & ideo peti-*

PAGIUS circa annum DLV. factusque Episcopus Monasticam vitam excolere non destitit; erat enim antea Abbas Monasterii Sancti Symphoriani, apud Augustodunum positi. Neque tantum evocavit Augustoduno Monachos, qui Cœnobium Sancti Vincentii *de Pratis* prope Parisios a Childeberto I. Rege constructum habitarent; sed & ædem minorem illi Monasterio contiguam ubi sepeliretur, in honorem Sancti Symphoriani erexit, ac sæpe profectus est Augustodunum, ut in Monasterio, cui præfuerat Abbas secretius ac liberius orationi vacaret, ut in ejus Vita Mabillonio, Sæculo I. Benedictino, & ab Henschenio ad diem XXVIII. mensis Maii, quo Sanctus Germanus colitur, recitata, habetur.

IX. *Judæi Arverni fidem Christianam recipere coacti.* A num. XXIV. ad XXIX. Turonensis lib. 5. cap. 11. narrans gesta anno primo Childeberti II. asserit, Sanctum *Avitum* Arvernensem Episcopum *Judæos* qui Arverni erant, tam hortationibus, quam minis ad fidem perduxisse: de quorum etiam conversione loquitur in lib. de Vitis Patrum cap. 11. Hanc conversionem Baronius hoc anno memorat, quia *Childebertum* II. hoc anno regnare cœpisse putavit. Verum cum

*petimus ut abluamur baptismo, ne in hoc delicto permaneamus.*

XXVI. Judæi baptizantur a S. Avito Episcopo.

*Gavisus autem nuncio Pontifex, nocte sancta Pentecostes, vigiliis celebratis, ad baptisterium foras muraneum egressus est: ibique omnis multitudo coram eo prostrata baptismum flagitavit. At ille præ gaudio lacrymans, cunctos aqua abluens, & chrismate liniens, in sinu matris Ecclesiæ congregavit. Flagrabant cerei, lampades refulgebant, albicabat tota civitas de grege candido; nec minus fuit urbi gaudium, quam quondam Spiritu sancto descendente super Apostolos Hierusalem videre promeruit. Fuerunt autem qui baptizati sunt, amplius quingenti. Hi vero qui baptismum recipere noluerunt, discedentes ab illa urbe, Massiliæ redditi sunt.* Hucusque Gregorius de Judæorum conversione a S. Avito divino Spiritu administrata, ex Evangelii (ut putavit) præscripto, quo Dominus monuit (a) compellendos vi aliqua intrare in Ecclesiam renuentes; licet a Gregorio (b) Papa incensio synagogarum minime comprobetur: sed nec a recentioribus scholasticis scriptoribus, qui eamdem quæstionem diffusissime pertractarunt, vi extorquendam conversionem, conceditur; quamvis non desint qui ex adverso obnixe repugnent, & contrariam sententiam tueri conentur. In Avito autem quis id audeat condemnare, viro præsertim cuncta sua sancti Spiritus arbitrio moderante, iisdemque miraculis coruscante?

(a) Luc. 14.
(b) Greg. l. 1. ep. 34. & l. 12. ep. 33.

XXVII. Cecinit carmine Fortunatus ejusmodi Judæorum conversionem atque baptismum, id ipso expetente Gregorio Turonensi, ad quem illud misit, cui & epistolam dedit, quæ eidem præfixa legitur: de quibus post alia quæ præclara cecinit, de absterso ex sacro lavacro Judaico fœtore ista habet (c):

(c) Fortun. carm. l. 5.

Fœtor Judaicus abstersus baptismate.

*Abluitur Judæus odor baptismate divo,*
*Et nova progenies reddita surgit aquæ.*
*Vincens ambrosios suavi spiramine rores*
*Vertice perfuso chrismatis efflat odor.*

Deque usu illo pristino, quo baptizati candidis indui vestibus, & accensos ferre cereos solerent, ista subdit admodum præclare:

*Undique rapta manu lux cerea provocat astra,*
*Credas ut stellas ire trahendo comas.*
*Lacteus hinc vestis color est, hinc lampade fulgor*
*Ducitur, & vario lumine picta dies,* &c.

Qui vero ista de Judæorum conversione cecinit Fortunatus, ejusdem ad eumdem Avitum tria extant epigrammata, quibus & ipsius insignes celebrantur virtutes.

Quod rursus spectat ad Judæorum in Galliis commorantium conversionem: opera quoque S. Germani Episcopi Parisiensis constat complures ex eis esse conversos; cujus obitum cum hoc eodem anno contigisse diximus, aspergatur floribus istis ejus sepulcrum, hicque reddamus quæ de his miranda recitat Fortunatus in Vita ipsius (d): *Cunctorum* (inquit) *saluti semper instans solicitus, cum Bituricas accessisset pro ordinatione Felicis Episcopi, prædicante illo, Sigericus quidam Judæus, fidei sacramento percepto, conversus est; habebat enim in Judaismo conjugem Mammonam nomine. Hæc de sui conversione, dum nec mentionem quidem reciperet sæpius per missos beati admonita, sed cum magis refugeret; facta ad eam vigilia, doctor ipse profectus est. Quæ cum beatum virum nec visu vellet intendere, decantato cursu tertiæ; manum suam Pontifex ad mulieris frontem dignanter admovit pietatis ex opere. Statim a circumstantibus de mulieris naribus, quasi scintillante igne, fumus egredi visus est; ut cunctis clarum fieret, ejecto insidiatore, mulierem usque tunc repugnasse saluti sua per obsidentem. Tunc exonerata inimici fasce, respirans confessa est, numquam se prius faciem beati vere potuisse conspicere. Inde petens ac humiliter supplicans cum propria domo meruit effici Christiana. Nam & deinde quasi capite subdito, exemplo eorum ad fidem conversi sunt.* Hæc Fortunatus.

XXVIII.

(d) Fortun. in Vit. S. Germ. c. 64.

De feminæ Judææ conversione.

Sed jam ad Chilpericum Regem ob repentinam Sigeberti necem e periculo erutum redeamus. Magna quidem momento temporis facta est rerum mutatio, ut qui obsidione vallatus quæreretur ad necem, jam regno integro ferme deperdito, idem mox surgens una cum vita recu-

XXIX. De Chilperico e morte in Regnum evectum.

PAGIUS cum is sub exitum anni DLXXV. patri *Sigeberto* successerit, manifestum est, acta hæc esse anno DLXXVI. Addit Gregorius *Judæos*, qui baptismum suscipere noluere, Arvernis decessisse, & cum opibus suis *Massiliam* se se contulisse; quæ tamen Urbs sicuti & Arvernum Childeberto II. parebat. Eamdem Judæorum conversionem narrat Fortunatus, cujus verba Baronius num. XXVIII. recitat; sed in rei gestæ narratione a Gregorio Turonensi discrepat, ut utrumque Auctorem inter se conferenti liquebit. Colitur S. *Avitus* Arvernis XII. Kalend. Octob. Cointius anno DXCIV. num. IV. quo eum mortuum existimat, plura habet de Ecclesiis,

recuperaret & regnum. Tribuit id Venantius Fortunatus ejusdem Regis pietati, cæterisque virtutibus, quas hoc tempore carmine laudationis edito celebravit, in pristinum statum præter spem restitutionem ejus his versibus concinens (a):

(a) Fortun. carm. l.9.

*Sed meritis tantis subito fors invida rerum*
*Perturbare parans regna quieta tibi,*
*Concutiens animos populorum & fœdera fratrum,*
*Lædere dum voluit, prosperitate favet.*
*Denique jam capiti valido pendente periclo,*
*Quando ferire habuit, reppulit hora necem.*
*Cum retineteris mortis circumdatus armis,*
*Eripuit gladio fors operante Deo.*
*Ductus ad extremum, remeas de funere vita:*
*Ultima quæ fuerat, fit tibi prima dies.*
*Noxia dum cuperent hostes tibi bella parare,*
*Pro te pugnavit fortis in arma fides.*
*Prospera judicium sine te tua causa peregit,*
*Et redeit propio celsa cathedra suo.*
*Rex bone, ne doleas: nam te fortuna querelis*
*Unde fatigavit, hinc meliora dedit.*
*Aspera tot toleranda dia modo læta sequuntur,*
*Et per mœrores gaudia nata metis.*
*Multimodis per opes seminans, tua regna resumis:*
*Namque labore gravi crescere magna solent.*
*Aspera non nocuit, sed fors te dura probavit:*
*Unde gravabaris, celsior inde redis.* &c.

XXX. Ut autem tot tantaque a Deo obtinere meruerit Chilpericus, S. Lupicini insignis sanctitatis viri preces inter cessisse videntur: de eo enim in Vita ipsius ista habet Gregorius Turonensis: *Lupicinus jam senex factus accessit ad Chilpericum Regem, qui tunc Burgundiæ præerat. Audierat enim eum habitare apud urbem Jannbam: cujus cum ingressus est portam, tremuit cathedra Regis, qui ea hora ad convivium residebat. Exterritusque ait suis: Terræmotus factus est. Responderunt qui aderant, nihil se sensisse commotionis. Ait ille: Occurrite quantocyus ad portam, ne forte aliquis adversari cupiens regno nostro adsit quasi nociturus nobis: non enim sine causa hæc sella contremuit: Qui protinus occurrentes, offenderunt senem in veste pellicea, & dixerunt de eo Regi. Qui ait: Ite & adducite eum in conspectu meo, ut intelligam cujus ordinis sit homo. Et adductus stetit coram Rege, sicut quondam Jacob coram Pharaone. Cui ille ait: Quis es, & unde venisti, & quod est opus tuum, vel quid necessitatis habes ut venias ad nos?*

Lupicinus tremendus Chilperico redditur.

XXXI. *Cui ille: Pater sum (inquit) Dominicarum ovium, quas cum Dominus spiritualibus cibis jugi administratione reficiat, corporalia eis interdum alimenta deficiunt. Ideo petimus potentiam vestram, ut ad victus vestitusque necessaria aliquid tribuatis. Rex vero hæc audiens, ait: Accipite agros vineasque, de quibus possitis vivere, ac necessitates vestras explere. Qui respondit: Agros & vineas non accipiemus; sed si placet potestati vestræ, aliquid de fructibus delegate: quia non decet monachos facultatibus mundanis extolli, sed in humilitate cordis Dei regnum justitiamque ejus exquirere. At Rex cum audisset hæc verba, dedit præceptionem, ut annis singulis trecentos modios tritici, ejusdemque mensuræ numero vinum accipiant, & centum aureos ad comparanda fratrum indumenta: quod usque nunc a fisci ditionibus capere referuntur.* Hucusque Gregorius. Sic igitur seminans Rex ista carnalia, messuit jugi proventu spiritualia, nempe preces assiduas tantorum monachorum, ex quibus etiam ditatus est rerum temporalium copia, novo auctus regno, qui jam prope casurus erat e suo.

Munificentia Regis erga Lupicinum.

XXXII. Sed quæ læta hæc sint tristia subsecuta jam ex Gregorio (b) nobis dicendum erit. Accidit enim, ut major natu ex alia conjuge filius Chilperici Moroveus no-

(b) Greg. Tur. hist. l.5. c.2.14.



PAGIUS X. sis, quas Vir Sanctus ædificavit.

S. Lupicinus sæculo præcedenti floruit.

Ad num. XXX. & seq. Gregorius Turonensis lib. de Vitis Patrum cap. 1. refert, *Lupicinum & Romanum* germanos fratres accessisse ad Jurensis deserti secreta, quæ inter Burgundiam, Alemanniamque sita sunt, ibique post aliquod tempus fecisse sibi Monasterium, *quod Condatiscone vocitari voluerunt*, cumque turbæ Fratrum ad hos confluerent, duo postea alia instituisse. *Lupicinus jam senex factus, accessit ad Chilpericum Regem, qui tunc Burgundiæ præerat: audierat enim eum habitare apud Urbem Janubam*. *Chilpericus* petito alimenta ei de Fisco suo liberaliter præberi jussit, & ante Sanctum *Romanum* fratrem suum *Lupicinus* mortuus est, ut narrat Turonensis. Verum *Chilpericus* iste, quem Baronius cum *Chilperico*, qui hoc tempore in Galliis regnabat, confundit, filius, *Gundeuci* erat, & sæculo præcedenti vixit, quo ideo in finem vergente *Lupicinus* & *Romanus*, floruere, ut suo loco ostendi. De *Chilperico* illo Burgundionum Germanorum Rege vide quæ suo loco diximus.

XI. Ad num. XXXII. & seq. *Brunichildis* omnibus

*De Moroveo incestuoso in clericum mutato.*

nomine adversus patrem insurrexerit occasione incestuosi contracti conjugii, cum videlicet copulavit sibi in matrimonium Brunichildem Sigeberti Regis sui patrui relictam uxorem, quam apud Rhotomagum idem Rex Chilpericus jusserat exulare. Cujus rei gratia contra filium indignans pater insurgens, ipsum armis rem agentem superatum, captumque in custodia detineri mandavit: *Qui* (inquit Gregorius) *ibi tonsuratus est, & mutata veste, qua clericis uti mos est, presbyter ordinatur, & in monasterium Cenomanicum, quod vocatur Aninsula, dirigitur, ut ibi sacerdotali erudiretur regula.* Subdit autem Gregorius, eumdem Moroveum patrem eludere conatum, inde aufugisse, confugisseque ad basilicam S. Martini Turonos, ubi ipsum tunc Gregorium adesse contingeret, qui de re gesta ejusmodi historiam texit (a): *Operto capite, indutus veste saeculari, B. Martini templum expetiit. Nobis autem Missas celebrantibus, in sanctam basilicam, aperta reperiens ostia, ingressus est. Post Missas autem petiit ut ei eulogias daru deberemus (erat autem tunc nobiscum Ragnemodus Parisiacae sedis Episcopus, qui S. Germano successerat). Quod cum refutaremus, ipse coepit clamare, & dicere, quod non recte eum a communione sine fratrum conniventia suspenderemus. Illo autem haec dicente, cum consensu fratris qui praesens erat contestata causa canonica, eulogias a nobis accepit. Veritus autem sum, ne dum unum a communione suspendebam, in multos existerem homicida: minabatur enim aliquos de populo nostro interficere, si communionem nostram non meruisset. Multas tamen pro hac causa Turonica regio sustinuit clades.* Et quaenam fuerint, haec paulo inferius: *Igitur Chilpericus Rex nuncios ad nos direxit, dicens: Ejicite apostatam illum de basilica: sin autem totam regionem illam igne succendam. Cumque nos rescripsissemus, impossibile esse ut quod tempore haereticorum non fuerat, Christianorum tunc temporibus fieri,* nempe ut confugientes ad Ecclesiam vi expellerentur: *ipse exercitum commovet & illuc dirigit.* Quae autem post haec facta sint, dicemus postea.

(a) *Greg. hist. Franc. l. 5. c. 14.*

*Gregorius leviter nimis communionem impertit Moroveo.*

Verum haud perfunctorie factum hujusmodi Gregorii praetereundum putamus, ne imitandum posteris factum perperam relinquatur. Laudandus mihi semper in reliquis Gregorius fuit multis de causis, potissimum vero ob pietatem, quo nomine etiam ab ejus temporis scriptore Venantio Fortunato plurimum commendatur: in hoc autem minime mihi probandus, cum communionem impertiit apostatae transfugae, qui praesertim eam minis expeteret. Esto, purgatum fuerit per poenitentiam utcumque praetensum de- XXXIII.

PAGIUS

*Moroveus turbas in Gallia excitat.*

bus a Chilperico Rege spoliata *Rotomagum* relegata est; quod anno primo Childeberti II. accidisse, affirmat Gregorius Turonensis lib. 5. cap. 2. qui cap. sequenti addit, eam amore captum *Moroveum*, Chilperici Regis filium, eam, patre inscio, uxorem duxisse. Sed *Chilpericus* eum detineri, & Presbyterum ordinari mandavit; aufugit postea *Moroveus*, ut narrat ibidem Turonensis cap. 14. & ex eo Baronius. Verum cum haec anno primo Childeberti II. contigerint, gesta sunt anno quingentesimo septuagesimo sexto, ut ex dictis consequitur.

XII.

*Sedes Aquilejensis Gradum transfertur.*

Universa Italia, ut narrat Emin. Cardinalis Norisius in Differt. *de Synodo quinta*, cap. IX. §. IV. Synodum V. receperat, solique Transpadani Istri, ac Veneti, eidem eo securius refragabantur, quo sub Longobardorum imperio vivebant. Quare pro *Tribus Capitulis* acerrime adversus Romanos Pontifices diu pugnarunt. Paulinus Archiep. Aquileiensis, quem Literis ad Narsetem datis Pelagius I. insecutus fuerat, capta a Longobardis *Aquileja*, sacram omnem supellectilem in *Gradi* insula, prope Urbem in aestuariis sita, servandam curarat, illoque mortuo, atque *Probino* ejus successore intra annum extincto, *Helias* Archiepiscopus renunciatus fuerat. Qui cum *Aquileja* inter Christianae rei infensissimos hostes haud tuto se degere posse animadverteret, *Pelagium II.* rogavit, ut Metropolitana Sedes Aquileiensis *Gradum* transferretur, ubi Templum Martyri Euphemiae aedificarat. *Pelagius*, tum ut initio Pontificatus Schismaticorum principem collatis beneficiis, erga Sedem Apostolicam reverentiorem faceret, tum quod sub Romano Imperio viventem ad obedientiam facilius revocari posse intelligeret, *Heliae* precibus annuit, delegavitque *Laurentium Presbyterum*, qui cum Literis Pontificiis Synodo Provinciae ea de causa celebrandae suo nomine adesset. Illam recitat Dandulus in Historia Veneta MS. & ex eo Ughellus Tom. V. Italiae Sacrae in Tabulis Aquileiensium Patriarcharum, extatque MS. tam in Bibliotheca Barberina num. 247. quam in Vaticana num. 3922.

XIII.

*Ea translatio in Synodo Gradensi confirmata.*

Coacta est *Synodus* apud *Gradum* die tertia Novembris currentis Christi anni, ut ex dictis anno DLXXVII. num. IV. manifeste patet. Lecta in ea Epistola Pelagii II. cujus summa his verbis continetur: *Quapropter vestro compatientes maerori, necessitudinem, imo etiam rabiem furentium perpendentes Longobardorum, inclinati precibus vestris per hujus praecepti seriem, suprascriptum Castrum Gradense totius Venetiae cum omnibus vestrae Ecclesiae pertinentibus etiam Istriae Metropolim perpetuo confirmamus.* Dicitur Epistola data *XII. Kalend. Martii Imperatore Tiberio II. Augusto*, hoc scilicet Christi anno. In fine Epiphanius jussus, Patrum Decreta legere, statim definitio fidei Synodi Chalcedonensis lecta est; Antistites enim pro Synodo illa mordicus stabant. Praeter *Heliam* Ecclesiae Aquileiensis Episcopum & *Laurentium Presbyterum* Apostolicae Sedis Legatum Synodo subscripsere Episcopi decem & octo Aquileiensi Metropolitae subjecti, cujus amplissima erat Jurisdictio; cum a Pannonia secunda usque ad Abduam in Insubria extenderetur. Continebat enim *Rhaetiam II.* cujus Metropolis *Sabio*, ubi erat Episcopus Sanctus *Ingenuinus*, huic Syno- do

delictum illud incestus; tamen ut habitus clericalis desertori, ad hominumque cædes parato impertierit communionem, non (ut decebat) constantiam sacerdotalem exhibuit; sed enervatum animum, tantoque muneri imparem demonstravit, cum non satis sibi inesse virium docuit, ut minacem repelleret peccatorem, cum ipse majori polleret auxilio, nempe patrocinio S. Martini, qui ad ulciscendas injurias illatas personis vel loco, continuo soleret assurgere. Sed missa istæc.

*Ann. Eccl. Tom.* X. Yy 2 Octo-

PAGIUS do subscriptus: *Noricum*, cujus primaria Urbs erat *Tiburnia* ed Drevum, ut patet ea Vita Sancti Severini Noricorum Apostoli, cujus Urbis *Leonianus* Episcopus erat, Actisque subscripsit. Denique complectebatur *Istriam*, Forum Julii, ce Venetiam, quæ Provinciæ uno Istriæ nomine id temporis, ac in Seatu Synodu vulgo eppellabantur. [a]

XIV. *Ju eadem Episcopi Istriani a Schismate non discessere.* Cæterum in hac Synodo contra V. Concilium Schilmatici Episcopi iterum jurarunt vano eu prætextu, ne Synodus Chalcedonensis læderetur. In laudata enim Danduli Historia legitur, eos Episcopos, *demonstrata Synodo Chalcedonensi*, subscripsisse, & in Chronicu Aquileiensi e Cardinali Norisiu laudato habetur: *In qua Synodo quidquid de Chalcedonensi Concilio dubitabatur, pulsa dubitatione confirmatum est*. Quare eo beneficio Schismaticis collato, nihil *Pelagio* peractum est. Ea illa autem Sedis translatione factum, ut Metropolitæ promiscue Aquilerenses, vel Gradenses dicerentur. Ita Sanctus Gregorius M. *Severum* Eliæ successorem Episcopum *Aquileiensem* dixit lib. 2. Epist. XVI. *Gradensem* vero lib. XI. Epist. XXXVIII. Quæ omnia Emin. Card. Norisio eitatn observata, qui de Episcopis huic Synodo præsentibus varia lectu digna e tenebris eruit. Cumque nulla hujus Synodi Gradensis nec in Annal. Ecclesiast. nec in Conciliorum Collectione mentio habeatur, in sutura ejusdem editione prætermittenda non erit.

Synodus Cabilonensis hoc anno habita, ut videre est anno DLXXXII.

NOTÆ [a] GRadensem hanc Synodum commentitiam esse multis adductis ergumentis probat P. de Rubeis in *Dissert. Hist. de Schismate Aquilejensi*, excusa Venet. annu 1732. Id autem evincit, primu, quod ejus acta e variis ex antiquis Codicibus descripta inter se non leviter dissecepent. Secundo quod tam multos Episcopos Gradum convenisse in ea temporum difficultate credi vix possit, cum Pelagius II. in Pontificem electus anno præcedenti 578. in ea, quam scripsit ad Eliam Gradensem Epistola anno, ut Rubeus ipse probat 585. se ad id usque eadem temporum difficultate impeditum fuisse probat, ne ad ipsum Epistolam dirigeret. *Quod ad dilectionem vestram nostra tardeus scripta dirigamus..... temporalis qualitas, & hostilis necessitas hactenus impedivit*. Ex quibus Pontificis verbis recte demonstret Rubeus, numquam antehac e Pontifice ed Eliam literas datas fuisse. Quorsum igitur in Actis ejusdem Concilii, diu ante celebrati recitetur ejusdem Pontificis Epistola ad eumdem Eliam pro constitutione Gradensis Metropolis? Expendit pariter Rubeus veterum omnium, puta Pauli Diaconi, puta & ejusdem Pelagii II. in suis ad Eliam Epistolis silentium, tum de hoc Concilio, tum de constituta in eo Gradensi Metropoli. Insuper in Mantuano Concilio habito anno 827. de quo nos in Notis ad eumdem annum, cum causa agitaretur de translatione Sedis Aquilejensis in Gradum, jussi sunt Gradenses vetesta sua documenta proferre. Cum produxissent, *reperta sunt* (verba sunt Synodi) *exemplaria nullius manu esse roborata*. Inter hæc autem documenta erant etiam Acta Synodi Gradensis, ut ibidem legitur. Tunc autem prima Synodi Gradensis mentio antehac ignoti occurrit. Vide reliqua apud eumdem de Rubeis cap. 8. 9. qui sane ægre admodum fert eam fuisse impostoris audaciam, ut Synodo Schismaticorum e se confictæ, & ad Schismatis confirmationem Sedis Apostolicæ Legatum subscribentem induxerit. MANSI

| JESU CHRISTI ANNUS | PELAGII PAP. II. ANNUS | JUSTINI JUN. IMP. ANNUS |
|---|---|---|
| 580. | 3. | 15. |

I. Octogesimus supra quingentesimum Christi annus adest, Indictionis decimætertiæ, idemque tertius Tiberii, cum Justino regnantis: quo (a) Antiochia Syriæ iterum terræmotu quassata, magna ex parte vastatur. Unde autem tantorum malorum fluxerit causa, Evagrium in primis illorum temporum scriptorem audiamus, qui ait (b): *Antiochiæ porro & Daphne, quæ est illi finitima, ad tertium annum Imperii Tiberii Cæsaris tam ingens terræmotus in ipso meridie extitit, ut Daphne tota ejus vi impetu concideret, & Antiochiæ ædificia tam publica, quam privata ad terram usque dirumperentur illa quidem, sed non ita tamen, ut ad solum ruerent. Acciderunt præterea tum Antiochiæ, tum Constantinopoli alia nonnulla, quæ longum sermonem requirunt: quæ quidem certo utramque urbem graviter exagitarunt, & in maximas turbas conjecerunt; atque ut ex divino quodam zelo orta sunt, sic exitum habuere plane admirabilem; de quibus deinceps verba facturus sum.*

(a) Evagr. l. 5. c. 17. & Niceph. hist. l. 18. c. 3.

(b) Evagr. hist. l. 5. c. 17. & 18.

Antiochia terræmotu concussa.

II. De Anatolio impio.

*Anatolius quidam, vir primum quidem plebejus & mollis, postea vero ad magistratus & alia munera obeunda subdole (nescio quomodo) arrepsit, & Antiochiæ ætatem traduxit: quo in loco res, quas habebat in manibus, sedulo executus est. Unde cum Gregorio ejus urbis Antistite maximam conflavit familiaritatem, persæpeque illum adiit, partim gratia de negotiis suis colloquendi, partim ut majorem auctoritatem ex crebra ejus consuetudine sibi conciliaret. Iste Anatolius hostias simulacris immolasse, forte deprehensus est: qui cum vocaretur in quæstionem, homo impius, præstigiator, & infinitis involutus sceleribus repertus fuit. Et tamen parum aberat quin & ipse & sui omnes (habuit namque alios sui similes, qui idolis itidem sacrificasse manifeste tenebantur) liberi dimissi fuissent; nisi populus, excitato tumultu, omnia turba ita miscuisset, ut consilium de illis impiis tantum eo pacto diremptum esset. Quinetiam contra Gregorium Episcopum clamores tolluntur, eum consilii Anatolii participem fuisse, palam prædicatum. Porro autem execrabilis dæmon, humanæ vitæ perturbator, nonnullos induxerat, ut victimis immolandis cum Anatolio se socios adjungerent. Hinc Gregorius in maximum venit discrimen, populo eum gravissime exagitante, insectanteque: hinc etiam in illum tam vehemens movebatur suspicio, ut Imperator ipse Tiberius coram ex ore Anatolii veritatem expiscari laboraret.*

III. Deiparæ imago Anatolium impium eversatur.

*Mandatum igitur dat, uti Anatolius & sui omnes quam celerrime adventarent. Quibus rebus cognitis, Anatolius ad imaginem quamdam Mariæ Deiparæ suis in carcere sublimem appensam accurrens, manibus a tergo complicatis, se ei supplicare, precesque adhibere ostendit. Illa autem eum veluti sacrilegum detestata, & ut Deo invisum coarguens, penitus ab se avertit: spectaculum plane horribile & sempiterna memoriæ prodendum; quod quidem a præsidiariis militibus, & ab his quibus illius custodia commissa fuit, visum est, & ab his omnibus aliis divulgatum. Apparuit item Deipara re ipsa nonnullis aliis Fidelibus, eosque contra scelestum illum incitavit; inquiens, Anato-*

PAGIUS SÆC. VI. Anno Eræ Hispan. DCXVIII. A.C. 580.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6073.

⊙ 1. G. P ☽ 12. P. 12. April. Indict. 13.

JESU CHRISTI 580.

PELAGII II. PAPÆ 3.

TIBERII CONSTANTINI IMP. 7. & 3.

I. Postconsulatus.

[1] Is annus hac formula notatus: *II. post Consulatum Tiberii novi Constantini Aug. solius*, vel modo loquendi a Mario usurpato: *Anno II. Consulatus Tiberii Constantini Aug. Indict. XIII.*

II. *Antiochia terræ motu concussa.*

Ad num. I. ad VI. Evagrius lib. 5. cap. 17. refert terræ motum, qui Antiochiæ, & in suburbano Daphnensi extitit, cum *Tiberius* Cæsar annum tertium Imperii ageret. Suspicatur Valesius in Notis ad illum Evagrii locum, tertium illum Tiberii annum intelligendum esse de eo anno III. Imperii *ejus* Cæsarei; cum Evagrius hunc terræ motum narret, antequam de *Justini* Junioris morte verba fecerit. Quæ conjectura valde verosimilis, eoque pacto Antiochia anno DLXXVII. terræ motu concussa videtur.

A num.

NOTÆ [1] Epitome temporum & Indiculus Paschalis ad annum a Passione Domini DIII. eoque bisextili, qui est annus Christi 580. litteris Langobardicis habet: *Consulatu Constantini Augusti*. Pagius in Dissertatione Hypatica pag. 334. *Tiberium Constantinum*, Consulem processisse A. D. 579. tradit, quod verum esse, lapis eo anno a nobis allatus, docet. Hinc Pagius, errare Onuphrium, qui hunc consulatum in annum 580. confert, errare item Marium Aventicensem, sed alio fundamento innixum. Hinc auctor laudati Indiculi secutus est Marium Aventicensem. GEORGIUS

*tolium filium suum contumeliis afficere.*

IV. Zelus populi Constantinopolitani adversus impios.

*Ubi vero Anatolius ad urbem Constantinopolitanam ductus fuit, & ibi verberibus supra modum cæsus, nihil contra Episcopum potuit dicere, ipse cum suis majoris tumultus & seditionis plane popularis civitati auctor & causa extitit. Nam cum quidam illorum sententiam haberent de se pronunciatam, ut non morte, sed exilio dumtaxat mulctarentur: populus divino quodam zelo succensus, omnia turbare, bile, & iracundia exardescere, exilioque damnatos rapere capit: qui in navem piscatoriam impositi, totius populi suffragiis vivi igni tradebantur incendio. Contra Imperatorem porro & Eutychium Episcopum suum tamquam fidei proditores graviter vociferari. Nec dubium, quin & Eutychium, & eos quibus potestas in Anatolium cum suis inquirendi permissa fuit (istos namque singulos locos inquirere & undique circumsidere cœperunt) prorsus e medio sustulissent, nisi Dei providentia, quæ omnium saluti prospicit, illos e quærentium manibus eripuisset, & tam ingentis multitudinis furorem pedetentim sedavisset. Siquidem ita factum est, ut neque ullum atrox facinus eorum manibus ederetur, & Anatolius primum in amphitheatro bestiis expositus, ab iisdem dilaniaretur, deinde ageretur in crucem.*

Anatolius expositus bestiis.

V. *Neque tamen ita finem suppliciorum sibi inflictorum reperit. Nam lupi corpus ejus in terram disturbantes (quod ante numquam visum fuisset) pastu crudeli membratim devorarunt. Erat autem quidam e nostris hominibus, qui, priusquam res istæ confectæ essent, dixerat, se secundum quietem vidisse sententiam contra Anatolium ac suos a populo latam. Quin etiam vir illustris, qui Imperatoris Palatio præfuit, quique Anatolii causam acriter admodum tuebatur, dixerat, se quoque vidisse Deiparam Mariam, eamque sic ipsi locutam: Quousque defendis causam Anatolii, qui tum me, tum filium meum tantis onerat contumeliis? Sed de his hoc modo.* Hactenus Evagrius de rebus in Oriente gestis.

VI. Quod ad res Occidentalis Ecclesiæ spectat, de Ecclesia Gallicana nonnulla a Gregorio, cum prosequitur res Francorum, suppeditantur, ex quibus complura observatione digna de rebus Ecclesiasticis elici possunt. Dum igitur stylo prosequitur Morovei filii Chilperici Regis confugium in Ecclesiam; quæ potissimum hoc anno facta sint, quo Childeberti filii Sigeberti annus secundus regni incipit numerari, ita narrare pergit (a): *Anno autem secundo Childeberti Regis, cum videret Moroveus patrem suum in hac deliberatione intentum, assumpto secum Guntheramno Duce ad Brunechildem pergere cogitat, dicens: Absit ut propter meam personam basilica domini Martini violentiam perferat, aut regio ejus propter me captivitati subdatur. Et ingressus basilicam, dum vigilias ageret, res quas secum habebat ad sepulcrum beati Martini exhibuit, orans ut sibi Sanctus succurreret, atque ei concederet gratiam suam, ut regnum accipere posset.* Vides hominem quamtumlibet improbum, haud tamen Sanctorum cultum despexisse, sed eo amplius propensiusque Martini auxilium expetiisse precibus atque muneribus quo magis angustiis premeretur. Subdit autem Gregorius: *Moroveus vero de patre atque noverca multa crimina loquebatur; quæ cum ex parte vera essent, credo acceptum non fuisse Deo, ut hæc per filium vulgarentur, sicut in sequentibus cognovi.*

(a) Greg. Tur. l. 5. c. 24.

Morovei ad Brunichildem fuga.

VII. *Quadam cum die ad convivium ejus accitus cum pariter sederemus, suppliciter expetiit aliqua ad instructionem animæ legi. Ego vero reserato Salomonis libro, versiculum qui primus occurrit, arripui, qui hæc continebat (b): Oculum qui adversus respexerit patrem, effodiant eum corvi de convallibus. Illo quoque non intelligente, consideravi hunc versiculum a Domino præparatum.* Animus enim semel imbutus ambitione regnandi aliud non admittit ad salutem oblatum remedium. In deteriora igitur infelix lapsus, Saulem imitatur, ad Pythonissam confugiens, cum se a Deo desertum esse cognovit. Nam audi quæ mox subdit Gregorius:

(b) Prov. 30.

VIII. Moroveus consulit Pythonissam.

*Tunc direxit Guntheramnum puerum ad mulierem quamdam habentem spiritum pythonis, ut ei quæ erant eventura narraret. Asserebat præterea, ipsam sibi ante hoc tempus non solum annum, sed & diem & horam in qua Rex Charibertus obiret, denunciasse. Quæ hæc ei per pueros mandata remisit: Futurum est enim, ut Rex Chilpericus hoc anno deficiat; & Moroveus, inclusis fratribus, omne capiat regnum. Tu vero ducatum totius regni ejus annis quinque tenebis; sexto vero anno in una civitate, quæ super Ligeris alveum sita est in dextera ejus parte, favente populo, Episcopatus gratiam adipisceris, ac se-*

PAGIUS III. *Moroveus ab Austrasiis non recipitur.*

A num. VI. ad XII. Anno secundo Childeberti II. ut narrat Baronius ex Turonensi lib. 5. cap. 24. *Moroveus* Chilperici Regis filius, qui adversus eum rebellarat, & Turonas ad Basilicam Sancti Martini confugerat, cum sensisset, exercitum ejusdem *Chilperici* ad eam Urbem accedere, & Regionem illam devastare, postquam ibi *prope duos menses* resedisset, *fugam iniit, & ad Brunechildem Reginam usque pervenit, sed ab Austrasiis non est collectus.* Brunichildis enim, quam *Chilpericus* per Legationem requisitus ad Childebertum nuper remiserat, ut in gestis Reg. Franc. cap. 33. & apud Aimoinum lib. 3. cap. 56. legitur, in Austrasia versabatur. Verum annus secundus Childeberti II. non cum hoc Christi anno, sed cum anno DLXXVII. concurrit.

Ad

*senex plenus dierum ab hoc mundo migrabis. Cumque hæc pueri redeuntes omnino nunciassent, statim ille vanitate elatus, tamquam si jam in cathedra Turonicæ Ecclesiæ resideret, ad me hæc detulit verba. Cujus ego irridens stultitiam, dixi: A Deo hæc poscenda sunt: nam credi non debent quæ diabolus repromittit: ille autem ab initio mendax est, & in veritate numquam stetit. Illoque cum confusione discedente, valde irridebam hominem qui talia credi debere putabat.* Ita plane hac punitione curiosi plectuntur, ut in hunc modum a dæmone illudantur atque traducantur falsis promissionibus, quibus aliquid verum immiscet. Ludus iste est sapientiæ, ut illudat hominibus hujuscemodi vana sectantibus, sicut cum talia quærentem decipi voluit Achab, dicens:

(a) 3. Reg. 22. ( a ) *Quis ibit nobis ad decipiendum Achab?* Vix credi potest, quam amplum sit rete istud, quod super Orbem, ut decipiat curiosos, diabolus tendere consuevit. Pergit vero Gregorius de se ipso:

IX. *Denique quadam nocte, vigiliis in basilica S. Martini celebratis, dum lectulo decumbens obdormissem, vidi Angelum per aera volantem: cumque super sanctam basilicam præteriret, voce magna ait: Heu heu, percussit Deus Chilpericum & omnes filios ejus, nec superest de his qui processerant de lumbis ejus, qui regat regnum illius in æternum. Erant ei eodem tempore de diversis uxoribus filii quatuor, exceptis filiabus. Cum autem hæc in posterum impleta fuissent, tunc ad liquidum cognovi falsa esse quæ promiserant arioli.* Cum vero admonitione Gregorii Moroveus Regis filius oraculum pythonissæ suspectum haberet, quid præterea ad prænoscenda ventura idem excogitarit, ab eodem Gregorio ita accipe:

X. Moroveus quærit ventura ex sacris codicibus. *Moroveus non credens pythonissæ, tres libros super Sancti sepulcrum posuit, id est, Psalterii, Regum, Evangeliorum: & vigilans tota nocte, petiit ut sibi beatus confessor, quid eveniret, ostenderet; & utrum posset regnum capere, an non, ut Domino judicante, cognosceret. Post hæc continuato triduo in jejuniis, vigiliis, atque orationibus, ad beatum tumulum iterum accedens, revolvit librum qui erat Regum. Versus autem primus paginæ,*

(b) 3. Para. 7. Hier. 2. *quam reseravit, hic erat (b): Pro eo quod reliquistis Dominum Deum vestrum, & ambulastis post deos alienos, nec fecistis rectum ante conspectum ejus; ideo tradidit vos Dominus Deus vester in manibus inimicorum vestrorum. Psalterii autem versus hic est inventus (c): Verumtamen* (c) Psal. 72. *propter dolos posuisti eis mala: dejecisti eos, dum allevarentur. Quomodo facti sunt in desolationem? subito defecerunt: perierunt propter iniquitates suas. In Evangeliis autem hoc est repertum (d):* (d) Matt. 26. *Scitis quia post biduum Pascha fiet, & Filius hominis tradetur ut crucifigatur. In his responsionibus ille confusus, flens diutissime ad sepulcrum beati Antistitis, assumpta secum Guntheramno Duce, cum quingentis aut eo amplius viris discessit.* Hæc quidem Turonis, quo ad S. Martini basilicam ante confugerat. Sic homo toties admonitus, plurimorum peccatorum pondere prægravatus, resipiscendi haud obtinuit facultatem.

XI. Sed & Chilpericus Dei beneficiorum oblitus, odio plus æquo indulgens, dum furit in filium, religionem lædit: nam de eo hæc paulo post Gregorius: *Exercitus autem Chilperici Regis usque Turonos accedens, regionem illam in prædas mittit, succendit, atque devastat, nec rebus S. Martini pepercit; sed quod manu tetigit, sine ulla Dei intuitu aut timore diripuit. Moroveus prope duos menses ad antedictam basilicam residens, fugam iniit, & ad Brunichildem Reginam usque pervenit: sed ab Austrasiis non est collectus.* At de bellis turbisque hactenus.

XII. Post hæc autem recensita Gregorius de controversia oborta diei Paschatis causa inter Gallicanam & Hispanicam Ecclesiam ista habet: *Eo anno dubietas Paschæ fuit. In Galliis vero nos cum multis civitatibus XIV. Kalendas Majas sanctum Pascha celebravimus; alii vero cum Hispanis XII. Kalend. Aprilis solemnitatem hanc tenuerant. Tamen (ut ferunt) fontes illi, qui in Hispaniis nutu Dei complentur, in nostro Paschate repleti sunt.* Hæc Gregorius: deque his fontibus dictum est superius. Jam vero ad nobilem Episcoporum conventum hoc eodem tempore Parisiis celebratum, a Gregorio vero descriptum, stylum admoveamus. Interfuit ei ipse, & pars magna fuit. (Erratum in Hispania in die Paschatis.)

XIII. Concilium Parisiense. Hoc ipso enim anno, agente Chilperico Rege Francorum convocatur Synodus Parisiensis in Ecclesia sancti Petri ob causam

sam

PAGIUS IV. Controversia de Paschate anni DLXXVII. Ad num. XII. controversiam de die Paschatis anni quingentesimi septuagesimi septimi, Baronius anno DLXVIII. num. XXV. ex Sigeberto in Chronico, & hoc anno ex Turonensi lib. 5. cap. 14. recitat, existimans Auctores illos de duplici Paschate sermonem habere, & tamen de una & eadem controversia, a nobis anno DLXXIII. num. IV. explicata, verba faciant, ut dies, de quibus dissidium erat, certum reddunt.

V. Concilium Parisiense V. A num. XIII. ad XXII. Concilium *Parisiense V. anno secundo Childeberti Regis*, teste Gregorio lib. 5. cap. 19. celebratum, proindeque anno Christi quingentesimo septuagesimo septimo, idque verno tempore; cum *Gregorius* Synodi hujus narrationem pene conjungat cum mentione Paschatis, de quo illo anno controversia fuit. Hæc Baronium impulit, ut Synodum illam in hunc annum differret. Huic inter.

sam Prætextati Episcopi Rhotomagensis. Datum est enim illi crimini a Rege, quod manus ejus fuerit cum ipsius filio, qui rebellaverat, Moroveo: conjuraſſetque cum illo adversus Regem. Agit de his pluribus Gregorius Turonensis, atque ait (a): *Adductus est igitur in Synodum Prætextatus Episcopus. Rex adversus eum causam agens sic est locutus: Quid tibi visum est, o Episcope, ut inimicum meum Moroveum, qui filius esse debuerat, cum amica sua, id est, patrui sui uxore conjungeres? An ignarus eras, quæ pro hac causa canonum statuta sanxissent? Etiam non hic solum excessisse probaris: sed etiam cum illo egisti, datis muneribus, ut ego interficerer, hostem autem filium patri fecisti: seduxisti pecunia plebem, ut nullus mecum fidem habitam custodiret; voluistique regnum meum in manus alterius tradere. Hæc eo dicente, infremuit multitudo Francorum, voluitque ostia basilicæ rumpere, quasi ut extractum sacerdotem lapidibus urgeret: sed Rex prohibuit fieri.*

(a) Gregor. Tur. hist. Franc. l. 5. c. 18.

XIV. Prætextatus accusatus a Rege suam causam agit.

*Cumque Prætextatus Episcopus ea quæ Rex dixerat, facta negaret; advenerunt falsi testes, qui ostendebant species aliquas, dicentes: Hæc & hæc nobis dedisti, ut Moroveo fidem promittere deberemus. Ad hæc ille dicebat: Verum enim dicitis, vos a me sæpius muneratos: sed non ex hac causa exstitit, ut Rex ejiceretur e regno. Nam & cum vos mihi, & equos optimos & res alias præberetis: numquid poteram aliud facere, nisi & ego vos simili sorte remunerarem? Recedente vero Rege ad metatum suum, nos collecti in unum sedebamus in secretario basilicæ beati Petri. Confabulantibusque nobis, subito advenit Aetius Archidiaconus Ecclesiæ Parisiacæ, salutatisque nobis ait: Audite me, o sacerdotes Domini qui in unum collecti estis. Aut enim hoc tempore exaltabitis nomen vestrum, & bonæ famæ gratia refulgebitis; aut certe nullus vos amodo pro Dei sacerdotibus est habiturus, si personas vestras sagaciter non erigitis, aut fratrem perire permittitis. Hæc eo dicente, nullus sacerdotum ei quicquam respondit: timebant enim Reginæ, Fredegundis scilicet, furorem, cujus instinctu hæc agebantur. Quibus intentis, & ora digito comprimentibus, ego ajo: Attenti estote, quæso, sermonibus meis, o sanctissimi sacerdotes Dei, & præsertim vos qui familiares Regi esse videmini. Adhibete ei consilium sanctum & sacerdotale, ne exardescens in ministrum Dei, pereat ab ira ejus, & regnum perdat & gloriam.*

Aetii Archidiaconi castigatio.

XV. *Illis vero silentibus, adjecit: Mementote, domini mei sacerdotes, verbi Prophetici, quod ait (b): Si viderit speculator iniquitatem hominis, & non dixerit; reus erit animæ pereuntis. Ergo nolite silere, sed prædicate, & ponite ante oculos Regis peccata ejus, ne forte ei aliquid mali contingat, & vos rei sitis pro anima ejus. An ignoratis quid novo gestum fuerit tempore? quomodo apprehensum Sigismundum Chlodomeris detrusit in carcerem, dixitque ei Avitus Dei sacerdos: Ne injicias manum in eum, & cum Burgundiam petieris, victoriam obtinebis. Ille vero abnuens quæ ei a sacerdote dicta fuerant, abiit, ipsumque cum uxore & filiis interemit: petiitque Burgundiam, ibique oppressus ab exercitu, interemptus est. Quid maximus Imperator? nonne cum beatum Martinum compulisset communicare cuidam homicidæ Episcopo: & ille quo facilius addictos morti liberaret, Regi impio consensisset; prosequente Regis æterni judicio, ab Imperio depulsus Maximus, morte pessima condemnatus est? Hæc me dicente, non respondit ullus quicquam, sed erant omnes intenti & stupentes.*

(b) Ezech. 3.

Gregorii gravis sententia.

XVI. *Duo autem adulatores ex ipsis (quod de Episcopis dici, dolendum est) nunciaverunt Regi dicentes, quia nullum majorem inimicum, quam me haberet. Illico unus ex aulicis cursu rapido ad me repræsentandum dirigitur. Cumque venissem, stabat Rex juxta tabernaculum ex ramis factum, & ad dexteram ejus Bertheramnus Episcopus, ad lævam vero Ragnemodus stabat,* (hic erat Episcopus Parisiensis successor S. Germani) *& erat ante nos scamnum pane desuper plenum cum diversis ferculis. Visoque me, Rex ait: O Episcope, justitiam cunctis largiri debes: & ecce ego justitiam a te non accipio, sed (ut video) consentis iniquitati, & impletur in te proverbium illud, quod Corvus oculum corvi non eruet. Ad hæc ego: Si quis de nobis, o Rex, justitiæ tramitem transcendere voluerit, a te corrigi potest: Si vero tu excesseris, quis te corripiet? Loquimur enim tibi: sed si volueris, audis: si autem nolueris, quis te condemnabit, nisi is qui se pronunciat esse justitiam? Ad hæc ille (ut erat ab adulatoribus contra me accensus) ait: Cum omnibus enim inveni justitiam, & tecum invenire* non

Quæ Rex adversus Gregorium ingerit.

PAGIUS terfuit *Ragnemodus* Episcopus Parisiensis, divi Germani successor, qui ideo anno DLXXVI. e vivis excesserat. Bis in Concilio accusante Rege Chilperico, Sancti *Prætextati* Episcopi Rotomagensis falso accusati, quod *Moroveo* filio rebelli ejusdem Regis favisset, causa discussa est, *Prætextatus* ab Ecclesia pulsus custodiæ traditus, de qua cum fugeret nocte, gravissime cæsus in insulam prope Constantiam est relegatus, subrogato in ejus locum *Melanio*, cujus meminit Turonensis lib. 7. cap. 19.

*non possum. Sed scio quid faciam, ut noteris in populis, & injustum te esse omnibus perpatescat. Convocabo enim populum Turonicum, & dicam eis: Vociferamini contra Gregorium, quod sit injustus, & nulli hominum justitiam præstet. Illis quoque hæc clamantibus respondebo: Ego qui Rex sum, justitiam cum eodem invenire non possum: & vos qui minores estis, invenietis? Ad hæc ego: Quod sim injustus, tu nescis: scit enim ille conscientiam meam, cui occulta cordis sunt manifesta. Quod vero falso clamore populus, te insultante, vociferatur, nihil est: quia sciunt omnes a te hæc emissa; ideoque non ego, sed potius tu in acclamatione notaberis. Sed quid plura? habes leges & canones; hæc te diligenter rimari oportet: & tunc quæ præceperint si non observaveris, noveris tibi Dei judicium imminere. At ille quasi me demulcens (quod dolose faciens putabat me non intelligere) conversus ad juscellum, quod coram me erat positum, ait: Propter te hæc juscella paravi, in quibus nihil aliud præter volatilia & parumper ciceris continetur. Ad hæc ego, cognoscens adulationem ejus, dixi: Noster cibus esse debet, facere voluntatem Dei, & non his deliciis delectari; ut ea quæ præcepit, nullo casu prætermittamus. Tu vero qui alios de justitia culpas, pollicere prius quod leges & canones non omittas, & tunc credimus, quod justitiam prosequaris. Ille vero porrecta dextra, juravit per omnipotentem Deum, quod ea quæ lex & canones edoceant, nullo prætermitteret pacto. Post hæc accepto pane, & hausto vino, discessi.* Hactenus Gregorius de prima Synodi Actione; quæ autem post hæc facta sint, antequam iterum Synodus cogeretur, sic narrat;

XVII. Tentatur Gregorius a Fredegunde Regina. *Ea vero nocte decantatis nocturnalibus hymnis, ostium mansionis nostræ gravibus audio cogi verberibus; missosque pueros nuncios Fredegundis Reginæ adstare cognosco. Quibus introductis, salutationem Reginæ suscipio. Deinde precantur pueri, ut in ejus causis contrarius non existam, simulque ducentas argenti promittunt libras, si Prætextatus, me impugnante, opprimeretur. Dicebant enim: Jam omnium Episcoporum promissionem habemus: tantum tu adversus non incedas. Quibus ego: Si mihi mille libras auri argentique donetis, numquid aliud facere possum, nisi quod Dominus agi præcepit? Unum tantum polliceor, quod ea quæ cæteri secundum canonum statuta consenserint, sequar. At illi non intelligentes quæ dicebam, gratias agentes discesserunt. Mane autem facto aliqui de Episcopis ad me venerunt, simile mandatum ferentes: quibus ego similia respondi, &c.*

Sequitur modo Actio ejusdem Synodi secunda, quæ sic se habet:

XVIII. Actio Parisiensis Synodi secunda. *Convenientibus autem nobis ad basilicam S. Petri, mane Rex affuit, dixitque: Episcopus enim in furtis deprehensus ab Episcopali officio ut avellatur, canonum auctoritas sanxit. Nobis quoque respondentibus, quis ille sacerdos esset, cui furti crimen irrogaretur, respondit Rex: Vidistis enim species, quas nobis furto abstulit (ostenderat enim nobis ante diem tertiam Rex duo volumina speciebus & diversis ornamentis referta, quæ pretiabantur amplius quam tria millia solidorum, sed & sacculum cum numismatis auri pondere tenentem quasi millia duo) hæc enim dicebat Rex sibi ab Episcopo Prætextato fuisse furata. Qui respondit: Recolere vos credo, discedente a Rhotomagensi urbe Brunichildu Regina, quod venerim ad vos: dixique vobis, quia res ejus, idest quinque sarcinas commendatas haberem; & frequentius advenire pueros ejus ad me, ut ea redderem, & nolui sine consensu vestro. Tu autem dixisti mihi, o Rex: Ejice hæc a te, & revertantur ad mulierem sua res; ne inimicitia inter me & Childebertum nepotem meum pro his rebus debeant pullulare. Reversus ergo ego ad urbem, unum volucrum tradidi pueris: non enim volebant amplius ferre. Reversi iterum requirebant alia iterum consului magnificentiam vestram: tu autem præcepisti, dicens: Ejice, ejice hæc a te, o sacerdos ne faciat scandalum hæc causa. Iterum tradidi eis duo ex his, duo autem alia remanserunt mecum. Tu autem quid nunc me calumniaris, & me furti arguis, cum hæc causa non ad furtum, sed ad custodiam debeat deputari?*

XIX. Furti arguitur Prætextatus. *Ad hæc Rex: Si hoc depositum penes te habebatur ad custodiendum, cur solvisti unum ex his, & limbum aureis contextum filis in partes desecasti, & dedisti per viros, qui me a regno dejicerent? Prætextatus Episcopus respondit: Jam dixi tibi superius, quia munera eorum acceperam: ideoque cum non haberem quod de præsenti darem, hinc præsumpsi, & eis vicissitudinem munerum tribui: proprium mihi esse videbatur, quod filio meo Meroveo erat, quem de lavacro regenerationis excepi. Videns autem Rex Chilpericus, quod eum his calumniis superare nequiret, attonitus valde ac conscientia confusus discessit a nobis: vocavitque quosdam de adulatoribus suis, & ait: Victum me verbis Episcopi fateor, & vera esse quæ dicit, scio: quid nunc faciam, ut Reginæ de eo voluntas adimpleatur? Et ait: Ite, & accedentes ad eum dicite, quasi consilium ex vobismetipsis dantes: Nosti quod sit Rex Chilpericus pius atque compunctus, & cito fle-*

*cta-*

*ctatur ad misericordiam: humiliare sub eo, & dicito ab eo objecta a te perpetrata fuisse: tunc nos prostrati omnes coram pedibus ejus, dari tibi veniam impetramus. His seductus Prætextatus Episcopus pollicitus est se ita facturum.* Hactenus secunda Actio Synodi. Sequitur rursus tertia & ultima:

XX. Actio tertia Synodi Parisiensis. *Mane autem facto, convenimus ad consuetum locum: adveniensque & Rex, ait ad Episcopum: Si munera pro muneribus his hominibus es largitus, cur sacramenta postulasti, ut fidem Moroveo servarent? Respondit Episcopus: Petii, fateor, amicitias eorum haberi cum eo: & non solum hominem, sed si fas fuisset, Angelum de cælo evocassem, qui esset adjutor ejus: filius enim mihi erat (ut sæpe dixi) spiritualis ex lavacro. Cumque hæc altercatio altius tolleretur, Prætextatus Episcopus prostratus solo, ait: Peccavi in cælum & coram te, o Rex misericordissime: ego sum homicida nefandus, ego te interficere volui, & filium tuum in solio suo erigere. Hæc eo dicente, prosternitur Rex coram pedibus sacerdotum, dicens: Audite o piissimi sacerdotes, reum crimen exsecrabile confitentem. Cumque nos flentes Regem elevassemus a solo, jussit eum basilica egredi. Ipse vero ad metatum discessit, transmittens librum canonum, in quo erat quaternio novus annexus, habens canones quasi Apostolicos, continens hæc: Episcopus in homicidio, adulterio, & perjurio deprehensus, a sacerdotio divellatur.*

XXI. *His ita lectis, cum Prætextatus staret, stupens Bertheramnus Episcopus ait: Audi, o frater & coepiscope, quia Regis gratiam non habes, ideoque nec nostra charitate uti poteris, priusquam Regis indulgentiam merearis. His ita gestis, petiit Rex, ut aut ei tunica scinderetur, aut centesimus octavus psalmus, qui maledictiones Ischarioticas continet, super*
Prætextatus detruditur in carcerem. *caput ejus recitaretur; aut certe judicium contra eum scriberetur, ne in perpetuum communicaret: quibus conditionibus ego restiti, juxta promissum Regis, ut nihil extra canones gereretur. Tunc Prætextatus a nostris raptus oculis in custodiam positus est: de qua fugere tentans, nocte gravissime cæsus, in insulam maris, quæ adjacet civitati Constantinæ, in exilium est detrusus.* Hactenus Gregorius de Synodo Parisiensi, & causa Prætextati: qui etsi turpiter nimisque animo fracto calumnias in se latas confessus est; tamen majoribus sumptis animi viribus adversus Fredegundem, alterum Jezabelem, strenue agens, mortem subire non timuit, de qua agemus suo loco inferius. Porro hoc eodem anno artibus Fredegundis Moroveum Regis filium fuisse spontanea nece defunctum, id ipso exposcente a Guileno familiari, ne in manus inimicorum veniret, idem auctor testatur (a). Quo item anno ejusdem Regis filium juniorem Samsonem numine ex humanis sublatum esse, idem affirmat (b):

(a) Gregor. Tur. hist. Franc. l. 5. c. 18. in fin.
(b) Idem c. 22.

XXII. Quid autem hoc eodem anno Turonis apud sancti Martini sepulcrum fieri contigit, ex eodem ipsius civitatis Episcopo Gregorio haud erit inutile recitare: *Tunc* (inquit (c)) *Vinnocus Brito in summa abstinentia a Britanniis venit Turonos, Hierosolymam accedere cupiens, nullum aliud vestimentum nisi de pellibus lanæ privatis habens: quem nos quo facilius teneremus (quia nobis religiosus valde videbatur) presbyterii gratia honoravimus. Ingeltrudis autem religiosa consuetudinem habebat aquam de sepulcro* Vinum S. Martini. *sancti Martini colligere. Qua aqua deficiente, rogat vas cum vino ad beati tumulum deportari: transacta autem nocte, id exinde, hoc presbytero præsente; assumi mandavit: Et ad se delato, ait presbytero: Aufer hinc vinum, & unam tantum guttam de aqua benedicta, quæ parum superest, funde. Quod cum fecisset (mirum dictu) vasculum, quod semiplenum erat, ad unius guttæ descensum impletum est: idem bis impletum. Quod non ambigitur, & in hoc beati Martini fuisse virtutem.* Ex hujusmodi miraculo longe lateque vulgato, aliisque ejusdem generis accidisse videtur, ut super vinum sancti Martini nomen invocaretur, aliudque pariter eo modo sancti viri nomine benedictum, unaque simul mutuæ sym-

(c) Idem c. 21.



PAGIUS VI. S. Martini miraculum. Ad num. XXII. Miraculum *Sancti Martini Episcopi* Turonensis, quod Baronius narrat ex Turonensi lib. 5. cap. 22. quod scilicet vinum in vase positum, injecta unica gutta aquæ ex ejus sepulcro colligi solitæ, mirum in modum auctum fuerit, pertinet ad annum Christi quingentesimum septuagesimum octavum. Gregorius enim asserit, illud peractum esse anno tertio Childeberti Regis. Ex illo miraculo longe lateque vulgato, aliisque id generis accidisse putat Baronius, ut vinum Sancti Martini nomine postea benedictum fuerit.

VII. Theophylactus lib. 3. cap. 17. postquam de superbia Hormisdæ Persarum Regis & Legatione Tiberii insolenti fastigio aspernata locutus est, ait: *Ubi de arrogantia Regis Tiberius comperit, æstate proxima Mauricius contractis virium copiis Persidem ingressus ex adverso Tigridis castra locat, Romanumque, Theodoricum, & Martinum ad interiora Regni divexanda dimittit. Illi florentissimam agrorum copiam, & universam æstatis amœnitatem depopulantes, ac cædibus grassantes, Persarum rebus vastitudinem, pestiferamque cladem invenere. Mauricius sub adventum hyemis Cæsaream Cappadociæ discedit.* Quæ de æstate & hyeme currentis Christi anni intelligenda esse, non tantum innuit Theophylactus, qui ante mortem *Tiberii*, annos tan- Gesta a Romanis adversus Persas.

tum

symbolo charitatis invicem propinatum, in honorem ejusdem Sancti potarent. Sed quod tum pietas docuit, pravus usus labefactavit, ut ejus invocatione non ex vino miracula, ut olim, sed ebrietates ex luxu soleant provenire.

Se-

PAGIUS tum duos postea memorat; sed etiam Menander Protector pag. 166. & seqq. qui indicare videtur, superiorem annum in colloquiis de pace consumptum fuisse, ac Abbas Biclariensis, qui ad annum II. Tiberii Imp. ait, *Mauritium* Magistrum militiæ Orientis institutum, ad repugnandum Persis directum esse.

VIII. *Alia hoc anno gesta.*

*Eulogius* Patriarcha Alexandrinus succedit *Joanni*, ut videre est anno DLXXXI. *Concilium Brennacense*, de quo anno DLXXXIII. ubi & de dyssenteria, quæ hoc anno Gallias afflixit. Filius *Chilperici* Regis necatur, & *Austrigilde* Regina moritur, ibidem *S. Hermenegildus* a patre vexatus.

| JESU CHRISTI ANNUS 581. | PELAGII PAP. II. ANNUS 4. | JUSTINI JUN. IMP. ANNUS 16. |
|---|---|---|

I. SEquitur annus Christi quingentesimus octogesimusprimus, decimæquartæ Indictionis: quo consultus Pelagius Papa scripsit ad Benignum Archiepiscopum epistolam decretalem die decimatertia Augusti de translatione Episcoporum, an & quando Episcopum e sede in sedem transire deceat: quæ incipit (a): *Lectis fraternitatis tuæ litteris &c.* An autem & ipsa ex Isidori sit mercibus, tu videto.

(a) *Extat t. 1. Conc.*

II. *Laurentius Jun. Epis. Mediol.* Hoc eodem anno Laurentius Junior post Frontonem creatur Episcopus Mediolanensis Ecclesiæ: moxque ad Pelagium Papam, ut in communionem Catholicam reciperetur, scripsit libellum (quem cautionem Gregorius Papa appellat) quo se aversari schismaticos, & in causa Trium capitulorum Romanæ inhærere Ecclesiæ profitebatur. Cui quidem libello cum complures nobiles Senatores subscripserint, etiam Gregorius, qui postea fuit Romanus Pontifex, dum hoc tempore Urbanam gereret Præfecturam, suum apposuit chirographum, ut ipso testatur in epistola (b) ad Laurentii successorem Constantium. Subscripsere autem Senatores, ipseque Præfectus Urbis Gregorius tamquam fidejussores Laurentii ipsius Mediolanensis Episcopi: ex quo intelligas, cur idem Gregorius ipsum Laurentii libellum fidei nominat cautionem. Cum igitur hæc ipsius Gregorii Papæ testificatione adeo manifesta sint, vides quam longe ab historica veritate aberret Joannes diaconus, dum in Vita S. Gregorii Papæ tradit, ab eodem Benedicto Papa ipsum Gregorium ex monacho, invitum licet & renitentem, creatum fuisse diaconum Cardinalem S. R. E. Ait insuper, quod antequam hoc Benedictus Papa aggrederetur, ipsum adhuc monachum Gregorium miserit in Britanniam insulam ad conversionem gentis Anglorum; sed tumultuantibus civibus, ab eodem revocatum, & inter diaconos cooptatum. Hæc quidem Joannes (c) diaconus tradit, sed quam fabulose, tu ex citatis ipsius Gregorii scriptis judex eris.

(b) *Greg. l. 2. ep. 11.*

*De tempore diaconatus Gregorii Papæ.*

(c) *Joannes diac. in vit. S. Gre. l. 1. c. 22. 23. 24. 25. c. 2. Sur.*

III. *De tempore Joannis Diaconi.* Aggressuri itaque jam nos ordine temporum res mirifice gestas ejusdem S. Gregorii recensere: quoniam continget interdum a Joannis diaconi, qui Vitam ejus scripsit sententia discrepare: ne hoc nimium audax alicui videri possit, cum auctor absque reprehensione hactenus lectus fuerit, hic primum de ipsius auctoris tempore, quo scripsit, paucis agendum putamus. Cum ipse in eadem scriptione meminerit (d) Leonis Quarti, Nicolai, atque Hadriani Romanorum Pontificum, inscribatque opus illud ad Joannem Romanum Pontificem ejus nominis octavum ordine, qui sedere cœpit anno Domini octingentesimo septuagesimosecundo; jam liquet post hæc trecentis ferme annis eos li-

(d) *Jo. diac. ibid. l. 4. c. 86. 93. 94. 97.*



---

PAGIUS SÆC. VI. Olymp. 340. Anno Eræ Hisp. DCXIX. A.C. 582.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6074.

⊙ 2. E. ☽ 12. P. 6. April. Indict. 14.

JESU CHRISTI 582.

PELAGII II. PAPÆ 4.

TIBERII CONSTANTINI IMP. 8. & 4.

I. *Postconsulatus.* [1] IS annus hac formula notatus: *III. post Consulatum Tiberii novi Constantini Aug. solius II.* vel, *Anno III. Consulatus Tiberii Constantini Aug. Indict. XIV.*

II. *Epistola Pelagio II. afficta.* Ad num. I. Epistola ad *Benignum Archiepiscopum de Episcoporum translatione*, afficta Pelagio II. Papæ, certo est ex variis locis Athanasii, Zosimi, Celestini Leonis, Socratis, Ennodii, ac Concilii X. Toletani, & horridam ubique barbariem exhibet, ut jam a Viris doctis demonstratum.

III. *D. Gregorius Præfecturam Urbanam ante nonennium gessit.* A num. II. ad XIII. Sanctus *Gregorius*, qui postea Pontifex Romanus renunciatus est, anno quingentesimo septuagesimo tertio Urbanam Præfecturam jam gerebat, eodem aut circiter anno Monachum induit, & ante annum DLXXXII. Constantinopolim a *Pelagio II.* Apocrisiarius missus est; quæ tria hic nobis adversus Baronii sententiam probanda. Tempus Præfecturæ Urbanæ *Gregorii* pendet ex initio Epi-

---

NOTÆ [1] INscriptio Ravennæ, edita a Muratorio tom. 1. pag. CDXXX. 5.

D E P. S V B. D. P R I D. N O N.
A V G. I N D. X I I I I. I M P.
D N N T I B E R I O C O N S T A N T I N O
P P. A V G. A N N O V I.
E T P. C. E I V S D E M A N N O III.

Hæc in A. D. 581. apprime conveniunt, ac in primis ex Indictione *quartadecima*. At nondum esse in anno VI. suspicor, legendumque esse VII. ut aperte habet alius lapis Ravennas, supra ad A. D. 579. ex Ruben allatus, qui eodem die, eademque indictione exaratus est. GEORGIUS

libros elaborasse. Ex quibus pariter erroris redarguas Sigibertum, qui non ad Joannem Octavum, sed Septimum illud affirmat (a) ab ipso opus inscriptum: etenim cum dictorum Pontificum, qui vixerunt post Joonem Septimum, auctor ipse in eo meminerit, nulla de his dubitatio reliqua esse potest. Mortuus est autem Joannes Papa septimus anno Domini septingentesimo septimo, post quod tempus iidem nominati Pontifices vixisse reperiuntur Hadrianus, Leo Quartus, & Nicolaus. Sic igitur haud quisque prudens in verba auctoris dixerit esse jurandum, qui post annos (ut dixi) ferme trecentos ea de S. Gregorio scriptorum monumentis posteris commendavit: cum alioqui etiamsi eodem tempore cum S. Gregorio ipse vixisset, a perspicua veritate refelli, sive ipse, sive alius minime refugere jure possit; eoque magis, si ex ipsiusmet Gregorii scriptis auctor redarguendus erit.

(a) Sigib. de Script. Eccl. c. 117.

IV. Acturi igitur de Gregorii Papæ primordiis, de genere prius aliqua veluti præludia præmittenda putamus. Scimus ipsius Gregorii (b) testificatione, fuisse ipsi atavum Felicem Romanum Pontificem, non quidem quartum ejus nominis (ut vult Joannes diaconus) cum non Romanus ille, sed Samnita fuerit: Gregorii enim progenitores & antecessores liquet fuisse Romanos. Sed de his superius. Fuisse autem illi patrem nomine Gordianum, matrem vero Silviam appellatam, eosdemque pietatis cultores, omnes æque consentiunt: sed excelluisse Silviam sanctitate, meruisseque inter Sanctos adnumerari, Ecclesiasticæ tabulæ fidem faciunt, sicut eadem claritudine illustratæ fuere ejus amitæ Tarsilla atque hujus soror Æmiliana Deo dicatæ virgines, quas sui patris (c) affirmat fuisse sorores, sicut & Gordianam, sed a sanctis sororibus valde degenerem. Quod si adhuc ipsius Gregorii cunabula perscruteris, invenies & nutricem ejus, eamdemque adhuc superstitem tempore ipsius Pontificatus, cujus meminit in epistola ad Rusticianam Patriciam (d). Institutum vero fuisse oprimis moribus, & in domo sancta inter sanctos sanctitudine æque imbutum coaluisse, par est credere; excultumque bonis litteris (quantum illud ferebat sæculum ob diuturna bella eruginatum) certum est; juris quoque fuisse consultissimum, suis postea litteris declaravit. (e) De ipsius eruditione Gregorius Turonensis æqualis ipsius Romani Gregorii hæc habet (f): *Litteris grammaticis, dialecticis, atque rhetoricis ita erat institutus, ut nulli in Urbe ipsa videretur esse secundus.* Porro inter Senatores militasse, in eaque forensi militia primos ordines duxisse, Præfecturamque Urbanam administrasse, ex suis ipsius scriptis postea litteris satis constat.

(b) Greg. dial. lib. 4. c. 16.

De S. Gregorii Papæ vitæ primordiis.

(c) Greg. homil. 38.

(d) Greg. l. 4. ep. 44.

(e) Greg. l. 11. ep. 53.

(f) Greg. Turon. hist. li. 10. c. 1.

V. Sed quo tempore id acciderit, ex iisdem ejus scriptis est perscrutandum. Sane quidem diversis verbis ipse sanctus Gregorius testatur, se tunc in eo magistratu fuisse, cum Laurentius adhuc esset Mediolanensis Episcopus: id enim ipse habet in epistola ad ejus successorem Constantium, ubi sunt hæc verba (g): *Quamvis decessor fraternitatis tuæ Laurentius districtissimam cautionem sedi Apostolicæ remiserit, in qua viri nobilissimi ex legitimo numero subscripserunt, inter quos ego quoque tunc Urbanam Præfecturam gerens pariter subscripsi.* Cum igitur ejus testificatione satis liqueat, superstite adhuc Laurentio Mediolanensi Episcopo, ipsum Gregorium in ea functione fuisse; quærendum modo de tempore ipsius Laurentii Episcopatus. Fuit iste (ut diximus) Laurentius Junior. Senior enim, ad quem sæpe & de quo plura Ennodius Tieinensis, vixit Symmachi Papæ temporibus (ut Conciliorum Acta declarant) ante annos sexaginta; Junior vero his Longobardorum temporibus vixit, quem diem obiisse liquet, cum jam ipse Gregorius Romanus Pontifex creatus esset, ageretque in se-

de

De tempore Præfecturæ urbanæ Gregorii.

(g) Greg. l. 3. ep. 2.

PAGIUS Episcopatus *Laurentii* in Ecclesia Mediolanensi; nam ii qui Urbium Antistites consecrabantur, in Synodi quintæ Decreta jurabant, ac fidei datæ Chirographum ad Apostolicam Sedem transmittebant, ut scribit idem Gregorius lib. III. Epist. II. ad Constantium ejusdem Laurentii successorem; *Et quidem*, inquit, *si quod de Tribus Capitulis in quocumque vel verbo, vel scripto nominatum est, bene fraternitas tua reminiscitur, quamvis decessor fraternitatis tuæ Laurentius districtissimam Cautionem Sedi Apostolicæ remiserit, in qua Viri nobilissimi ex legitimo numero subscripserunt; inter quos ego quoque tunc Urbanam Præturam gerens pariter subscripsi.* Initium autem Pontificatus Laurentii hactenus in tenebris sepultum, tandem nos docuit Vetus Catalogus Episcoporum Ecclesiæ Mediolanensis, servatus MS. in Bibliotheca Ambrosiana, quem nuper Mabillonius in Tomo I. Musæi Italici part. II. pag. 109. & eodem fere tempore Papebrocius in Exegesi *de Episcopis Mediolanensibus* præfixa Tomo VII. Sanctorum mensis Maii, in lucem emisere. In eo legitur: *Laurentius sedit annos XIX. menses VII. obiit XII. Kalendas Septembris, sepultus est in Genua ad Sanctum Syrum. Vixit annis LXXXV.* Porro libro II. Registri Sancti Gregorii Epistola XXVI. scripta est *Magno Ecclesiæ Mediolanensis Presbytero*, qua hortatur eum, ut non obstante excommunicatione, a Laurentio *quondam* Episcopo ei innocenti inflicta, officium suum secure peragat, ac admoneat *Clerum & populum, ut ad eligendum nullatenus dissentiant Sacerdotem, ne si aliter actum fuerit, in diversis studiis damnum Ecclesiasticis rebus adveniat.* Data ea Epistola *mense Martio, Indictione undecima*; anno scilicet DXCIII. Cum vero *Laurentius*, cujus in ea mentio, die XXI. Augusti mortuus fuerit, obi-

tus

de annum tertium: tunc enim de ejus obitu & in ejus locum subrogatione Constantii extant ipsius Gregorii datæ litteræ ad Exarchum (a) Italiæ Romanum, necnon aliæ (b) ad Joannem subdiaconum de ejusdem Laurentii obitu, & electione Constantii. Est is annus Domini quingentesimus nonagesimustertius.

(a) Greg. l. 2. ep. 31. Indit. 11. (b) Greg. l. 2. ep. 30. Ind. 11.

VI. Cum igitur constet de anno quo Laurentius defunctus est, appareatque eum sedisse annos duodecim, sedereque cœpisse anno Domini quingentesimo octogesimoprimo (ut omnes qui res Ecclesiæ Mediolanensis prosecuti sunt, & eu ejusdem Ecclesiæ monumentis seriem Episcoporum texuerunt, affirmant (c) nihil est ut dici possit a Benedicto Papa Gregorium creatum esse diaconum, sive monasticam vitam eacoluisse; eum hoc ipso Laurentii tempore adhuc laicum Præfecturam Urbanam administrasse pateat. Porro quod eodem hoc anno initium Episcopatus Laurentii contigerit, cum Gregorius ipse Præfectus Urbis unn cum aliis nobilissimis viris subscripsit Laurentii de communione cum Romana Ecclesia scriptæ cautioni, colligi satis potest ex veteri instituto, quod esset in more, ut simulac quis erectus esset Episcopus, fidei professionem mitteret ad Apostolicam sedem; prout & ab ejus successore Constantio in sua electione factum apparet ex eadem epistola (d) ad eum data, cum eumdem tradit scripsisse similem cautionem de Trium capitulorum damnatione, cujus causa tres Episcopi ab ejus se communione diviserant. At vero ante Laurentium Fronto, & ante Frontonem Honorius rexit Mediolanensem Ecclesiam, qui & eo quidem tempore fuisse Episcopus reperitur (teste Paulo diacono) cum Alboinus invasit Italiam, Indictione tertia, anno Domini quingentesimo sepetnagesimo; ut appareat ipsum eum successore Frontone usque ad Laurentium implesse decennium.

(c) Panvin. in Fast. & Galesin.

(d) Greg. l. 3. ep. 2.

VII. Gregorius autem cum negotiis secularibus foris inserviret, intus anhelasse ad solitudinem, ipsemet testatur scribens postea ad sanctum Leandrum Episcopum Hispalensem his verbis (e): *Omne tuis auribus, quod mihi de me displicebat, expansi; quoniam diu longeque conversionis gratiam distuli: & postquam cælesti sum desiderio afflatus, seculari habitum contemnere melius putavi. Aperiebatur mihi tunc de æternitatis amore quod quærerem; sed inolita me consuetudo devinxerat, ne exteriorem cultum mutarem. Cumque adhuc me cogeret animus præsenti mundo quasi specie tenus deservire: cœperunt multa contra me ex ejusdem mundi cura succrescere, ut in eo jam non specie, sed (quod est gravius) mente retinerer. Quæ tandem cuncta sollicite fugiens, portum monasterii petii, & relictis quæ mundi sunt (ut frustra tunc credidi) ex hujusmodi naufragio nudus evasi.* Hæc de se ipse usque ad ingressum in monasterium. Quod igitur ipse adhuc sæcularis specie tenus (ut ait) sic Reipubl. ministrabat, ut tamen animo Deo intrinsecus militaret: utique ea illa putamus fuisse tempora, quibus ipse Gregorius in erigendis in Sicilia monasteriis totus erat, post quæ & aliud erexit Romæ in Clivo Scauri. De his autem, usque ad munus diaconatus susceptum, Gregorius Turonensis hujus temporis inspector & scriptor ista habet (f): *Hic de Senatoribus primis, ab adolescentia devotus Deo, ex rebus propriis sex in Sicilia monasteria congregavit, septimum vero intra Urbis muros instituit: quibus tantum delegans terrarum copiam, quanta ad victum quotidianum præbendum sufficeret, reliqua venumdedit cum omni præsidio domus, ac pauperibus erogavit. Et qui ante serico contexto ac gemmis micantibus solitus erat per Urbem procedere trabeatus, nunc vili contectus vestitu ad altaris Dominici ministerium conse-*

(e) Greg. in præf. Mor. ad Leandr.

Quæ adhuc sæcularis Gregorius egerit.

(f) Greg. Tur. hist. l. 10. c. 1.

PAGIUS tur ejus contigit mense Augusto anni quingentesimi nonagesimi secundi, a quo per annos XIX. & menses VII. retrocedendo, pervenitur ad mensem Januarium anni DLXXIII. Hinc consequens est, *Laurentium* Cautionem ad *Joannem Papam* transmisisse, qua Tria se Capitula damnare jurejurando affirmabat, an. DLXXIII. eodem anno *Gregorium* Præfecturam Urbanam gessisse, eidemque Cautioni subscripsisse, quod ipsemet in laudata ad Constantium Epistola data *Indictione XII.* testatur.

IV. Non multo post jusjurandum illud Laurentii Sanctus *Gregorius* seculo renunciavit, & Monachum induit. Etenim, ut animadverterunt Bollandus ad diem XII. mensis Martii in Commentario prævio ad Vitam Sancti Gregorii Magni, Em. Card. Norisius in Dissert. de Synodo V. cap. 9. paragr. 3. & Mabillonius Tom. II. Veterum Analect. in Dissert. de Monastica vita Gregorii Papæ I. Gregorius plures annos in Monasterio S. Andreæ, a se in Urbe condito, commoratus est ante susceptum Diaconatus gradum, & Legationem Constantinopolitanam. Ipsemet lib. 3. Dialog. cap. 33. de Eleuthera Abbate dicit: *Diu mecum est in hac Urbe in meo Monasterio conversatus.* Quare diu Sanctus Gregorius in Monasterio vixit. Certe plures ei commorationis annos in Monasterio tribuere necesse est; cum in eo duobus minimum Abbatibus paruerit, *Valentio* scilicet, ex lib. 4. Dialog. cap. 21. & *Maximiano*, qui tum, cum Gregorius Apocrisiarius dictus est, Sancti Andreæ Monasterii Pater erat, ex lib. 3. cap. 36. Deinde *Merulus* Monachus, quem Gregorii in Cœnobio socium ac discipulum fuisse, scribit Joannes Diaconus in lib. 2. de Vita Gregorii cap. 19. ante annos quatuordecim, quam Gregorius Dialogos scriberet, e vivis abierat, teste Gregorio in lib. 4. Dialog. cap. 47. Certum est autem Gregorium Dialogos elucubrasse

D. Gregorius per plures annos Monachus vixit.

*steratur, septimusque Levita in adjutorium Papæ adsciscitur. Tantaque ei abstinentia in cibis, vigilantia in orationibus, strenuitas in jejuniis erat, ut infirmato stomacho vix consistere posset.* Hæc Turonensis Gregorius de Gregorii Romani primordiis.

VIII. Sed & in eo etiam redarguendus est Joannes diaconus, dum ait ipsum Gregorium vitam excoluisse monasticam primo sub Hilarione Abbate, inde vero sub Maximiano. Nam ipse Gregorius bis diversa ponit, dum ait (a): *Vitæ venerabilis Valentius*, vel Valentio, sive Valentinus, *qui post in hac Romana urbe mihi (sicut nosti) meoque monasterio præfuit, prius in Valeria provincia suum in monasterium rexit, &c.* Qui igitur haud diu permissus est degere in monasterio, sed inde evulsus in diaconum ipse Gregorius est assumptus, haud alium Abbatem post Valentium habuisse institutorem putamus. Nam quod ad Maximianum spectat, licet ipse Gregorius (b) testetur eum eidem suo monasterio præfuisse, non tamen addit & sibi, sicut de Valentio dixerat. Post Maximianum vero præfuit eidem ipsius monasterio Pretiosus, cujus idem Gregorius (c) meminit: inde autem Probus, adhuc vivente Gregorio, qui de eo in Constituto (d) ad ipsum dato mentionem habet: monasteriumque illud titulo sanctorum Andreæ Apostoli, atque Luciæ, seu potius Lucæ, cujus reliquias, sicut & Andreæ acceperat Constantinopoli nominatum fuisse, publica intexta Constituto Acta referunt. Quo extructo, in ipsum cum est ingressus monasterium, contigisse sanctam Romulam virginem ex hac vita migrare, idem affirmat (e).

(a) Greg. dialog. lib. 4. c. 21.
(b) Greg. dialog. lib. 4. c. 32. & hom. in Evang. 34.
(c) Greg. dialog. lib. 4. c. 55.
(d) Greg. lib. 9. epist. 22.
(e) Greg. in Evang. homil. 40. & dialog. l. 4. c. 15.

IX. De institutione monastica S. Gregorii.

Porro instituto ab ipso in Urbe eodem sancti Andreæ monastrio non ex proxime positis Cassinaribus monachis (ut multi putant) quibus Longobardos fugientibus apud Lateranensem basilicam datum fuerat monasterium, sed ex provincia Valeria monasterio sancti Equitii, in quo vigebant monastica instituta petitum primum Abbatem apparet: idque non ex ipsius Gregorii loco citato tantum, sed & alio ejusdem, dum sancti Equitii post obitum edita miracula recenset; dumque ex relatione ejusdem Valentii, sive Valentini sui Abbatis, quæ narrat, se accepisse testatur, ubi ait: (f) *Silere non debeo, quod de hoc viro Abbate quondam meo reverendissimo Valentio cognovi, &c.* Suum enim illum Abbatem dum iterum appellat, haud alium ab eo de quo dictum est, fuisse cognosce. Porro nullum aliud celebre eo tempore in provincia Valeria monasterium fuisse reperitur, nisi sancti Equitii, ex quo primus petendus esset Abbas monasterii ab ipso in Urbe erecti, a quo & habitum ipse Gregorius monasticæ conversionis accepit, & ab eo monachorum institutus est regulis.

(f) Idem dialog. lib. 1. c. 4. prope fin.

Vi-

PAGIUS

se anno DXCIII. quare ante annum DLXXIX. Gregorius jam vitam Monasticam profitebatur.

V. Ante aliquot annos Apocrisarius Constantinopolim missus.

Post aliquot annos a suscepto Monachatu, *Gregorius* Diaconus factus, ut ad *Tiberium* Augustum Apocrisiarius mitteretur; Diaconi enim eo munere, juxta antiquam consuetudinem, fungebantur, teste eodem Gregorio lib. XI. Epist. XLV. ad Phocam Augustum. Se eo consilio & Diaconum Apocrisiarium ad Tiberium electum fuisse ipse Gregorius in Præfatione ad Libros Moralium Leandro Hispalensi Episcopo inscriptos affirmat. *Eo quoque tempore, quo ad ministerium Altaris accessi, hoc de me ignorante me, actum est, ut Sacri ordinis pondus acciperem, quatenus in terreno Palatio licentius excubarem.* Non convenit tamen inter Auctores, a quo Romano Pontifice *Gregorius* Constantinopolim directus fuerit, Joanne Diacono in Vita ejus lib. 1. cap. 3. asserente *Benedictum* eum Ecclesiastici ordinis officio sublimasse, & Auctore Anonymo, sed synchrono alterius Vitæ Sancti Gregorii, a Bollando loco citato publicato, eandem electionem *Pelagio II.* tribuente. Sed cum *Tiberius* Justino Juniori mense octobri anni DLXXVIII. in Imperio successerit, ea Legatio Gregorio injuncta initio Imperii Tiberii a *Pelagio II.* initio sui Pontificatus. Certe Cardinalis Norisius laudatus observat, *Gregorium* Tiberio imperante, Apocrisiarium Sedis Apostolicæ apud eum egisse, quo tempore cum *Eutychio* Patriarcha Constantinop. de palpabili carnis Resurrectione coram Imperatore litigavit. Rem ipsemet Gregorius describit Lib. 29. Moral. cap. 29. *Tunc itaque*, inquit Gregorius, *de hac re in longa contentione perducti, gravissima a nobis cœpimus simulatione resilire; cum piæ memoriæ Tiberius Constantinus Imperator secreto me & illum suscipiens, quid inter nos versaretur discordiæ, agnovit.* Cum vero *Eutychius* die sexta Aprilis anni DLXXXII. mortuus sit, ea dissensio ad præsentem annum ad minus retrahenda est, ut dici possit *ex longa contentione* inter utrumque simulatio suborta.

VI. Fundamentum opinionis contrariæ evertitur.

Baronius tamen anno DLXXXIII. num. XIII. contendit, quod & hoc anno num. VI. jam affirmarat, Præfecturam Urbanam Gregorii in præsentem annum incidere, ideoque & eum brevissimo tempore in Monasterio mansisse; cum anno DLXXXIII. num. XI. & seqq. arbitretur, eum ad Legationem Constantinopolitanam eo anno missum fuisse. Affirmat Baronius, Episcoporum Mediolanensium Indices, *Laurentio* duodecim duntaxat Pontificatus annos tribuere, ac substituere *Constantium* quem anno DXCIII. jam Laurentio successisse liquet ex Epistola Divi Gregorii. Quare si detrahas annos duodecim, quibus *Laurentius* Mediolanensem Ecclesiam rexit; habebis annum DLXXXI. quo proinde *Laurentius* Pontificatum suscepit, & *Gregorius* tum Prætor Urbanus, Laurentii Cautioni subscripsit. Indeque infert Cardinalis doctissimus, *Gregorium* brevi tempore in Monasterio versatum esse. At Mediolanensium Pontificum Indices, quos Baronius viderat, recentiores erant ac parum accurati. Cum itaque ipsemet observarit, in more positum fuisse, ut simul

ac

X. Videant hinc ergo, quo jure nonnulli tradant, fuisse Gregorium institutionis sancti Benedicti professorem, cum sanctus Equitius ante sanctum Benedictum in dicta provincia monasterium erexerit, & monachis in eo positis præfuerit: congregaverat jam ille monachos, cum sanctus Benedictus petiit eremum. Nec est enim, cui magis quam ipsi Gregorio credi possit de se testanti: sed neque est ut quis Valentium hunc, quem sibi præfuisse Abbatem fatetur iterum ipse Gregorius, illum existimet fuisse Valentinianum, secundum numeratum post S. Benedictum Abbatem, primum vero Lateranensis cœnobii. Nam constat diversum fuisse monasterium sancti Andreæ ab illo Lateranensi, ut ex diversa etiam Abbatum serie intelligere potes. Lateranensi enim primum Valentinianus Abbas, inde Symplicius, & post eum præfuit Honoratus, ut idem ipse Gregorius (a) docet. In monasterio autem S. Andreæ primo (ut ejusdem Gregorii testificatione diximus) Valentius sive Valentinus, inde Maximianus, tertio loco Pretiosus, atque postea substitutus est Probus.

(a) Idem dialog. lib. 2. in princ.

XI. ☞ Qui indigne ferunt, S. Gregorium alterius instituti quam S. Benedicti monachum asseri, eosdem S. Equitii monachos sub eodem Patriarcha S. Benedicto redigere laborant, quasi monasterium S. Equitii unum ex eis fuerit duodecim monasteriis, quæ S. Benedictum erexisse, ipse S. Gregorius tradit (b): Verum an his annuere, vel contradicere idem Gregorius inveniatur, ex ejus verbis exactissime disquiramus. Qui dum agit de duodecim a S. Benedicto erectis monasteriis, ait non in diversa provincia, sed, *illic*, inquit, *duodecim monasteria construxit*. Et paulo post (c), de iisdem agens eadem in eodem loco circumquaque fuisse constructa ait. Et sequenti capite (d): *Ex his autem monasteriis*, inquit, *quæ in eodem loco construxerat, tria sursum in rupibus montis erant*, &c. Sicque repetita tertio ejusdem Gregorii testificatione, ubinam eadem essent a S. Benedicto erecta monasteria, unicuique exploratum absque dubitatione redditur: parva enim ea fuisse, ex numero monachorum duodenario in singulis (ut idem ait Gregorius) collocato, possumus intelligere. Hæc autem ex dictis eum perspicua reddita sint: adhuc ista manifestiora redduntur, si de S. Equitii monastica præfectura quæ ab eodem S. Gregorio descripta sunt videamus.

(b) Greg. dialog. lib. 2. c. 3.

(c) Greg. lib. 2. c. 4.

(d) Greg. dialog. ib. 2. c. 5.

Ipse

PAGIUS ac quis creatus esset Episcopus, fidei Professionem mitteret ad Apostolicam Sedem, & nunc constet, *Laurentium* anno DLXXIII. Episcopum Mediolanensem ordinatum, manifestum est hunc eo anno Cautionem seu fidei Professionem ad Sedem Apostolicam misisse, eidemque *Gregorium* Prætoris Urbani nomine subscripsisse; cumque diu in Monasterio vitam duxerit, annoque saltem currenti Constantinopoli cum *Eutychio* Episcopo Constantinopol. de Resurrectione disputarit, ejus Monachatus brevis esse non potuit, nec Prætor jus Romanis hoc anno dixit; cum *Pelagii* Legatus in Regia Urbe apud *Tiberium* Imp. egerit.

VII. Quia vero invasio Ecclesiæ Mediolanensis per *Frontonem* seu *Frontum*, occasionem aliquibus præbuit existimandi non intelligi quietam possessionem *Laurentii* in Sede Mediolanensi, nisi *Frontone* mortuo, ideoque ante mortem ejus *Laurentium* Cautionem suam tunc solum misisse, non vero initio Pontificatus sui, juvat hic ostendere ex illa *Frontonis* invasione, nihil colligi posse ad Præfecturam Urbanam Gregorii ad præsentem annum differendam; eo magis, quo ante publicatum Catalogum Ambrosianum Mediolanensium Episcoporum hæc controversia satis explicari non potuerit, Historicis Mediolanensibus, multa ex conjectura, tanquam si vere gesta essent referentibus. Paulus Diaconus lib. 2. cap. 25. de Alboino primo in Italia Longobardorum Rege ait: *Alboin Liguriam introiens, Indictione ingrediente tertia, tertio Nonas Septembres, sub temporibus Honorati Archiepiscopi, Mediolanum ingressus est. Dehinc universas Liguriæ Civitates, præter eas, quæ ad mare sunt, cepit: Honoratus vero Episcopus Mediolanum deserens ad Genuensem Urbem confugit*; ideoque anno DLXIX. quo Kalendis Septemb. Indictio III. inchoata. Genuæ mortuus est Sanctus *Honoratus*, unde corpus ejus Mediolanum postea translatum, ut liquet ex iis, quæ ex variis Historicis Mediolanensibus refert Bollandus in ejus Vita, ad diem VIII. mensis Februarii.

*Ex invasione Sedis Mediolanensis per Frontonem nihil deduci potest adversus nostram sententiam.*

VIII. Ibi Bollandus mortem Sancti *Honorati* consignat anno DLXX. quemadmodum & Papebrochius laudatus. Verum ea mors videtur contigisse anno DLXXII. & *Honoratus* per triennium sedisse, ut quidam Historici Mediolanenses habent; cum mense Januario anni insequentis *Laurentius* Sedem Mediolanensem consecutus sit, eodemque, ut videtur, tempore *Frontus* Sedem eandem invaserit. [a] In Catalogo enim Ambrosiano post narratam Honorati mortem habetur: *Frontus sedit annos XI. depositus in genua ad S.* ..... Genuæ itaque, ubi Clerus Mediolanensis agebat, & ubi *Constantius* & *Deusdedit* Laurentii successores electi postea fuere, ut

*Annus emortualis S. Honorati Episc. Mediolanensis.*

NOTÆ [a] IN statuendo anno emortuali S. Honorati Mediolanensis Pagium sapienter corrigit Cl. Saxius in notis ad Regnum Italiæ Sigonii novæ edit. t. 2. col. 18. nam ex fide omnium veterum Catalogorum S. Honoratus biennio tantummodo sacris præfuit. Constat autem ex vita S. Honorati in Actibus SS. die 8. Februarii S. Veranum Caballicensem Episcopum exceptum fuisse Mediolani ab eodem S. Honorato, quo tempore in Italia omnia pacata & tranquilla erant, adeoque ante Aprilem anni 568. quo Longobardi e Pannonia movente venerunt in Italiam. Igitur anno 570. circiter S. Honoratus vitam cum morte commutavit. MANSI.

XII. Ipse enim superius in secundo Dialogorum (*a*) libro non unius tantum monasterii, sed multorum S. Equitium fuisse Abbatem affirmat. Sunt enim hæc ipsius verba: *Equitius præ sua magnitudine sanctitatis multorum in ea provincia*, Valeria scilicet, *monasteriorum, pater extitit*. Hæc cum ita sint, quomodo sub S. Benedicto Abbate (si temporis ratio ferret) redigendus Equitius est, qui in diversa provincia jam Abbas multorum monasteriorum esset, nemini subjectus præterquam summo Pontifici; cum constet duodecim illis monasteriis a S. Benedicto ædificatis (ut idem testatur (*b*) S. Gregorius) singulis singulos esse præfectos Abbates, nec alium quempiam nisi ipsum Benedictum universalem curam omnium habuisse? Sic igitur tot ejusdem S. Gregorii assertionibus (quibus non acquiescere nefas) non est qui negare jure possit, S. Benedicti & S. Equitii diversas inter se atque distinctas fuisse collectiones monachorum; ex S. Equitii vero classe propagatos fuisse S. Gregorii monasterii monachos; ex sancti vero Benedicti, quos diximus, Lateranenses. Vincat veritas, privata facessat affectio ☞. Sed de his modo satis ad explodendam Joannis diaconi sententiam de sancti Gregorii diaconatu sub Benedicto Papa, quem contigisse potius sub ejus successore Pelagio Juniore, certis assertionibus suo loco dicturi sumus.

(*a*) Greg. dialog. lib. 2. c. 3. in fin.

(*b*) Greg. Dialog. l. 2. cap. 4.

Eo-

PAGIUS ut patet ex Epistolis XXX. & XXXI. Libri II. Registri Gregoriani, & ex Epistola XXI. Libri IX. eodem circiter tempore *Fronto & Laurentius* electi sunt, sed *Frontus*, uti sacrilege superordinatus, a Sede Apostolica rejectus est, qui tamen usque ad mortem ad annum fe. Christi DLXXXIV. si sedit annos XI. Sedem retinuisse videtur; cum in Catalogo Ambrosiano dicatur etiam *depositus in Genua*, ubi & *Laurentius* commorabatur; in eodem enim Catalogo ibidem sepultus asseritur. Non potest igitur dici *Laurentium* Cautionem suam non nisi mortuo æmolo, Romam transmisisse; cum, ut jam diximus, id de more initio Episcopatus fieret, & tanto magis *Laurentius* eo officio defungi debuerit, quo Apostolicæ Sedis favore indigebat. Præterea nullum tempus nec Monachatui Sancti *Gregorii*, nec ejus Legationi superesset, cum ex eadem anno DLXXXIV. Romam reversus sit, quod statuit Baronius in Appendice Tomi XII. revocata priori sententia, qua Gregorii reditum cum anno DLXXXVI. illigaverat. Post suum Constantinopoli reditum, rursus in Monasterii sui portum *Gregorius* confugit, ubi etiam Abbatis munus gessit, ut ipse declarat in Constituto pro Monachis a Baronio anno DCI. num. IX. edito: *Gregorius Episcopus omnibus Episcopis. Quam sit necessarium Monasteriorum quieti conspicere* (forte prospicere, inquit Mabillonius in Veter. Analect. citatis) *& de eorum perpetua securitate tractare; anteactum nos officium, quod in regimine Cœnobii exhibuimus, informat*. Hinc est quod *Pretioso* Præposito, quem Baronius num. VIII. Abbatem perperam vocat, præcipit, quid in *Justum* Monachum proprietatis (ut vocant) reum agendum sit ex libri IV. Dial. cap. 55. usus hoc in facto jure & potestate Abbatis.

IX. Quo in Monasterio vitæ Monasticæ rudimenta didicerit *Gregorius* docet ipse variis in locis, nimirum in Monasterio S. Andreæ, quod Romæ construxerat, ut scribit in lib. 4. Dialog. cap. 22. Benedictinam vero eo loci viguisse Regulam ostendit Mabillonius in Dissertat. laudata part. 2. ex ipsius scilicet Regulæ observatione & auctoritate apud Monachos Andreanos; ex Gregorii singulari studio in eandem Regulam, ejusque Auctorem; ex ipsiusmet Regulæ propagatione per Gregorii discipulos facta in magna Britannia, & ex testimoniis Veterum, qui ab annis fere nongentis *Gregorium* sodalibus Benedictinis adnumerant. Baronius quidem num. IX. & seqq. *Gregorium* non Sancti *Benedicti*, sed Sancti *Equitii* Institutum amplexum fuisse credidit, & ad id probandum multa congessit. Sed Mabillonius loco citato ad ejus argumenta respondet, ut ibidem videre est.

*S. Gregorius non fuit Instituti S. Æquitii.*

X. Gallonius, qui Baronii sententiam de Gregorii Magni Professione Equitiana propugnavit, credidit *Benedicti* Regulam quoad vixit, latuisse, & a *Simplicio* duntaxat tertio ejus successore divulgatam esse: quam in rem profert Versus quosdam, qui in veterrimis Regulæ Benedictinæ Codicibus præmittuntur, inter quos hi duo leguntur: *Hoc Benedictus Pater constituit Sacrum volumen, suisque mandavit hoc servanda alumnis. Simplicius Christi Minister, magistri latens Opus propagavit in omnes*. Sed verbis illis nihil aliud significatur, quam Regulam Benedictinam, quæ Monasteriis suo ita multis usque ad *Simplicium*, nota & publicata fuerat per eum in omnia Italiæ Monasteria fuisse transfusam, eoque modo inscriptio interpretanda, ut *Simplicius* Casinensis Abbas tertius Regulam, quam S. Benedictus *suis alumnis*, hoc est Monasteriis a se erectis, *servandam mandaverat*; in Benedictinis Cœnobiis *latentem propagaverit in omnes*, idest, in omnia saltem Italiæ Monasteria, ac proinde etiam in Æquitiana, idque longe ante Gregorii Monachatum.

*Ante Gregorium Monasteria Æquitiana Regulam Benedictinam amplexa sunt.*

XI. De Simplicio Abbate sic loquitur Gregorius initio lib. 2. Dialog. testes producens quatuor, quorum relatu Sancti Benedicti gesta rescierat: *Hujus ego*, inquit, *omnia gesta non didici, sed pauca quæ narro quatuor discipulis illius referentibus agnovi, Constantino scilicet Reverentissimo valde viro, qui ei in Monasterii regimine successit: Valentiniano quoque, qui annis multis Lateranensi Monasterio præfuit: Simplicio qui Congregationem illius post eum tertius rexit: Honorato etiam, qui nunc adhuc cella ejus, in qua prius conversatus fuerat, præest*. Simplicium tertio loco nominatum, non S. *Benedicti*, sed *Valentiniani* in Lateranensi regimine successorem tertium statuit Baronius, ratus pronomina relativa *illius* & *eum*, ad *Valentinianum* referri. Verum eodem modo intelligendus Gregorii locus de Simplicio, ac de Honorato, qui tunc præerat *cellæ ejus*, nempe Sancti Benedicti, qui in Sublacensi cella primum conversatus fuerat. Præterea post *Valentinianum* in Lateranensi Monasterio Abbas tertius fuit *Theodorus*, ut patet ex Prologo Fausti in Vitam Sancti Mauri. Denique Paulus Diaconus ac Monachus Casinensis, Sancti Benedicti in Casinensi Monasterio successores enumerans, *Simplicium hunc* in lib. de gestis Langobard. cap. 18. tertio loco statuit.

*Simplicius Abbas Instituti Benedictini per Italiam propagator.*

Cum

XIII. Eodem quoque anno, defuncto Joanne Episcopo Alexandrino, eum sedisset annos undecim, in locum ejus suffectus est sanctus Eulogius, qui sedit annis vigintiseptem. Hæc ex Nicephori Chronico: de eodem Evagrius (a), & alii. Hic ille Eulogius, de quo sæpe in epistolis suis meminit sanctus Gregorius Papa: sed de eo plura inferius pro temporis ratione dicturi sumus. Illuxit Deus tandem, ut Ægypti tenebras ab hæreticis eam invadentibus sedem olim offusas, tanti electi Episcopi splendore fugaret, qui cum Orthodoxa fide polleret, sanctæ vitæ quoque meritis coruscaret.

(a) Evag. l. 5. c. 16.

XIV. Sed jam res Francorum, quæ ad Ecclesiasticam spectant historiam, prosequamur. Languescerent plane his temporibus Annales inopia, nisi ex rebus Francicis suppeditaretur annis ferme singulis argumentum. Hoc igitur anno, qui Childeberti filii Sigeberti Regis numeratur tertius, Guntheramni vero Regis ipsius patrui decimus septimus, inquit Gregorius Turonensis: *Dacco nobilis Dux insidiis Dracoleni Ducis captus, cum occidendus esset, vocato presbytero, ab eodem pœnitentiam petiit, qua accepta interfectus est.* Vigebat in Ecclesia pius usus, ut absque peccatorum remissione a Deo per sacerdotem accepta, nemo ex hac vita migraret. At homicida ipse est passus quod fecit: superbus enim, & arrogans a Guntheramno Bosone, invocato nomine Domini & virtute S. Martini, occisus est. Rem gestam narrat Gregorius (b), qui de eodem Guntheramno iterum ope S. Martini a naufragio liberato hæc ait (c): *Quodam die dum Guntheramnus Boso contra vicum Ambianensem Ligerim fluvium transmearet, ac irruentibus tenebris, mundum nox horribilis retineret: subito adversante vento nautæ turbantur in pelago, separatisque navibus quæ pontem illum sustinebant, & aqua usque ad summum repletis, descendunt cuncti usque ad cingulum cum ipsis navibus in profundum, nequaquam tamen navibus subductis a pedibus. Exterritisque omnibus, Boso non voce vociferans, B. Martini auxilium implorabat, & ut eis ad liberandum festinus occurreret, precabatur, dicens fidenter suis: Nolite timere: scio enim quod dextera sancti viri ad auxilium porrigendum maxime in necessitatibus sit parata. Hæc eo dicente, directis ab eo navibus, mutatoque vento contrario in secundum, nullo pereunte pervenit ad littus, ubi tam præsens occurrit beati confessoris suffragium, ut etiam argentum quod rapiente fluvio perdiderant, denuo fluvio in littus restituente, reciperent. Hæc de Bosone Gregorius. Ad eumdem Bosonem extat Venantii Fortunati carmen* (d), quod incipit:

(b) Greg. Turon. hist. l. 5. c. 25.
(c) Greg. Turon. mirac. S. Martini l. 2. c. 17.
(d) Fort. carm. l. 9.



PAGIUS Cum vero *Simplicius* iste vix ad annum DLXX. pervenerit, Regulæ Sancti Benedicti propagatio in omnia Italiæ Monasteria ante eum Christi annum facta necessaria consequtione dicenda est, inquit Mabillonius apud quem cætera Baronii dubia soluta Lector videre poterit.

XII. *Moritur Joannes Episc. Alexandrinus.* Ad num. XIII. In Tabulis Theophanis *Eulogii* Episcopi Alexandrini *Joannis* successoris annus primus jungitur cum anno Incarnat. secundum Alex. DLXXII. Kalendis Septemb. anni Dionysiani DLXXIX. inchoato. Quare cum tam in iisdem Tabulis, quam in Chronico Nicephori anni XI. *Joanni* tribuantur, isque sedere cœperit an. DLXIX. *Eulogius* an. DLXXX. Sedem Alexandrinam iniit. Bollandus quidem, ut videre est ad diem XXIII. Januarii, in Commentario prævio ad Vitam Sancti Joannis Episcopi Alexandrini Eleemosynarii dicti, initium *Eulogii* retrahit ad an. circiter DLXXVI. sed manifesto errore, ut in Eulogii obitu monstrabimus.

XIII. *Dracolenus insidiis occisus.* Ad num. XIV. Gregorius Turonensis lib. 5. cap. 25. refert, *Dacconem*, qui relicto *Chilperico* Rege huc illucque vagabatur, dolo captum fuisse, & vinctum ad Chilpericum deductum, dato prius ei a *Dracoleno* sacramento, quod vitam illius a Rege obtineret, sed postea cum Rege *Dracolenum* egisse, ut *Dacco* interimeretur, ac *Dracolenum* haud diu post jure per insidias occisum esse. Sed cum Turonensis consignet hæc *anno III.* Childeberti Regis, gesta sunt anno Christi DLXXVIII.

XIV. *Gesta inter Romanos & Persas.* Theophylactus lib. 3. cap. 17. narratis iis, quæ anno superiori a Mauricio exercitus Romani Duce adversus Persas acta sunt, ait: *Æstate sequenti in Orientem rursus, & ad Circesium* (erat Oppidum ad confluentes Chaboræ, seu Aboræ fluvii in Euphratem, descriptum ab Evagrio lib. 5. cap. 9.) *Romanorum Oppidum toto cum exercitu advenit*. Inde per Arabiæ solitudinem in Persidem proficisci maturavit. Eum *Alamundarus* Nomadum Barbarorum Dux comitatur, quem Regi Persarum de Romanorum adventu indicasse perhibent. *Tum Rex ad urbem Callinicum* (Persarum Oppidum in Euphrasia ripa in Osrhoena regione positum) *molem belli transtulerat*, & Adormaanem Ducem creaverat. Sed postquam Alamundarus Mauricii consilia evertit, in nihilum recidit adversus Persas expeditio; *Mauricius enim cum delectis cohortibus ad oppidum Callinicum properavit, ubi collatis signis res Romana longe superior fuit. Quo circa Persis fugientibus, hostium impetus conquievit.* Loquitur de hoc prælio Evagrius lib. 5. cap. 20. atque: *Adaarmanes ingenti clade accepta, & multis suorum amissis, contentissime fugit: idque tametsi Alamundarus Saracenorum Rex prodidisset, nec Euphratem amnem trajicere, & Mauricio adversus Saracenos, qui in hostium acie erant, suppetias ferre voluisset.*

XV. *Sirmium ab Avaris occupatum.* Hoc vel superiori anno *Sirmium* post longam obsidionem *Avaris* a Romanis deditum, jubente Tiberio Imperatore, qui *potius esse duxit, Urbis deditionem facere quam Civium multitudinem in captivitatem & servitutem una cum Urbis amissione abduci sinere*, inquit Menander Protector pag. 175. qui addit, exegisse etiam Chaganum Avarum trium præteritorum annorum aurum, quod illi solvere solebant Romani, ut armis abstineret: *Erant vero pecuniæ, quæ*

*Sic tegat omnipotens radiantia culmina Regis,*
*Atque ejus causas arma superna regant.*

Et inferius illud cum ipfi bene precatur his verfibus:

*Sic placido Regi fummus pius auctor ab alto,*
*Qui dedit ante Petro, porrigat ipfe manum.*

Exauditum fuiffe vidifti.

*Quin-*

PAGIUS *pro pace uno quoque anno pendebantur, ad mille octuaginta nummi aurei*. Jam idem Auctor pag. 124. & feqq. narraveeat Chagani legationem ad Juftinum Juniorem, qua petebat *Sirmium* fibi tradi, *quia ab ipfo Gepidarum res effent everfa*, anno nempe DLI. ut jam vidimus; *Sirmium* autem Gepidæ obtinuerant. Annum rei geftæ indicat Abbas Bielarienfis ad annum III. Tiberii Imp. ubi ait: *Abares a finibus Thracia pelluntur, & partes Græcia atque Pannonia occupant; Sirmium* enim, quod nunc paucis conftat incolis, Pannoniæ celeberrimum Oppidum fuit. Erravit itaque Evagrius, qui lib. 5. cap. 12. refert, *Sirmium* a Barbaris occupatum, antequam Tiberius Cæfar nuncuparetur. Quod magis conftabit ex dicendis anno DLXXXIII. Hoc fœdus Romanis probrofiffimum fuiffe, & multarum poftea calamitatum colophonem, affeit Theophylactus lib. 1. cap. 5.

XVI. *Longobardi Neapolim obfident.* Mabillonius Tomo II. Vet. Analect. pag. 51. refert ex Codice MS. Bibliothecæ Sangermanenfis claufulam feu fubfcriptionem, fubjectam Collectaneo, quod ex Libris Sancti Auguftini Eugipius Presbyter & Abbas Lucullanenfis defloravit. En ea difcimus, Longobardos currenti anno Civitatem Neapolitanam obfediffe; qui enim illud Collectaneum enfcripfit, dicit, fe id feciffe juffu *Reduris* Epifcopi, qui illud Ecclefiæ Neapolitanæ obtulit: *Et eo jubente, ego Petrus Notarius fancta Ecclefia Catholica Neapolitane, ut potui, emendavi fub die Iduum Decembrium, Imperatore Domino noftro Tiberio Conftantinopolis Augufto, anno feptimo, poft Confulatum ejufdem Augufti anno tertio, Indictione quinta decima, obfidentibus Langobardis Neapolitanam Civitatem.* [1] Arbitratur Mabillonius, hos characteres in annum DLXXXII. convenire. Verum Indictio XV. Kalendis Septembris hujus anni Chrifti cœpta eam claufulam præfenti anno die XIII. menfis Decembris fcriptam effe, & Petrum Notarium in numerandis Poftconfulatibus modo loquendi Victoriano ufum effe, certo nos edocet. Ex ea multa magni momenti deduco: primum, *Tiberium* an. DLXXIV. renunciatum fuiffe Cæfarem, idque poft diem decimum tertium menfis Decembris; alioquin currenti anno, non feptimum, fed octavum Imperii Cæfarei Tiberiani annum eo die Petrus Notarius numeraffet. Secundum, *Tiberii* Confulatum in annum Chrifti DLXXIX. competere. Tertium, Theophylactum lib 3. cap. 11. recte fcripfiffe *Tiberii* cooptationem menfe Decembri peractam effe, non *Indictione IX*. ut per Librarii errorem apud Theophylactum legitur, fed *Indictione VIII*. Quartum, *obfidionem Neapolitanam* a Langobardis factam hoc anno contigiffe. Denique in ferie Neapolitanorum Antiftitum collocandum effe *Reducem*, non inter Stephanum & Pomponium, ut perperam Ughellus in Tomo VI. Italiæ Sacræ, fed inter *Vincentium & Demetrium*, ut recte Mabillonius obfervavit.

*Marius* Epifcopus Ecclefiæ Aventicæ, qui Concilio Matifconenfi fecundo anno DLXXXV. habito fubfcriptus legitur, hoc anno Chronicon fuum abfolvit, quod poft Baronii mortem Petrus Francifcus Chiffletius publicavit, obfervavitque eum in Æduis nobili genere natum, in Aventicenfi, feu Laufanenfi Epifcopatu annos viginti & menfes octo exegiffe, & *pridie Kalendas Januarias* nomen ejus Sacris Faftis adfcriptum effe. Is cum ftante Burgundiæ Regno vixerit, in perfequendis Burgundionum rebus accuratior fuit, fed in iis quæ ætate fua gefta funt, non raro in Chronologiam peccat, ut identidem obfervavi. Ejus Chronicon ab anno, quo fuum Profper terminavit initium fumit. XVII. *Finis Chronici Marii Aventicenfis Epifcopi.*

Pax inter *Francorum* Reges, fancita, de qua anno DLXXXIV. ubi & de morte SS. *Ferreoli*, *Eparchi*, & *Domnoli*.

NOTÆ [1] De formula: *Sub die Iduum Decembr. &c. Tiberii Conftantini ann. VII. &c.* Vide quæ contra Pagium habet Differtatio Philippi a Turre pag. 265. GEORGIUS

| JESU CHRISTI ANNUS 582. | PELAGII PAP. II. ANNUS 5. | TIBERII IMP. ANNUS 1. |
|---|---|---|

I. Moritur Justinus Tiberius imperat.

QUingentesimooctogesimosecundo Redemptoris anno Indictionis decimæquintæ, Justinus Imper. post annos in Imperio sexdecim, mensesque novem cum dimidio exactos ex hac vita recedit mense Augusto, ut testatur Evagrius; Tiberiusque solus imperat, tenuitque annos quatuor. Quid autem proxime obiturus Justinus Imp. ad Tiberium conversus dixerit, astante Senatu & Eutychio Patriatcha, a Cedreno atque Miscella (a) recitatur his verbis:

(a) Misc. lib. 16.

II. Quæ Justinus proxime moriturus ad Tiberium.

*Ecce Deus qui bene facit tibi, hunc habitum dedit tibi, non ego. Honora illum ut tu quoque honoreris ab illo. Honora matrem tuam (Sophiam Augustam intelligens) quæ aliquando domina tua fuit. Nosti quod primum servus ejus fueris, nunc autem filius. Non gratuleris in sanguinibus, nec communices homicidio, nec malum pro malo reddas, ne in malo inimicitiæ similis mihi efficiaris. Ego enim ut homo culpavi: etenim culpabilis factus sum, & recepi secundum peccata mea; sed causam habeo cum his qui hoc mihi fecerunt, ante Tribunal Christi. Ne elevet te habitus quemadmodum me. Sic attende omnibus sicut tibi. Scito quis fueris, & quis modo existas. Ne superbias, & non peccabis. Nosti quis fuerim, & quis factus sim, extiterim & existam. Omnes isti filii tui sunt & servi. Scis quod pro visceribus meis honoraverim te. Hos tu cum videas omnes, quæ Reipublicæ sunt vides. Exercitus curam geras: molles & imprudentes ne præficias neque eo tibi persuadeant, quod priores te tales Imperatores fuisse dicent. Hæc tibi præcipio, meoque edoctus malo, hortor ut iis sies. Qui habent substantias, fruantur eis: his vero qui non habent, dona. Et facta oratione a Patriarcha, cum dixissent omnes, Amen: cecidit Cæsar ad pedes Imperatoris, & dixit ei: Si vis sum: si non vis, non vivam. Et Imperator: Deus, ait qui fecit cælum & terram, ipse omnia, quæ dicere oblitus sum, in cor tuum mittat. Porro dum hæc prosequeretur Imperator, replebat lacrymis totum collegium.* Hæc ibi: eadem fere cuncta Cedrenus, ex quo & aliqua emendanda sunt; qui & hæc his addit: *Cæterum morbo ingravescente, haud multo post vitam conclusit. Corpus vero in Heroo Justiniani depositum est in arca Proconnesia, juxtaque Sophia uxor ejus.* At hæc postea. Quod spectat ad Justini mores, hæc item in Miscella: *Hic Justinus in initio Imperii sui bonus fuit, post in omnem avaritiam incidit, contemptor pauperum, Senatorum spoliator: cui tanta cupiditatis fuit rabies, ut arcas juberet ferreas fieri, in quibus quæcumque rapiebat, auri talenta congregaret.* Porro ipsum etiam in hæresim Pelagianam dilapsum tradit Gregorius; quod tamen minima receptum esse videtur.



III. De coronatione Tiberii Imper.

De coronatione Tiberii Augusti hæc idem Gregorius Turonensis (b): *Cum eum secundum consuetudinem loci ad spectaculum Circi præstolaretur populus processurum, parare ei cogitans pro parte Justiniani insidias, qui tunc nepos Justini habebatur: ille per loca sancta processit: completaque oratione, vocato ad se urbis Papa cum Consulibus ac Præfectis, Palatium est ingressus. Dehinc indutus purpura, diademate coronatus, throno Imperiali impositus, cum immensis laudibus Imperium confirmavit. Factionarii quoque opperientes ad Circum, cum cognovissent quæ facta fuerant, pudore confusi, sine effectu regressi sunt, nihil homini qui in Deo spem posuerat, adversari valentes. Transactis autem paucis diebus, adveniens Justinianus, pedibus se projecit Imperatoris, quindecim ei centenaria deferens ob meritum gratiæ: quem ille secundum patientiæ suæ ritum colligens, in Palatium jussit assistere.*

(b) Greg. hist. Fran. l. 5. c. 30.

IV. Sophia insidiata Tiberio.

At quid post hæc? Subdit auctor: *Sophia vero immemor promissionis, quam quondam in Tiberium habuerat, insidias ei tentavit intendere. Procedente autem eo ad villam, ut juxta ritum Imperialem triginta diebus jucundaretur ad vindemiam: vocato clam Justiniano Sophia, voluit eum erigere in Imperium. Quo comperto, Tiberius cursu veloci ad Constantinopolitanam regreditur urbem, apprehensamque Augustam omnibus thesauris spo-*



PAGIUS SÆC. VI. Anno Eræ Hispan. DCXX. A. C. 582.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6075.

☉ 5. D. ☽ 23. P. 29. Mart. Indict. 15.

JESU CHRISTI 582.

PELAGII II. PAPÆ 5.

MAURICII IMP. 1.

I. Post consulatus.

IS annus hac formula notatur: *IV. post Consulatum Tiberii novi Constantini Aug. solius III.* vel secundum alios, *anno IV. Consulatus Tiberii Constantini Aug. Indict. XV.*

II. Justini Imp. obitus.

A num. I. ad VIII. Quæ hic Baronius habet de *Justini* morte, & *Tiberio* ejus successore, contigere anno quingentesimo septuagesimo octavo, quo Justini mortem consignavimus. Fabulam vero de *Narsetis* thesauro Tiberii tempore invento, confutavimus anno DLXVIII. num. VII.

*spoliavit, solum ei victus quotidiani alimentum relinquens. Segregatisque pueris ejus ab ea, alios posuit de fidelibus suis: mandans prorsus, ut nullus de anterioribus ad eam haberet accessum. Justinianum vero objurgatum tanta in posterum amore dilexit, ut filio ejus filiam suam promitteret, rursumque filio suo filiam ejus expeteret; sed res non est sortita effectum. Exercitus ejus Persas debellavit, victorque regressus, tantam molem prædæ detulit, ut crederetur cupiditati humanæ posse sufficere: viginti elephanti capti ad Imperatorem deducti sunt.* Hæc Gregorius: eadem & Paulus diaconus (a); quæ & in Miscella (b) leguntur. Sed eos puto errasse in his quæ scribunt de victoria Justiniani Ducis contra Persas obtenta; quæ (ut vidimus ex Evagrio) facta sunt, cum Tiberius, vivente adhuc Justino, ante tres annos regnare cœpisset. Cæterum eo defuncto, Justinianum Ducem honore fuisse spoliatum, scribit Evagrius (c), eo quod non tam feliciter atque antea contra barbaros depugnasset; inque ejus locum subrogatum tradit Mauritium, qui & genus & nomen traxerat ab antiqua Roma, licet Arabisso Cappadociæ civitate oriundus esset: de quo paulo inferius plura sumus dicturi.

(a) Paulus diac. de gest. Longobard. l. 3. c. 6.
(b) Hist. Miscel. lib. 17.
(c) Evag. l. 5. c. 19.

V. Cur Sophia aversata est Tiberium.

Sed manifestemus causam, cur Sophia Augusta Tiberium post viri obitum aversata est; primumque audiamus quæ de ea Zonaras ita habet (d): *Tiberius ab Eutychio Patriarcha coronatus, uxorem quoque suam Anastasiam Augustam salutavit, quæ duas ei filias peperit Charitonem & Constantinam. Sophia vero Justini vidua, relicta aula, in regiam sibi cognominem migravit, regio comitatu ei a Tiberio tamquam matri attributo.* Hæc Zonaras. Subdit his Cedrenus, indignatam nonnihil Sophiam fuisse nova manifestatione Anastasiæ conjugis: nam cum ignorasset illam fuisse Tiberio uxorem, quo post obitum ei nuberet, visum fuerat cohortata, ut Tiberium Cæsarem diceret. Addit insuper de Tiberio hæc verba: *Huic in somnis Angelus prædixit nomine sanctæ Trinitatis, tyrannos, ipso imperante, Imperium non invasuros.* Hæc ille. Missos autem a diversis regionibus legatos ad Tiberium, & inter alios Chilpericum Francorum Regem id officii præstitisse, Gregorius narrat (e): & quæ ab eodem dona acceperint reddenda Chilperico, idem recenset.

(d) Zonar. Annal. p. 3.
(e) Greg. hist. l. 6. c. 2.

VI. His addimus quæ idem Gregorius Turonensis de thesauro a Tiberio invento sic scribit (f): *Cum Tiberius multa de thesauris, quos Justinus aggregavit, pauperibus erogaret, & Augusta illa eum frequentius increparet, quod Rempublicam redegisset in paupertatem, diceretque: Quod ego multis annis congregavi, tu infra parvum tempus prodige dispergis. Ajebat ille: Non deerit fisco nostro: tantum pauperes eleemosynam accipiant, & captivi redimantur. Hic est enim magnus thesaurus, dicente Domino: Thesaurizate vobis thesauros in cælo, ubi neque ærugo, neque tinea corrumpit, & ubi fures non effodiunt, nec furantur. Ergo de quo Deus dedit, congregemus per pauperes in cælo, ut Dominus nobis augere dignetur in sæcula. Et qui (ut diximus) Tiberius magnus & verus Christianus erat, dum hilari distributione pauperibus opem præstat, magis ac magis Dominus ei subministrat. Nam deambulans per Palatium, vidit in pavimento domus tabulam marmoream, in qua crux Dominica erat sculpta; & ait: Cruce tua, Domine frontem nostram munimus & pectora, & ecce crucem sub pedibus conculcamus. Et dicto citius jussit eam auferri: defossaque tabula atque erecta, inveniunt subtus & aliam hoc signum habentem; nuntiantesque jussit auferre: qua amota reperiunt & tertiam, jussuque ejus & hæc aufertur: qua ablata, inveniunt magnum thesaurum habentem supra mille auri centenaria, sublatumque aurum pauperibus adhuc abundantius (ut consueverat) subministrat, nec Dominus aliquid deficere permittebat pro bona voluntate sua.*

(f) Greg. hist. l. 5. c. 19.

Tiberii erga pauperes liberalitas.

Thesaurus inventus.

VII. *Quid ei Dominus in posterum transmiserit, non omittam. Narses ille Dux Italiæ: cum in quadam civitate domum magnam haberet, in Italiam * cum multis thesauris egressus ad supra memoratam urbem advenit: ibique in domo sua occultam cisternam magnam fodit, in qua multa millia centenariorum auri argentique reposuit, ibique interfectis consciis, uni tantummodo seni per juramentum condita commendavit. Defunctoque Narsete, hæc sub terra latebant. Cumque supradictus senex hujus eleemosynas assidue cerneret; pergit ad eum, dicens: Si (inquit) mihi aliquid prodest, magnam rem tibi Cæsar edicam. Cui ille: Dic, ait, quod volueris: proderit enim tibi, si quiddam nobis profuturum scieris narraveris. Thesaurum (inquit) Narsetis reconditum habeo; quod in extremo vitæ positus celare non possum. Tunc Tiberius Cæsar gavisus, mittit usque ad locum pueros suos. Præcedente vero sene, hi sequuntur attoniti; pervenientesque ad cisternam, deopertamque ingrediuntur: in qua tantum aurum argentumque reperiunt, ut per multos dies vix evacuaretur a portantibus. Ex hoc ille amplius hilari erogatione dispensavit egenis.* Hactenus Gregorius Turonensis: eademque de his duobus ingentibus thesauris inventis historia Miscella (g) Paulus

* Italia.

De Narsetis thesauro invento.

(g) Miscel. l. 17.

(a) *Paul. diac. de Gest. Longob. l.3. c. 3.6.*

lus diaconus (*a*), & alii recentiores. Miramur tamen historiam ore Latinorum tantopere decantatam, nullum (quod invenerim) ex Græcis auctoribus habere astipulatorem. Sed de his consule quæ superius, cum de obitu Narsetis actum est, dicta sunt.

VIII. Quod ad res Pontificias spectat, data reperitur a Pelagio Papa epistola ad omnes Episcopos, præcipue ad Campaniæ atque totius Italiæ sacerdotes. Quod enim bello vigente Longobardorum, quo universa flagrabat Italia, cultus Episcopis deferri solitus nonnihil diminutus esse videretur, ex quo quamplurima mala manarent, nempe ut qui minime suos revererentur Antistites, contemnentes personas, nequaquam parcerent bonis Ecclesiasticis, persuasi nimirum bellorum tempora silere jura: hinc Pelagius Papa hoc ipso anno Kalendis Decembris decretalem dedit epistolam de accusationibus ac judiciis Episcoporum. Evenire enim frequenter solet, ut cum Episcopi bona Ecclesiarum a laicis usurpata repetere atque ad usum pristinum vindicare studeot, in se illorum linguas provocent, qui ne quod abstulerunt reddant, criminosis primum omnium Episcopos accusationibus impetunt: quæ omnia Pelagius ea edita constitutione correxit. Incipit vero epistola: *Solicitudinem omnium Ecclesiarum juxta Apostolum circumferentes, &c.*

IX. Synodus Cabilonensis.

Hoc item anno, qui quartus Childeberti Regis, decimus vero octavus Guntheramni habetur, celebrata est prima Synodus Cabilonensis in causa Sagittarii & Salonii Episcoporum, ut Gregorius Turonensis testatur his verbis (*b*): *Anno quoque quarto Childeberti Regis, qui fuit decimusoctavus Guntheramni & Chilperici Regum, apud Cabilonum civitatem Synodus facta est ex jussu Principis Guntheramni: discussisque diversis causis, contra Salonium & Sagittarium Episcopos iteratur vetus judicium, objiciunturque eis crimina; & non solum de adulteriis, verum etiam de homicidiis accusantur. Sed hæc per pœnitentiam purgari censentes Episcopi, illud est additum, ut constituerentur rei majestatis, & patriæ proditores. Qua de causa ab Episcopatu dejecti, in basilicam B. Marcelli sub custodia detruduntur; ex qua per fugam lapsi, discesserunt per diversa vagantes, donec in civitatibus eorum alii subrogati sunt.* Hæc Gregorius.

(b) *Greg. Tur. hist. Franc. l.5. c.27.*

X. Concilium Matiscon.

Eodem anno Indictionis itidem decimæquintæ, Kalendis Novembris, evocatione ejusdem Guntheramni Francorum Regis in Gallia celebrata est prima Synodus Matisconensis; ut ejus Acta (*c*) testantur in fine ejusdem Concilii, licet illic numerus annorum ipsius Regis depravatus habeatur, dum coacta dicitur Synodus anno duodecimo dicti Regis: nam si (ut illic legitur) decimaquinta Indictione eam Synodum celebratam habent ipsius Acta, non duodecimo, sed decimooctavo habitam esse, dicere oportet. Nec est quod quis eam revocet ad præcedentis Indictionis periodi itidem decimamquintam Indictionem; nam illis temporibus Nicetius præerat Ecclesiæ Lugdunensi, hoc autem tempore & Indictione regebat eam Ecclesiam Priscus, qui eidem Synodo subscriptus reperitur. Ado Viennensis hujus Synodi cum meminit, hæc ait (*d*): *Post Philippum Evantius vir sanctus Episcopus Viennæ levatus est. Hic cum sancto Prisco, & Artemio Senonico, & Remigio Bituricensi, & cum aliis sanctis Episcopis viginti capitula Ecclesiastica perfecte roboravit, quibus consensit * quoque Syagrius Eduensis Episcopus, vir summæ sanctitatis.* Hæc Ado. Syagrius autem iste, cujus meminit, haud pridem creatus fuit Episcopus Eduensis, cujus ordinationi interfuisse sanctum Germanum Episcopum Parisiensem, auctor est Fortunatus in ipsius Vita.

(c) *Conc. Matisc. t. 2. Concil.*

(d) *Ado in Chronic.*

* confedit.

XI. Quod vero ad ejusdem Synodi canones spectat: cum viginti in Concilio sancitos canones Ado testetur, nonnisi decem & novem reperiuntur, idemque omnes ad morum emendationem, Ecclesiasticamque disciplinam spectantes, complures vero ad Judæorum petulantiam coercendam. Inter alia & illud etiam caverunt Pa-

PAGIUS III. *Epistola Pelagii II. commentitia.*

Ad num. VIII. Epistola Pelagii II. quæ dicitur data *Episcopis per Campania & Italia Provincias militantibus*, farrago est ex variis sententiis Prosperi, Hilari, Acacii, Ennodii, Conciliorumque Romani sub Symmacho, Toletani VIII. & Lateranensis sub Martino I. ut jam a Viris doctis demonstratum.

IV. *Synodus Cabilonensis.*

Ad num. IX. Synodus *Cabilonensis* anno quingentesimo septuagesimo nono celebrata, ut accurate Marius in Chronico ad Indictionem XII. notavit. Nam Gregorius Turonensis lib. 5. cap. 27. ait: *Anno quarto Childeberti, qui fuit decimus octavus Guntchramni & Chilperici Regum, apud Cabillonum Civitatem Synodus acta est, ex jussu Principis Guntchramni*, &c. ideoque anno DLXXIX. in quem annus IV. Childeberti, & XVIII. Guntramni ac Chilperici incidunt. Eo in Concilio *Salonius* Ebredunensis, & *Sagittarius* Vapincensis Episcopi dignitate dejecti sunt, *quod essent rei Majestatis & Patriæ proditores*.

V. *Synodus Matisconensis.*

Ad num. X. & seqq. Synodus *Matisconensis*, cui *Priscus* Episcopus Lugdunensis præfuit, in quibusdam exemplaribus dicitur habita anno Guntramni Regis XXI. in aliis anno XXII. in editione Veneta anno XVIII. In quibusdam libris legitur Indictio XV. cum mense Novembri conjuncta, in aliis omittitur. Quare ea hoc circiter anno celebrata, in eaque conditi Canones XIX. quibus subscripsere Episcopi XXI. ex

Patres, ne ad sæculare forum Episcoporum causæ traherentur. Sed & cum vetuerunt (*a*) ne clerici sæculari habitu incederent, vel armati; ad pravum illum usum, qui factione dictorum Episcoporum Salonii & Sagittarii irrepserat, respectum habuisse Patres videntur. Actum (*b*) ibidem de Quadragesima dicta S. Martini ante Natalem Domini trium dierum in hebdomada jejuniis observanda: quo tempore canones publice recitari mandarunt. Sed accipe verba ejusmodi Ecclesiasticæ sanctionis:

(*a*) *Ead. Syn. can.* 5.
(*b*) *Ead. Syn. can.* 9.

XII. De jejuniis quæ præcedunt Natalem Domini.

*Ut a feria sancti Martini usque ad Natalem Domini, secunda, quarta, & sexta sabbati jejunetur, & sacrificia quadragesimali debeant ordine celebrari. In quibus diebus canones legendos esse speciali definitione sancimus, ut nullus se fateatur per ignorantiam deliquisse.* Hæc Patres. Fuisse autem in Galliis hujusmodi jejunia primum instituta a sancto Perpetuo Turonensi Episcopo, Gregorius ejusdem Ecclesiæ Antistes docet, ubi inter alia jejunia (*c*): *A depositione* (inquit) *S. Martini usque ad Natalem Domini terna*

(*c*) *Greg. Tur. hist. lib.* 10, *c.* 31.



PAGIUS

ex variis Provinciis. Inter illos Sanctitate conspicui sunt *Syagrius* Augustodunensis, *Aunacharius* Altisiodorensis, *Priscus* Lugdunensis, *Evantius* Viennensis, *Agricola* Nivernensis, *Artemius* Senonensis, & *Flavius* Cabilonensis.

VI. *Moritur S. Eutychius Patriarcha Constantinop.*

Usque ad hunc annum vixit *Tiberius Constantinus Augustus*, cujus mortem recitat Baronius anno DLXXXVI. a num. X. ad XXIV. Eam præcessit quatuor mensibus obitus Sancti *Eutychii* Patriarchæ Constantinop. de quo ibidem agit Baronius a num. I. ad X. sed quia Fasti Orientales nec ordinari nec intelligi possunt, nisi Imperatorum initia suis annis reddantur, hic nobis de utriusque obitu agendum. Sanctus itaque *Eutychius* Patriarcha Constantinopolitanus die sexta Aprilis hujus Christi anni, qua Græci ejus Festum celebrant, ad Deum migravit. Theophanes enim anno Incarnat. secundum Alex. DLXXIV. Kalendis Septembr. superioris Christi anni inchoato, scribit: *Hoc anno, die sexta Aprilis, Indictione XV. Eutychius Patriarcha diem ultimum, obiit: & post dies sex Joannes Magnæ Ecclesiæ Diaconus, qui Jejunator dictus, consecratus est*, die scilicet duodecima Aprilis, in quam hoc anno Dominica incidebat.

VII. *Annus ejus emortualis certo argumento probatus.*

Idem demonstratur ex charactere Paschali ab Eustatio in ejus Vita cap. 10. memorato: ubi enim asseruit, Sanctum Præsulem festo die Paschatis Sacra mysteria in Ecclesia celebrasse, & vespertinas etiam ibidem preces solvisse: statim addit: *Reversus deinde in Episcopium, in lectulo suo decubuit, vehementique febri circa mediam noctem correptus est, atque ita mansit dies septem orationibus continuis incumbens. Porro cum totam hebdomadam ægrotasset Sanctus, usque ad septimam horam Dominicæ secundo-primæ post Pascha (conveniebat enim, ut septimam hanc perageret, in qua sunt quietæ obdormitionis proprium) post benedictionem cunctis datam, circa nonam aut decimam horam in manus Domini commendavit spiritum suum*, &c. Hoc anno Pascha incidit in diem XXIX. Martii, quo die decumbens Vir sanctus septem dies ægrotavit, noctequa sequenti benedictionem adstantibus dedit, & jam illucescente die sexta Aprilis ad Deum migravit, non quidem Dominica in Albis, ut quidam perperam interpretantur, sed feria secunda jam illucescente, quæ hoc Christi anno in diem VI. Aprilis conveniebat. Nocte itaque Dominicæ in Albis benedictionem suis dedit *Eutychius*, & post medium ejusdem noctis animam Deo reddidit. Eustathius Dominicam in Albis *Secundo-primam* appellans ad Judæos alludit, cum de Sabbato Secundo-primo loquuntur, ut exposui Tomo primo hujus Criticæ anno XXX. quia scilicet Dominica in Albis secunda Dominica est respectu Dominicæ Paschalis, sed prima in ordine ad Dominicas Paschales subsequentes. Vita hujus Sancti ab Eustatio Presbytero domestico ejus familiari diligenter scripta, & in Actis SS. Bollandianis ad diem VI. mensis Aprilis recitata.

VIII. *Tiberius Imp. eodem, quo Eutychius anno demortuus.*

Ex anno emortuali Sancti *Eutychii* pendet annus mortis *Tiberii* Augusti. *Eustathius* enim in hujus Sancti Vita capit. 9. asserit, Sanctum Præsulem cursum suum consummasse, postquam a reditu suo, & in Cathedram Paschalem restitutione, transactis quatuor annis, & sex mensibus, annos universim vixisset septuaginta, & capite sequenti affirmat, eum paulo ante mortem *Tiberio* Augusto mortem prænunciasse: *Quam prædictionem*, inquit, *comprobavit eventus; nam Christi amantissimus Imperator quatuor post menses e vivis abiit.* A die autem tertia Octobris anni DLXXVII. quo Eutychius in Sedem restitutus, ad diem VI. Aprilis hujus anni, quo certissimi temporum characteres eum obiisse demonstrant, anni quatuor & menses sex intercurrunt, ac præterea dies tres, quos Eustathius negligit, & a die VI. Aprilis currentis anni ad diem XIV. mensis Augusti *Tiberii* emortualem intercurrunt menses quatuor, ac dies octo, quos Eustathius numero rotundo utrobique locutus, prætermisit. Sicuti igitur *Eutychium* hoc anno; ita & *Tiberium* demortuum esse, certissimum. Cointius in Annal. Ecclesiast. Franc. aliique recentiores Historici, qui *Justini Junioris* mortem in annum DLXXIX. *Tiberii* vero obitum & Mauricii ejus successoris initium in annum sequentem distulere, ordinem temporum in aliis passim turbare, & antiquos Scriptores ubi suæ Chronologiæ adversantur, corrumpere, dum emendare voluere, coacti sunt.

IX. *Annus mortis Tiberii Imp. magis confirmatur.*

Præter Eustathium Auctorem coævum, Auctor Chronici Alexandrini anno post Consulatum Tiberii III. & Indictione XV. hoc anno scribit de Tiberio: *Hoc quarto Imperii ejusdem anno agoe Tiberius Cæsar, quinto Augusti, XV. Indictionis præsentis creatus est Cæsar Mauricius Tiberius, & XIII. Augusti coronatus Augustus; data illi in uxorem a Tiberio nota Constantina filia Constantina. XIV. Augusti moritur Tiberius novus Constantinus in Prœcesso Hebdomi impositoque ejus funere in navi defertur Constantinopolim, posteroque die exequiis celebratis corpus in æde SS. Apostolorum deponitur. Deinde imperavit Mauricius annos XX.* Præterea subscriptia Sacræ Pragmaticæ Tiberii, qua paulo ante mortem Justini Junioris decessoris Constitutiones confirmavit, his verbis concepta est: *Data tertio Idus Augusti Constantinopoli: Imperatoris Domini nostri Tiberii Constantini Augusti anno VIII. & post Consulatum ejus anno tertio, & nobilissimi Flavii Tiberii Mauricii felicissimi Cæsaris anno primo.* Die itaque undecima Augusti hu-

*in septimana jejunia*. Fluxit inde, ut nonnulli Fidelium ipsum integrum tempus Adventus, quod Natalem Domini diem præcedit, jejunio continuato transigerent. At de Synodo hactenus: jam ad sequentis anni res gestas transeamus.

Se-

PAGIUS jus anni jam Mauricius Cæsar erat, recteque Auctor Chronici Alexandrini die V. ejusdem mensis ea Dignitate exornatum fuisse asserit, & præsentem annum tertium esse post Consulatum Tiberii, qui ideo anno DLXXIX. eum capessere t, secus ac in ejus Chronico Librarii errore legitur. Ex qua etiam subscriptione liquet, *Tiberium* mense Decembri anni DLXXIV. creatum esse Cæsarem; Si enim anno DLXXV. ut multi voluere, cum honorem consecutus fuisset, annus currens non octavus, sed septimus tantum Imperii Tiberiani esset.

X. *Mauricius Tiberio succedit.* Theophanes anno Incarnat. secundum Alex. DLXXIV. Kalendis Septemb. superioris Christi anni inchoato, Chronici Alexandrini Auctori plane consentit, utque Augusti mense die XIV. Indictione XV. *Tiberium* in morbum incidisse, & letho vicinum *Mauricium* proprium generum, renunciasse Imperatorem, & expirasse, *cum annos tres menses decem, & dies octo imperasset*, quod de mense & die Cedrenus etiam habet, sicuti & de annis, mensibus, & diebus, quibus *Tiberius* imperavit; quod etiam in Zonara legitur, assignato nempe die quinto Octobris anni DLXXVIII. quo *Tiberius* Imperium suscepit, Justino decessori, & die XIV. Augusti, quo ille obiit, Mauricio ejus successori. Nec Evagrius lib. 5. cap. 13. contrarius est, cum doceat, *Tiberium* post Justini Jun. obitum imperasse, *annis quatuor*, & Mauricii initium cum præsenti Christi anno alliget, ut anno XII. Mauricii, quo Historia Evagriana terminatur, demonstrabimus. Verum quidem est, verba Evagrii de duratione Imperii Justini depravata esse; sed ex iis, quæ de Tiberio & Mauricio scribit, Librariorum error certo innotescit. His adde Nummum *Tiberii*, qui extat apud Ducangium in libro de Familiis Augustis Byzantinis, in quo legitur: DN TIB CONSTAN PP AVG. Visitur Imperator habitu Consulari, cum stemmate absque cruce: in Postica, ANNO VIII. ejus nempe Imperii Cæsarei. Quod si anno DLXXV. Cæsar dictus fuisset, ut communis fert sententia, octavum Imperii Cæsarei numerare non potuisset; cum mense Decembri eam Dignitatem adeptus sit, & currenti anno e vivis excesserit, quod utrumque demonstratum esse existimo. Theophanes citatus ait, Mauricium *annos quadraginta tres natum imperare cœpisse*. Menander Protector dicit, se Mauricio imperante Historiam suam scribere decrevisse, qui ic Literatis summopere favebat: *posteaquam vero*, inquit, *Mauricius Imperatoriam potestatem susceperat cum felicitas maxime de populo, tum Musarum amator, & Poematum atque Historiarum avidus auditor, at qui & magnam partem noctis in iis studiis consumeret & pecuniis uberiora ingenia acueret & excitaret: perlibenter ego*, &c. Legendus Theophylactus lib. 1. cap. 1. & seq. ubi Tiberii Augusti Orationem sub ejus excessu habitam refert, ac de ejus & Mauricii virtutibus agit, atque *postero die ab inaugurato jam Mauricio* Tiberium esse inter homines desiisse. Huc etiam retrahenda, quæ de utroque Baronius loco citato habet.

XI. *Mauricius ante adeptum Imperium Persas vincit.* Idem *Mauricius*, qui anno superiori *Adarmanem* Persicum Ducem, vicit, præsenti *Tanchosrum* alterum Persarum Ducem superavit, ut narrat Theophylactus lib. 3. cap. 18. *Anno sequenti*, inquit, *Tanchosro Persarum Dux ingentes copias Constantinam admovit, quo maximo & forma admodum celebri prælio concursum est. Ipse Dux in prima acie pugnans occubuit, infeliciterque præliati Barbari, Romanis victoriam concesserunt, ac domos refugerunt. Sic ad acceptam cladem etiam dedecus adjunxerunt. Mauricius castellis, quæ munitione egebant communitis, Byzantium revertitur. Cumque Tiberio Romanorum Imperatori communis omnium hujus lucis terminus adesset, Mauricius Dux nobile, inclytum, & legitimum virtutis suæ præmium, Romanum scilicet Imperium adipiscens, infortunam conditionem exuit.*

XII. *Finis Regni Suevorum.* Biclariensis Abbas ad annum Mauricii primum, scribit *Mironem* Suevorum Regem diem clausisse extremum, *cui Eburicus filius in provincia Gallæcia in Regnum succedit*: Regnavit Miro annos tredecim, ut habet Isidorus in Historia Suevorum, qui de Eburicio, quem *Euboricum* vocat, scribit: *Quem adolescentem Audeca sumpta tyrannide Regno privat, & Monachum factum in Monasterio damnat. Pro quo non diu dilata est sententia. Nam Leuvigildus Gothorum Rex Suevis mox bellum inferens, obtento eodem, Regno Audecam dejecit, atque detonsum post Regni honorem, Presbyterii officio mancipavit*. Biclariensis Abbas anno II. Mauricii Imp. *Eboricum* Regno privatum dicit, annoque tertio Mauricii *Leuvigildum* Gothorum Regem, *Audicam*, quem *Andecam* appellat, Presbyterum factum in exilium misisse; ideoque anno Christi DLXXXV. quo tertius Mauricii Imp. coeptus absolutus est, *Suevorum* Regnum desiit, & in Gothos translatum est. Cœperat illud anno Christi quadringentesimo nono, quare accurate tradit Isidorus Junior, mansisse *annis centum LXXVII.* annis, ut habent correctæ editiones, tam Grotii, quam Labbei, non vero, ut editio, quam secutus est Baronius, *annis centum viginti sex*: ab anno enim CDIX. ad tertium Mauricii, desinentem scilicet, annumque Christi DLXXXV. anni centum septuaginta septem, & quidem utrimque incompleti, intercurrunt. Legenda verba Isidori apud Baronium anno DLXXXIV. num. IX.

*Chilpericus* Francorum Rex *Judæorum* conversioni incumbit, ut videre est anno DLXXXV.

| JESU CHRISTI ANNUS 583. | PELAGII PAP. II. ANNUS 6. | TIBERII IMP. ANNUS 2. |
|---|---|---|

I. Status Reipubl. a Tiberio probe disponitur.

Sequitur annus Christi quingentesimus octogesimustertius, Indictionis primæ; quo Tiberius Imperator, in ordinem redacto Justiniano exercitus Duce ob conspirationem initam cum Sophia, Mauritium in bello Persico satis spectatum virum Magistrum militum creat, quieti Reipublicæ consulturus: cognatione enim Justiniani cum Justino Augusto intercedente, eidem regnandi parta cupido fuit; quæ ubi semel cor humanum invaserit, haud facile quibuscumque remediis ab animo penitus extrahi potest, radicitusque convelli, cum sæpe recisa, uberiori germine, oborta occasione, soleat pullulare. Sed cum tanta hæc nonnisi consulto numine Tiberius sit aggressus, omnia quam felicissimum sortita sunt exitum: etenim bellum civile ipso est ejus ortu compressum, paxque ubique parta, atque cultus religionis viridem retinuit observantiam; ex quibus factum est, ut ex bello Persico quam plures sint relatæ victoriæ. Utinam sicut florentissimum extitit Imperii Tiberii tempus, ita fuisset & diuturnum.

II. Cum igitur (ut ex Evagrio dictum est) Mauritio cum præfectura Orientis bellum adversus Persas a Tiberio Imperatore creditum esset; favente numine, adversus eos sæpe bello decernens, divina fultus ope, semper egregias de illis victorias retulit: quæ cum haud facile brevitate perstringi possint (res enim gestas peculiari scriptione cum se scriptis prosecuturum Evagrius spem dederit; quod ea careamus: nec si præterierit scimus) ex multis pauca dicemus, quæ idem auctor in Ecclesiastica digessit historia, ubi primum de Mauritii moribus ejusmodi orationem instituit (a):

(a) Evag. hist. lib. 5. c. 19. 20.

III. Mauritius Dux qualis.

*Vir erat Mauritius prudens, ingeniosus in rebus quidem diligens, animo constans & stabilis, ipsa vitæ ratione & moribus compositus, beneque cultus: ventris etiam cupiditates sic coercens, ut non modo rebus necessariis & facile parabilibus, verum etiam aliis omnibus, quibus vita intemperans se insolenter efferre solet, abstinuerit: vulgus hominum non facile admisit ad colloquium, neque aures cujusque sermonibus patefecit; quippe qui sciret, alterum contemptum, alterum assentationem parere: raro se adeundi concessit potestatem, eamque nonnisi vehementer oratus largitus est: aures sermoni supervacaneo obturavit, non cera (ut est apud poetam) sed ratione, ut illa pro clavi existeret, qua eas hominum sermonibus commode tum aperiret, tum clauderet. Inscitiam autem matrem audaciæ, quæ ei vicina & finitima est, sic ab se depulit, ut in temeritate periculum, in cunctatione securitatem esse censeret: quippe fortitudo & prudentia, quæ in ejus animo insidebant, sic ferebantur ad res gerendas, sicut temporum momenta postulabant, habenasque appetitionis ita direxerunt, uti usus rerum requirebat: adeo ut in ea tum remittenda, tum intendenda modus quidam & moderatio conservaretur. Sed de hac re postea accuratius disputabimus. Nam quam egregius quisque sit, & qualem naturam moresque habeat, ex ejus Imperio considerandum est: quæ una res hominem solet perspicue, qualis sit, ostendere: quandoquidem cum libera ei sit vivendi potestas, ea quæ sunt in animi domicilio recondita, omnium oculis subjicit ad contemplandum.* Hæc de Mauritii moribus: sed pergit reliqua enarrare, cum ait:

IV. Res præclare gestæ a Mauritio Duce.

*Iste Mauritius cum bellum in exteris regionibus gereret, civitates & arces Persis accommodatissimas cepit, tantamque prædam inde evexit, ut insulas, urbes, agrosque diu ab hominibus desertos captivis, quos abduxerat, compleret; terramque quæ ante cultura diu caruerat, jam sedulo coli efficeret: atque adeo ex illis hominibus ingentem cogeret exercitum, qui contra alias gentes valide, viriliter, & excelso animo dimicarent; denique quamque familiam domesticis ministeriis impleret, quoniam captivi quam minimo comparari poterant. Porro autem idem Mauritius cum præstantissimis quibusque Persarum, utpote cum Tamcosrhoe, & Adaarmane, qui copias ingentes ad bellum faciendum ducebant, prœliis decertavit.*

PAGIUS SÆC. VI. Anno Eræ Hispan. DCXXI. A.C. 583.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6076.

☉ 4. C. ☽ 14. P. 18. April. Indict. 1.

JESU CHRISTI 583.

PELAGII II. PAPÆ 6.

MAURICII IMP. 2.

I. Postconsulatus.

Auctor Chronici Alexandrini hoc anno scribit: *Primus annus (Mauricii scilicet) caruit Consulibus: atque ex communi hominum sensu scriptum est: Post Consulatum divinæ memoriæ Tiberii Constantini anno quarto.*

II. Acta aliis annis.

A num. I. ad XV. Quæ habet hic Baronius tam de bello *Persico*, quam de *Tiberii* & *Mauricii* virtutibus, ac de Sancti *Gregorii*, qui postea Pontifex Romanus fuit, Monachatu, Diaconatu, & Legatione ad Aulam Constantinopolitanam, ad suos annos revocanda, juxta ea quæ suis locis jam exposuimus.

*vit. Verum quo modo, quaso, quove tempore, & qua fortuna res istæ ab eo gestæ sint, vel alii litteris persequantur, vel nos in alio opere separato (præsertim cum in opere quod in manibus est, aliarum rerum explicationem simus pollicitii) fortasse exponemus.*

V. Victoria Mauritii Ducis. *Tantum tamen hoc loco dicam, Tamocosrhoen in acie non exercitus Romani fortitudine, sed solo Ducis pietate & in Deum fide cecidisse: Adaarmanem autem viribus in prælis profligatum, ac multis amissis copiis, versum in fugam: idque cum non solum Alemandurus barbarorum Scenitarum Dux Mauritium propterea prodiderat, quod fluvium Euphratem traicere, & contra Scenitas barbaros, qui ex adversis partibus militabant, ei subsidio venire noluit (isti enim Scenitæ ab aliis propter equorum velocitatem vinci non possunt, neque sicubi interclusi sint, capi; sed hostes, dum fuga sit ipsis facienda, longe prævertunt) verum etiam Theodericus Dux Scytharum, qui intra teli jactum consistere non audebat, sese cum suis illico fugæ mandavit.* Hæc summatim complexus est Evagrius de præliis Mauritii adversus Persas, quæ hoc anno cœpta in sequentes sunt propagata: nequaquam enim esse potuit anni unius opus inita adversus Persas tot diversis locis temporibusque certamina; licet in Miscella (a) omnia referantur anno sequenti, tertio videlicet Tiberii Imperatoris; nos autem quæ certis singulorum annorum limitibus distingui non possunt, sub ipsorum ortu, quo narrari sunt cœpta, collegimus. Sed & iis quæ sunt de ejus reditu scripta pariter conjungamus, ex quibus mirificus ipsius Mauritii religionis cultus, quo potissimum vicit hostes, cognoscatur.

(a) *Miscel. hist. an. 2. & 3. Tib. Imp. l. 17.*

VI. Gregorius enim presbyter in Actis quæ scripsit S. Theodori Siceotæ, cujus fuit discipulus, hæc de reditu Mauritii ad Imperatorem scribit his verbis (b): *Eo tempore pia memoria Tiberius Imperio potiebatur: qui cum Mauritium sivi a secretis Comitem fecisset, misit eum adversus Persas: cumque vicisset illos, in Urbem ab Imperatore revocatus est. Hic igitur cum per Galatiam iter faceret, auditis quæ de Christi servo S. Theodoro cognomento Siceota Archimandrita dicebantur, ad eum, qui tunc in spelunca quiescebat, cum fratre Petro & sociis accessit: & ad pedes ejus prostratus, orabat, ut pro se Deum precaretur, ut iter suum ad Imperatorem fortunaret. Beatus autem vir, eum, ut surgeret, præcepisset, & pro illo Deum obsecravit; & Deo sibi patefaciente, dixit ei: Fili, si sancti martyris Georgii memor extiteris, haud ita multo post cognosces, qua in gloria Imperii collocaberis. Quod cum evenerit, memento ut pauperes alas atque sustentes. Et cum Mauritius hæsitaret, qua in Imperii gloria se collocandum fore diceret, seorsum duxit eum, & amotis sociis aperte significavit, ipsum futurum imperatorem. Mauritius igitur cum sociis accepta benedictione, lætus discessit, & Constantinopolim pervenit.* Hactenus de his Gregorius, quæ quando, quove modo impleta sint, dicturi sumus postea suo loco.

(b) *Apud Metaph. die 22. April. Sur. 2.*

Ad pedes Sancti viri accedit Mauritius victor.

At de Mauritii Imperio longe ante his similia prædicta fuerant ab Eutychio Constantinopolitano Episcopo, cum exul ageret in Ponto: quæ ab Eustathio, qui præsens erat, ita describuntur (c):

(c) *Eust. in Vita S. Eutychii.*

VII. De Imperio Mauritii Eutychii prædicta. *Cum ageret vir sanctus in monasterio, in ea rerum perturbatione contigit, ut qui provinciam Ponti incolebant, venirent ad sanctum hunc virum, magnam ex illius sermone utilitatem percepturi. Cumque (ut in colloquiis fit) alii alias provincias laudarent; magnus Dei vir, cum de Arabissenorum civitate mentio fieret, venuste dicebat ad Principes, qui inde venerant: Magna est civitas vestra, & de illa merito dici potest: E Nazareth potest aliquid boni esse? Id autem ita prænunciabat, ut non diceret se id affirmare, ne se sublimem, sed humilem ostenderet.* Hoc quidem verborum involucro clausit mysterium nempe ex Arabisso futurum, qui Orbi dominaretur. Sed de patentiori vaticinio, quod hoc anno, biennio videlicet ante Tiberii obitum ab eo prænunciatum est, hæc subdit idem Eustathius:

VIII. Patefacit vaticinium Eutychius. *Cum autem (inquit) Deo placuisset, ut in suam sedem restitueretur sanctus Eutychius, biennio ante obitum Tiberii Imperatoris contigit ut ipse Tiberius in morbum incideret: & invisit eum Dei servus Eutychius, atque convaluit. Per visum enim intellexerat, tunc eum non esse moriturum. Cum igitur multa dicerentur de successore, si quid humanitus ei contigisset: Non morietur, dicebat vir magnus. Et cum diversi nominarentur, beatus nihil respondebat. Sed cum pijssimus hic Imperator Mauritius nominatus esset: se colligens, ea quæ antea cognoverat atque prædixerat, aperuit: Vere non est alius, inquiens: idque juramento asseruit. Tunc igitur ea quæ Amaseæ dicta fuerant, meminimus.* Hæc Eustathius, quæ hoc anno contigisse demonstrat. Sed & quod in hujusmodi rebus versatur oratio, reliqua quæ ejusdem sunt argumenti his contexamus, ea videlicet, quæ de prodigiis divinitus ostensis ejusdem præsignantibus Imperium ab Evagrio sunt enarrata, qui ait (d):

(d) *Evag. li. 5. c. 21.*

IX. De futuro Mauritii Imperio prænuncia. *Signa quoque divinitus ostentata antegressa sunt, quæ Mauritium Imperatorem fore præsignificarunt. Nam ad multam noctem ei intra sanctuarium templi sancta ca-*

*castissimæ Virginis & Deiparæ Mariæ dedicati (quod quidem ab Antiochenis templum Justiniani nuncupatur) thus incensum offerenti, aulæum sacræ mensæ igne conflagrare visum est, adeo ut ingens admiratio ac stupor illum inceſſerit, visionemque magnopere extimuerit. Cui astans Gregorius illius urbis Episcopus, dixit: Visionem cælitus dimissam esse, & summum ei splendorem atque eximium portendere. Apparuit præterea versus Orientem ei ipse Christus Deus ultionem de bistibus requirens: quæ quidem visione Imperium Mauritii perspicue demonstratum est. Nam a quo, quæso, nisi ab Imperatore, & ab illo homine qui ipsum pie colebat, rem hujusmodi postularet?*

X. Quæ parentibus de Mauritio ostensa.

*Quinetiam mihi de his rebus percontanti, alia res sane memorabiles & digna historia a parentibus suis narratæ sunt. Nam pater ejus memoravit, se ea tempore qua Mauritius conceptus fuit, in somnio vidisse vitem maximam ex suo cubili pullulascere, & botros fere innumerabiles & maturos ex ea pendere. Mater vero narravit, terram tempore partus sui suave olentem odorem, peregrinum, & alternis vicibus variatum ex se efflasse; ac sæpe larvam, quam Græci* Ἔμπουσαν *vocant, infantem de loco in locum movisse, tamquam illum voraturam, minime autem ei nocere potuisse. Itemque Simeonem, qui prope Antiochiam in columna habitavit, vir ad res quascumque prudenter ac studiose exquirendas aptissimus, & omnibus divinis virtutibus eximie ornatus, multa cum verbis tum factis expressit, quæ Mauritium fore Imperatorem plane indicarunt.* Hucusque Evagrius. Post hæc vero Tiberius Imperator, cum expertus esset Mauritium pium, prudentemque, eumdem sibi generum cooptavit, tradens illi filiam Constantinam in matrimonium. sed de his satis.

XI. Gregorius ex Monacho diaconus & legatus.

Hoc eodem anno, quo post primum Tiberii Imp. a mense Augusti secundus incipit numerari; Pelagius Papa, ubi opportunum navigandi tempus advenit, ordinato Gregorio ex monacho diacono, eumdem mittit Constantinopolim Apocrisarium. Quoniam vero quod afferitur id factum a Benedicto Papa Pelagii prædecessore testificatione Joannis diaconi, ex ipsius S. Gregorii scriptis confutavimus suo loco superius: cur in hunc ipsum annum potius ordinationem Gregorii & legationem ejus Constantinopolim referamus, ratio lectori reddenda est: qui primum meminisse debet, demonstratum esse, perseverasse Gregorium adhuc laicum licet maxime pium, in functione Urbanæ Præfecturæ usque ad annum quingentesimum octogesimum primum, cum creatus est Laurentius Mediolanensis Episcopus, prout ex ipsius Gregorii litteris est plenissime declaratum. Quomodo vero nuncium remittens sæculo, factus est in monasterio monachus, & statim inde avulsus a Pelagio Papa & diaconus ordinatus, missus est Constantinopolim Apocrisarius ad Tiberium novum Imperatorem, hæc apertius insinuanda sunt.

XII. Deligitur Gregorius Apocrisarius.

Cum igitur Gregorius monasterium ingressus esset, ne ibi diu permaneret, oborta occasio fecit, qua Pelagius Papa bene usus, eum e monasterio invitum ac nolentem abstraxit, ut ipsum videlicet ad recens creatum Tiberium Imperatorem mitteret Apocrisarium: sciebat enim tanti viri, in rebus gerendis prudentiam, diligentiam, atque dexteritatem, quas omnes animi ejus dotes satis perspectas habuerat in functione Urbanæ Præfecturæ; nec ignorabat quanti esset momenti apud Imperatorem ad negotia Ecclesiastica obeunda astare virum nobilitate insignem, virtutibusque conspicuum, qui & peritiam rerum gerendarum calleret, tantæque esset præstantiæ, ut si opus foret, adversus hæreticos atque schismaticos non tantum staret intrepidus, sed & Catholicos coerceret, atque in officio contineret, ipsumque Imperatorem (si res exigeret) redargueret. Quoniam vero moris erat, nonnisi sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconis Cardinalibus ejusmodi munus obeundum fideliter credi; ob id Pelagius addidit, ut ipsum Gregorium renitentem licet, crearet diaconum Cardinalem.

XIII. Quomodo Gregorius monasterio evulsus.

Hæc autem omnia a nemine fidelius quam ab ipso Gregorio relata percipias, qui in præfatione ad S. Leonardum Episcopum Hispalensem hæc de se habet, ubi primum de corde a se facto ad monasterium conversione egit: *Quia enim* (inquit) *plerumque navem incaute religatam etiam de sinu tutissima littoris unda excutit, cum tempestas excrescit; repente me sub prætextu Ecclesiastici ordinis in causarum sæcularium pelago reperi: & quietem monasterii, quam habendo non fortiter tenui, quam stricte tenenda fuerit, perdendo cognovi. Nam cum mihi ad percipiendum sacri altaris ministerium obedientiæ virtus opponit, hoc sub Ecclesiæ colore susceptum est, quod si inulte liceat, iterum fugiendo deflectatur.* Et paulo post: *Eo quoque tempore, quo ad ministerium altaris accessi, hoc de me, ignorante me actum est, ut sacri ordinis pondus acciperem; quatenus in terreno Palatio licentius excubarem.* Sic itaque vides, tum avulsum a monasterio creatum esse diaconum, cum Apocrisarius Constantinopolim mittendus esset, & non ante. Nam nonnisi diaconis ejusmodi munus credi consuevisse, Idem Gregorius in epistola ad Focam Augustum docet his verbis: (a) *Quod permanere in Palatio juxta antiquam consuetudinem Apostolicæ sedis*

(a) Greg. lib. 12. ep. 43.

dia-

*diaconem vestra serenitas non invenit; non hoc meæ negligentiæ, sed gravissimæ necessitatis fuit. Quia dum ministri omnes hujus nostræ Ecclesiæ contrita usperaque tempora cum formidine declinarent atque refugerent, nulli eorum poterat imponi, ut ad urbem regiam in Palatio permansurus accederet.* Subdit vero, se tunc Ecclesiæ Defensorem ordinasse diaconum, quem Apocrisarium mitteret Constantinopolim.

XIV. Suos secum ducit monachos Gregorius. At quid Gregorius ordinatus jam diaconus, cum profecturus Constantinopolim esset? Illud quidem admiratione dignum præstitit, ut qui non permissus esset in suo monasterio permanere, miro quodam modo ipsum monasterium secum veheret, cum videlicet complures ex eodem ipse inde duceret secum monachos, quo ubicumque locorum esset, sive in diversorio, sive in navi, sive Constantinopoli, iidem nobile redderent monasterium florentissimum monasticis institutis. Id quidem ex eiisdem ad Leandrum scriptis in præfatione ad libros Moralium facile possumus intelligere, ubi ait: *Me scilicet multi ex monasterio fratres mei germana charitate secuti sunt. Quod divinu factum dispensatione conspicio, ut eorum exemplo ad orationis placidum littus quasi anchoræ fune restringerer, cum causarum sæcularium incessabili impetu fluctuarem. Ad illorum quippe consortium, velut ad tutissimi portus sinum, post terreni actus volumina fluctusque fugiebam. Et licet illud me ministerium ex monasterio abstractum a pristinæ quietis vita mucrone suæ occupationis extinxerat; inter eos tamen per studiosæ lectionis alloquium, quotidianæ me aspiratio compunctionis animabat.* Hæc Gregorius de se ipso. Inter alios autem monachos secutus est Gregorium Maximianus, qui numeratur ab ipso sui monasterii secundus Abbas primus post Valentium. Porro res gestæ ab eodem Gregorio Constantinopoli inferius pro temporis ordine dicentur.

XV. Hoc eodem anno, qui & quintus numeratur Childeberti Junioris Regis filii Sigeberti, habita est in Gallia Synodus Brennacensis, cujus aliquot apud Gregorium (*a*) Turonensem Episcopum, qui

(*a*) *Greg. l. 5. c. 47. 48. 49.*



Synodus Brennacensis in Gallia. interfuit, monumenta extant: nam celebrata ipsa est in causa ipsius Gregorii, cum reus factus esset, quod in Reginam Fredegundem uxorem Chilperici & in Bertheramnum Burdegalensem Episcopum crimen nefarium composuisset & evulgasset. Res autem ita se habuit. Leudastes Præfectus sive Comes Turonensis, cum injuste admodum se gessisset, Ecclesiisque damna plurima dedisset, ob idque e præfectura opera Gregorii amotus esset; adversus eum una cum Riculfo Turonensi presbytero conjurans, calumniam ambo simul struunt, accusantes ipsum tradere machinatum Turonensem civitatem Childeberto Regi. Quod cum minime crederetur, adjecerunt calumniam aliam, qua Rex commoveri facile potuisset: nempe dixisse Gregorium, Fredegundem Reginam commisceri solitam cum Bertheramno Episcopo Burdegalensi: cjus rei testes esse Platonem Archidiaconum, & Gallienum ejusdem Ecclesiæ æque diaconum. Calumniæ adversus Gregorium. Acceperat autem a Leudaste Riculfus de Episcopatu Turonensi promissionem, cum Gregorius damnaretur. Qui quasi jam ejus possessor multas interea in Gregorium irrogabat injurias, neque a sputis temperans: qui & accusatorem ad Regem misit ejusdem nominis Riculfum clericum, promisso illi Archidiaconatu. Cum vero vincti catenis testes ducerentur ad Reginam, quid tunc Gregorius egerit, ab ipso accipe: *Hæc ego* (inquit) *audiens, dum in domo Ecclesiæ residerem, mœstus turbatusque ingressus oratorium, Davidicè carminis sumo librum, ut scilicet apertus aliquem consolationis versiculum daret: in quo ita repertum est: Eduxit eos in spe, & non timuerunt, & inimicos eorum operuit mare.* Interim vero jussus est ipse Gregorius custodiri usque ad futurum conventum Episcoporum in villa Brennaco colligendum.

Sed quid interea mirandum accidcrit, audi. Modestus quidam faber lignarius cum zelo justitiæ redarguisset istæc patrantem, falsoque obiicientem Riculfum clericum accusatorem: iste eum auxilio Eunomii Comitis retrudi fecit in carcerem, ubi jussu Reginæ mandatur subdi tormentis. XVI. De Modesto fabro miraculum. *Apprehenditur* (inquit Gregorius) *Modestus, torquetur, flagellatur,*

Bbb 2 *& in*

PAGIUS III. *Concilium Brennacense.* A num. XV. ad XXIII. Concilium *Brennacense* celebratum in causa Gregorii Turonensis, cum accusatus fuisset, quod in *Fredegundem* Chilperici Regis uxorem, & in *Bertheramnum* Burdigalensem Episcopum crimen nefarium composuisset, pertinet ad annum quingentesimum octogesimum. Gregorius enim lib. 5. cap. 49. ubi de illo differit narrat, quæ gesta sunt anno quinto Childeberti Regis, qui eo Christi anno in cursu erat. Et in Concilio *Gregorius* sanctitate vitæ conspicuus favorabili Episcoporum sententia absolutus est, ut ex eodem fuse Baronius refert. Fuit porro *Brennacum*, vulgo *Braine*, villa Regia pagi Regnique Suessionici, posita ad Vidulam fluviolum; in qua *Clotarius* extruxerat Regiam, ubi & ejus thesauri servabantur. Hic locus hodie insignis Abbatia Præmonstratensis, vulgo *Saint Jucd*, ob Basilicam Sancto Euhodio sacram. De hac villa legendi Valesius in Notitia Galliarum in voce *Brennacum* & Mabillonius lib. 4. de Re Diplomat. pag. 253. ubi & ostendit, *Brennacum* tunc temporis Ecclesiæ Rotomagensis juri subjectam fuisse.

*& in vincula compactus, custodiæ deputatur, Cumque inter duos custodes carceris & cippo teneretur vinctus, media nocte dormientibus custodibus, orationem fudit ad Dominum, ut dignaretur ejus potentia miserum visitare, & qui innocens illigatus fuerat, visitatione Martini Præsulis & Medardi absolveretur, Mox disruptis vinculis, diffracto cippo, sancti Medardi basilicam, nocte nobis vigilantibus introivit,* Hæc Synodum præcesserunt: quæ satis fuisse poterant ad Gregorii innocentiam contestandam, cujus causa vinctus Modestus divinitus fuerat liberatus.

XVII. Ubi autem Brennaci Synodus Episcoporum eam ob causam collecta est: quid actum sit, Gregorius ita narrat: *Congregati igitur apud Brennacum villam Episcopi, in unam domum residere jussi sunt, Deinde, adveniente Rege, data omnibus salutatione ac benedictione, resedit. Tunc Bertheramnus Burdegolensis civitatis Episcopus, cui hoc cum Regina crimen impactum fuit, causam proponit, meque interpellat, dicens a me sibi ac Reginæ crimen objectum. Negavi ego in veritate me hæc locutum, & audisse quidem hæc alios, me non excogitasse, Nam extra domum rumor in populo magnus erat dicentium: Cur hæc super sacerdotem Dei objiciuntur? Cur talia Rex prosequitur? Numquid potuit Episcopus talia dicere vel de servo? Heu, heu, Domine Deus, largire auxilium servo tuo. Rex autem dicebat: Crimen uxoris meæ meum habetur opprobrium. Sic ergo censetis ut super Episcopum testes adhibeantur: ecce adsunt. Certe si videtur ut hæc non fiant, sed in fidem Episcopi committuntur, dicite: libenter audiam quæ jubetis. Mirati sunt omnes Regis prudentiam, vel patientiam simul. Tunc cunctis dicentibus: Non potest persona inferior super sacerdotem cædi*: restitit ad hoc causa, ut dictis Missis in tribus altaribus, me de his verbis exuerem sacramento; & licet canonibus essent contraria, pro causa tamen Regis impleta sunt,*

Gregor. se purgat juramento.

* credi.

XVIII. *Sed nec hoc silebo, quod Riguntbis Regina condolens doloribus meis, jejunium cum omni domo sua celebravit, quousque puer nunciaret, me omnia sic implesse, ut fuerant instituta. Igitur regressi sacerdotes ad Regem, ajunt: Impleta sunt omnia ab Episcopo quæ imperata sunt, o Rex. Quid nunc ad te, nisi ut cum Bertheramno accusatore fratris communione priveris? Et ille: Non ego nisi audita narravi. Quærentibus illis, qui hæc dixerit? respondit se hæc a Leudaste audisse. Ille autem secundum infirmitatem vel consilii vel propositionis suæ fugam inierat. Tunc placuit omnibus sacerdotibus, ut sator scandali, infamator Reginæ accusator Episcopi ab omnibus arceretur Ecclesiis, eo quod se ab audientia subtraxisset: unde & epistolam subscriptam aliis Episcopis qui non adfuerant transmiserunt, & sic unusquisque ad locum suum regressus est.* Hactenus Acta Synodi Brennacensis.

Riguntbis Reginæ charitas.

XIX. Quid autem factum fuerit adversus Riculfum clericum accusatorem qui aderat, idem sic tradit: *At Riculfus clericus ad interficiendum deputatur, pro cujus vita vix obtinui: tamen de tormentis excusare non potui; nam nulla res, nullum metallum tanta verbera potuerit sustinere, sicut hic miserrimus. Ab hora tertia diei, revinctis post tergum manibus, suspensus ad arborem dependebat: ad horam vero nonam depositus, extensus ad trocleas, cædebatur fustibus, virgis & loris duplicibus, & non ab uno vel duobus, sed quot accedere circa miseros potuissent artus tot cæsores erant. Cum autem in discrimine esset, tunc aperuit veritatem, & arcana doli publice patefecit. Dicebat enim, ob hoc Reginæ crimen objectum, ut ejecta de regno, interfectis fratribus & patre, Clodoveus regnum acciperet, Leudastes ducatum.* Hæc de falso teste. Porro Leudastem instar Cain undique pulsum, undique profugum super terram vagasse tradit.

Riculfus clericus accusator luit pœnas, & cuncta patefacit.

XX. Non prætermittendum, de hac Synodo scripsisse carmen Venantium Fortunatum, quo & cecinit laudes Chilperici, necnon Fredegundis Reginæ. Quod enim adversus Fredegundem tanta calumnia sparsa est, & cum ignominia ad judicium usque causa deducta; placuit Fortunato (quem puto eidem Synodo cum Gregorio interfuisse) eam scripto carmine celebrare, atque ejus canere laudes, cujus opprobria fuerant adeo turpiter divulgata. Est vero ejusmodi præfixa inscripto carmini (a):

*Ad Chilpericum Regem, quando Synodus in Brennaco habita est.* Incipit autem:

*Ordo sacerdotum, venerandaque culmina Christi,*
*Quos dedit alma fidei relligione patres.*
*Parvulus opto loqui Regis præconia celsi:*
*Sublevet exigui carmina vester amor.*

Et post multa habet ista de Fredegunde Regina apposite quidem:

*Conjuge cum propria, quæ regnum moribus ornat*
*Principis, & culmen participata regit,*
*Provida consiliis, sollers, cauta, utilis aulæ,*

In-

(a) Fortun. carm. l. 9.

*Ingenio pollens, munere larga placens,*
*Omnibus excellens meritis Fredegundis opima,*
*Atque serena suo fulget ab ore dies:*
*Regia magnanimis curarum pondera portat,*
*Te bonitate colens, utilitate juvans.*
*Qua pariter tecum moderante palatia crescunt,*
*Cujus & auxilio floret honore domus.*
*Quaerens unde viro duplicentur vota salutis,*
*Et tibi mercedem de Fredegunde facit:*
*Qua meritis propriis effulget gloria Regis,*
*Et Regina suo facta corona viro.*
*Tempore sub longo hac te fructu prolis honoret,*
*Surgat & inde nepos, ut renoveris avus.*
*Ergo Creatori referatur gratia digne,*
*Et cole Rex Regem qui tibi præbet opem.*

Ista & alia Fortunatus ad Chilpericum; & quidem puto intuitu charitatis, ut e domo regia manantem ex impudica Regina fœtorem veluti plurimo effuso balsamo effugaret.

XXI. Verum qui Regibus dominatur, & solus verax est, nec secundum faciem judicat, adversus Chilpericum & Fredegundem sententiam & quidem durissimam protulit, nulla penitus interposita mora: accidítque nutu Dei, ut idem qui cecinit gloriose Fortunatus, paulo post lugubri carmine occinuerit luctuosa: quæ S. Salvio, qui eidem Synodo interfuit, quomodo fuerint antea demonstrata, proxime dicturi sumus: modo vero accipe, quæ antea ibidem transacta sunt cum disserente de fide Judæo, & quæ idem habet de Chilperico Rege ipsi Gregorio conciliato, & ab ipso benedictionem petente, cum inde recedens esset Parisios rediturus. Cum enim moraretur adhuc apud Chilpericum Gregorius Turonensis (ut ipse testatur) data occasione Judæi nomine Prisci, cum eo de veritate Christianæ fidei contulit: sed in obstinatione ille sua perseverans, nihil profecit: scripsit tamen eum ipse disputationem Gregorius, (a) ad cujus finem, ubi agit de Rege inde Parisios profecturo, hæc habet; *Ad me (inquit) conversus postulat ut accepta benedictione discederet: ait enim: Dicam (inquit) tibi, o sacerdos, quod dixit Jacob ad Angelum, qui ei loquebatur: Non dimittam te, nisi benedixeris mihi. Et hæc dicens, aquam manibus porrigi jubet: quibus ablatis, facta oratione, accepto pane, gratias Deo agentes, & ipsi accepimus, & Regi porreximus, haustoque mero, Vale dicentes discessimus.* Hæc de Rege accipiente eulogias ab ipso Gregorio, ut his pacis symbolis ipsi reconciliatum se ostenderet. Sic igitur qui ad Regem reus majestatis advenerat, a regia majestate eo modo maximo affectus honore recessit. Sed ad S. Salvii vaticinium redeamus.

(a) Greg. Turon. hist. Fran. lib. 6. c. 5. Gregorius impertit benedictionem Regi.

XXII. Quid enim post hæc ibi contigerit memoratu dignum, idem Gregorius narrat his verbis (b): *Igitur cum, Vale post Synodum memoratam Regi jam dicto, ad propria redire vellemus: non ante discedere placuit, nisi hunc virum, Salvium Episcopum scilicet, libatis osculis, linqueremus. Quem quæsitum in atriis Brennacensis domus reperi. Cui dixi, quia jam eram ad propria rediturus. Tunc remoti paululum, dum hinc inde sermocinaremur, ait, mihi: Vides ne super hoc tectum quæ ego suspicio? Cui ego: Video enim super tegulum, quod nuper Rex poni præcepit. At ille: Aliud, inquit, non aspicis? Cui ego. Nihil aliud, inquam, video (suspicabar enim quod aliquid joculariter loqueretur) & adjeci: Si tu aliquid magis cernis, enarra. At ille altra trahens suspiria, ait: Video ego evaginatum iræ divinæ gladium super domum hanc dependentem. Verumtamen non fefellit dictio sacerdotem: nam post dies viginti, duo filii Regis (quos superius mortuos diximus) obierunt.* Hæc Gregorius: quomodo vero mortui sint, inferius docet.

(b) Greg. l. 5. c. 50.

De vindicta super Regis domum parata.

XXIII. Nam idem Gregorius eodem hoc anno, qui numeratur (ut dictum est) quintus Childeberti Junioris, pestem ingentem depastam esse Gallias tradit, qua tacti iidem duo filii Regis Chilperici & Fredegundis extincti sunt. Porro rem gestam ita idem auctor enarrat (c): *Igitur in his diebus Chilpericus Rex gra-*

De peste quæ Gallias invasit.

(c) Greg. li. 5. c. 34.

PAGIUS IV. A num. XXIII. ad XXVI. Gregorius Turonensis lib. 5. cap. 34. & seq. narrat, morbum dysentericum *mense Augusto* post varia prodigia grassari cœpisse, Regibus Francorum inter se jam diffidentibus, & bellum civile parantibus. *Chilpericus* Rex primum ægrotavit, & non multo post duos filios amisit, *Chlodobertum* scilicet, & *Dagobertum*, uti hic a Venantio in utriusque Epitaphio lib. 8. Carm. 4. & 5. appellatur, ubi & *Chlodobertus* tria lustra vixisse dicitur. Baronius, hujus dysenteriæ occasione scribit, magnam pestem in Galliis anno, quo Brennacense Concilium celebratum, grassatam esse. Verum Turonensis, non de *peste*, sed de *dysenteria*, idest, intestinorum torminibus loquitur, & Cicero *dysenteriam* viscerum morbum vocat, ut videre est apud Henricum Stephanum in Thesauro linguæ Græcæ. Narrat hæc Gregorius anno V. Childeberti Regis, quæ ideo ad annum DLXXX.

Duo Chilperici Regis filii dysenteria extincti.

*viter agrotavit. Quo convalescente, filius ejus junior necdum ex aqua & Spiritu sancto renatus agrotare cœpit: quem in extremis videntes, baptismo abluerunt. Quo paruumper melius agente, frater ejus senior nomine Clodobertus ab hoc morbo corripitur. Ipsumque in periculo mortis Fredegundis mater cernens, sero pœnitens ait ad Regem: Diu nos male agentes pietas divina sustentat: nam sæpe nos febribus & aliis malis corripuit, & emendatio non successit. Ecce jam perdimus filios: Ecce jam nos lacrymæ pauperum, lamenta viduarum, suspiria orphanorum interimunt, nec spes remanet, cui aliquid congregemus. Thesaurizamus, nescientes cui congregemus ea: Ecce thesauri remanent possessore vacui, rapinis ac maledictionibus pleni. Numquid non exundabant promptuaria vino? Numquid non horrea abundabant frumento? Numquid non erant thesauri referti auro, argento, lapidibus pretiosis, monilibus, vel reliquis Imperialibus ornamentis? Ecce quod pulchrius habebamus, perdimus.*

XXIV. Pœnitentia Reginæ Fredegundis, & Regis. *Nunc si placet, venito, incendamus omnes descriptiones iniquas. Sufficiat fisco nostro, quod sufficit patri Regique Clotario. Hæc effata Regina, pugnis verberans pectus, jussit libros exhiberi qui de civitatibus suis per Marcum venerant: projectisque in ignem, iterum ad Regem conversa: Quid tu, inquit, moraris? Fac quod vides a me fieri, ut etsi dulces natos perdimus, vel pœnam perpetuam evadamus. Tunc Rex compunctus corde tradidit omnes libros descriptionum igni, conflagratisque illis, misit qui futuras prohiberet descriptiones. Post hæc infantulus junior, dum nimio labore tabescit, extinguitur: quem cum maximo dolore ducentes e villa Brennaco Parisios ad basilicam S. Dionysii sepelire mandaverunt. Clodobertum vero componentes in feretro, Suessionas ad basilicam S. Medardi duxerunt, projicientesque eum ad sanctum sepulcrum vota voverunt pro eo: sed media nocte anhelans jam & tenuis spiritum exhalavit; quem in basilica sanctorum Crispi & Crispiniani martyrum sepelierunt. Magnus usque huc planctus omni populo fuit: nam viri lugentes mulieresque lugubribus vestimentis indutæ (ut solet in conjugum exequiis fieri) ita hoc funus sunt prosecutæ. Multa postea Chilpericus Rex ecclesiis, sive basilicis, vel pauperibus est largitus.* Hæc de funere duorum filiorum Regis, & de Rege ipso in meliorem frugem mutato Gregorius.

XXV. Scripsit iisdem Regis filiis epitaphia Venantius Fortunatus, atque primum majori natu filio Clodoberto his versibus (a):

(a) Fort. li. 10. car.

Epitaph. Clodoberti Regis filii.

*Flere monet populum crudelia funera Regum,*
*Cum caput Orbis humo, mæsta sepulcra tegunt.*
*Hoc igitur tumulo recubans Clodobertus habetur,*
*Qui tria lustra gerens raptus ab Orbe fuit,*
*De proavo veniens Clodoveo celsa propago,*
*Clotariique nepos, Chilpericique genus:*
*Quem de Regina sumpsit Fredegunde venusta:*
*Auxerat & nascens Francica vota puer:*
*Quem patriæ dum spes* adolesceret ampla,*
*Accelerante die, sors inimica tulit.*
*Sed cui nulla nocent querula contagia mundi,*
*Non fleat ullus amor, quem modo cingit honor.*
*Nam puer innocuus vivens sine crimine lapsus*
*Perpetui regni se favet arce frui.*

Sed & ejus germano infanti Dagoberto æque epitaphium elaboravit, ex quo nomen ejus a Gregorio prætermissum edisces, vocatum nempe Dagobertum; sic enim se habet:

Epitaph. Dagoberti, Regis filii. * albis.

*Dulce caput populi, Dagoberte perennis amore,*
*Auxilium patriæ spes puerilis, obis* *
*Germine regali nascens generosus, & infans,*
*Ostensus terris mox quoque rapte polis.*
*Belligeri veniens Clodovei gente potenti*
*Egregio proavi germine, honore pari.*
*Regibus antiquis resplendens nobile infans,*
*Chilpericique patris, vel Fredegunde genus.*
*Te veneranda tamen mox abluit unda lavacri,*
*Hinc licet abreptum lux tenet alta throno.*
*Vivis honore ergo, & cum Judex venerit Orbis,*
*Surrecturus eris fulgidus, ore nitens.*

Ista Venantius, qui (ut diximus,) cum paolo ante læta cecinisset, scribere mox coactus est Regum funeribus epitaphia. Sed & tunc etiam ad ipsum Regem consolatione de filiorum obitu carmine scripsit, cujus est exordium:

*Aspera conditio & sors irrevocabilis hora,*
*Quam generi humano tristis origo dedit.*

Et

Et inferius alludens ad luctum universi populi, ista subdit:

*Talis erit populus, qualem te viderit omnis,*
*Deque tua facie plebs tua vota metit.*

Innatum est enim Francis, eisdemque illud peculiare, ut cum præ cæteris gentibus suum diligant Regem, sese in Regis vultum, mores animi, corporis habitum, atque alia denique omnia (quantum fas est) transformare, similesque reddere cupiant.

XXVI. Clodoveus necatur. At necdum his filiorum Chilperici Regis funerum: etenim Fredegundis uxoris carens filiis novercali odio in privignum Clodoveum commovetur, quem in suspicionem adductum, quod aliquid in eam moliretur, eumdem detrusum in carcerem ibi gladio feriri præcepit; de ipso illud evulgans, quod se ipsum obnoxium culpæ necasset. Rem gestam narrat ipse Gregorius (*a*). Erat Clodoveus iste filius Chilperici ex Audovera uxore sua, ex qua pariter Theobertum & Moroveum susceperat. Ipsa autem Audovera velata, quanam arte se Fredegundis conjunxerit Chilperico, ab Adone Viennensi sic accipe: *Absente Chilperico, Fredegundis Audoveram Reginam tali fraude decepit, ut filiam quam ex Chilperico habebat Audovera ex sacro fonte ipsa per se non per alium susciperet: quod & ipsa seducta quidem fecit. Ac idcirco postmodum a marito suo Chilperico dimissa: sicque Fredegundis in connubium transiit. Audovera vero velata villas & prædia tantum ad substentationem sui accepit. Episcopus, qui filium baptizavit & matri eum tenere non prohibuit, exilio damnatus est.* Hæc Ado, quibus plenius Fredegundis perfidia innotescat, quam in privignum Clodoveum filium Audoveræ ad postremum Phædræ instar explevit.

(*a*) Greg. l.5.c.39.

Fraus Fredegundis.

XXVII. Sed funeribus Regum tristiora Reginæ funera conjungamus. Gregorius enim his de obitu filiorum Chilperici narratis, de alia Regina Francorum conjuge Gunthramni germani Chilperici hac eadem peste defuncta mox ista funesta subjungit: *His diebus Austregildis Gunthramni Principis Regina ab hoc morbo consumpta est. Sed priusquam nequam spiritum exhalaret, cernens quod evadere non posset, alta trahens suspiria, voluit lethi sui habere participes, agens ut in exequiis ejus aliorum funera plangerentur. Fertur enim Herodiano more Regem petiisse, dicens: Adhuc spes vivendi fuerat, si non inter iniquorum medicorum manus incidissem: nam potiones ab illis acceptæ mihi vi abstulerunt vitam, & fecerunt me hanc lucem velociter perdere. Et ideo ne mors mea inulta prætereat; quæso, & cum juramenti interpositione conjuro, ut cum ab hac luce discessero, statim ipsi gladio trucidentur; ut sicut ego amplius vivere non queo, ita nec illi post meum obitum glorientur, sed sit unus dolor nostris pariter & eorum amicis. Hæc effata, infelicem animam tradidit. Rex vero peracto ex more justitio, oppressus iniquæ conjugis juramento, implevit præceptum iniquitatis; nam duos medicos, qui ei studium adhibuerant, gladio feriri præcepit.* Hæc Gregorius.

Impiæ Austregildis Reginæ obitus.

XXVIII. Nantini obitus & supplicium. Eadem quoque lue tactum abreptumque ex hac vita Nantinum Comitem Engolismensem, idem subdit: qui cum in sancta loca Deique ministros mala multa patrasset, ultimo ipse elogio, quid pateretur ob scelera perpetrata, testatus est: ait enim Gregorius (*b*): *Post paucos menses e supradicto morbo Nantinus Comes corripitur. Qui nimia exustus febre, clamavit, dicens: Heu, heu, ab Heraclio Antistite exuror: ab illo crucior: ab illo ad judicium vocor. Cognosco facinus: reminiscor injuste injurias me intulisse Pontifici: mortem deprecor, ac diutius crucier hoc tormento. Hæc cum maxima in febre clamaret, deficiente robore corporis, infelicem animam fudit, indubie relinquens*

(*b*) Greg. l.5. c.36. in fin.

PAGIUS V. Clodoveus filius Chilperici necatur. Ad num. XXVI. *Fredegundis* uxor Chilperici Regis, & noverca Clodovei hunc cum *Audovera* matre, quæ Fredegundis ancilla erat, occidi jussit. *Soror illius* (nempe Audoveræ) *in Monasterio, delusa a pueris Reginæ, transmittitur; opes eorum omnes Reginæ delatæ sunt*, inquit Turonensis citatus. *Basina* itaque Audoveræ soror primum delusa seu stuprata fuit a famulis *Fredegundis* postea in Monasterio Pictaviensi inclusa, ubi cum *Chrodieldo* Chariberti quondam Regis filia graves tumultus adversus Abbatissam concitavit, de quibus suo loco. Verum gesta hæc anno DLXXX. qui Childeberti Regis quintus erat.

VI. Austrigildis Regina moritur. Ad num. XXVII. Gregorius lib. 5. cap. 35. narrat mortem *Austrigildæ* uxoris Guntramni Regis, quæ adeo crudelis fuit, ut duos Medicos, *qui ei studium adhibuerant*, gladio feriri præceperit, ut mortis participes haberet. Sed factum etiam id anno DLXXX. cum Turonensis ibidem agat de rebus anno V. Childeberti Regis gestis. De ejusdem Reginæ interitu loquitur Marius ad annum II. Consulatus Tiberii Indict. XIV. quibus characteribus ipse annum Christi DLXXXI. designat: *Ea Indictione*, inquit, *mense Septembri Austregildis Regina obiit, post cujus transitum interfecti sunt duo Medici, Nicolaus & Donatus*. Rex enim, ut habet Gregorius Turonensis, *implevit præceptum iniquitatis* ab Austrigilde factum. Verum Marius, qui Tiberii initium tardius consignavit, in ea morte narranda in errorem etiam lapsus est. Ab *Austragildis* morte Guntramnus Rex in perpetuo Cœlibatu vitam duxit.

VII. Nantinus Comes extinguitur. Ad num. XXVIII. *Nantinus* Comes Engolismensis morbo dysenterico correptus pœnas sce-

*queat vestigia hoc ei ad ultionem beati viri venisse: nam exanimum corpus ita nigredinem duxit, ut putares eum prunis superpositum fuisse combustum. Ergo omnes hæc obstupescant, admirentur, & metuant, ne inferant injurias sacerdotibus, quia ultor est Dominus servorum suorum sperantium in se.* Quæ autum adversus Heraclium Burdegalensem Episcopum Nantinus egisset, idem Gregorius paulo superius narrat, cum tradit ab eo ob immensa scelera perpetrata ipsum Nantinum fuisse excommunicatum. At de his hactenus: jam vero e Galliis in Galliciam transeamus, Gregoriumque sectemur, qui ait (*a*):

(*a*) Greg. Tur. hist. Franc. l. 5. c. 37.

XXIX. De obitu S. Martini Galliciensis.

*Hoc eodem tempore* (nempe anno quinto Childeberti Junioris, qui hoc Christi anno incipit numerari,) *& B. Martinus Galliciensis Episcopus obiit, magnum populo illi faciens planctum. Nam hic Pannoniæ ortus fuit* (sicuti nomen & patriam, ita etiam sanctitatem Martini Turonensis adeptus) *& exinde ad visitanda loca sancta in Orientem properans, intantum se litteris imbuit, ut nulli secundus suis temporibus haberetur: & exinde Galliciam venit, ubi cum beati Martini reliquiæ portarentur, Episcopus ordinaretur: in quo sacerdotio impletis plus minus triginta annis, plenus virtutum migravit ad Dominum. Versiculos qui ad ostium sunt a parte meridiana in basilica S. Martini, ipse composuit.* Hæc Gregorius.

XXX. De tempore sedis ejus.

Porro quod pertinet ad annos ejus Episcopatus: dum numerat triginta circiter annos ejus sedis Gregorius, scias ipsum deducere numerum ab eo tempore quo illatæ sunt sancti Martini Turonensis reliquiæ in Galliciam, at patet ea ejusdem testificatione, dum de eadem a nobis superius recitata translatione agit (*b*). Qua ratione dicendum esset, inchoatum ejusdem Episcopatum circa annum Domini quingentesimum quinquagesimum tertium, cum alii (ut vidimus) referant ad annum quingentesimum sexagesimum: cui sententiæ magis inhæsimus, quod ex Actis Concilii Bracharensis secundi tum nota Æræ, tum numero annorum Ariamiri Regis sibi vendicet auctoritatem. Dies autem, quo tantus vir, cui multum debet Hispania, ea hac vita ad cœlum migravit, celebri solemnitate anniversario cultu refulget ad decimumtertium Kal. Aprilis.

(*b*) Greg. Turon. mirac. S. Martini l. 1. c. 11.

Ad postremum, vero quod reperimus ipsius sepulcrum, nefas sit præteriisse eum insalutatum: quamobrem ipsum ex prato Venantii collectis floribus aspergamus versibus illis, inquam, quibus ipse mirifica ejus facta tunc temporis cecinit, cum provinciam illam, absterso Ariano putore, ad Catholicam fidem convertens, grande Deo obtulit sacrificium in odorem suavitatis. Sint igitur ejusmodi vetera monumenta, epitaphii loco, sanctissimi viri incisa sepulcro. Editum enim ad ipsum adhuc viventem carmen ita incipit (*c*): XXXI.

(*c*) Fort. carm. l. 5.

*Lumen Apostolicum cum spargeret una Triados,*
*Excuperetque novum mundus honore diem.*

Pergit dicere de Apostolis ad diversas gentes missis, ac demum ista de duobus Martinis, seniore ac juniore, Turonensi videlicet atque Galliciensi Episcopis:

——— *Martini Gallia prisci*
*Excellente fide luminis arma capit.*
*Martino servata novo Gallicia plaude;*
*Sortis Apostolicæ vir tuus iste fuit.*
*Qui virtute Petrum, præbet tibi dogmate Paulum:*
*Hinc Jacobi tribuens, inde Joannis opem.*
*Pannoniæ (ut perhibent) veniens e parte Quiritum,*
*Est magis effectus Gallica vera salus.*
*In sulcum sterilem vita plantaria sevit,*
*Quo matura seges fertilitate placet.*
*Elicit meritis alter redit imbre aristis,*
*Munera coeli habeat, ne premat arva sitis:*
*Neu jaceant stupidis arentia jugera sulcis,*
*Influit irriguo fonte perennis aqua.*

Spectant hæc ad prædicationem Evangelii; & quod subdit, id ipsum insinuat.

Ha-

PAGIUS

lerum suorum loit, ut scribit Turonensis lib. 5. c. 37. narrans quæ accidere anno quinto Childeberti Regis, qui in an. Christi DLXXX. convenit, indeque intelligimus Galliam eo anno dysenteria valde afflictam fuisse. licet Baronius tam *Nantinum*, quam *Austrigildem* peste periisse scribat.

VIII. Moritur S. Martinus Apostolus Suevorum.

A num. XXIX. ad XXXII. Turonensis lib. 5. cap. 37. annoque V. Childeberti Regis, ait: *Hoc tempore & beatus Martinus Galliciensis Episcopus obiit. Paulo post: In Sacerdotio impletis plus minus triginta annis, plenus virtutibus migravit ad Dominum.* Mabillonius sæculo primo Benedictino in Elogio Sancti Martini Episcopi & Abbatis Dumiensis primi num. XV. recte scribit, ex his Gregorii verbis, nec plane constare, quo anno S. Martinus in cœlos migraverit, nec quantum temporis Episcopatum tenuerit. Hi etenim loquendi modi, *hoc tempore, & plus, minus triginta annis*, hominem incertum & fluctuantem produnt. Addo, Turonensem, de his quæ extra Gallias contigere, plerumque satis edoctum non fuisse, ut pluribus exemplis liquet. Verbi gratia lib. 8. cap. 46. *Leuvigildi* Hispaniarum Regis mortem cum anno Childeberti XII. qui in an. DLXXXVII.

con-

*Heresis in rumis fidei plantaria fixet;*
*Quodque oleaster erat, pinguis oliva vivet.*
*Quæ fletit exilis, viduatis frondibus, arbor*
*Jam paritura cibum floret honore novo.*
*Imponenda focis sine quo ficulnea tristis*
*Præparat ad fructum stercore culta situm.*
*Palmites uva tumens avium laceranda rapinis,*
*Hoc custode bono, non peritura latet*.*
* patet
*Rebus Apostolicis ovantes* vivere monstrat,*
* orantes
*Arva ligone movens, falce flagella premens.*
*Ex agro Domini lappas excidit inertes:*
*Atque racemus adest, qui fuit ante frutex.*
*De satione Dei zizania vulsit amara:*
*Surgit & æquales lætificata seges.*

Ut plane dicendus fuerit Galliciæ restitutor Ecclesiæ. Hinc idem Fortunatus subjicit:

*Martino servata novo Gallicia plaude:*
*Sortis Apostolicæ vir tuus iste fuit.*
*Pastoris studio circum sua septa recurrens,*
*Ne lupus intret, oves servat amore gregis.*
*Et portante manu trahit ipsa ad pabula Christi,*
*Montibus instabilem ne voret error ovem.*
*Cujus vox refluens plebi de fonte salubri,*
*Ut bibat ore fidem, porrigit ore salem.*
*Hostis damna quidem, Domino pia vota paravit,*
*Et commissa sibi dupla talenta refert.*

Et de æterno præmio, quod esset a Deo consecuturus, mox addit hæc ipse:

*Vocem Evangelicam spectans operarius almus,*
*Ut tibi dicatur, Servule perge bone:*
*Quando fidelis enim mihi supra pauca fuisti,*
*Supra multa nimis constituendus eris.*
*Ecce in Domini modo gaudia lætior intra,*
*Proque labore brevi magna parata tibi.*
*Auditurus enim vocem, Martine, beatam:*
*Sed Fortunati sis memor ipse tui.*
*Quæso, precare Pater, videam tua gaudia tecum.*
*Sic placeas Regi, postulet ante Petrus.*

&c. Commendat eidem senctam Redegundem adhuc viventem in monasterio Pictaviensi Reginam, cum ea quæ præerat eidem Agnete Abbatissa, de qua sæpe Gregorius.

Hoc item anno, teste Gregorio, qui (ut numerat) annus quintus est ☞ Childeberti Regis ☜ dira persecutio in Hispania excitata est a Leuvigildo Rege Ariano adversus Catholicos: ait enim (a): *Magna eo anno in Hispania Christianis persecutio fuit, multique exiliis damnati, facultatibus privati, fame decocti, carceri mancipati, verberibus affecti, ac diversis suppliciis trucidati sunt.* Hæc summatim de persecutione Gregorius. His consentiens S. Isidorus, ubi narravit res ab eodem Rege in bello fortiter gestas, iste subjungit (b): *Sed obfuscavit* (inquit) *error impietatis gloriam tantæ virtutis. Denique perfidiæ furore repletus, in Catholicos persecutione commota, plurimos Episcoporum exilio relegavit, & Ecclesiarum reditus & privilegia tulit: multosque terroribus suis in Arianam hære-*

XXXII. Persecutio excitata a Leuvigildo.

(a) Greg. Tur. hist. Franc. l. 5. cap. 38.

(b) Isidor. in Chron. Goth.

*Ann. Eccl. Tom. X.* Ccc *sim*

PAGIUS convenit, alligat. *Desiderium* Francorum Ducem, quem Biclariensis a Ducibus Reccaredi post Leuvigildi patris mortem prælio superatum, cæsumque asserit anno V. Mauricii Aug. & Reccaredi primo, Turonensis lib. 6. cap. 31. an. VIII. Childeberti Regis, Christi sc. DLXXXII. Leuvigildo regnante profligatum tradit. Deinque lib. 5. cap. 30. asserit, *Justinum Juniorem* impleto Imperii XVIII. anno vitam finiisse, quod manifeste falsum est. Quare cum *Theodemirus* Suevorum Rex hæresim Arianam hujus Sancti Præsulis hortatu ejurarit, & ante annum DLVII. aut insequentem regnare non cœperit, *Martinus* triginta annos Episcopus esse non potuit, nisi post annum quintum Childeberti, Christique DLXXX. e vivis excesserit. Præter *Collectionem Canonum Orientalium* ex Græcis Synodis, *Sententias Ægyptiorum Patrum*, quas e Græco in linguam Latinam vertit, *Formulam honestæ vitæ*, seu de *Differentiis quatuor virtutum cardinalium*, quæ Opuscula lucem viderunt, reliquit quædam alia ingenii sui monumenta nondum publici juris facta. Inter ea est tractatus *de Paschate*, in quo testatur, *a plerisque Gallicanis Episcopis ad suum fere tempus id custoditum, ut semper VIII. Kal. April. diem Pascha celebrarent, in quo facta Christi Resurrectio traditur.* Verum Sanctus Martinus hac in re Gregorium Turonensem, qui hoc ipso tempore in Gallia vivebat, contrarium habet, qui, ut vidimus anno DLXXVII. num. V. loquitur de controversia, quæ eo anno extitit in Gallia de die Paschatis, quam etiam controversiam aliis quibusdam annis agitatam fuisse memorat. Originem erroris S. Martini alio in loco aperiemus.

IX. *Leuvigildus Rex Visigothorum filium Hermenegildum necat.*

A num. XXXII. ad XLII. *Leuvigildus* Gothorum in Hispania commorantium Rex anno quingentesimo octogesimo magnam adversus Orthodoxos excitavit persecutionem, quam memorat Turonensis lib. 5. cap. 38. loquens de gestis anno quinto Childeberti Regis, qui eo Chri-

*sim & pestilentiam compulit: plerosque sine persecutione illectos auro, rebusque decepit. Ausus quinetiam inter cætera hæresis suæ contagia rebaptizare Catholicos, & non solum ex plebe, sed etiam ex sacerdotalis ordinis dignitate, sicut Vincentium Cæsaraugustanum de Episcopo apostatam factum, & tanquam e cælo in infernum projectum.* Hucusque de persecutione Isidorus, brevi quidem compendio quamplurima perstringens, ex quibus magnum plane fuisset implendum volumen.

XXXIII. Sed quæ recentior causa persecutionis hujus indicendæ præcesserit, Gregorius ita recenset (a): *Caput autem* nempe origo, *hujus sceleris Gosuintha fuit, quam post Athanagildi Regis connubium Rex Leuvigildus* * *acceperat. Sed quæ Dei servis notam humilitatis insixerat, prosequente ultione divina, ipsa quoque omnibus populis est facta notabilis: nam unum oculum nube alba contegens, lumen quod mens non habebat pepulit a palpebris. Erant autem Leuvigildo Regi ex alia uxore duo filii,* nempe Hermenegildus & Reccaredus, *quorum senior Sigeberti, junior Chilperici Regis filiam desponsaverat. Sed Ingundis Sigeberti Regis filia cum magno apparatu in Hispaniam directa, ab avia Gosuintha cum magno gaudio suscipitur (erat enim Ingundis filia Brunichildis, quæ filia fuit ipsius Gosuinthæ, ut superius ex Fortunato & Gregorio diximus) quam nec passa est in religione Catholica diu commorari, sed ut rebaptizaretur in Arianam hæresi, blandis cœpit sermonibus illicere. Sed illa viriliter reluctans, cœpit dicere: Sufficit satis me ab originali peccato baptismo salutari semel ablutam esse, & sanctam Trinitatem in una æqualitate confessam: Hæc me credere ex toto corde confiteor, neque unquam ab hac fide ibo retrorsum.*

(a) Greg. Tur. eod. l. 5. c. 38.

* Leuvichildus

Ingundis uxor Hermenegildi quæ sit passa fidei causa.

XXXIV. *Hæc illa audiens, iracundiæ furore succensa, apprehensam per comam capitis puellam in terram collidit, & diu calcibus verberatam ac sanguine cruentatam jussit spoliari, & piscinæ immergi; sed (ut asserunt multi) nunquam animum suum a fide nostra reflexit. Leuvigildus autem dedit eis, nempe ipsi Ingundi, & viro suo Hermenegildo, unam de civitatibus, in qua residentes regnarent. Ad quam cum abiissent, cœpit Ingundis prædicare viro suo, ut relicta hæresis fallacia, Catholicæ fidei veritatem agnosceret. Quod ille diu refutans, tandem commotus ad ejus prædicationem conversus est ad legem Catholicam, ac dum chrismaretur, Joannes est vocitatus.* Sed tamen nomine, quo cognitus erat ab omnibus, perseveravit dici Hermenegildus. Leandrum quoque Hispalensem Episcopum doctrina, & pietate clarum plurimum contulisse, ut Hermenegildus fieret Catholicus Christianus, qui prosecuti sunt res Hispaniarum tradunt, in primis vero S. Gregorius Papa, ut suo loco dicemus.

Hermenegildus Rex convertitur ab Ingunde conjuge.

XXXV. Cæterum cum pater perfidiæ argueret filium, filius vero eum hæresis insimularet: factum est ut bellum ingens inter ipsos conflaretur, altera ex parte cum Leuvigildo pugnantibus Arianis, quorum major numerus, fortiorque potentia; ex altera vero resistentibus cum Hermenegildo Catholicis. Hic sentiens se imparem viribus, etsi justiorem causam foveret, legat in Orientem ad Tiberium Orthodoxum Imperatorem S. Leandrum Hispalensem Episcopum, ut laborantibus sub gladio Ariano Catholicis suppetias ferret. De hac Leandri honorifica legatione meminit S. Gregorius, cum de amicitiæ usu qui intercesserat cum eo dum esset Constantinopoli agit; ait enim (b): *Dudum te, frater beatissime, in Constantinopolitana urbe cognoscens, cum me illic sedis Apostolicæ responsa constringerent, & te illuc injuncta pro causis fidei Regis Wisigothorum legatio perduxisset; omne tuis auribus, quod de me displicebat exposui, &c.* Repetens suæ conversionis initia, & quomodo e monasterio abstractus ac diaconus ordinatus compulsus sit a Pontifice Romano Pelagio legationis pondus subire, seu potius Apocrisarii munus obire Constantinopoli.

Legatio S. Leandri Epis. Hispal. Constantinopol.

(b) Greg. in præfat. Moral.

XXXVI. Quomodo autem tunc monachis suis petentibus, quos secum Roma duxerat, ipsoque adnitente S. Leandro, aggressus sit expositionem sacri voluminis Job, ita subdit: *Tunc eisdem fratribus, etiam te cogente placuit (sicut ipse meministi) ut li-*

PAGIUS Christi anno obtinebat. Motuum causa & origo fuit dissidium inter *Leuvigildum & Hermenegildum* ejus filium, de quo Biclariensis Abbas in Chronico hæc habet: *Anno III. Tiberii Imp. qui est Leovigildi XI. annus, Leovigildus Rex Hermenegildo filio suo filiam Sigiberti Regis Francorum in matrimonium tradit: & Provinciæ partem ad regnandum tribuit. Leovigildo ergo quieta pace regnante adversariorum domestica rixa conturbat. Nam eodem anno filius ejus Hermenegildus factione Gosvinthæ Reginæ tyrannidem assumens in Hispali Civitate rebellione facta recluditur, & alias Civitates atque Castella secum contra patrem rebellare facit. Quæ causa in Provincia Hispaniæ tam Gothis quam Romanis majoris exitii, quam adversariorum infestatio fuit.* Annus III. Tiberii Aug. in annum DLXXX. incidit, ideoque Biclariensis Abbas, quoad rei gestæ annum, a Gregorio non dissentit.

X. Verum quo ad rem ipsam, aliter eam Gregorius Turonensis narrat, ut legere est apud Baronium. Tumultuum origo fuit *Gosvintha* Brunichildis Sigiberti quondam Regis uxoris mater, *Childeberti* II. Regis avia, quæ post *Atha-*

*librum beati Job exponere, importuna me petitione compellerent, &c.* Cœptum vero hoc anno opus illud Gregorius absolutum primo sui Pontificatus anno ad Leandrum id expetentem misit, ut litteræ ipsius tunc ad eum scriptæ significant (*a*) necnon quæ in eumdem in Job commentarium ipse præfatus est.

(*a*) *Greg. l. 1. ep. 41.*

XXXVII. Quod vero ad Leandri legationem spectat, quæ obtinuerit apud Tiberium Imp. haud satis liquet. Qui enim his temporibus rebus Persicis occupatus erat, haud eo statu positus fuisse videtur, ut adversus Gothos Arianos tam longe positos dirigeret vires Romani exercitus: tamen quod Gregorius Turonensis tradit Græcorum copias præsto fuisse Hermenegildo, putandum Tiberium, quibus potuit auxiliaribus copiis eidem adjumento fuisse. Quæ autem post hæc gesta sint, & quomodo proditione perfidi parentis tentus Hermenegildus, & in carcere occisus consecutus fuerit coronam martyrii, dicemus anno sequenti, quo tantum nefas contigit perpetrari.

XXXVIII. Quæ vero memoratu digna acciderint, dum ejusmodi civile bellum in Hispaniis exardesceret, ex diversis locis petita narremus, atque hæc in primis ex Gregorio Turonensi (*b*): *In Hispaniis* (inquit) *nuper factum cognovi, cum Leuvigildus Rex contra filium suum ambularet, atque exercitus ejus (ut assolet graviter loca sancta concuteret. Monasterium erat S. Martini inter Seguntum atque Carthaginem Sparturiam. Audientes autem monachi, quod hic exercitus ad locum illum deberet accedere, fugam ineunt, & se, relicto Abbate sene, in insulam maris abscondunt. Advenientibus autem Gothis, ac diripientibus res monasterii, quæ sine custode remanserant, Abbatem senio incurvatum, sed sanctitate erectum offendunt, extractoque unus gladio quasi amputaturus cervicem ejus, resupinus ruit, ac spiritum exhalavit: reliqui vero hæc videntes, timore perterriti fugerunt. Quod cum Regi nunciatum fuisset, cum testificatione præcepit, omnia quæ ablata fuerant, monasterio restaurari.*

(*b*) *Greg. Turon. de Glor. conf. c. 12. 13.*

Arianus dat pœnas perfidiæ.

XXXIX. *Cernens autem præfatus Rex tanta miracula per servos Dei, qui nostræ religionis erant, fieri; vocavit unum Episcoporum suorum: dixitque secretius ad eum: Quamobrem vos, ut isti, qui se Christianos dicunt, non ostenditis signa in populos secundum fidem vestram? Dicit ei Episcopus: Sæpius ego cæcis lumen reddidi, & surdis auditum, nunc autem hoc possum facere quæ dicis. Et vocato ad se uno de hæreticis, clanculo ait ad eum; Accipe quadraginta aureos, & clausis oculis reside in loco, unde nobis est transitus: & prætereunte mecum Rege, exclama in virtute, ut perditum lumen mea tibi credulitate restituam. Cumque hic accepta pecunia fecisset quod sibi fuerat imperatum, procedit novus Cyrola ad dexterum constipatus hæreticorum caterva. Exclamat, & iste cæcatur pecunia, ut fide Episcopi reciperet oculos suos. At iste cum non minima arrogantia imponens manus super oculos ejus, ait: Secundum fidem meam fiat tibi. Hæc eo dicente, ita obserati sunt oculi hominis cum dolore, ut non solum visum perderet, verum etiam dolum, quem avaritia impellente finxerat, publicaret.* Hactenus Gregorius, qui idcirco Episcopum hunc, cujus non refert nomen, novum appellat Cyrolam, quod ejusdem nominis Episcopus istiusmodi facinus tempore Wandalico in Africa perpetrasset, ut superius est dictum. Ejusmodi plane esse consuevere hæreticorum miracula, ut imposturis affectent agere, quod omnino denegat ipsis gratia Spiritus Sancti in operatione virtutum, quæ tamquam certa atque legitima dos cum aliis charismatibus Ecclesiæ Catholicæ tantummodo impertita cognoscitur, veluti evidens signum, quo Catholici ab hæreticis internosci possint; nempe in ostensione signorum, quæ vere proprieque miracula dici queant.

De Ariani Episcopi impostura in cæco sanando.

Sed audi ab eodem auctore egregiam confessionem hominis Orthodoxi, quem ipse novit. Describit rem gestam his verbis (*c*): *Sed & nostro tempore, cum incredulitas atque iniqua hæreticorum secta in locis Hispaniæ per multorum pessimas assertiones disseminata fuisset: quidam clericus apprehensus, Christianum se esse confessus est, asserens æqualem Patri Filium & Spiritum sanctum. Cui Rex qui præerat, oblatis muneribus, tamquam majorem se suppliciter deprecabatur, ut scilicet compressa confessione de sanctæ Trinitatis æqualitate, minorem Patre Filium cum sancto Spiritu fateretur. Quod si fa-* XL.

(*c*) *Greg. de glor. mart. c. 82.*

De Clerici egregia confessione.



PAGIUS *thanagildi* Hispaniæ Regis obitum *Leuvigilde* nupserat duos jam filios habenti, quorum senior *Hermenegildus Ingundem* Childeberti sororem, junior Richaredus *Regunthem* Chilperici filiam desponderant. *Ingundis* ad sponsum in Hispaniam profecta, cum Arianam perfidiam sequi nollet, ab avia sæpe in terram collisa, diu calcibus verberata, & piscinæ immersa multas ærumnas pertulit, donec ejusdem *Gosvinthæ* suasu in unam Civitatem procul ab Aula Regia cum marito relegata, eum ad fidem Catholicam convertit. Exarsit inde vehemens odium *Leuvigildi* in filium, hicque vocatis in auxilium Græcis Præfecto Tiberii Augusti se junxit, deinde Basilicam, quæ vicina erat, expetiit, nefas ratus aut patrem a filio, aut filium a patre trucidari. Quod audiens *Leuvigildus* ad eum misit *Richaredum*, qui datis securitatis sacra-

*Persecutio a Leuvigildo Rege excitata juxta narrationem Turonensis.*

*ceret, facultatibus ditaretur, & magnus haberetur in populis. Quod illo consilium tamquam morsum viperæ fugiente, ac iniqui viras mortiferum respoeate anguis; adiecit Rex: Video, inquit, duram intentionem mentis insanæ; sed novi temperamentum tuum, ut quem munera non deflectunt, facile tormenta subiiciant. At ille: Utinam dignus haberer, ait, in hac jugulari confessione; nam munera tua tamquam stercus exhorreo. Tunc iratus Rex jussit eum ad Trochleas extendi, & fortiter cædi, interrogans: Quid credis? Respondit: Jam tibi dixi: Credo deum Patrem omnipotentem, & Filium ejus Jesum Christum. Post hæc cæsus est valde: sed semper durabat in confessione, neque umqoam eum a fidei linea potuit hæc tortura deflectere. Nam in primordio cum cæderetur, tres tantum verberum ictus sensit, qui (ut postea referebat) ipsam animam penetrarunt; reliqua vero flagella neqoaquam, tamquam si aliquod velamentum dorso superpositum fuisset. Ita non sentiens, magis fidem quam cœperat, inter tormenta positus prædicabat. Itaque cum Regi satisfactum de ejus cæde fuisset, dimissus est, obtestante eo, ne in termino Hispaniæ umquam inveniretur. At ille lætus discedens, in Gallias est regressus. Sed ut dictis fidei adhibeatur; ego hominem vidi, qui hæc ab ipsius clerici ore audita narravi.* Hactenus de ipso Gregorius. Quid vero de conflictu Orthodoxi tunc temporis inito cum hæretico, alibi idem auctor scribat; his attexere, congruum existimamus: ait enim (*a*):

Non sentit verbera Catholicus.

(*a*) *Greg. Turon. de glor. conf. c. 14.*

XLI. Igne probata fides Catholica.

*Retulit alius vir fidelis, spectasse se Christianum cum hæretico pro fide nostra certantem. Altercantibusque diu de divinis scripturis, cum flecti non posset hæreticus, ut agnosceret veritatem, ait: Si nostræ religionis, si Scripturarum testimonia te ad credendum minime movent, vel virtutem individuæ Trinitatis experire. Est digito meo annulus aureus, ego eum in ignem jacio, tu candentem collige. Projectumque inter prunas annulum ita igniri permisit, ut eis similis cerneretur. Conversusque ad hæreticum ait: Si vera est professio tua, sume eum ab igne. Illo autem resistente, ait: Immensa Trinitas Deus si quid indignum te credo, ostende: certe si recta est fides mea, nihil mihi prævalebunt hæc incendia sæva. Et ablatum ab igne annulum diutissime palma sustinuit, & nihil est nocitus; sed magis confuso hæretico, Catholicos reliquos fervore suæ fidei roboravit.* Hucusque Gregorius.

XLII. Sed non tacendum de Agilane Ariano homine misso legato ab eodem Leuvigildo Rege hoc tempore ad Chilpericum, qui in via ad disputandum ipsum Gregorium provocavit. Quæ autem inter utrumque transacta fuerint, idem auctor (*b*) enarrat, recensetque disputationem tunc inter se habitam, perbrevem illam quidem, ac non ut exigebat ratio argumenti, sed humilem atque pedestrem, si conferas cum illis quæ ab aliis sanctis Patribus adversus hæreticos copiosius atque nervosius allata sunt. Sed audiamus ipsam ab ipsomet Gregorio descriptam his verbis:

(*b*) *Greg. Tur. hist. Franc. l. 5. c. 43.*

XLIII. *Leuvigildus * vero Rex Agilanem legatum ad Chilpericum mittit, virum nullius ingenii aut dispositionis ratione peritum, sed tantum voluntate in Catholica lege perversum. Quem cum via Turonos detulisset, lacessire nos de fide & impugnare Ecclesiastica dogmata cœpit: Iniqua enim (inquit) fuit antiquorum Episcoporum lata sententia, quæ æqualem asseruit Filium Patri. Nam qualiter (inquit) poterit esse Patri æqualis in potestate, qui ait: Pater major me est? Non est ergo æquum, ut ei similis æstimetur, quo se minorem dicit, qui tristitia mortis ingemuit, cui postremo moriens spiritum quasi nulla præditus potestate commendat. Vide Patre eum & ætate & potestate paterna minorem. Ad hæc ego interrogo: Si crederet Jesum Christum Filium Dei esse, si eundemque esse Dei sapientiam, si lumen, si veritatem, si vitam, si justitiam fateretur. Qui ait: Credo hæc omnia esse Filium Dei. Et ego: Dic ergo mihi: Quando Pater sine sapientia? Quando sine lumine? Quando sine vita? Quando sine veritate? Quando sine justitia fuerit? Sicut enim Pater sine istis esse non potuit, ita & sine Filio esse non potuit, quæ maxime & Dominici nominis mysterio coaptantur. Sed nec Pater esset abique, si filium non haberet. Quod autem eum dixisse ais: Pater major me est: Scias eum hoc ex assumptæ carnis humilitate dixisse, ut cognoscat*

* Leuvieldus

Disputat. Gregorii cum Agilane Ariano Legato.

Argumentatur Arianus.

PAGIUS

cramentum induxit in animum fratri, ut egressos Ecclesiæ se parentis sui pedibus advolveret, veniam proculdubio impetraturus. Prostratum *Leuvigildus* blandis sermonibus delinitum duxit ad Castra. Tunc oblitus sacramenti eum vestimentis spoliavit, vilique panno indutum jussit in exilium detrudi. Ita Turonensis citatus.

XI. A num. XLII. ad LV. Priusquam convocaretur Synodus *Brennacensis*, Gregorio Turonensi egregium in Civitate Turonensi certamen fuit de fide Sanctæ *Trinitatis* cum *Agilane* Leuvigildi Gothorum Regis Legato Ariano ad Chilpericum proficiscente, qui licet negasset, se unquam fore Catholicum, reversus tamen in Hispaniam, cum in morbum incidisset, Catholicam religionem amplecti non dubitavit, ut ipsemet Gregorius lib. 5. cap. 44. loquens de gestis anno Childeberti Regis V. testatur. Hanc Disputationem recitat Baronius hoc anno, quæ tamen, ut ex dictis liquet, ad annum DLXXX. pertinet.

*Disputat. Turonensis cum Legato Ariano Leuvigildi Regis.*

stas, non potestate, sed humilitate te fuisse redemptum. Nam tu, qui dicis, Pater major me est, oportet meminisse quod alibi ait: Ego & Pater unum sumus. Nam & mortis timor, & commendatio spiritus ad infirmitatem corporis est referenda, ut sicut verus Deus, ita & verus homo credatur.

XLIV. Rursus Arianum interrogat. Et ille: Cujus quis implet voluntatem, eo & minor est: semper Filius minor est Patre, quia ille facit voluntatem Patris, nec Pater illius voluntatem facere comprobatur. Ad hæc ego: Intellige quia Pater in Filio, & Filius in Patre in una semper Deitate subsistit. Nam ut cognoscas Patrem Filii facere voluntatem: Si in te fides Evangelica manet; audi quid ipse Jesus Deus noster, cum ad resuscitatum venit Lazarum, ait: Pater, gratias ago tibi, quoniam audisti me: & ego sciebam quia semper me audis; sed propter turbam quæ circumstat, dixi, ut credant quia tu me misisti. Sed & cum ad passionem venit, ait: Pater, clarifica me claritate, quam habui apud temetipsum, priusquam mundus fieret. Cui Pater de cælo respondit: Et clarificavi, & iterum clarificabo. Æqualis est ergo Filius in Deitate, non minor, sed neque aliquid minus habens: nam si Deum confiteris, necesse est integrum fatearis, & nihil egentem; si vero integrum esse negas, Deum esse non credis. Et ille: Ex assumpto homine cœpit Filius Dei vocitari: nam erat quando non erat. Et ego: Audi David dicentem: Ex utero ante Luciferum genui te. Et Joannes Evangelista ait: In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum: & hoc Verbum caro factum est, & habitavit in nobis: per quem facta sunt omnia. Nam vos cæcati veneno persuasionis nihil dignum de Deo sentitis.

XLV. Et ille: Numquid, & sanctum Spiritum Deum dicitis, aut æqualem Patri, Filioque decernitis? Cui ego: Una in tribus est voluntas, potestas, & operatio: Unus Deus in Trinitate, & unus in unitate: tres personæ, sed unum regnum, una majestas, una potentia, omnipotentiaque. Et ille: Spiritus sanctus, inquit, quem æqualem Patri profertis ac Filio, utrinque minor accipitur: quia & a Filio promissus, & a Patre legitur missus: nemo enim promittit, nisi quod sua dominationi subsistit: & nemo mittit nisi inferiorem se, sicut ipse ait in Evangelio: Nisi abiero, paracletus ille non veniet; si autem abiero, mittam illum ad vos. Ad hæc ego respondi: Bene Filius ante passionem ait: quia nisi ille ad Patrem victor remeaverit, ac proprio sanguine redempto mundo dignum Deo ex homine præpares habitaculum, non potest sanctus Spiritus idem Deus in pectore fanatico & originalis criminis labe infecto descendere: Spiritus enim sanctus (ait Salomon) effugiet fictum. Tu autem si spem aliquam resurrectionis habes, noli loqui adversus Spiritum sanctum; quia juxta sententiam Domini, Spiritum sanctum blasphemanti non remittetur neque in hoc sæculo, neque in futuro. Et ille: Deus est qui mittit: non est Deus qui mittitur. Ad hæc interrogo, si crederet doctrinam Petri & Pauli Apostolorum? Respondente eo: Credo. Adjeci: Cum argueret Petrus Apostolus Ananiam pro fraude fundi, vide quid dicat: Quid enim tibi visum est mentiri Spiritui sancto? non es mentitus hominibus, sed Deo. Et Paulus, cum gratiarum spiritualium distingueret gradus: Hæc omnia, inquit, operatur unus atque idem Spiritus dividens unicuique sicut vult. Qui enim, quod voluerit facit, in nullius redigitur potestatem. Nam & vos (ut superius dixi) nihil recte de Trinitate sancta sentitis: & quam iniqua sit hujus sectæ perversitas, ipsius auctoris vestri, id est, Arii expressit interitus.

XLVI. Arianorum extrema dementia. Ad hæc ille: Legem quam non colis, blasphemare noli: Nos vero quæ creditis, etsi non credimus, non tamen blasphemamus; quia non deputatur crimini, si & illa & alia colantur: sic enim vulgato sermone dicimus: Non esse noxium, si inter Gentilium aras, & Dei ecclesiam quis transiens, utraque veneretur. Vides in quam jam Ariani fuerint lapsi dementiam, ut qui semel a vero cultu religionis exciderint, omnem impietatem putarent esse colendam. Sed pergit Gregorius: Cujus ego stultitiam cernens, ajo: Ut video, & Gentilium defensorem & hæreticorum assertorem te esse manifestas, cum, & Ecclesiastica dogmata maculas, & Paganorum spurcitias prædicas adorari. Satius, inquio, faceres, si ea te armaret fides, quam Abraham ad ilicem, Isaac in Ariete, Jacob in lapide, Moyses vidit in fonte; quam Aaron portavit in Logio, David exultavit in tympano, Salomon prædicavit in intellectu; quam omnes Patriarchæ, Prophetæ, sive lex ipsa vel oraculis cecinit, vel sacrificiis figuravit; quam & nunc præsens suffragator Martinus noster vel possedit in pectore, vel ostendit in opere: ut & tu conversus crederes inseparabilem Trinitatem, & accepta a nobis benedictione, purgatoque a malo credulitatis veneno pectore, delerentur iniquitates tuæ. At ille furore commotus, nescio quid quasi insanus frendens, ait: Ante anima ab hujus corporis vinculis emicet, quam ab ullo religionis vestræ sacerdote benedictionem accipiam. Et ego: Nec nostram Dominus religionem sive fidem ita tepescere faciat, ut distribuamus sanctum ejus

*jus cavibus, ac pretiosarum margaritarum sacra porcis squallentibus exponamus. Ad hæc ille, relictu altercatione, surrexit & abiit. Sed post hæc cum in Hispanias reversus fuisset, infirmitate debilitatus ad nostram religionem, necessitate cogente, conversus est.* Hactenus Gregorius: qui diversis in locis quæ hoc tempore intercesserunt inter Catholicos & Arianos facta recenset, & quidem scitu dignissima, ut memorabile illud de Leone Episcopo Agathensi adversus Gomachariam comitem, qui administrabat provinciam a Leuvigildo Rege Ariano præfectus. Sub Gothoram namque ditione eam fuisse civitatem, idem Gregorius alibi (*a*) tradit. Narrat autem rem gestam his verbis (*b*):

(*a*) Greg. hist. lib. 6. c. 2.
(*b*) Greg. de glor. mart. l. 1. c. 79.

XLVII. Leo Epis. Agath. sanat Gomacharium Arianum.

*Ecclesia quoque Agathensis urbis, quæ S. Andreæ reliquiis plaudit, plerumque gloriosis illustratur miraculis; pervasores rerum suarum sæpius arguit. Denique Gomacharius Comes agrum Ecclesiæ ipsius pervadit. Tunc Leo Episcopus hujus Ecclesiæ valde mœstus concurrit ad eum dicens; Relinque fili, res pauperum, quas ordinationi nostræ Dominus commendavit; ne tibi sit noxium, & a lacrymis egentium, qui de fructibus ejus ali consueverunt, enecceris. Ille vero quia hæreticus erat, parvipendens quæ de his ab Episcopo dicebantur, rem in sua dominatione retinuit. Interim procedente die, arripitur a febre. Cumque non modo ardore corporeo, verum etiam animæ vexaretur incommodo; misit ad Episcopum nuncios, dicens: Dignetur pro me sacerdos orationem ad Dominum fundere, & ego dimittam agrum ejus. Quo orante, hic a valetudine qua gravabatur convaluit; factusque sanus, ait suis: Quid putatis quod isti nunc Romani dicant? Ajunt enim, me ob hoc fuisse febre gravatum, quod tulerim agrum eorum: quod mihi juxta consuetudinem humani corporis accidit. Veruntamen non habebunt eum, me vivente.* Sed antequam ulterius progrediamur, attende nomenclaturam: appellat Romanos Catholicos, licet Gallos, quod idem apud Arianos esset dicere Romanos ac Catholicos, ut observavimus in Victore Uticensi & aliis, ob prærogativam videlicet Romanæ Ecclesiæ: quod & alio quoque exemplo ex eodem Gregorio paulo inferius patebit. Pergit vero ipse Gregorius.

XLVIII. Quibus pugnet armis contra Arianum S. Episcopus.

*Quod cum Episcopus comperisset, venit ad eum, dicens: Num pœnitet te fecisse bene, quod hoc iterum conaris evertere? Ne facias, quæso, ne ultioni divinæ subjaceas. Qui ait ad Episcopum: Sile, sile, decrepite: jam infrænatum te loris circuire urbem super asinam faciam, ut sit in ridiculo omnibus qui te aspexerint. At ille sileat, ad nota recurrit præsidia. Prosternitur in oratione, celebrat vigilias, & noctem totam in lacrymis & psallentio ducit. Mane autem facto, accedit ad lychnos qui de camera Ecclesiæ dependebant, extendensque virgam, quam tenebat in manu, effregit cunctos, dicens: Non hic accendetur lumen: donec ulciscatur Deus de inimicis, & restituat res Ecclesiæ suæ.*

XLIX.

*Hæc eo dicente, protinus hæreticus ille in redivivam febrem corruit. Cumque in extremis ageret, misit ad Episcopum, dicens: Oret pro me sacerdos ad Dominum, ut vivam: & restituam agrum, ac similem ejus conferam dominationi. Quibus Pontifex respondit: Jam oravi ad Dominum, & exaudivit me. Misit & alios & tertios ad eum nuncios; sed sacerdos in uno responso persistens non movebatur ad hæc, ut pro eo orationem daret ad Dominum. Hæc ille hæreticus cernens, jussit se in plaustro componi, atque ad eum evehi, ac per se deprecari Episcopum, dicens: Quin dupla satisfactione restituo agrum, quem inique pervasi; tantum ut oret pro me sanctitas tua. Illo quoque recusante, compulit eum vi, ut abiret ad ecclesiam. Quo discedente, ut ecclesiam est ingressus, & hic spiritum exhalavit: recepitque confestim Ecclesia rem suam.* Hæc Gregorius de Comite Ariano, moxque subjungit de presbytero itidem Ariano presbyterum Catholicam deludente præsentaneum pavendumque Dei judicium, quod ipse auctor veritatis tantummodo cupidus, simpliciter ut res gesta fuit, enarrat his verbis (*c*):

Arianus illusor perit.

(*c*) Greg. Turon. de glor. mart. lib. 1. c. 80.

L. Ludibrium in delusorem retorquetur.

*Mulier quædam erat Catholica habens virum hæreticum: ad quam cum venisset presbyter nostræ religionis valde Catholicus, ait mulier ad virum suum: Peto charitati tuæ, ut pro adventu hujus sacerdotis, qui me visitare dignatus est, lætitia habeatur in domo nostra, ac præparatum dignis impendiis prandium epulemur cum eo. Promittente autem viro ejus, sic se, ut illa flagitabat, facturum: advenit & alius hæreticorum presbyter. Dixitque vir mulieri: Duplicata est lætitia hodie, eo quod sint sacerdotes utriusque religionis in domo nostra. Discumbentibus autem ad convivium, vir ille cum presbytero dextera partis cornu occupat, Catholicum ad sinistram statuens, positaque ad lævam ejus sellula, in qua conjux ejus resideret. Dixitque vir ad presbyterum hæreticum: Si consenseris dictionibus meis, exerceamus hodie cachinnum de hoc Romanorum presbytero, ut scilicet deposito ferculo, eo celerius signare festinet: cumque ille manum non posuerit, illo tristante, nos cum lætitia comedamus cibum* (mos enim in Ecclesia erat, ut de benedictionibus hæreti-

reticorum nemo Catholicus participaret:) *Cui ille: Faciam, inquit, quod præcipis.*

LI. *Denique veniente disco cum oleribus, signavit hæreticus, posuitque primus manum suum. Quod cernens mulier, ait: Ne feceris, quia ingrate fero injuriam sacerdotis. Et exhibito alio cibo, sumpsit Catholicus. In secundo vero & tertio ferculo similiter fecit hæreticus. Quarto autem exhibito, cujus in medio furtago fervens advenerat, in qua compositus erat cibus ille, qui ex collisis uvis, parum permixta farina, dactylorum partibus, olivarumque rotunditatibus assolet*

Derisor Arianus male periit.

*exornari: festinans hæreticus, priusquam ferculum illud vel mensam tangeret, elevata obviam manu signat: statimque positum coclearium sumit, non intelligens an calor et, ferventemque cibum velociter deglutivit. Protinus accenso pectore æstuare cœpit, emissoque cum suspirio immenso ventris strepitu, nequam spiritum exhalavit: ablatusque de convivio, locatus in tumulo, terrenæ molis congerie est coopertus. Tunc exultans presbyter nostræ religionis, ait: Vere ultus est Deus servos suos. Et conversus ad virum cujus erat convivium, dixit: Periit hujus memoria cum sonitu, & Dominus in æternum permanet: Tu vero appone, quod comedam. Tunc homo ille perterritus, expleto convivio, provolutus est ad pedes presbyteri, conversusque ad fidem Catholicam, credidit cum domo sua qui in hac perfidia tenebatur, & multiplicata est lætitia, sicut prius mulier flagitaverat.* Hactenus de re gesta Gregorius, qua terribili judicio Dominus derisorem derisit, secundum Scripturæ divinæ elo-

(a) Hier. 48.

gium (a): *Erit Moab in derisum & in exemplum omnibus in circuitu suo.*

LII. Subiicit his controversiam de fide habitam inter Catholicum diaconum & Arianum presbyterum, quæ miraculo diremta est: remque tunc gestam sic nar-

(b) Greg. de glor. mart. l. 1. c. 81.

Ad miraculum provocatur Hæreticus.

rat (b): *Arianorum presbyter cum diacono nostræ religionis altercationem habebat, proferens contra Dei Filium ac Spiritum sanctum (ut mos est genti) venenosas assertiones. At ille cum diu multumque nonnulla de fidei nostræ ratione disseruisset, & hæreticus perfidiæ obcæcatus caligine, quæ erant vera respueret, juxta illud: Quia in malevolam animam non introibit sapientia; adjecit diacon: Quid longis sermocinationum intentionibus fatigamur? factis rei veritas approbetur: Succendatur igni æneus, & in fervente aqua annulus alicujus projiciatur. Qui vero eum ex fervente unda sustulerit, ille justitiam consequi comprobatur: quo facto pars diversa ad cognitionem hujus justitiæ convertatur. Intellige itaque & tu, hæretice, si hæc pars nostra, Spiritu sancto adjuvante compleverit: nihil in sancta Trinitate dissonum, nihil esse dissimile fatearis. Consensit hæreticus huic definitioni, & initio usque mane placita discesserunt.*

LIII. Tepescit in Catholico fidei fervor.

*Sed fidei fervor, per quem hæc primum diaconus protulerat, cœpit, inimico insidiante, tepescere. Diluculo autem surgit, brachium infundit oleo, unguento conspergit; sed tamen loca sancta circuit, & Dominum deprecatur. Quid plura? Circa horam tertiam in foro conveniunt: concurrit populus ad spectaculum: accenditur ignis, æneus superponitur, fervet valde, annulus in unda fervente projicitur. Invitat primum diaconus hæreticum, ut ipse eum a calore auferat; sed statim recusavit, dicens: Qui hanc sententiam protulisti, debes auferre. Diaconus vero licet trepidus, tamen denudat brachium. Cumque ipsum vidisset unguentis hæreticus presbyter delibutum, exclamavit dicens: Magicis artibus te elinendum putasti, ut hæc unguenta diffunderes: nec valebunt ista quæ agis.*

LIV. Igne Probata Fides.

*His itaque litigantibus, supervenit diaconus ab urbe Ravenna Hyacinthus nomine; sciscitatusque quæ esset hæc altercatio, ut veritatem cognovit, nec moratus, extracto a vestimentis brachio, in æneum dexteram mergit. Annulus autem qui ejectus fuerat, erat valde levis ac parvulus, nec minus ferebatur ab unda, quam vento ferri posset vel palea. Quem diu multumque quæsitum infra unius horæ spatium reperit. Accendebatur interea vehementer focus ille sub dolio, quo validius fervens non facile assequi posset annulus a manu quærentis, extractusque tandem. Nihil diaconus sensit in carne sua, sed potius protestatur, in imo quidem frigidum esse æneum, in summitate vero calore teporis modici continentem. Quod cernens hæreticus, valde confusus injicit audax manum in æneo, dicens: Præstabit mihi hæc fides mea. Injecta manu protinus usque ad ipsa ossium internodia omnis caro liquefacta defluxit, & sic altercatio finem accepit.* Ista Gregorius: sed de miraculis jam satis ad pietatem.

LV. Chilpericus Rex declinat in Sabellianismum.

Ad postremum autem quid hoc item anno contigerit de Rege Francorum Chilperico Arianam hæresim insectante, videamus. Accidit enim, ut cum idem Rex ad-

PAGIUS XII. Ad num. LV. & seq. Cum Episcopi ad Synodum *Brennacensem* consisterent, *Chilpericus* Rex qui præceps in pugnam ruens adversus Arianos, qui Filium Patri Consubstantialem negabant, & limitem prætergressus inciderat in errorem Sabellii, qui docuit Patrem & Filium & Spi-

*Chilpericus Rex in errorem Sabellii incidit.*

adversus ipsos pugnans victor regreditur, ab alia his contraria hæreticorum turma fuerit captivus abductus, vixque tandem a suis Catholicis liberatus; cum videlicet expugnans suis etiam scriptis Arianos a Sabellianis tenetur deprehensus erroribus. (a) Greg. Tur. l. 5. c. 44. Non audi Gregorium (a), qui rem gestam narrat: *Per idem* (inquit) *tempus Chilpericus Rex scripsit indiculum, ut sancta Trinitas non in personarum distinctione, sed tantum Deus nominaretur, asserens indignum esse ut Deus persona, sicut homo carneus nominetur; affirmans etiam ipsum esse Patrem qui est Filius, idemque ipsum esse Spiritum sanctum qui est Pater & Filius: Sic* (inquit) *Prophetis ac Patriarchis apparuit, sic eum ipsa lex nunciavit. Cumque hæc mihi recitari jussisset: Sic, inquit, volo ut tu & reliqui doctores Ecclesiarum credatis. Cui ego respondi: Hac credulitate relicta, pie Rex hoc te oportet sequi, quod nobis post Apostolos alii doctores Ecclesiæ reliquerunt; quod Hilarius Eusebiusque docuerunt; quod & in baptismo es confessus. Tunc iratus Rex ait: Manifestum est mihi in hac causa Hilarium Eusebiumque validos inimicos haberi. Cui ego respondi: Observare te convenit, neque Deum neque Sanctos ejus habere offensos. Nam scias quia in persona alter Pater, alter Filius, alter Spiritus sanctus. Non Pater assumpsit carnem, neque Spiritus sanctus, sed Filius: ut qui erat Dei Filius, ipse ad redemptionem hominis filius haberetur & Virginis. Non Pater passus, neque Spiritus sanctus, sed Filius: ut qui carnem assumpserat in mundo, ipse offerretur pro mundo. De personis vero quod ais, non corporaliter, sed spiritualiter sentiendum est. In his ergo tribus personis una gloria, una æternitas, una potestas.*

LVI. Rex acquiescit S. Salvio episcop. *At ille commotus ait: Sapientioribus te hoc pandam, qui mihi consentiant. Et ego: Numquam erit sapiens, sed stultus, qui hæc quæ proponis, sequi voluerit. Ad hæc ille frendens siluit. Non post multos vero dies adveniente Salvio Albigensi Episcopo, hæc ei præcepit recenseri, deprecans ut sibi consentaneus fieret. Quod ille audiens, ita respuit, ut si chartam, in qua hæc scripta tenebantur, potuisset attingere, in frustra discerperet. Et sic Rex ab hac intentione quievit.* Hæc de Regis sabellianismo. Addit Gregorius, fuisse Chilpericum poeticis facultatibus leviter excultum, addidisseque Græca elementa Latinis. Celebrat eum quidem Fortunatus (b) ut omnium Francorum Regum antecessorum & æqualium doctissimum, linguasque in primis varias callentem: unde ipse: (b) Fort. carm. l. 9.

Chilpericus doctrina pollens.

*Discernens varias, sed nullo interprete voces,*
*Et generum linguas unica lingua refert.*

Et inferius:

*Inter utrumque sagax armis & jure probaris:*
*Belliger hinc radias, legifer inde micas.*
*De virtute pater reparatur, avunculus ore,*
*Doctrinæ studio vincis & omne genus.*

Et de poetica facultate:

*Regibus æqualis, de carmine major haberis*
*Dogmate vel qualis non fuit ante parens.*
*Te arma ferunt generis similem, sed littera præfert.*
*Sic Regum veterum pars simul, atque prior.*
*Admirande mihi nimium Rex, cujus opime*
*Prælia robur agit, carmina lima polit.*
*Legibus arma regis, & leges dirigis armis.*
*Artis diversæ sic simul itur iter.* &c.

Humanum fuit deliquisse Regem, & excusatione dignum, quod dum fertur præceps in pugnam adversus Arium, transgressus limitem in Sabellianismum impegit, ac Christianissimi Regis præclarum reliquit exemplum, cum contraria astruentibus sacerdotibus acquievit. Sed ad felices Sanctorum ad Deum transitus veniamus.

Hoc enim anno S. Maurilium Episcopum Cadurcensem miræ sanctitatis virum LVII.

cx

PAGIUS & Spiritum Sanctum, esse unam personam, sed nomina tria, Gregorium Turonensem Episcopum frustra conatus est ad suas partes pertrahere: *Non post multos vero dies adveniente Salvio Albiensi Episcopo, hæc ei præcepit* (nempe Chilpericus Rex) *recenseri, deprecans, ut sibi consentaneus fieret. Quod ille audiens, ita respuit, ut si chartam, in qua hæc scripta tenebantur, potuisset attingere, in frustra discerperet, & sic Rex ab hac intentione quievit,* inquit Gregorius lib. 5. cap. 45. Ubi agit de rebus anno V. Childeberti Regis transactis, ideoque anno Christi DLXXX.

XIII. Maurilius, Agricola & Dalmatius Episcopi Galli Sanctitate illustres. Ad num. LVII. & seq. Turonensis lib. 5. cap. 42. sermonem habet de morte Maurilii Cadurcensis Urbis Episcopi scientia & virtutibus clarissimi, & cap. 45. de morte Sancti *Agricolæ* Cabilonensis Episcopi, qui *obiit*, inquit, *Episcopatus anno XLVIII. ævi autem LXXXIII.* Quare Agricola anno Christi DXXXII. ad gradum

ex hac vita migrasse, idem, tradit Gregorius (*a*) qui ejus virtutes recenset ac celebrat: itemque sanctum Agricolam Cabilonensem Antistitem evocatum ad superos addit (*b*). Fuit hic filius senioris Agricolæ æque sancti, a quo una cum juniore Agricola Venantius Fortunatus sacris litteris instructus fuit, ut ipse epigrammate testatum reliquit (*c*) ad Agricolam Episcopum Cabilonensem, quod alia occasione superius est recitatum.

(*a*) *Greg. hist. Fran. l. 5. c. 42.*

(*b*) *Greg. eod. l. c. 45.*

(*c*) *Fort. carm. l. 6.*

LVIII. Jungit eidem coronæ Sanctorum Gregorius Dalmatium Ruthenæ civitatis Episcopum æque hoc anno ad cælestia gaudia evocatum. Quam autem terribili Dei judicio pœnas dederit, qui adversus eum probra jacere & blasphemare præsumpsit, a Gregorio ita accipe (*d*): *Transobadus autem presbyter epulum in ipsa urbe clericis præparat. Residentibus autem illis, unus presbyterorum cœpit Antistitem memoratum impudicis blasphemare sermonibus, & usque ad hoc erupit, ut eum delirum & fatuum nominaret. Hæc eo dicente, pincerna poculum oblaturus advenit. At ille acceptum dum ori proximat, tremere cœpit; laxatoque de manu calice, super alium qui sibi erat proximus caput reclinans, reddit spiritum: ablatusque ab epulo ad sepulcrum humo contectus est*. Hæc Gregorius. Moritur & his Tiberii Imperatoris temporibus in Palæstina Sisinnius ex Episcopo factus anachoreta, itemque ejus discipulus magistro sanctitate non impar, ut exitus declaravit (*e*).

(*d*) *Greg. hist. l. 6. c. 46.*

(*e*) *Apud Soph. prat. spir. c. 93.*



PAGIUS dum Episcopalem evectus fuerat, & tam ipse quam *Maurilius* anno Childeberti Regis, V. & Christi DLXXX. ad Deum migrarunt. *Agricola* variis Conciliis hoc sæculo in Gallia celebratis interfuit. Bollandus ad diem XVII. Martii, quo *Agricola* colitur, recitat acta elevationis Reliquiarum Sancti Agricolæ & SS. Lupi & Silvestri Episcoporum etiam Cabilonensium, & Sancti *Desiderati* Presbyteri Cabilonensis, Joanne Papa VIII. Ecclesiam Romanam gubernante factæ: sed eæ Reliquiæ a Calvinistis sæculo elapso dissipatæ, sacrilegeque direptæ. Refert etiam ibidem Gregorius cap. 47. mortem Sancti *Dalmatii* Ruthenæ Civitatis Episcopi, qui in Supplemento Martyrologii Gallicani colitur Idibus Novembris, qui ideo mortuus est etiam anno DLXXX. De eo legendi San-Marthani in Episcopis Ruthenensibus.

XIV. *Constantinopolis terræmotu concussa.* Theophanes anno Incarnat. secundum Alex. DLXXV. qui Kalend. Septemb. superioris Christi anni inchoatur, ait: *Die decima Maii maximus fuit terræ motus, adeo ut universus populus ad Ecclesias confugerit, & natalitium certamen equestre celebratum minime fuerit*. Celebrabatur de more eo die, qui natalis Urbis Constantinopolitanæ erat. De hoc terræ motu Theophylactus lib. 2. cap. 12. hæc scribit: *Anno hoc elapso, verna tempestate jam procedente, & humum gramine, arbores frondibus induente, Encæniorum, seu dedicatæ Urbis anniversario die, primo adhuc anno postquam Mauricius imperavit, postquam tellus quod solet concussu atrocissimo, velut si ab imis sedibus exiliret, Constantinopolis quassata est*. Ex his liquet, diem natalem Urbis Constantinopol. fuisse X. mensis Maii, non vero undecimum, ut a quibusdam perperam existimatum. Præterea prælium inter *Chardariganum* Persarum Ducem, & *Joannem Mystaconem* Magistrum militiæ Romanæ Orientalis ad Nymphium fluvium, ubi cum Trigide confunditur, in quo Romani in fugam versi, quodque autumno jam adventante habitum fuisse jam narraverat Theophilactus cap. 9.) pertinet ad currentem Christi annum, quo & Theophanes laudatus accurate illud describit, & tam ipse, quam Theophylactus testantur, *Joannem* a Mauricio Imperatore Magistrum militiæ Orientalis constitutum esse. Quare autumnus, cujus mentionem facit Theophylactus, intelligendus autumnus currentis anni.

XV. *Abares bellum in Romanos movent.* Theophanes laudatus narrato terræmotu, qui mense Maio Constantinopol. concussit, subdit: *Eodem mense Abares, qui non multum ante Sirmium nobilem Europæ Urbem occupaverant, decreta ad Mauricium Legatione postulaverunt, ut octoginta millibus annuæ distributionis, quæ sibi a Romanis pendebatur, alia adhuc auri viginti millia adderentur: quam pecuniarum summam Imperator pacis conservandæ studio solvere non detrectavit*. Sed cum Chaganus alia viginti millia centenis illis adjici postularet, & recusaret Imperator, ille *expeditione suscepta Singidonem evertit, multasque alias Urbes Illyrici Præfecturæ subditas expugnavit: cepitque Anchialum*. Sed bellum hoc longe accuratius describit Theophylactus lib. 1. cap. 3. & seqq. aitque, Abares, qui Istrum accolabant, & Sirmium *prius ceperant, parvo admodum spatio, quam Mauricius curas Rom. una cum purpura indueret*, *diutius biennio* fœdus cum Romanis non servasse, nec cunctatus *Singidonem*, *Augustum*, & *Viminacium* expugnasse, & *Anchialum* devastasse: Mauricium duos Legatos ad Chaganum, dum Anchiali esset, misisse, Elpidium sc. & Comentiolum. Sed cum *Comentiolus* liberius & minacius locutus fuisset, parum abfuit, quin Chaganus eum morti traderet. *Anno consequenti*, inquit Theophylactus, *Elpidius iterum ad eundem missus*, & inter eum & Chaganum statuitur, *ut Romani vicenis millibus summam priorem cumulent*. Verum *autumno ineunte*, *Barbari fœdus de integro temerant*, *belloque societatem aperte abjiciunt & aspernantur*. Chaganus Martianopolim, aliasque Romanorum Urbes subegit. Quæ partim superiori, partim currenti anno gesta, ut ex laudatis Theopylacti verbis liquet.

Moritur Sancta *Desiola*, ut videre est anno DLXXXVI. Synodus *Lugdunensis* III. de qua anno DLXXXVII.

| JESU CHRISTI ANNUS | PELAGII PAP. II. ANNUS | TIBERII IMP. ANNUS |
|---|---|---|
| 584. | 7. | 3. |

I. *De tempore Martyrii Hermenegildi Regis.*

QUingentesimus octogesimus quartus Christi annus Indictionis secundæ nota signatur: quo, die decimatertia Aprilis nobile martyrium Hermenegildi Regis Catholici tum Hispanias, tum etiam universum Christianam orbem mirifice illustravit, Gothorumque gentem Ariana hactenus infamem hæresi tanta corona nobilitavit, ac reddidit gloriosam. De re hac acturi primum omnium, nostro more, rei gestæ tempus certis rationibus confirmemus, quod sciamus a diversis ejusmodi insigne martyrium diversis Domini annis collocatum: alii enim anno octogesimotertio, alii sexto, alii octavo, alii nono id factum affirmant. Verum cui magis credamus, quam S. Isidoro ob oculos hæc habenti, invenimus neminem. Cum enim obitum Leuvigildi Regis persecutoris, auctorisque filii necis, anno sequenti referat contigisse, nempe anno regni ipsius decimooctavo; nihil est penitus, ut post ejus obitum martyrium filii ipsius Hermenegildi Regis quis valeat collocare.

Et ne quis putet errorem illapsum in numerum apud Chronicon Isidori, accipe id magis exploratum ex Synodalibus Actis, ex quibus pariter anno sequenti habes Leuvigildo defuncto fuisse subrogatum ejus filium Reccaredum. Quod vero his videatur repugnare nota Æræ ex numero ab annis Justini Imp. deducto: ne quis dicere possit potius in illum, quam in istum per notam Æræ numerum supputatum irrepsisse mendum, habet ad hæc arguenda Acta Synodalia Toletani Concilii: quod cum habitum dicatur anno quarto Reccaredi Leuvigildi successoris, & eidem numero jungatur Æra (ut ibi ponitur) sexcentesima vigesimaseptima (qui est annus Domini quingentesimus octogesimusnonus) plane habes unde intelligas, ipsum auspicatum esse regnum II.

---

PAGIUS SEC. VI. Anno Æræ Hispan. DCXXII. A. C. 584.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6077.

☉ 5. BA. ☽ 15. P. 2. April. Indict. 2.

JESU CHRISTI 584.

PELAGII II. PAPÆ, 7.

MAURICII IMP. 3.

I. *Consulatus Mauricii Imp.*

[1] HIc annus ista formula notatus: *II. Mauricio Tiberio Aug. solo Consule*, ita Auctor Chronici Alexandrini, licet errore Exscriptoris ibidem legatur, *μετὰ ὑπ'* particula enim *μετὰ* idest, *post*, perperam addita; quod Ducangius in editione hujus Auctoris non animadvertens, Fastos Orientales, quos jam in Dissert. Hypatica accurate consignaveram, susdeque vertit. Consulatum Mauricii in hunc annum incidere certo constat, non tantum ex Chronico Alexandrino, dum Postconsulatus ejus exprimit, anoomque superiorem sine Consulibus fuisse affirmat; sed etiam ex Theophane, Cedreno, Auctore Miscellæ, Fastis Heraclianis, & Theophylacto. Theophanes enim anno Incarnat. secundum Alex. DLXXVI. Kalendis Septembris superioris Christi anni inchoato, scribit: *Hoc anno, mense Decembris die vigesimo, Indictione secunda, Imperator Consul designatus magnorum thesaurorum munera Urbi largitus est*. Quare Kalendis Januariis hujus Christi anni Mauricius Consul processit. Adhæc Theophylactus lib. 1. cap. 12. ait: *Agebatur annus Mauricii secundus, cum hyeme Consul creatus, conscenso curru Imperatorio, summe conspicuus erat.* Quæ verba cum Em. Cardin. Norisius in Dissert. de Synodo quinta cap. 9. paragr. 3. de anno Christi superiori primum explicasset, postea in Dissert. III. de anno & epochis Syro-Macedonum cap. 6. pag. 200. recte vidit, Mauricium mense Decembri anni DLXXXIII. in annum Christi proximum DLXXXIV. designatum fuisse Consulem, meque in Dissert. Hypatica laudati Theophylacti verborum sensum attigisse. Hoc passim infra certissimis argumentis demonstrabo, ne quis imposterum hac de re controversiam moveat. Baronius an. DLXXXVII. num. I. vulgarem, quæ tunc invalescebat, opinionem secutus est, Mauricium scilicet proximis a suscepto Imperio Kalendis Januariis Consulatum iniisse. [a]

A num. I. ad IX. Sanctus *Hermenegildus* Leuvi- II.

---

NOTÆ [a] IN epitome temporum & Indiculo Paschali ad annum a passione Domini DLVII. qui est Christi 584. litteris Langobardicis adnotatur: Consulata Augusti Mauricii. Anno Imperii *secundo*, primus Mauricii consulatus incipit; qua de re Pagius in Dissertatione Hypatica pagin. 337. Hinc inscriptio apud Fabrettum pag. 734. n. 460. quæ pertinet ad A. D. 585.

D I E IIII. I D. S E P T E M B.
I M P. D N. M A V R I C I O
P P. A V G V S T O A N N O III.
P. C. E I V S D E M
A N N. II. I N D. Q V A R T A

Indictio *quarta* inchoata a Kal. *Septembr.* anni 585. denotat hoc eodem anno 585. *tertium Imperii, & secundum post ejus consulatum* fuisse; quare decipitur Pagius, qui A. D. 586. annum P. C. *secundum* statuit. Vide Philippum a Turre in memorata sæpius Dissertatione pag. 162. GEORGIUS

[a] OPinionem Pagii, & Norisii suspicio, & veneror; at scrupulum in hoc meum proponere non irreligiosum duco. Apud Cl. Maffejum extat papiraceum quoddam instrumentum ita signatum: *Imp. Dn n Tiberio* pp. Aug. *anno nono* pc. *ejusdem anno octavo, sub d sexto idnum Martiarum, ind. nona.* Exhibetur hisce annus 591. qui cum esset post Consulatum Mauricii octavus, indicare videtur Mauricium anno 583. Consulem egisse. Vide dicta ad A. 583. 2. MANSI

gnum anno sequenti post patris obitum: ex quibus consentientia vides Isidoro Acta Synodalia de obitu Leuvigildi, quod contigerit anno sequenti. Cum vero ante annum filii ipsius martyrium consummatum constet, utique hoc anno & non alio id factum evidenter apparet.

III. Quod autem deducatur hoc ipsum ex tabulis astronomicis ab Ambrosio, eo quod hoc ipso anno & non sequentibus contigerit celebrari Pascha eo die quo & martyrium subiit; frivolum videri potest ex ejusmodi tabulis hoc asserere, cum Ariani de quorum paschate agitur, nequaquam Catholicorum legibus subderentur. Firmior stet sententia ex Synodalibus (ut diximus) Actis asserta, hoc anno, nec postea, nec ante contingere potuisse martyrium Hermenegildi. Cum enim (ut dictum est) anni unius interlapsum spatium a cæde martyris usque ad obitum patris etiam Gregorius asseverat, & liqueat pariter sequenti anno ipsum Leuvigildum esse defunctum; necesse est affirmare, hoc anno S. Hermenegildum gloriosum consummasse martyrium. Hæc satis de his quæ spectant ad tempus.

IV. *Græcorum proditio.* Quæ vero hæc præcesserint, ex Gregorio Turonensi petamus, nimirum proditionem factam a Græcis, qui a Tiberio missi in auxilium venerant Hermenegildi, quem nominat Hermenechildum; cujus rei gratia ipse Rex patri justa spondenti se dedit: ait enim (a): *At ille*, nempe Leuvigildus parans, *datis Præfecto Imperatoris triginta millibus solidorum, ut se a filii solatio revocaret, commoto exercitu contra eum venit. Hermenegildus vero vocatis Græcis contra patrem egreditur, relicta in urbe conjuge sua. Cumque Leuvigildus ex adverso veniret, relictus a solatio*, Græcorum scilicet, *Hermenegildus cum videret nihil se prævalere posse, Ecclesiam quæ erat propinqua expetiit, dicens: Non veniat super me pater meus: nefas est enim aut patrem a filio, aut filium a patre interfici. Hæc audiens Leuvigildus, misit ad eum fratrem ejus; qui dato sacramento, ne humiliaretur, ait: Tu ipse accede, & prosternere pedibus patris nostri, & omnia indulgebit tibi. At ille poposcit vocari patrem suum. Quo ingrediente, prostravit se ad pedes illius; ille vero apprehensum osculatus est eum, & blandis sermonibus delinitum duxit ad castra: oblitusque sacramenti, innuit suis, & apprehensum spoliavit eum indumentis suis, induitque illum veste vili; regressusque ad urbem Toletum, ablatis pueris ejus, misit eum in exilium cum uno tantum puerulo.* Hæc Gregorius: verum non in exilium, sed in carcerem fuisse detrusum, omnes affirmant. Conjugem vero ejus ereptam a Græcis & ductam in Africam, ut perducerent eam ad Imperatorem, ibi defunctam tradit (b): sed in eo quam prudens, ipse viderit, dum appellat miserum Hermenegildum judicio divino in prælio derelictum, quod contra genitorem quantumlibet hæreticum talia cogitarit. Quasi non monuisset Dominus, pietati erga Deum, patrem, matrem, & omnia post habenda. Sed jam ea quæ de ipso Rege martyre omni fide testata S. Gregorius narrat, hic reddamus: ait enim (c):

V. *Constantia Hermenegildi.* *Sicut multorum qui ab Hispaniarum partibus veniunt, relatione cognovimus, nuper Hermenegildus Rex Leuvigildi Regis Visigothorum filius ab Ariana hæresi ad fidem Catholicam, viro reverendissimo Leandro Hispalitano Episcopo dudum mihi in amicitiæ familiariter juncto prædicante, conversus est; quem pater Arrianus, ut ad eamdem hæresim rediret, & præmiis suadere, & minis terrere conatus est. Cumque ille constantissime responderet, numquam se veram fidem posse relinquere, quam semel agnovisset; iratus* pa-

(a) Greg. Tur. hist. Franc. l. 5. c. 38.

(b) Greg. Tur. li. 6. c. 43. & l. 8. c. 18.

(c) Greg. dialog. lib. 3. c. 31.



PAGIUS *S. Hermenegildus interficitur.* vigildi Visigothorum Regis Ariani filius natu major anno tantum sequenti Martyrium consummavit, ut Abbas Biclariensis & Gregorius Turonensis, qui hoc tempore vivebant, nos edocent. Prior scribit: *Anno III. Mauricii, qui est Leovegildi XVII. annus, Hermenegildus in Urbe Tarraconensi a Sisberto interficitur. Franci Galliam Narbonensem occupare cupientes cum exercitu ingressi: in quorum congressionem Leovegildus Recaredum filium obviam mittens, & Francorum est ab eo exercitus repulsus, & Provintia Gallaria* (legendum Galliæ) *ab eorum infestatione est liberata. Castra vero duo cum nimia hominum multitudine unum pace, alterum bello occupat. Castrum vero quod Hodierno vocatur, tutissimum valde in ripa fluminis Rhodani ponitur: quod Recaredus Rex fortissima pugna aggressus obtinuit: & victor ad patrem patriamque redit.* Sed loco, *Hodierno*, legendum, *Ugerno*, cujus Arelatensium Castri meminere Strabo lib. 4. Cyprianus in Vita Sancti Cæsarii Arelatensis Episcopi, & Gregorius Turonensis lib. 8. cap. 30.

III. *Mortem ejus Franci ulciscuntur.* Joanni Biclariensi suffragatur Gregorius Turonensis lib. 8. cap. 28. ubi loquens de gestis anno Childeberti Regis X. qui in annum Christi DLXXXV. convenit, ait: *Igitur Ingundis a viro* (nempe Sancto Hermenigildo) *cum Imperatoris exercitu derelicta, dum ad ipsum Principem cum filio parvulo duceretur in Africa defuncta est, & sepulta. Leuvigildus vero Hermenechildum filium suum, quem ante dictæ mulier habuit, morti tradidit. Quibus de causis commotus Guntchramnus Rex, exercitum in Hispanias destinat, scilicet ut prius Septimaniam, quæ adhuc intra Galliarum terminum habetur, ejus Dominationi subderent: & sic in antea proficiscerentur*, &c. quæ fusius sequentibus capitibus prosequitur, atque Reccaredum filium Leuvigildi *Ugernum Arelatense Castrum* irrupisse, & se *intra muros Nemausensis Urbis* inclusisse. Quibus verbis patet, eum loqui de eadem expeditione, de qua Biclariensis, & cum eo in anno rei ge-

stæ

*pater eum privavit regno, rebusque spoliavit omnibus. Cumque nec sic virtutem mentis illius emollire valuisset, in arctam illum custodiam includens, collum manusque ejus ferro ligavit. Cœpit itaque idem Hermenegildus Rex juvenis terrenum regnum despicere, & forti desiderio cæleste quærens in cilicio vinculatus jacens, omnipotenti Deo ad confortandum se preces effundere; tantoque sublimius gloriam transeuntis mundi despicere, quanto & religatus agnoverat nihil fuisse quod potuerit auferri.*

VI. *Superveniente autem Paschalis festivitatis die, intempestæ noctis silentio, ad eum perfidus pater Arianum Episcopum misit, ut ex ejus manu sacrilegæ consecrationis communionem perciperet, ne per hoc ad patris gratiam redire mereretur. Sed vir Deo deditus Ariano Episcopo venienti exprobravit, ut debuit, ejusque a se perfidiam dignis increpationibus repulit; quia etsi exterius jacebat ligatus, apud se tamen in magno mentis culmine stabat securus. Ad se itaque reverso Episcopo, Arianus pater infremuit; statimque suos apparitores misit, qui constantissimum confessorem Dei illic, ubi jacebat, occiderent. Quod & factum est. Nam mox ut*

Martyrium Hermenegildi:

*ingressi sunt, securim cerebro ejus infigentes, vitam corporis abstulerunt: hocque in eo valuerunt perimere, quod ipsum quoque qui peremptus est, in se constiterat despexisse. Sed pro ostendenda vera ejus gloria, superna quoque non defuere miracula. Nam cœpit in nocturno silentio psalmodiæ cantus ad corpus ejusdem Regis & martyris audiri, atque ideo veraciter Regis, quia & martyris. Quidam etiam ferunt, quod illic nocturno tempore accensæ lampades apparebant: unde & factum est, quatenus corpus illius ut videlicet martyris jure a cunctis Fidelibus venerari debuisset. Pater vero perfidus*

Signa divinitus ostensa post martyrium.

*& parricida commotus pœnitentia, hoc fecisse se doluit: nec tamen usque ad obtinendam salutem pœnituit. Nam quia vera esset Catholica fides cognovit, sed gentis suæ timore perterritus ad hanc pervenire non meruit.* Hæc Gregorius: habet eadem Ado Viennensis.

Addidit & illud amplius, ut quamvis visus sit pœnituisse necis illatæ filio, non tantum non deseruerit perfidiam, cujus impulsu execrandum facinus perpetravit, sed iracundia ex dolore concepta exæstuans eam acrius propagarit; utpote qui ejus causa adversus Catholicos acerbiorem persecutionem excitavit, relegans Orthodoxos Episcopos in diversa loca, Ecclesiasque bonis spolians. Exulasse tunc quidem constat S. Leandrum atque Fulgentium fratres Episcopos, Mausonam Archiepiscopum Emeritensem, Licinianum Carthaginensem Antistitem, Joannem quoque Gerundensem Episcopum & alios. Sed ut, quorum est ex confessione memoria gloriosa, trophæa erecta prosequamur, dicendum de his singulis, primumque de S. Leandro, de quo hæc habet Isidorus (u): *Hic namque in exilii sui peregrinatione composuit duos adversus hæreticorum dogmata libros eruditione sanctarum Scripturarum ditissimos, in quibus vehementi stylo Arianæ hæresis* * *confodit atque detegit impietatem; ostendens scilicet quid contra eosdem habeat Catholica Ecclesia, vel quantum distet ab eis religione, vel fidei sacramentis. Extat & aliud laudabile ejus opusculum adversus instituta Arianorum, in quo propositis eorum dictis, suas responsiones opponit.* Hæc de armis, quibus etiam exulans Leander persequentes profligavit inimicos: quibus quoque missilibus perfidum apostatam Vincentium Cæsaraugustanum Episcopum vulneravit, adversus quem alii quoque Orthodoxi Episcopi decertarunt

VII. Leuvigildus persequitur Orthodoxos.

(u) Isidor. de Scr. Eccl. c. 28.

* impietatis

PAGIUS stæ convenire; quod & ex eo etiam patet, quod ipso initio libri 8. agat de iis, quæ anno XXIV. Guntramni Regis, qui in an. Christi DLXXXV. incidit, contigere. Hoc porro bellum in *Septimania* a Guntramno Hermenegildi mortem ulto gestum.

IV. *Situs Castri Ugerni.*

*Ugerni* situs magnis hactenus tenebris circumseptus, licet Hadrianus Valesius in Notitia Galliarum ac in voce *Ugernum*, pro certissimo haberi debere scribat, Castrum illud fuisse *Bellicquadrum*, Tarasconi oppositum, & solo Rhodano ab eo divisum; vel potius *insulam Gernicam*, Tarasconem inter & Bellicquadrum positam, quam Rhodanus absorbuit. Nam verum quidem est, Biclariensem Abbatem citatum, qui hoc tempore in Hispania vixit, asserere illud ad ripam Rhodani fuisse; sed ex Tabula Peutingeriana patet, *Ugernum* aliquot milliaribus a Rhodano distasse. Illud ergo tantum nobis certo innotescit, *Ugerni* Castrum extitisse in Septimania, Rhodano fluvio, Nemauso, ac Arelati vicinum, & anno quingentesimo octogesimo quinto, non autem anno quingentesimo octogesimo sexto, ut perperam Cointius eo anno num. IV. a Recaredo Visigothorum Rege expugnatum esse. Error inde natus Cointio, quod cædem Sancti *Hermenegildi* ad eum annum distulerit; Hadrianus enim Valesius lib. 13. Rer. Franc. qui Martyrium illud suo anno reddidit, recte etiam *Recaredi* victoriam cum eodem copulavit. Baronius primum istud bellum Francos inter & Gothos confundit cum alio, quod infra videbimus diversum fuisse, ac contigisse an. DLXXXIX.

V. *S. Hermenegildus die XXIV. Martii Martyrium fecit.*

Sanctum Gregorius Papa lib 3. Dial. cap. 31. diem, quo *Hermenegildus* Martyrium passus est, notavit: *Superveniente*, inquit *Paschalis Festivitatis die, intempestæ noctis silentio, ad Hermenegildum perfidus pater Leuvigildus Arianum Episcopum misit, ut ex ejus manu sacrilegæ consecrationis communionem perciperet, ac per hoc ad patris gratiam redire mereretur. Sed vir Deo deditus Ariano Episcopo venienti exprobravit, ut debuit, ejusque a se perfidiam dignis increpationibus repulit. Ad se itaque reverso Episcopo Aria-*

(a) Isidor. ibid. c. 55.

zunt. Ait enim idem Isidorus (a): *Severus Malacitanæ sedis Antistes, collega & socius Liciniani Episcopi, edidit librum unum adversus Vincentium Cæsaraugustanæ urbis Episcopum, qui ex Catholica fide in Arianam pravitatem fuerat devolutus &c.* Recenset alia ejusdem celebris viri monumenta. Porro Licinianum ejus collegam Carthaginensem Episcopum exulasse, pariterque pervenisse Constantinopolim, tradit Isidorus, ibique ab æmulis extinctum veneno.

VIII. Sed audi de eaulante Joanne Episcopo Gerundensi: *Fuit iste* (inquit Isidorus) (b) *natione Gothus provinciæ Lusitaniæ Scallabalitanus. Hic cum esset adolescens, Constantinopolim perrexit, ibique Græca & Latina eruditione nutritus, septimo demum anno in Hispanias reversus est, eodem tempore, quo incitante Rege Leuvigildo Ariana fervebat insania. Hunc supradictus Rex cum ad nefandæ hæresis credulitatem compelleret, & hic omnino resisteret, exilio trusus, Barcinonem relegatus per decem annos multas insidias & persecutiones ab Arianis perpessus est. Qui postea condidit monasterium, quod nunc Biclaro dicitur, ubi congregata monachorum societate, scripsit Regulam ipsi monasterio profuturam, sed & cunctis Deum timentibus satis necessariam. Addidit & in libro Chronicorum ab anno primo Justini Junioris principatus usque ad annum octavum Mauritii Principis Romanorum, & quartum Reccaredi Regis annum, historico compositoque sermone valde utilem historiam.* Hæc de Joanne Isidorus, qui inferius addit de Maximo Episcopo Cæsaraugustano in eodem scribendi argumento versato: *Scripsit* (inquit) (c) *& brevi stylo historiolam de his quæ temporibus Gothorum in Hispaniis acta sunt, historico & composito sermone.* At perierunt illa. Sed & inter hos æque adnumerandus Eutropius Episcopus Valentinus, cujus ideo lucubrationes recenset (d):

(b) Isidor. de Eccl. Scr. cap. 31.

De Joanne Gerundensi confessore.

(c) Isidor. de Eccl. Scr. c. 33.

(d) Isidor. ibid. c. 32.

IX. Floruisse namque visæ sunt diebus illis Hispaniæ viris valde disertis, adversus quos certamen Leuvigildum suscepisse diximus: sed nec ipsi satis exagitasse Catholicos in Hispaniis commorantes; verum & Suevos haud pridem una cum Rege (ut dictum est) ad Catholicam fidem conversos a recta fide abire coegit; quos ipsos (ut habent Acta Concilii tertii Toletani) Reccaredus ejus in regno successor ad fidem Catholicam revocavit, ut suo loco dicemus. Quomodo autem Leuvigildus Suevos subegerit, quave occasione eorum regnum invaserit, Isidorus in Chronico Suevorum ita paucis ostendit: *Mironi Eburicus filius in regnum succedit, quem adolescentem Audecas assumpta tyrannide regno privat, & monachum factum in monasterio damnat: pro qua non est dilata sententia. Mox enim Leuvigildus Gothorum Rex Suevis bellum inferens obtinuit eorum regna, Audecam dejecit, atque eodem tonso, post regni honorem presbyteri officio consecravit. Sic enim oportuit, ut quod Regi suo fecerat, rursum idem ab alio congrua meriti necessitudine pateretur. Regnum autem Suevorum deletum in Gothos transfertur; quod mansit annis centum viginti sex.* Hucusque Isidorus. Reliqua de Leuvigildo dicemus anno sequenti.

Leuvigildus Suevos a Fide revocat.

X. ☞ Non Hermenegildi tantum sanguine illustrata est Hispaniarum Ecclesia, sed & Vincentii Abbatis. Cernens enim hic maximam esse irrogatam ignominiam Christiano Catholico nomini per Vincentium Cæsaraugustanum Episcopum (uti superius dictum est), nomenque Vincentii in apostata Vincentio labefactatum, e solitudine prosiliit iste Vincentius, adversus Arianam blasphemiam ubique pugnare non desinens: qui ab Arianis comprehensus, affectus verberibus, est detrusus in carcerem: dimissus vero tandem ab illis martyrii coronam eidem invidentibus, ubi majori spiritus ardore in Arianos invectus, eosdem una cum Ariana hæresi exagitasset, ante fores monasterii ab eisdem irruentibus crudelissime peremptus est Legione, undecima mensis Septembris, qua die in Ecclesia Occidentali anniversa-

Vincentii abbatis Martyrium.

PAGIUS *Arianus pater infremuit, statimque suos apparitores misit, qui constantissimum Confessorem Dei illic ubi jacebat, occiderent, quod & factum est.* Cum autem divus Hermenigildus tam in veteribus, quam in recentibus Martyrologiis colatur die decima tertia mensis Aprilis, annoque DLXXXVI. Sabbatum sanctum in illum diem inciderit, Henschenius ad diem XIII. Martii in Commentario prævio ad Vitam Sancti Leandri Episcopi Hispalensis, & ad diem XIII. mensis Aprilis, qui Sancto Hermenigildo sacer est, ac Contius anno DLXXXVI. num. III. existimarunt, Martyrium istud ad an. DLXXXVI. pertinere. Verum præterquam quod Sanctis Confessores ac Martyres aliis plerumque diebus, quam quibus ad Deum migrarunt, Ecclesia veneretur. Biclariensis Abbas & Gregorius Turonensis Hermenigildum æquales eum an. DLXXXV. peremptum esse diserte affirmant, ideoque die XXIV. Martii; cum anno sequenti Pascha die XXV. ejusdem mensis celebratum fuerit. Porro ideo Baronius *Hermenigildi* Martyrium hoc anno collocavit, quia *Leuvigildi* patris mortem anno sequenti contigisse putabat. Sed eam ad an. DLXXXVI. revocandam, infra monstrabimus.

VI. Regnum Suevicum cum Gothico unitum post Martyrium S. Vincentii Abbatis.

Ad num. IX & seq. Regnum *Suevorum* anno tantum sequenti in *Leuvigildi* potestatem venisse, & cum Regno Gothico unitum esse anno DLXXXII. ibidem numero XII. ostendimus. Sanctum vero *Vincentium* Abbatem Legionensis Monasterii in Hispania antequam *Theodemirus* Suevorum Rex imperaret: Marty-

ſariu memoria celebratur. Sed ex Hiſpaniis ad Gallias.

XI. Eodem anno per Igidium Rhemenſem Epiſcopum & alios collegas legatos compoſitæ ſunt res Francorum, pace ſtabilita, ea condirione, ut poſt obitum Chilperici Childebertus et hæres in univerſo Regno ſuccederet: habet iſta Gregorius (a). Tanti boni auctor qui extitit, ipſe Igidius pacis conciliator clarus fuit his diebus Antiſtes; cujus laudes cecinit egregie Venantius Fortunatus his verſibus (b), quos ut dignum gloriæ tanti viri monumentum hic tibi integre reddimus:

(a) Greg. l. 6. c. 3. 31. & l. 7. c. 14.

(b) Fort. carm. l. 3.

Igidii Rhemenſis Epiſc. laudes.

*Actibus egregiis veneranda culmen Igidi,*
*Ex cujus meritis crevit honore gradus.*
*Subſtrabor ingenio, compellor amore parato,*
*Laudibus in veſtris prodere pauca favens.*
*Namque reus videor tantis exiſtere cauſis,*
*Si ſolus taceam, quidquid ubique ſonat.*
*Sed quamvis nequeam digno ſermone fateri,*
*Da veniam voto me voluiſſe loqui.*
*Exiit in mundum geſtorum fama tuorum,*
*Et meritis propriis ſidus in Orbe micas.*
*Clarior effulges, quam Lucifer ore ſereno:*
*Ille ſuis radiis, tu pietate nites.*
*Nil lupus inſidiis cauto ſubducit ovili,*
*Te paſtore ſacro pervigilante gregem.*
*Facundo eloquio cœleſtia dogmata fundis:*
*Eccleſia crevit te monitore domus.*
*Pontificis ſtudio correcto plebis haberis:*
*Ne tenebræ noceant, ſemita lucis ades.*
*Cunctorum recreas animos dulcedine verbi:*
*Qui ſatias epulis, paſcis & ore greges,*
*Præcepta implentur: non ſolo pane cibamur:*
*Delicias capimus, quas tua verba ferunt.*
*Ut gaudet corpus, cui mitior eſca paratur;*
*Sic animæ gaudent, ſi tua lingua ſonet.*
*Hæreſis ira cadit, forti te milite Chriſti:*
*Acquiris Regi quæ dedit arma tibi.*
*Qui purgas ſpinis agros ſermone colente,*
*Et mundata Deo ſurgit ubique ſeges.*
*Qui venit huc exul, triſtis, defeſſus, egenus,*
*Hic recipit patriam, te refovente, ſuam.*
*Quæ doluit tollis, gemitus in gaudia vertens,*
*Exilium removens, reddis amore lares.*
*Pauper habere cibum, meruit quoque nudus amictum:*
*Invenit hic ſemper quæ bona quiſque cupit.*
*Conſultum tribuis generaliter omnibus unum:*
*Qui populi pater es, tot pia vota geris *.* * regis
*Hæc tibi vita diu, Domino tribuente, ſuperſit,*
*Atque futura micet lucidiore die.*

Hactenus Venantius Fortunatus: ex quibus profecto non iuodes tantum Igidii Epiſcopi habes expreſſas, ſed & eorum qui bene præſunt ſuis Eccleſiis Epiſcoporum partes, quas debent explere, enumeratas. Verum quod ad ipſum Igidium Rhemenſem Epiſcopum ſpectat, noviſſima ipſius haud adeo fuiſſe felicia, idem Gregorius Turonenſis affirmat: ſed de his dicendum inferius ſuo loco.

XII. Pro furibus Gregorius intercedit.

Quæ vero his diebus accidiſſe idem Gregorius tradit jam dicamus: obortam enim ſibi eſſe occaſionem ad Chilpericum Regem ſcribendi hoc anno, ut fures liberaret a morte, qui ob ſacrilegium ingens perpetratum mulctandi ab ipſo Rege erant, ipſe docet his verbis (c): *His die-*

(c) Greg. Tur. hiſt. l. 6. c. 10.

PAGIUS tyrium feciſſe demoſtrabimus anno DCXXX. quo Baronius de ejus Martyrio rurſus verba facit, arbitratus, *Vincentium*, de quo ibi diſſerit, alium eſſe a Vincentio, cujus hoc anno mentionem facit, quamvis unus idemque ſit, qui Ricila Suevorum Rege Ariano regnante, mortem cum Sociis pro fide Chriſti appetiit.

VII. Pax inter Francorum Reges ſancita.

Ad num. XI. Gregorius Turonenſis lib. 6. cap. 1. ſcribit: *Anno ſexto Regni ſui Childebertus Rex rejectam pacem* (ubi accuſativus abſolute ponitur a Gregorio, ut quandoque ab aliis Antiquis, pro rejecta pace) *Guntchramni Regis, cum Chilperico conjunctus eſt. Mummolus a Regno Guntchramni fuga dilabitur, & ſe infra murorum Avennicorum munitionem concludit.* Quare pax hæc inter Francorum Reges ſancita anno Chriſti DLXXXI. qui ſextus erat Childeberti Regis. Hoc confirmat Marius Aventicenſis, qui ad Indictionem XIV. ſeu annum Chriſti DLXXXI. quo Chronicon ſuum abſolvit, ait: *Eo anno Mummolus Patricius cum uxore & filiis, & multitudine familiæ, ac divitiis multis in Marca Childeberti Regis, id eſt Avinione, confugit.* Inclaruit Mummolus in bellis a Gallis adverſus Langobardos geſtis, ut vide-

*diebus basilica S. Martini a furibus effracta fuit, qui ponentes ad fenestram apsidæ cancellum, qui super tumulum cujusdam defuncti erat, ascendentes per eum effracta vitrea sunt ingressi: auferentesque multum auri argentique & palliorum holosericorum, abierunt, non metuentes super sanctum sepulcrum pedem ponere, ubi vix os applicare præsumimus. Sed virtus Sancti voluit hanc temeritatem etiam cum judicio manifestare terribili. Nam hi perpetrato scelere ad urbem Burdegalensem venientes, orto scandalo, unus alterum interemit: sicque patefacto opere, furtum repertum est, ac de hospitali eorum argentum comminutum & pallia sunt extracta. Quod cum Regi Chilperico nunciatum fuisset, jussit eos alligari vinculis, & suo aspectui præsentari. Tunc ego metuens, ne ob illius causam homines morerentur, qui vivens in corpore pro perditorum vita sæpius deprecatus est; epistolam Regi precationis transmisi, ut non bis non accusantibus, ad quos prosecutio pertinebat, hi interficerentur. Quod ille benigne suscipiens, vitæ restituit: species vero quæ dissipatæ fuerant, studiosissime componens, loco sancto reddi præcepit.* Hæc Gregorius, specimen egregium edens mansuetissimi sacerdotis.

XIII. *Qui hoc anno sancti viri ex hac vita discesserunt.*

Post hæc autem idem auctor divertit ad illustrium sanctitate virorum ad Deum transitum, quos hoc Childeberti anno sexto diem obiisse contigit, nimirum Ferreolum Episcopum Ucecensem magnæ (ut ait) (*a*) sanctitatis virum, qui & scriptorum suorum reliquit monumenta, libros videlicet epistolarum Sidonium Apollinarem secutus. Sed & eodem tempore ex humanis desiisse tradit (*b*) Eparchium Engolismensem, cujus cum sanctitate vitæ admirabili magna enitebat virtus in ostensione signorum: quæ idem auctor recenset, resque ab eo gestas libello conscripsit (*c*). His jungit (*d*) Domnolum Ceno-

(*a*) *Greg. Tur. hist. l. 6. c. 7.*
(*b*) *Ibid. l. 6. c. 8.*
(*c*) *Greg. Turon. in vita SS. Patr. apud Surium die 1. Jul.*
(*d*) *Greg. Tur. hist. l. 6. c. 9.*

PAGIUS re est in lib. 3. Pauli Diaconi cap. 4. & seqq. *Ægydius* Rhemensis Episcopus qui in Aula Childeberti Regis potentissimus erat, cum aliis Proceribus in Legationem ad Chilpericum Regem venit, & pacem stabilivit ea conditione, ut post obitum *Chilperici*, qui nullos tunc habebat liberos, *Childebertus* ei succederet. Verum postea Chilperico natus est *Clotarius*, qui post patrem regnavit.

VIII. *Moritur S. Ferreolus Episc. Ucecensis.*

Ad num. XIII. Turonensis ibidem cap. 7. meminit Sanctorum *Ferreoli* Episcopi Ucetiensis, *Eparchii* Abbatis Inculismensis, & *Domnoli* Episcopi Cenomanensis, qui anno sexto Childeberti Regis ad Deum migrarant, ideoque anno DLXXXI. *Ferreolus* Ansberti filius Sancto *Firmino* Episcopo Ucetiæ patruo suo successit anno DLIII. ut ex ejus Vita e sua ex Veteri MS. publicata colligit Marcus Antonius Dominicius. In ea Urbe Monasterium instituit, quod de suo nomine *Ferreolacense* nuncupavit. Extat ejus Regula in Codice Regularum apud Holstenium, cujus capitula pleraque conformia sunt statutis Sancti Cæsarii Episcopi Arelatensis, ut ostendit Cointius anno DLVIII. num. IX. & seqq. E vivis excessit, postquam *Pontificatum tenuit annis XX. & VIII.* ut in ejus Vita dicitur, ubi & legitur eum mortuum *IV. Nonas Januarii*.

IX. *Obitus S. Eparchii Reclusi Inculismensis.*

*Eparchius* in Urbe Petragoricensi natus, relicta militia sæculari, insciis omnibus Monachum induit; sed cum de ipso præcellens fama multa jactaret, venit ad quandam solitudinem, ubi sedem fixit ad *Carantonum* fluvium, & cum licentia *Sabaudii* Episcopi Petragoricensis se se inclusit. Postea Monachis Præfectus diebus ac noctibus ab oratione non cessavit. Denique *cum annos triginta novem in reclusione explesset, nullo tædio fatigatus die Kal. Jul. emisit spiritum*, inquit Anonymus coætaneus in ejus Vita a Mabillonio Sæculo I. Benedictino publicata, quæ & jam extabat apud Surium, sed stylo immutato. Gregorius quidem Turonensis habet eum demortuum post annos reclusionis XL. sed Cointius anno DLXXXI. num. VII. asserit, caput 8. libri sexti Gregorii Turonensis deesse in MSS. Bellovacensi & Corbeiensi. Extat *Eparchii* Reclusi Monasterium prope Urbem Inculismam.

X. *Obitus S. Domnoli Episc. Cenomanensis.*

Mabillonius Tomo III. Veter. Analect. pag. 96. gesta Episcoporum Cenomanensium ex veteri MS. Ecclesiæ Cenomanensis publicavit, in quibus mentio cujusdam donationis a Domnolo factæ *anno XX. Regni Domni nostri Chilperici, gloriosi Regis, prid. Non. Septembris*, ideoque anno quingentesimo octogesimo secundo, mensis Septembris initio, adhuc in vivis erat *Domnolus*. In iisdem gestis dicitur sedisse *annos XLVI. menses XI. dies XXIV.* & obiisse plenus dierum *Kal. Decembris*. Verum in annos Sedis ejus error irrepsit; cum *Innocentius* Domnoli antecessor Synodo Aurelianensi IV. anno DXLI. subscripserit. Cointius anno DXLV. num. XVII. notavit fidem non mereri caput nonum lib. 6. Gregoriani; cum totum absit a MSS. Corbejensi & Metensi, resque multas contineat historicæ veritati contrarias. Legenda ejus Vita apud Bollandum ad diem XVI. Maii ab Auctore synchrono scripta, ubi dicitur, *Domnolum* construxisse in suburbio Civitatis Cenomanensis Monasterium in honorem Sanctorum Martyrum Vincentii & Laurentii, quod etiamnum *Monasterium Sancti Vincentii martyris* appellatur [1].

Sancti *Mauri* Abbatis Glannafoliensis, & Ordinis Benedictini in Gallia Fundatoris mortem recitat hoc anno Baronius. Verum cum anno quingentesimo quadragesimo quarto in Galliam ve- XI.

NOTÆ [1] Bollandistæ ad diem 19. Junii pag. 862. melius quam ab illis factum fuerat ad diem 16. Maii, ubi de S. Domnolo, discutientes chronologiam Episcoporum Cenomanensium evincunt S. Domnolum obiisse A. 583. sedisse annis 26. non 46. uti male legitur in Actis Episcoporum Cenomanensium apud Mabillonium in vet. Analectis. Ac denique ordinatum fuisse A. 557. MANSI

nomanensem Episcopum æque sanctitate ac miraculorum virtute conspicuum. Quos omnes faces Sanctorum catalogus, quem appellant Martyrologium habet certis diebus, quibus ex hoc mundo discesserunt, adscriptos, anniversarii cultus memoria celebres. Repertus præterea hoc eodem anno ad cæleste præmium vocatus S. Maurus Abbas, anno videlicet ab ejus in Gallias adventu quadragesimo primo: cujus res gestas prosecutus est historico stylo Faustus monachus ipsius discipulus, eas scribens ad Bonifacium tertium ejus nominis, qui post sanctum Gregorium Papam secundus Pontifex numeratur.

XIV. Hoc item anno, jam impleta Indictione secunda, incipiente vero Indictione tertia, quarto Nonas Octobris Pelagius Papa fatigatus admodum Longobardorum assiduis bellis, post fœdus cum illis initum, jusjurando perfracto iterum redivivis, ab Imperatore Tiberio petiturus auxilium, legat, Constantinopolim Honoratum Notarium, cui ad Gregorium diaconum Apocrisarium ibidem apud Imperatorem agentem has litteras

(a) Pelag. ep. 5. dedit (a):

*Pelagius Episcopus dilecto filio Gregorio venerabili diacono.*

XV. *Omnia quidem quæ necessaria fuerant, per Honoratum Notarium tibi curavimus indicare: quem cum fratre & coepiscopo Sebastiano ad dilectionem tuam direximus. Ut quia in illis partibus ad Ravennam usque nunc cum viro glorioso domino Decio Patricio fuit, ipse sua relatione studeat te de omnibus informare: vel si necessaria judicaveris, possis domino Imperatori suggerere quia tanta calamitates ac tribulationes nobis a perfidia Longobardorum illata sunt contra proprium jusjurandum, ut nullus possit ad referendum sufficere. Prædictum autem fratrem Sebastianum quomodo suscepimus, vel quali apud nos, te suggerente, fuerit charitate, ipsius poteris relatione cognoscere. Qui etiam jam promisit nobis, necessitates vel pericula totius Italiæ piissimo domino Imperatori suggerere.*

Pelagii Pap. epistola ad Gregorium de Longobardis.

XVI. *Loquimini ergo & tractate pariter, quomodo nostris celeriter possitis subvenire periculis: quia ita hic coangustata est Respublica, ut nisi Deus piissimo in corde Principis inspiraverit, ut insitam sibi misericordiam suis famulis largiatur, & super illam diœcesin, vel unum Magistrum militum & unum Ducem dignetur concedere; in omni sumus angustia destituti: quia maxime partes Romanæ omni præsidio vacuatæ videntur. Et Exarchus scribit, nullum posse nobis remedium facere: quippe qui nec ad illas partes custodiendas se testatur posse sufficere. Imperet ergo illi Deus, nostris velociter periculis subvenire, antequam ne-san-*

Roma in angustia posita.

PAGIUS

Annus emortualis S. Mauri Ordinis Benedictini per Gallias propagatoris.

venerit, ut suo loco vidimus, mors ejus in annum sequentem differenda. Faustus enim in ejus Vita a Mabillonio sæculo I. Benedictino Notis illustrata num. LXX. ait: *Dolor lateris graviter Beatum invasit Maurum, qui languore ingravescente, quadragesimo primo adventus sui ad eumdem locum anno, decimo octavo Kalendarum Februariarum die feliciter migravit ad Dominum,* ideoque die XV. mensis Januarii insequentis Christi anni. Addit Faustus: *dies autem vitæ B. Mauri ita supputantur. Oblatus est Deo, ac traditus B. Benedicto cum duodecim esset annorum* (anno sc. DXXIV. *habitavit cum eo viginti annis*: (nempe usque ad finem anni DXLIII.) *commoratus est in Monasterio suo, quod ipse ædificavit, annis quadraginta, diebus quatuordecim, qui simul fiunt anni septuaginta duo, & dies quatuordecim,* ideoque S. Maurus in lucem prodiit die prima vel secunda mensis Januarii anni quingentesimi decimi tertii, & anni illi XII. quibus natus erat, quando ad Sanctum Benedictum venit, & XX. quibus cum eo commoratus est, incompleti fuere. Odo Glannafoliensis Abbas, qui vitam Sancti Mauri a Fausto scriptam nobis conservavit, *anno octingentesimo quadragesimo quinto, Indictione octava, quarto Idus Martii* Reliquias Sancti Mauri solemniter transtulit, & ipsemet in Historia hujus Translationis corporis S. Mauri in Fossatense Monasterium agri Parisiensis, quæ extat apud Mabillonium Sæculo IV. Benedictino part. II. refert, eas absque macula repertas esse, cum parte membranulæ, in qua scriptum erat: *Hic requiescit corpus Mauri Monachi & Levitæ, qui tempore Theodeberti Regis in Galliam venit, & octavo decimo Kalendarum Februariarum migravit a sæculo.*

XII. In eadem Sancti Mauri Vita num. LXIII. & seqq. legitur, per idem tempus *Clotarium Andegavos venientem rogatum fuisse a Viro Dei, ut regali Edicto firmare dignaretur, quatenus Congregationi loci ipsius electionem propriam per succedentia liceret habere tempora,* & Regem ejus petitioni libenter annuisse. Postea Maurus *trigesimo octavo ipsius Monasterii fundationis anno, cum ad perfectam jam venisset ætatem, & juxta prophetiam beatissimi Magistri sui, qui eum post consummatam trinam vicenorum annorum decursionem, mercedem operum suorum a Domino recompensandam esse prædixerat, finem vitæ suæ jam propinquantem cognosceret; ædificata sibi domuncula juxta B. Martini Ecclesiam, remotiorem delegit vitam assumere.* Addit Faustus, Maurum *Bertulfum* sibi substituisse Abbatem; *cumque duos ac dimidium in contritione spiritus & corporis maceratione complesset annos,* vita functum esse. Verum quemadmodum in illa Vita nomen *Bertierammi* loco *Innocentii*, qui Cenomanensis Episcopus erat, quando Maurus in Galliam adventavit, ab Odone additum; sic *Clotarius* loco *Chilperici* ab eodem positus est. Licet Faustus nec Episcopi nec Regis nomen expressisset, quæ additiones Interpolatoribus familiares. Certe *Clotarius*, qui hoc tantum anno *Chilperico* natus est, laudatum Præceptum Sancto Mauro largiri non potuit, neque cum eo verba facere.

S. Maurus Clotario regnante demortuus.

XIII. Ad num. XIV. & seqq. Anno quingentesimo octogesimo primo diximus, Sanctum *Gregorium* Dia-

*fandissimæ gentis exercitus loca quæ adhuc a Republica detinentur, Deo sibi contrario (quod absit) prævaleant occupare. Presbyterum autem ad nos trasmittere, Deo juvante, festina: quia & in monasterio tuo, & in opere, cui eum præposuimus necessarius esse omnino cognoscitur. Dat. IV. Non. Octobr. Indict. III.* At quisnam iste fuerit presbyter monasterio ipsius S. Gregorii adeo necessarius, ex ejusdem Gregorii scriptis & rebus gestis satis possumus intelligere. Etenim quem secum duxerat Maximianum presbyterum, eumdem bis puto ex causis a Pelagio inculcatis Gregorius Romam redire præcepit: hunc ipsum namque Constantinopoli ab eo dimissum constat. Cui & quid acciderit Romam redeunti, cum mare Hadriaticum navigaret, sic narrat idem ipse Gregorius (a):

(a) Greg. dial. l. 3. c. 36.

XVII. Maximianus redit ad monasterium.

*Neque hoc silendum puto, quod omnipotens Deus super Maximianum famulum suum, nunc Syracusanum Episcopum, tunc autem mei monasterii Patrem, dignatus est monstrare miraculum. Nam dum jussione Pontificis mei in Constantinopolitanæ urbis Palatio responsis Ecclesiasticis deservirem, illuc ad me idem venerabilis Maximianus, charitate exigente, cum fratribus venit. Qui cum ad monasterium meum Romam rediret, in mari Hadriatico nimia tempestate deprehensus, inæstimabili ordine atque inusitato miraculo erga se, cunctosque qui aderant, omnipotentis Dei & iram cognovit, & gratiam. Nam cum in eorum morte, ventorum nimietatibus elevati fluctus sævirent, ex navi clavis perditis, arbor abscissa est, vela in undis projecta, totumque vas navis quassatum nimiis fluctibus ab omni fuerat sua compage dissolutum. Rimis itaque patentibus, intravit mare, atque usque ad superiores tabulas implevit navem, ita ut non tam navis intra undas, quam unda jam intra navem esse viderentur.*

XVIII. *Tunc in eadem navi residentes, non jam ex morte vicina, sed ex ipsa ejus*



*præsentia ac visione turbati omnes sibimet pacem dederunt; corpus & sanguinem Redemptoris acceperunt, Deo se singuli commendantes, ut eorum animas benigne susciperet, quorum corpora in tam pavenda morte tradiderat. Sed omnipotens Deus, qui eorum mentes mirabiliter terruit, eorum quoque vitam mirabiliter servavit. Nam diebus octo navis eadem usque ad superiores tabulas aquis plena, iter proprium peragens, enatavit; nono autem die in Cotronensis castri portum deducta est: ex qua exierunt omnes incolumes, qui cum prædicto venerabili viro Maximiano navigabant: cumque post eos ipse quoque fuisset egressus, mox in ejusdem portus profundum navis demersa est; ac si, illis egredientibus, pro pondere sublevatione caruisset; & quæ plena hominibus in pelago aquas portaverat atque nataverat, Maximiano cum suis fratribus recedente, aquas sine hominibus in portu non valuit portare. Ut hinc omnipotens Deus ostenderet, quia hanc onustam sua manu tenuerat, quæ ab omnibus vacua & derelicta super aquas non potuit manere.* Hactenus Gregorius: ex quibus intelligis pariter, perseverasse usum, ut pii Christiani peregrinantes, navigantesque secum ferrent sacratissimam Eucharistiam, ut vidimus olim a S. Satyro S. Ambrosii germano factum atque ab aliis, ut suis locis habetur expressum. Porro quod ad Maximiani reditum spectat, plane errat Joannes (b) diaconus, cum & tunc S. Gregorium Constantinopoli Romam rediisse videtur asserere. Quod autem pertinet ad Longobardorum statum, dicemus anno sequenti. Qui igitur a Pelagio monasterio præfectus fuit Maximianus, hunc ipsum secundum ordine ejus monasterii Abbatem fuisse, successisseque Valentio, sive Valentino superius ejusdem Gregorii testificatione diximus: dictum vero Valentium his diebus defunctum esse, ex successoris suffectione possumus intelligere.

Navis in portu mergitur, ubi salvi facti sunt omnes.

(b) Joan. diacon. Vit. S. Greg. l. 1. c. 33.

Eee Ex-

PAGIUS

S. Gregorius a Legatione Constantinopolitana Romam redux.

Diaconum & Apocrisiarium in Aula Constantinopolitana agentem, præsenti anno Romam rediisse. Epistola enim *Pelagii II.* Papæ ad eum scripta, & a Baronio *num.* XV. & seq. recitata, quæ data dicitur *IV. Non. Octob. Indict. III.* currenti scilicet anno, mentionem facit cujusdam Presbyteri, quem ad se confestim mitti *Pelagius* petit. Is Presbyter erat *Maximianus*, cum quo Sanctum Gregorium Romam rediisse, testatur Joannes Diaconus in ejus Vita lib. 1. cap. 33. Quare sub hujus anni finem vel sequentis initia Sanctus Gregorius Constantinopolim reliquit, & Romam venit. Baronius quidem num. XVIII. dicit, falsum esse Joannem Diaconum, & *Gregorium* nonnisi an. DLXXXVI. Constantinopoli profectum esse. Verum, ut loco laudato monuimus, hanc sententiam postea Cardinalis doctissimus in Appendice ad Tomum XII. retractavit.

XIV. Pelagii II. Epistola ad Aunacharium Episc. Autissiodorensem data.

Asserit etiam Baronius num. XVIII. *Pelagium II.* scripsisse ad *Aunarium* Episcopum Arelatensem, eumque rogasse, ut suaderet Francorum Regibus, quo a confœderatione Langobardorum recederent. Eam Epistolam ipsemet exhibet, datam *III. Non. Octob. imperante Domino Tiberio Constantinopoli Aug. anno VI. Cos. ejusdem ann. Regum*, inscriptamque *Aunanio*. Verum Codex MS. ex quo illa Epistola descripta, mendosus erat. Eandem enim recitat Sirmondus in Conciliis Gallicanis recteque observat, castigandam esse inscriptionem, legendumque, *Aunario*, qui & interdum dicitur *Aunacharius*, qui hoc tempore Episcopus erat Altissiodorensis. In subscriptione vero Sirmondus legit: *Datum III. Nonas Octobres, imperante Domino Tiberio Constantinopoli Augusto, anno VII.* omisso scilicet Consulatu; quo pacto ea Epistola anno DLXXXI.

XIX. ☞ Extat hoc anno Tiberii Imperatoris sexto, ex quo cum Justino regnare cœpit, data epistola Pelagii Papæ ad Auxanium Episcopum in Gallia, qua rogat eum, ut suadeat Francorum Regibus opem ferre Romanæ Ecclesiæ laboranti incursionibus Longobardorum, atque a confœderatione eorumdem Longobardorum recedere. Accepimus eam cum aliis monumentis ad Ecclesiasticos Annales spectantibus a Nicolao Fabro Parisiensi viro insigni. Sic enim se habet:

* Auxanio Episcopo Arelatensi, de quo superius.

XX. Pelagii Pap. ad Auxanium Episc. epistola.

*Dilectissimo fratri Aunanio * Pelagius Urbis Romæ.*

*Laudanda tua charitatis vota relegimus, quibus te, nisi Gentiles motus obsisteret, ad nos venire voluisse significas. Licet enim spiritualiter & simul & unanimes semper in Domino, veruntamen præsentias corporales & antiquiores Patres, & ipsos quæsisse invenimus Apostolos. Sed dum tua desideria, causasque quibus obstaveris exponeres, mirati sumus minus te illud, quod ipsis obviaret excusationibus, attendisse. Si enim Mundo venerabilem judicentis hanc urbem, si ad pacem Sedis Apostolicæ cunctarum regere Ecclesiarum moderamina prædicatis; cur non & tribulationes nostras & temporales angustias charitatis compassione gemitis? scientes divino per Apostolum nobis ore mandari, ut nos invicem diligamus, ut onera invicem nostra portemus, ut quotiens fratrum quicumque uritur, nos uramur; dum pene in conspectu vestro tantus sanguis innocentium sit effusus, ita sacra violentur altaria, ita Catholicæ Fidei ab idololatris insultetur. Novimus & nos quod temporalia ista flagella fiat, ut ad probationem, sicut de cælesti confidimus miseratione, proficiant *; & proximum vobis, sicut scribitur, Dominus noster de tribulatione dat gaudium: quia qui nequiter agunt exterminabuntur, & inimici Dei mox ut exaltabuntur, sicut fumus deficient: & generaliter peribunt gentes de terra ejus. Propter quod vos decuerat, qui illic Catholicæ membra estis Ecclesiæ uni corpori unius capitis gubernatione conjuncta, omnibus quibus viribus valeretis, paci quietique nostræ pro ipsa Spiritus Sancti unitate concurrere. Nec enim credimus otiosum, nec sine magna Divinæ providentiæ administratione dispositum, quod vestri Reges Romano Imperio in Orthodoxæ Fidei confessione sunt similes: ut huic Urbi, charissime frater, unde eum Regibus vestris juvandi nos virtus sit data divinitus, charitatis vestræ circa nos levitas arguatur, qui illos & in fide & in consiliis vestris sacerdotem sic devotis * suadere talia aut negligitis, aut differtis. Sacras autem reliquias quas & tua charitas, & gloriosissimus filius noster petiit dirigendas, cum cohærenti sibi sanctificatione transmisimus. Propter quod nihilominus admonemus, ut quo ad virtutem quæritis, eorum templa a pollutione gentium liberari, in quantum vobis est possibile festinetis: & vestris Regibus instantissime suadentis, quatenus ab amicitiis & conjunctione nefandissimi hostis Longobardorum salubri se provisione segregare festinent, ne dum illorum vindictæ tempus advenerit, sicut & celere fieri Divina miseratione confidimur, & eorum etiam illi inveniantur esse participes; quia scriptum est: Non solum qui ea faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus puniendos. Deus te incolumem custodiat, charissime frater. Datum III. Non. Octob. Imperante domno Tiberio Constantinopoli Aug. anno VI. Cons. ejusdem ann. Regum, Sic V. C.* ☜

* & sicut proxime a vobis scribitus.

* debetis

Adest

PAGIUS DLXXXI. data fuerit. In editione tamen Vaticana Concil. subscriptio diversa non est a Baroniana; quo pacto Epistola anno DLXXX. scripta fuerit, & loco *Cos. ejusdem anno Regum*, legendum erit, *Consulatus ejusdem anno secundo*, modo scilicet loquendi Victoriano. Porro Sigebertus in Chronico ad an. DLXXXI. scribit: *Duces Langobardorum Gallias aggrediuntur, & vario bellandi genere nunc Franci, nunc Langobardi inter se colliduntur.* Sed de confœderatione Francorum cum Langobardis, de qua queritur Pelagius II. in laudata Epistola, nihil Paulus Diaconus habet, quæ tamen in dubium non revocanda; sed inde colligendum multa a Paulo fuisse prætermissa.

XV. Theophylactus lib. 1. cap. 12. postquam locutus est de Consulatu a Mauricio Imp. Kalendis Januariis hujus anni suscepto, ait: *Hoc anno ingrediente, Joannes* (qui Mystaco vocabatur) *Ducis loco movetur, ut qui Persis, quamquam in majori belligerandi commoditate, nesciret resistere.* Narrat postea capite sequenti in ejus locum sublectum fuisse *Philippicum* Orientalium militum Ducem, qui Imperatoris sororem *Gordiam* habebat in matrimonio. *Philippicus autumno primo apud Tigrim stativa habuit, indeque movens, crebrius in agrum Persicum descendit, ac prædam plurimam facit*, sed nihil magni momenti hoc anno eo in bello patratum.

Bellum Persicum continuatum.

XVI. *Chilpericus* Francorum Rex hoc anno occisus, ut anno DLXXXVII. ostendemus. Hoc vel sequenti anno *S. Gregorius* e sua Legatione Constantinopolim reversus est, ut videre est anno DLXXXVI. De matrimonio *Riguntis* cum Recaredo Leuvigildi Regis filio vide quæ scripsi anno DLXXXVII.

Chilpericus Francorum Rex necatur.

| JESU CHRISTI ANNUS 585. | PELAGII PAP. II. ANNUS 8. | TIBERII IMP. ANNUS 4. |
| --- | --- | --- |

I. Creator Re-a Longobar. Antharit. ADest aanas Domini quingentefimus octogefimusquintus, Indictionis tertiæ: qao Longobardi cum per decennium fine Rege fab Ducibus eatitiffent, regiminis cjufmodi fine capite jam pertæfi, iuitis ana comitiis, Regem at antea creant, delectufque ea omnibus Antharir: verum barbaricum uomen nimis afperum cognominis Flavii lenitate deliniunt. Sed audi Paalam diacoaum de Longobardorum Republica hoc modo compofita ifta uarrantem (a): *At vero Longobardi cum per annos decem fub poteftute Ducum fuiffent, tandem communi confilio Antharet Clephonis fupra memorati Principis filium Regem fibi ftatuerunt: quem etiam ob dignitatem Fluvium appellarunt; quo prænomine omnes qui poftea fuere Longobardorum Reges, feliciter ufi fuat.*

(a) Paulus diacon. de Geft. Longob. l. 3. c. 2.

II. *In hujus diebus ob reftaurationem regni, Duces qui tunc erant, omnes fubftantiæ fua medietatem regalibus ufibus tribuuat; ut effe poffet, unde Rex ipfe & qui ei aderant, ejufque obfequiis per diverfu officia dediti alerentur: populi tamen aggravati per Longobardos hofpites partiuntur. Erat fane hoc mirabile in regno Longobardorum, quod nulla erat violentia, nullæ ftruebantur infidiæ, nec aliquem injufte angariabant, neminem, fpoliabant; non erant furta, non latrocinia, unufquifque quolibet fecurus fine timore pergebat,* Hæc Paalas: fed Longobardus, & ipfe fuæ genti nimium favit: non ita cæteri qui hoc tempore vixere, præfertim vero Gregorius Papa, qui fæpe ob Ingentia ab eifdem fcelera perpetrata ipfos Lougobardos gentem nefandiffimam nominat, compluraque de iifdem refert quæ contraria omnino iis quæ a Paulo oarrantur effe nofcuurur.

III. Roma defenfa divinitus. Sed quo ftatu res Romanæ hoc tempore fuerint, quas a Pelagio Papa adeo vidimus deploratas, perquirendum eft. Accidit fane a Deo mirandum prodigium, ut & abfque auxilio Conftantinopoli ab Imperatore (ut expectabatar) accapto, tameu Roma fubfifteret, non quidem humano facta præfidio, fed (quod Gregorius libere profitetur) defenfa Apoftolico patrocinio. Inter alia admiratione digna quæ acciderunt virtute Petri, humiliata eft barbarica vis, atque flexa novo miracalo novi Regis ferrea cervix; adeo at & ad ejus limina donum mittere divinitus cogeretur. Sed audi rem geftam, a S. Gregorio in epiftola ad Theotiftum ita narratam (b):

(b) Greg. l. 6. ep. 13.

IV. De Clave S. Petri grande miraculum. *Benedictionem* (inquit) *fancti Petri Apoftoli, clavem a facratiffimo ejus corpore tranfmifi; de qua videlicet clave hoc eft geftum, quod narro miraculum. Dum enim quidam Longobardorum civitatem ingreffus in Tranfpadanis partibus, invenifset: quia fancti Petri clavis effet defpiciens; fed pro eo quod aureum vidit, facere fibi ex illa aliquid aliud volens, aduxit caltellum ut eam incideret: qui mox cultellum, cum quo eum per partes mittere voluit, arreptus per fpiritum fibi in gutture defixit, eademque hora defunctus cecidit. Et dum illic Rex Longobardoram Autharit atque alii multi ejus homines adeffent, & is qui fe percufferat, feorfum mortuus, clavis vero hæc fetr-*





PAGIUS SÆC. VI. Olymp. 341. Anno Eræ Hifpan. DCXXIII. A.C. 585.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6078.

☉ 6. G. ☽ 16. P. 25. Mait. Indict. 3.

JESU CHRISTI 585.

PELAGII II. PAPÆ 8.

MAURICII IMP 4.

I. Poftconfulatus. IS annus hac formula notatus: *III. poft Confulatum Mauricii Tiberii Aug. filius*, ut legitur in Chronico Alexandrino, idque juxta modum loquendi a Marcellini Continuatore ufurpatum. Nam juxta modum loquendi Victurianum, hic annus eft *II. poft Confulatum*, Confulatu fcilicet cum Poftconfulatu confufo. Baronius anno DCCXV. num. V. refert vetus Epitaphium *Candida*, quam arbitratur effe Sanctam Candidam Martyrologio Romano ad diem IV. Septemb infcriptam. Epitaphium his verbis clauditur: HIC REQVIESCIT IN PACE CANDIDA C. F. QVÆ VIXIT PL. M. ANN. L. DIE IV. ID. SEPT. IMP. D. N. MAURITIO PP. AVG. ANN. IV. P. C. EIUSD. ANN. II. IND. QVARTA. Idem Epitaphium exhibet Reinefius in Syntagmate Infcriptionum pag. 960. ex Capario lib. 1. Hift. Neap. cap. 12. & Summontio lib. 1 pag. 389. exiftimatque, conditum anno DLXXXVI. Verum cum in eodem Indictio IV. cum IV. Idus Septembris copuletur, manifeftum eft, currenti anno, quo Kalend. Septemb. Indictio IV. aufpicatur, pofitum fuiffe. Ex eo conftat primo, Confulatum *Mauricii* recte a nobis fuiffe confignatum. Secondo, conditorem Epitaphii modum loquendi Victorianum ufurpaffe, juxta quem Poftconfulatus a Confulatu non diftinguitur. Tertio, *Mauricium* anno DLXXXII. ante menfem Septembrem Imperium iniiffe. Denique Reinefium loco ANN. IV. perperam legiffe, ANNO IIIO. tertius enim *Mauricii* annus ante Septembrem currentis anni jam abfolutus fuerat.

II. *Autharis fit Rex Langobardorum.* A num. I. ad V. Cum Ariftocratiam triginta Ducum, qui poft mortem *Clephi* Regis Langobardis præfuere, decennalem extitiffe, annoque DLXXVI. cœpiffe jam oftenderimus, *Autharis* Langobardorum Regis initium ad annum fequen-

*seorsum jaceret in terra; factus est omnibus vehementissimus timor, ut eamdem clavem de terra levare nullus præsumeret. Tunc quidam Longobardus Catholicus, qui stiebatne orationibus & eleemosynis deditus (Minulphus nomine) vocatus est, atque ipse hanc elevavit de terra: Authari vero pro eodem miracula aliam auream clavem fecit, atque cum ea pariter ad sancta memoria prædecessorem meum transmisit, indicans quale per eam miraculum contigisset.* Hucusque Gregorius. Sed quod per clavem possessio designatur, veluti hieroglyphicis quibusdam notis (quas tamen cum scriberet Rex Barbarus non intelligeret) illud significatum fuisse, posset ex eventis certo interpres asserere, non tantum a Longobardis Urbem non capiendam, sed ipsos omnes cum sua ditione Romano Pontifici parituros. Unde merito his diebus Venantius Fortunatus laudes celebrans Apostolorum Petri & Pauli, inter alia de ipsis magnifice decantata; de ipsorum patrocinio, quo muniunt Urbem, hos habet versus (a):

(a) *Fort. carm. l. 3.*

*A facie hostili duo propugnacula præsunt,*
*Quas fidei turres Urbs caput Orbis habet.*

Testatur id ipsum S. Gregorius, de his quæ ipse experiebatur certam fidem faciens. Sed hæc modo satis. Jam ad res in Hispania gestas enarrandas nobilitas nos provocat argumenti.

V. Leuvigildi Regis obitus.

Hoc anno qui sequitur primus a martyrio Hermenegildi, ejus pater infelix Leuvigildus, subactis Suevis, eisdemque in Arianam hæresim revocatis, post persecutionem Ecclesiæ ex hac vita migravit, prout ex iis quæ anno superiori sunt dicta de martyrio Regis expressum patet in Actis Toletani Concilii; ex quibus constat hoc anno filium ejus Reccaredum regnare cœpisse Æra sexcentesima vigesimatertia: nam in iisdem actis Æra sexcentesima vigesimaseptima annus quartus ejusdem Regis numeratur. Verum in Isidori Chronico Æra sexcentesima vigesimaquinta obitus Leuvigildi & Reccaredi ingressus in regnum mendose legitur: quod nullo penitus modo convenire potest.

VI. Leuvigildi pœnitentia.

Quod vero ad finem ejusdem Regis pertinet, ambo Gregorii suorum temporum scriptores eumdam facti pœnitentem decessisse ex hac vita tradunt: etenim de Leuvigildi obitu & Reccaredi successione habet ista S. Gregorius Papa (b): *Leuvigildus, aborta ægritudine, ad extrema perductus est, & Leandro Episcopo, quem prius vehementer afflixerat, Reccaredum Regem filium suum, quem in sua hæresi reliquerat, commendare curavit; ut in ipso quoque talia faceret, qualia in fratre ejus exhortationibus fecisset. Qua commendatione expleta, defunctus est.* Hæc de pœnitentia Regis, sed non satis visa ad salutem Gregorio, qui subdit:

(b) *Greg. dialog. l. 3. cap. 31.*

VII.

*Post ejus mortem Reccaredus Rex non patrem perfidum, sed fratrem martyrem secutus ab Ariana pravitate conversus, totam quoque Visigothorum gentem ita ad veram perduxit fidem, ut nullum in suo regno militare permitteret, qui regno Dei hostis existere per hæreticam perfidiam non timeret. Nec mirum quod veræ fidei prædicator factus est, qui frater est martyris, cujus hunc quoque merita adjuvant, ut ad omnipotentis Dei gremium tam multos reducat. Qua in re considerandum nobis est, quia totum hoc agi nequaquam posset, si Hermenegildus Rex pro veritate mortuus non fuisset. Nam sicut scriptum est, (c): Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit ipsum solum manet: si autem mortuum fuerit, multum fructum affert: Hoc fieri videmus in membris, quod factum scimus in capite. In Visigothorum enim gente unus mortuus est, ut multi viverent; & dum unum granum fideliter cecidit, ad obtinendam fidem seges multa surrexit.* Hucusque Gregorius. Sed & alterum Gregorium, Turonensem videlicet, audi, qui aliquid amplius de pœnitentia refert ejusdem Leuvigildi: ait enim (d): *Post hæc Leuvigildus Rex Hispa-*

(c) *Joan. 12.*

(d) *Greg. Tur. hist. l. 8. c. ult.*

PAGIUS

quentem pertinet, quo illud Sigebertus in Chronico, & Hermannus Contractus juxta editionem Canisii memorant; *Autharis* in correcta editione Pauli Diaconi a Grotio curata *Autharit* appellatur. Porro Biclariensis Abbas ad annum IV. Mauricii Imp. *qui est Leuvigildi Regis XVIII. annus*, scribit: *Authari Longobardorum Rex cum Romanis congressione facta superat, & cæsa multitudine militum Romanorum Italiæ fines occupat.* Quæ anno sequenti quo annus Mauricii IV. desinit, sicuti & miraculum, quod Baronius ex Sancto Gregorio Magno refert, necesse est contigisse.

III. A. num. V. ad XIII. Idem Biclariensis loco laudato, ait: *Hoc anno Leuvigildus Rex diem clausit extremum: & filius ejus Reccaredus cum tranquillitate Regni ejus sumit Sceptra.* Quod etiam anno sequenti contigit. Baronius in Appendice Tomi XII. & in editione Coloniensi ad annum DXCI. *Leuvigildi* mortem, quam antea cum præsenti anno conjunxerat, ad annum DXCI. referendam esse monuit; quam posteriorem Baronii sententiam Spondanus secutus, per Mauricii Imp. tempora non parum Chronologiam perturbavit. Nam *Leuvigildi* mortem, neque in alterutrum annum, neque in annum DLXXXVII. ut Cointius ad eum annum, & Bollandus ad diem XIII. Martii in Commentario Historico ad Vitam Sancti Leandri Episcopi Hispalensis arbitrati sunt, sed in annum

*Reccaredus Leuvigildo patri in Regnum Gothorum succedit.*

*spaniarum ægrotare cœpit: sed (ut quidam asserunt) pænitentiam pro errore hæretico agens, & obtestans ne huic hæresi quisquam reperiretur consentaneus, in legem Catholicam transiit, ac per septem dies in fletu perdurans pro his quæ contra Deum inique molitus est, spiritum exhalavit.* Hæc ipse. Verum etsi facti pœnitens, quod tamen Catholicus omnino decesserit, haud satis certis probatur assertionibus: etenim execrabilis ejus memoria remansit posteris.

VIII. Reccaredus Rex pietate & fortitudine insignis.

Quod vero ad ejus successorem Reccaredum pertinet, accipe quæ de eo summatim Isidorus habet in Chronico: *Leovigildo defuncto, filius ejus Reccaredus regno est coronatus, cultu præditus religionis & patris moribus longe dissimilis: namque ille irreligiosus & bello promptissimus, hic fide pius & pace præclarus: ille armorum artibus gentis imperium dilatans; hic religiosus eandem gentem fidei trophæo, insoliti erroris labe detersa ad cultum rectæ fidei revocavit. Synodum etiam ad condemnationem Arianæ hæresis congregavit: cui Concilio idem gloriosissimus Princeps interfuit, suaque eum præsentia & subscriptione firmavit.* Hæc de pietate Reccaredi Isidorus: de bellica autem virtute quæ subdit suo loco dicemus.

IX. His jungamus quæ de eorumdem conversione Gothorum, & de infelici exitu Episcopi Ariani qui se obicem posuit, Gregorius Turonensis narrat his verbis: (a) *Igitur eo tempore in Hispania Reccaredus Rex compunctus miseratione divina, convocatis Episcopis religionis suæ ait: Cur inter vos & sacerdotes illos, qui se Catholicos dicunt, jugiter scandalum propagatur: & cum illi per fidem suam signa multa ostendant, vos nihil tale agere potestis? Quæ de re convenite, quæso simul, & discussis utriusque partis credulitatibus, quæ vera sunt cognoscamus. Et tunc aut accepta illi a vobis ratione, ea credant quæ dicitis: aut certe ab illis veritatem cognoscentes, quæ prædicaverint, vos credatis.*

(a) Greg. Tur. hist. Franc. l. 9. cap. 5.

Reccared. quid in Arianos Episcopos de virtute miraculorum.

X. *Quod cum factum fuisset, congregatis utriusque partis Episcopis proposuerunt hæretici illa quæ sæpius ab ipsis dicta jam scripsimus: similiter responderunt Episcopi nostræ religionis ea de quibus hæreticorum partem plerumque victam libris superioribus demonstravimus; & præsertim cum Rex diceret, quod nullum signum sanitatis super infirmos ab hæreticorum ostenderetur Episcopis, ac in memoria explicaret, qualiter tempore genitoris sui, Episcopus, qui se jactabat per fidem rectam cæcis restituere lumen, tacto cæco, & cæcitati perpetuæ damnato, discessisset compunctus (quod nos in libro Miraculorum plenius declaravimus) vocavit ad se seorsum sacerdotes Dei: quibus perscrutatis cognovit verum Deum sub distinctione coli personarum trium, id est, Patris, Filii, & Spiritus sancti, nec minorem Filium Patre, Spirituque sancto, neque Spiritum sanctum minorem Patre, vel Filio, sed in una æqualitate atque omnipotentia hanc Trinitatem verum Deum fateri.*

*Tunc intelligens veritatem Reccaredus, postposita altercatione, se Catholicæ legi subdidit, & accepto signaculo sanctæ Crucis cum chrismatis unctione, credidit Jesum Christum Filium Dei æqualem cum Patre & Spiritu sancto regnantem in sæcula sæculorum. Amen. Deinde nuncios mittit ad provinciam Narbonensem, quibus narrantibus ea quæ ille gesserat, simili credulitate populus ille connecteretur. Erat enim tunc sectæ Arianæ Episcopus Athalocus, qui ita per propositiones varias & interpretationes falsas Scripturarum Ecclesias Dei conturbabat, ut putaretur quod ipse esset Arius, quem projecisse in secessum exta, historiographus narravit Eusebius: sed cum hæc populo secta sua credere non sineret, & ad consentiendum ei paucorum faveret adulatio; commotus felle ingressus in cellulam suam, inclinato super lectulum capite, nequam spiritum exhalavit. Sicque hæreticorum populus in ipsa consistens provincia, inseparabilem Trinitatem confessus, ab errore discessit.* Hucusque Gregorius. Egisse quidem Reccaredum Regem cum Episcopis Arianis non terrore vel imperio usum, sed placidis verbis atque blanditiis, summam in omnibus præsefeentem mansuetudinem, auctor est Joannes Biclarensis Abbas, qui his temporibus vixit & scripsit.

XI.

Athalocus Arianus Episc. desperatione perit.

Sic igitur summo Dei beneficio, cum per Gothos, Wandalos, Suevos, Alanos, aliasque barbaras nationes Ariana hæ-

XII.

PAGIUS annum quingentesimum octogesimum sextum incidisse, certa mihi stat sententia. Nam præter Abbatem Biclariensem jam citatum, Sanctus *Isidorus* in Historia Gothorum testatur Reccaredum *Era DCXXIV. anno tertio Imperii Mauricii*, Leuvigildo patri successisse, ideoque anno Christi sequenti. Loco tamen, *anno tertio*, legendum, *anno quarto*. Adhæc Bollandus citatus affert antiquam inscriptionem dedicatæ Toleti Ecclesiæ Cathedralis, in qua dicitur: *In nomine Domini consecrata est Ecclesia S. Mariæ in Catholico die I. Idus Aprilis, anno feliciter primo Regni D. N. gloriosissimi Flav. Reccaredi Regis, Era DCXXV.* idest, anno Christi DLXXXVII. quo dies XIII. Aprilis in Dominicam incidebat. Bollandus autumavit eam inscriptionem sub initium Regni Reccaredi positam esse; ideoque hunc anno DLXXXVII. Regnum iniisse.

IV. Sed hæc interpretatio refellitur primo ex Biclariensi, qui *anno V. Mauricii Imp. Romanorum, qui est Reccaredi Regis primus feliciter annus,*

hæresis exundans implesset Italiam, Africam, Hispanias, atque Gallias: tamquam torrens in austro exiccata decrevit. Sed de his rursus inferius. Porro Regina Leuvigildi coniux Goisuintha, noverca Reccaredi Regis Arianæ perfidiæ addictissima, sive rubore compulsa, sive timore convicta, simul cum aliis fidem Catholicam professa, abdicare Arianam hæresim videri voluit, cum tamen intus Arium haberet inclusum: nam etsi eum aliis Orthodoxis ut Orthodoxa ad Synaxim conveniret, atque sicut alii communicaret, secreto tamen sacratissimam Eucharistiam ea ore reiiciebat: quæ & nihil sollicitius procuravit, quam ut proditione aliqua Reccaredum e medio tolleret; invenitque ejusdem suæ sententiæ Arianum itidem hominem, dignitate Episcopum, nomine Udilam, sive Uldilam, qui in necem Regis pariter conspiraret; sed conjuratione detecta, Arianus Episcopus mulctatur exilio; Regina vero, Deo ultore, citius ex hac vita luitura pœnas æternas præripitur. Hæc Joannes Abbas hujus temporis scriptor narrans, tertio Regis ejusdem anno accidisse tradit. Sed jam ad res Francorum orationem convertamus.

Conjuratio Arianorum.

XIII. Hoc anno septimo Childeberti Regis Chilpericus Rex ad Judæorum conversionem addicens animum, complures eorum ad fidem conversos in baptismo suscepit: sed dum alios adigere vellet, multarum cædium occasionem præbuit. Habet ista Gregorius (a) pluribus: qui & subdit post alia (b) de obitu Chrodini viri maxime pii, de quo paucis magna recenset. Fuit plane iste Chrodinus Dux ille, ad quem extat Venantii Fortunati epigramma, quo ejus pariter laudes celebrat. Sed primum audi Gregorium: *Eo* (inquit) *anno Chrodinus obiit, vir magnæ bonitatis & pietatis, eleemosynarius valde, pauperumque refector, prosfaus ditator ecclesiarum, clericorumque nutritor, nam sæpe a novo fundans villas ponens vineas, ædificans domos, culturas erigens, vocatis Episcopis quorum erat parva facultas dato epulo, ipsas domos cum cultoribus & culturis, cum argento, peristromatibus, utensilibus, ministris & famulis, benigne distribuebat, dicens: Sint hæc Ecclesiæ data, ut dum de his pauperes reficiantur, mihi veniam obtineant apud Deum. Multa autem & alia bona de viro audivimus, quæ insequi longum est. Transiit autem ætate septuagenaria.* Hæc ipse: ea quibus & vides pariter, quo fine bona largiri Fideles solerent ecclesiis, nempe ut eisdem pauperes alerentur. Sed audi Fortunatum viri dignissimi laudes carminibus hisce prosequentem (c):

(a) Greg. Tur. li. 6. c. 17.
(b) Greg. Tur. l. 6. c. 20.
De Chrodini Ducis obitu.
(c) Fort. carm. l. 9. in fin.
Laudes Chrodini Ducis.

*Inclyte Dux meritis totum vulgate per Orbem,*
*Quem nimis egregium splendida fama refert.*
*Non ego prætercam præconia celsa, Chrodine.*
*Ne videar solus magna silere bonis.*
*Itala terra tibi, pariter Germania plaudat:*
*Laus tua cunctorum semper in ore sonat.*
*Clarus ab antiquis digno generosior ortu,*
*Regibus & patriæ qui placiturus eras.*
*Tutoremque alii, nutritoremque fatentur;*
*Et fit certamen de pietate tua.*
*Ut habeant alii, nulli tua bona recusas:*
*Tu tibi plus auges, quas bene fundis opes.*
*Cui possis præstare, libens exquiris, & optas:*
*Ut sis apud cunctos, hos facis esse tuos.*
*Es generale bonum, nulli gravis, omnibus æquus:*

Ju-

PAGIUS

Initium Reccaredi Regis valide stabilitum.

nus, ait: *Sisbertus interfector Hermenegildi morte turpissima perimitur. Reccaredus primo Regni sui anno, mense X. Catholicus, Deo juvante, efficitur, & Sacerdotes sectæ Arianæ sapienti colloquio aggressus, ratione potius, quam imperio converti ad Catholicam fidem facit, Gentemque omnium Gothorum & Suevorum ad unitatem & pacem revocat Christianæ Ecclesiæ. Secta Ariana, gratia Divina, in Dogmate veniunt Christiano.* Quod si *Reccaredus* decimo tantum Regni sui mense fidem Catholicam amplexus est, quando ea Dedicatio facta, jam decimum ad minus Regni mensem inchoarat. Refellitur secundo ex Concilio Toletano III. anno DLXXXIX. celebrato, nempe *anno quarto regnante gloriosissimo Domino Recaredo Rege, die octavo Iduum Majarum, Era DCXXVII.* ut in eadem Synodo dicitur. Si enim die VIII. mensis Maii anni Christi DLXXXIX. Reccaredus, annum Regni quartum jam numerabat, primus ejus annus ab anno DLXXXVII. deduci non potest. Ex hac itaque temporis notatione cum præfata inscriptione collata, discimus, *Reccaredum* patri successisse anno DLXXXVI. post diem XIII. mensis Aprilis, quo die anno DLXXXVII. primus ejus annus adhuc in cursu erat, & ante diem octavum mensis Maii, quo die quartum Regni annum jam inchoarat, quando Synodus illa Toletana congregata est. Indeque manifestum etiam fit, conversionem ejus decimo post Patris mortem mense factam pertinere ad mensem Februarium, vel Martium anni DLXXXVII. ideoque Dedicationem illam, non *Reccaredi* Regis initio, ut putavit Bollandus, sed initio conversionis ejus peractam esse.

V. Ad num. XIII. Turonensis lib. 6 cap. 17. loquens de gestis *anno septimo Childeberti Regis* narrat, *Chilpericum* Regem multos Iudæorum baptizari præcepisse; nonnullos tamen eorum Deo mentitos ad priorem perfidiam regressos esse.

*Chilpericus Judæorum conversioni incumbit.*

*Justitiæ socium nulla rapina tenet.*
*Mitis in alloquio placidus gratusque modestus:*
*Omnem cui data sunt, ut decus omne geras.*
*Gentibus ustrictus, Romanis charus haberis:*
*Felix qui populis semper in ore manes.*

Hactenus Fortunatus. Sic igitur qui tot tantisque laudibus meruit a duobus dignis Episcopis celebrari Chrodinus Dux, hic his elogiis honoratum proponimus ejus monumentum post obitum, cujus ergo pauperes sanctaque loca munificentia semper enituit.

XIV. Sed his subiiciendum putamus alterius pietate insignis viri ab eodem Fortunato epitaphium scriptum, cujus pariter in erogandis divitiis pauperibus largitas commendatur: qui ex mercatura (quod magis mirandum videtur) ad Deum conversus, Julianus dictus est nomine: de quo accipe ex scripto codice carminum Fortunati Epitaphium, quod desideratur in codicibus iterum cusis:

Epitaph. Juliani eleemosynis clari.

*Condita sunt tumulo Juliani membra sub istis,*
*Cujus in æternum vivere novit honor.*
*Mercator quondam conversus, fine beato,*
*Ruptus ab hoc mundo crimine liber homo.*
*Collegit nimium, sed sparsit egentibus aurum;*
*Præmisit cunctus quae sequeretur spes.*
*Sollicitus quemtumque notum prospexit in urbe,*
*Hunc meruit veniens exul habere patrem.*
*Pascere se credens Christum sub paupere forma:*
*Ante omnes apud hunc sumpsit egenus opes.*
*Non solum refovens, sed dona latendo ministrans,*
*Amplius inde placet, quod sine teste dedit.*
*Felicem censu qui fratris migrat * in alvum,*
*Et vivos lapides ædificare potest.*
*Extulit hunc tumulum genitoris honore Joannes,*
*Qui modo divinis fungitur officiis.*
*Qualiter hic vivo serviret amore parenti,*
*Cum nati pietas ipsa sepulcra colit.*

Id genus est & epitaphium Atoli discipuli S. Remigii, hujus plane sæculi viri pietate conspicui, quod Rhemis habetur in Ecclesia S. Juliani martyris:

*Hic pater est Atolus nato natæque sepultus,*
*Expectansque diem nunc Domini properam,*
*Instruxit bis sena suis xenodochia rebus,*
*Jure fovens plebes, divitiis inopes.*
*Sic proprium censum cælum transvexit in altum,*
*In quo suscepit quod miserando dedit.*
*Hoc totum sub amore sacri, studioque Remigi:*
*Ob hoc prærutilum detinet ipse polum.*

Florardus autem dum quorumdam S. Remigii discipulorum meminit, inter eos & hunc Atolum recenset. Habes ex his lector, ne putes hæc otiose narrata) quibus consueverint titulis exornari Christiano-

PAGIUS esse. Tum cap. 20. pluribus laudat *Chrodinum*, virum, qui ditaverat Ecclesias, quique summam pauperum curam habuerat. Verum revocanda hæc ad annum Christi DLXXXII. quo annus Childeberti Regis VII. in cursu fuit.

Theophylactus lib. 1. cap. 14. refert, *Philippicum* Orientalium militum Ducem adversus Persas missum *Arzanena Regioni* arma intulisse, & prædam ad memoriam insignem abstulisse, sed morbo postea correptum difficillimo, postquam eo recreatus fuit, *militibus, hyeme jam appetente, missionem* dedisse, Byzantiumque venisse. Quæ præsenti anno contigisse ostendit Theophylactum asserens, ea peracta *anno deinceps sequenti*, anno sc. postquam Consulatum gessit.

VI. *S. Columbanus ex Hibernia in Galliam venit.* Hoc circiter anno Sanctus *Columbanus*, cujus opera tam in Gallia quam in Italia Monachismus propagatus fuit, relicta Hibernia insula in Galliam venit, ut Mabillonius sæculo III. Benedictino parte II. in Vita Sancti Waldeberti Abbatis Luxoviensis deducit ex hac clausula, quæ habetur in fine Expositionis MS. Sancti Augustini in Epistolam Joannis a quodam Monacho Luxoviensi a pluribus sæculis scripta: EXPLECITUM OPUS FAVENTE DOMINO APUD COENUBIUM LUSSOVIUM ANNO DUODECIMO REGIS CHLOTHACHARII, INDICTIONE TERTIA-DECIMA, ANNO XLsimo PrsNi FELICITES PERACTO, idest, ut interpretatur vir doctissimus *anno quadragesimo Patris nostri*, Columbani videlicet primi Abbatis Luxoviensis; qui proinde anno quingentesimo octogesimo quinto in Vosagum advenisse dicendus est, cum *annus duodecimus Clotharii Regis* in Burgundia regnantis, & Indictio XIII. conveniant in annum Christi DCXXV. aut DCXXIV. quo indictio illa mense Septembr. inchoata est. Idem Mabillonius lib. V. de Re Diplom. refert eamdem clausulam similibus characteribus descriptam; cumque illi numeri nec ad *Clotarium* nec ad *Vuandelbertum* referri possint, tempus adventus Columbani in Burgundiam nunc exploratum. Columbanus itaque circa præsentem annum in Galliam venit; a quo calculo non multum discrepat Usserius, qui elegit annum DLXXXVIII. sicuti nec Hadr. Valesius lib.

norum sepulcra non Episcoporum tantum, sed & laicorum hominum pietate præstantium.

XV. Sed quod in his versatur oratio, hic tibi reddendum putamus Andreæ ex presbytero Cardinali Episcopi epitaphium quod in cathedrali Ecclesia Cajetæ legitur hoc utique sæculo positum sub Consulatu Decii Junioris, de quo superius anno Domini quingentesimo trigesimoquarto. Sed cum nondum illud accepissemus; ne prætereatur omnino, hic ipsum describi debere, etsi non temporis, argumenti tamen ratio persuasit. Sic enim se habet:

*Pande tuos paradise fores, sedemque beatam,*
*Andreæ meritum suscipe Pontificis:*
*Cultor justitiæ, doctrinæ & pacis amator:*
*Quem vocat ad summum vita beata bonum.*
*Plenus amore Dei nescivit vivere mundo:*
*At famulo Christi gloria Christus erat.*
*Quæ meditata fides & credita semper inhæsit,*
*Hæc te usque ad cælos & super astra tulit.*
*Numquam de manibus tibi lex divina recessit:*
*Eloquium Domini vixit in ore tuo.*
*Romanamque prius decoravit presbyter urbem:*
*Culminis auctus honor hic dedit esse patrem.*
*Districtus sub jure pio & moderamine certo,*
*Utque bonus pastor texit ab hoste gregem.*
*Hospitibus gratus, se ipsum donavit egenis;*
*Illos eloquio, hos satiabat ope.*
*Præsule sub tanto florens Ecclesia mater,*
*Crevit muneribus, crevit & officiis.*

VIXIT ANN. PM. LXX. PRESB. ROMANUS VII.
ET IN EP. ANN. XXVII. M. X. D. XX.
REQUIEVIT IN PACE XIIII. KAL. NOV.
CONS. DECI. JUN.

In tabula ubi ejusmodi inscriptio legitur, apposita visuntur insignia nobilis familiæ Columnensium.

XVI. Cujusnam vero civitatis hic Episcopus fuerit, cum non exprimatur; certum est Cajetanum minime esse potuisse, cum nondum Cajetæ cathedra Episcopalis erecta esset; sed in vicinioribus locis erant hæ, Formiana ac Minturnensis Neapolim versus, altera vero ex parte Ro-

PAGIUS lib. 17. Rer. Franc. pag. 542. ubi scribit, *Columbanum* ad Guntramnum Burgundiæ Regem annum Regni XXVII. aut XXVIII. agentem primum venisse. Opinio Cointii, quæ hunc adventum in annum Christi DLXVIII. confert, licet valde communis sit, omni verisimilitudine caret. Hujus Sancti Vitam scripsit *Jonas* Monachus, & Mabillonius Sæculo II. Benedictino publicavit; sed Jonas tempus, quo is in Gallias profectus est, non notavit, ne præterea cum eam vitam post annos ab obitu Columbani sex circiter ac viginti scripserit, in Bobiensi Monasterio sub hujus regimine numquam degerit, patriamque nactus sit *Segusium* in hodierno Pedemontio situm, ut ipsemet testatur in fine Vitæ Sancti Attalæ a se conscriptæ, ideoque a Vosagi saltu multum remotam, in iis narrandis quæ magis a sua ætate distabant, non tantum brevior fuit, sed etiam in aliquos errores lapsus est.

VII. *Tempore Guntramni Burgundiæ Regis.* Scribit Jonas cap. 22. *Pervenit fama Columbani Sigiberti Regis ad Aulam, qui eo tempore duobus Regnis Austrasiorum Burgundionumque inclytus regnabat Francis*, addique Regem ab eo petiisse, ut intra terminos Galliarum resideret, & Columbanum Regis persuasionibus obtemperantem petiisse vastam eremum Vosagi nomine, *in qua Castrum erat dirutum olim, quod Antiquorum traditio ANAGRATES nuncupabant*. Verum non solum *Sigibertus* Rex Austrasiorum anno DLXXV. interiit; sed etiam numquam Burgundionibus imperavit. Quare cum hoc tempore *Guntramnus* Sigiberti frater Burgundiæ Principatum gesserit, ab eo, non vero a Sigiberto *Columbanus* in Galliam veniens exceptus est. Silva *Vosagus* ingenti magnitudine, Austriam a Burgundia tunc dividebat: ejusque major pars a Childeberto Austrasiorum Rege, sicut antea ab ejus Decessoribus possidebatur, qua scilicet Vosagus Spiram & Straburgum, seu Argentoratum ad Rhenum attingit, & quæ introrsus pertinens inter Mosellam ac Mosam attollitur: reliqua pars circa Castrum Luxoviem & Anegratas Regum Burgundiæ erat. Indeque natus forsan error Anonymi coævi, qui Sanctæ Saldabergæ Acta scripsit, & Orderici sub finem lib. 8. qui hæc accidisse aiunt sub Rege Childeberto. *Columbanus* in loco *Anagrates*, seu *Anagrata* dicto, vulgo *Anegray*, distante *plus minus octo milliaribus* a Luxovio Monasterium ædificavit, quod amplius non extat, in eoque vixit usque ad annum DXC. quo Monasterium aliud ædificasse infra ostendemus. Anagratis Vir sanctus *Orationum medicamine cunctorum ad se venientium infirmitatibus Divino fultus auxilio curando subveniebat*, inquit Jonas cap. 24. Erant cum Columbano Sanctus *Gallus*, & undecim alii ejus comites, qui e Britannia cum eo in Gallias venerant. *Cumque jam multorum Monachorum societate densaretur, cœpit cogitare, ut potiorem locum in eadem eremo quæreret, quo Monasterium construeret* inquit Jonas cap. 17. quo de Mona-

Romam versus Fundana & Terracinensis, ut constat ex Actis primæ Romanæ Synodi sub Symmacho Rom. Pontifice, & ex epistolis sancti Gregorii. Porro hoc sæculo ejusdem nominis fuisse reperitur Andreas Fundanus Episcopus, cujus est celebris memoria apud sanctum Gregorium in Dialogis (*a*): vixit etiam iisdem ferme diebus Andreas Episcopus Aquinas, de quo idem sanctus Gregorius meminit (*b*), sed ignobilis, longeque ab isto de quo agitur diversus: hic enim ante Episcopatum in Romana Ecclesia functus est honorifice presbyterio. At de his satis.

(*a*) *Greg. dial. l.* 3. *c.* 8.
(*b*) *Greg. dial. l.* 3. *c.* 8.



PAGIUS

sterio, nempe Luxoviensi, infra sermo erit. Baronius an. DLXXIX num. XII. loquens de Sigiberti Regis morte, & Jonam sequens, Sancti Columbani meminit.

VIII. *Initium Regni Merciorum.*

*Anno Gratiæ DLXXXV. Regnum Merciorum initium sumsit*, inquit Westmonasteriensis. Malmesburiensis tamen hujus Regni exordium ad Peodam, qui anno DCXXVI. regnabat, referendum censet. Surrexit illud septimum & ultimum in Saxonum heptarchia Anglorum Regnum in meditullio Insulæ. Ejus limites erant, ad Aquilonem Umber, Merseusque flumina; ad Meridiem Thamesis; ad Occasum Sabrina, Devaque; ad Ortum, Germanicus Oceanus.

Sanctus *Hermenigildus* hoc anno martyrium fecit, ut anno superiori ostendimus. Synodus Matisconensis II, ut videre est anno DLXXXVIII. hoc anno celebrata. Moriuntur Sanctus *Maurus*, ut anno superiori ostendi, & S. *Salvius* Episcopus Albigensis, ut anno DLXXXVII. probabitur.

| JESU CHRISTI ANNUS 586. | PELAGII PAP. II. ANNUS 9. | MAURITII IMP. ANNUS 1. |
|---|---|---|

I. QUingentesimo octogesimo sexto Christi anno, quartæ Indictionis, mense Augusto moritur Tiberius Imperator, atque in locum ejus Mauritius subrogatur. Sed antequam de his agamus, quæ Tiberii obitum præcesserunt, sunt recensenda. Constat etiam hoc anno, ante quatuor menses quam Tiberius moreretur, Eutychium Constantinopolitanum Episcopum ex hac vita migrasse. Testatur id quidem is qui præsens fuit Eustathius, qui res ab eo præclare gestas conscripsit, cum de ægritudine Eutychi instituens exactam narrationem, hæc ait (a): *Imperator magno desiderio & fide beatum virum invisit; primum quidem, ut ab illo benedictionem acciperet; deinde ut intelligeret, quis post illum pastor esset populum gubernaturus. Benedixit ille quidem Imperatori, sed alteram reticuit, non quod ignoraret, sed propter quasdam causas, quas, Deo sibi aperiente, ipse noverat. Quare cum ea quæ res & tempus postulabant, cum Imperatore locutus esset, hilari lætoque vultu ille discessit. Ego autem a quibusdam Imperatoris familiaribus accepi, ei fuisse a sancto viro prænunciatam, celerem ipsi mortem instare; idque verum fuisse eventus docuit: nam quatuor post mensibus a vita discessit Christi amantissimus Imperator.* Hæc de tempore. Cum igitur obitus Imperatoris hoc anno dicto mense contigerit (ut paulo post dicturi sumus) utique necesse est affirmare hoc anno mense Aprili Eutychium ex hac vita migrasse: ex quo corrigenda sunt, quæ superius in eodem auctore vel aliis habentur, sedisse Eutychium, ubi est revocatus ab exilio, annos quatuor & sex menses, nisi quis Joannis intrusi sedem usque ad annum ultimum Justini perduxerit.

(a) Extat apud Sur. die 6. Apr. tom. 2.

Eutychii Epis. Constantinop. obitus tempus.

II. Sed & quæ paulo ante præcesserunt ejusdem Eutychii obitum, hoc eodem anno hic sunt accurate tractanda; addendaque ab Eustathio prætermissa disputatio illa de resurrectione carnis cum Gregorio diacono Romano Apocrisario habita. Contigit enim ut ipse Eutychius eodem argumento commentarium a se scriptum ediderit; quo cum firmiter adversus Gentiles & hæreticos carnis resurrectionem adstrueret, ab Origenis tamen erroribus petitam opinionem iisdem suis scriptis insereret, nimirum fore eam absque carne palpabili. Cum autem id accepisset Gregorius, convenit eum atque redarguit, utque ab erronea & prorsus hæretica sententia recederet verbis instans admonuit: atque perfecit tandem, ut damnatus liber incendio cremaretur, ipseque Eutychius sanioris mentis effectus suum fuerit detestatus errorem. Ita plane humana sors fert, ut sicut illustrans Orbem e cœlo Sol raro contingat ad Occasum absque nubium obice puris radiis deorsum ferri, ita sanctissimi quoque viri virtutum fulgore coruscantes absque aliqua labe raro usque ad obitum perseverent: quod de Eutychio dici potest, qui gloria confessionis ob exilium passum illustris, miraculorumque operatione sublimis, prophetiæ quoque charismate pollens, animarum lucro prædives, victoriis adversus hæreticos longe lateque conspicuas; prope exitum tamen obscuro nimbo conceptus penitus obscuratur; sed quam citissime flante divino Spiritu, nubibus illis procul expulsis, enitescens prioribus fulgoris radiis ad occasum, ascensurus in cælum, descendit.

Eutychius incaute delabitur in errorem Origenis.

III. Sed quomodo se hæc habuerint, a sancto Gregorio ista narrante petamus: in commentariis enim in Job illud explicans: *Et rursus circumdabor pelle mea;* Sic exorditur (b): *Dum aperte pellis dicitur, omnis dubitatio veræ resurrectionis aufertur: neque sicut Eutychius Constantinopolitanæ urbis Episcopus scripsit, corpus nostrum in illa resurrectionis gloria erit impalpabile, ventis aereque subtilius. In illa enim resurrectionis gloria erit corpus nostrum subtile quidem per effectum spiritualis potentiæ, sed palpabile per veritatem naturæ. Unde etiam Redemptor noster dubitantibus de sua resurrectione discipulis ostendit manus & latus, palpanda ossa, carnemque præbuit, dicens (c): Palpate & videte, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut*

(b) Greg. Moral. lib. 14. c. 29.

Disputatio inter Gregorium & Eutych.

(c) Luc. 24.

PAGIUS SÆC. VI. Anno Eræ Hispan. DCXXIV. A. C. 586.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6079.

☉ 7. F. ☽ 17. P. 14. April. Indict. 4.

JESU CHRISTI 586.

PELAGII II. PAPÆ 9.

MAURICII IMP. 5.

I. IS annus hac formula notatus: *IV. post Consulatum Mauricii Tiberii Aug. solius iterum* ut recte Chronicon Alexandrinum.

*Postconsulatus.*

II. A num. I. ad XXIV. Quæ Baronius hoc anno habet, tam de morte *Sancti Eutychii* Patriarchæ Constantinopolitani, quam de obitu *Tiberii* Augusti, & *Mauricii* ejus successoris initio, ad annum DLXXXII. quo de iis egimus, retrahenda sunt; hæc autem nunc tam explorata, quam quæ in Chronologia certissima.

*Obitus S. Eutychii Episc. & Justini Jun. Aug.*

*sicut me videtis habere. Qui cum eidem Eutychio in Constantinopolitana urbe positus hoc Evangelicæ veritatis testimonium protulissem, ait: Idcirco Dominus hoc fecit, ut dubitationem resurrectionis suæ de discipulorum cordibus amoveret. Cui inquam, Mira est res valde quam astruis, ut inde nobis dubietas surgat, unde discipulorum corda a dubietate sanata sunt. Quid enim deterius dici potest, quam ut hoc nobis de ejus vera carne dubium fiat, per quod discipuli ejus ad fidem ab omni sunt dubietate separati? Si enim non hoc habuisse astruitur quod ostendit: unde fides discipulis ejus confirmata est, inde nostra destruitur.*

IV. *Qui adjungebat etiam dicens: Corpus palpabile habuit quod ostendit; sed post confirmata corda palpantium, omne illud in Domino quod palpari potuit, in subtilitatem est aliquam redactum. Ad hæc ipse respondi, dicens: Scriptum est:*

(a) Rom. 6.

*(a) Christus resurgens a mortuis jam non moritur, mors illi ultra non dominabitur. Si quid ergo in ejus corpore post resurrectionem potuit immutari, contra veridicam Pauli sententiam post resurrectionem Dominus rediit ad mortem: quod quis dicere vel stultus præsumat, nisi qui veram carnis ejus resurrectionem denegat? Tunc mihi objecit, dicens: Cum scriptum*

(b) 1. Cor. 15.

*sit (b): Caro & sanguis regnum Dei possidere non possunt: qua ratione credendum est resurgere veraciter carnem? Cui*

Caro diverso modo accepta.

*inquam: In sacro eloquio aliter caro dicitur juxta naturam, atque aliter juxta culpam vel corruptionem. Caro quippe*

(c) Gen. 2.

*juxta naturam, sicut scriptum est (c): Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de*

(d) Joan. 1.

*carne mea: Et, Verbum (d) caro factum est, & habitavit in nobis. Caro vero juxta*

(e) Gen. 6.

*culpam, sicut scriptum est (e): Non permanebit in hominibus istis Spiritus meus, eo quod sunt caro: & sicut psalmus ait:*

(f) Psal. 77.

*(f) Memoratus est quia caro sunt, spiritus vadens & non rediens. Unde & di-*

(g) Galat. 6.

*scipulus Paulus dicebat (g): Vos autem in carne non estis, sed in spiritu. Neque enim in carne non erant, quibus epistolas transmittebat: sed quia passiones carnalium desideriorum vicerant, jam liberi per virtutem Spiritus in carne non erant. Quod ergo Paulus Apostolus dicit: Quia caro & sanguis regnum Dei possidere non possunt; carnem vult secundum culpam intelligi, non carnem secundum naturam. Unde & mox quia carnem secundum culpam diceret, ostendit subdens: Neque corruptio incorruptelam possidebit. In illa ergo cælestis regni gloria caro secundum naturam erit, sed secundum passionem desideria non erit; quia devicto mortis aculeo, in æterna incorruptione regnabit.*

V. *Quibus dictis idem Eutychius consentire se protinus respondit, sed tamen adhuc corpus palpabile resurgere posse denegabat. Qui etiam in libello quem de Resurrectione scripserat, Pauli quoque testimonium indiderat dicentis (b): Tu*

(b) 1. Cor. 15.

*quod seminas, non vivificatur, nisi prius moriatur: & quod seminas, non corpus,*

Alia Eutychii objectio.

*quod futurum est seminas, sed nudum granum. Hoc nimirum ostendere festinans, quia caro vel impalpabilis vel ipsa non erit, dum sanctus Apostolus de resurrectionis agens gloria, non corpus quod futurum est seminari dixerit. Sed ad hæc citius respondetur. Nam Paulus Apostolus dicens: Non corpus quod futurum est seminas, sed nudum granum; hoc insinuat quod videmus: quia granum cum culmo & foliis nascitur, quod sine culmo, & foliis seminatur. Ille itaque in ongmento gloriæ resurrectionis non dixit grano seminis deesse quod erat, sed adesse quod non erat. Iste autem dum verum corpus resurgere denegat, nequaquam dicit adesse quod deerat, sed deesse quod erat.*

VI. *Tunc itaque de hac re in longa contentione perducti, gravissima cœpimus a nobis simultate * resilire. Cum pia memo-*

* simulatione.

*ria Tiberius Constantinus Imperator secreto me & illum suscipiens, quid inter nos discordiæ versaretur agnovit, & u-*

Liber Eutych. damnatur flammis.

*trensque partis allegationes pensans, eumdem librum quem de Resurrectione scripserat, suis quoque allegationibus destruens, deliberavit ut flammis cremare debuisset. A quo ut egressi sumus, me ægritudo valida, eumdem vero Eutychium ægritudo & mors protinus est secuta. Quo mortuo, quia pene nullus erat qui ejus dicta sequeretur, dissimulavi cœpta persequi, ne in favillas viderer verba jaculari. Dum tamen adhuc viveret, & ego validissimis febribus ægrotarem: quicumque noti mei ad eum salutationis gratia pergebant (ut eorum relatione eognovi) ante eorum oculos pellem manus suæ*

Eutychius profitetur Catholicam veritatem.

*tenebat, dicens: Confiteor quia omnes in hac carne resurgemus: quod (sicut ipse fatebatur) omnino prius negare consueverat.* Hucusque de his Gregorius, quæ inter ipsum, & Eutychium transacta sunt. Porro Eustathius, qui res Eutychii est prosecutus, hæc de controversia eum S. Gregorio sciens volensque præteriit, leviterque errorem attingens, culpam reiicit in adversarium, quasi Eutychii verborum sensum haud assecutus fuisset, cum ipse (ut ait) minime carnis resurrectionem negarit. Sed non id crimini dat illi Gregorius, verum quod eam non secundum Catholicam assertionem assereret, sed ut Origenistæ solerent.

VII. Porro quod ad obitum Eutychii pertinet, idem tradit Eustathius ipsum die Paschatis post officium vespertinum acri febre correptum, sicque depastis eo igne visceribus post dies septem, nempe se-

*Eutychius resipiscens Sanctus colitur.*

quenti Dominica migrasse ex hac vita. Cæterum haud valuit nævus iste, vel quantavis macula, quam cito abstersit, ejus animæ labefactare pulchritudinem: utpote etsi erraverit, haud tamen hæreticus videri potuit, quippe qui minime superinduxerit cutem illam compactam squammis, scutis (*a*) fusilibus duriorem, qua hæretici pertinaces obtegi consueverunt: nam ubi primum, doctore & monitore Gregorio, didicit veritatem, eamdem coram omnibus ad se ingredientibus certa confessione professus est: ut non immerito eum Græci ut Sanctum colunt, anniversariaque die ejusdem natale celebrent.

(*a*) *Job.* 40.

VIII. *Joannes Jejunator Episcopus Constantinop.*

Ubi vero sancto viro postrema digne sunt persoluta, actum de successoris electione: & quia talem requirebat religiosissimus Imperator, qui cæteros antecelleret sanctitate, Joannes quidam monachus, qui cognomento Jejunator est appellatus, reliquis præfertur; cui tamen (ut ex Eustathio vidimus) præcessor Eutychius adhuc vivens haud voluit suo elogio suffragari: utpote qui nihil boni praeviderat de homine, qui ex jugi omnibus noto jejunio popularem captans auram, eadem inflatus intumuisset. Ne vero quid deesse posset ad perfectam illam quam oculis hominum intuendam exposuerat sanctitatem, illud iste addidit corollarium, ut fugam arripere tentaret, ne eligeretur Episcopus: sed secundum bucolicum illud:

*Et fugit ad salices, & se cupit ante videri*; ita fugere videri voluit, ut ne fugeret, detineretur a suis. Quali namque esset tunc animo, mox ipsa sublimis dignitas declaravit. Ut enim in altioribus montibus aer purgatior detegere & foras mittere e visceribus solet latentes morbos, reddereque cunctis perspicuos, ita eminens honos, altum fastigium, sublimis cathedra, celsa potestas mox patefacit, quæ in hominis penetralibus cordis latet hypocrisis, & occultatur ambitio.

IX. *Joannis superbia detegitur.*

Accidit id profecto in Joanne: qui ubi electus est & ordinatus Constantinopolitanus Antistes, mox sanctam quam in Ecclesia invenit pacem tot laboribus partam fugavit. Etenim mente sublimi, elatoque corde homini prædito visa est humilis tanta dignitas, qua se imparem ante fuerat fuga professus: quamobrem grande sibi comparans nomen, non Patriarcha tantum dici, sed & Oecumenicus, affectavit. Sunt de his justæ querelæ Gregorii tunc diaconi, postea Romani Pontificis, ubi ad ipsum postea scripsit his verbis (*b*): *Eo tempore, quo fraternitas vestra in sacerdotalem honorem provecta est, quantam Ecclesiarum pacem atque concordiam invenerit, recolit. Sed quo ausu, quove tumore, nescio, novum sibi conata est nomen arripere, unde omnium fratrum corda potuissent ad scandalum provenire. Qua in re vehementer admiror: quia te ad Episcopatum venire potuisses, fugisse velle te memini: quem tamen adeptum ita exercere desideras, ac si ad eum ambitioso desiderio cucurrisses. Qui enim indignum te esse fatebaris, ut Episcopus dici debuisses, ad hoc quandoque perductus es, ut despectis fratribus, Episcopus appetas solus vocari.* Hæc ad eum, ad quem rursus superius (*c*) de ejus animo quo se abhorrere professus est præfecturam: *Quo enim ardore* (inquit) *quo studio Episcopatus pondera fugere volueritis, scio.* Plane loco monstri habitum est, ut qui agnus antea apparuit, mox una cum infulis Episcopalibus leonis jubas induerit. Quomodo autem Pelagius Papa homini gloriæ auræ inani tumenti restiterit, suo loco dicemus. Jam ad Tiberium redeamus.

(*b*) *Greg. l.* 4. *epist.* 38.

(*c*) *Greg. l.* 1. *epist.* 4.

X.

Ubi vero ab obitu Patriarchæ Eutychii (ut ait Eustathius *d*) quatuor fuissent menses elapsi, moritur Tiberius Imperator mense Augusto, cum imperasset solus annos quatuor, totidemque cum Justino uno minus mense, prout testatur Evagrius (*e*), necnon Gregorius Turonensis (*f*): dum enim sub octavo Childeberti Regis anno Tiberii Augusti mortem contigisse tradidit, utique eam ad hunc annum referre patet. Cum igitur ex Græco atque Latino suorum temporum scriptoribus id liquido constet: coarguas erroris necesse est alios recentiores, qui in aliud tempus Tiberii obitum referunt.

(*d*) *Eustat. in Eutych. apud Sur. die* 6. *Apr. tom.* 2.

(*e*) *Evagr. l.* 5. *c.* 13.

(*f*) *Greg. l.* 6. *c.* 30.

*Mauritius imperare quando cœperit.*

☞ Ita quidem posuimus hoc anno una cum Tiberii obitu ingressum Mauritii, non solum Eustathii tunc scribentis auctoritate suasi; sed etiam Evagrii, rebus his omnibus præsentis, & quam exactissime annos Justini, Tiberii, & Mauritii numerantis assertione coacti, cujus verba posuimus inferius in obitu ejusdem Mauritii Imperatoris anno Christi sexcentesimo secundo, prope finem. Ubi rursum cum subduximus numerum annorum trium Imperatorum; eorumdem testificatione in id ipsum conspirantium hic oportuit annum primum Mauritii collocasse. His adde & Joannem Biclarensem ex Latinis ejusdem quoque temporis auctorem, haud pridem in lucem emissum, id ipsum profitentem. Quos tantos viros secuti, sero licet ab eisdem in errorem nos ductos de exordio ejusdem Mauritii sensimus: dum si quæ alia iis adversantibus invenerimus, illapsos in codices errores ignavia librariorum (ut accidere solet) existimavimus, magis quam ipsos adeo enormi errore lapsos, ut crederemus, induci potuisse. Quamobrem (quod raro accidit) Græcos auctores de rebus

Græ-

Græcorum ſcribentes, per Latinos corrigere opus fuit, receotioribus Græcis io eamdem ſententiam cum Latinis ubeuntibus, ubi rurſom ad calculos revocanda fuit de unnis Mauritii diſputatio. Io qua ubi Gregorius Turonenſis & ipſe hujus temporis ſcriptor (*a*) affirmat, Mauritium iniiiſe Imperium anno octavo Childeberti Regis, idemque (*b*) ſuperius tradit, eo anno ultimum Janaarii fuiſſe Domini cum diem, quo Dominicalis littera fuit, C, quam manifeſtum eſt cadere in annum quingenteſimum octogeſimomtertium, non autem in præſentem anoum quingeoteſimum octogeſimumſextum, quo fuit littera Domioicalis non, C, ſed, F; evidentiſſima ratione oſtenſum eſt, non boc anno octogeſimo ſexto, ſed octogeſimotertio poſt quingenteſimum, Mauritium imperare cœpiſſe. Qua pariter ratione, nullum in textum irrepiſſe errorem invenies, de quo erat ſuſpicio, apud S. Gregoriom; dum in Regeſto, initio libri ſecundi, annotatum eſt, Indictione decima, & ſecundo aono Pontificatus ſancti Gregorli, ſive Chriſti unno quingenteſimo nonageſimoprimo fuiſſe ſeptimum annum Conſulatus, ſeu poſt Conſulatum Mauritii; ubi ſi recurrimus ad eumdem annum Conſulatus, quem certum eſt omnium ſententia incidiſſe uono ſecundo ejus Imperii; dieere neceſſario opus eſt, eumdem Mauritium regnare cœpiſſe anno quingenteſimo octogeſimotertio, qui Coosulatum geſſit anno ſequentl, nempe octogeſimoquarto. Quamobrem errore correcto, numeretur iſte Mauritii tertius, cujus primus numerandus fuerat aono Chriſti quingenteſimo octogeſimotertio. Ad hæc confirmandu accedit, qood cum conſtet ex Mauritiana hiſtoria auctore Theophilacto antiquitus ſcripta, Mauritium impetaſſe annos decem & novem, vigeſimo inchoato; & certum ſit tempus obitus ejus & ingreſſum Phocæ accidiſſe nimirum anno Chriſti ſexcenteſimoſecundo: utique affirmandum eſt, imperare cœpiſſe uono Chriſti quingenteſimo octogeſimotertio, & Conſulatum ioiiſſe octogeſimo quurto. ☞ Sed undi do Tiberii obitus tempore ejuſque virtutibus quæ Gregorius habet: (*c*) *Hoc anno* octavo ſcilicet Childeberti Regis Francorum, *Tiberius imperator migravit e ſæculo, magnam luctum relinquens populis de obitu ſuo: erat enim ſummæ bonitatis, in eleemoſynis promptus, in judiciis juſtus, in judicando cautiſſimus, nullum deſpiciens, ſed omnes in bona voluntate complectens: omnes diligens, ipſe quoque diligebatur ab omnibus, &c.* Pergit nartare de ſubſtitutione Mauritii; ſed ea petemus a Græcis.

(*a*) Gregor. l.6. c.10.
(*b*) Idem l.6. c.25.
(*c*) Greg. Tur. hiſt. Franc. l.6. c.30.

XI. Mauritius Cæſar creatus.

Quod autem de menſe quo obiit nulla ſit inter ſcriptores controverſia, de die tamen haud verum eſſe reperitur, quod traditur ad quartum Idus Auguſti eumdem eſſe defunctum: ſiquidem tertio Idus Auguſti reperitur data pragmatica ſanctio ejuſdem Tiberii de confirmatioue eorum quæ ſtatura eſſent a Juſtino de filiis colonorum & liberorum in Africa, inſtante Publiano Epiſcopo Carthagioenſi; ad cujus finem hæc leguntur: *Data tertio Idus Auguſti Conſtantinopoli, Imperii D. N. Tiberii PP. Aug. anno octavo* (ex quo videlicet eum Juſtioo imperare cœpit) *& poſt Conſulatum ejus anno tertio, & R. S. Nob. Tiberii Mauritii feliciſſimi Cæſaris anno primo.* Hæc ibi in editione Juliani Anteceſſoris, ex qua corrigas ubi apud alios legitor, loco Mauritii, Mareii. Habes præterea, non Imperatorem a Tiberio Mauritium eſſe creatum, ſed Cæſarem; oomenque Imperatoris nonniſi poſt Tiberii mortem accepiſſe: Cæſar eoim vocatus tantum dum Tiberius ſupervixit, licet diademate fuerit coronatus.

Maurinos Cæſar creatus.

XII. Ioterfuiſſe autem ſolemnibus iſtis Joaonem Conſtantinopolitanum Epiſcopum, Nicephorus (*d*) tradit, habitamque affirmat brevem orationem a Joanne rethore Quæſtoris munere inſignito, nomine Tiberii ad Mauritium, his verbis: *Tu vero, Maurici, pulcherrimum mihi epitaphium Imperium tuum facere perge, & ſepulcrum meum virtutibus tuis exorna, neque ſpem eorum qui tibi concrediti ſunt per dedecus fallens, neque virtutes ipſa tuas oblivioni tradeas, & veluti priſtinam animi tui generoſitatem fugiens. Proinde poteſtatis inſolentiam ratione fac frænes, & philoſophiæ artibus ſapienter potentiæ ſcapham gubernes. Imperium namque res eſt quædam ſublimis & excelſa, in altum quæ ei inſidet ſuſtolleus, & recte cogitata excutiens. Minime vero opinionem eam, quod prudentia omnibus ante eas, concipe; quamvis fortuna, qua tibi ſublimis contigit, omnes ſuperas. Porro civium & ſubjectorum benevolentiam potius quam metum fac conſecteris: & objurgationem magis, perinde atque magiſtratum quemdam, quam aſſentationem complectere. Poteſtas namque res eſt quædam, quæ admoneri docerique nolit, & caſtigationem ægre ferre. Ante oculos tuos aſſiſtens juſtitia excubet, quæ vitæ noſtræ actionum remunerationem pro ſumma ſua poteſtate conſtituit.*

(*d*) Niceph. l.18. c.6.

XIII. *Purpuram perinde atque vilem pannum tibi injectam eſſe per philoſophiæ ſtudium exiſtima: coronam autem, qua caput tuum cinctum eſt, nihil a lapillis qui circa marinum littus fluctibus abluuntur, differre puta. Iſte purpuræ flos, qui ſubtriſtior eſt, exhortari mihi principes videtur, ut moderationem animi in rebus ſecundis ſervare aſſueſcant; neque nimium lætentur, aut luctuoſa iſta monarchiæ*

ſtola

*stola superbiant: Imperii siquidem sceptrum non immoderatam potestatem, sed splendidam potius servitutem exercere admonet. Ira imperet humanitas & misericordia, arrogantiæ autem timor. Nam & apibus natura duces dedit, eorumque regem aculeo quasi quodam spontaneo & naturali potestate armavit, ut pungere otium eum possit, qui legitime non paruit: sed apes minime tyrannicum, verum communis utilitatis commodum & justum aculeum habet. Itaque ejus saltem crimus imitatores, si quidem ratio ipsa consilia meliora subjicere non valent. Ego quidem hæc ad te veluti productor tuus ac parens. Consilii autem nostri judicem habebis potestatem ab affectione omni & muneribus incorruptum, simul & virtutes ipsius remunerantem, & vitia coercentem.*

XIV. *Cum igitur Imperator finem orationis fecisset, cives & subditi propter dolorem quo afficiebantur, multam vim lacrymarum profuderunt. Deinde sublatum Imperator coronam & purpureum chlamidem Cæsari circumdedit. Ibi tum subditorum acclamationes, gratulationesque exorta: partim tam commodi consilii auctorem, partim ipsum renunciatum Principem propter eas quibus se dignum Imperio præstiterat virtutes admirari. In primis vero laudibus eorum rerum omnium conciliatorem, qui universa commodissime dispensat, extulerunt. Ubi vero in hunc modum Mauritius Imperatoriis cæremoniis Princeps est declaratus, Imperator ipse in lecto suo repositus, in somnis viri speciem ea forma, quæ neque verbo neque scripto exprimi queat, & veste tam candida ut tabernaculum ejus illustraret, vidit. Vir is, manu protensa, talia verba ad eum præfatur: Hæc tibi, Tiberi, ter sanctum numen renunciat: Tyrannis impia Imperii tui * temporibus non extabunt. Postquam autem evigilavit, somnum illud amicis exposuit. Legibus deinde naturæ quamvis Imperator esset obsecutus, terrenam tunicam deposuit, anima autem velut umbraculum quoddam relinquente ad sedes superas evolante. Imperio Tiberius cum Justino tribus, solus autem quatuor annis præfuit: qui postquam Imperatorum sepulcro repositus est, homines omnes ad Mauritium perinde atque satellites conversi, & lacrymæ quibus Tiberii funus prosecuti fuerunt, eo ipso die restinctæ sunt. Non enim homines tantum præteritorum meminisse, quantum præsentia curare & colere solent.* Hucusque Nicephorus.

De visione ostensa Tiberio.

* sui.

XV. Quod autem ad ostensum visum in somnis Tiberio pertinet: non ad Mauritium referri potest, cujus tempore Phocas insurgens in ipsum ejusque filios tyrannidem diram exercuit; sed dictum existimari debet de Tiberio ipso, eum nimirum fore post obitum consecuturum Imperium pacificum atque perenne, ubi nullus esset timendus, qui illud auferret tyrannus, cæli videlicet principatum, in quo cum Christo regnant omnes Sancti ejus.

XVI. Martyres sub Tiberio.

Antequam vero ad ejus successorem Mauritium veniamus, hic de aliquot sanctis martyribus intexenda narratio est, qui hoc Tiberii Augusti tempore cæsi a barbaris in extremis Ægypti partibus consecuti sunt coronam martyrii. Rem gestam autem apud Sophronium ita habes fideliter enarratam (a): *Temporibus Imperii Tiberii fidelissimi Cæsaris ascendimus Oasim, vidimusque magnum illic in divinis rebus monachum, genere quidem Cappadocem, nomine autem Leonem. De hoc multi multa digna admiratione narrabant nobis. Nos autem ad illius pertingentes familiare colloquium, magnumque experimentum capientes sancti hujus viri, magnifice ædificati sumus, & maxime in humilitate ejus & silentio, & nuditate rerum omnium, & charitate quam ad omnes habuit. Dicebat ergo semper venerabilis senex: Credite mihi, filii, quia regnare habeo. Nos autem dicebamus ei: Crede nobis, Abba Leo, quia nullus ex Cappadocia umquam regnavit, importunam ergo habes istam cogitationem. Ille vero rursus dicebat: Veraciter, filii, regnare habeo. Nemo autem poterat eum ab hac cogitatione removere.* Ut qui jam divinitus accepisset se in servum vendendum, atque corona martyrii coronandum. Pergit auctor:

(a) Prat. Spir. c. 112.

XVII. Barbarorum grassatio in SS. Monachos.

*Cum autem venisset Mazices, & universam provinciam illam devastasset, ac diripuisset: venerunt & in Oasim, & monachos quidem plures occiderunt, plurimosque captivos duxerunt: inter quos acceperunt & Abbatem Joannem (fuerat autem hic lector magnæ Constantinopolitanæ Ecclesiæ) & Abbatem Eustathium Romanum, & Abbatem Theodorum Ciliciem (erant autem tres infirmantes). Cum ergo vincti fuissent, ait Abbas Joannes barbaris: Ducite me in civitatem, & faciam ut Episcopus det pro nobis numismata viginti quatuor. Accepit ergo illum unus ex barbaris, & duxit prope civitatem. Ingressusque est Abbas Joannes ad Episcopum: inventus est autem in urbe & Abbas Leo & alii quidam Patrum, atque ideo tenti non fuerant. Ingressus igitur Abbas Joannes cœpit orare Episcopum, ut barbaro numismata daret. Episcopus autem non plura quam octo numismata habere inventus est. Voluerunt ergo dare barbaro octo numismata, & noluit accipere, dicens: Aut viginti quatuor numismata præbete mihi, aut monachum date.*

XVIII. *Coacti sunt qui erant in civitate rursum Abbatem Joannem dare barbaro flentem & ejulantem. Adduxit autem illum*

in

Leonis Abbatis martyrium. *in sua tabernacula barbarus. Post tres autem dies sumptis octo numismatibus Abbas Leo in eremum exiit, ubi erant barbari, uravitque illos, dicens: Accipite me cum octo numismatibus, & tres illos dimittite, qui infirmi sunt, neque pergere per eremum possunt: nam interficietis eos, & detrimentum patiemini: ego vero sanum sum, & serviam vobis. Tunc barbari acceperunt Abbatem Leonem & octo numismata, & dimiserunt illos tres. Abiit ergo Abbas Leo usque ad quemdam locum: & cum præ debilitate pergere ultra non posset, barbari decollaverunt eum: implevitque Abbas Leo scripturam dicentem* (a) *Joan. 15.* *(a): Ut ponat animam suam quis pro amicis suis, majorem hac dilectionem nemo habet. Tunc nos quoque cognovimus quidnam esset quod dixerat: Quia regnare habeo. Veraciter enim regnavit, quia posuit animam suam pro amicis suis.* Hucusque apud Sophronium de martyribus monachis sub Tiberio Imperatore.

XIX. Sed & de his opportune adiicimus, quæ itidem paulo post, imperante Mauritio, rursum barbarorum incursione contigisse idem auctor tradit his verbis (b): (b) *Prat. Spir. c. 155.* *Dicebat & hoc nobis de Abbate Nicolao Abbas Jordanes: Narravit (inquit) senex, quia imperante fidelissimo Imperatore Mauritio, quando Namanes Sarracenorum nationis Dux prædam cepit: cum circuirem ego per Arnonem & Aidonem, aspicio Sarracenos tres habentes secum unum adolescentem valde formosum annorum ferme viginti vinctum atque captivum. Ut ergo vidit me adolescens, flere cœpit, & orare ut ab eis illum acciperem. Ego autem Sarracenos rogare cœpi, ut dimitterent eum. Unus autem illorum sermone respondit Græco, & ait: Non dimittemus eum. Et ego rursum illis dixi: Accipite me, & hunc dimittite, quia fatigationem non sustinet. Ait mihi & ipse rursum: Non dimittemus eum. Dixi eis tertio: Vel pretium pro illo non* Sarraceni male pereunt. *accipitis? Date mihi illum, & quicquid petieritis, ego afferam vobis. Respondit: Non possumus tibi dare illum: sacerdoti enim nostro promisimus, quia si quid pulchrum ceperimus, offeremus illud ei, ut ipsum in sacrificium offerat: sed vade jam: nam si moram feceris, caput tuum in terram projiciam. Tunc prostratus ego humi dixi: Salvator noster Christe Deus salvum fac servum tuum. Et continuo tres Sarraceni dæmonio repleti evaginatis gladiis se ipsos conciderunt. Assumensque ego adolescentem, in speluncam meam refovi illum: qui noluit discedere a me, sed renuncians sæculo, cum septem annos implesset in habitu monastico, requievit: erat enim genere Tyrius.* Hæc ibi: sed ad Mauritium redeamus.

Mortuo igitur Tiberio Imperatore, Mauritius liberas regiminis habenas moderatur: de cujus in Imperium progressu habet ista Gregorius (c), personam faciens: XX. *Respondebit* (inquit) *Christus dicens: Ego te de Notario Comitem excubitorum, de Comite excubitorum Cæsarem, de Cæsare Imperatorem, nec solum hoc, sed etiam patrem Imperatorum feci.* (c) *Greg. l. 4. ep. 61. Indict. 12.* Hæc ipse; sed miror quod nihil de castrensi militia attingens tantum qui forensis militiæ ejus fuerint magistratus, cum tamen constet ex castrensibus rebus bene gestis judicatum esse dignum Imperio. Mauritio nuptui tradita filia Tiberii Imp. Non omittendum de Mauritio illud ipsi Tiberium filiam suam nominatam Constantinam, sive (ut alii habent) Constantiam in matrimonium collocasse eo tempore cum jam moriturus in lecto decumberet; de quo ista Evagrius (d): *Cum autem Tiberius jam prope ad extremum spiritum edendum veniret, Mauritio qui ad Imperium gubernandum jam elatus fuit, filiam Augustam collocavit in matrimonium, & Imperium pro dote tribuit.* (d) *Evagr. l. 5. c. 22.* Ac paulo post:

*Qui etiam ipsius nomina illis impertivit: siquidem Mauritium, Tiberium, Augustam Constantiam appellavit.* Et inferius: XXI. ubi nuptias solemni pompa celebratas descripsit, hæc de Mauritii moribus addit: (e) *His rebus confectis, Mauritius deinceps non corpus modo, verum etiam animum eximia purpura & corona vestivit.* (e) *Evag. l. 6. c. 1.* *Nam solus fere ex Imperatorum numero sibi ipsi imperare visus, & Imperator re vera factus, primo popularem perturbationum statum ex animo suo exegit: deinde statum optimatum in rationis domicilio constituens, vivum se virtutum exemplar præbere, quo subjectos ad se imitandum erudiret. Atque ista dicuntur a me quidem, non uti eum blanditiis & assentatione deliniam (cur enim, amabo hæc a me ad eum finem dicerentur, cum illa quæ ipse scripsi prorsus penitus ignoret?) sed quod tam dona a Deo tam munifice tributa, tum res quæ tam variis modis adeo prospere & feliciter acciderunt, ea ita se habere, liquido ostendunt quæ sane omnia ex animo & ingenue Deo accepta referre debemus.* Hæc Evagrius.

Cum autem omnium sententia constet Mauritium egregium omnium virtutum fuisse cultorem, potissimum vero observantissimum ipsius Catholicæ religionis cultus; XXII. Mauritius defensor Catholicæ fidei. testis est de hoc S. Gregorius in epistola ad Anastasium Antiochenum, ubi ait (f): *Omnipotenti Deo gratiæ sine cessatione exolvendæ sunt, & pro vita piissimi & Christianissimi domini nostri Imperatoris, & tranquillissima ejus conjuge & mansuetissima sobole semper orandum est, quorum temporibus hæreticorum ora conticescunt: quia etsi eorum corda in insania perversi sensus ebulliant, Catholi-* (f) *Greg. l. 7. ep. 47.*

ci

*ci tamen Imperatoris tempore, prava quæ sentiunt, eloqui non præsumunt.* Hæc Gregorius.

XXIII. *Mauritius litteras scribit ad S. Theodorum.*

Quod etiam ejusdem Mauritii magnam animi demissionem cum pietate commendat, illud ab eo specimen hoc anno editum legitur, quod ad sanctum Theodorum Archimandritam, a quo de Imperio, cum victor a Persis rediret, oraculum haud dubium acceperat, confestim litteras dedit, ab eodem preces exposcens: Gregorius enim sanctissimi viri discipulus, qui res ab eo gestas omni fide conscriptas posteris tradidit, hæc de his habet: Ubi defuncto Tiberio (*ut vir sanctus prædixerat*) *Imperium obtinuit, & ejus verborum memor, epistolam ad illum misit, rogans ut Deum pro se deprecaretur, ut Imperium in pace tueri posset & ab hostibus defendere, addiditque ut peteret si quid a se vellet. Sanctus autem Theodorus beatum Philumenum misit, & rescripsit Imperatori, ut in usus pauperum aliquid frumenti monasterio tribueret. Addixit igitur Imperator monasterio singulis annis tritici modios sexcentos, & poculum illi pro munere misit.* Hucusque Gregorius: reliquæ autem Mauritii res gestæ annis singulis ordine temporum narrabuntur.

XXIV. *Novus mittitur Apocrisarius Constantinop.*

Cum vere innotuisset Pelagio Romano Pontifici Mauritium Imperatorem post Tiberium coronatum, ex more novum ad eum misit Apocrisarium diaconum Cardinalem. Testatur id quidem sanctus Gregorius in epistola ad Eulogium. Fuisse vero illum sanctæ Romanæ Ecclesiæ Archidiaconum nomine Laurentium, idem Gregorius (*a*) testatur in epistola ad Joannem Constantinopolitanum Episcopum postea missa: qui, cum ipse Gregorius Pontifex creatus est, fuit ab eo ob delicta depositus, & in locum ejus subrogatus Honoratus, ut ex ipsius Gregorii Registro (*b*) colligi posse videtur.

(*a*) *Greg. l. 4. ep. 38. Indict. 13.*

(*b*) *Greg. epist. l. 1. in princ.*

XXV. *Greg. redit Romam cum SS. reliquiis.*

Gregorius igitur tempore Tiberii eo bene functus munere, illo defuncto, Romam reversus est & quidem magnis donatus muneribus, nempe sacrosanctis reliquiis Andreæ Apostoli, & Lucæ Evangelistæ, quas nuper tempore Justiniani refossas & honorificentiori loco reconditas vidimus. Quod enim (ut dictum est) erexisset in Urbe in Cælii montis regione ad clivum Scauri monasterium Gregorius sub titulo S. Andreæ, ejusdem Sancti reliquias sibi dari petiit ab Imperatore: quas & accepit insignes quidem, nempe brachium S. Andreæ cum capite S. Lucæ. Est de his in Vaticanis monumentis vetus assertio in priori pagina codicis signati numero centesimo quinquagesimotertio. Extat adhuc in eodem monasterio. S. Andreæ ipsum ejusdem Apostoli brachium argentea theca ornatum, quod certis diebus super altare primarium populo visendum & venerandum proponitur; caput vero sancti Lucæ in basilica Vaticana reconditum, ibi hactenus honorifice asservatur.

XXVI. *Gregorius scribit adversus schismaticos, petente Pelagio.*

Reversus S. Gregorius Romam, hoc otio bene usus est: nam quos inchoaverat Constantinopoli libros Moralium perficere laboravit, ut ipse testatur scribens ad Leandrum (*c*). Inserviisse postea Gregorium Romæ ipsi Pelagio Papæ in scribendo adversus schismaticos, proxime dicturi sumus. Simulac enim Romam rediit, adversus ingruentes ob capitula illa Tria schismaticos jussu Pelagii stylum exeruit. Eorum omnium (ut dictum est) caput fuit Aquileiensis Antistes Paulinus, posteaque ejus successor Elias, inde vero Severus. Vixisse autem in hunc usque annum tradunt (*d*) Eliam, ad quem coarguendum ipse Gregorius diaconus jussu Pelagii epistolam scripsit. Testatur id Paulus diaconus, ubi ait (*e*): *Pelagius Papa Eliæ Aquileiensi Episcopo nolenti Tria capitula Chalcedonensis Synodi suscipere epistolam satis utilem misit, quam beatus Gregorius, cum adhuc esset diaconus scripsit.* Hæc Paulus. Qui dum ait, nolentem Eliam suscipere Tria capitula Chalcedonensis Synodi redargutum a Pelagio Papa, minime quidem de Trium capitulorum quæstione visus est fuisse consultus: etenim illi se inter schismaticos collocarunt, qui cum universa Catholica Ecclesia (ut sæpe superius dictum est) recipiente Trium capitulorum damnationem ipsi eam ratam habere minime voluerunt, quos acerrime propugnarunt cum ipso Elia alii ejusdem Ecclesiæ Episcopi Aqui-

(*c*) *Greg. in fin. præfat. lib. Moral.*

(*d*) *Panv. Hieron. Rub. hist. Raven. l. 4.*

(*e*) *Paul. diac. de Gest. Longob. l. 3. c. 10.*

PAGIUS III. *S. Gregorius e Legatione sua Romam redux.*

Ad num. XXIV. & seq. *Sanctus Gregorius* Constantinopoli e Legatione sua reversus est sub finem anni DLXXXIV. aut initio anni DLXXXV. *Pelagius* enim II. Literis datis *IV. Non. Octob. Indictione tertia*, & a Baronio anno præcedenti num. XV. & seqq. recitatis eidem Gregorio mandat, ut quamprimum Presbyterum (qui Maximianus vocabatur) ad se venire jubeat; *Gregorius* autem cum eodem Presbytero Romam rediit, ut anno antecedenti exposuimus. Quare tunc, non vero hoc anno, *Pelagius* alium Apocrisarium Constantinopolim misit.

IV. *Pelagius II. Schismaticos Istriæ ad Ecclesiam reducere conatur.*

A num. XXVI. ad LXXXVIII. *Langobardi* Francorum Regis cum validissimis copiis adventum reformidantes, Inducias cum *Flavio Smaragdo Exarcho* statuere, quarum meminit Pelagius II. in prima Epistola ad Episcopos *Istriæ*; apud Baronium num. XXIX. Bellum adversus Langobardos susceperat *Childebertus* Rex anno Regni sui IX. ut testatur Turonensis lib. 6. cap. 42. qui ait, *Langobardis* multa ei munera dantibus in Gallias regressum esse. Quod cum accepisset *Mauricius*, & quod *Childebertus* cum Langobardis in pace conjunctus esset, pecuniam quam

quileienses, qui prærogativa sedis se duces schismaticorum exhibuerunt. Non ergo Elias schismaticas erat, quod nollet Tria capitula suscipere, sed quod damnationi eorum minime acquiesceret, ac pro illis pugnaret quæ tuenda susceperat. Sed & in eo corrigendus est Paulus (a), dum Eliæ obitum & successionem Severi ad illa refert tempora quibus S. Gregorius Augustinum in Angliam misit: cum id non solum auctoribus omnibus hoc anno ponentibus Eliæ obitum adversetur, sed & ipsi Gregorio id testanti, dum longe ante Augustini ad Anglos legationem susceptam, immo antequam ipse Gregorius esset Pontifex, Severum sedisse Aquileiæ significat litteris ad eum scriptis anno primo suo Pontificatu (b): utpote qui post litteras Pelagii Papæ nomine a Gregorio scriptas, ad unitatem se Catholicæ Ecclesiæ converterat, sed iterum se ab ea conscindens, ad schismaticos transfuga factus est: quo nomine ipso sui Pontificatus exordio idem Gregorius ipsum redarguit.

(a) Paul. diacon. l.3. c.22.

(b) Greg. l.1. ep.16.

XXVII. De epistola sive libro Pelagii Papæ ad Eliam. Quod vero ad dictam epistolam a Pelagio Papa missam ad Eliam Episcopum spectat ejusdem plane generis fuisse visa est, cujus erat epistola S. Leonis ad Flavianum, quæ cum epistolæ nomine scripta esset, eadem diceretur & tomus ob sui amplitudinem atque tractatum: nam & ipsa Pelagii epistola ab ipso S. Gregorio liber est nuncupata; de quo ad Hiberniæ Episcopos dum scribit, hæc habet (c): *Ut igitur de Tribus capitulis, animis vestris ablata dubietate, possit satisfactio abundanter infundi; librum quem de hac re sanctæ memoriæ decessor meus Pelagius Papa scripserat, vobis utile judicavi transmittere: quem si posito voluntariæ defensionis studio, puro vigilantique corde volueritis relegere, eum vos per omnia secuturos, & ad unitatem vestram * reversuros nihilominus esse confido.* Hæc Gregorius; cujus modestia commendatur, cum totum Pelagio tribuat, quod tantum ejus nomine scriptum esset nihil sibi arrogans laboris a se in eo scribendo suscepti. Quantæ autem esset efficaciæ liber iste, ex his quæ mox idem Gregorius subdit, intelligere possumus, ubi ait: *Porro si post hujus libri lectionem, in ea qua estis volueritis deliberatione persistere; sine dubio non rationi operam, sed obstinationi vos dare monstratis.* Hæc Gregorius ad Hibernos.

(c) Greg. l.2. ep 36. Indict. 10.

* nostram

☞ Porro dictam Pelagii epistolam, tomum, sive librum dictam ob sui prolixitatem, ad Episcopos Istriæ a S. Gregorio adhuc diacono scriptam, diu optatam, frustra quæsitam, Dei magno beneficio, post editionem septimi hujus & octavi etiam tomi, cum jam desperassemus omnino accepimus eam Parisiis missam a viro disertissimo mei amantissimo Nicolao Fabro, una cum aliis egregiis antiquitatis monumentis, suis a nobis locis in Annalibus intexendis, simulque duas alias ejusdem Pelagii Papæ, sive dixerimus Gregorii ab auctore qui scripsit denominando, epistolas breviores eodem argumento ad eosdem Istriæ schismaticos antea datas: quas omnes eodem quo scriptæ sunt ordine, hic tibi reddendas merito existimavimus. Pelagius enim ægre ferens tamdiu Istrios populos ab unitate Catholicæ Ecclesiæ schismate scissos, adhuc remanere disjunctos; Christi Redemptoris admonitione sollicitus, qua dixit Petro confirma fratres tuos: ad Eliam Aquilejensem Episcopum illorum antesignanum, simulque alios ejus collegas, factionis ejusdem complices hanc primam epistolam scripsit, quam missis ad hoc Legatis dedit. XXVIII.

*Prima Epistolæ Pelagii Papæ junioris ad Episcopos Istriæ.*

XXIX. Pelagii Pap. ad Istriæ Ep. epist. I. *Dilectissimis fratribus Eliæ aliisque Episcopis, universisque filiis Ecclesiæ Istriæ partibus constitutis, Pelagius Episcopus sanctæ Ecclesiæ Catholicæ Urbis Romæ.*

*Quod ad dilectionem vestram, fratres filiique carissimi, nostra tardius scripta dirigimus, non malevolæ voluntatis, aut dissimulationis vel negligentiæ fuisse credatur: sed sicut nostis, temporalis qualitas & hostilis necessitas hactenus impedivit. Nam sicut ait Dominus per Prophetam: (d) Numquid obliviscetur mulier filium uteri sui? Non ergo credatur nos viscerum nostrorum divisionem non cum gravi fletu ac gemitu doluisse: sed utinam, carissimi illuminet Dominus oculos cordis vestri, ut nostri cordis gemitus pro vobis videre possitis. Quis enim sicut ait beatus (e) Apostolus, infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non uror? Et alibi (f): Quia si patitur unum membrum, compatiun-*

(d) Isai. 49.

(e) 2. Cor. 11.

(f) 1. Cor. 12.



PAGIUS quam ei dederat, *ut Langobardos de Italia extruderet* repetiit, sed Childebertus nec responsum quidem pro hac re ei reddere voluit. Hæc secundum Turonensem anno DLXXXIV. qui nonus erat Childeberti Regis gesta. Et tamen Paulus Diaconus lib. 3. de gestis Langobard. cap. 27. postquam capite superiori de initio Regni *Autharis*, quod ad præsentem annum pertinet, ut anno superiori ostendimus, locutus est, eademmet narrat, & iisdem fere verbis, quæ Turonensis, ex quo multa exscribere solet. Sive itaque pax illa Francos inter & Langobardos anno DLXXXIV. sive currenti peracta fuerit, *Pelagius II.* quod jamdiu in votis habuerat, Italia bello liberata, Schismaticis ad Ecclesiam reducendis animum suum convertit. Quare *Redemptum* Episcopum, & *Quodvultdeum* Abbatem ad eosdem Legatos cum Lite-

*tiuntur omnia membra. Postea ergo quam Deus omnipotens pro felicitate Christianissimorum Principum per labores atque sollicitudinem filii nostri excellentissimi Smaragdi Exarchi & Chartularii sacri Palatii pacem nobis interim vel quietem donare dignatus est; cum omni sollicitudine festinamus præsentia ad vos scripta dirigere, hortantes & obsecrantes, ne in divisione Ecclesiæ ulterius quisquam studeat permanere. Nos enim secundum Evangelicam vocem studemus fraternitati ac dilectioni vestræ, in quantum fragilitas nostra sufficit, quæ nobis jussa sunt, cum sinceritate cordis humiliter exhibere. Nostis enim in Evangelio Dominum proclamantem* (a) *: Simon, Simon, ecce satanas expetivit vos, ut cribraret sicut triticum, ego autem rogavi pro te Patrem, ut non deficiat fides tua; & tu conversus confirma fratres tuos.*

(a) Luc. 22.

XXX. *Considerate, carissimi, quia Veritas mentiri non potuit, nec Fides Petri in æternum quassari poterit vel mutari: nam cum omnes Discipulos diabolus ad excribrandum poposcerit, pro solo Petro se Dominus rogasse testatur, & ab eo voluit ceteros confirmari: Cui etiam pro majore dilectione quam præ ceteris Domino exhibebat, pascendarum ovium* (b) *sollicitudo commissa est, cui & claves* (c) *Regni cælorum tradidit; & super quem Ecclesiam suam ædificaturum esse promisit, nec portas inferni adversus eam prævalere, testatus est. Sed quia inimicus humani generis usque in finem sæculi non quiescit in Domini Ecclesias bono semini superseminare zizania: ideoque ne forte quisquam maligno studio aliqua de fidei nostræ integritate, diaboli instigatione fingere præsumpserit & argumentari, & ex hoc vestri fortasse videantur animi perturbari; necessarium judicavimus per præsentem epistolam nostram, & ad viscera vos matris Ecclesiæ ut reverti debeatis, cum lacrymis exhortari, & de fidei nostræ integritate vobis satisfactionem nostram mittere: quatenus nulla possit in cordibus vestris de nobis remanere suspicio, ut in divini tremendique Judicii die de taciturnitate mea reus inveniri non possim.*

(b) Joan. 21.
(c) Mat. 16.

XXXI. *Nos enim illam fidem prædictam tenemus, & cum omni puritate conscientiæ usque ad sanguinis effusionem defendimus, quæ ab Apostolis tradita, & per successores eorum inviolabiliter custodita, reverenda Nicæna Synodus trecentorum decem & octo Patrum suscepit atque * reliquit in Symbolum, sed & Constantinopolitana centum & quinquaginta Patrum sub pia memoria Theodosio seniore Principe factam; etiam Ephesina prima, cui præsedit beatæ recordationis prædecessor noster Cælestinus Romanæ Urbis Antistes, & Cyrillus Alexandrinæ Episcopus; sed & Chalcedonensis sexcentorum triginta Patrum, quæ sub pia memoria Marciano Imperatore convenit, cuique sanctæ recordationis Papa Leo per Legatos vicarios suos præsedit; & ut diversarum hæresum damnanda exigebat adversitas, eamdem Fidem uno eodemque sensu * clamanter latius ediderunt. Sed & epistolam prædictæ beatæ memoriæ Leonis ad Flavianum Constantinopolitanum Episcopum datam, quæ & Tomus appellatur, per omnia veneramur, tenemus, defendimus; atque secundum ejus tenorem, adjuvante Domino, prædicamus. Et sicut prædecessor noster sæpedictus beatæ memoriæ Papa Leo Synodum Chalcedonensem suscepit atque firmavit; ita & nos per omnia, operante divina gratia, veneramur, custodimus, atque defendimus.*

* redegit.

* clamantes.

XXXII. *Si quis autem contra hanc Fidem aut sapit, aut credit, aut docere præsumit; secundum eorumdem Patrum sententiam, damnatum atque anathematizatum esse cognoscat. Non ergo patiamini falsis suspicionibus, aut rumoribus denuo agitari, & in divisione Ecclesiæ malorum hominum persuasionibus (quod avertat Dominus) remanere. Quid enim vos a sanctæ Ecclesiæ unitate divisistis? quando nihil novi, nihil (quod absit) contrarium in dicta Ecclesia prædicari cognoscitis vel teneri; sed unam eamdemque Fidem quæ ab Apostolis tradita, & a sanctis Patribus & prædictis quatuor Synodis explanata atque confirmata dignoscitur, sincerissime teneri atque defendi modis omnibus comprobatur. Ubi ergo de Fidei firmitate nulla vobis poterit quæstio vel su-*

*spi-*

PAGIUS teris misit, ut rogati ad pacem venirent. Erat *Redemptus* Episcopus Ferentinus, ut liquet ex verbis Sancti Gregorii lib. 3. Dialog. cap. 38. a Baronio anno DLXVII. num. XIII. recitatis. Literarum Pelagii hæc erat inscriptio: *Dilectissimis fratribus Eliæ, aliisque Episcopis, universis filiis in Ecclesia Istria partibus constitutis Pelagius Episcopus S. E. Catholicæ Urbis Romæ. Quod ad Dilectionem vestram*, &c. apud Baronium a num. XXIX. ad XXXVI. recitata.

V. *Elias* ac collegæ *Pelagii* Legatione audita, tantum abest, ut a diuturno schismate discesserint, ut & ipsi cum Literis Nuncios Romam miserint, intolerenda superbia mandantes, ut Literis Papæ datis ne verbum quidem adderent. Non despondit animum *Pelagius*, sed, ut aberrantes oves ad Domini caulam revocaret, iterato ad eosdem scripsit. In iis autem Literis, in quibus Nunciorum ad se ab Istris missorum mentio fit, Schismaticos iterum hortatur *Pelagius*, ut suorum quosdam Romam mittant, vel Ravennam saltem, ut *illic*, inquit, *Ravennæ fiat congregatio Sacerdotum, quo nos etiam qui loco nostro intersint Dignitate propitia dirigemus*. Recitat eam Epistolam Baronius a num. XXXVII. ad XLIV.

*Eos Pelagius semel & iterum hortatur, ut ad Ecclesiam redeant.*

Schis.

*spicio generari: in unitate Fidei atque in sinu sanctæ matris Catholicæ & Apostolicæ Ecclesiæ permanete. Si quid forte causa est, unde vestri scandalizati animi videantur: manentes in unitatis caritate, eligite de fratribus ac filiis nostris, quos ad nos * inquirendo de quibus movemini, transmittere debeatis; & parati sumus secundum præceptionem* (a) 1. Pet. 3. *(a) Apostolicam, & cum caritate eos suscipere, & cum humilitate ad placita satisfactionis reddere rationem: & sine aliquo impedimento cum omni dilectione, quando reverti voluerint, voluntatem sincerissima relegare.*

* in quærendo.

XXXIII. (b) Coloss. 2. *Audiamus autem Doctorem (b) Gentium clamantem: Sicut accepistis, Christum Jesum Dominum, in ipso ambulate, radicati & superædificati in ipso; & confirmati in fide, sicut didicistis, abundanter in gratiarum actione. Videte ne quis vos decipiat per philosophiam & inanem fallaciam; nec ad contentionem aut superfluas quæstiones vestra ulterius studia convertantur. Vocem ejusdem Apostoli cum humilitate cordis attendite; sic enim scribens ad Timotheum ait* (c) 2. Tim. 2. *(c): Stultas autem & sine disciplina quæstiones devita, sciens quia generant lites: servum autem Domini non oportet litigare.* (d) 1. Cor. 11. *Et iterum ad Corinthios (d): Si quis autem videtur inter vos contentiosus esse: nos talem consuetudinem non habemus, neque Ecclesia Dei. Et iterum post alia: Non est Deus dissensionis, sed pacis.*

XXXIV. *Considerate ergo, quia quicumque in pace & unitate Ecclesiæ non fuerit; Dominum habere non poterit. Item ad Gala-* (e) Gal. 3. *tas (e) scribens ait: Qui ex fide sunt, hi sunt filii Abrahæ. Providens autem scriptura, quia ex fide justificat Gentes* (f) Gen. 22. *Deus, prænunciavit (f) Abrahæ, quia benedicentur in te omnes Gentes. Igitur qui ex fide sunt, benedicentur cum fideli Abraham. Quam ergo excusationem apud Dominum post præsentem satisfactionem nostram habere ulterius potestis, quando nulla vobis de fidei nostræ sinceritate & puritate contraria suspicio remanebit? Audite protestantem & commonentem eumdem Apostolum* (g) 1. Cor. 15. *(g): Nolite seduci, corrumpunt mores bonos colloquia mala. Non ergo circumveniamur a satana, non enim ignoramus cogitationem ejus. Cum dilectione ergo fraterna & humilitate Deo placita, si cujus forte animi scandalizari videntur in aliquo, manens in unitatis caritate, perquirat, atque cognoscat. Nam sicut beatus Jacobus Apostolus ait (h): Ubi zelus & contentio,* (h) Jac. 3. *ibi & inconstantia & omne opus pravum. Et iterum Doctor Gentium (i): Quis vos* (i) Gal. 5. *impedivit, caritati non obedire: persuasio hæc non est ex eo qui vocavit vos, modicum fermentum totam massam corrumpit. Et alibi (k): Ego confido in Domi-* (k) Ibid. *no, quod nihil aliud sapiatis: qui autem conturbat vos, portabit judicium quicumque est ille. Et in subsequenti ait: Utinam abscindantur qui vos conturbant. Et* (l) Ibid. *rursum admonens dicit (l): Quod si invicem mordetis & comeditis, videte ne ab invicem consumamini. Et iterum (m):* (m) Ephes. 3. *Si spiritu vivimus, spiritu & ambulemus: non efficiamur inanis gloriæ cupidi, invicem provocantes, invicem invidentes: Alter alterius onera portemus, & sic adimplebimus legem Christi. Et alibi idem Apostolus (n): Flecto genua mea ad Do-* (n) Ephes. 4. *minum Patrem Domini nostri Jesu Christi, ex quo omnis paternitas in cælis & in terra nominatur, ut det vobis secundum divitias gloriæ suæ virtutem, corroborari per Spiritum ejus in interiorem hominem, habitare Christum per fidem in cordibus vestris, in charitate radicati & fundati, ut possitis comprehendere cum omnibus Sanctis. Et post alia: Obsecro itaque vos ego vinctus in Domino, ut digne ambuletis in vocatione qua vocati estis, cum omni humilitate & mansuetudine, cum patientia supportantes invicem in charitate, soliciti servare unitatem spiritus in vinculo pacis. Unum corpus & unus spiritus, sicuti vocati estis in una spe vocationis vestræ. Unus Dominus, una fides, unum baptisma, unus & Pater omnium, qui super omnia & per omnia, & in omnibus nobis. Et dum tales exhortationes Apostolicas habeamus: quis nos separabit a caritate, quæ est in Christo Jesu Domino nostro? Si enim cum humilitate & fletu diligenter intendimus: consideramus & intelligimus quod ille sit insidiator noster, de quo dictum (o) est:* (o) 1. Pet. 5. *Quia adversarius vester diabolus, sicut leo rugiens circuit quærens quem devoret; cui secundum ejusdem Apostoli exhortationem, cum omni nos concordia & unitate in fortitudine fidei resistere atque obviare necesse est. Exemplo enim o-*



PAGIUS VI. *Sed nihil proficit.* Schismatici his Literis acceptis errorem suum defendere non destitere, ideoque *Pelagius*, tertio prolixa ad eosdem data Epistola eos monuit, scripsitque, nihil per Concilium V. Synodum Chalcedonensem, quod ad fidei decreta spectat, læsam fuisse, initio per *Vigilium* Papam Apostolicam Sedem noluisse Tria Capitula damnare, quæ tamen, causa postea diligentius discussa, *Vigilio* eodem auctore proscripsit, ibique *Theodorum* hæreticum ex Sanctis Patribus ostendit, ac *Theodoreti* libros contra Sanctum Cyrillum, itemque Epistolam *Ibæ* omnino damnandam esse demonstrat. Legenda hæc tertia Epistola apud Baronium a numero XLIV. ad LXXXVII. Porro omnes illæ *Pelagii* II. Epistolæ Notis temporariis carent. Hoc tamen anno videntur datæ.

*mnes didicimus, carissimi fratres ac filii, quanta mala quantaque flagella divisionem Ecclesiæ fuerint subsecuta. Unde in ipsius misericordia, licet indigni, confidimus, quia si Ecclesiam suam adunare atque pacificare concesserit, omnia a nobis quæ pro delictis nostris suscepimus flagella, celerius removentur; & unitas ac firmitas pacis Ecclesiæ pacem nobis & temporalem obtinet & æternam.*

XXXV. *Tantummodo rogamus, & obsecramus, & per divinum vos tremendumque Dei judicium obtestamur, ubi sibi nullus hominum poterit argumentis vel excusationibus subvenire; ne alterius per vos Dei dividatur Ecclesia, sed hæreditatem Domini communi possideamus & teneamus studio. Quæ autem sit ejus hæreditas, ipsius verba quæ ad discipulos dicta sunt, audiamus (a): Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis. Et iterum: (b) In hoc cognoscent omnes, quia mei estis discipuli, si dilectionem habueritis ad invicem. Idipsum autem, sicut ait: (c) Vas electionis, dicamus omnes, & non sint in vobis schismata: simus autem perfecti in eodem sensu & in eadem scientia, ut in sinum matris Ecclesiæ congregati efficiamur unus grex, atque sub Christi pastoris custodia ab omnibus externis internisque hostis insidiis ejus protectione atque defensione servemur illæsi. Hæc autem ad vos direximus per fratrem & Coepiscopum nostrum Redemptum & Quodvultdeum Abbam monasterii majoris basilicæ beati Petri Apostoli: quos vestra dilectio & complacita Deo charitate suscipiat, & ad nos cum unitatis vestræ gaudio sine mora reverti dimittat; quatenus cognoscentes dilectionem atque obedientiam charitatis vestræ cum sanctis Angelis communiter atque veraciter dicere mereamur (d): Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.* Hactenus Pelagii Papæ epistola per Legatos missa, qua instar amantissimi Patris perditos filios studuit in domum paternam revocare; & oves errantes, ut vigilantissimus pastor, ad gregem sollicita cura reducere. Sed frustra: siquidem illi obdurato magis corde resilierunt, nihil pacificum, humanumve, ut par erat, ad Pelagium Pontificem rescribentes; sed adversaria ac contradictoria potius scripta protervo animo, pertinaci spiritu, superba intentione, atque arroganti fastu misere per suos nuntios ad hoc delectos.

(a) Jo. 14.
(b) Jo. 13.
(c) 1. Cor. 1.
(d) Luc. 2.

XXXVI. Cum tamen nec sic quidem Pelagius Papa despexit furentes illos, & multa febre phreneticos delirantes; sed de adhibendis medicamentis ægrotantibus majori cura solicitus, quam inepte, quam stulte deviantes a veritate suae illi contradictiones opposuissent, ostensurus; primum missos ab eis nuntios, voluit prodictis ex Apostolicis scriniis rerum gestarum exemplaribus reddere certiores, inde per litteras rursum eosdem schismaticos Episcopos admonere, arguere, rogareque demum, ut aversione contentiosa deposita, ad sinum parentem, eosque expectantem sanctæ matris Ecclesiæ properarent: invitans eos ad Concilium sive Romæ, sive potius Ravennæ ob majorem ipsorum commoditatem habendum. Epistola autem sic se habet ab eodem Gregorio diacono (ut idem communis utriusque præsefert stylus) conscripta.

Secunda epistola Pelagii Papæ ad Episcopos Istriæ.

*Dilectissimis fratribus Eliæ vel aliis Episcopis Istriæ, Pelagius Episcopus.*

XXXVII. Pelagii Pap. ad Istriæ Episcop. Epist. II.

*Dilectionis vestræ per eos quos direxistis scripta suscepimus, relectisque his, gravi sumus mœrore & dolore perculsi: cum neque hic, quæ nos vobis scripsimus respondistis, neque ut fraternam decuerat charitatem, fidei nostræ satisfactione suscepta ad unitatem Ecclesiæ revertendi obedientiam commodastis; postremo nec eos aliter qui venerunt dirigere voluistis, ut apertissimam, lucidissimamque satisfactionem se paterentur accipere: sed scripto nobis quasi capitulare, vel interdictum potius ostenderunt, nihil injunctum sibi a vobis aliud asserentes, nisi ut vestræ tantummodo essent portatores epistolæ. In qua tamen nullam rationis satisfactionem quæsisse vos legitur, sed velut judicatum quod nobis expressisset: quod quam pravum sit, quam injustum, Patrumque regulis inimicum, si volueritis ad cognitionem veritatis accedere, splendidissime cum divino auxilio potestis addiscere. Unde nos cum Propheta lacrymabiliter convenit exclamare (e): Obmutui, & humiliatus sum, & silui a bonis, & dolor cordis mei renovatus est. Renovatus est dolor cordis nostri, quando diuturnæ divisionis scandalum minime tanto fidei fulgore superatur; maxime quia pravorum hominum persuasione decepti, scripta nobis diversis infecta contagiis direxistis: & quod in epistolis Patrum quædam testimonia non incongrua solum, sed nec ad causam pertinentia tentastis inserere, ita ut nec ordinem testimoniorum, qui in ipsis epistolis Patrum legitur, servaretis: quippe ut quod scriptum nomine alterius fuerat, alterius nominis titulo promeretur. In quo evidenter dictum vobis Apostolicum (f) constat aptari: Nescientes neque de quibus dicunt neque de quibus affirmant.*

(e) Psal. 38.
(f) 1. Tim. 1.

XXXVIII. *Quod quidem non vestræ malitiæ vel calliditati credimus adscribendum, sed veneno hostis malignissimi perspicimus exquisitum; qui zizania seminare per vestra usque in finem sæculi, in Dei Eccle-*

*sia*

sia non quiescit. Ex quo intelligimus, fraternitatem vestram epistolas, de quibus posuistis testimonia, non legisse: neque enim si vobis eorum scriptura constaret, illa quæ apertissime pro fidei tantummodo causa sunt posita, aliis congruere fingeretis. Propter quod ab errore divisionis in quem falsis opinionibus incidistis, hortor & opto vos celerius revocari: & non (sicut scriptum (a) est) jugum cum infidelibus ducere; sed illi iterum jugo mansueta colla submittere, de quo ipse Dominus dicit: (b) Jugum enim meum suave est, & onus meum leve est: quod nullo modo poterit quis, vel ferre vel discere, nisi eidem jugo charitatis vinculis fuerit subjugatus, ipsi oneri per dilectionem quippe ut spiritali sarcinæ mentes, humeros, viresque subdiderit. Sicut namque animositas abscissionis intellectum facit per superbiam colligare, ita recuperatæ caritatis humilitas mentes in unitate fidei perseveranter ad cognitionem veritatis illuminat.

(a) 2. Cor. 6.
(b) Mat. 2.

XXXIX. Propter quod præsentium portatoribus, quos fraternitas vestra direxit, & ex codicibus, & ex antiquis polypticis scrinii sanctæ Sedis Apostolicæ relecta sunt aliqua, quibus evidenter apparet, nihil eorum in vestra posuistis epistola, causa trium Capitulorum, convenire ullatenus, aut verisimiliter coaptari. Ideoque necesse est, vos omnes epistolas synodales sollicite vigilanterque percurrere, ut evidentius agnoscatis, quia sancti Patres nihil aliud de Chalcedonensi Synodo in suis epistolis firmaverunt, nisi ut inviolabilis fides definitio servaretur. Nam ad eandem Synodum confirmandam beatæ recordationis prædecessor noster Papa Leo scribens inter alia sic ait: Ne ergo per malignos interpretes dubitabile videatur, utrum quæ in synodo Chalcedonensi per unanimitatem vestram de fide statuta sunt, approbarim; hæc ad omnes fratres & Coepiscopos nostros, qui prædicto Concilio interfuerunt scripta direxi, quæ gloriosissimus & clementissimus Princeps, sicut postulavi, in notitiam vestram mittere, pro Catholicæ Fidei amore dignabitur: ut & fraterna universitas, & omnium fidelium corda cognoscant, me non solum per fratres, qui vicem meam executi sunt, sed etiam per probationem gestorum Synodalium, propriam vobiscum unisse sententiam; in sola videlicet fidei causa (quod sæpe dicendum) propter quam generale Concilium & ex præcepto Christianissimorum Principum, & ex consensu Apostolicæ Sedis placuit congregari.

XL. Sed ne forte animis vestris aliqua adhuc videatur quæstio aut dubietas remanere, apertius quæ ad Maximum Antiochenæ Ecclesiæ Antistitem scripserit, pariter curavimus indicare. Post plurima itaque sic ait; Si quid sane ab his fratribus, quos ad sanctam Synodum vice mea misi, præter id quod ad causam fidei pertinebat gestum esse perhibetur, nullius erit firmitatis: quia ad hoc tantum ab Apostolica Sede directi sunt, ut excisis hæresibus, Catholicæ essent Fidei defensores. Quicquid enim præter speciales causas synodalium Conciliorum ad examen Episcopale defertur, potest dijudicandi habere rationem, &c. Ecce sicut superius dictum est, cognoscitis, fratres carissimi, nihil aliud sæpefatum prædecessorem nostrum, quam ea quæ de fidei firmitate definita sunt, confirmasse: quod pene in omnibus epistolis ejus, si volueritis, plenius potestis cognoscere. Nam privatas causas quæ illic post definitionem fidei actæ sunt, non solum minime confirmavit, sed & retractari atque dijudicari concessit. In Encycliis vero (quod est Episcopalium collectio litterarum, ex quibus aliqua in scriptis vestris testimonia incongrue similiter posuistis) unde mota sit causa, vel quid piæ recordationis Leo Imp. per universas provincias sacerdotibus scripserit consulendo, aut qualiter ab ipsis responsa susceperit, nobis quoque tacentibus, eorum lectione valebitis plenius informari: ut nulla de cætero in vestris cordibus malignæ excogitatio pravitatis locum subreptionis inveniat. Nos enim propter prolixitatem hujus epistolæ ordinem causæ ipsius declinavimus indicare. Nam si cum studio charitatis, quæ a nobis scribuntur, cum timore Domini solicite vigilanterque relegitis; facile sentietis, quantum sit periculum pro superfluis quæstionibus & hæreticorum defensione capitulorum, tamdiu ab universali Ecclesia segregari.

XLI. Nolite ergo amore jactantiæ quæ superbiæ semper est proxima, in obstinationis vitio permanere: quando in die Judicii nullus vestrum excusare se valeat: & neque Theodorus Mopsuestiæ, neque Ibæ Epistola, quæ ab adversariis est prolata ante tribunal tanti Judicis vobis valeat subvenire. Doctori itaque Gentium pareamus, qui in prima ad Corinthios epistola dicit (c): Æmulamini charismata meliora, & adhuc excellentiorem viam vobis demonstro. Quæ ergo majora sint, & a se demonstranda promittat, ex ipsius voce audiamus attentius: (d) Si linguis hominum loquar & Angelorum, charitatem autem non habeam; factus sum sicut æs sonans aut cymbalum tinniens. Et si habuero prophetiam, & noverim omnia mysteria, & si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, & si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum ut ardeat, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. Et iterum: Fides, spes, charitas, tria hæc, major autem his charitas. Quam igitur ante Domi-

(c) 1. Cor. 12.
(d) 1. Cor. 13.

*minum poteritis habere fiduciam, quando nullum scandalum generari vobis de fidei nostræ integritate cernentes, tantis temporibus per superfluas quæstiones ab Ecclesia Dei, quæ una est, & a fraterna charitate vos dividi duratis. Ubi namque sit Ecclesia constituta, licet ipsius Domini voce in sancto Evangelio sit apertum; quid tamen beatus Augustinus ejusdem Dominicæ memor sententiæ definierit, audiamus: In his namque ait: esse Dei Ecclesiam constitutam, qui Sedibus Apostolicis per successionem Præsulum præsidere noscuntur. Et quicumque ab earumdem Sedium se communione vel auctoritate suspenderit, esse in schismate demonstratur. Et post alia: Positus foris etiam si pro Christi nomine mortuus fueris inter membra Christi *. Patere pro Christo, hærens corpori, pugna pro capite. Sed & beatus Cyprianus egregius Martyr in libro quem de unitatis nomine titulavit, inter alia sic dicit: Exordium ab unitate proficiscitur: & Primatus Petro datur, ut una Christi Ecclesia & Cathedra monstretur: & pastores sunt omnes, sed grex unus ostenditur, qui ab Apostolis unanimi consensione pascatur: & post pauca: Hanc Ecclesiæ unitatem qui non tenet, tenere se fidem credit? Qui cathedram Petri, super quem Ecclesia fundata est, deserit & resistit, in Ecclesia se esse confidit? Item post alia: Ad pacis præmium pervenire non possunt, quia pacem Domini discordiæ furore ruperunt:*

* non numeraberis.

XLII. *Item ex eadem libro sic ait: Ad sacrificium cum dissensione venientes revocat ab altari, & jubet (a) prius concordare cum fratre, tunc cum pace redeuntes Domino munus offerre: quia nec ad (b) Cain munera respexit Deus; neque enim habere Dominum pacatum poterat, qui cum fratre pacem per zeli discordiam non habebat. Quam sibi igitur pacem promittunt inimici fratrum? Quæ sacrificia celebrare se credunt æmuli sacerdotum? Secum esse Christum cum collecti fuerint opinantur hi qui extra Ecclesiam colliguntur? Tales etiam si occisi in confessione nominis fuerint, macula ista nec sanguine abluitur. Inexpiabilis & gravis culpa discordiæ nec passione purgatur. Esse martyr non potest, qui in Ecclesia non est: ad Regnum pervenire non poterit, qui eam quæ regnatura est derelinquit. Et post alia: Cum Deo manere non possunt, qui esse in Ecclesia Dei unanimiter noluerunt: ardeant licet flammis & ignibus traditi, vel objecti bestiis animas suas ponant; non erit illa fidei corona, sed pœna perfidiæ: nec religiosæ virtutis exitus gloriosus; sed desperationis interitus: occidi talis potest, coronari non potest. Item ejusdem: An esse sibi cum Christo videtur, qui adversus sacerdotes Christi facit? qui se a cleri ejus & plebis societate secernit? Arma ille contra Deum portat, contra Dei dispositionem repugnat: hostis altaris, adversus sacrificium Christi rebellis, pro fide perfidus, pro religione sacrilegus, inobsequens servus, filius impius, frater inimicus, contemptis Episcopis & Dei sacerdotibus derelictis, constituere audet aliud altare. Item cujus supra: Pejus schismatis crimen est, quam quod hi qui sacrificaverunt: qui tamen in pœnitentia criminis constituti Dominum plenis satisfactionibus deprecantur. Hic Ecclesia quæritur & rogatur, illic Ecclesiæ repugnatur. Hic potest necessitas fuisse, illic voluntas tenetur in scelere. Hic qui lapsus est, sibi tantum nocuit, illic qui hæresim vel schisma facere conatur, multos secum trahendo decepit. Hic animæ unius est damnum, illic periculum plurimorum. Certe se peccasse hic intelligit & lamentatur & plangit; ille tumens in peccato suo, & ipsis sibi delictis placens, a matre filios segregat, oves a pastore sollicitat, Dei sacramenta disturbat: & cum lapsus semel peccaverit, ille quotidie peccat. Postremo lapsus martyrium postmodum consecutus potest Regni promissa percipere; ille si extra Ecclesiam fuerit occisus, ad Ecclesiæ non potest præmia pervenire. Item qui supra: Quod si in scripturis sanctis frequenter & ubique disciplina præcipitur, & fundamentum religionis a fidei observatione ac timore proficiscitur; quid cupidius appetere, quid magis velle ac tenere nos convenit, quam ut radicibus fortius fixis, & domiciliis nostris super petræ robusta mole solidatis, inconcussi ad procellas ac turbines sæculi stemus, ut ad Dei munera per divina præcepta venire possimus?*

(a) Mat. 5.
(b) Gen. 4.

XLIII. *Et ideo hortamur dilectionem vestram, & obsecramus, ut tam terribilia Patrum testimonia cognoscentes nullo modo patiamini ulterius in divisione Ecclesiæ persistere; sed in viscera sanctæ matris Catholicæ atque Apostolicæ regredi tota mentis intentione * celerate: ut radicati in charitate unitatis atque fundati dicere mereamur (c): Ecce quam bonum & quam jucundum habitare fratres in unum: veraciter exclamantes (d): Repletum est gaudio os nostrum, & lingua nostra exultatione. Quibus breviare quidem stylo, abundanti tamen charitate respondimus; & de fraternitatis vestræ mentibus, & de divina misericordiæ virtute confidimus, vos sanctæ citius reformari indubitanter Ecclesiæ. Si tamen pro nostris adhuc delictis aliquid inimicus animarum vobis obstinationis (quod absit) aut dubietatis intulerit: secundum quod interlocutio nostra Gestorum apud nos habitorum suprema complectitur, & sicut excellentissimo do-*

* accelerate.
(c) Psal. 132.
(d) Psal. 125.

*damiao filio nostro Smaragdo Exarcho Italiæ supplicare curavimus; instructas hac ad nos personas, quibus facilius reddenda, recipiendaque sit ratio, mittere festinate, ut nulla deinceps consensus vestri dubietas supersit, aut tarditas, si eis satisfactio plena reddatur. Vel si hoc pro longinquitate locorum, vel temporum qualitate pavescitis: illic Ravenna fiat congregatio sacerdotum, quo nos etiam, qui loca nostro intersint, divinitate propitia, dirigemus, a quibus satisfactionem plenissimam capiatis; ne amplius animæ simplices divisæ a sancta Ecclesia pro superfluis quæstionibus tam longa obstinatione remaneant, nec per vos, quos Dominici gregis decet esse pastores, oves a septis Ecclesiasticis evagantes rapacis lupi dentibus consumantur.* Hucusque secunda Pelagii Papæ epistola. Qua tantum abfuit, ut permoverentur perditissimi illi, quorum corda (ut de magna
(a) Job. 41. illa bestia est in (a) Job) instar incudis fabri constricta obduruissent; ut rursum adversus Pelagium ipsum atque universam Christi Ecclesiam pro defensione damnatorum in quinta Synodo trium Capitulorum, quorum causa ab Ecclesia se disciderant, scripserint prolixam satis apologiam. Ad quam confutandam Pelagius, ejusdem qui supra Gregorii opera usus, scriptionem illam refractariam penitus confutavit, scripta ab eo prolixiori epistola, quæ & tomus dicta qua cuncta pro tribus adducta Capitulis esse vana ostendit & falsa; solida vero ac firma illa, nullaque ex parte nutantia, sed certa veritate constantia, quæ in condemnationem eorumdem trium Capitulorum afferebantur. Opus quidem dignum Romano Pontifice, & Gregorio qui scripsit, auctore; ipso siquidem tribus capitibus latrantis Cerberi fauces occlusit, ut sic velut offa picea spiritu intercepto, latrare vetuerit, atque tamdem exspirare coegerit. Ipsa autem sic se habet.

Tertia Pelagii Papæ ad Episcopos Istriæ epistola, eademque tomum seu liber dicta.

XLIV. Pelagii Pap. ad Episc. Istriæ ep. III.

*Dilectissimis fratribus Eliæ vel universis Episcopis in Istriæ partibus constitutis, Pelagius Episcopus.*

*Virtutum mater caritas, quæ redemptoris sui iacris serviens, quæ numquam ea quæ sua sunt quærit, desideria anhelanti me impulit dudum fraternitati vestræ plena dulcedine scripta transmittere, quæ decjuncta diu possint suo corpori Christi membra sociare. In quibus plus precibus quam monitis loquens, affecta quo valui, exhortari curavi, ut quos aptos discutiendæ rationi praviderit, huc dilectio vestra dirigeret, quatenus in trium Capitulorum negocio, vel quæque aperta sunt cognoscerent, vel quæque forsan obscura viderentur, hac eius collatio pacifica intentionis aperiret: tandem dilectionis vestra scripta suscepi, quæ non rationis causæ quærerent, sed deliberata apud vos judicii sententia impararent. Hoc autem quod vos audere de vestra sapientia video, fateor, dolens miror, & quidem per epistolas, exempla (ut puta) ostendi humilitatis, amoris specimen præbui. Sed dum nihil apud vos repers admonitionis mea verba proficere, flens, gemensque cum Propheta cogor exclamare (b):* (b) Jerem. 51.
*Curavimus Babylonem, & non est sanata, ignem, quantum valui, charitatis accendi, & tanta scissionis exurere rubiginem volui; sed impletam Prophetæ sententiam peccatis exigentibus inveni, qui ait (c): Frustra conflavit conflator,* (c) Jere. 6.
*scoria ejus non sunt consumpta: nulla in rescriptis flamma charitatis aspicitur, nullam vel post exemplum dulcedinem redolent in cunctis suis sermonibus, nihil quod ad pacem perveniat, sonat. Pensate, quæso, hoc (quod dicere nisi singultu interrumpente non valeo) longo divisionis usu, quanto mentis frigore fraternitas vestra torpuerit, quæ nec confricta recalescit.*

*Quid igitur inter hæc faciam, nisi ut* XLV.
*pro vobis ad lacrymas vertar? Quia enim leo rugiens circuit quærens quem devoret, scio & vos stantes extra caulas ovium *. Non demptis fructibus palmites* * devorandos.
*attendo, sed abscissas a radice vites aspicio. Et sudantes vos operarios cerno, sed tamen laborare extra vineam, non ignoro. Ecce urgente fine, cuncta vastantur, ad solitudinem terra redigitur, utque (ut ita dixerim) procella diluvii mundum subruit; & vestra fraternitas arcam fugit. Cum Jeremia dicam (d): Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum? Et rursum: Deducant oculi nostri lacrymas, & palpebræ nostræ defluant aquis. Dicam cum illo iterum: Plorabo & requiescam. Quia enim quietem concordiæ in vestro corde non invenio, fessa menti lacrymas sterno: quæ enim mei spiritus requies esse potest, si ab occulto hoste inflictum vulnus mederi non potest? Ecce in cunctis mundi partibus sancta & universalis Ecclesia unitatis suæ radiis fulget; sed tamen adhuc umbram vestræ divisionis sustinet. Ubique in fidei statu perdurat; sed gaudere eam de sua salute prohibet vulnus, quod de vestra abscissione tolerat: neque enim sanum caput brachiis mœrentibus gaudet; nec se quasi incolume esse pectus lætatur, cum subjectorum viscerum doloribus tangitur: tota namque corporis compago afficitur, si pars ejus vel extrema laceratur. Quicquid ergo est quod aliam pati sentit, in se harmonia charitatis attrahit, Paulo attestante, qui ait (e): Et* (e) 1. Cor. 12.
*si quid patitur unum membrum, compatian-*

(d) Jere. 9.

tiuntur cætera membra. Nos itaque sumus, qui vestro dolore transfigimur, nos qui vestris scissionibus secamur. Tanto igitur damnis vestris festina debemus consolatione succurrere, quanto ea per charitatem cogimur ut nostra sentire. Nam etsi differre forsitan volumus, supernæ increpationis voce terremur, quæ ignavos pastores increpans dicit (a): Quod fractum erat, non alligastis, & quod abjectum non redaxistis, & quod perditum non quæsistis. Si differre volumus, indiscretæ inventionis increpamur, qua per Prophetam Dominus dicit (b): Nunquid resina non est in Galaad, aut medicus non est ibi? Quare ergo non est obducta cicatrix filiæ populi mei? Quid enim per resinam, quæ fomentum ignis est, quæ & in ornamentum domus marmora dissipata conjungit, nisi charitas designatur? quæ & in amore corda succendit, & ut sanctam Ecclesiam unitatis ornamento componat, discordes hominum mentes per pacis in se studium ligat. Quid per Galaad, quæ Acervus testimonii interpretatur, nisi in scripturæ sacræ altitudinem innumera sententiarum densitas dicit? Quid per medici vocabulum, nisi unusquisque prædicator? Quid per non obductam filiæ cicatricem, nisi culpa plebis ante Dei oculos nuda monstratur? Resina ergo in Galaad defuisse convincitur, si pro ostendenda veritate, cum tanta adsint scripturæ sacræ testimonia, adsociando vos sanctæ Ecclesiæ, nequaquam digne ardoris caritas exhibetur: & velut absente medico cicatrix non obducitur, si exhortatione cessante, tantæ scissionis culpa nullo velamine subsequentis pacis operitur. Sed jam tempus est, ipsa nos suspicionum vestrarum vulnera tangere, eisque auctore Deo medicamina patefactæ veritatis adhibere, per ea quæ pia memoriæ Justiniani Principis temporibus acta sunt.

(a) Ezec. 34.

(b) Jer. 8.

XLVI. Fraternitas vestra suspicatur, sanctam Chalcedonensem Synodum fuisse convulsam. Sed absit hoc a Christiano opere, a Christiana cogitatione. In ipsa quippe Nicæna, Constantinopolitana, ac prima Synodus Ephesina firmata est; & quisquis illam parte aliqua convellere nititur, illas nimirum funditus, quæ per hanc firmatæ sunt destruere conatur. Cui suspicioni in scriptis vestris ex sanctis prædecessoris nostri Leonis epistolis ac Encycliis testimonia adjungitis, ut præfatam sanctam Chalcedonensem Synodum illibatam debere observari monstretur. Quæ quidem, fratres carissimi, ex paucis epistolis sumptis permixto ordine confusoque posuistis, ut dum interjecta alia epistola, ad alia prioris epistolæ verba recurritur, quasi ex multis epistolis prolata viderentur. Et valde miramur, cur fraternitas vestra de tam (sicut diximus) paucis epistolis non pauca sumpserit: cum constet quod de sanctæ Chalcedonensis Synodi illibata veneratione & prædecessorum nostrorum assertio innumera, & multorum Patrum consensus in Encycliis, quasi quadam * secundo, nobis infudit. Sed quia semper dictandi ordo tanta sibimet connexione subjungitur, ut & præcedentia subsequentibus serviant, & subsequentia ex præcedentibus suspendantur; eorum sensum quæ prolata sunt melius pandimus, si infra supraque legentes, vel quo tendunt, vel unde pendeant, demonstremus.

* sumendo.

XLVII. A dilectione igitur vestra primum testimonium sancti prædecessoris nostri Leonis ponitur, quod in ejus epistola altima continetur, quo ait: De rebus apud Nicæam, & apud Chalcedonam, sicut Deo placuit, definitis, nullum audeamus inire tractatum, tamquam dubia vel infirma sint, quæ tanta per Spiritum sanctum fixit auctoritas: cui secundum testimonium ex ea epistola a vobis adjungitur, quod illic paulo superius habetur: quo dicitur: Quia sicut sancte, veraciterque dixistis, perfectio incrementum & adiectionem plenitudo non recipit. Interjectis autem duobus testimoniis de Encycliis assumptis, præfati prædecessoris nostri Leonis item ad Leonem Principem scripto vestro verba replicantur, quibus dicitur: Legitimas & divinitus inspiratas constitutiones velle movere non est pacifici hominis, sed rebellis, dicente Apostolo (c): Verbis contendere, ad nihil est utile, nisi ad subversionem audientium. Nam si humanis persuasionibus semper disceptare sit liberum, numquam deesse poterunt, qui veritati audeant resultare. Et ejus rursus ad eum: Non sinas contra dexteræ omnipotentis Dei triumphos redivivis exurgere motibus extincta certamina. Cujus adhuc testimonium post pauca subdidistis: Nihil prorsus de bene compositis retractetur.

(c) 2. Tim. 2.

XLVIII. Ultimum vero a vobis ponitur testimonium, quid in priori ejus epistola, de qua multa jam testimonia prolata fuerant, continetur primum, quo dicitur: Quæ jam patefacta sunt quærere, quæ perfecta sunt retractare, & quæ sunt definita convellere, quid aliud est, quam de adeptis gratias non referre, & ad interdictæ arboris cibum improbos appetitus mortiferæ cupiditatis extendere? Hæc sunt, fratres dilectissimi, quæ beati Leonis ad Leonem Principem verba posuistis, quæ videlicet ab eo pro custodia inlibatæ fidei, non autem pro causis Episcoporum specialibus, quæ apud Chalcedonam gesta sunt, proferuntur. Nam quia pro solius fidei intemerata observatione dixerit, pensandum est in eadem epistola quid præmisit: ait enim ad eumdem Principem loquens supra: Cura rerum temporalium re-

li-

*ligiosæ providentiæ famulatum divinis, & æternis dispositionibus perseveranter impenditis, ut scilicet Catholica Fides, quæ humanum genus sola vivificat, sola sanctificat, in una confessione permaneat; & dissensiones quæ de terrenarum opinionum varietate nascuntur, a soliditate illius petræ, supra quam civitas Dei ædificatur, abigantur. Si igitur Fidem, fratres carissimi, in cunctis mundi partibus uno ac solido statu vigere non creaeretis: convulsum quicquam de sancta Chalcedonensi Synodo recte diceretis. At postquam nihil nunc aliud nisi de personis agitur, nihil de sancta Chalcedonensis Synodi fide quæritis; auctoritatem Patrum quasi sequendo declinatis. Nimque ut iisdem B. Leo ostenderet retractari quæ perfecto sunt non deberi: qua hac intentione dixisset, illico subdidit: Quia ad pacem universalis Ecclesiæ, & ad custodiam Catholicæ Fidei cura dignamini sollicitiore vivere. Quid igitur cum prohiberet definita convelli, admonitionem protinus de custodia Catholicæ Fidei subjunxit, & quia non hoc de retractandis causis specialibus, sed de sola Fidei professione dixisse indicavit? Illa namque nunc in vestra quæstione vertuntur, quæ ipse quoque prædecessor noster beatus Leo dijudicat: dum nonnisi ea quæ apud Chalcedonam de fide sunt statuta, confirmat. Ipse quippe ad Anatolium Constantinopolitanæ urbis Episcopum scribens, dum eum de quodam novo ausu corriperet, dicit: Ut sancta Synodum ad extinguendam solum hæresim, & ad confirmationem Fidei Catholicæ studio Christianissimi Principis congregatam, in occasionem ambitus trahas. Et rursum: Ita abuti voluit Concilio synodali, ut fratres in Fidei tantummodo negocio convocatos, & definitionis ejus causa, quæ erat curanda pertractos, ad consentiendum sibi, aut depravando traduceret, aut terrendo compelleret. Quò ut nihil se omnimodo de Chalcedonensi Synodo suscepere, nisi quod de sola Fide gestum fuerat, demonstraret, eidem Synodo scribens, ait: Et fraterna universitas, & fidelium corda cognoscant, non solum per fratres qui vicem meam executi sunt, sed etiam per approbationem gestorum synodalium propriam vobiscum iunisse sententiam, in sola videlicet Fidei causa quod sæpe dicendum est.*

XLIX. *Qui ergo unit cum Chalcedonensi Synodo in sola Fidei causa convocata, cuncta quæ illic specialiter gesta sunt: se proculdubio extraneum demonstrat. Hinc est rursum quod cum præfecto Anatolio de recipiendo Attico presbytero scriberet, dicit: Ita ut Chalcedonensis Synodi definitionem de Fide, cui etiam dilectio tua scribendo consensit, & quam Apostolicæ Sedis firmavit auctoritas, profiteatur se per omnia servaturum. Qui Chalcedonensis Synodi definitionem dicens vigilanter etiam de Fide, non adderet, nisi causas quæ illic specialiter motæ fuerant, reprobasset (solam nihilominus exciperet) quæ ei singulariter displiceret. At postquam nihil aliud Synodi, nisi Fidei definitionem recepit: quid est aliud, nisi quod cætero quæ illic specialiter mota sunt, refutavit? neque enim si vellet, unam tantummodo causam præfati Anatolii reprehendere vereretur, qui hanc suo judicio non approbatam & serenissimis Principibus, & auctori ejus eidem Anatolio non est veritus scriptis discurrentibus indicare. Cum vero & de illa præfato Anatolio private loquatur, & rursum ad Synodum scribens, quod de sola fide gestum fuerat, se recipere confiteatur: constat quod & Anatolium de speciali criminis causa redarguit, & cuncta privata negocia, quæ mota in Synodo fuerant, retractari concessit.*

L. *Rursum in scripto vestro testimonium ac exemplum de Encycliis ponitur, quod multi Episcopi simul dicunt: Neque unum jota vel apicem possum aut commovere, aut commutare eorum quæ apud Chalcedonam decreta sunt: cui aliud quoque testimonium, quasi ex eadem epistola subjunxistis, quod videlicet Anatolii Constantinopolitanæ urbis Episcopi esse non dubium est, quo ait: De Chalcedonense vera sancta Synodo dico, quoniam ipsum quærere omnino, aut revolvere aliquid eorum quæ ab ipsa finita sunt, hominum est insidiantium tantummodo Ecclesiis, & universali Christi paci. In quo revolvi & convelli prohibeat, ipse conjungat. Ait enim: Quando Apostolica quidem & paterna dogmata olim nobis tradita, in eo roborata sunt atque firmata. Si igitur insidiantium est hominum Apostolica dogmata & paterna convellere: qui eadem paterna & Apostolica dogmata inlibata recipiant, constat proculdubio, quia insidiantes non sunt. Ejusdem namque Synodi fidem intemeratam Deo auctore retinemus, & sic privata negocia quæ illic gesta sunt, cum sancto prædecessore nostro Leone prætermisimus, ut definitionem fidei illic prolatam, proposita etiam morte, reservemus. In præcedenti autem testimonio multorum simul Episcoporum utrum dictator, an scriptor erraverit, ignoramus. Neque enim in Encycliis continetur, ut ipsi in scriptis vestris posuistis: Neque enim Jota unum aut apicem possumus commovere aut violare eorum quæ ab ea recte sunt, & inviolabiliter definita. At longe est aliud, non posse commoveri ea quæ decreta sunt, & non posse commoveri ea quæ recte & incolpabiliter sunt decreta. Sciebant enim viri doctissimi ea quæ illic gesta fuerunt*

*de causis specialibus, a prædecessore nostro Leone recepta omnimodo non fuisse: & ideirco cautissime scribunt, commoveri aut violari quæ recte ab ea & inculpabiliter definita sunt, non deberi; ne si cuncta confirmare se dicerent, sententiæ sæpefati prædecessoris nostri Leonis obviarent. Unde & illic illico subjungunt: Ita sapiamus sempee sicut sapit Apostolica Romanorum Sedis Ecclesia.*

LI. *Post hæc quoque exempla, ejusdem prædecessoris nostri Leonis ad * Basilium Episcopum testimonium posuistis, quo ait: Obsecro dilectionem tuam, ut Chalcedonensis Synodi definitionibus in nullo animum relaxetis; & quæ ex divina sunt inspiratione composita, nulla patiamini novitate temerari. Et rursum: Ut autem possit hæc exhortatio ad omnium fratrum, & Coepiscoporum notitiam pervenire, diligenti vestræ fraternitatis cura perspiciat: quia (quod sæpe dicendum est) tota religio Christiana turbatur, si quicquam de his quæ apud Chalcedonam constituta sunt convellatur. Sed utrum hæc de causis quarumdam personarum specialibus, an de sanctæ Fidei definitione asserat, inquiratur ipse quid superius dicat. Ait enim hæc scripta direxi quibus dilectionem vestram credidi commonendam, ut sceleratis ausibus sancta constantia resistatis, ne in quoquam nostra communis Fides aut trepida inveniatur, aut tepida. Qui igitur admonitionem servandæ fidei præmisit, ubi custodiri Synodum voluit, indicavit. Si autem in hujus epistolæ sermonibus ambigimus, cum ex aliis suis epistolis, quo sensu hæc dixerat, requiramus. Martiano namque Augusto scripta sua pro eadem Synodo dirigens, ait: Ad gloriam vestram & ad Constantinopolitanum Antistitem scripta direxi, quæ evidenter ostenderent, me quæ de Fide Catholica in prædicta Synodo definita fuerant, approbare. Qui si cunctas & speciales causas ejusdem Synodi recepit, cur ea se approbare quæ de Catholica Fide in prædicta Synodo definita sunt specialiter asserit? Rursum quoque præfato Principi scribens: Quia omnibus modis obediendum est potestati vestræ & religiosissimæ voluntati, constitutionibus synodalium, quæ mihi de confirmatione Fidei Catholicæ placuerunt, libens adieci sententiam. Si ergo confirmationem Fidei Catholicæ sibi placuisse, eique sententiam adjecisse adstruit, in his quibus confirmatio Fidei non fuit, constat quia sententiam non adiecit.*

* Desideratur epistola ista S.Leonis.

LII. *Adhuc autem ex ejusdem beati Leonis epistola testimonium scriptis vestris inseritis quæ ad Basilium dicit: Pie nobis & constanter utendum est, ne dum talium disputatio admittitur, eorum quæ divinitus definita sunt, auctoritati derogetur. Et infra: Nec in aliquam disceptationem plene definita revocanda sunt, ne ad arbitrium damnatorum ipsi de his videamur ambigere, quæ manifestum est per omnia Propheticis, & Evangelicis atque Apostolicis auctoritatibus consonare. Quæ autem vel superius definita divinitus, vel inferius plene definita asserat: ex ipsa vel ex aliis ejus epistolis vestra fraternitas pensat: in quibus umquam specialia gesta commemorat, sed sola quæ de fide sunt prolata confirmat. Unde in his quoque verbis vigilanter * imprimitur, & quæ plene definita dixerit * attenditur cum dicit: Ne de his ipsis videamur ambigere, quæ manifestum est per omnia Propheticis & Evangelicis atque Apostolicis auctoritatibus consonare.*

* exprimitur. * ostenditur.

LIII. *Pensate, quæso, fratres carissimi, si scripta Theodoreti Propheticis & Evangelicis atque Apostolicis auctoritatibus consonant, quæ Redemptorem nostrum iniquis ausibus Dominum negant. Pensate si illa epistola Propheticis, & Evangelicis atque Apostolicis auctoritatibus consonare videatur, in qua & hostis Ecclesiæ Nestorius defenditur, & defensor Ecclesiæ Cyrillus accusatur. Pensate si illa Theodoreti scripta Propheticis, Evangelicis atque Apostolicis auctoritatibus consonant, quæ prius contra rectam Fidem edita, ipse postmodum conversus damnat. Extremum quoque sæpefati Leonis ad * Aetium presbyterum testimonium ponetis, quo ait: ne patiatur sopitarum rerum certamen adferri, quarum retractator nonnisi sacrilegus invenitur: quod de quibus rebus adstruat ad eumdem Aetium scribens ipse manifestat, dicens: Nihil Apostolicis umquam potero sentire diversum, nec a me ipse deviare sententia: Et quod sancto Spiritu revelante confessus sum: quodque mecum totius Synodi professione prædicante patefeci, aliqua varietate commutem; cum facilius mihi sit quibuslibet & suppliciis ab hoc mundo auferri, quam ab ea quam generaliter credidi professione mutari. Si ergo cuncta res quæ retractari non debet, sola est professio fidei; ille retractator rerum erit sacrilegus, qui professioni ejus fuerit deversus. Nam quod idem beatus Leo solam in Synodo professionem fidei summo ardore custodiat, innumeris epistolis demonstrat, ex quibus pauca breviter perstringimus, ut in eis certior facta vestra fraternitas colligat quam multa taceamus.*

* Desideratur ista ad Aetium S. Leonis epist.

LIV. *Hinc est enim quod Martianum Augustum scripto suo alloquitur dicens: Fratri autem meo Juliano Episcopo noverit vestra clementia hoc me propter delegasse, ut quicquid illic ad custodiam fidei pertinere probaverit; meo nomine vestræ fiducialiter suggerat potestati. Hinc est quod Pulcheriæ Augustæ scribens ait: Quod vero piissimus Imperator ad omnes Episcopos qui Chalcedonensi Synodo interfuerunt,*

*runt, voluit me scripta dirigere, quibus ea quæ illic de fidei regula sunt definita firmarem, libenter implevi. Hinc est quod Juliano Episcopo scribens dicit: Quod necessarium credidit clementissimus Imperator, libenter implevi; ut ad omnes fratres qui Chalcedonensi Synodo interfuerunt scripta dirigerem, quibus placuisse mihi quæ sanctis fratribus nostris de regula fidei confirmata sunt, demonstrarem. Hinc est quod Pulcheriæ Augustæ iterum scribens ait: Circa fratrem autem meum veneratorem vestrum Julianum Episcopum quantum debeat credere vestra dignatio, Apostolicæ Sedis æstimate judicio: cum in causa fidei, cui gloriosa pietas vestra famulatur, vicem ipsi meam catenus delegarem, ut ab ea quæ vobis debetur observantia non recedens, me pietati vestræ præsentare non desinat. Causam quippe fidei memorans nequaquam catenus diceret, nisi quicquid extra fidem ageretur, ex Synodo excludi voluisset.*

LV. *Rursum per epistolam vestram dicitur, A Sede Apostolica vos doctos, atque ab scrinia sanctæ Ecclesiæ, cui Deo auctore præsumus confirmatos, ne huic rei, quæ sub piæ memoriæ Justiniano Principe gesta est, consentire debeatis: atque hanc opitulationem excusationi vestræ adjungitis dicentes, quod in causæ principio & Sedes Apostolica per Vigilium Papam & omnes Latinarum Provinciarum Principes damnationi trium Capitulorum fortiter restiterunt. In quibus verbis attendimus, quod res quæ provocare vos ad consensum debuit, a consensu vos ipsa divellit. Latini quippe homines & Græcitatis ignari, dum linguam nesciunt, errorem tarde cognoverunt: & tanto eis celerius credi debuit, quanto eorum constantia, quousque verum cognoscerent, a certamine non quievit. Quorum consensum certe fraternitas vestra despiceret, si ausu præcipiti priusquam verum cognoscerent, consensissent: at postquam diu ab eis laboratum est, & longo tempore ad injurias usque certatum: hinc vestra fraternitas penset, quia tot labores repente non relinquerent, nisi quæ vera sunt agnovissent. Quid enim divini consilii fuisse credimus, fratres, quod diu Saulum omnipotens Deus repugnatorem suæ fidei esse permisit, & sic eum suæ fidei prædicatorem fecit? nisi ut cunctis qui per illum fuerat prædicaturus, ostenderet, quia valde verum est Dei Evangelium, quod & tanta duritia inclinata prædicaret: ut dum ea auditores ejus quæ ab illo contra fideles gesta recolerent, repente eum ad fidem versum non sine evidenti ratione sentirent. Unde ipse quoque dum prædicationem suam debere facile ab infidelibus recipi, Domino diceret, ait:*
(a) Act. 22. *(a) Domine ipsi sciunt quia ego eram concludens in carcere, & cædens per synagogas eos qui credebant in te: & cum Galatas relicta Evangelii regula in Judaismi conspiceret errorem declinasse, suam eis priorem contra Evangelium duritiam retulit, & ab intentione perfidiæ eorum mentes retorsit dicens (b): Audistis conversationem meam aliquando in Judaismo quoniam supra modum persequebar Ecclesiam Dei, & expugnabam illam; & proficiebam in Judaismo supra multos coætaneos meos in genere meo abundantius æmulator existens paternarum mearum traditionum: cum autem placuit ei qui me segregavit de utero matris meæ, & vocavit per gratiam suam, ut revelaret Filium suum in me, ut evangelizarem illum in Gentibus; continuo non acquievi carni & sanguini. Ecce, fratres carissimi, & Paulus egregius Doctor quia diu veritati restitit, inde ad confirmanda corda audientium in ejusdem prædicatione veritatis adjutorium sumpsit; ostendens profecto, quia fidem, cui tanto prius labore restiterat, postmodum sine magnæ rationis certitudine non tenebat.* (b) Gal. 1.

*Debet ergo perpendere vestra dilectio, quia prædecessorum nostrorum in hac causa consensus tanto post minus non fuit, quanto prius duris contradictionum laboribus insudavit. Sed his insuper factum Petri, qui & Paulum superat, vestra fraternitas ad memoriam reducat. Diu quippe restitit, ne ad fidem Gentes sancta Ecclesia sine circumcisione reciperet, diu se a conversarum Gentium communione subtraxit, Paulo attestante, qui ait (c): Cum venisset Antiochiam, in faciem ei restitit, quia reprehensibilis erat: prius enim quam venirent quidam ab Jacobo, cum Gentibus edebat; cum autem venissent, subtrahebat & segregabat se, timens eos, qui ex circumcisione erant. Et paulo post: Et cum vidissem quod non recte ambularet ad Veritatem Evangelii, dixi Petro coram omnibus: Si tu, cum Judæus sis, Gentiliter & non Judaice vivis; quomodo Gentes cogis judaizare? Qui tamen ab eodem Paulo postmodum ratione suscepta, dum quosdam conspiceret, quod Gentiles ad Ecclesiam venientes pondere servandæ circumcisionis onerarent, dicit (d): Cur tentatis Deum imponentes jugum cervicibus discipulorum, quod neque patres nostri, neque nos portare potuimus? Numquid fratres dilectissimi Petro Apostolorum principi sibi dissimilia docenti debuit ad hæc verba responderi: Hæc quæ dicis, audire non possumus, quia aliud ante prædicasti? Si igitur in trium Capitulorum negotio, aliud cum veritas quærebatur, aliud autem inventa veritate, dictum est; cur mutatio sententiæ huic Sedi in crimine objicitur, quæ a cuncta Ecclesia humiliter in ejus auctore veneratur? Non enim mutatio senten-* LVI. (c) Gal. 2. (d) Act. 15.

tiæ, sed inconstantia sensus in culpa est. Quando ergo ad cognitionem recti, intentio incommutabilis permaneat; quid obstat, si ignorantiam suam deserens verba permutet? Dr ipso quoque auctore omnium Deo scriptura attestante cognoscimus, quia dum consilium non mutet, sæpe sententiam mutat: atque enim inopinatus ei proventus accesserat, cum de eo quem ipse

(a) 1. Reg. 15. ungi præceperat, dicebat: (a) Pœnitet me Saulem unxisse Regem in Israel. Hoc quippe se facturum etiam tunc præscivit, cum eum quasi approbando prætulit; nec ad pœnitentiam quasi inopinatus dolor accessit: sed tamen pœnitere se insinuat; quia non mutato consilio, ea quæ dudum dixerat de illo, verba permutat.

LVII. In his autem testimoniis quæ ex epistolis Leonis prædecessoris nostri posuistis, præmisistis dicentes: Doctrina vestræ reverendæ Sedis est, per beatum Leonem, successoresque ejus, unde pauca commemorare præsumpsimus, mortuum ab hominibus damnare nullatenus oportere. Et tamen nulla ejus testimonia subdidistis, quibus hanc sententiam firmaretis. Etenim quæ a vobis subjuncta sunt, retractationem fidei fieri prohibent, non autem damnari infideles mortuos contradicunt. Sed neque hoc beatum Leonem prædecessorem nostrum quodam loco dixisse meminimus. Quis autem nesciat, quod in nullo sibi ejusdem Leonis & beati Augustini prædicatio contradicat? Ipse namque ad Bonifacium Comitem scribens ait: Si vera essent quæ ab eis objecta sunt Cæciliano & nobis, possent aliquando monstrari: ipsum jam mortuum anathematizaremus. Sed tamen Ecclesiam Christi, quæ non litigiosis opinionibus fingitur, sed divinis attestationibus comprobatur, propter quemlibet hominem relinquere non debemus. Ecce mirabilis prædicator & scissionem Ecclesiæ propter hominem vetat, & si qua perversa deprehendat, eum quem publice defendebat Cæcilianum, se etiam post mortem anathematizare non abnegat: quia videlicet tunc viventibus vere consulatur, cum culpa in fide perpetrata nec morte interveniente laxetur: Si vero hoc faciendum dicere fortasse præsumimus, hoc proculdubio facimus, quod fieri vetamus. Theodorum quippe mortuum sancta Synodus prima Ephesina damnavit: nam cum ab ejus discipulis dictatum ab illo Symbolum in eadem Synodo fuisset prolatum: illico ille a sanctis Patribus cum auctore damnatum est. Et quidem ipsi sancti Patres in eadem Synodo residentes ad Dominum jam recepti sunt, postquam Theodorum damnavere: & si damnari mortuum non debuisse dicimus: proculdubio mortuos accusamus, & incipimus committere, quod nitimur prohibere. Sed cur diu, & quæ nostis loquimur? Ejusdem Theodori ex libris illius dicta replicemus.

Et si Jesum Dominum ac Deum nostrum, qui post mortem vivere, immo quia vivere creditur, post mortem Theodorus postposita dubitatione damnavit: neque enim nostra fides patitur, ut qui tot blasphemiis Redemptori nostro hostis extitit, a vobis ulterius defendatur. Ipse quippe contra Apollinarem in libro tertio loquens ait: Quomodo igitur, tu, cui super omnes maxime decet dementium regimen, illum qui ex Virgine natus est, Dominum esse, & ex Deo consubstantialem Patri existimari, dicis

LVIII.

Blasphemia Theodori Mopsuest. nisi forte sancto Spiritui illius creationem imputare non jubes. Sed qui Deus est, & ex Deo, & consubstantialis Patri, & quidem qui ex Virgine natus erat. O mirande, & qui per Spiritum sanctum secundum divinas scripturas plasmatus est, & confectionem in muliebri accepit ventre, inerat forsitan quia mox quam plasmatus est, & ut templum Dei esset accepit: non tamen existimandum nobis Dominum de Virgine natum esse. Et post pauca: nec secundum tuam vocem pronunciandum est omnino ex Virgine natum Dominum esse, & ex Deo consubstantialem Patri. Et post pauca: Si igitur cum carne eum natum esse dicunt, quod autem natum est, Deus & ex Deo & consubstantialis Patri est, necesse est & hoc carnem dicere: quod si non hoc caro est, quoniam nec Deus, nec ex Deo, nec ex consubstantialis Patri, sed ex semine David, & consubstantialis ei cujus semen est, non id quod natum est ex Virgine Deus, & ex Deo, & consubstantialis Patri: & post pauca: Non Deus verbum ex Maria natum est, natus autem est ex Maria, qui ex semine est David: non Deus Verbum ex muliere natus est. Et iterum: Quod enim dictum est, ducebatur a Spiritu, aperte hoc significat, quod ab eo regebatur, ab eo ad voluntatem propositorum confortabatur, ab eo ad hæc quæ oportebat docebatur, ab eo cogitationibus roborabatur; at ad tantum certamen sufficeret: sicut & beatus Paulus docet (b): Quicumque enim Spiritu Dei aguntur, hi sunt filii Dei. Idem cujus supra. (b) Rom. 8.

LIX. Dicant igitur nobis omnium sapientissimi, si pro sensu Domino Jesu Christo, qui est secundum carnem, divinitas facta esset, sicut dicunt: quid sancti Spiritus cooperatione ad hæc Christus indigebat? nec enim Unigeniti divinitas Spiritu indigebat ad justificationem: Spiritu autem indigebat ad vincendum diabolum, Spiritu indigebat ad operanda miracula, Spiritu indigebat ut doceretur ea quæ docebat peragere, Spiritu indigebat ut immaculatus appareret. Et post pauca, ac si dicat Jesus: Ego quidem,

quem

quem videtis, nihil quidem facere possum secundum meam naturam, cum homo sim, operor autem quia in me manens Pater omnia facit. Quoniam enim & ego in Patre, & Pater in me, Deus autem Verbum unigenitus Dei in me est, certum est quod & Pater cum ipso in me manet, & opera facit. Et non est mirandum de Christo hæc existimari, cum evidenter ipse de cæteris hominibus dicit:

(a) Jo. 14. (a) Qui diligit me, meum verbum observet, & Pater diliget eum & ad eum veniemus, & mansionem apud ipsum faciemus: & iterum: Sciebat subtiliter ut notam quidem faceret Gentibus pietatem, pateretur autem laborantium infirmitates, & sic ad effectum suam voluntatem educeret; Et justificabatur inde, & immaculatus ostendebatur sive reparatione, sive custodia meliorum, sive etiam paulatim ad meliora profectibus. Et post pauca ejusdem Theodori ex commento secundum

(b) Jo. 20. Joannem. Dicit ad Thomam (b): Infer digitum tuum huc, & vide manus meas, & porrige manum tuam, & mitte in latus meum, & noli esse incredulus, sed fidelis: quoniam dicit, non credis, & tactum solum sufficere tibi ad credendum putas; hæc enim dicens nonne latuisti: tango manu, & capio experimentum, & disce credere, & non diffidere. Thomas quidem cum sic credidisset: Dominus meus, & Deus dicit, non solum ipsum Dominum & Deum dicens; non enim resurrectionis scientia docebat, & Dominum esse eum qui resurrexit, sed quasi pro miraculo facto Dominum collaudat.

LX. Ejusdem Theodori ex commento quod est in Actibus Apostolorum libro primo: Ille autem dixit, oportere pœnitentiam agentes eos pro Crucis iniquitate, & agnoscentes Salvatorem & Dominum, & omnium auctorem bonorum Jesum Christum, quoniam per istam pervenit & assumptus est de divina natura, in Spiritu quidem fidem suscipere & ejus discipulos fieri, ante omnia ad baptisma accedentes, quod & ipse tradidit nobis, reformationem quidem habens inspirationis futurorum, nomen autem celebrandum Patris & Filii & sancti Spiritus: Hic enim quod est: Ut baptizetur unusquisque in nomine Jesu Christi, ut vocatione quæ in nomine Patris & Filii & sancti Spiritus est, relinquentes, Jesum Christum in baptismate

(c) Act. 8. (c) vocent. Sed quale est hoc (d) quod

(d) 1. Cor. 10. in Moyse baptizati sunt in nube & in mari, & diceret quia sub nube & in mari Ægyptiorum separati sunt, liberati eorum servitute, ut Moysis leges attenderent: tale est, Ut baptizetur unusquisque in nomine Jesu Christi: ut cum ad ipsum accessissent tamquam Salvatorem, & omnium bonorum auctorem, & doctorem veritatis, ab ipso utpote auctore bonorum, & doctore veritatis vocarentur: Sicut omnibus hominibus quamcumque sectam sequentibus consuetudo est ab ipso dogmatis inventore vocari, ut Platonici, & Epicurei, & Manichæi, & Marcionistæ: & quidem tales dicuntur. Eodem enim modo & nos nominari Christianos, judicaverunt Apostoli.

Ejusdem Theodori in libris de Incarnatione: Plus inquietabatur Dominus, & certamen majus habebat ad animæ passiones quam corporis; & meliori animo libidines vincebat, mediante Deitate ad perfectionem. Unde & Dominus ad hæc maxime instituere videtur certamen. Item ejusdem in libro contra Synusiastas vel Apollinaristas: Sed si caro erat, inquit, Crucifixi, quomodo sol radios avertit, & tenebræ occupaverunt terram omnem? & terræmotus, & petræ scissæ sunt, & mortui surrexerunt? Quid igitur dicant & de tenebris in Ægypto factis temporibus Moysi non per tres horas, sed per tres dies? Quid autem propter alia per Moysem facta miracula? & quæ per Jesum Nave, qui solem stare fecit: qui sol temporibus Ezechiæ Regis & contra naturam retroversus est. Et de Elisæi reliquiis quæ mortuum suscitaverunt? LXI.

Ejusdem ex libro octavo de Incarnatione: Manifestum autem est quod unitas convenit; per eam enim collectæ naturæ unam personam secundum unitatem effecerunt. Sicut enim de viro & mulier dicitur, quod jam non sunt duo, sed una caro; dicamus & nos rationabiliter secundum unitatis rationem, quod non sunt duæ personæ, sed una, scilicet naturis discretis. Et post pauca: Quomodo igitur homo & Deus unus per unitatem esse potest? qui vivificat, & qui vivificatur, qui salvificat, & qui salvificatur; qui ante sæcula est, & qui ex Maria apparuit. LXII.

Ejusdem ex interpretatione Symboli trecentorum decem & octo Patrum: Sed Christum quidem secundum assumptam servi formam; eum autem qui eum assumpsit, super omnia nominans Dominum: intulit tamen hoc secundum conjunctionem, ut per significationem nominum, naturarum manifestam divisionem faciant. Nemo igitur neque eum qui secundum carnem ex Judæis est, dicat Dominum: nec iterum Dominum qui est super omnia secundum carnem ex Judæis: Jesum enim dicit a Nazareth, quem unxit Deus spiritu sancto & virtute: qui autem de Spiritu unctus est, omni modo aliquid inde assumpsit: Quis autem furens dicat, de Spiritu aliquid assumpsisse divinam naturam? Et iterum: Certus quidem & ipse Filium Dei se non secundum divinitatis dicens nativitatem, sed secundum quod domesticus Dei erat, per quod Filius Dei per voluntatem domestici Domino constituti homines interim vocabantur. LXIII.

Hæc

LXIV. *Hac de innumeris pauca pratulimus, ut quasi per foramen angustum, quam nimium barathrum intus lateret, monstraremus. Ecce quales plusquam decem millia libros Theodorus scripsisse perhibetur. Pensate quaeso, si non tanto acriora tormenta promeruit, quanto pluriora conscripsit? Sed haec illius dicta quae prolata sunt, utrum ejus sint fortasse dubitatur. Patrum si placet scripta proferamus. Ita apud vos libros ejus, quos de perfidia illius testes deduximus, deductis insuper testibus affirmemus. Armeniae quippe Episcopi Proclo Constantinopolitanae urbis Episcopo libellos contra Theodorum porrigentes, dicunt: Fuit autem aliquis pestis homo magis autem fera, hominis habens formam diabolicam, mentito nomine Theodorus, qui schisma & nomen Episcopi habuit, in angulo & ignobili loco orbis terrarum latitans in Mopsuestano Ciliciae secundae vel oppido, vere quidem & principaliter a Paulo Samosateno descendens, licet Photino & caeteris haeresiarchis in libro de Incarnatione Domini nostri Jesu Christi in toto suo proposito ipsis verbis inveniatur usus. Et si quid pejus, iste per machinationem & audaciam & errorem diaboli volebat homines acutae suae sicut colubrae linguae veneno quod sub lingua aspidis est, decipere. Et interim quidem retinebatur suo latibulo, timens potestatem eorum, qui a magno Deo & Salvatore nostro (a) acceperant Jesu Christo calcare super colubras, scorpios & omnes virtutes inimici. Dico autem sanctos Apostolos, & qui consequenter ab his susceperunt Martyres & confessores & Episcopos, & caeteros Sanctos. Invento autem nescio quomodo, tempore coepit repere, & extra fines suos fiduciam gerens, & in parochiam ad eum non pertinentem, tamquam eruditus sermocinator, & in Antiochia Syriae in Ecclesia alloquens sic dixit: Homo Jesus quid est enim homo quod memor es ejus? Apostolus autem de Jesu dictum fuisse hoc, dixit: Dum enim qui paulo minus ab angelis minoratus est videmus, inquit Jesus. Quid ergo homo Jesus? similiter omnibus hominibus, nullam habens differentiam ab homine ejusdem generis, praeter ea quae gratia ei dedit.*

(a) Luc. 10.

LXV. *Quibus Proclus Constantinopolitanae urbis Episcopus rescribens, ait: Fugiamus turbulentos & coenosos fallaciae rivos sepia Dei impugnantes, dico Arii furorem dividentem individuam Trinitatem; Eunomii audaciam circumcludentem scientia incomprehensibilem naturam; Macedonii rabiem separantem a Deitate inseparabiliter procedentem Spiritum, & novam istam blasphemiam quae Judaismi multo amplius superat blasphemiam introducentes: nam illi quidem eum Filium negant, fraudant ramo radicem: isti vero eum qui est negantes, alterum introducunt, detrahentes sinceram naturam.*

*Rursus de hujus errore Joannes quoque Antiochenae Ecclesiae Antistes ait: Multo autem tempore perseverans Theodorus, persuasit multis ut Nestorio, quod Christus Filius Dei vivi qui de sancta Virgine Maria natus est, non est qui ex Patre natus est Deus Verbum consubstantialis Genitori, sed homo pro qualitate suae voluntatis ex Deo Verbo cooperationem suscipiens.* LXVI.

*Rursus de ejus errore Cyrillus ad Lamponem presbyterum scribens, ait: Cum apud Helsam commorarer, vir aliquis ex his qui nobiliter militant in palatio, epistolam multorum versuum & grandem obtulit mihi signatam, quam se dicebat accepisse ab Antiochenis Orthodoxis: subscriptiones autem erant in ea plurimorum clericorum & Monachorum & laicorum. Accusabant autem Orientales Episcopos, quasi tacentes quidem Nestorii nomen, & dissimulantes ei adversari: transeuntes autem ad Theodori codices de Incarnatione factos, in quibus multo pejores nefariae blasphemiae positae sunt: pater enim fuit Nestorii perfidi, qui & illius mala locutus, impius & in his factus est.* LXVII.

*Rursum de errore illius idem Cyrillus Alexandrinae urbis Episcopus ad Acacium Melitinae urbis Episcopum scribens, ait: non oportebat latere sanctitatem vestram aut forsitan cognovit, quod omnes Orientales religiosissimi in Antiochiam convenerunt, cum transmisisset eis Thomam dominus meus sanctissimus Proclus bonorum plenus intellectu & rectorum dogmatum: Erat enim ei ratio multa & longa de dispensatione Domini nostri Jesu Christi. Supposuit vero capitula quaedam collecta e Theodori codicibus, quae consonantem Theodori perfidiis intellectum habent, & adhortatur eos etiam illa anathematizare.* LXVIII.

*Rursus de errore illius, Edessenae Ecclesiae Antistes ad beatum Cyrillum scribens, ait: Jam vero quidem unitatem secundum subsistentiam omnibus modis abdicant. Morbus enim aliquis sublatens inveteravit Orienti immedicabilis modo vulneris depascens Ecclesiae corpus apud aliquos quasi studiosos, & supercilia extollentes eruditione latenter.* LXIX.

*Honoratus Episcopus enim quidam provinciae Ciliciae: Theodorus vir verisimilis dicendi, & potens suadere, alia quidem supra tribunali de Ecclesiae statu dicebat ad populi placentiam: alios autem laqueos in scriptis ponebat, qui in principiis quorumdam ejus codicum anathemate circumcludebant inspicientem non manifestare. Aliis scriptis iste primus exposuit: non esse vere Dei Genitricem sanctam* LXX.

ctam

*ctam Virginem, tamquam Deo Verbo non suscipiente secundum nos nativitatem. Et post pauca: Nec enim dicunt secundum substantiam, vel secundum subsistentiam unitum esse Deo Verbo hominem, sed bona voluntate: quadam tamquam divina natura non suscipiente alterum modum unitatis propter non circumscriptibilem. Iste dixit Dominum nostrum Jesum Christum non oportere adorari sicut Dominum, sed relatione Dei honorari sicut imaginem quamdam: magis autem manifestius secundum eos dicere, sicut, instar, aliquid relatione assidentis dæmonis. Iste & carnem Domini pronunciavit nihil omnino prodesse, dissipans Domini vocem (a): Quæ est caro nihil prodest. Iste & Apostolos dicit non cognovisse Christum quod Deus erat, sed supra fidem quæ est in homine ædificatum esse Ecclesiam.*

(a) Joan. 6.

LXXI. *Rursum de errore illius Hesychius Hierosolymorum presbyter, Ecclesiasticæ historiæ scriptor, ait: ita Photinum, in multis & aliis eos esse secutos: Theodorus quidem præcipue imitatus est, malitiosus quidem loquendi, & in lingua paratissimus, & ipse tamen instabili voluntate, qui huc & illuc inclinans ferebatur: clericatui enim Antiocheno a prima ætate connumeratus, & bene conversuri pollicitus, ad sæculares libidines reversus iterum delectabatur, in omnibus autem donis * imitabilis. Et beatus vir Joannes Constantinopolitanus Episcopus scripsit epistolam quæ usque adhuc in codicibus legitur, & a pejore ad meliorem pœnitentiam eum transferre prævaluit, & iterum bene conversuri iterum in clericatu esse cœpit. Et Antiochia relicta, in Tharso transmigravit. In ea Episcopus, nondum Deo volente manifestam impietatis illius prædicationem fieri. Prima autem elementa suæ doctrinæ ex Judaico vaniloquio incipiens, codicem in Prophetiam Psalmorum conscripsit, omnes de Domino * prædicationes abnegantem: culpatas vero & periclitatus, contraria sibi dixit, non ex voluntate, sed compulsus omnibus cæremoniis: & codicem ipsum delere pollicitus, latenter conservabat Judaicæ impietatis viaticum. Et post pauca: Christum enim Jesum generis nostri Salvatorem & Dominum (quem splendorem paternæ gloriæ & imaginem substantiæ Paulus (b) vocat, ferre eum omnia dicens verbo suæ virtutis, qui purificationem nostrorum fecit peccatorum, & ad dexteram paternæ Majestatis consedit: de quo ad Colossenses scripsit epistolam (c), quod in eo omnia creata sunt, quæ sunt in cælis, & in terris, visibilia & invisibilia, quod per eum in eum creata sunt omnia) hunc non incarnatum Verbum, sicut Evangelicis vocibus docti sumus, sed hominem per vitæ provectionem & passionum perfectionem conjunctum Deo Verbo scripsit stultus in omnibus. Et hæc in mysticis sermonibus ausus est.*

* mutabilis.

* prædictiones.

(b) Heb. 1.

(c) Col. 1.

LXXII. *Contra errores ejusdem Theodori, piæ recordationis Theodosius & Valentinianus legem promulgantes: inquiunt: Debitam a nobis venerationem pissimæ doctrinæ reddentes, eos qui ausi sunt contra Dominum impie conscribere debitæ condemnationi subjicere, & nominibus dignis vocari oportere existimavimus. Justum igitur circumdare eos confusione suorum peccatorum, & in tali vocabulo permanere in æternum: quatenus nec vivi liberentur, & post mortem permaneant contempti. Igitur doctrina Theodori & Nestorii impiorum & pestiferorum visa nobis abominanda esse, similiter autem & omnes qui sequuntur eorum errorem, & consentiunt eorum impietati, justum est ipsos eamdem nominationem mereri, & confusionem indui, ut non Christiani sed Nestoriani nominentur, ne dum nominantur Christiani, ex ipso inveniantur decorati vocabulo, longe constituti a Christianorum proposito, & alienati a recta & immaculata Fide. Et post pauca: Si quis præterierit præsentem nostram sanctionem, & Theodoro & Nestorio assenserit, & illorum socios imitatur, post gladii ultionem omnis ejus substantia Fisco addicatur. Rursum contra errores illius, piæ recordationis Theodosius & Valentinianus legem promulgantes, inquiunt: Nemo habeat, aut legat, aut scribat, aut proferat Nestorium, seu illius libros, vel codices omnino inutiles, vel ipsius Nestorii vel alterius, & maxime Nestorii adversus solos Christianos conscriptos, aut Theodori, sed unusquisque habens tales codices publice illos proferat, & in conspectu omnium igni tradat.*

LXXIII. *Et si adhuc fortasse post tot prolatas Patrum contra illum sententias vestra fraternitas dubitat, Theodoreti libros legat, in quibus dum contra Cyrillum Alexandrinæ urbis Antistitem eum defendere nititur verius accusat, dicens: Interpretationem Cyrillus accusat octavi Psalmi, & arguit hæc verba divini Theodori: Consideremus igitur, quis est homo, de quo stupescit & miratur, quod unigenitus dignatus est ejus memoriam & visitationem facere. Sed quod quidem non dictum est de omni homine, in superioribus demonstratum est; quod autem de uno quolibet, ex hoc certum est. Deductas itaque tot testibus blasphemias has ejus esse quis dubitat? Et tantis blasphemiis illum cognitis, eum damnatum jure, quis neget? Discussa ergo primo de Theodori damnatione capitulo, nunc ad dicta epistolæ Theodoreti indaganda transeamus, cujus tota series si solerter aspicitur, sanctæ Chalcedonensi Synodo quam sit adversa pensatur. In*

*Gestis namque ejusdem Synodi & scriptis Leonis Cyrillus prædicatur; in epistola vero illa Theodoreti Cyrillus in Apollinaris dogma corruens reprobatur: scriptum quippe in ea est: Cyrillus autem libros Nestoris volens destruere lapsus est, & inventus est in Apollinaris dogma cadens: In Gestis Nestorius ut Redemptoris nostri adversarius jure damnatus ostenditur; verbis vero epistolæ damnatus injuste memoratur. Sic quippe in ea dicitur: Antequam in Synodo adveniret reverendissimus ac sanctissimus Archiepiscopus Joannes, Nestorium ex Episcopatu deposuerunt judicio & inquisitione non facta. In Gestis Synodi in Dei & Domini nostri una persona duas naturas Cyrillus confessus ostenditur; in verbis epistolæ unam naturam tradere dicitur, atque ab hoc sensu correptus vix resipuisse narratur. In Gestis Synodi anathematizatus Nestorius etiam post mortem dicitur; in verbis vero epistolæ etiam post depositionem suam, pro solo civium suorum odio ad civitatem suam non redisse perhibetur, sic quippe illic scriptum est: Nestorius autem quia in sua erat odio civitatis, & virorum qui in ea sunt maximorum, illuc reverti non potuit. In Gestis ac definitionibus Synodi unus Filius Jesus Christus dicitur; at juxta doctrinam Theodori atque Nestorii Deus tacetur. Et in Gestis Synodi nusquam Theodorus veritatis doctor dicitur; in verbis vero epistolæ idem, cujus blasphemias supra protulimus, veritatis doctor clamatur: qui nimirum si vera dixit, falsa erunt quæ de veritate Synodus protulit. Quisquis igitur qui epistolam quæ Ibæ dicitur, ostendere quod sit de Synodo nititur; quid aliud quam gesta ejusdem Synodi destruere conatur? Si enim sibimetipsis diversa sunt, nulla proculdubio auctoritate subsistent: quia quæ se impugnando destruunt, alios ædificare non possunt: si sibimetipsis diversa sunt, nulla firmitate convalescunt; Domino attestante; qui ait: Regnum in se divisum non stabit. Sed absit hoc, absit ab illo venerando Concilio, ut sibimet contraria sapiat: & vel superiora subsequentibus discordia præferat, vel inferiora præcedentibus impugnatura subjungat. Sancta enim fides, quæ uno illic spiritu accepta est, uno sensu credita, una est & Fide prædicata. Idcirco in cunctis mundi partibus forma nostræ professionis facta est, quia in precantium vocibus sibimet ipsa dissimilis non est.*

LXXIV. *Sed cur tantummodo sanctam Chalcedonensem Synodum convelli dicimus, si auctoritatem, huic epistolæ reprobemus? Quæ nimirum si vera creditur, etiam tota sancta Ephesinæ Synodi fides ac reverentia dissipatur. Hæc quippe ait, quod in ea Cyrillus præmiorum medicamine sapientum oculos excæcavit. Quid ergo illic de veritate certum dicitur, ubi ipsa veritas sacerdotibus vendita esse perhibetur? Sed quis hoc dicere, quis hoc consentiat patienter audire? Reprobetur ergo una epistola mentiens, ne utraque sancta Synodus tantæ falsitatis crimen sustineat. Vestræ fidei fundamentum tenemus, ne postquam sancta primo Ephesina Synodus quasi venalis arguitur, Chalcedonensis etiam (quod absit) culpa varietatis notetur: quæ ut in verbis suis quantæ sit concordiæ clareat, necesse est, ut vestra fraternitas ubi sit completa cognoscat. Omnes namque novimus, quod in Synodo numquam canones, nisi peractis definitionibus Fidei, nisi perfectis Synodalibus gestis habeantur, ut servato ordine cum prius Synodus ad Fidem corda ædificet, tunc per regulas canonum mores Ecclesiæ actusque componat. Vigilanti ergo cura respicite, quia in sexta illius Actione sancta Fidei professio consummatur: moxque in septima ad institutionem jam fidelium regula canonum figitur. Ulterioribus vero Actionibus nihil de causa Fidei, sed sola negocia privata versantur: quod cum Responsales vestri ita esse ambigerent, cura nobis fuit, ex prolatis multis hoc codicibus demonstrare. Nos tamen hac de re numquam dubitari posse credimus, quia & eadem series sic se insinuat, ut credi aliter contradicat.*

LXXV. *Primum quidem quia (sicut dictum est) dum definita Fidei regula in Actione sexta ostenditur, ordo causæ indicat, ut in Actione subjuncta canonum forma sequeretur. Secundum vero est, quia & in Actionis sextæ terminum jam canonum norma prælibatur, dum illic a Principe venerabilibus Episcopis dicitur: Aliqua sunt capitula quæ ad honorem vestræ reverentiæ vobis reservavimus, justum existimantes, hæc a nobis regulariter per singula Synodum * firmari, & cætera. Prælibatione itaque sextæ Actionis ostenditur, quia jure constitutiones canonum nonnisi in Septima continentur. Quid enim supererat quod perfecta Fidei professione, fieret, nisi ut quorumdam fidelium actiones inlicitos sancta Synodus positis regulis judicaret? quamvis si solerter aspicimus canonum regulas positas, non sicut putatur, in septimæ, sed intextas sextæ Actioni invenimus. Nam cum in eisdem Constitutionibus sanciendis, non dies, non Imperium ponitur, non qui residerent, describuntur; proculdubio cum non consueto exordio cœptæ sunt, quia præcedenti Actioni subnixæ sunt demonstrantur: quia vero in Actione sexta Fidei causa perficitur, ipsa Episcoporum omnium generali subscriptione declaratur. Nam qui post subscripserunt sententiam, cuncta quæ de Fide agenda fuerant, fi-*

* formavi.

mita testati sunt. Unde & in causis post specialibus nudis tantummodo verbis loquuntur, atque ea quæ decernentes dixerant, nulla supposita subscriptione, firmaverunt. Quia reverendissimi Episcopi èta in Actione sexta omnia quæ de Fide agenda fuerant, cognoscebant; ut, sicut illic scriptum est, clamarent: Supplicamus, dimitte nos, pie Imperator, dimitte nos: quodque non pro Fide, sed pro specialibus causis detenti sunt, principaliter illic responsione monstratur, cum dicitur: Sacratissimus & piissimus dominus noster Marcianus Augustus ad sanctam Synodum dixit: Laborastis multo spatio fatigationem perpessi: sustinete autem tres aut quatuor dies adhuc, & præsentibus magnificentissimis judicibus nostris, singula quæcumque vultis movete, competens adepturi solatium. Qui igitur ad singula quæque vellent motura retenti sunt, licet quia nequaquam ultra Actionis sextæ terminum pro Fidei causa restiterunt.

LXXVI. Sed cur de his extensa ratione agimus, qui tanta prædecessoris nostri beati Leonis auctoritate fulcimur? Ipse namque, sicut multa superius epistolarum ejus attestatione docuimus, Gesta multiplicia causarum specialium reprobando, auctoritatem Synodi in sola fidei definitione constrinxit. Hinc est enim, quod peracta Synodo, cunctas nobis suspitionum nebulas tergens, aperte ad Maximum Antiochenæ sedis Antistitem scribit, dicens: Si quid sane ab his fratribus, quos ad sanctam Synodum vice mea misi, præter id quod ad causam fidei pertinebat gestum esse perhibetur; nullius erit penitus firmitatis; quia ad hoc tantum sunt ab Apostolica sede directi, ut excisis hæresibus, Catholicæ essent Fidei defensores; quicquid enim ad examen Episcopale defertur, potest aliquam dijudicandi habere rationem. Sed solent nonnulli dicere, hæc eum pro Anatolii Constantinopolitanæ Urbis Episcopi præsumptione dixisse: qui si & res gestas, & ea quæ nunc protulimus epistolæ verba considerant, suspicare protinus falsa cessant. Namque cum prædictus Constantinopolitanæ Urbis Episcopus novum aliquid conatur arripere, constat illic ei Legatos Sedis Apostolicæ cum summa auctoritatis libertate restitisse. Quod & factum in Synodo legitur, & ejusdem Synodi ad præfatum prædecessorem nostrum epistolis approbatur. A sæpefato autem eodem prædecessore nostro ad Maximum, sicut prædiximus, novimus scriptum: Si quid sane ab his fratribus, quos ad Sanctam Synodum vice mea misi, præter id quod ad causam fidei pertinebat, gestum esse perhibetur, nullius erit penitus firmitatis: quia ad hoc tantum sunt ab Apostolica Sede directi, ut excisis hæresibus, Catholicæ essent Fidei defensores. Si ergo de Anatolii causa loquens, hoc quod a vicariis suis actum in Synodo fuerat redarguit: nimirum quia contradixerant, reprehendit.

Et quis hæc vel stultus sentiat? dum constet, quod hac de re beatus Leo Anatolio conquerenti multa in vicariorum suorum, quia contradixerant, laude rescribat: cujus epistolæ nunc idcirco verba non ponimus, ne volumen hoc immoderatius extendamus: cum vero & subjicitur: Quicquid enim præter speciales causas Synodalium Conciliorum ad examen Episcopale defertur, potest aliquam dijudicandi habere rationem: aperte nobis licentia tribuitur, ut quicquid illic extra fidei causas de personis gestum est, retractetur. Specialis quippe Synodalium Conciliorum causa est fides: quicquid ergo præter fidem agitur, Leone docente, ostenditur, quia nihil obstat, si ad judicium revocetur. Quia vero & apud eosdem Episcopos qui in Chalcedona resederunt, in veneratione Synodus nonnisi usque ad fidei definitionem fuit; per hoc aperte ostenditur, quod plerique Græci antiquiores continere Synodum nonnisi in sex actionibus subjunctis canonibus demonstrantur, ut omnino cætera quæ privato studio fuerant mota, non habeant. Unde & Encyclia hæc ita esse testantur. Nam Leoni Augusto Alypius Episcopus Cæsareæ Cappadociæ scribens ait: Sic se habentibus vestræ pietati significo, quia ea quidem quæ particulariter examinata sunt, & quæ gesta a sanctis Episcopis in Chalcedonensi civitate collectis, non legi: neque enim a sanctæ memoriæ tunc Episcopo Thalassio qui interfuit sancto Concilio, hæc delata inspexi. Attestante ergo Alypio Episcopo perdocemur, quod non aliquid est allatum amplius ex his quæ gesta noscuntur, sed tantummodo definitionem expositam ab illo sancto Concilio hanc delatam inspexi. Attestante ergo Alypio Episcopo perdocemur, quia præter causam fidei nihil de Synodo in veneratione Thalassius tenuit: qui illic & præter causam fidei Episcoporum negotiis privatis interfuit. Si igitur in Actione sexta professio fidei consummatur, moxque canonum regula figitur, si beatus Leo negotiis, quæ illic private mota sunt, contradicit, si hoc quod ultra fidem gestum est, nec is qui fecit Thalassius tenuit; cur nos hæreticam epistolam retractasse reprehendimur, qui hac in re cunctorum nos præcedentium auctoritate roboramur? Et quamvis ab eadem epistola alienum se Ibas respondeat, quamvis quia approbata sit, aut difficulter, aut nullatenus demonstretur: licenter tamen unusquisque eam reprehenderet, etiamsi Episcopi in eodem Concilio residentes suis illam subscriptionibus approbassent: quia postquam,

*beato Leone scribente, jus retractandi & dijudicandi conceditur, etiam si qua esse poterat eorum qui interfuerant, in privatis negotiis auctoritas vacuatur.*

LXXVIII. *Discusso itaque secundo capitulo, tertium superest: quod tanto debemus in brevitate constringere, quanto & vos nobis hac in re non credimus resultare. Neque enim Theodoreti omnia scripta damnamus, sed sola quæ contra duodecim Cyrilli capitula, sola quæ contra rectam fidem aliquando scripsisse monstratur. Quæ tamen & ipse damnasse cognoscitur, qui in sancta Chalcedonensi Synodo vera confessus invenitur. Nam quomodo post errorem recte sapiat, & ea quæ prius scripserat, & ea quæ in Chalcedonensi Synodo ab illa sunt gesta, manifestant. Ipse namque Nestorio scribens ait: In his quæ in tuam venerationem injuste atque inique prolata sunt, nec si mihi quis utramque manum absciderit, potero præbere consensum. Æmerio quoque Nicomediæ Episcopo scribens ait: Damnationi venerandi sanctissimi Episcopi Nestorii quæ facta dicitur, non debemus præbere consensum. Ad Alexandrum quoque Hierapolitanum Episcopum scribens ait: Et ante tuæ sanctitati prædixi, quasi domini mei venerabilis & sanctissimi Episcopi Nestorii fuerit dogma damnatum, nec ego cum his qui faciunt, communicabo. Ad Alexandrum vero Syriæ Palæstinorum Præsulem scribens ait: Existimo præ omnibus maxime satisfactum esse domino meo sanctissimo ac venerando Joanni Episcopo, quod nullatenus acquiescam in damnatione domini mei sanctissimi & venerandi Nestorii Episcopi præbere consensum quæ in Tharso & in Epheso facta est.*

LXXIX. *Qui postmodum tamen cum resistentium certamine a sancto Chalcedonensi Concilio admissus, aperte anathema in Nestorium protulit; seque Orthodoxum ipso heretico reprobato monstravit. Dudum namque sanctæ Ecclesiæ diversa sentiens, & contra beati Cyrilli duodecim capitula scribens, ait: Sanctam Virginem Theotocam vocamus, non quod Deum peperit per naturam, sed quod hominem ediderit conjunctum Deo, quem ipse formavit. Et post pauca: Si naturalis conjunctio facta est formæ Dei & formæ servilis, & invenietur legislator necessitatibus legis serviens. Et rursum, nomine communicationis utentes, ut unum quidem Filium adoramus, & eum qui assumpsit, & eum qui assumptus est; differentiam tamen cognoscimus naturarum. Theophoron autem dicere portans vel Dominum indutus hominem Christum, ut a multis sanctis Patribus dictum est, non recusamus. Et post alia: Considerate,* (a) Hebr. 3. *inquit Apostolus (a), Pontificem confessionis vestræ Jesum fidelem ei, qui fecit illum, sicut & Moyses in omni domo sua. Facturam autem eum quis esse direxit recta sentiens: increatum & cum Patre coæternum, & addam, verum: sed eum qui est ex semine David, qui liber ab omni peccato Pontifex noster fuit, & victimam ipse se pro nobis obtulit Deo habens in se certe Dei Verbum adunatum sibi inseparabiliterque conjunctum. Et rursum, ut eum quasi ostenderet ad Divinitatem per incrementa crevisse, in eodem opere subjungit dicens: Ait Angelus (b) Virgini:* (b) Luc. 1. *Spiritus sanctus superveniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi: ideoque quod nascetur ex te sanctum vocabitur Filius Dei. Considerate hic etiam, quia cuncta humanitus dicuntur: Erit, inquit magnus, non dixit, est: & Filius Altissimi vocabitur, non dixit, vocatur: & dabit ei Dominus sedem David Patris sui non dixit, habet, sed dabit ei Dominus: & regnabit, non dixit, regnat: & super quos? super domum Jacob, non dixit, super Angelos & Archangelos. Rursum in eodem libro secundo ait (c):* (c) Luc. 4. *Jesus autem plenus Spiritu sancto regressus est a Jordane. Et iterum: Regressus est Jesus in virtute Spiritus in Galilæam, non Dei verbum cooperatione vel auxilio exuisse Spiritus Sancti arbitreris, sed visibile templum variis sancti Spiritus donationibus fruebatur. Et post alia: Jesus Christus, inquit (d), heri & hodie ipse &* (d) Hebr. 13. *in secula. Quomodo igitur, o sapientissimi, debemus advertere, quomodo idem ipse heri & hodie & in sæcula, & temporaliter & æternus, & in tempore & super tempora; nam si æternus est, temporalis non est; & si in tempore est, super tempus non est. Et rursum: In Domino Deo nostro Jesu Christo deitatis & humanitatis quasi unitatem adstruens, ait: naturas discernimus Dei Verbi: naturam integram dicimus & personam sine dubitatione perfectam; nec enim sine persona fas est asseverare substantiam; perfectam quoque humanam naturam cum sua persona similiter confitemur. Cum vero ad conjunctionem respicimus, tunc demum unam personam merito nuncupamus.*

*Quis hæc fratres carissimi, plena omni impietate non videat? A quibus tamen constat, quod si postmodum ipse correxit qui in sancta Chalcedonensi Synodo Nestorium anathematizare consensit. Quis non videat quanta temeritate plenum sit, Theodoreti scripta superbiendo defendere; quæ eumdem ipsum constat, recta post profitendo damnasse? Dum vero ejus & personam recipimus, & ea quæ dudum latuerant pravæ scripturæ probamus, in nullo a sanctæ Synodi actione deviamus: quia sola ejus heretica scripta respuentes, & cum Synodo adhuc Nestorium insequimur, & cum Synodo Theodoretum profitentem recta veneramur. Alia vero scripta illius non solum recipimus, sed etiam contra-* LXXX.

ad.

adversarios utimur. Nam cum Theodorus Canticorum Canticum vellet exponere, & non ad commenta sed potius ad deliramenta laboraret; per hunc librum Æthiopissæ Reginæ blanditum fuisse, professus est: quod Theodoretus reprehendens, nomen quidem ejusdem Theodori suppressit, sed tamen vesaniam patefecit. Ejusdem namque libri commenta conscribens, ait: Audio plures Canticum Canticorum detrahentes, & non credentes spiritalem esse librum; fabulas autem quasdam aniculares per vesaniam texentes componere & præsumere dicentes: quia sapiens Salomon ad se ipsum & filiam Pharaonis hunc librum conscripsit. Quomodo ergo nulla scripta ejusdem Theodoreti recipimus, qui illum etiam contra Theodorum adsertorem veritatis invenimus? Hæc ad scripta vestra respondemus.

LXXXI. Sed opportunum valde judicamus, ut ea quæ sine scripto a Responsalibus vestris audivimus, breviter verba explicemus. Dixerunt enim, Theodorum a Joanne Antiochenæ urbis Episcopo mira per epistolam attestatione laudatum: quod verum nos nullo modo credimus. Si tamen & tale aliquid fecisse reperitur: plus fidei primæ Ephesinæ Synodo, plus Cyrilli libris, plus Hesychii, quam aliis quæ innotescere nunc usque nequiverunt, epistolis commodamus. Debemus tamen accedere, etiam concedentes aliquid dicere: ita ergo ut Responsales vestri asserunt, esse sentiamus. Vos scitis, fratres dilectissimi, quod res quæ dubietati subjacet, in partem semper est interpretanda meliorem. Quid itaque obstat, si dum de ejus errore occultum adhuc & dubium fuit, ab uno Patre laudatus est: & innotescente post perfidia, pene omnium magnorum Patrum sententiis velut immanis bestia quasi crebrescentibus jaculis est confossus? An non & malos a bonis aliquando laudatos novimus? nec tamen eisdem laudibus defensos. Quid namque in Hæresiarchis Origene deterius, & quid in Historiographis inveniri Eusebio honorabilibus potest? Et quis nostrum nesciat in libris suis quantis Origenem Eusebius præconiis attollat? Sed quia sancta Ecclesia suorum fidelium corda benignius, quam verba districtius pensat: Et plus in hæreticis sensum proprium, quam testatio Eusebii absolvere potuit: nec rursum Eusebium laudati Origenis culpa damnavit.

LXXXII. An non & Gregorius Nyssæ urbis Episcopus cum Canticorum Canticum exponit, magnis Origenem laudibus præfert? An non & Hieronymus nostræ Ecclesiæ presbyter & singularis Hebræi sermonis interpres tanto erga Origenem favore intenditur, ut pene discipulus esse videatur? Sed quia plus causa quam verba pensanda sunt, nec istis sua benignitas nocuit, nec illum a reatu proprio favor alienæ attestationis excusavit.

Cogor post hæc, fratres carissimi, dolens cum (a) Paulo dicere: Testimonium perhibeo vobis, quod æmulationem Dei habetis, sed non secundum scientiam: cujus erga unitatem sanctæ Ecclesiæ dum viscera & caritatis aspicio, discordes vos intolerabilius ingemisco. Pensate, quæso, quo ardore sanctæ unitatis anhelabat, cum Philippensibus diceret: (b) Si qua consolatio in Christo, si quod solatium caritatis, si qua societatis spei, si qua viscera & miserationes, implete gaudium meum, ut idem sapiatis, eamdem caritatem habentes, unanimes, idipsum sentientes. Qui igitur unanimitatem locuturus, tot & tales inquisitiones præmisit; quantum esset hujus virtutis meritum, non explendo, sed inquirendo monstravit. At contra quam sit malum discordia, loquens Corinthiis ostendit: ait (c) enim: Significatum est mihi de vobis, fratres mei, ab his qui sunt Chloes, quia contentiones sunt inter vos: hoc autem dico, quod unusquisque vestrum dicit, Ego sum Pauli, ego autem Apollo, ego vero Cephæ, ego autem Christi. Quod cum quanta animadversione loquatur, agnoscimus, si subjunctæ increpationis verba pensamus: ait enim: Divisus est Christus? numquid Paulus crucifixus est pro vobis, aut in nomine Pauli baptizati estis? LXXXIII. (a) Rom. 10. (b) Philip. 2. (c) 1. Cor. 3.

Considerate igitur, fratres mei, & dum Deo adhuc expectante, omni incerto vitæ fine permittimur, vigilanti cura perpendite, quia illam scissionem sanctæ Ecclesiæ pro Theodoro facere fraternitas vestra non metuat, quam pro se vel profiteri Paulus expavit. Cur non ad memoriam pro unitate servanda beati Augustini dictum reducitur? qui dum de unico baptismate loqueretur, idcirco Cyprianum martyrem, qui de iterando baptismate scripserat, defunctum perhibuit, quia licet pravum quid senserit, numquam tamen se a totius Ecclesiæ communionem suspendit. Sic igitur permanere in sanctitate * servante constat fratres dilectissimi, quia dum vos ab Ecclesiæ unitate disjungitis, omne virtutis meritum perdidistis, etiam si recte teneatis: scriptum quippe est: (d) Pacem sequimini cum omnibus & sanctimoniam, sine qua nemo videbit Dominum. LXXXIV. * (d) Hebr. 2.

Multa loquuti sumus, quia & ad multa ratiocinando respondimus. Et cum testimonia ex Patrum dictis innumera suppeterent, perpauca posuimus: videlicet cupientes ut scripta nostra in causis singulis narratio breviata succingeret, ne fortasse tædium legentis generarent. Unum tamen quod jam superius diximus, non tædet si etiam crebro replicemus: Quia fidem sanctæ Chalcedonensis Synodi illiba- LXXXV.

*sam per omnia Deo auctore servamus, ejusque definitiones, sicut Ephesina prima, Constantinopolitana, ac Nicæna Synodi irretractabiles nunc usque tenuimus, & vel morte proposita irretractabiles custodimus. Vestra igitur dilectio communionem fidelium Orthodoxorum fratrum non fugiat, ne præsentis voces nostræ adjutorium si audire neglexerit, contra se in testimonium vertat. Nos autem ad Dominum post verba recurrimus, cumque quantum possumus fletibus exoramus, ut hoc quod vobis ad sequendam concordiam a nobis dicitur, ipse in vestris mentibus manu intimæ inspirationis operetur.* Hactenus ultima adversus schismaticos Gregorii epistola, Pelagii Papæ jussu nomineque conscripta, nunc primum edita, quam & una cum aliis duabus superius recitatis in recentiori, quæ paratur, ejusdem Gregorii Papæ epistolarum editione, cudendam dedimus. ☞

LXXXVI. Pelagius per Exarchum schismaticos exagitat. Cum autem adhibitum bene præparatum a Gregorio adversus schismaticos pharmacum male affectis animis schismaticorum Papa Pelagius minime profuisse cognovisset; eosdem per sæcularem potestatem cohibere conatus est, imitatus Pelagium Pontificem Seniorem, qui eosdem (ut vidimus) per Narsetem Ducem compescere laboravit. Itaque adversus ipsos Smaragdum Italiæ Exarchum Ravennæ degentem excitavit: qui haud impiger eosdem coercere aggressus est, nec cessavit quousque depascentem Ecclesiam morbum illum auferret penitus ex iis regionibus. Rem vero gestam sic narrat Paulus (a): *Smaragdus Patricius veniens de Ravenna in gradum, per semetipsum e basilica extrahens Severum, Ravennam cum injuria duxit cum aliis tribus ex Istria Episcopis, Joanne Parentino,* * *Severo atque Vindemio: quibus comminans exilia, atque violentiam inferens, communicare compulit Joanni Ravennati Episcopo Trium capitulorum damnatori: qui a tempore Papæ Vigilii & Pelagii a Romanæ Ecclesiæ desciverat societate. Exacto vero anno, e Ravenna ad Gradum reversi sunt. Quibus nec plebs communicare voluit, nec cæteri Episcopi eos receperunt.* Hæc de conatu Exarchi Smaragdi Paulus. Quod igitur exacto anno hi permissi sunt ad suas redire Ecclesias indicatur eos assensum præbuisse Catholicæ veritati, & conjunxisse se a qua divisi schismate erant Romanæ Ecclesiæ: nam de Severo id affirmat S. Gregorius Papa (b) in epistola ad ipsum scripta anno primo sui Pontificatus. Sed quomodo (quod idem testatur) ad vomitum sit reversus, suo loco dicemus. Hæc autem sub Exarcho Smaragdo hoc anno cœpta sequenti absoluta fuisse oportuit: siquidem Exarchatus Smaragdi exordium ponitur anno quingentesimo octogesimoquarto, ac triennio tantummodo perdurasse.

(a) Paul. diac. de gestis Longob. l. 3. c. 12.
* Parentino.
(b) Greg. l. 2. ep. 36.

LXXXVII. Error Pauli & recentiorum hist. Sed hic lector attendat, gravissime in errorem lapsum (quod attigimus) Paulum diaconum, aliis errandi occasionem fuisse, dum putavit damnatores Trium capitulorum eosdem fuisse ab Ecclesiæ communione extorres, ut dum de Joanne Ravennate asserit, eo quod Trium capitulorum damnator exstiterit, a Romanæ Ecclesiæ communione excidisse: adeo ut plane convincatur ipse Paulus de Tribus capitulis historiam minime assecutus fuisse, quæ ex superioribus dictis & iis quæ S. Gregorius Papa pluribus tradit epistolis, satis perspicua inspicientibus redditur: nam penitus contrarium accidit. In quem errorem lapsos vidimus recentiores Historicos (c) & quidem disertos viros Paulum errantem secutos: ex quo factum est, ut in devium semel immisso pede; iidem implicati teneantur aliis multis erroribus, ut cum dicunt Joannem Ravennatem Episcopum adversus Romanam Ecclesiam rebellasse, atque Smaragdum Exarchum adversus Catholicos Episcopos concitasse, & alia hujusmodi veritati contraria: nam ita in re tanta a vero exorbitantes, vix credi potest, in quot sint abducti mendacia, nec quidem levis momenti, dum qui fuerunt Catholici collocant inter schismaticos, schismaticos vero inter Catholicos numerant, & persecutorem vocant Exarchum Smaragdum qui schismaticos zelo pietatis exagitavit. Sed ad alia transeamus.

(c) Sigon. de Reg. Ital. l. 4. & Hieron. Rub. l. 4. hist.

LXXXVIII. In Galliis hoc anno ex hac vita decessit

sit

PAGIUS VII. Obitus S. Disciolæ Monialis. Ad num. LXXXVIII. Turonensis lib. 6. cap. 29. *anno octavo Childeberti Regis* pluribus narrat mortem Sanctæ *Disciolæ* Sanctimonialis Monasterii beatæ Radegundis, & *beati Salvii Albiensis Episcopi neptis*, quæ ideo contigit anno quingentesimo octogesimo tertio, quo mense circiter Decembri annus VIII. Childeberti Regis absolutus est. Sancta *Disciola* in Litaniis Pictonicis, quas Castaneus Episcopus Pictaviensis composuit, invocatur, die XIII. Mai, quo etiam die in Officiis propriis Ecclesiæ Pictaviensis colitur.

VIII. Westmonasteriensis scribit: *Anno Gratiæ DLXXXVI. secesserunt Britannorum reliquiæ in Occidentalibus Regni partibus, Cornubia videlicet atque Wallia; maximam insulæ partem relinquentes. Unde crebras & ferales irruptiones sine intermissione hostibus inferebant. Tunc Archipræsules, Theonus Londinensis, & Thadiocus Eboracensis, cum omnes Ecclesias sibi subditas solo tenus destructas vidissent, cum pluribus ordinatis, qui in tanto discrimine superfuerant, cum Reliquiis Sanctorum in Cambriam diffugerunt, timentes, ne Barbarorum irruptione, tot & tantorum sacra ossa Veterum a memoriis hominum delerentur, si ipsa imminenti periculo minime subtraxissent. Plures etiam Armoricanam Britanniam petentes, totam Ecclesiam duarum Provinciarum,*

Britonni a Saxonibus vexati in Cambriam secedunt.

Lat.

fit sancta Disciola virgo, sancti Salvii Episcopi Albigensis neptis, monialis in monasterio sanctæ Radegundis Reginæ Pictavis existentis: in cujus transitu quæ admiranda effulserunt sanctitudinis signa, narrat pluribus Gregorius (*a*) hoc ipso anno, qui est octavus Childeberti Regis.

(*a*) *Greg. Tur. hist. Franc. l. 6. c. 29.*

Ad-

PAGIUS

*Loegria videlicet, & Northanhumbria, a conventibus suis viduatam, deseruerunt, & inanem. Quibusdam vero Sanctorum corporibus, quæ in sepulturis jacebant, reverenter occultata, tumulos terra superposuerunt, ne ab Infidelibus dispecti haberentur. Erant enim Anglorum, sive Saxonum Reges, armis strenuissimi, pagani atrocissimi; qui nihil potius quam Christum, & Christianorum cultum subvertere satebant. Nam si qua Ecclesia, terra subjugata, illæsa servabatur, hoc magis ad confusionem nominis Christi quam ad gloriam faciebant. Nempe ex eis, Deorum suorum templa facientes, profanio suis, sacrificiis, sancta Dei altaria polluerunt.*

IX. *Fidem Orthodoxam conservarunt.*

Cum itaque Saxones, per universam fere insulam sparsi, & numero Provinciarum, urbibusque auctiores essent, ac novæ leges ab Infidelibus Fidelibus graves conderentur, in antiquorum incolarum præjudicium; visum est Clero populoque Britanno, qui adhuc Saxonibus ubique mixtus erat, nihil cum illo commune habere. Quare decrevere omnes alia migrare, novas sedes quærere, procul hostium commercio esse; nec amplius cum illis vivere. Inter eos, qui in insula erant, fugisse dicuntur *Theonus* Londinensis, & *Thadiocus* Eboracensis, uterque Archiepiscopus. Qui tamen Londini post Missionem Sancti Gregorii Magni sederunt, Episcopi nudi fuerunt, Metropolitana dignitate Cantuariam translata. Ex his liquet, ut Alfordus in Annalibus Anglicis hoc anno observavit, antiquos *Britannos* ab avita fide nunquam declinasse, sacras Reliquias veneratos esse, & eam fidem conservasse quam sub *Lucio* acceperant, ideoque Protestantes hodiernos Angliæ non habere Christianam *Lucii* & antiquorum Britannorum fidem; cum eodem modo tractent eorum cineres, ac Barbari Saxones pagana superstitione cæcati, dum eos Britanni venerabantur.

X. *Persæ a Romanis memorabili prælio victi.*

Bellum Romanos inter & Persas hoc anno continuatum. Theophylactus a fine capitis 14. libri primi usque ad caput undecimum libri secundi, quæ in eo contigere, narrat, atque *Philippicum* Orientalis exercitus Ducem, *vere incipiente ex Urbe imperante*, discessisse, & ubi *Amidam* intravit, Persas pro fœdere pecunia a se redimendo ad Romanos Legationem misisse. Verum statim ac Legatus dixit, auri persolutione placari posse iracundiam Persicam, Romani fœdus turpissimum respuerunt, & *Philippicus* ad Arzamonem fluvium exercitum duxit, ac eo in tria agmina distributo in pugnam processit: *Ubi hostes appropinquare pulverea nubes indicio fuit, Philippicus Dei Hominisque (Jesu Christi) effigiem circumfert. Jam olim fama emanavit, & usque hodie durat, eam effigiem non texentis manu comparatam aut pictoris arte, coloribusque variatam, sed divinitus efformatam esse, &c. Hanc effigiem sacra veste nudatam gestans, exercitum obibat, indeque audendi generosam, & inexpugnabilem militibus alacritatem inijciebat*, inquit Theophylactus lib. 2. cap. 3. qui subdit, *Philippicum* illam Domini imaginem *Mardes* ad Simeonem Amidæ Antistitem, postea misisse. Quare habitum prælium in Mesopotamia, ubi *Amida* ad Tigrim fluvium posita est. In eo prælio Persæ dissipati, & illustria victoria a *Philippico* reportata. Is vulneratos donativis est prosecutus, & cum reliquo copiarum in Persidem irrumpens, eam atrocius incursavit, quod fuse prosequitur Theophylactus, qui cap. 10. ait, *adveniente hyeme* anniversaria stipendia exercitui numerata esse, sub finem scilicet currentis Christi anni, quod ex dicendis annis sequentibus magis manifestum fiet.

XI. *Imago Christi per exercitum a Philippico circumlata.*

Baronius anno DLXXXIX. a num. XLIX. ad LII. hanc Romanorum de *Persis* victoriam ex Miscella & Cedreno narrat. Verum cum uterque Auctor eamdem alliget cum anno IV. Mauricii Imp. nullum dubium esse debet, quin ad præsentem pertineat; cum & Theophanes eamdem referat ad annum Incarnat. secundum Alex. DLXXVIII. qui Kalend. Septemb. superioris Christi anni inchoatus fuit. Gretserus Syntagma de *Imaginibus non manu factis* composuit, quas dicit sacratissimum Christi vultum exhibere, ipsumque linteis seu sudariis admotum faciei suæ impressisse. Harum tres potissimum celebrantur: prima *Edessena*, quæ creditur missa a Christo ad *Abgarum* Edessæ Regem. Altera est *Camulianensis* a Civitate Cappadociæ hoc nomen sortita, ut docet Cedrenus in Chronico ad annum IX. Justini Junioris; Tertia, quam vulgo *Veronicam* vocant, a *Philippico* in memorato prælio circumlata fuit. Græci Festum in imaginis *Edessena* honorem instituere, cujus mentio ad diem XVI. Augusti in eorum Menologio, ob ejus nempe Translationem ex Urbe Edessena Constantinopolim. *Camulianensis* imaginis Christi mentio fit in secunda Synodo Nicæna Act. 5. quam Constantinopolim allatam esse loco citato tradit Cedrenus. In hujus honorem Festum die IX. Augusti institutum est, ut in Menæo Græcorum legitur; eaque ab *Heraclio* Imperatore anno Imperii sui decimo in bello contra Persas suscepto circumlata. Denique Sudarium *Veronica* colitur Romæ, & alias proxima post octavam Epiphaniæ Dominica ex Basilica Vaticana ad ædem Sancti Spiritus processionaliter deferebatur. Hujus processionis mentionem facit Innocentius III. in Sermone supradictæ Dominicæ.

XII. *Concilium Arver. III. & S. Prætextati Martyrium.*

Concilium *Arvernense III.* hoc anno celebratum, ut anno DLXXXVII. videbimus. Sanctus *Prætextatus* Episcopus Rotomagensis hoc anno martyrium passus est, ut an. DLXXXIX. ostendemus. *Autharis* fit Langobardorum Rex, ut anno superiori diximus, ubi & de *Reccaredi* Gothorum Regis initio actum. Moritur Sancta *Cæsaria*, ut videre est anno sequenti. Incendium Urbis Parisiensis, & nativitas *Theodeberti*, Childeberti Regis filii, ut ostendam anno DLXXXVIII.

| JESU CHRISTI ANNUS 587. | PELAGII PAP. II. ANNUS 10. | MAURITII IMP. ANNUS 2. |
|---|---|---|

I. ADsunt Jannarii Kalendæ anni Redemptoris qoiogentesimi octogesimiseptimi Iodictionis quintæ, cum secundum in Imperio annum Mauritius ageret, quo Consulatum absque coliega suscepit, ut ita reliqui ejus Imperii a primo Consulatu nomen multiplicato numero fortiteotur: quod factum reperies apud volumen epistolarum S. Gregorii, in cujus libei secundi exordio septimus numeratur annus a Mauritii Consulatn.

II. De tempore Synodi Constantinopolitanæ. Hoc ipso anno a Joanne Episcopo Constantinopolitano celebrata est Synodus in causa Gregorii Episcopi Antiocheni. De hac nos acturi, primum omnium, ot ex more ratiooem temporis sarram tectam in omnibus relinquamus, plura sunt quæ hoc anno eam habitam Synodum docent: atque in primis dum S. Gregorius decima tertia indictione numerat a tempore hujus Synodi annos octo: oam scribens ad Eulogium Episcopum Alexandrinum dicta Iodictione decimatertia, hæc habet: (a) *Ante annos siquidem octo, sanctæ memoriæ Pelagii prædecessoris meè tempore, frater & coepiscopus noster Joannes in Constantinopolitana urbe ex causa alia occasionem quærens, Synodum fecit, in qua se Universalem appellare conatus est. Quod mox idem decessor meus ut agnovit, directis litteris, ex auctoritate S. Petri Apostoli ejusdem Synodi Acta cassavit: quarum videlicet epistolarum sanctitati vestræ exemplaria studui destinare. Diaconem vero qui juxta morem pro responsis Ecclesiæ faciendis pessimorum dominorum vestigiis adhærebat, cum præfato sacerdote nostro Missarum solemnia celebrare prohibuit.* Hæc Gregorius de tempore Synodi, & rebus in ea gestis. Idem insuper redditur certum tempus ex sententia Evagrii (b), dum numerat annos sexaginta & unum a tempore memorabilis illius terremotus, quo Antiochena civitas prostrata est anno Domini quingentesimo vigesimoquinto, usque in hunc annum, vel potius superiorem (si aoni exacti non oumerentur, quod magis concordat epistolæ Polagii Papæ, ot ante Synodum scripta dici possit) quo postquam Gregorius Antiocheous Episcopus o Synodo reversus est, iterum contigit eamdem civitatem eadem fuoesta clade vexari. Hæc quo ad tempus satis.

(a) Greg. l.4. Indict. 13. ep. 36.

(b) Evag. l.6. c.7.

Quod vero pertinet ad Gregorii Episcopi Antiochiæ causam, quam ad suos explendos affectus Joannes Constantinopolitanus Antistes (ut ex Gregorio Papa vidimus) stulte prærexuit, hic recitemus quæ Evagrius de ea habet in hæc verba: (c) *Cum Asterius Orientis gereret Præfecturam, & contentio inter eum & Gregorium orta esset: primum omnes primores civitatis Asterii partibus se addixerant: deinde adjuncti sunt etiam ei qui populares erant & artes exercebant in civitate (singuli enim se aliquid damni a Gregorio accepisse affirmabant,) postremo vero plebi, ut convicia in Gregorium jaceret permissum erat. Ambo igitur & optimates & populares in eamdem cum plebe quasi pedibus jere sententiam; & cum in plateis, cum in theatro proba & contumelias in Episcopum Gregorium intorquere non cessavere. Quinetiam ne a scena quidem talis abfuit petulantia. Quapropter Asterius abdicatur Præfectura, ad quam administrandam Joannes eligitur: cui Imperatpr dat mandatum, ut de seditione illa accurate inquireret.* III. De causa Gregorii Episc. Antiocheni.

(c) Evag. l.6. c.7.

*Hic Joannes vir sane erat nec ad minima quidem negotia procuranda, nedum ad tam gravem suscipiendam provinciam idoneus. Itaque cum civitatem tumultu ac seditione referfisset, edictumque publicasset, cuique liberum esse pro arbitratu sua Episcopum insimulare: libellum contra eum ab Argentario quodam accepit, quo accusabatur cum propria sorore alteri viro in matrimonium data rem habuisse. Recepit item ab aliis ejus generis hominibus, quod prosperum civitatis statum non semel, sed sæpius labefactarat. At Gregorius cum de eo se purgavit crimine, tam de aliis ad Imperatorem & Concilium provocavit. Me igitur* IV. Gregorius absolutus.

*cum*

---

PAGIUS SÆC. VI. Anno V. C. 1340. Anno Æræ Hispan. DCXXV.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6080.

☉ 8. B ☽ 18. P. 30. Mart. Indict. 5.

JESU CHRISTI 587.

PELAGII II. PAPÆ 10.

MAURICII IMP. 6.

I. Postconsulatus. IS annos hac formula notatur: *V. post Consulatum Maurici Tiberii Aug. III. solius*, ut habet Chronicon Alexandrinum. Baronius num. I. Consulatum Mauricii hoc anno collocat; sed eam anno DLXXXIV. ab eo capessitum fuisse, superius demonstravimos.

A num. II. ad XXVIII. Conciliom *Constantinopolitanum*, in quo *Gregorii Episcopi Antiocheni* falso accusati causa agiteta, ejusque missio in Orientem, ut exercitum Romaoorum, qui adversus Ducem suum rebellaras, cum hoc reconciliaret, pertinet ad sequentem Christi annum, quo de iis commodius agemus, hic acturi de iis, quæ Baronius prætermisit. II. *Gesta anno sequenti.*

Theophylectus lib. 2. cap. 10. refert, *Philippicum* Orientalis exercitus Ducem, cum *minus bello* valens, *armis interesse* non posset, ubi *verna tempestas herbis circumquaque prata con-* III. *Romani per loca Persidis grassantur*

*ve-*

*cum eo assidue versante, præsenteque, iter capit Constantinopolim de criminibus hisce se purgaturus. Ac cum Patriarchæ omnes partim per se, partim per vicinos quæstioni de Gregorio habitæ interessent, ac causa esset coram sacro Senatu & multis sanctissimis primorum urbium Episcopis cognita; post multas & graves contentiones secundum Gregorium sententia promulgata est, ut ejus accusator acrius excruciatus & circum civitatem actus, exilio multaretur. Itaque Gregorius ad suam revertitur sedem.* Hactenus Evagrius de causa Gregorii Episcopi: sed (ut diximus) hi erant Joannis Constantinopolitani prætextus cogendæ Synodi, revera autem ut illud de nomine Oecumenici adimpleret, quod ex animi sententia omnino perfecit.

V. *Pelagius irritam reddit Synod. Constantinop.* Cum hæc autem in Synodo Constantinopoli esse acta Pelagius Pontifex Romanus accepisset; cuncta delenda esse præter sententiam pro Gregorio latam, datis ad Joannem Constantinopolim litteris scripsit; & Archidiacono suo illic agenti, ut irrita cuncta redderet, præcepit. Id quidem tum ad Eusebium Episcopum Thessalonicensem scribens S. Gregorius testatus est, tum etiam in epistola quam postea ad ipsum Joannem dedit, affirmat. Sunt in epistola ad Joannem hæc verba (*a*), dum exprobat ipsi quam prætetulit hypocrisin: *Qui enim* (inquit) *indignum te esse fatebaris, ut Episcopus dici debuisses; ad hoc quandoque perductus es, ut despectis fratribus, Episcopus appetas solus vocari. Et quidem hac de re sanctæ memoriæ decessoris mei Pelagii gravia ad sanctitatem vestram scripta transmissa sunt: in quibus Synodi, quæ apud vos de fratris quondam & consacerdotis nostri Gregorii causa congregata est propter nefandum elationis vocabulum Acta dissolvit; & Archidiaconum, quem juxta morem ad vestigia dominorum transmiserat, Missarum vobiscum solemnia celebrare prohibuit.* Hæc Gregorius de rebus tunc a Pelagio Papa gestis:

(*a*) Greg. l.4. ep. 38.

VI. Affirmat hoc ipsum in dicta epistola ad Eusebium Episcopum Thessalonicæ, ubi de Actis ejusdem Synodi ex parte abolitis ab ipso Pelagio, integris remanentibus quæ in causa Gregorii Antiocheni acta fuissent, hæc ait (*b*): *Cognoscat siquidem fraternitas vestra, Joannem quondam Constantinopolitanæ Ecclesiæ Antistitem contra Deum, contra pacem Ecclesiæ in omnium despectum & injuriam sacerdotum modestiæ & mansuetudinis terminos excessisse, & illicite in Synodo superbum ac pestiferum Oecumenicon, hoc est universalis sibi vocabulum usurpasse. Quod beatæ recordationis Pelagius decessor noster agnoscens, omnia Gesta ejusdem Synodi, præter illa quæ illic de causa venerandæ memoriæ Gregorii Episcopi Antiocheni sunt habita, valida omnino districtione cassavit, districtissima illum increpatione corripiens, ut se a novo & temerario superstitionis nomine cohiberet: adeo ut suum illi diaconem (nisi tantum nefas emendaret) procedere probiberet.* Hæc ibi. Erat magnæ indicium inflictæ pœnæ, prohibere ne diaconus Apocrisarius in sacris cum Joanne communicaret: significabatur enim his symbolis, ipsum Constantinopolitanum Episcopum rejectum esse a communione Apostolicæ sedis. Sed par est hic ipsas Pelagii litteras recitare.

(*b*) Greg. l.7. ep. 69.

*Rata habita sententia pro Gregorio Antioc. Episc.*

VII. Cum igitur Pelagius Papa accepisset in Synodo Constantinopolitana (ut vidimus) hoc anno habita ipsum Joannem Episcopum Constantinopolitanum Oecumenici nomen usurpasse, continuo adversus eum datis litteris, quæ in dicta Synodo facta sunt ad eam rem spectantia, irrita reddidit. Extant ipsæ litteræ omni memoria dignissimæ, quæ ut Christiano orbi innotescerent, exemplar ipsarum S. Gregorius (*c*) Papa successor ipsius Pelagii misit ad Eulogium Episcopum Alexandrinum. Datæ illæ quidem habentur ad omnes Episcopos, qui eidem Synodo interfuerunt, ut ipsarum docet inscriptio, quæ est hujusmodi (*d*):

(*c*) Greg. l.4. Ind. 13. ep. 36.

(*d*) Pelag. ep. 1. t. 1. ep. Rom. Pont.

VIII. *Dilectissimis fratribus universis Episcopis, qui illicita vocatione Joannis Constantinopolitani Episcopi ad Synodum Constantinopolim convenerunt, Pelagius.* Cur autem illicita vocatione convenisse dicat, ipse in contextu epistolæ declarat, quæ sic se habet:

*Pelagii PP. Epist. ad Episcopos ad Synod. vocatos*

*Manifesto (sicut optavimus) per gratiam Dei, lumen Evangelicæ veritatis, ab universali Ecclesia perniciosissimi erroris nocte depulsa, ineffabiliter gaudemus in Domino: sed non modico contristamur mœrore, quia ea, quæ olim calcata fuerant, & funditus damnata, nec umquam fieri debuerant, redivivis radicibus germi-*

mi-

PAGIUS *vestroit, tripartito divisis copiis*, duas partes *Heraclio*, tertiam *Theodoro Abdeno*, & *Andreæ* Saracenorum interpreti tradidisse, *cum mandasit, uti per loca Persidis hostiliter denuo grassarentur*. Tum cap. 18. refert, *Heraclium* munitissimum quoddam Persarum Castrum acerrime oppugnasse, ipsumque & aliud, *Mazarum* appellatum, in Romanorum potestatem venisse, quibus narratis ait: *Hyeme jam ingrediente, Philippicus ad Heraclium summa belli delata Constantinopolim descedit*. Quæ hoc anno gesta esse, ex dicendis duobus consequentibus annis certo constabit. Præterea eadem fuse refert Theophanes anno Incarnat. secundum Alexan. DLXXIX. qui Kalendis Septembr. superioris Christi anni inchoatur; & tam in anno, quam in rei gestæ narratione cum Theophylacto consentit. *Heraclius* Dux pater erat *Heraclii*, qui postea imperavit.

Theo.

*minant atque pullulant.* Calcata dicit atque damnata, respectum habens ad ea quæ S. Leo Papa scripsisset ad Anatolium Constantinopolitanum Episcopum, & Gelasius in Acacium (ut suis locis abunde superius dictum est) cum se super omnes collegas Patriarchus Episcopus Constantinopolitanus erigeret. Sed pergit: *Et quoniam multa quæ pœnitudinem possunt generare, proveniunt; necesse est ea cassare, quæ contra ordinem & omnem auctoritatem facta esse noscuntur. Unde fratres, rejecta penitus audacia, quæ contra Apostolicam sedem, & contra ipsam Domini Salvatoris nostri vocem, qua dictum est: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam: sumpta est disputandi contra Domini præcepta, vana errantium corda conquiescant; nec liceat defendi, quod non liceat agere.*

IX. Tantum esse Romani Pontificis generalem Synodum congregare. *Relatum est ad Apostolicam sedem, Joannem Constantinopolitanum Episcopum, Universalem se subscribere, vosque ex hac sua præsumptione ad Synodum convocare generalem: cum generalium Synodorum convocandi auctoritas Apostolicæ sedi beati Petri singulari privilegio sit tradita: & nulla unquam Synodus rata legatur, quæ Apostolica auctoritate non fuerit fulta. Quapropter quicquid in prædicto vestro conventiculo (quia Synodus taliter præsumpta esse non potuit) statuistis, ex auctoritate S. Petri Apostolorum Principis, & Domini Salvatoris voce, qua beato Petro potestatem ligandi atque solvendi ipse Salvator dedit; quæ etiam potestas in successoribus ejus indubitanter transivit: præcipio omnia quæ ibi statuistis, & vana & cassata esse; ita ut deinceps numquam appareant, nec ventilentur. Etenim ipse Salvator beato Apostolo Petro, tamquam ipsa per se veritas loquitur, dicens* (a) *: Quæcumque ligaveris super terram, erunt ligata & in cælo; quæcumque solveris super terram, erunt soluta & in cælo. Multis denuo Apostolicis & canonicis atque Ecclesiasticis instruimur regulis, non debere absque sententia Romani Pontificis Concilia celebrari. Quapropter (ut jam dictum est) recte non Concilium, sed vestrum conventiculum, vel conciliabulum cassatur; & quicquid in eo actum est, irritum habetur ac vacuum. Vos quoque deinceps, ut nullius hortatu talia præsumatis, si Apostolicæ sedis communione carere non vultis. Modo vero ideo suspenditur ultio, ut locum possit habere correctio.*

(a) Matt. 16.

X. Quæ professi sint Epis. Constantinop. *Prædecessores vero Joannis, & ipse Joannes, non semel, sed sæpissime epistolas atque libellos propria manu subscriptos sanctis antecessoribus nostris miserunt, quibus coram Deo protestati sunt, nihil umquam proterve contra Apostolicam sedem agere, nec de illius aut aliorum privilegiis quicquam usurpare: qui hactenus in archivo sanctæ Romanæ Ecclesiæ sub sigillis ac chirographis eorum roborati habentur integri. In ipsis enim epistolis vel libellis anathematis vinculo se & successores eorum constrinxerunt, si umquam aliquid contra præsumpsissent, aut contra Apostolicam, vel ullius alterius Episcopi sedem quicquam adversi quoquo modo essent moliti.*

XI. Comminatio de inferendo Anathemate. *Idcirco eos non est necesse excommunicare aut anathematizare: quia ipsi anathematis vinculo, propriis manibus professiones suas, suaque scripta roborando, constrinxerunt. Sciat se tamen & ipse Joannes, nisi errorem suum cito correxerit, a nobis excommunicandum fore, & Apostolicæ sedis atque omnium sanctorum Episcoporum communione carere.*

XII. *Universalitatis quoque nomen, quod sibi illicite usurpavit, nolite attendere, nec vocatione ejus ad Synodum absque auctoritate sedis Apostolicæ umquam venire; si Apostolicæ sedis ac cæterorum Episcoporum communione vultis frui. Nullus enim Patriarcharum hoc tam profano vocabulo umquam utatur: quia si summus Patriarcha Universalis dicitur, Patriarcharum nomen cæteris derogatur. Sed absit hoc, absit a fidelis cujusquam mente, hoc sibi vel velle quempiam arripere, unde honorem fratrum suorum imminuere ex qualicumque parte videatur. Quapropter caritas vestra neminem umquam suis in epistolis Universalem nominet; ne sibi debitum subtrahat, cum alteri honorem offert indebitum.*

XIII. *Molinæum sugillat auctor, adversus quem etiam Raimundus Rufus egregium commentarium scripsit, & duplicato scripto ejus defensorem exagitat.* Sed hic, amabo te, siste gradum, lector: spectaculum tuis oculis ingeram, unde rideas. Ecce progreditur e cathedra Juris professor *, factus uno momento Theologus, atque veluti in scenu mimus, mutatis vestibus, ac superinducta

PAGIUS IV. *Avares Thraciam infestant.* Theophylactus cap. 10. & seqq. usque ad finem libri secundi narrat quæ hoc anno inter *Chaganum*, seu Abarum Principem, & *Comentiolum* adversus eum missum cum *Casto* & *Martino*, gesta sunt, & quomodo *Abares* Thraciam universam ad vastitatem redegerint. Romani quidem in hostem progressi sunt, sed ex falso terrore clamor totum exercitum disturbavit, indeque Chaganus varia Romanorum Oppida sub suam potestatem redegit. Et quia *Castus* & *Ansimuthus* peditatus Thracici Præfectus capti sunt ab Abaribus, *populi Byzantini aures fama de Casto, & Ansimutho captis circumsonabat, multumque murmuris tumultus Urbem inundabat, & apertissime Imperatori a quibusdam e media plebe, stulte, & proterva lingua hominibus, quorum neque fortunis quisquam invidit, neque animi bona æmulatus est, contumeliæ dicebantur*, inquit Theophylactus cap. 17. quæ etiam Theophanes loco laudato pluribus refert; ideoque hæc currenti anno sine dubio peracta.

cta persona; licentia histrionica statim vociferari incipit adversus Romanos Pontifices, quod super universalem Ecclesiam sibi auctoritatem arrogent ac nomen: ita rauce inclamans, & obstrepens tuba Novantium, ut dormientes in cunis absterrere posset infantes. Ex recitatis enim modo Pelagii Papæ verbis, quibus ait neminem Patriarchatum uti debere nomine Universalis, ipse mox infert, primatum esse in Ecclesia non debere; ac proinde cuncta Pelagii assertam sanctissimi Papæ sententiam Romanos Episcopos sibi super omnes Ecclesias vendicare primatum. O Cymmeriis tenebris offusam mentem!

XIV. Sed ignoscendum misello nonnisi ex illatis in Gratiani (*a*) arcam fragmentis stipem mendicanti. Si enim ipsam hanc Pelagii integram epistolam perlegisset, in qua tot robustis sententiis elucet primatus Romani Pontificis; erubuisset certe, sensissetque damnum suum, nimirum ex suo egesto stercore instar turdi sibi viscum parasse. Sed accipe quot valida Pelagii Papæ in hac epistola sint de primatu Romani Pontificis prodita argumenta, atque firmatæ sententiæ. Primo quidem, dum habet Romanum Pontificem verum legitimumque Petri Apostoli successorem; cumque addit a Christo in eum collata privilegia, eadem in ipsius successorum redundare præstantiam. Secundo, dum firmiter asseverat jus generalis Synodi convocandæ, ejusque firmandæ, unius esse tantum Romani Pontificis. Tertio, dum quæ acta ab ipsis essent in eadem Synodo universali, re ipsa Pelagius ipse nullius esse præcipit auctoritatis. Quarto, dum judicium in Orientis omnes Patriarchas exercet, sententiamque excommunicationis comminatur, si quid ejusmodi inconcessum præsumant. Quinto, dum disertis verbis affirmat, prædecessores ejusdem Joannis Constantinopolitanos Episcopos sæpissime (ut ait) epistolis scriptis, datisque libellis propria manu consignatis esse professos Romanorum Pontificum primatum, quem & numquam in posterum sub obtestatione divinæ sententiæ labefactare polliciti sunt.

(*a*) *Cap. Nullus Patriarcharum dist.* 99.

Confutatur fortiter Novator Ju. C.

XV. Sexto, dum in eumdem ipsum Joannem Constantinopolitanum Patriarcham fulmen excommunicationis interminatur, nisi cito emendaret quod deliquisset. Septimo, dum inferius (ut audies) totidem verbis Romanam Ecclesiam a Domino esse institutam caput omnium Ecclesiarum affirmat. Octavo dum praxis ostenditur de Orientalibus Patriarchis consulere consuetis Apostolicam sedem, atque ab ipsa de ambiguis expectare sententiam. Nono, dum veteri consuetudine servatum & Synodali decretum firmatum tradit, ut ex universo Orbe majores & difficiliores causæ ad sedem Apostolicam deferrentur. Decimo, dum eminentiori solio constitutus, lata sententia infames esse decernit, quicumque adversus Patres armantur, veluti eorumdem invasores & occisores. Undecimo, dum ad calcem ait, ipsos Romanos Pontifices in Ecclesia Catholica vindices canonum præsidere, eosdemque instaurare ac renovare quæ pravorum hominum essent labefactata conatu. Hæc ex Pelagii Papæ epistola, ex cujus fragmento abrogationem primatus Romanæ Ecclesiæ se elicuisse stulte vaniloquus existimavit.

XVI. Sit modo satis tot virgis verberatum e scena fugasse miserum Leguleium in Theologum ex improviso conflatum, vane existimantem ex animi libitu atque libidine majore facilitate quempiam posse profiteri Theologum, quam evadere Juris peritum, cum ad hoc perficiendum triduum sibi satis esse putarit Orator. (*b*) Quod vero eadem levitate, atque etiam procacitate, qua Pelagium, Gregorium quoque Papam conatus est hæresis constituere assertorem; nos, quæ ex Gregorio citat, cum res Gregorii prosequemur, in ipsum pariter retorquebimus. Cum igitur tot firmissimis assertionibus Pelagius Papa in hac epistola sit promulgator atque assertor primatus Romanorum Pontificum: quis ingenio adeo obtusus non videat, ipsum, dum ait nullum Patriarcharum dici debere Universalem, ad illos Orientales, ad quos scribit, habuisse respectum? Sed jam reliqua ejus epistolæ prosequamur; ait enim:

(*b*) *Cic. pro Murena.*

XVII. *Adversarius* (*c*) *namque noster diabolus, qui contra humiles sæviens, sicut leo rugiens circuit quærens quem devoret, non jam (ut cernimus) caulas circuit, sed ita valide in quibusdam Ecclesiæ necessariis membris dentem figit, ut nulli sit dubium, quia nisi unanimiter, favente Domino cunctorum providu pastorum turba concurrat, omne (quod absit citius ovile dilaniet. Perpenditis, fratres charissimi, quid e vicino subsequatur, cum & in sacerdotibus erumpunt tam perversa primordia. Quia enim juxta est ille, de quo scriptum est* (*d*): *Ipse est Rex super universos filios superbiæ (quod non sine gravi dolore dicere compellor, dum frater & coepiscopus noster Joannes mandata Dominica, & Apostolica præcepta, regulasque Patrum despiciens, eum præ elatione præcurrere conatur e nomine) vestræ brutitudini indicet omnipotens Deus, quam gravi considerationis hujus gemitu torqueor, quod ille quondam mihi notissimus, ille omnibus dilectus, qui eleemosynis, orationibus, atque jejuniis videbatur occupatus; & ex eo quo fœtebat cinere, ex ea quam prætendebat humilitate jactantium*

(*c*) 1. *Petr.* 5.

Reliqua ejusdem Pelagii epistolæ.

(*d*) *Job.* 41.

*tantum sumpsit, ita ut universa sibi tentet ascribere, & omnia, quæ soli uni capiti cohærent, videlicet Christo, per elationem pompatici sermonis, ejusdem Christi sibi studeat membra subjugare.*

XVIII. Diabolus per superbiam tentat quosque optimos. *Nec mirum, quod ille tentator, qui initium omnis peccati scit esse superbiam, & tunc eam in primo homine ante omnia usus est, & nunc eam in quibusdam hominibus ponit in fine virtutum: & qui aliquatenus bonis vitæ studiis videbantur crudelissimas manus ejus effugere, ete in ipsis metis boni operis, & in ipsa quodammodo apponat perfectionis conclusione tendiculum. Unde magnopere orandum est, & omnipotens Deus assiduis precibus implorandus, ut hunc a mente illius avertat errorem, hoc ab unitate atque humilitate Ecclesiæ malum superbiæ & confusionis amoveat: & favente Deo, omnibus viribus concurrendum, atque providendum, ne in unius veneno sermonis viventia in Christi corpore membra moriantur. Si enim dici hoc licenter permittitur, honor Patriarcharum omnium negatur; & fortasse is in errore perit, qui Universalis dicitur, & nullus jam Episcopus remansisse in statu veritatis invenitur.*

XIX. Admonitio ad Episcopos. *Oportet ergo, ut constanter ac sine præjudicio servetis, sicut accepistis, Ecclesias, & nihil sibi in vobis hæc tentatio diabolicæ usurpationis ascribat. State fortes, state securi. Scripta quæ Universalis nominis falsitate condemnata sunt, nec dare umquam, nec accipere præsumatis. Omnes Episcopos curæ vestræ subjectos ab hujus adulationis inquinatione prohibete; ut universa vos Ecclesia Patriarchas non solum in bonis operibus, sed etiam in veritatis * auctoritate cognoscat. Si qua autem forsitan adversa subsequantur, unanimiter persistentes, etiam moriendo debemus ostendere, quia in damno generalitatis nostrum specialiter aliquid non amamus. Dicamus cum Paulo (a): Mihi vivere Christus est, & mori lucrum. Audiamus quod primus omnium Apostolorum dicit (b): Si quid patimini propter justitiam, beati eritis. Mihi enim credite quia honorem, quem pro prædicanda suscepimus veritate, si necessitatis causa exigat, securius pro eadem veritate relinquimus, quam tenemus. Orate, fratres, ut honor Ecclesiasticus nostris diebus non evacuetur, nec umquam Romana sedes, quæ, instituente Domino, caput est omnium Ecclesiarum privilegiis suis usquam careat, aut expolietur.*

* unitatis

(a) Philip. 1.

(b) 1. Pet. 3.

XX. *Confidimus autem de vobis, charissimi, meliora atque viciniora saluti: quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque Principatus, neque instantia, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia (Magistro Gentium (c) docente) poterit nos separare a caritate Domini nostri Jesu Christi, & quæ in ipso est recta fide.* Et post multa quibus eos admonuit & cohortatus est sacerdotali constantia agere, hæc ad finem habet de consultatione ipsorum: *De cætero fratres, super provinciæ causa unde sedem Apostolicam dudum consulere voluistis videtur nobis sufficienter tractatum a sanctis prædecessoribus nostris. Sed quia denuo nostram mediocritatem de eadem re interrogare, dignum duxistis; scitote, certam provinciam esse, quæ habet decem vel undecim civitates, & unum Regem, & totidem minores potestates sub se, & unum Episcopum, aliosque suffragatores decem vel undecim Episcopos Judices, ad quorum judicium omnes causæ Episcoporum & reliquorum sacerdotum ac civitatum causæ referantur, ut ab his omnibus juste consona voce discernantur: nisi ad majorem auctoritatem fuerit ab his, qui judicandi sunt, appellatum. Unde non oportet, ut degradetur vel dehonoretur unaquæque provincia, sed apud semetipsam habeat Judices sacerdotes, & Episcopos singulos, videlicet juxta ordines suos. Et quicumque causam habuerit a suis Judicibus judicetur, & non ab alienis, id est, a suæ Justis Judicibus provinciæ, & non ab externis, nisi (ut jam prælibatum est) a judicatis fuerit appellatum. Si vero in qualibet provincia ortæ fuerint quæstiones, & inter ipsius provinciæ Episcopos discrepare cœperit ratio, atque inter ipsos dissidentes non conveniat; ad majorem tunc sedem referantur: & si illæ facile & juste non discernuntur, ubi fuerit Synodus regulariter congregata, canonice & juste judicentur. Majores vero & difficiles quæstiones (ut sancta Synodus statuit, & beata consuetudo exigit) ad sedem Apostolicam semper referantur.* Et post alia nonnulla, hæc de die qua scripta est: *Data Kalendis Martii, Indictione quinta.* Verum putamus, pro *Martii*, *Maii*, restituendum esse: siquidem non amplius quam quatuor menses numerat Evagrius a reditu Gregorii Antiochiam usque ad terræmotum, qui incidit (ut ait) pridie Kalendas Octobris

(c) Hebr. 8.

De provinciis responsio Pelagii.

XXI. Hæc quidem omnia de judicio universalis Concilii Constantinopoli habiti videtur scripsisse Pelagius adversus eundem Joannem Constantinopolitanum Episcopum, sibi totius Orientis Episcoporum judicia arrogantem, & causam Antiochenæ Ecclesiæ Episcopi judicantem: adversus quam præsumptionem alias sæpe proclamatum a Romanis Pontificibus, superius vidimus. Ratam tamen habuisse Pelagium Papam absolutionem Gregorii Patriarchæ Antiocheni, ex dicta epistola Gregorii Papæ ad Eusebium Thessalonicensem satis apparet. Quod insuper

Pe-

Pelagius Papa eadem sua epistola tradat numquam antea aliquem Constantinopolitanorum Antistitum fuisse permissum eo uti nomine Oecumenici, sed omnes ipsorum conatus irritos, penitusque repressos esse a Romanæ Ecclesiæ Pontificibus, vel hinc saltem potes liquido perspectam habere Græcorum imposturam (quod superius admonuisse meminimus) in Actis Quintæ Synodi, in quibus passim legimus Constantinopolitanum Episcopum Oecumenicum appellari.

XXII. Populus Antiochenus luit poenas de persecutione in suum Episc. mota. Sed ad Gregorium redeamus. Hic accusatus a suis, & persecutionem passus a Præfecto, reus compulsus in Synodo Constantinopolitana causam dicere, penitus absolutus, liberque cum honore in suam remeavit Antiochenam Ecclesiam. Quam autem severe ultus sit Deus Antiochenos, qui eum dire adeo incessantique studio sunt persecuti, Evagrius testis est: relictumque plane fuit exemplum posteris post multa alia quæ videri poterant exolvisse, magno periculo insurgere populos in suos Episcopos, & a luporum parte stare oves adversus pastorem suum. Quod igitur Antiochiæ habitatores omnes tam nobiles quam statu humiles, divites atque pauperes, æque convenerint adversus Dominum & adversus Christum ejus; omnes pariter eadem insecuta est ultio divinitus immissa, nempe terræmotus, diruta civitate, atque oppressis hominibus: quo & ipse auctor ductorque pravorum Asterius, quem diximus, misere periit: evasit vero Episcopus, qui fuerat jam innocens absolutus: ut plane visus sit Dominus præjudicata iterum judicare, & damnans sontes, innocentem veluti digito demonstrare. Sed hæc quomodo se habuerit, Evagrius exacte describit quem audi (a):

(a) Evag. l.6. c.8.9.

XXIII. *Quatuor mensibus post reditum Gregorii dilapsis, anno sexcentesimo trigesimoseptimo post nomen Antiochiæ urbi impositum, & anno sexagesimoprimo post terræmotum, qui proximus ante in ea civitate extitisset: cum ipse Asterius Gregorii inimicus pridie Kal. Octobris teneram virginem uxorem duceret, & civitas propterea festum celebraret, & publicos conventus cum pompa circiter thalamum jugalem ageret, tertia hora post crepusculum turbatio & terræmotus simul cum impetu irruens totam civitatem concutit; multaque loca, conquassatis fundamentis, deturbat: adeo ut omnia ædificia circa Ecclesiam sanctissimam ad terram prosternerentur, excepto solo hemisphærio, quod Ephræmio, ex lauro construendum curaverat, quodque terræmotu temporibus Justini facto non parum acceperat incommodi; quod denique terræmotibus, qui deinceps acciderunt, graviter agitatum, ita inclinabatur versus Septentrionem, ut trabes ligneas eiiceret, quæ cum ingenti fragore ceciderunt, hemisphærio in proprium locum resiliente, & velut perpendiculo quodam directe locato. Multæ vero partes Ostracinæ, & Psephium, de quo supra diximus & omnia illa loca quæ Brysia vocantur, quinetiam ædificia sanctissimi templi Deiparæ Mariæ corruerunt, media quadam porticu mirum in modum conservata.* Secundum illud lugentis Hieremiæ (b): *Demolitus est tabernaculum suum.* Et: *Repulit Dominus altare suum, maledixit sanctificationi suæ.* Pergit insuper:

Asterius poenas dat de malis in Episc. illatis.

(b) Thren. 2.

*Porro autem omnes turres, quæ in plano constructæ erant, disjectæ sunt, reliquo ædificio, pinnis muri exceptis, integro stante, manenteque: pinnarum autem lapides nonnulli retro pulsi, minime tamen prolapsi sunt. Alia præterea templa, & utrumque balneum publicum, quod duobus distinctum temporibus inservit, eadem oppressit calamitas. Multitudo quoque promiscue est eadem involuta clade: & (ut quidam conjecturam ex pane, qui in tota civitate consumi solet, faciunt) hæc lues sexaginta hominum millia extinxit. Verum Episcopus præter omnium expectationem evasit incolumis, toto domicilio, in quo sedebat, ruinam passo, & solis illis, qui eum circumstabant, servatis, alio præterea nemine: qui illum omni festinatione sublevantes, cum terræmotus locum secunda concussione patefaceret, per funem demissum e periculo eripuerunt.* XXIV. Miseranda clades Antioch.

*Accidit autem in hoc infelici casu res quædam civitati per salutaris. Nam clementia Dei propitii furorem suum mitigantis & virga miserationis & misericordiarum peccata populi corrigentis, nullum incendium factum est, cum ingens flamma, quæ partim ex foco & lucernis tam publice quam privatim accensis, partim ex culinis, balneis & aliis locis prope infinitis erumpebat, totam urbem circuiret. Hoc terræmotu oppressi fuere tum nobiles & illustres viri quamplurimi, tum Asterius una extinctus. Quam cladem urbi inflictam pecunia sarsit Imperator. Quod autem ad exercitum pertinet: eodem fere loco fuit: adeo ut barbari persuasum haberent, neminem eos prohibituros, quo minus suo more grassarentur, & in fines Romanorum irruerent. Veruntamen Germanus cum suis copiis illis obviam profectus, vi manuque sic profligavit, ut nec unus fuerit reliquus, qui cladem ceteris Persis nunciaret.* Hucusque Evagrius. Quæ post hæc secutæ sint perturbationes in exercitu, dicemus inferius suo loco. Cedrenus (c) hoc item anno accidisse tradit, ut Mauritius Imper. sororem suam Gordiam Philippi- XXV.

(c) Cedren. an.2.Mauric.

eo in matrimonium dans, eumdem Orienti præfecerit: sed quæ ex hoc secutæ sint turbæ, dicemus anno sequenti.

XXVI. Avares grassantur in Roman. Imp.

Subdit idem auctor de Cagano, qui cum esset Dux Avarum, pace violata, in longum murum apud Constantinopolim prædando excurrit: quando Commentiolus Dux Romani exercitus de improviso barbaros adortus, magna multitudine cæsa, eos abegit: *Inde* (inquit) *cum Hadrianopolim venisset, in Andagastum incidit Sclavinorum Ducem, qui prædam agebat; In hunc facto impetu, prædam recepit, insigni potitus victoria.* Addit hæc insuper.

XXVII. Blasphemi puniti.

*Eo tempore Græci quidam in domo cujusdam prandentes, eo prolapsi sunt, ut in Virginem Deiparam convicia atque execrationes jacerent. Horum reliqui illico a malis correpti spiritibus, pœnas dederunt. Dominus autem domus illius per somnium videt astare sibi Deiparam: quæ alloqui ipsum non dignata, pedes ejus virgula veluti notis impressis circumscripsit. Ille autem pro dolore statim evigilans, pedes suos excisos invenit: gestatus in publicum, ubique expositus, justum Dei judicium & inculpatæ Virginis Deiparæ contra se indignationem professus est.* Hæc ipse hoc anno Imperatoris secundo.

XXVIII. Synodus Lugdunensis secunda.

Quod ad res pertinet Occidentalis Imperii, hoc anno, qui & ab obitu Clotarii Francorum Regis numeratur Gunthramni ejus filii regni vigesimussecundus celebrata est secunda Synodus Lugdunensis (*a*), cujus extant sex canones, quibus sanctitas antea a prædecessoribus Ecclesiasticas regulas innovantes, hoc de Leprosis Patres addiderunt: *Placuit etiam universo Concilio, ut uniuscujusque civitatis leprosi, qui intra territorium civitatis ipsius aut nascuntur, aut videntur consistere, ab Episcopo Ecclesiæ ipsius sufficientia alimenta & necessaria vestimenta accipiant; ut illis per alias civitates vagandi licentia denegetur.* Hæc Synodus cui subscripserunt Episcopi octo, Vicarii vero Episcoporum duodecim. Inter Episcopos eminebat Syagrios Episcopus Augustodunensis Sanctis adnumeratus, honestatusque ab Ecclesia anniversaria ipsius natalis memoria. Extat ad eum Fortunati epistola in præfatione egregii operis, quod periit.

(*a*) Extat t.2. Conc.

Hoc item anno qui secundus numeratur Reccaredi Hispaniarum Regis, ipse Rex Catholicus nonnisi Catholicam jugalem sibi quærens, quam sciebat bene sanctis dogmatibus institutam probeque educatam Chilperici Francorum Regis filiam sibi in matrimonium dari, missa legatione petiit; quod & est feliciter consecutus, accepta in conjugem Badda virgine maxime pia, quæ post annum sequentem una cum Rege subscripta reperitur Concilio Toletano, ut suo loco dicemus. Hæc fuit illa legatio, cujus Gregorius Turonensis (*b*) meminit, magnamque legationem appellat, qua de nuptiis actum est Regis Hispaniarum. At licet nomen virginis nuptæ non prodat; tamen quod hoc factum anno certum sit ex ipsius assertione, dum res gestas Francorum prosequens, easdem per annos Regis Childeberti disponit, collocatque sub anno ejusdem Regis nono, qui est præsens annus Domini quingentesimus octogesimus septimus: & cum reperiatur in Actis Synodi Toletanæ post sequentem annum celebratæ uxor ejusdem Regis Badda

XXIX. Reccaredi conjugium.

(*b*) Greg. hist. Franc. l.6. c.45.

PAGIUS V. *Synodus Lugdunensis III.*

Ad num. XXVIII. Inscriptio tertiæ Synodi Lugdunensis, quæ Baronio secunda tantum est, habet: *Synodus habita in Civitate Lugdunensi anno Regni XXII. gloriosissimi Domini Guntramni Regis*, ideoque anno DLXXXIII. quo annus XXII. Guntramni Regis in cursu erat celebrata. Extant hujus Concilii Canones sex, quibus subscripsere Præsules octo, ex quibus quinque Sanctitate claruere, *Priscus* Lugdunensis, *Evantius* Viennensis, *Syagrius* Æduensis *Agricola* Nivernensis, & *Flavius* Cabilonensis.

VI. *Rigunthis Reccaredo Regi uxor non fuit.*

Ad num. XXIX. & seq. Gregorius Turonensis lib. 6. cap. 45. ait: *Advenientibus Kalendis Septembribus, Gothorum magna Legatio ad Regem Chilpericum accedit.* Missa ea a Leuvigildo Visigothorum Rege, qui Riganthem filiam Chilperici Regis Reccaredo filio suo desponsatam petebat. *Rigunthis* nonnisi renitens profectionem in Hispaniam instituit; cumque Tolosæ subsisteret, ut eleganiori cultu atque apparatu fines Gothorum attingeret, *Chilperici* Regis mors *Desiderio* Tolosæ Duci nunciata, inquit Gregorius lib. 7. cap. 9. qui cum narret, hæc gesta esse anno nono Childeberti Regis, retrahenda ad annum quingentesimum octogesimum quartum, quo etiam *Chilpericus* Rex interemptus fuit. *Rigunthis* a Desiderio capta, ac thesauris omnibus spoliata Tolosæ resedit in Basilica Sanctæ Mariæ; cui *Desiderius* arctum constituit victum, ut narrat Aimoinus lib. 3. cap. 60. qui addit, cum *Rigunthis* thesaurum sigillo munitum, in quadam domo fortissimis viris custodiendum tradidisse. Tum cap. 72. asserit, *Fredegundem* Reginam *Cuppanem* Cubicularium suum Tolosam direxisse, hunceque Riganthem, *quam in magna humiliatione constitutam offendit*, ad matrem devexisse. Quod etiam scribit Turonensis lib. 7. cap. 39.

VII. *Neque etiam Chlodosvinda, sed Badda.*

*Autharis* Langobardorum Rex Legatos ad *Childebertum* misit, sororemque ejus *Chlodosvindam* sibi in matrimonium petiit. *Childebertus* quidem eam in *Autharis* uxorem daturum spopondit; sed cum postea *Reccaredus* Gothorum Rex eamdem per Legatos postulasset, facile Catholicum Principem Ariano præposuit, & Reccaredo *Chlodosvindam*, uti Guntramnus consenserat, despondit; loquitur de hac Reccaredi ad Childebertum Legatione Turonensis lib. 9. cap. 25. & cap. 28. inquit matrimonium illud peractum non fuisse. Sed cum ita asserat, *Chlodosvindam* a Reccaredo Rege anno XIII. Childeberti Regis conjugem petitam, de hoc matrimonio anno quingentesimo octogesimo octavo actum. Hermannus quidem Contractus & Si-

da nominata; non aliam ab hac ipsa Regina ex Francis petita eam fuisse dicere possumus: etenim quam constat in matrimonium duxisse Clodosvindam filiam Brunichildis sororem Childeberti Regis, longe post accidit, nempe (ut ex eodem Gregorio patet *a*) anno Domini quingentesimo nonagesimosecundo, anno videlicet (ut ponit) decimoquarto ejusdem Childeberti Regis. ☞ Cæterum in Chronographia regni Reccaredi nos secuti Acta Toletani tertii Concilii, impegimus in mendosam Æram, ex qua posuimus hoc anno ejusdem regni annum secundum, & quidem male: quem errorem a nobis examinatum & emendatum invenies inferius anno Redemptoris quingentesimo nonagesimoprimo, §. Sed hic, rogo, siste gradum. Quod vero attinet ad Baddam & Clodosvindam, de quibus hic habetur mentio: eum ex eodem Gregorio constet, anno post hunc quinto, nimirum Childeberti Francorum Regis decimoquinto, Reccaredum duxisse Clodosvindam ejusdem Childeberti Regis sororem; dicendum omnino videtur Baddam illam, quæ subscripta reperitur Concilio Toletano biennio post has nuptias celebrato, ex vera supputatione inferius declarata eamdem esse cum ista Clodosvinda, eo modo, Baddam, mutato nomine dictam; vel ejusmodi additum ipsi cognomen. Quod vero attinet ad filiam Chilperici, quam primo Leovigildus Reccaredo filio obtinuerat: cum ex Gregorio constet, ipsam invitissimam in Hispaniam deductam esse; verisimile est, eam brevi mœrore consumptam vivere desiisse. Demum (ut ad Baddam redeamus) si negetur, Clodosvindam eamdem esse cum ipsa; tunc omnino dicendum erit, Baddam tertiam fuisse uxorem Reccaredi, quam duxerit post obitum Clodosvindæ. ☜

(*a*) Greg. hist. l. 9. c. 16. 28.

XXX. Verum non Baddam primum desponsam a Chilperico Rege Reccaredo fuisse, sed aliam filiam collocatam apud sanctam Radegundem in celeberrimo illo Pictaviensi monasterio, quam susceperat ex Audovera, testatur (*b*) ipse Gregorius, quam & Basinam appellatam inferius prodit (*c*). De hac igitur in primis ista Gregorius: *Voluit enim tunc aliam filiam illuc dirigere, quam de Audovera habebat, & eam in monasterio Pictaviensi posuerat: sed illa distulit, resistente præcipue beata Radegunde, ac dicente: Non est enim dignum, ut puella Christo dicata iterum ad sæculi voluptates revertatur.* Hæc ipse, qui & eam remansisse in eodem monasterio, ex iis quæ inferius tradit (*d*), ostendit.

(*b*) Idem l. 6. c. 34.
(*c*) Idem l. 9. c. 39.

Radegundis servat virginem Deo dicatam.

(*d*) Idem l. 9. c. 39.

XXXI. Sed quæ post hæc in Galliis secuta sint mala, ex eodem auctore enarrentur. Tunc enim temporis cum filius parvulus Chilperici moreretur, Fredegundis Regina existimans a maleficis id factum esse, de iisdem dirissimam exercuit quæstionem; in crimenque vocatus est Dux exercitus Mummolus, de quo superius mentionem fecimus: qui post dira tormenta coactus est misertime mori. Pluribus prosequitur ista Gregorius: (*e*) qui & quomodo ultus est Dominus quæ Reges sibi videntur impune deliquisse (siquidem hoc anno ipse Chilpericus Rex occiditur) rem gestam sic narrat (*f*):

(*e*) Greg. hist. l. 6. c. 35.
(*f*) Greg. l. 6. c. 46.

XXXII. *Chilpericus Nero nostri temporis & Herodes ad villam Calensem, quæ distat ab urbe Parisiaca quasi centum stadiis, accedit ibique venationes exercet. Quadam vero die regressus de venatione jam subobscura nocte, dum de equo susciperetur, ut unam manum super scapulam pueri retineret, adveniens quidam cultro percutit sub ascella, iteratoque ictu ventrem ejus perforat: statimque profluente copia sanguinis tam per os quam per aditum vulneris, iniquum fudit spiritum.* Et post nonnulla, quibus recenset ejus scelera Nerone digna, addit de odio quo flagabat adversus sacerdotes & Ecclesias, & in-

Rex Chilpericus occiditur.

PAGIUS Sigebertus in Chronicis scribunt, illud factum fuisse. Verum Isidorus & Rodericus nullam matrimonii hujus mentionem faciunt, constatque, *Reccaredum*, non obtenta *Chlodosvinda*, sibi *Badonem* copulasse, quæ Concilio Toletano III. mense Maio anni DLXXXIX. celebrato his verbis subscripsit: *Ego Baddo, gloriosa Regina hanc fidem, quam credidi & suscepi, mea manu de toto corde subscripsi*. Marianus quidem lib. 5. de Reb. Hisp. cap. 14. & lib. 6. cap. 1. scribit, Reccaredum Regem *Bada* Regina defuncta *Chlodosvindam* matrimonio sibi jungi ultro postulasse, tandemque obtinuisse. Verum id gratis & sine ulla probatione asserit. Hæc *Reccaredi* conjugia Baronium in Annalibus, & postea in Appendice ad Tomum VIII. & hoc anno in eorumdem editione Coloniensi, valde irretitum tenuere, ut apud eum legere est.

VIII. A num. XXXI. ad XXXVI. *Chilperici* Francorum Regis cædes post mensem Augustum anni quingentesimi octogesimi quarti patrata, Gregorius enim lib. 6. cap. 45. loquens de iis, quæ contigere anno nono Childeberti Regis, qui eo Christi anno terminatur, testatur, advenientibus *Kalendis Septembribus* Gothorum magnam Legationem ad Regem Chilpericum accessisse, & Riguntham filiam ejus uxorem Regi suo petiisse. Tum cap. sequenti affirmat Chilpericum ad villam Calensem, quæ ab Urbe Parisiensi distat quasi centum stadiis, profectum esse, ibique venationes exercuisse: *Quadam vero die regressus e venatione, jam sub obscura nocte, dum de equo susciperetur, & unam manum super scapulam pueri retineret, adveniens quidam cum cultro percutit sub ascellam, iteratoque ictu ventrem ejus perforat*, &c. quod Fredegundis ejus uxoris insidiis factum tradunt Fredegarius in Epitome Gregorii cap. 93. Anonymus de gestis Reg. Franc. cap. 35. & Aimoinus lib. 3. cap. 57. Idem Anonymus habet, eam regna-

*Chilpericus Francorum Rex occiditur.*

Inter alia de his quæ spectant ad bona Ecclesiastica, quorum expilator erat.

XXXIII. Nefanda scelera Regis Chilp. *Ajebat enim* ( addit Gregorius ) *plerumque : Ecce pauper remansit fiscus noster : ecce divitiæ nostræ ad Ecclesias sunt translatæ. Nulli penitus, nisi soli Episcopi regnant : periit honor noster, & translatus est ad Episcopos civitatum.* *Hæc agens assidue, testamenta quæ in Ecclesiis conscripta erant, plerumque disrupit.* Vides quales esse soleant homines Neroni atque Herodi similes, qui talia dicerent ac perpetrarent. Sed ac si pauca de eo mala narrasset, hæc addit: *Jam de libidine atque luxuria non potest reperiri in cogitatione, quod non perpetrasset in opere. Nova semper ad lædendum populum ingenia perquirebat. Nam si quos hoc tempore culpabiles reperisset, oculos ejus jubebat erui; & in præceptionibus quas ad judices pro suis utilitatibus dirigebat, hoc addebat : Si quis præcepta nostra contempserit, oculorum avulsione mulctetur, &c.*

XXXIV. Sed quid de eo pervisum ostensum sit Gunthramno Regi, Gregorius ita narrat (*a*): Rex ait: Vidi & ego aliam visionem, quæ hujus interitum nunciavit. Adducebatur enim in conspectu meo a tribus Episcopis vinctus catenis, quorum unus Tetricus, alius Agricola, tertius vero Nicetius Lugdunensis erat. E quibus dicebant duo: Solvite, quæso, eum, & castigatum abire permittite. Quibus e contrario cum amaritudine Tetricus Episcopus respondebat: Non fiet ita, sed igne concremabitur pro sceleribus suis. Et cum diu multumque quasi altercantes, hæc inter se verba proferrent, conspicio eminus æneum super ignem positum fervere vehementer. Tunc me flente, apprehensum infelicem Chilpericum, confractis membris, projiciunt in æneum: nec mora inter undarum vapores ita dissolutus ac liquefactus est, ut nullum ex eo penitus indicium remaneret. Hæc a Rege Gregorius & alii qui aderant accepere.

(*a*) Greg. hist. Fran. l.8. c.5.

De Chilperici Regis damnatione visio.

XXXV. Reliquit Chilpericus filiolum infantem Clotarium nomine nondum baptizatum, de quo sæpe Gregorius (*b*). Profecit nonnihil tali sibi ostenso viso Rex Guntheramnus, cujus hoc anno clementia refulsit in suscipiendo Æthrio Episcopo calumniis diu multumque circumvento, eumque muneribus exornando, & suis epistolis ad Episcopos comitando. Rem gestam idem Gregorius (*c*) scribit ejusdem Regis commendans benignitatem & misericordiam; quem & ad ambientes Episcopatum Bituricensem hæc eodem tempore respondisse tradit (*d*): *Non est principatus nostri consuetudo, sacerdotium venundare sub pretio, sed nec vestrum eum præmiis comparare; ne & nos turpis lucri infamia notemur, & vos mago Simoni comparemini: sed juxta Dei præscientiam Sulpitius vobis erit Episcopus. Et sic ad clericatum deductus, Episcopatum Ecclesiæ supradictæ suscepit. Est enim vir valde nobilis & de primis Senatoribus Galliarum, in litteris bene eruditus rhetoricis, in metricis vero artibus nulli secundus. Hic Synodum illam cujus supra meminimus, de parochiis Cadurcinis fieri commonuit.* Sed & quod præstat cæteris, idem electus Sulpitius egregia nituit sanctitate vivens, mortuusque pariter Sanctus est cultus, honestatus ab Ecclesia anniversaria ipsius diei natalis memoria. Quod vero ad Synodum spectat, fuit ea celebrata Arverni pro sedandis turbis obortis inter Episcopos Rutenorum & Cadurcensium occasione diœcesis usurpatæ, ut idem Gregorius docet (*e*):

(*b*) Greg. hist. Fran. l.8. c.9. & 31.

(*c*) Greg. l.6. c.36.

(*d*) Greg. l.6. c.39.

(*e*) Greg. l.6. c.38.

XXXVI. Sed quæ miranda de cæde martyris tunc acciderint, accipe ex eodem Gregorio, ubi ait (*f*): *Lupentius vero Abbas basilicæ S. Privati martyris urbis Gabalitanæ a Brunichilde Regina accersitus advenit: accusatus enim ( ut ferunt fuerat ab Innocentio supradictæ urbis Comite, quod profanum aliquid effatus de Regina fuisset. Sed discussis causis, cum ni-*

(*f*) Greg. l.6. c.37.

Lupentii Abb. martyrium.

PAGIUS

gnasse *annos XXIII.* qui fere completi fuere. Prima enim die Septembris excepit Legationem Reccaredi Regis & dum *Rigunthis* ejus filia in Hispaniam pergeret, uvæ maturæ erant, ut scribit Turonensis lib.6. cap. 45. qui lib. 7. cap. 9. ait, *Riguntham* cum Tolosam pervenisset, variis ex causis moras in eadem Urbe innexuisse, interimque *Chilpericum* occisum. Quare cædes hæc ante mensem Octobrem patrata non fuit. Auctor quidem Historiæ Tornacensis lib. 1. cap. 67. refert, in Chartulariis primariæ Ecclesiæ Tornacensis hæc verba legi: *Quinto Kalend. April. obitus gloriosi Regis Francorum Chilperici, qui hanc Ecclesiam ita larga Christi caritate dotavit*, &c. Verum hæc verba, ut alibi sæpe, ad anniversarias precationes, non vero ad diem ejus obitualem, referenda.

IX. Chilperici Regis virtutes & vitia.

Tres duxit uxores Chilpericus *Audoveram*, *Galsuintham* & *Fredegundem*, & ex duabus ultimis plures liberos suscepit, ex quibus superstites duntaxat patri vixerant duæ filiæ, *Basina* & *Rigunthis* cum *Clotario* anno ejus mortis nato, & in regno successore. Fuit, inquit Hadrianus Valesius lib. XI. Rer. Franc. Princeps inæqualis, & ex virtutibus vitiisque compositus; paternæ libidinis superbiæ, & arrogantiæ hæres, qui sævitia quoque & rapacitate non minus quam fortitudine patrem *Clotarium* retulit. Furenti uxori nimia addictus & indulgens, ac novis & gravibus exactionibus subditis suis molestissimus. Fuere tamen in eo multa laude digna: ingenio, prudentia, & pro capta illorum temporum arte Poetica valuit: multa Ecclesiis atque Basilicis largitus est, & Episcopis magnum honorem habuit. Ex anno emortuali *Chilperici* Regis, qui certus est, præ-

*nihil de crimine majestatis conscius esset inventus, discedere jussus est. Verum ubi viam carpere cupit, iterum ab antedicto Comite captus, & ad Ponticonem villam deductus, multis suppliciis est affectus. Dimissusque iterum ut rediret, cum super Axonam fluvium tentorium tetendisset, iterum irruit super eum inimicus ejus. Cujus vi oppressi amputatum caput in culleum aeratum lapidibus posuit, & flumini dedit: reliquum vero corpus vinctum cum saxo immersit gurgiti. Post vero paucis apparuit quibusdam pastoribus, & sic extractum de flumine sepulturæ mandatum est.*

XXXVII. Miro modo detectum facinus. *Sed dum necessitates funeris pararentur & ignoraretur quis esset de populo, præsertim cum caput truncati non inveniretur; subito adveniens aquila levavit culleum e fundo fluminis & ripæ deposuit. Admirantesque qui aderant, apprehenso culleo, dum solicite quid contineret inquirunt, caput truncati reperiunt, & sic cum reliquis artubus est sepultum. Nam ferunt nunc & lumen ibi divinitus apparere: & si infirmus ad hunc tumulum fideliter deprecatus fuerit, accepta sospitate recedit.* Hucusque Gregorius.

XXXVIII. Salvii Episcopi obitus. Sed jungamus martyri confessorem. Hoc enim eodem anno, quo Chilpericus occisus est, idem auctor testatur migrasse ex hac vita S. Salvium Episcopum Albigensem mirificæ sanctitatis virum, de quo plura præclare gesta idem Gregorius narrat (*a*), quem tu consulere poteris.

(*a*) Greg. *hist. Fran. l. 7. c. 1.*

XXXIX. ☞ In fine autem præsentis anni hic ea reddamus summa admiratione digna quæ S. Gregorius Papa in fine Dialogorum suorum accidisse tradit ante septennium: est enim hic ipse annus, numerando a quarto anno ejus Pontificatus, quo (ut dicemus) librum illum scribebat. Ait ergo ipse (*b*): *Ex alia etiam re, quæ nobis ante annos septem gesta est, certissime confirmatur. Agathos enim Panormitanus Episcopus (sicut fideles mihi ac religiosi viri multi testati sunt atque testantur) cum beatæ memoriæ antecessoris mei tempore jussus esset ut Romam veniret, vim nimiæ tempestatis pertulit, ita ut se ex tanta undarum periculo evadere posse diffideret. Nauta vero illius, Baraca nomine, qui nunc ejusdem Ecclesiæ clericatus munere fungitur post navem carrabum regebat; ruptoque fune, cum eodem carabo quem regebat, inter undarum cumulos repente disparuit. Navis autem, cui Episcopus præerat, tandem post multa pericula ad Usticam insulam fluctibus quassata pervenit. Cumque die tertio Episcopus nautam, qui ab ea abreptus in carabo fuerat, in nulla maris parte videret apparere, vehementer afflictus mortuum credidit; sed per obsequium charitatis vivo unum, quod mortuo debebat, impendit, & omnipotenti Deo pro absolutione ejus animæ offerri sacrificium victimæ salutaris jubet. Quo oblato, restaurata nave perrexit ad Italiam. Cumque ad Romanum portum venisset, illic nautam reperit, quem mortuum putabat. Tunc inopinata exultatione gavisus est, & eum qualiter tot diebus in illo tanto maris periculo vivere potuisset, inquisivit.*

(*b*) Greg. *l. 4. dial. c. 57.*

*Qui videlicet indicavit, quoties in illius tempestatis fluctibus cum eodem quem regebat fuisset carabo versatus, qualiter cum illo undis pleno nataverat; & quoties eo a superiori parte deorsum verso ipse carinæ ejus supersederet, adjungeas:* XL. Ingens miraculum. *Cum diebus ac noctibus hoc incessanter faceret, jamque ejus virtus funditus ex fame simul & labore cecidisset, quo eum ordine divina misericordia servaverit indicavit. Etenim quod etiam nunc usque testatur, dicens: Laborans in fluctibus atque deficiens subito mentis pondere sum gravatus, ita ut neque vigilare me crede-*

PAGIUS

præcedentium Regum Francorum Chronologia certa etiam esse dignoscitur.

X. Concilium Arvernense III. Concilii *Arvernensis* III. cujus Baronius num. XXXV. meminit, Epocha adhuc incerta. Gregorius enim lib. 6. cap. 38. & 39. ubi loquitur de occasione, qua illud celebratum, dicit, *Innocentium* Ruthenorum Episcopatum adeptum, *Ursicinum* Caducensem Episcopum statim lacessere cœpisse, & asseruisse Diœceses seu Parochias *Ruthenæ Ecclesiæ debitas* ab eo retineri. *Post aliquot annos* Sulpitius Bituricensis Metropolitanus cum suis Provincialibus apud Urbem Arvernam definiit, ut Parochias, quas nunquam Ruthena Ecclesia tenuisse recolebatur, *Ursicinus* reciperet; quod ita factum esse Gregorius tradit, dum loquitur de gestis anno Childeberti Regis IX. qui in annum Christi DLXXXIV. competit. Verum hæc verba, *post aliquot annos*, Concilium illud post eum Christi annum celebratum fuisse innuunt.

XI. Ad num. XXXIX. & seq. Sanctus *Salvius* Albigensis Episcopus obiit anno quingentesimo octogesimo quinto. Turonensis enim lib. 8. cap. 22. anno Guntramni Regis XXIV. en Christi anno absoluto, narrata aliquot Episcoporum morte, ait: *Post obitum Sancti Salvii hoc anno, Desideratus Albigensibus Episcopus datus est.* Libro quidem 7. cap. 1. a Baronio citato, postquam ultimo libri præcedentis interitum Chilperici Regis Gregorius narravit, sermonem habet de obitu *Sancti Salvii* Episcopi sub anno Childeberti Regis IX. circa Kalendas Decembres anni DLXXXIV. absoluto. Verum hæc inter se contraria non sunt, si *Clotarius* Guntramni pater, qui anno DLXI. die X. mensis Novembris adhuc in vivis erat, eodem Christi anno ante Kalendas Decembres e vivis excesserit, eique *Guntramnus* successerit: hoc enim pacto anno DLXXXIV. inter diem undecimum Novembris & primum Decembris *Salvius* ad Deum migrarit. Cointius tamen an. DLXXXIV. num. XXV. asserit, caput illud primum libri se- *Obitus S. Salvii Episc. Albigensis.*

*derem, atque depressus somno essem: & ecce in eodem medio mari me posito, quidam apparuit, qui mihi panem ad refectionem detulit: quem mox ut comedi, vires recepi. Nec longe post navis transiens affuit, quæ me ab illo undarum periculo suscepit, atque ad terram deduxit. Quod scilicet Episcopus audiens requisivit diem; atque illum fuisse diem reperit, quo pro eo presbyter in Ustica insula Deo omnipotenti hostiam sacræ, oblationis immolavit. Ad hæc Petrus: En quæ narras, ipse quoque in Sicilia positus agnovi.* Hæc Gregorius. ☚ Reliqua vero sequenti anno.

XLI. ☛ Ejusdem quoque anni nota consignatum repertum est epitaphium Cæsariæ feminæ dignæ memoriæ, quam putaverunt aliqui, illam esse clarissimam feminam S. Cæsariam Abbatissam sororem S. Cæsarii Archiepiscopi Arelatensis; sed temporis ratio id opinantes erroris arguit; nam ex iis quæ superius dicta sunt, certum habetur, ante annos ferme octoginta, ipsam jam fuisse Abbatissam, adeo ut impossibile sit in hunc usque Christi annum fuisse superstitem; sed & ista conjugata fuisse videtur, illa virgo. Epitaphii autem tantum quatuor ultimi versus extant, fracta enim tabula, superiores periere. Hi autem sic se habent:

*Mensibus & geminis, concludens tempora vitæ*
*Vivit in æternum nullum moritura per ævum,*
*Ista valens fieri fletu manante rogavit,*
*Jura sacerdotii servans, nomenque jugalis.*

Videtur autem Cæsaria ista conjux fuisse Valentis, qui (ut sæpe fieri contingebat) ex conjugio transierit, consentiente uxore, in sacerdotium. Post versus hæc sequebatur inscriptio:

*Obiit bonæ memoriæ Cæsaria medium noctis*
*Die Dominica illucescente VI. ID. Decembris*
*Quatragies & VI. P. C. Basilii Junioris. V. C. C.*
*Anno * XII. Regni Domini ChELdeberti Regis Indictione quinta.* Qui autem misit Romam, ista de loco, ubi inventa.

*Juxta oppidum S. Andreæ quod in Gallia Oscitana situm est diœcesis Avenionensis, in summitate montis, in capella in ipsa rupe excisa; in qua sancta Cæsaria agens pœnitentiam multos annos delituisse creditur. Videtur hoc epitaphium litteris Romanis majusculis in marmore semifracto exaratum. Quod ego fideliter hic reddidi Franciscus Claret Archidiaconus Arelatensis.* ☚ XLII.

Quin-

PAGIUS. septimi Gregorii esse cujusdam Interpolatoris, cum non legatur in Codice MS. Metensi, qui in Bibliotheca Thuana extabat. Verum Librarios integra quandoque capita prætermisisse non dubitandum. Colitur *Salvius* in Tabulis Ecclesiasticis die decima mensis Septemb.

XII. *Epitaphium S. Cæsariæ.* Ad num. XLI. & seq. Sancta *Cæsaria* anno quingentesimo octogesimo sexto ad Deum migravit in Diœcesi Avenionensi juxta Oppidum Sancti Andreæ, cujus Epitaphio subjecta reperiebatur alias hæc inscriptio, quam fideliter descriptam Baronio transmisit Franciscus Claretus Arelatensis Ecclesiæ Archidiaconus: OBIIT BONÆ MEMORIÆ CÆSARIA MEDIVM NOCTIS DIE DOMINICO INLUCESCENTE VI. ID. DECEMBRIS. QVADRAGIES ET VI. P. C. BASILII IVNIORIS V. C. C. ANNO XII. REGNI DOMINI CHILDEBERTI REGIS. INDICTIONE QVINTA, ideoque die octava mensis Decemb. die Dominica illucescente anni Christi quingentesimi octogesimi sexti, quo Dominica in diem VIII. mensis Decembris incidit, quove annus Childeberti Regis XII. & Indictio V. in cursu erant. Baronius hanc temporis notam *Quadragies & VI. post Consulatum Basilii Junioris*, interpretatus est de currenti Christi anno, qui quadragesimus sextus est post Consulatum Basilii secundum modum loquendi a Marcellini Continuatore usurpatum. Verum qui Epitaphium illud condidit, usus est loquendi modo Victoriano supra a nobis explicato, & passim variis exemplis confirmato: quod certum faciunt celiqui characteres in eo memorati. Ex hoc Epitaphio multa discimus. Primum, *Childebertum* Sigiberto patri successisse an. DLXXV. Secundum, *Childebertum* eo Christi anno die VIII. Decembris jam regnasse, licet Gregorius Turonensis lib. 5. cap. 1. narrata Sigiberti cæde scribat: *Gundobaldus Dux apprehensum Childebertum filium ejus parvulum furtim abstulit: ereptumque ab imminenti morte, collectisque gentibus, super quas pater ejus Regnum tenuerat, Regem instituit, vix lustro ætatis uno jam peracto: qui die Dominici Natalis regnare cœpit.* Nam post Sigiberti mortem aliquod tempus effluxit, antequam *Childebertus* Rex solemniter elevaretur, & a subditis agnosceretur. Gregorium enim ibi loqui de solemni ejus elevatione Guntramnus Childeberti patruus apud eundem Gregorium lib. 8. cap. 4. manifestum facit, dum ait: *Rex in die sancto Dominicæ Nativitatis est elevatus.* Cointius anno DLXXXVI. num. XLIV. & seqq. Epitaphium Sanctæ *Cæsariæ* explicavit observavitque, laudata verba ejus Epitaphii amplius non superesse, quidquid dicat Joannes Columbi lib. 1. de gest. Vasionensium Episcoporum num. 12. & seqq. Hic tamen gravi errore hunc *Basilii* Junioris Consulatum cum Consulatu alterius Basilii Junioris anno CDLXXX. gesto confundit, & *Cæsariæ* mortem in annum DXXVI. Indictione V. a Septembri notatum confert. Nam eo Christi anno feria tertia in diem VIII. Decemb. conveniebat, & *Childebertus* primus anno DXI. non vero anno DXIV. *Clodoveo Magno* patri successit.

Obiit *S. Radegundis* Regina, ut anno DXC. ostendam, ubi & de *Guntramno* Rege a sicario appetito, & de morte S. *Juniani* Abbatis.

I. *Dissensio militum.* QUingentesimo octogesimooctavo Christi anno, Indictionis sextæ, Orientalis orbis status militum dissensione vacillat. Cum enim Romanus Dux, qui irruentes in Romanum solum barbaros vicerat, in ordinem redactus esset, & in locum ejus Philippicus, cui suam sororem Mauritius in matrimonium collocaverat, Orientalibus rebus præfectus fuisset, atque jurasset exercitus huic non obedire discessionem fecit. Quomodo autem opera Gregorii Episcopi Antiocheni redditus est obediens Imperatori, Evagrius narrat his verbis (a):

(a) Evagr. l. 6. c. 10. 11.

II. *Exercitus reconciliatus a Gregorio Episcopo.* *Imperator Andream suarum satellitum facile principem mittit persuasurum exercitui, ut Duces manipulares, & alios Præfectos quos antea habuerant, admitterent. Ac cum milites Andreæ adhortationem ne audire quidem sustinerent, negotium ad Gregorium Episcopum Antiochenum transfertur, non solum quod res maximas commode conficere poterat, sed quod multum honoris et jure debebat exercitus: quippe nonnulli milites ab eo pecunia liberaliter donati erant, alii vestitu & cibo & aliis rebus adjuti tum cum in album militum relati & per eum admissi fuerant. Itaque nunciis ad loca singula missis, totius exercitus facile principes Litarbis (qui locus Antiochia abest circiter trecenta stadia) in unum cogendos curat. Ad quos cum accessit, genibus humi positis, talem habuit orationem: Jampridem decreveram, o Romani, &c.* Et recitata oratione, Evagrius ista subdit (b):

(b) Evagr. l. 6. c. 12.

III. *Hæc cum dixisset Gregorius, magnamque vim lacrymarum profudisset, omnium illorum mentes veluti divina quadam vi ac virtute momento temporis mutatæ sunt: adeo ut postularent potestatem a consessu excundi, qua separatim ipsi inter se quid agendum esset deliberarent. Itaque haud diu post veniunt, se Episcopi voluntati atque arbitrio dedituros. At cum Gregorius Philippum illis nominaret, quem voluit ut sibi Ducem peterent; res-*

Ann. Eccl. Tom. X.

L l l

*pon-*

PAGIUS SÆC. VI. Anno Eræ Hispan. DCXXVI. A.C. 588.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6081.

☉ 9. DC. ☽ 19. P. 18. April. Indict. 6.

JESU CHRISTI 588.

PELAGII II. PAPÆ. 11.

MAURICII IMP. 7.

I. *Postconsulatus.* IS annus hac formula notatur *VI. post Consulatum Mauricii Tiberii Aug. solius IV.* ut habet Auctor Chronici Alexandrini.

II. *Exercitus Romanus in Oriente adversus Priscum rebellat.* A num. I. ad VI. Quæ Baronius anno superiori a num. II. ad XXVI. de Synodo Constantinopolitana, & de bello Persico refert, hoc anno contigere, hicque explicanda: quæ vero de eodem bello currenti anno narrat, ad sequentem revocanda, ubi ea exponam. Theophylactus lib. 3. cap. 1. & tribus seqq. gesta hoc anno Romanos inter & Persas fuse describit, quæ in pauca contraham, & ex Evagrio teste oculato confirmabo. *Priscus* itaque, *ipso vere Philippico abdicante*, Orientalibus copiis præpositus est; Sed *Philippicus* huic invidens ad Heraclium scribit, uti annonæ imminutionem exercitui significet. Præterea *Priscus*, neglecto veteri more, veniens ad exercitum de equo non descendit, ut ita militibus de plano salutem diceret. Quocirca milites, quoniam & de commeatu amitterent, & honore suo fraudarentur, seditionem occipiunt tertia die Paschatis sc. XX. mensis April. *Priscus* animo hæsitans quid ageret, imaginem Christi non mortali manu confectam per castra circumferendam committit. At cum multitudo nihilo hinc modestior saniorque evaderet, quin potius Sacrosanctam imaginem lapidibus appeteret; *Constantinopolim* Urbem fugit. Non multo post Antistitem in castra legat, significatque mandasse Imperatorem, uti annonaria erogatio in pristinum revocaretur. Verum in locum Prisci *Germanus*, quanquam invitus ab exercitu sufficitur, interimque Persæ ex Romanorum miseriis voluptatem capientes Ditionem Romanam divexant, & multis calamitatibus Imperium affligunt.

III. *Inclytam de Persis victoriam reportat.* Eam ob causam Imperator, *Prisco* abdicato *Philippicum* rursus in Orientem proficisci jubet, & *Aristobulum domus Regiæ, quæ Antiochi appellatur*, Procuratorem ad exercitum mittit, qui quæ muneribus, quæ verbis duros & implacabiles animos aliquantum emollivit. Romanus exercitus pacem complexus *Martyropolim* abit, quem *Marazas* Persicarum copiarum Dux haud procul *Martyropoli* assequitur, *ubi prælio in primis memorabili concursum est, & Romani magnificam atque inclytam victoriam retulerunt. Nam Persarum Dux occubuit, captique ter mille cum Optimatibus.* Romani post tam admirandam hostium stragem odia in *Mauricium* deponenda decernunt, & Persica signa ad eum transmittunt. *Philippicus* Hierapoli timore turbarum interim se tenebat, & hieme adveniente castra dissolvuntur. Hæc omnia Theophylactus, qui de Hierapoli Syriæ, ubi Philippicus morabatur, intelligendus. Nam, ut tradit Evagrius lib. 6. cap. 6. Philippicum *milites non modo non susceperunt; verum si quem forte ei favere suspicati fuissent, is de vita ipsa periclitabatur.* Theophanes anno Incarnat. secundum Alex. DLXXIX. Kalendis Septemb. anni Christi DLXXXVI. inchoato, eadem quæ Theophylactus & Evagrius, refert; sed certum est, eum res in bello Persico gestas suis annis plerumque non reddidisse, ut pluribus exemplis constabit. Seditionem enim exercitus Romani hoc anno contigisse, & Theophylactum de vere & hieme præsentis anni sermonem habere, quæ ex Evagrio narranda suscipio, certo demonstrant.

IV. *Dum res in hoc statu essent, Gregorius Antiochenus Episcopus ex Urbe Regia domum revertitur, cum jam victoriam reportasset ex quodam rer-*

*pondant, tum se, tum universum exercitum sancte jurasse, se numquam id facturos. Tum ille sine mora, aut ulla cunctatione: Episcopa, inquit, concessum est & potestas data solvendi atque ligandi in cælo & in terra. Sententiamque Evangelii illius citavit.*

IV. Conciliatos communicat milites. *Cum vero illi etiam in hac re ejus arbitrio cederent: Deum idcirco precibus & obsecrationibus placare cœpit, atque immaculato Christi corpore eis distributo (erat enim sacrosancta illa dies, quæ sanctæ Domini passioni proxima est) cum omnes qui circiter duo millia erant, toris in herba ad eam rem confectis accumbentes cœna excepisset; postridie domum rediit, decrevitque ut illi quo loca vellent, in unum convenirent. Itaque Philippicum interim Tarsi Ciliciæ ætatem degentem accersit, ut Constantinopolim maturè contendat: deque his rebus refert ad Imperatorem, eique postulata exercitus de Philippico per litteras significat. Milites autem Philippico postea Antiochiam profecto occurrunt, & hominibus qui lavacro regenerationis tincti erant, sibi ut pro eis deprecarentur ascitis, ad genua Philippici accedunt. Qui cum dexteram illis dedisset, se præteritæ culpæ, memoriam oblivione penitus deleturum, cum eo denuo in militiam proficiscuntur.* Hæc de reconciliatione exercitus per Gregorium facta Evagrius hoc anno, qui sequens fuit a terræmotu.

Idemque describit bellicos sub Philippico progressus in Persidem, cum exercitui adesset Imperatoris mandato idem Gregorius Antiochenus Episcopus, qui in V.

PAGIUS *certamine, quod hoc loco commemorabo*, inquit Evagrius cap. 7. immediate post ea, quæ ex eo retulimus. Loquitur deinde de Synodo Constantinopolitana, quam Baronius anno superiori consignavit, asseritque, *Gregorium* accusatum fuisse de incesto, & de crimine turbatæ pacis ac tranquillitatis Urbis Antiochiæ, & de his, quæ sibi objiciebantur, ad Imperatorem & Synodum provocasse: *Me igitur Consiliarium & Comitem habens venit Constantinopolim his accusationibus responsurus. Cumque omnes qui ibi sunt Patriarchæ, partim per se, partim per Legatos suos quæstioni interessent, Senatores Urbis Regiæ, & ex Religiosissimis Metropolitanis quamplurimi, negotio diu multumque examinato: tandem post multas actiones Gregorius causam obtinuit.*

*Synodus Constantinopolitana in causa Gregorii Episc. Antiocheni.*

Ad hæc Evagrii verba Valesius notat, quod hodie apud Gallos fieri solet in criminalibus judiciis, ut reo a Judicibus detur Jurisperitus, qui consilium ei suggerat, id olim quoque in Ecclesiasticis judiciis factum fuisse, docere hunc locum. Secundo, Evagrium scribere *Gregorium* Antiochenum Episcopum ab homine laico coram sæculari Judice accusatum ad Imperatorem & Synodum provocasse, de qua ad Imperatorem provocatione legenda Epistola Concilii Romani ad Gratianum Aug. a Sirmondo edita. Tertio, Evagrium referre causam *Gregorii* coram Patriarchis & Metropolitanis, ac coram Senatoribus disceptatam. Sic in Synodo Chalcedonensi Episcopis & secularibus Judicibus simul convenientibus causa *Dioscori* Alexandrini Episcopi discussa, & judicata est. Qua in Synodo Gloriosissimi Judices & Senatores perpetuo nominantur ante Episcopos, qui Synodo interfuerant; perinde ac in hoc Evagrii loco Senatores nominantur ante Metropolitanos, subjiciuntur tamen Patriarchis.

V. *Epocha hujus Synodi.* Hanc Synodum, neque anno superiori, neque an. DLXXXIX. ut voluit Valesius citatus, sed currenti congregatam, Evagrius, qui Constantinop. tunc erat, indubitatam fidem facit. Narratis enim in Synodo gestis ait: *Inde igitur Gregorius ad suam Sedem reversus est, quo tempore exercitus Romani in Oriente tumultuabantur, & Philippicus circa Urbes Berœam & Chalcidem moras agebat. Post autem ejus reditum, quatuor mensibus elapsis, anno Urbis Antiochiæ sexcentesimo tricesimo septimo, post annum unum ac sexagesimum ab ultimo terræ motu, postremo die mensis Hyperberetæi, (idest Octobris) dum ego virginem sponsam acciperem tertia circiter noctis hora, terræ motus cum fragore & sonitu irruens totam Urbem concussit.* Baronius anno superiori num. XXIII. Evagrii verba hoc modo refert: *Anno LXI. post terræ motum, qui proximus ante in ea Civitate extitisset: cum ipse Asterius Gregorii inimicus pridie Kalendas Octobris teneram virginem in uxorem duceret.* Verum, ut videre est in versione Valesiana, Evagrius, non *pridie Kalendas Octob.* sed *pridie Kalendas Novemb.* seu quod idem est, *postremo die mensis Hyperberetæi* habet. Præterea Evagrius non dicit, *Asterium* virginem uxorem duxisse; sed de semetipso loquitur, jamque lib. 4. cap. 28. se priorem uxorem morbo pestilenti amisisse narraverat. Qui uterque error ab Emin. Card. Norisio animadversus in Dissert. 3. de Anno & Epochis Syro-Macedonum cap. 6. ubi pluribus de annis Antiochenis ab Evagrio usurpatis, de anno Synodi Constantinopolitanæ, & de annis belli Persici usque ad an. DLXXXIX. gesti accurate disserit.

VI. *Ab hoc anno non potest removeri.* Evagrius incipit annum Antiochenum a Kalendis Septembris, ideoque in ejus sententia annus Antiochenus DCXXXVII. Kalendis Sept. hujus Christi anni initium sumpsit, & terræ motus, de quo loquitur Evagrius, ultima die mensis Octobris, Antiochiam concussit. Quare Synodus Constantinopolitana, quæ quatuor & amplius mensibus ante illum terræ motum absoluta fuerat, a currenti anno removeri nullo modo potest. Ultimus terræ motus Antiochenus die XXIX. mensis Novembris anni Christi 528. acciderat, ideoque recte Evagrius prodit, post illum affluxisse annos LXI. refellitque Valesium loco citato, ubi gravi errore scribit, annos Antiochenos a mense Dio, seu Novembri nostro proficisci, ideoque hunc terræ motum, & Synodum Constantinopolit. ad annum sequentem pertinere.

VII. *Contraria Sententia refellantur.* Hanc celebrem Synodum *Joannes Jejunator* Patriarcha Constantinopolit. non tam ut *Gregorii Antiocheni* causam discuteret, indixit, quam ut sibi Synodali Decreto Episcopi *Oecumenici* seu *Universalis* titulum confirmaret. At, inquit Baronius citatus num. II. Sanctus Gregorius Papa lib. 4. Indict. 13. Epist. 36. scribens ad Eulogium Episc. Alexandrinum affirmat, *ante annos octo* Joannem in Constantinop. Urbe Synodum fecisse, & ab anno DLXXXVII. ad DXCV. Indict. 13. notatam, anni octo inter-

In tempore iracundiæ factus est reconciliatio: cum ad persuadendum usus est illis potissimum locis os rhetorica Christiana petitis, nempe humilitate simul
Commendatur humilitas in Episcopis. & lacrymis. Quis non permoveadus erat ac suadendus vel ipso tantum aspectu, cum videret genibus flexis perorantem cum lacrymis Patriarcham? Hi sunt, inquam, ad persuadendum Christianæ eloquentiæ loci efficacissimi ab animi demissione, corporisque humiliatione quæsiti. Abeant qui tumido fastu cuncta quæ sunt humilitatis, indigna putant Episcopo, sacrilegiumque existimant vel inclinare cervicem laico, antequam ab eo sit salutatione præventus. Cum enim salus quæritur animarum, cur (si expediat) non se inclinet Episcopus cuivis homini, cujus causa humiliavit se ipsum ei, que ad mortem Deus factus homo?

VI. (a) Cedren. Annal. hoc anno. Eodem anno (a) Mauritius Imp. auctus filio, eumdem Theodosium appellavit. Misit idem Imperator hoc anno legatos ad Childebertum Francorum Regem cum pecuniis, sollicitans eum ad bellum adversus Longobardos suscipiendum: sed accepta pecunia cum remoraretur ille, & iste iterata legatione eum urgeret, Rex legatos illiberaliter tractans inanes dimisit; verum permotus tandem, cum ad Italiam invadendam parasset exercitum, discordia Ducum re infecta reversus est. Narrat pluribus ista Gregorius (b). (b) Greg. Tur. l. 8. c. 38.

VII. Infeliciter quoque cessit bellum, quod paraverat Gunthramnus adversus Gothos illos qui hactenus in Gallia Narbonensi sedes semel fixas tenebant. Hoc illud plane prælium, de quo Isidorus his meminit verbis, de Reccaredo cum agit (c): (c) Isidor. in Chron. Got. *In bello quoque gloria satis clarus ac præcipuus extitit: De Francis enim cum sexaginta fere armatorum copiis Gallias irruentibus, misso Claudio Duce adversus eos, glorioso triumphavit eventu. Nam nulla umquam in Hispaniis Gothorum vel major, vel similis extitit victoria: prostrati sunt enim & capti multa millia: residua pars exercitus in fugam versa, Gothisque post tergum insequentibus usque ad regni sui fine cæsa est.* Hæc de victoria adversus Francos in Gallia Narbonensi Gothorum ditione accepta Isidorus, quam Gregorius silentio magna ex parte obvolutam reliquit, querelas tantum Guntheramni Regis, qui expeditionem paravit, prosecutus cum rem male gestam ob militum scelera perpetrata deplorat. Reccaredus, Francos vicit.

VIII. Ceterum illa potius causa longa belli illati expendenda fuerat, cum adversus



PAGIUS rejiciuntur. Verum sæpius jam observavi, Antiquos annos Julianos, eosque utrimque incompletos, plerumque pro integris numerasse; quod & a Divo Gregorio in ea Epistola præstitum. Octo itaque anni illi Valesii quidem opinionem evertunt, nostræ vero minime officiunt. Producit præterea Baronius Epistolam, quæ dicitur post hanc Synodum scripta a Pelagio II. ad Joannem Constantinopolitanum, *Kalendis Martii, Indict. V.* quæ Indictio mense Martio præcedentis Christi anni decurrebat. Verum ea tanquam supposititia ab omnibus Viris doctis hodie rejicitur: tum quia e Procli, Celestini, Leonis, Innocentii Gregorii, & Martini I. Scriptis consarcinata est, tum quia stylus a reliquis Pelagii II. Epistolis abhorret, & Isidori lineamenta refert. Epistola igitur quam Divus Gregorius ad Joannem Episcopum Constantinopolit. a Pelagio II. datam docet, periit, & ea, quam Baronius in integram recitat, commentitia est.

VIII. *Nascitur Theodosius filius Mauricii.* Ad num. VI. Auctor Chronici Alexandrini *anno VI. post Consulatum Mauricii Aug.* Christi sc. DXC. *scribit Theodosium* Mauricii filium coronatum fuisse, & Theophanes *Theodosium* tunc annos quatuor & menses sex egisse affirmat. Quare in lucem prodierat anno DLXXXV. ut ex dicendis an. DXC. ubi Theophanis & Auctoris Chronici Alexand. verba referemus, constabit.

IX. *Secundum bellum in Septimania gestum.* Ad num. VII. Supra monuimus, duo per hæc tempora Francos inter & Gothos, seu Visigothos, bella habita fuisse, postquam *Sanctus Hermenegildus* morti traditus fuit, ostendimusque primum accidisse anno Christi quingentesimo octogesimo quinto. De illo Baronius sermonem non habuit, qui a secundo diversum fuisse non animadvertit, Præterquam quod vix de illo Turonensis loquitur, & Baronii tempore Biclariensis Abbatis Chronicon in lucem non prodierat. Hic ad annum Mauricii VII. & Reccaredi Regis III. qui annus Christi est DLXXXIX. scribit: *Francorum exercitus a Gonteramno Rege transmissus, Bosone Duce, in Galliam Narbonensem obveniunt, & juxta Carcassonensem Urbem castra metati sunt. Cui Claudius Lusitaniæ Dux a Reccaredo Rege directus obviam inibi occurrit: cum quo congressione facta, Franci in fugam vertuntur; & direpta castra Francorum: & exercitus a Gothis caditur. In hoc ergo certamine gratia Divina, & fides Catholica, quam Reccaredus Rex in Gothis fideliter adeptus est, esse noscitur operata. Nam Claudius Dux cum CCC. Viris LX. millia ferme Francorum noscitur infugasse & maximam eorum partem gladio trucidasse.* Verum errorem in numeros irrepsisse necesse est, vel Biclariensem hæc nimia jactantia scribere; cum verosimile non sit, a trecentis Gothis sexaginta Francorum millia victos fuisse. Baronius num. VII. refert verba Isidori in Chronico Gothorum hanc victoriam multum exaggerantis, sed nihil simile affirmantis. Cointius anno DLXXXVI. num. IV. utrumque bellum confundit, quod recte Hadrianus Valesius lib. 23. Rer. Francic. distinxit. Hoc fuit ultimum Francorum in Gothos bellum. Nunquam enim postea per annos fere CL. *Septimania* a Gallis tentata; donec *Carolus Martellus* fusis Saracenis eam Regionem pene omnem in formam Provinciæ redegit.

X. *Concilium Matisconense II.* A num. VIII. ad XXX. Concilium *Matisconense II.* anno quingentesimo octogesimo quinto celebratum. Turonensis enim, qui hoc tempore vivebat, librum 8. suæ Historiæ his verbis exorditur: *Igitur Guntchramnus Rex anno XXIV. Regni sui,* &c. & hoc ipso anno, quem Childeberti Regis decimum lib. 7. cap. 24. prius appellavit, Synodum Matiscone habitam ita testatur cap. 28. *Interim dies Placiti* ad-

sus Gothos positos ad longum tempus Gallia Narbonensi jam Catholicos redditos bellum movit: quando abdicata jam Ariana impietate, in unitatem Catholicam una cum Rege ipsorum coiissent; qoo nomine ab omnibus Principibus Orthodoxis fuerant amplectendi, muneribusque & aliis pietatis officiis frequentandi.

(a) Greg. Tur. hist. Franc. l.8. c.30. Sed audi ex Gregorio (a), quæ post reditum fugatorum militum egerit Guntheramnus: *Quibus* (inquit) *reversis, magna Guntheramnum Regem amaritudo cordis obsedit. Dicit vero supradicti exercitus basilicam S. Symphoriani martyris expetierant.*

Cur ees Bellicæ infaustum fuerint successus. *Veniente itaque Rege ad ejus solemnitatem, repræsentati sunt sub conditione audientiæ in posterum futuræ. Postea vero quatuor vocatis Episcopis, atque & majoribus natu laicorum, Duces discutere cœpit, dicens: Qualiter nos hoc tempore victoriam obtinere possumus, qui ea quæ patres nostri consecuti sunt, non custodimus? Illi vero ecclesias ædificantes, in Deum spem omnem ponentes, martyres honorantes, sacerdotes venerantes, victorias obtinuerunt; gentesque adversas divino opitulante adjutorio, in ense & parma sæpius subdiderunt. Nos vero non solum Deum non metuimus, verum etiam sacra ejus vastamus. Non enim potest obtineri victoria, ubi talia perpetrantur. Ideo manus nostra sunt invalidæ, ensis hebescit, nec clypeus nos (ut erat solitus) defendit ac protegit.*

IX. Guntheramnus cultor justitiæ. *Ergo si hoc mea culpæ ascribitur, jam id Deus capiti meo restituat. Cæterum si vos regalia jussa contemnitis, & ea quæ præcipio implere differtis; jam debet securis capiti vestro submergi. Erit enim documentum omni exercitui cum unus de prioribus fuerit interfectus. Verum jam experiri debemus, quid agi oporteat. Si quis justitiam sequi destinat, jam sequitur; si quis contemnit, jam ultio publica cervici ejus immineat: satius est enim ut pauci contumaces pereant, quam ira Dei super omnem regionem dependat innoxiam. Hæc Rege dicente, responderunt Duces: Bonitatis tuæ magnanimitas, Rex optime, enarrari facile non potest, qui timor tibi in Deum sit, qui amor in ecclesias, quæ reverentia in sacerdotes, quæ pietas in pauperes, quæve dispensatio in egenos. Sed quia omnia quæ gloria vestra profert, recta veraque esse censentur; quid facemus, quod populus omnis in vitium est delapsus? omnemque hominem agere quæ sunt iniqua delectat: nullus Regem metuit; nullus Ducem, nullus Comitem reveretur. Et si fortassis alicui ista displicent, & ea pro longævitate vestra emendare conatur: statim seditio in populo, statim tumultus exoritur: & in tantum unusquisque contra seniorem sæva intentione grassatur, ut vix se credat evadere, si tandem silere nequiverit. Ad hæc Rex ait: Si quis sequitur justitiam, vivat; si quis legem mandatumque nostrum respuit, jam pereat, ne diutius hoc blasphemium prosequatur.* Hucusque Regis oratio, quæ novis nunciis de Reccaredo Galliam Arelatensem invadente intercepta est.

Verum Rex ipse rem altius meditatus, unde malorum omnium fons erumperet, solicitius pervestigavit, detexitque negligentiam Episcoporum esse in culpa, cum populum sibi subjectum non Evangelicis (ut par esset) instituerent disciplinis: ex quo fieret, ut corruptis moribus viventes populi, nullam justi rectique rationem habentes, nefandissima scelera perpetrarent. Quamobrem in eosdem Episcopos nonnihil commotus, Synodum convocat, Matiscone habendam in fine anni hujus, quo incipit numerari ejusdem Regis vigesimusquartus. Extat ipsa quidem Synodus Matisconensis secunda dicta, eademque generalis appellata, ad quam omnes Metropolitani Episcopi in provinciis Guntheramni positi convenerunt, interque alios numeratos, primum locum Priscus Lugdunensis obtinuit, idemque nominatus Patriarcha. X. Indicitur Matisconense Secundum Concil.

Præter illa autem quæ in Actis ejusdem Synodi habentur, nonnulla colleginius ex diversis locis Gregorii Turonensis, quæ ad eamdem Synodum spectare posse videntur. Atque in primis quod pertinet ad diem præscriptum Synodi celebrandæ, constat ex eodem Gregorio (b) eamdem indictam ad undecimum Kalendas Novembris. Ita quidem Gregorius, dum agit de Palladio Episcopo Santonensi, & Bertheramno Episcopo Burdegalensi jussis ad dictam diem Synodo interesse. Quod insuper ad eum qui ipsam celebrandam curavit, Gunthetamnum Regem spectat: constat quidem, etsi zelum Dei habuit, haud tamen in omnibus secundum scientiam. Etenim levibus qui- XI. De tempore Synodi. (b) Greg. Tur. hist. Franc. l.8. c.7.

PAGIUS *advenit, & Episcopi ex jussu Guntchramni apud Matiscensem Urbem collecti sunt.* Synodus habita *decimo Kalendas mensis Noni*, ait Gregorius cap. 7. ejusdem libri seu Novembri, & post Synodum habitam Guntramnus ad Episcopos & Judices Regni sui præceptionem dedit, quæ dicitur *data sub die IV. Idus Novemb. anno XXIV. Regni suprascripti Regis*, quam Baronius num. XXIV. & seqq. integram recitat. Is num. XI. ex Turonensi lib. 8. cap. 7. refert Synodum indictam ad *undecimum Kalendas Novemb.* Verum correctæ editiones omnes Turonensis habent, *X. Kalendas mensis Noni*, qui dies est XXIII. mensis Novembris. Synodo subscripsere Episcopi quadraginta tres, item missi Episcoporum viginti, & præterea tres Episcopi, qui Sedes non habebant. Conditi Canones viginti, quos Cointius anno DLXXXV. *summarie* explicat.

quibuſdam ſuſpicionibus ferebatur adverſus nonnullos Epiſcopos, quos tamen morum ſanctitas commendabat, ut inter alios accidit de Theodoro Maſſilienſi Antiſtite, quem a ſæculari Judice primum
(a) Greg. Tur. hiſt. l.8. c.12. nonnihil exagitatum huic voluit Synodo intereſſe; de quo recenſet iſta Gregorius (a):

XII. Theodorus Maſſilienſis Epiſc. exagitatus.

*Denique cum Rex maxima intentione Theodorum Epiſcopum iterum perſequi conaretur, & Maſſilia jam in Childeberti Regis dominationem revocata fuiſſet, ad diſcutiendas cauſas Rathorius illuc quaſi Dux a parte Regis Childeberti dirigitur. Sed poſtpoſita actione quæ ei a Rege injuncta fuerat, Epiſcopum vallat, fidejuſſores requirit, & ad præſentiam Regis Guntheramni direxit, ut ſcilicet ad Synodum quæ Matiſcone futura erat, quaſi ab Epiſcopis damnandus adeſſet. Nec defuit ultio divina, quæ ſervos ſuos ab ore canum rabidorum ſervare conſuevit. Nam egrediente Epiſcopo a civitate, ſtatim res Eccleſiæ diripit, & alia quidem ſibi vendicat, alia ſub ſigillorum munitione concludit: cumque hoc feciſſet pro-*

Divina ultio in ſacrilegos.

*tinus famulos ejus ſæviſſimus invadit morbus, exhauſtoſque febre peremit: filius ejus ab hoc incommodo defecit, quem in ſuburbano Maſſiliæ ipſius cum gravi gemitu ſepelivit; fuitque talis domui ejus plaga, ut cum ab urbe illa eſſet digreſſus, vix ad patriam ſuam regredi putaretur. Theodorus vero Epiſcopus a Guntheramno Rege detentus eſt: ſed nihil Rex ei nocuit. Eſt enim vir egregiæ ſanctitatis & in oratione aſſiduus: de quo mihi Magnericus Treverenſis Epiſcopus hæc retulit: Ante hos annos cum ad præſentiam Childeberti Regis ita ſub ardua cuſtodia duceretur, ut quandocumque ad urbem aliquam veniſſet, neque Epiſcopum, neque quemquam de civibus videre permitteretur: adveniente Treveros, nunciatum eſt Epiſcopo, hunc jam in navi poſitum clam abduci. Surrexitque ſacerdos triſtis, ac velociter proſecutus, reperit eum ad littus, cauſatuſque cuſtodibus, cur tanta eſſet impietas, ut non liceret fratri fratrem aſpicere. Viſoque tandem, oſculatus eſt eum; indulgenſque aliquid veſtimenti, diſceſſit.*

XIII. *Veniens itaque ad baſilicam S. Maximini, proſternitur ſepulcro, illud Apoſtoli retinens: Orate pro invicem, ut ſalvemini. Fuſaque diu oratione cum lacrymis, ut fratrem dignaretur Dominus adjuvare, egreſſus eſt foras. Et ecce mulier quam ſpiritus erroris agitabat, clamare ſacerdoti cœpit, & dicere: O ſceleſte & inveterate dierum, qui pro inimico noſtro Theodoro orationem fundis ad Dominum. Ecce nos quotidie quærimus, qualiter ab his Galliis extrudatur, qui nos quotidianis incendiis conflagrat; & ta pro eo orare non deſiſtis? Satius enim tibi erat res Eccleſiæ tuæ diligenter inquirere, ne pauperibus aliquid deperiret, quam pro hoc tam intente depoſcere. Et ajebat: Væ nobis, quia eum non poſſumus expugnare. Et licet dæmoniis credi non debeat: tamen qualis eſſet ſacerdos, de quo hæc dæmon condolens declamabat, apparuit.*

Theodorus cum exulat dæmones terret.

Hæc Gregorius, qui & ſubdit, (b) Childebertum Regem nepotem Guntheramni rogaſſe patruum per Felicem legatum, ne quid injuriæ inferretur Theodoro Epiſcopo, quem colebat ut patrem. Ceterum ipſe Childebertus noluit ſui regni Epiſcopos proficiſci, ut ante pollicitus erat. Hæc Synodum præceſſerunt: jam ad ipſam Synodum veniamus.

(b) Greg. hiſt. Fran. l.8. c.13.

XIV. Habent in primis ejus Acta, hoc eodem anno XXIV. inchoante Regis Guntheramni, celebratam eſſe in Galliis eamdem Synodum Matiſconenſem ſecundam dictum (c), in eaque ſtatutos canones viginti. Inter alios Epiſcopos ſanctitate conſpicuos, qui eidem ſubſcripti reperiuntur, ſunt Priſcus Lugdunenſis, Evantius Viennenſis, Prætextatus Rhotomagenſis, Theodorus Maſſilienſis, Sulpitius Bituricenſis, Veranus, Cavallicenſis, & alii, omnes numero ſexagintaduo præter eos qui per legatos interfuere.

(c) Tom. 5. Concil.

XV. Cum autem illic multa ad œconomiam Eccleſiaſticam utilia ſint conſtituta; notatu digna ſunt, quæ de veneratione a ſæcularibus præſtanda clericis ſancita fuere. Primum vero illud magnopere inculcatum, ut præcedentibus vigiliis, ſingulis diebus Dominicis ſanctificarentur, & ab operibus ſervilibus ceſſaretur, eodemque die a populo oblationes panis & vini Deo in Eccleſia offerrentur, ac decimæ darentur in pauperum uſum. Sed & illud ſancitum a Patribus fuit, ut confugientes ad eccleſiam extrahere nemo auderet. Ad hæc iterum ſancienda Patres inducti fuiſſe videntur ob diverſos caſus, quos diverſis in locis acciddiſſe diximus: quibus addita ſunt, quæ hoc ipſo anno, cum de nece Chilperici Regis quæſtio haberetur, Turonis in eccleſia ſancti Martini fieri plura illicita contigerunt; quæ inſuper in baſilica S. Vincentii martyris facta fuer, quorum cauſa plura accidiſſe miracula Gregorius docet, qui ipſorum omnium narrat hiſtoriam. In primis vero agit de his quæ contigerunt Turonis (d) de violato hoc ipſo anno atrio eccleſiæ ſancti Martini, in quo occiſus eſt Eberulfus reus majeſtatis, quod necem intuliſſet Chilperico Regi Francorum, cujus erat cubicularius (e), qui & aliorum quoque ſcelerum patrator inventus eſt, quæ idem Gregorius narrat (f) pluribus; factaque hæc teſtatur invito Rege Gunthramno, qui ad hæc miſſis mandatum dederat, ut cun-

De immunitate eccleſ. ſervanda.

(d) Greg. hiſt. l.7. c. 29.

(e) Greg. hiſt. Fran. l. 6. c. 21.

(f) Greg. ibid. c.22.

aoncta fierent, salva Ecclesiæ immunitate: quem & his auditis magnopere succensuisse tradit. Sic igitur sacrilegium, tantum per legem Ecclesiasticam, ne ulterius fieret, placuit emendari. Sed interfectores ultio secuta est, cum & ipsi interfecti fuit.

XVI. Ultio divina in sacrilegos.

Erat præterea recens memoria, quanta locis sacris habenda reverentia esset, de militibus illis qui violassent basilicam S. Vincentii martyris apud Agennensem civitatem; de quibus pauca ista Gregorius habet (a): *Multos sibi divina ultio conterruit. Nam plerisque manus divinitas urebantur, emittentes fumum magnum sicut ex incendio surgere solet: nonnulli arrepti a dæmone per energiam debacchantes, martyrem declamabant; plurimi vero semoti a seditione propriis se jaculis sauciabant.* His igitur adeo pavendis visis sæpe portentis, permoti sunt cum Rege Episcopi, ut Ecclesiasticam immunitatem iterum novis sancitis legibus communirent.

(a) Greg. hist. l. 8. c. 21. * ibi

XVII. De causis Episcoporum & clericorum.

Sed & quod plarumque graviter in Galliis a Principibus peccatum esset, cum Judices sæpe in Episcopos manus violentas iniecissent, eosque in carcerem detrusissant, & jussu Regum etiam exilii pœna damnassent: prohibuit sancta Synodus (b) Episcoporum judicia agitari per sæculi magistratus: sed per suos Metropolitanos, vel si causa esset gravior, apud provinciale Concilium agi decrevit. Id ipsum de clericis cujusque ordinis statuit: quod quidem non recens institutum, sed ab ipso ferme Christianitatis nascentis exordio esse servatum, Patres asseruerunt.

(b) Con. Matisc. c. 9. & 10.

XVIII. In Episcopos venatores.

Quod vero irrepsisset ille pravus usus in Galliis ut Episcopi Reges adeuntes, ipsos etiam negotiorum causa in venationibus, sequerentur, atque iidem mox ex Episcopis in venatores transformarentur, alerentque canes & accipitres: sicque fieret, ut in Episcoporum quorumdam domibus audirentur, ejusmodi aves stridere, canesque latrare; vetuit Synodus ista fieri statuto canone, ad cujus finem hæc leguntur (c): *Custodienda est igitur Episcopalis habitatio hymnis, non latratibus, operibus bonis, non morsibus venenosis. Ubi igitur Dei est assiduitas cantilenæ: monstrum est & dedecoris nota, canes ibi vel accipitres habitare.*

(c) Conc. Matisc. c. 13.

Sed & illud crimen inemendatum minime reliquerunt, cum potentes fulti favore Regum aliena sibi vendicarant fisci titulo, vel quovis modo usurparent; quos anathemate Synodus (d) ipsa perculit.

(d) Ead. Con. c. 14.

XIX.

Verum & illud prætarea memoria digoum Patres, Rege annuente, constituerunt, ut laici clericos omnino venerati deberent ista sancientes memoria digna: *Statuimus, ut si quis sæcularium quempiam clericorum in itinere obvium habuerit, usque ad superiorem gradum honoris veneranter (sicut condecet Christianum) illi colla subdat, per cujus officia & obsequia fidelissima Christianitatis jura promeruit. Et si quidem ille sæcularis equo vehitur, clericusque similiter; sæcularis galerum de capite auferat, & clerico sinceræ salutationis munus adhibeat. Si vero clericus pede graditur, & sæcularis vehitur equo sublimis; illico ad terram defluat, & debitum honorem prædicto clerico sinceræ caritatis exhibeat: ut Deus, qui vera caritas est, in utrisque lætetur, & dilectione sua utrumque adscistat* [a]. *Qui vero hæc, quæ Spiritu sancto dictante sancita sunt transgredi voluerit, suspendatur.* Hæc Patres.

Quo cultu laici venerari deberent clericos.

* astringat.

XX.

Rursum vero Ecclesiasticos omnes procul volentes esse a sanguine (e), vetuerunt clericos interesse examini reorum, & ad locum accedere, ubi rei criminum morte mulctarentur. Hæc & alia salubri consilio a Patribus sunt constituta, ut conditio illorum temporum exigere videbatur: ad postremumque illud additum, ut quolibet triennio generale Concilium ageretur, indiceretur que illud ab Archiepiscopo Lugdunensi. Præter hæc autem in eadem Synodo diversorum Episcoporum ventilatæ sunt causæ & peracta judicia, de quibus ita Gregorius (f):

(e) Ead. Conc. c. 19.

* consilio A sanguine procul clerici.

(f) Greg. hist. Franc. l. 8. c. 20.

XXI. Cognitæ in Synodo causæ Episcoporum.

*Interim* (inquit) *dies placiti advenit: & Episcopi ex jussu Regis Guntheramni apud Matisconensem urbem collecti sunt. Faustinianus autem, qui ex jussu Gundebaldi Aquensis urbis fuerat Episcopus ordinatus, ea conditione removetur, ut eum Bertbramnus, Orestesque sive Pollodius, qui eum benedixerant, vicibus pascerent, centenosque ei aureos annis singulis ministrarent. Nicetius autem ex laico, qui primus Chilperico Regi præceptum elicuerat, in ipsa urbe Episcopatum adeptus est. Ursicinus Cadurcensis Episcopus excommunicatur pro eo quod Gundebaldum excepisse, publice est confessus, accepto ejusmodi placito, ut pœnitentiam tribus annis agens, neque capillum neque barbam tonderet, vino & carnibus abstineret; Missas celebrare, clericos ordinare, Ecclesias chrismaque benedicere non præsumeret, eulogias dare penitus non auderet: utilitas tamen Ecclesiæ per ejus ordinationem, sicut solita erat, omnino exerceretur. Et paulo post: Prætextatus vero Rhotomagensis Episcopus, orationes quas in exilio positus scalpsit, coram Episcopis recitavit: quibusdam quidem placuerunt; a quibusdam vero, quia artem secutus minime fuerat, reprehendebantur. Stylus autem per loca Ecclesiasticus, & rationabilis erat.* Et inferius:

*His*

XXII. *Hic etiam diebus Guntheramnus Rex graviter ægrotavit, ita ut putaretur a quibusdam non posse prorsus evadere: quod credo providentiam Dei fuisse. Cogitabat multos Episcoporum exilio detrudere. Theodorus itaque Episcopus ad urbem suam regressus, favente omni populo cum laude susceptus est.* Hactenus de Actis Synodicis Gregorius. Eorumdem sanctæ Synodi decretorum viginti meminit Ado Viennensis, dum ait de S. Evantio Episcopo Viennensi: *Hic cum S. Prisco & Artemio Senonico, & Remigio Bituricensi, & cum aliis sanctis Episcopis, viginti capitula Ecclesiastica perfecte comprobavit, quibus consedit quoque Syagrius Eduensis Episcopus, vir summæ sanctitatis.* Hæc de Synodo & sanctis qui interfuerunt Ado, dum recenset suæ Ecclesiæ Viennensis Episcopus: de quibus non prætereat, quod ante hunc de quo agit, Evantium successisse ait Namatio, sive Manatio, quem generis nobilitate, vitæ egregia sanctitate, & eloquentia celebrem prædicat. Fuerat ipse ex conjugio vocatus ad Ecclesiam: cujus uxor non minori quam ipse sanctitate resplenduit, sicut & generis nobilitate: fuitque illi nomen Euphrasia, de qua ex scripto codice Fortunati hic tibi epitaphium legendum exhibeo:

Epitaph. Euphrasiæ.

*Si pietatis opus numquam morietur in ævum:*
*Vivis pro merito, femina sancta, tuo.*
*Inclyta sidereo radians Euphrasia regno,*
*Nec mihi flenda manes, cum tibi læta places.*
*Terram terra edit, sed spiritus astra recepit:*
*Pars jacet hac tumulo; pars tenet illa polum.*
*Corpore deposito leviori vecta volatu:*
*Stans melior cælo, quam prius esses humo:*
*Carnis iniqua domans, de te tibi facta triumphans,*
*Ad patria sedes civis opima redis.*
*Ardua nobilitas proavorum luce corustans,*
*Plus tamen et meritis glorificanda tuis.*
*Vir cui Namatius datus Vienna sacerdos,*
*Conjuge defuncto, consociata Deo.*
*Exulibus, viduis, captivis omnia fundens,*
*Paupertate pia dives ad astra subis.*
*Æternum mercata diem sub tempore parvo,*
*Misisti ad cælos quas sequereris opes.*
*Sed rogo per Regem paradisi gaudia dantem,*
*Pro Fortunato supplice funde precem.*
*Obtinens votis, hæc qui tibi carmina misi,*
*Ut merear claudi quandoque clave Petri.*

Hactenus epitaphium. Jam ad Guntheramnum Regem tantæ Synodi cogendæ auctorem redeamus. XXIII.

Post Synodum peractam Guntheramnus Rex edidit sanctionem ad Episcopos atque Judices scriptam, qua (ut decet religiosissimum Principem) eosdem hortatur Episcopos, verbi in primis prædicationi invigilare; sed & ne munus Episcopale per vicarium, sed per se ipsos expleant, admonet. Datum est edictum hoc eodem anno, quarto Id. Novembris: quod cum memoria dignum sit, hic apponimus: sic enim se habet (a):

(a) Tom. 2. Conc. post 621. Conc. Matiscon.

XXIV. *Guntbramnus * Rex Francorum omnibus Pontificibus ac universis sacerdotibus & cunctis Judicibus in regione nostra constitutis.*

* Guntheramnus.

Guntheramni Regis edictum.

*Per hoc superna majestatis auctorem, cujus universa reguntur imperio, placari credimus, si in populo nostro justitiæ jura servamus: & ille pius Pater & Dominus, qui humanæ fragilitatis substantiam suo semper adjuvare consuevit auxilio, melius dignabitur cunctorum necessitatibus quæ sunt opportuna concedere, quos cognoscit præceptorum suorum monita custodire. Dum ergo pro regni nostri stabilitate & salvatione regionis, vel populi sollicitudine pervigili attentius pertractavimus; agnovimus infra regni nostri spatia universa scelera, quæ canonibus & legibus pro divino timore puniri consueverunt, suadente adversario boni operis, perpetrari. Et ex hoc proculdubio indignatione cælesti per diversas sæculi tempestates homines aut pecora aut morbo consumi merentur, aut gladio, dum divina judicia non timentur: atque ita fit, ut admittendo illicita, per ignorantiam multi depereant, & non solum præsentem vitam celerius coguntur amittere, sed & inferni supplicia sustinere.*

XXV. *Ad vos ergo, sancti Pontifices, quibus divina clementia potestatis paternæ concessit officium, in primis serenitatis nostræ sermo dirigitur, sperantes quod ita populum vobis providentia divina commissum frequenti prædicatione studeatis corrigere, & pastorali gladio gubernare; quatenus dum universi diligendo justitiam conversatione præcipua cum omni honestate studuerint vivere melius, cuncta rerum adversitate remota, cælesti beneficio concedatur tranquillitas temporum, & congrua salvatio populorum. Et licet absque nostra admonitione ad vos specialiter prædicandi causa pertineat: attamen reliquorum peccatis vos omnino cre-*

*credimus esse participes, si filiorum nostrorum culpas non assidua objurgatione corrigitis, sed silentio præteritis. Nam nec nos, quibus facultatem regnandi superni Regis commisit auctoritas, iram ejus evadere possumus, si de subjecto populo sollicitudinem non habemus.*

XXVI. De festis diebus colendis. *Idcirco hujus decreti ac definitionis generalis vigore decernimus, ut in omnibus diebus Dominicis, in quibus sanctæ Resurrectionis mysterium veneramur, vel in quibuscumque reliquis solemnitatibus, quando ex more ad veneranda templorum oracula universæ plebis conjunctio devotionis congregatur studio, præter quod victum præparari convenit, ab omni corporali opere suspendantur, nec ulla causarum præcipue jurgia moveantur.*

XXVII. Quid agere debeant Sacerdotes. *Sed vos Apostolici Pontifices, jungentes vobiscum consacerdotes vestros & filios seniores Ecclesiæ, ac Judices locorum, quoscumque agnoscitis, quod vita qualitas honesta commendat, ita universam populi multitudinem constanti vel Deo placita jugiter prædicatione corrigite; ut bene viventes mysticus adhortationis sermo mulceat, & excedentes ad viam recti itineris correctio pastoralis adducat: quatenus omnes unanimi deliberatione laudabiliter studeant vivere, vel æquitatem & justitiam conservare, qualiter ab omni peccatorum face liberos suos sancta suscipiat Ecclesia Christianos.*

XXVIII. De justitia servanda. *Enim vero quicumque sacerdotum aut sæcularium intentione mortifera perdurantes, crebrius admoniti emendare neglexerint: juxta quod conditiones causarum aut excessus personarum exegerint, alios canonica severitas corrigat, alios legalis pœna percellat: quoniam nec innocentes potest reddere collata securitas liberos, nisi culparum probatio punierit criminosos: nec minor est pietas protervos conteri, quam relevare compressos. Convenit ergo, ut justitia & æquitatis in omnibus vigore servato, distringat legalis ultio judicum, quos non corrigit canonica prædicatio sacerdotum: quo fiat, ut dum præterita resecantur scelera, nullus audeat perpetrare futura; & ita universos excedentes pro disciplinæ tenore servando correctionis fræna constringant, & in universa regione nostra pacis & concordiæ jura proficiant. Cuncti itaque Judices justa (sicut Deo placet) studeant dare judicia: nam non est dubium, quod acrius illos condemnabit sententia nostri judicii, a quibus non tenetur æquitas judicandi. Non vicarios aut quoscumque a latere suo per regionem sibi commissam instituere aut destinare præsumant, qui (quod absit) malis operibus consentiendo, venalitatem exerceant, aut iniqua quibuscumque spolia inferre præsumant.*

*Clericorum transgressiones, cum, adversario instigante, contigerint, quantum illis pro divino amore reverentia major impenditur, tantum convenit ut acrius resecentur: quoniam si sancti pastores, aut instituti Judices (quod nefas est) subditorum suorum scelera potius occultare, quam resecare tentaverint: se ex hoc amplius reos esse vel noxios, non ignorent.* XXIX. Clericorum peccata acrius corrigenda. *Cuncta ergo, quæ hujus edicti tenore decrevimus, perpetualiter volumus custodiri: quia in sancta Synodo Matisconensi hæc omnia (sicut nostis) studuimus definire, quæ præsenti auctoritate vulgamus.*

Subscriptio domini Guntheramni Regis:

*Data sub die quarto Idus Novembris, vigesimoquarto anno regni supradicti Regis.* Hactenus edictum Regis maxime pii a cunctis Christianis Principibus præ oculis habendum, ut cum sive peste, sive penuria, bellove affligi suos populos vident, ad populi mores corrigendos atque Judices emendandos se convertant, prout fecisse vidimus Guntheramnum.

Quod vero pertinet ad Reccaredum XXX. Reccaredus Rex Pacis Studiosus. Regem, ipse (ut Christianum Principem decet) filius pacis, quantumlibet victor, pacem tamen missa legatione a Guntheramno Rege Francorum petiit hoc anno: sed eum non obtinuerit, sequenti rursus anno alia missa legatione id ipsum enixius

PAGIUS XI. *Duplex Reccaredi ad Guntramnum Legatio de pace irrita.* A num. XXX. Reccaredus Gothorum seu Visigothorum Rex post bellum cum Guntramno Francorum Rege anno DLXXXV. gestum, nihil prætermisit ut ab eo pacem obtineret. Quare anno quingentesimo octogesimo sexto Legationem ad eum misit, ut narrat Turonensis lib. 8. cap. 35. sed eam impetrare non potuit: *Nam anno præterito cum exercitus* (Guntramni scilicet) *Septimaniam debellasset, naves quæ de Galliis in Gallicium abierant, vastatæ sunt*, ubi per verbum *debellare* Turonensis intelligit bellum inferre, ut videre est in Glossario Ducangii verbo *debellare*. Cum itaque certum sit prius illud bellum pertinere ad annum DLXXXV. ut anno DLXXXIV. num. III. jam ostendimus, prior hæc Reccaredi Regis Legatio cum anno Christi DLXXXVI. copulanda; quod & secunda ejusdem Regis Legatio, de qua Turonensis ibidem cap. 38. eodem anno obita sit. Ait enim Turonensis: *Anno denique XI. Regni Childeberti Regis, Legati iterum de Hispaniis venerunt; pacem petentes: sed nihil certi obtinentes, regressi sunt.* Annus autem Childeberti Regis undecimus in eundem Christi annum convenit. Agit de hac secunda Reccaredi Regis Legatione Baronius anno DLXXXIX. num XLVI. & seqq. quem putabat esse Childeberti Regis undecimum; sed ejus opinione supra eversa manifestum est utramque Legationem ad eumdem Christi annum spectare, scilicet DLXXXVI. & quæ ibi habet Baronius ad eum revocanda esse.

XII. *Conjuratio adversus Reccaredum Regem.* Conjuratio vero ab *Uldila* Episcopo adversus *Reccaredum* Regem facta, quam hoc anno recitat Baronius, pertinet ad annum DLXXXIX. Biclariensis enim scribit: *Anno VII. Mauritii* qui

xius postulasse constat; verum eam minime consecutum esse, idem Gregorius tradit (a). Porro tantum Regem pacis cultorem maxime pium eo dono muneratus est Deus, ut eum a maximo liberaret discrimine, a conjuratione nimirum dolis fabricata Reginæ novercæ conspirantis cum Udila Episcopo Ariano hoc ipso anno tertio regni ejus.

(a) Greg. hist. Fran. l. 8. c. 35. & 39.

XXXI. Sed redeamus ad Francos, quos præter bellorum infelices exitus hoc pariter anno afflixit non modicum regiæ civitatis incensio: hoc enim anno decimo Childeberti Regis Parisiensis civitas conflagravit. Quæ vero admiranda memoria digna tum acciderint, Gregorius ita narrat (b): *Extitit autem in his diebus apud urbem Parisiacam mulier, quæ diceret incolis: Fugite ab urbe, & scitote eam incendio concremandam. Quæ cum a multis irrideretur, quod hæc aut fortium præsagio diceret, aut vana aliqua somniasset, aut certe dæmonii meridiani hæc instinctu proferret; respondit: Nequaquam est ita ut dicitis: nam in veritate loquor, quia vidi per somnium a basilica S. Vincentii venientem virum illuminatum tenentem manu cereum, & domos negotiatorum ex ordine succendentem. Denique post tertiam noctem quod hæc mulier est effata, inchoante crepusculo, quidam e civibus accenso lumine in promptuarium est ingressus, assumptoque oleo ac cæteris quæ necessaria erant, abscessit, lumine secus cupellam olei derelicto. Erat autem domus hæc prima secus portam quæ ad mediam diem pandit egressum: ex quo lumine apprehensa domus incendio concrematur, de qua & aliæ apprehendi cœperunt.*

(b) Greg. hist. Fran. l. 8. c. 33.

Incendium Parisiacum.

XXXII. *Tunc diruente igne super vinctos carceris, apparuit eis beatus Germanus, & comminuens trabem atque catenas quibus vincti tenebantur, reserato carceris ostio, vinctos abire permisit incolumes. Illi vero egressi, se ad basilicam S. Vincentii, in qua sepulcrum habebatur beati Antistitis, contulerunt. Igitur cum per totam civitatem huc atque illuc, flante vento, flamma ferretur, totisque viribus regnaret incendium, appropinquare ad aliam portam cœpit, in qua B. Martini oratorium habebatur, quod ob hoc aliquando factum fuerat, eo quod ibi lepram maculosi hominis osculo depulisset. Vir autem qui cum intextis virgultis in sublime construxe-*

S. Germanus liberat vinctos in carcere.



*rat, confisus in Domino, nec de B. Martini virtute diffisus, se resque suas intra ejus parietes ambivit *, dicens: Credo enim & fides mea est, quod repellat ab hoc loco incendium, qui sæpe incendiis imperavit, & in hoc loco leprosi hominis cutem, osculo medente, purgavit. Appropinquante enim illuc incendio, ferebantur variæ globi flammarum, qui percutientes parietem oratorii, protinus tepescebant.*

* abdidit.

XXXIII. *Clamabat autem populus viro ac mulieri: Fugite, o miseri, ut evadere possitis. Ecce jam ignium pondus super vos diruit: ecce favilla incendii cum carbonibus tamquam validus imber ad vos usque distenditur: Egredimini ab oratorio, ne cum eodem incendio concremenini. At illi orationem fundentes, nequaquam ab his vocibus movebantur. Sed nec mulier se umquam a fenestra, per quam interdum flammæ ingrediebantur, amovit, quæ erat spe firmissima de virtute beati Antistis præmunita. Tanta itaque fuit virtus beati Pontificis, ut non solum hoc oratorium cum alumni proprii domo salvaret, verum etiam nec aliis domibus, quæ in circuitu erant nocere flammis dominantibus permisisset: ibique cessit incendium, quod ab una parte pontis cœperat desævire. Ab alia vero parte tam valide cuncta conflagravit, ut amnis finem imponeret: verumtamen Ecclesiæ cum domibus suis non sunt adustæ.* Hucusque Gregorius de incendio, in quo Prophetæ ille sermo locum habuit dicentis (c): *Vox Domini intercidentis flammam ignis*: cum videlicet ea potuit ignis comburere, quæ Dei voluntate incendio damnata fuere: in reliquis vero suam vim flamma amisit. Addit his Gregorius (d), hoc anno natum filium Childeberto Regi, a Magnerico Treverensi Episcopo baptizatum, appellatum fuisse Theodubertum, de quo sæpe dicendum inferius. Hic vero annus Childeberti Regis decimus numeratur.

S. Martini Oratorium a flammis illæsum.

(c) Psal. 28.

(d) Greg. hist. Franc. l. 8. c. 37.

XXXIV. Quo pariter anno Smaragdi Exarchatus triennio evoluto, cum accepisset successorem Romanum Patricium; Severus Episcopus Aquilejensis cum tribus collegis Episcopis, qui metu vique coacti communicaverant cum Ecclesia Catholica per Joannem Episcopum Ravennatem, ad propria reversi, ab Episcopis Istriæ non recepti, nec a populo honore habiti in pristinum schisma dilabuntur, Tria illa propugnantes jam ab Ecclesia Ro-



PAGIUS *qui est Recaredi Regis III. annus, Uldila Episcopus cum Gosvintha Regina (quæ vidua erat* Leuvigildi Regis) *insidiantes Reccaredo manifestantur: & fidei Catholicæ communionem, quam sub specie Christiana quasi sumentes proiiciunt, publicantur. Quod malum in cognitionem hominum deductum, Uldila exilio condemnatur: Gosvintha vero Catholicis semper infesta vita tunc terminum dedit.*

A num. XXXI. ad XXXIV. Incendium Urbis Parisiensis quo sæviente *Sanctus Germanus* Parisiensis, quondam Episcopus apparuit illis, qui vincti in carceribus tenebantur, eosque abire permisit incolumes, ut ex Turonensi lib. 8. cap. 33. narrat Baronius, non contigit anno X. Childeberti Regis, ut ipse *Gregorium* interpretatur. Jam enim a capite 30. de cæde Sancti

XIII. *Incendium Parisiis excitatum.*

*Præ-*

mana damnata capitula. De his vero tantum hæc breviter Paulus diaconus (*a*): *Exacto anno e Ravenna in Gradum reversi sunt. Quibus nec plebs communicare voluit, nec cæteri Episcopi eos receperunt. Smaragdus autem Patricius successorem Romanum Patricium accipiens, Constantinopolim remeavit.* Reliqua vero nempe de Conciliabulo schismaticorum in Mariano habito, suo loco dicemus.

(*a*) Paul. diac. de gest. Long. l. 3. c. 51.

Quin-

PAGIUS *Prætextati* Episcopi Rotomagensis Gregorius egerat, quæ, ut infra videbimus juxte ipsummet Gregorium patrata est anno ejusdem Regis XI. Quare licet annum XI. Childeberti Regis capite tantum 38. memorare incipiat, non dubitandum tamen, quin ad eundem annum pertineant, quæ a capite 32. ad 38. narrat; ideoque quin *Theodobertus* Childeberti filius, de cujus ortu loquitur Gregorius cap. 32. anno undecimo Childeberti in lucem prodierit. Quare anno DLXXXVI. & incendium illud contigit, & *Theodobertus* natus est.

Sanctus *Columba* Abbas Hyensis ad Deum migravit, ut anno DLXV. ostendi.

| JESU CHRISTI ANNUS 589. | PELAGII PAP. II. ANNUS 12. | MAURITII IMP. ANNUS 4. |
|---|---|---|

I. De Synodu Valentina. QUingentesimus octogesimusnonus incipit annus sub septima Indictione: cum decimo Kalendas Julii, anno Guntheramni vigesimoquarto nondum absoluto, celebrata est Synodus Valentina in Gallia decem & septem tantummodo Episcoporum: in qua pauperum causæ sunt cognitæ; sed & donationes factæ ab eodem Rege, sive Regina, atque filiabus ejus diversis Ecclesiis confirmatæ auctoritate Apostolica, subscriptionibus eorumdem munitæ sunt. Est de his ejusmodi decretum:

II. Regis & Reginarum liberalitas. *Cum in urbe Valentina juxta Imperium gloriosissimi domini Guntheramni nostra mediocritas pro diversis pauperum querimoniis convenisset: id primo, auctore Deo, decrevimus sanciendum, quod pro salute & anima sua salvatione vel religionis statu censuimus opportunum: id est, ut quia prædictus Rex per virum illustrem Asclepiodotum Referendarium datis ad sanctam Synodum epistolis suis injunxit, ut quodcumque tam ipse, quam beatæ memoriæ jugalis sua Austrechildis Regina, vel filiæ eorum Deo sacratæ puellæ, id est, bonæ memoriæ Clodoberga, vel Clodeildis locis sanctis contulissent, aut adhuc conferre decreverint, auctoritate Apostolica deberet sancta Synodus præsenti titulo manuum suarum subscriptione firmare. Et tam laudabili devotioni non solum sacerdotalem, sed etiam divinam credimus posse conniventiam conspirare.*

III. Confirmatio donationum piarum. *Idcirco præsenti constitutione, unanimi consensu, Deo medio, Synodus sancta decrevit, ut si quid basilicæ sancti Marcelli, vel sancti Symphoriani, vel quibuscumque locis, vel servientibus Deo per quascumque auctoritates, aut scripturarum epistolas præfatus domnus Rex, vel supra nuncupata jugalis sua filiæque eorum sive in ministerio altariorum, sive in quibuscumque speciebus, quæ ad divinum cultum pertinere noscuntur, contulisse vel adhuc conferre voluerint; neque Episcopi locorum, neque potestas regia quacumque tempora successura de eorum voluntate quicquam minorare aut auferre præsumant. Quod si quis hoc quoque tempore temerare aut auferre præsumpserit; velut necator pauperum, anathemate perpetui judicii divini plectatur, & veluti sacrilegii perpetrator, criminis sui reus, supplicii æterni teneatur obnoxius.* Hucusque Patres, nec de eodem Valentino Concilio quicquam præterea invenitur. Emendandum vero, dum in titulo inscriptum illud habetur Indictione secunda: multum enim inter se pugnat, ut hæc acta sint vigesimoquarto Guntheramni Regis anno, & facta dicantur Indictione secunda: manifestus enim arguitur error, cum hic annus (ut dictum est) septimæ sit Indictionis.

IV. S. Prætextati martyrium. Quo pariter anno aucta est Gallia novo martyre, nempe Prætextato Episcopo Rhotomagensi: qui diu multumque odio perfidæ Fredegundis exiliis fatigatus & afflictatus, nihil remittens sacerdotalis constantiæ in redarguendo perperam facta Principum, potissimum vero Fredegundem, ipsam quam alteram Jezabelem his temporibus Gallia passa est; ab eadem immisso tandem sicario, in Ecclesia ipsa ferro percutitur: ac paulo post spi-



PAGIUS SÆC. VI. Olymp. 342. Anno Eræ Hispan. DCXXVII. A.C.589.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6082.

☉ 10. B. ☽ 1. P. 10. April. Indict. 7.

JESU CHRISTI 589.

PELAGII II. PAPÆ 12.

MAURICII IMP. 8.

I. Postconsulatus. IS annus hac formula notatus: *VII. post Consulatum Mauricii Tiberii Aug. solius*, ut habet Auctor Chronici Alexandrini.

II. Synodus Valentina. A num. I. ad IV. Epocha *Synodi Valentinæ*, qua donationes factæ diversis Ecclesiis a *Guntramno* Rege confirmantur, incerta. Sirmondus illam in annum DLXXXIV. Cointius in annum DLXXXV. confert, & neuter aliquid in medium producit, quod rem certo definiat: circa alterutrum tamen annum Synodus illa X. Kalend. Junii habita. Valentinæ enim Constitutioni subscripsere Episcopi septemdecim, & inter alios *Sapaudus* Arelatensis, qui juxta Gregorium Turonensem obiit anno quingentesimo octogesimosexto. Turonensis vero lib. 8. cap. 39. anno Childeberti Regis undecimo ejus mortem narrat. Quare Synodus Valentina tardius, quam anno illa celebrari non potuit. [1]

III. S. Prætextatus Episc. Rotomagensis occiditur. A num IV. ad VII. Turonensis lib. 8. cap. 31. de his verba facere incipit, quæ anno Childeberti Regis undecimo contigere, licet ante caput 38. at anno superiori vidimus, annum illum XI. non exprimat. Et ratio est, quia ipsemet Gregorius eodem libro cap. 20. loquens de

NOTÆ [1] QUid si Valentina hæc Synodus referatur ad annum 583. Non est utique attendenda ejus inscriptio, quam nec Sirmondus nec Cointius plurimi fecerunt. Sed annus 583. diem X. Kal. Junii cum Dominica jungebat; quod neque cum anno 584. neque cum anno 585. congruit. Videant docti utrum conjectura hæc nostra præponderet aliorum opinioni, quam nullum nec argumentum nec conjectura fulcit. MANSI

titum Deo reddidit. Ita plane secundum S. Ambrosii sententiam, utilius Principes Episcopos odio prosequuntur, quam illecebris blandiuntur. Ad coronam enim suorum sacerdotum permisit Deus sceleftos Principes insanire, furereque adversus eos: quo quid in eis intus virtutis lateat, foris appareat; & qui in vasis fictilibus thesaurus occultabatur, in multorum utilitatem effundatur; & lumen quod reconditur in lagenis militum Gedeonis, iisdem perfractis, foris appareat, quo sancta Dei illustretur Ecclesia. Res autem gesta a Gregorio Turonensi ita describitur (a):

(a) Greg. l.8. c.31.

V. Redarguit Reginam Prætextatus Episcopus.

*Dum hæc agerentur, & Fredegundis apud Rhotomagensem urbem commoraretur, verba amaritudinis cum Prætextato Pontifice habuit, dicens, venturum esse tempus, quando exilia, in quibus detentus fuerat, reviseret. Et ille: Ego semper & in exilio & extra exilium Episcopus fui, sum, & ero. Nam tu non semper regali potentia perfrueris. Nos ab exilio provehimur, tribuente Deo, in regnum: tu vero ab hoc regno demergeris in abyssum. Rectius enim erat tibi, ut stultitia relicta atque malitia, qua semper ferves, abstraheveris; ut & tu vitam adipiscereris æternam, & parvulum quem genuisti, adducere ad legitimam posses ætatem. Hæc effatus, cum verba illius mulier graviter acciperet, se a conspectu ejus felle fervens abstraxit.*

VI. A Sicario percussus Episcopus

*Adveniente autem Dominicæ resurrectionis die, cum sacerdos ad implenda Ecclesiastica officia ad Ecclesiam maturius properasset, antiphonas juxta consuetudinem incipere per ordinem cœpit. Cumque inter psallendum Formulæ decumberet: crudelis adfuit homicida, qui Episcopum super Formulam quiescentem, extracto e baltheo cultro, sub ascella percutit. Ille vero vocem emittens, ut clerici qui aderant adjuvarent, nullius auxilio de tantis astantibus, est adjutus. At ille plenas sanguine manus super altarium extendens, orationem fundens, & Deo gratias agens, in cubiculum suum inter manus fidelium deportatus, in suum lectulum collocatus est. Statimque Fredegundis cum Beppoleno Duce & Ansovaldo adfuit, dicens: Non oportuerat nobis ac reliquæ plebi tuæ, o sancte sacerdos, ut ista tuo cultui evenirent. Sed utinam indicaretur qui talia ausus est perpetrare, ut digna pro hoc scelere supplicia sustineret. Sciens autem eam sacerdos hæc dolose proferre, ait: Et quis hæc fecit, nisi is qui Reges interemit, qui sæpius sanguinem innocentem effudit, qui diversa in hoc regno mala commisit? Respondit mulier: Sunt apud nos peritissimi medici, qui huic vulneri mederi possunt: permitte ut accedant ad te. Et ille: Jam, inquit, me Deus præcepit de hoc mundo vocari: nam tu, quæ his sceleribus princeps inventa es, eris maledicta in sæculo, & erit Deus ultor sanguinis mei de capite tuo. Cumque illa discederet, Pontifex ordinata domo sua, spiritum exhalavit. Ad quem sepeliendum Romacharius Constantinæ urbis Episcopus advenit.* Addit Gregorius de necato ab eadem Regina seniore quodam ejusdem Ecclesiæ Rhotomagensis, cum ipse eidem necem sanctissimi Antistitis exprobrasset: agitque demum de successore eidem subrogato Melantio. Porro quem perfida Fredegundis in Ecclesia occidi fecit, coluit semper Ecclesia Catholica martyrem, eumdemque inter martyres scriptum anniversaria memoria celebrat. Quomodo autem facinus ab interfectore palam factum sit, idem Gregorius in rebus gestis Francorum anni hujus qui est decimus Childeberti Regis, refert (b):

(b) Greg. hist. Fran. l.8. c.41.

Jam

PAGIUS de Synodo secunda Matisconensi testatur, eidem *Prætextatum* Rotomagensem Episcopum interfuisse, cui & subscriptus reperitur. Cum itaque ea Synodus mense Novemb. anni Christi DLXXXV. annoque X. Childeberti Regis celebrata fuerit, Sancti *Prætextati* Martyrium, quod die Paschatis contigit ad annum DLXXXVI. & Childeberti Regis undecimum necessario referendum. Scribit Turonensis cap. 31. *adveniente Dominica Resurrectionis die, cum Sacerdos ad implenda Ecclesiastica officia ad Ecclesiam maturius properasset*, adfuisse homicidam, qui *Prætextatum* occidit. Cointius, qui recte eo Christi anno Martyrium illud consignavit, observat, anno DLXXXVI. diem sextum Kalendas Martias, quo colitur *Prætextatus*, in diem Dominicam incidisse, indeque deducit, Turonensem per diem *Resurrectionis Dominica* non intelligere solemnitatem Paschalem, sed diem Dominicam, quia, inquit, singulis diebus Dominicis memoria Resurrectionis Dominicæ celebratur. Sed jam plurimis exemplis demonstravi, Sanctos aliis diebus, quam quibus, mortui sunt, sæpius celebrari; quod eo magis de Sancto *Prætextato* dicendum, quo in nullo antiquo Martyrologio ejus nomen legitur, nequidem in Romano Gregorii XIII. jussu edito. Quare quando *Prætextatus* inscriptus est Martyrologio Romano ad diem XXIV. Februarii a Baronio, & ante eum a Galesinio, Canisio, & Molano Martyrologio Usuardi, dies quo passus erat, ignorabatur, ideoque die XXIV. Februarii aliquo hujus Sancti Reliquiarum Elevatio aut Translatio facta fuerat. Præterea Turonensis diserte diem *Dominica Resurrectionis* memorat; cum tamen dies Dominicales eo nomine nunquam insigniat. Hinc lib. 6. cap. 25. anno VIII. Childeberti Regis ait: *Pridie Kalendas Februarias cum die Dominico signum commotum fuisset*, &c. *Prætextatus* itaque die XIV. Aprilis, in quem anno DLXXXVI. Pascha incidit, Martyrio coronatus est, agente *Fredegunde* Regina, quam is ad meliora convertere conatus fuerat, ut ex Gregorio citato Baronius narrat.

A num.

VII. De conversione Gothorum. Jam vero magna instans causa e Galliis in Hispanias nostram evocat orationem. Felix plane hic ille annus, Deo placabilis & acceptabilis ab omnibus prædicandus, quo Dei benignitas respexit tandem propitia Gothorum gentem; cum e tenebris eam transtulit in regnum lucis. Quæ enim a temporibus Constantii Imperatoris, a pravis doctoribus in transversam acta gens Gothorum fuit; præceps per devia ferebatur, eoque sine metu securior, quo ex beneficiis a Deo acceptis se remunerationem consecutam de impietate putabat. Quod enim ipsa gens Gothica in Italia, Gallia, Hispania, & Africa suum populum propagasset, & regna subegisset externa, hæc cuncta rectæ quam putabant religioni ferebant accepta: nam & quod Orthodoxorum provincias suæ ipsorum Deus subjecerat potestati, totum id Dei iræ ulciscentis impios tribuebant. Hæc illis signa fuere pro doctrina atque miraculis, quibus se Catholicis religione præstare jactabant, exultabantque veluti de Dei vero cultu securi, insultabantque piis, veluti a Deo eos ob impietatem affligente rejectis.

VIII. Ut igitur tanta erroris offusi caligine, tamque profundis mersi tenebris ignorantiæ veritatis lumen agnoscerent, illius tantum fuit opus, qui de tenebris facit splendescere (quod ait Apostolus *a*) lumen suum, & illius qui vinctis dicit, Exite, & his qui in tenebris, *Revelamini*: Domuit ille fera corda tandem, suoque subegit jugo cervices ferreas; egitque magno miraculo, ut qui jugum imposuerant Romanis semper indomitis, iidem Romanæ subjicerentur Ecclesiæ vincti non ferro sed fide: idque præcipue per sanctissimum Leandrum Hispalensem Episcopum, aliosque sacros Hispaniarum Antistites, vigiles, fortesque fidei Orthodoxæ cultores: quorum industria atque labore factum est secundum illud propheticum vaticinium; (*b*) *ut quæ erat arida esset in stagnum, & sitiens in fontes aquarum; & ubi erant cubile draconum, oriretur viror calami & junci, & semita esset ibi, vocareturque via sancta, at non transirent per eam polluti*: squalensque sepribus Ecclesia Hispania conversa fuerit in paradisum Domini, qui gratiarum irriguis fœcundatus redderet fructum centuplum, factus ager plenus benedictionibus ejus. Sed narrationem rerum gestarum aggrediamur.

(*a*) 2. Cor. 4. Isai. 49.

(*b*) Isa. 35.

Ubi coronato feliciter Hermenegildo martyrio, Reccaredus post patris obitum regnans Catholicam fidem (ut dictum est) profiteri cœpit; ad hoc ipsum hortatus est Gothos Episcopos ac pariter magistratus & populum: factumque Dei gratia, ut per paucis exceptis, omnes eamdem cum Rege, abdicata hæresi Ariana, Catholicam fidem profiterentur: cujus rei causa, ut cuncta solide stabiliret, universale totius Hispaniæ voluit Concilium celebrari. Sic igitur hoc anno a Christo Domino quingentesimo octogesimonono, qui est quartus annus ipsius Reccaredi Regis Visigothorum in Hispania, conversis ipsis ab Ariana perfidia ad Catholicam veritatem, celebrata est Synodus Toletana, quæ tertia ordine ponitur, cui interfuerunt Episcopi circiter septuaginta, ex quibus pauci per legatos suam præsentiam exhibuere, iidemque ex omnibus Hispaniarum provinciis, immo & Galliæ ejus partis quæ apud Narbonensem provinciam subjecta erat Gothis, ut ex Episcoporum subscriptione apparet. Non sine scientia atque consensu simulque auctoritate Pelagii Papæ generale hoc celebratum esse Concilium, ex eo intelligi potest, dum Lucas Tudensis ait, S. Leandrum huic interfuisse & præfuisse legatione functum pro Romano Pontifice, quod absque controversia credi debet, cum certum sit ex his quæ sæpe superius dicta sunt, Romanos Pontifices tum in aliis, tum in Hispaniarum provinciis vices suas delegare consuevisse eminentioribus earum Ecclesiarum Episcopis. Certe quidem præter S. Leandrum, qui magis spectatus esset hoc tempore inter Hispanos Episcopos, neminem scimus. Sed ad ipsa Concilia Acta pernoscenda, ex quibus complura sunt quæ Annalibus his inseri debeant, veniamus. Est quidem ipsorum istiusmodi exordium (*e*);

IX.

Synodus Tolet. III.

Auctoritate Rom. Pont. Concilium habitum.

(*e*) Tom. 2. Conc. edit. novæ.

X. De tempore generalis Concilii Toletani.

*In nomine Domini nostri Jesu Christi anno quarto regnante gloriosissimo atque piissimo & Deo fidelissimo domino Reccaredo Rege, die octavo Iduum Majarum, Æra sexcentesima vigesimaseptima, hæc Synodus habita est in civitate regia Toletana ab Episcopis totius Hispaniæ & Galliciæ numero septuagintaduobus, &c.* De hac

PAGIUS IV. *Concilium Toletanum III.* A num. VII. ad XLVI. Hoc anno, præsente *Reccaredo* Visigothorum Rege Catholico, Concilium III. *Toletanum*, omnium Nationalium quotquot unquam fuerunt in Hispania celeberrimum, celebratum, *anno quarto regnante gloriosissimo Domino Reccaredo Rege, die octavo Iduum Majarum, Era DCXXVII.* ut in eadem Synodo legitur. Reccaredus Leuvigildo patri successerat anno DLXXXVI. post diem XIII. mensis Aprilis, & ante diem octavum mensis Maii, ut suo loco ostendi. Hujus Concilii Epocha Baronium, Bollandum ad diem XIII. Martii in Commentario prævio ad Vitam Sancti Leandri Episcopi Hispalensis, aliosque viros doctissimos, qui initium *Reccaredi* Regis male collocarunt, mirum in modum torsit; unde suspicati sunt, errorem irrepsisse, vel in annum IV. Reccaredi, vel in annum Eræ DCXXVII. Ve-

(a) Isidor. in Chron. Goth.

hac eadem Synodo hæc S. Isidorus (a): *In ipsis regni sui exordiis Catholicam fidem adeptus, totius Gothicæ gentis populos inoliti erroris labe detersa, ad cultum rectæ fidei revocavit. Synodum etiam ad condemnationem Arianæ hæresis congregavit: cui Concilio idem gloriosissimus Princeps interfuit, suaque id præsentia & subscriptione firmavit.* Hæc Isidorus.

XI. Extat ipsa Synodas, canonesque vigintitres in ea editi, necnon fidei professio sincerissima, itemque Regis Reccaredi edictum; de quibus omoibus agemus per singula. Primum vero omnium opportunum putamus hic intexere sermonem a S. Leandro horum omnium præcipuo architecto tunc temporis habitam de eorumdem cooversione Gothorum: quem licet alii ponaot in fine Synodi, nos (sicut reperimus io scripto codice bibliothecæ Sfortianæ, ex quo exscripsimus) ante Synodum positum hic eodem ordine ponendum putamus, quo auctor licet stylo inculto, erudito tamen, veluti rudi rastro vertit auri fodinam: cujus rei gratia putamus ista carius accipienda, quo simplicius atque fidelius dicta leguntur, haud probantes eum qui cultiori sermone eamdem orationem illusteandam putavit (b) minime hac ax parte de antiquitate (pace ipsius dixerim) bene meritus. Ipse autem sermo sic se habet:

(b) Joan. Marian. histor. Hispan. l.5.c.5.

XII. Oratio Leandri de conversione Gothorum.

*Festivitatem hanc omnium esse solemniorem festivitatum, novitas ipsa significat. Quoniam sicut nova est conversio tantarum plebium causa: ita & nobiliora sunt solito Ecclesiæ gaudia. Nam multas solemnitates per anni decursum celebrat Ecclesia; in quibus tamen si habet gaudia consueta, nova vero, sicuti in hac, non habet. Aliter enim gaudet de rebus semper possessis, aliter de lucris magnis his nuper inventis. Pro qua re & nos majoribus gaudiis elevamur, quia repente novos Ecclesiam parturisse populos intuemur; & quorum asperitate quondam gemebamus, de eorum nunc gaudemus credulitate. Ergo materia gaudii nostri, tribulationis præteritæ occasio fuit. Gemebamus, dum gravaremur, dum exprobraremur: sed gemitus illi id egerunt, ut hi, qui per infidelitatem nobis erant sarcina, fierent nostra per suam conversionem corona. Hoc enim gratulative profert in psalmis sancta Ecclesia, dicens: In tribulatione dilatasti me. Et Sara dum sæpe a Regibus concupiscitur, nec maculam pudicitiæ sentit, & Abraham causa pulchritudinis suæ divitem facit; ab ipsis Regibus Abraham ditatur, a quibus Sara concupiscitur.*

XIII. Crescit Ecclesia ex persecutione.

*Condigne ergo Ecclesia Catholica gentes quas simul senserit fidei suæ docere affici, ad sui eos sponsi, hoc est, Christi lucra traducit; ut per ea regna virum suum divitem reddat, per quæ se inquietari præsenserit. Sic enim, dum ex vitio lacessitur, vel invidentium dentibus morderur: dum premitur, eruditur; dum insectatur, dilatatur: quoniam patientia sua æmulatores suos aut superat, aut lucratur. Dicit enim ad eam divinus sermo (c); Multæ filiæ congregaverunt sibi divitias, tu vero supergressa es universas. Sed non mirum, quod hæreses filiæ dicuntur: sed attendendum, quod loco spinarum ponuntur. Filiæ sunt, eo quod ex semine Christiano generantur; spinæ sunt, eo quod foris Ædem e Dei paradiso, hoc est, extra Catholicam Ecclesiam nutriuntur. Et hoc non conjectura sensuum nostrorum, sed Scriptura divinæ auctoritate probatur, dicente Salomone (d): Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias. Ergo ne magnum vobis videretur, quod hæresim dixerim filias, continuo eas nominat esse spinas: hæreses, inquam, quæ aut in aliquem angulum mundi, aut in unam gentem inveniuntur versari: Ecclesia vero Catholica sicut per totum mundum tenditur, ita & omnium gentium societate constituitur. Certe ergo hæreses in cavernis quibus latent, cogregant ex parte divitias: Ecclesia autem Catholica in specula totius mundi locupletata supergreditur universas.*

(c) Prov. 31.

(d) Cant. 11.

XIV. De gaudio Ecclesiæ ob hæreticorum conversionem.

*Exulta ergo & lætare Ecclesia Dei; gaude & consurge in unum corpus Christi, induere fortitudine tua, & jubila exultatione: quoniam tui mærores in gaudium sunt mutati, & tristitiæ habitus in amictum lætitiæ versus est. Ecce repente oblita sterilitatis & paupertatis tuæ, uno partu populos innumeros genuisti Christo tuo: nam dispendiis tuis proficis, tuoque*

PAGIUS Verum citatæ temporariæ notæ, quæ in omnibus Conciliorum editionibus leguntur, & ex iis, quæ habentur in Conciliis Hispalensi & Cæsaraugustano II. confirmantur, minime sollicitandæ, ut fatetur Bollandus, qui subdit; *Reccaredum arbitramur post Martyrium Sancti Hermenegildi assumptum in consortem Regni a patre Leuvigildo, saltem ante diem VII. Iduum Maiarum, atque ita in Conciliis numerari annos ejus: quos a morte patris solum cupit digerere Sanctus Isidorus, ne Chronicon Gothorum interturbaretur.*

V. At conjecturam hanc ipsemet Isidorus in Chronico evertit: *Leuvigildi* enim annos ab eo quo collega a *Liuva* Rege nuncupatus est, numerat, & tamen *Reccaredi* Regis annos a morte tantum Leuvigildi auspicatur. Præterquamquod nec Isidorus, nec Abbas Biclariensis, nec ullus alius ex Antiquis *Reccaredum* vivente patre in Regni consortium adscitum tradidere. Verum est, Biclariensem, dum de *Reccaredo* vivente patre loquitur, hunc Regem appellare; sed factum id quia Regum filii, Reges ab Historicis plerumque nominantur, ut innumeris exemplis patet.

*Hoc anno celebratum.*

Hoc

quæ damno subcrescis: tuntuc denique est sponsus tuus, cujus imperio regeris, ut dum te patiatur deprædari ad modicum, rursum & prædam tuam ad te reducat, & hostes tuos tibi conquirat. Sic autem agricola, sic piscator, dum lucra attendit futura, quæ seminat, & quem hamo ille dat cibum, non imputat damnum. Tu proinde jam ne fleas, ne lugeas, temporaliter quosdam recessisse a te, quos cernis cum magnis lacrymis rediisse ad te. Exulta ergo fidei confidentia, & tui capitis merito fide esto robusta, dum quæ recolis olim repromissa, nunc cernis fuisse completa. Ait enim in Evangelio ipsa

(a) Joan. 11. Veritas (a): Oportebat Christum mori pro gente, & non tantum pro gente, sed ut filios Dei, qui erant dispersi, congre-

(b) Psal. 33. garet in unum. Tu profecto in psalmis clamas (b), odientibus pacem dicens: Magnificate Dominum mecum, & exalte-

(c) Psal. 101. mus nomen ejus in unum. Et rursum (c): In conveniendo populos in unum, & regna ut serviant Domino.

XV. De labore fructus colligit. Quam dulcis sit charitas, quam delectabilis unitas, non nescious per Propheticia vaticinia, per Evangelica oracula, per Apostolica documenta, nonnisi connexionem gentium prædicas, nonnisi unitatem populorum suspiras, nonnisi pacis & caritatis bona disseminas. Lætare ergo in Domino, eo quod non sis fraudata a desiderio tuo: nam quos tanto tempore gemitu tristi & oratione continua concepisti, nunc post glacies hiemis, post duritiam frigoris, post austeritatem nivis velut jucunditatem agrorum fruges & lætos verni flores, vel adhærentes * vi-

* adridentes nearum stipitibus palmites, repente in gaudio peperisti.

XVI. Ergo, fratres, tota hilaritate animi exultemus in Domino, & jubilemus Deo salutari nostro. Hæc de cætera pro eis quæ jam oblata sunt, ea quæ adhuc expectantur implenda, vera esse credamus.

(d) Joan. 10. Quæ enim præfata sunt, Domino dicente (d): Alias oves habeo, quæ non sunt ex hoc ovili, & illas oportet me adducere, & fiet unus grex, & unus pastor: ecce con-

tuemur fuisse completa. Pro qua re non dubitemus totum mundum posse in Christum credere, atque ad unam Ecclesiam convenire: quoniam rursus ipso testificante didicimus Evangelio (e): Et prædicabitur (inquit) hoc Evangelium regni in universo Orbe in testimonio omnibus gentibus; & tunc (inquit) veniet consummatio. Si ergo remansit pars aliqua mundi, vel gens barbara, quam fides non irradiavit Christi; profecto credituram, atque in unam Ecclesiam esse venturam, nullo modo dubitemus, si ea quæ Dominus dixit, vera esse putamus. — De conversione totius orbis spes concepta. (e) Mat. 24.

XVII. Ergo, fratres, reposita est loco malignitatis bonitas, & errori occurrit veritas; at quia superbia linguarum diversitate ab unione gentes separaverat, eas rursus gremio germanitatis colligeret caritas: & quemadmodum unus possessor est mundi Dominus, ita & possessionis ejusdem unum cor & unus animus. Pete a me (ait f) & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Propterea & ex uno homine propagatum est omne genus humanum, ut qui ex illo uno procederent, unam sperarent unitatem & quærerent & diligerent. Ordo ergo naturalis exposcit, ut qui ex uno homine trahunt originem, mutuam retineant caritatem; nec dissentiant a fidei veritate, qui non disjunguntur naturali propagine. Hæreses vero ut divisiones e fonte emanant vitiorum: unde quicumque ad unitatem venit, ex vitio ad naturam redit: quia sicut natura est fieri ex pluribus unitatem, sic est vitii fraternitatis vitare dulcedinem. Erigamur ergo tota mente in gaudio; ut quæ gentes studio decertandi perierant, simul & in amicam Christi unam Ecclesiam percurrant, in quam eas rursus reducit & concordia caritatis. — (f) Ps. 2.

XVIII. De hac profecto Ecclesia vaticinatur Propheta, dicens (g): Domus mea domus orationis vocabitur omnibus gentibus. Et iterum: Erit (inquit) in novissimis diebus præparatus mons domus Domini in vertice montium, & elevabitur — (g) Isai. 2. De Ecclesia prophetica Vaticinia.

PAGIUS VI. Gesta in Concilio Toletano III. Hoc itaque anno Concilium *Toletanum* III. congregatum, ut recte vidit Baronius; quod ideo perperam Spondanus in annum DXCIII. distulit. De hoc Concilio Joannes Biclariensis *anno VIII. Mauritii Imp. qui est Reccaredi IV. annus*, currenti scilicet Christi anno, hæc habet: *Sancta Synodus Episcoporum totius Hispaniæ, Galliæ, & Gallaciæ in Urbe Toletana, præcepto Principis Reccaredi congregatur Episcoporum numero LXXII. in qua Synodo intererat memoratus Christianissimus Reccaredus, ordinem conversionis suæ & omnium Sacerdotum, vel gentis Gothicæ confessionem Tomo scriptam manu sua Episcopis porrigens, & omnia quæ ad Professionem fidei Orthodoxæ pertinent, innotescens, cujus Tomi ordinem decrevit sancta Episcoporum Synodus canonicis applicare Monumentis. Summa tamen Synodalis negotii penes Sanctum Leandrum Hispalensis Ecclesiæ Episcopum, & Beatissimum Eutropium Monasterii Servitani Abbatem fuit.* Perperam tamen Biclariensis annum VIII. Mauricii cum quarto Reccaredi conjungit, non advertens Concilium Toletanum III. coactum esse die VIII. mensis Maii, qua die Era DCXXVII. seu anno Christi currenti annus VII. Mauricii adhuc in cursu erat; nisi forte Biclariensis annos Mauricii & Reccaredi ab eodem die ac mense repetat.

VII. Dogma Arianum in Hispaniis exterminatum. Paulo post laudata verba subjungit Biclariensis Abbas: *a vigesimo Constantini Principis anno, quo tempore hæresis Ariana initium sumpsit, usque in octavum annum Mauricii Principis Romanorum, qui est Reccaredi quartus Regni annus, anni sunt CCLXVI. quibus Ecclesia Catholi-*

*tur super colles, & fluent ad eum omnes gentes, & ibunt populi multi, & dicent: Venite ascendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Jacob. Mons enim Christus est: domus Jacob una Ecclesia est ejus, ad quam & gentium concursus & populorum pronunciat confluere conventum; de qua rursus in alio loco dicit propheta (a): Surge illuminare Hierusalem, quia venit lumen tuum, & gloria Domini super te orta est, & ambulabunt gentes in lumine tuo, & Reges in splendore ortus tui. Leva in circuitu oculos tuos & vide. Omnes isti congregati sunt, & venerunt tibi, & ædificabunt (inquit) filii peregrinorum muros tuos, & Reges eorum ministrabunt tibi. Qui ut notesceret, quæ ventura essent genti vel populo, quæ ab unius Ecclesiæ communione recedissent, secutus est: Gens enim & regnum, quod non serviet tibi, peribit. Alio denique loco similiter ait (b): Ecce gentem, quam nesciebas, vocabis; & quos non cognoveras, ad te current.*

(a) Isa. 60.
(b) Isa. 55.

XIX. De unitate Eccl.

*Unus est enim Christus Dominus, cujus est una per totum mundum Ecclesia sancta possessio: ille igitur caput, & ista corpus; de quibus in principio Genesis dicitur: Erunt duo in carne una; quod Apostolus in Christo intelliget & in Ecclesia. Dum ergo ex omnibus gentibus Christus unam vult habere Ecclesiam: quicumque extraneus est ab ea, licet Christi nomine nuncupetur, Christi tamen corporis compage non continetur. Hæresis enim, quæ respuit Catholicæ Ecclesiæ unitatem, eo quod adulterino amore diligat Christum, non uxoris, sed concubinæ obtinet locum: quoniam re vera duos dixit Scriptura esse in carne una, videlicet Christum & Ecclesiam, quo locum meretrix nullum invenit tertium. Una est (ait Christus) amica mea, columba mea, una est sponsa mea, una est genitrici suæ filia. De qua item eadem Ecclesia pronunciat, dicens: Ego dilecto meo, & dilectus meus mihi. Quærant nunc hæreses a quo constuprentur, vel cujus sint postribulum facta: quoniam ab immaculato tora recesserunt Christi, a quo quanto pretiosam esse novimus consutelam charitatis, tanta Dominum hac celebritate laudemus, quod gentes, pro quibus sanguis fusus est unigeniti sui, non est passus extra unum ovile, diaboli dentibus devorari.*

XX. *Lugeat igitur veternosus prædo, suam prædam amisisse: quia impletum videmus, quod Propheta vaticinante audivimus. Equidem (inquit c) & captivitas a forti tolletur; & quod ablatum fuerat a robusto salvatur. Arietem enim discordiæ, quem fabricaverat diabolus, pax Christi destruxit: & domus, quæ divisione in mutuam certabat cædem, uno jam Christo lapide angulari conjungitur. Dicamus ergo omnes (d): Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Nullum enim præmium charitati compensatur, inde omni gaudio præponitur: quia pax & charitas facta est, quæ omnium virtutum obtinet principatum. Superest autem ut unanimiter unum omnes regnum effecti; tam pro stabilitate regni terreni, quam pro felicitate cælestis Dominum precibus adeamus; ut regnum & gens, quæ Christum glorificat in terris, glorificetur ab illo non solum in terris, sed etiam in cælis. Amen.* Ita peroravit ante Synodum sanctus Leander simplici & impolito stylo (ut sæculi hujus barbarie silvescentis conditio ferebat) sed divina scientia valde referto & sapientia mirifice exornato, instar arboris licet cortice durioris, tamen pomorum pendulorum fœcunditate pulcherrimæ.

(c) Isa. 49. De gaudio & pace Ecclesiæ luget Diabolus.
(d) Luc. 2.

XXI. Congregatis igitur in unum sanctis Episcopis, Reccaredus Rex & ipse in eadem Synodo coram Patribus habuit sermonem: nam ejusdem Synodi hæc habent Acta (e): *Cum pro fidei sinceritate idem gloriosissimus Princeps omnes regiminis sui Pontifices in unum convenire mandasset, ut tam de ejus conversione, quam de gentis Gothorum innovatione in Domino exultarent, & divinæ dignationi pro tanto munere gratias agerent: sanctissimus idem Princeps sic venerandum Concilium alloquitur, dicens:*

(e) Synod. Tolet. 3. t. 2. Conc.

XXII. *Non incognitum reor esse vobis, reverendissimi sacerdotes, quod propter instau-*

ran-

PAGIUS *lica hujus hæresis infestatione laboravit: sed favente Deo vicit, quoniam fundata est supra petram.* Annus XX. Constantini Magni die XXV. mensis Julii anni CCCXXV. inchoatus est, ab eoque ad præsentem Christi annum, quo octavus Mauricii absolvitur intercesserunt an. CCLXVI. utrimque sc. incompleti. Quare Biclariensis Abbatis Chronicon usque ad sequentem Christi annum inclusive perducitur, quo sequentia quæ narrat contigere, licet Baronius num. XLV. ea cum præsenti anno alliget. Argimundus, *qui Regnum assumere cupiebat, primum verberibus interrogatus, deinde turpiter decalvatus, post hæc dextra amputata, exemplum omnibus in Toletana Urbe asino sedens pompizando dedit, & docuit famulos Domini non esse superbos*, ut in fine sui Operis scribit Biclariensis. Vide dicenda anno DXCI. num. V. & anno DXCIII. num. III. Eminentissimus Cardinalis de Aguirre in Notitia Concil. Hispaniæ pag. 95. refert, se habere Additionem incerti Auctoris ad istud Chronicon, complectentem gesta ab anno Christi DCI. usque ad DCCXLII. quam se in lucem emissurum pollicetur.

VIII. *Gothi per annos CCXIII. eo dogmate infecti.*

Hoc itaque anno *Reccaredus* Rex *Gothos & Suevos* ad Orthodoxam fidem convertit, Synodumque Toletanam III. haberi præcepit, in qua scripti anathematismi XXIII. ac Canones totidem, quibus subjicitur Edictum ejusdem Regis de confirmatione Synodi, quæ omnia concluduntur Homilia Sancti Leandri in laudem Ecclesiæ ob conversionem gentis Gothorum. Sanctus

Regis oratio in Synodo habito. *vandam disciplinæ Ecclesiasticæ formam ad nostræ vos serenitatis præsentiam evocaverim. Et quia decursis retro temporibus hæresis imminens in tota Ecclesia Catholica agere Synodica negotia denegavit: Deus, cui placuit per nos ejusdem hæresis obicem depellere, admonuit instituta de more Ecclesiastica reparare. Ergo sit vobis jucunditatis, sit gaudii, quod mos canonicus prospectu Dei per nostram gloriam ad paternos reducitur terminos. Prius tamen admoneo pariter & exhortor, jejuniis vos, & vigiliis atque orationibus operam dare, ut ordo canonicus, quem a sacerdotalibus sensibus detraxerat longa atque diuturna oblivio, quo ætas nostra se nescire fatetur, divino vobis dono rursus patefiat.* Hæc Rex Reccaredus est prælocutus in Synodo. Sed postea Acta: *At hæc autem gratias Deo agentes, & religiosissimo Principi universo Concilio laudibus acclamante, triduanum est exinde prædicatum jejunium. Sed cum octava Iduum Majarum in unum cuncti Dei sacerdotes adessent, & oratione præmissa unusquisque sacerdotum competenti loco resedisset; ecce in medio eorum adfuit serenissimus Princeps, seque cum Dei sacerdotibus orationi communicans, divino deinceps flamine plenus sic ad loquendum exorsus est: dicens:*

XXIII. Rex ad Synodum verba facit. *Non credimus vestram latere sanctitatem, quanto tempore in errore Arianorum laborasset Hispania, & non multos post decessum genitoris nostri dies, quibus nos vestra beatitudo fidei sanctæ Catholicæ cognovit esse sociatos, credimus generaliter magnum & æternum gaudium habuisse. Et ideo, venerandi Patres, ad hanc vos peragendam congregandos decrevimus Synodum, ut de omnibus nuper advenientibus ad Christum, ipsi æternas Domino gratias deferatis. Quicquid vero verbis apud sacerdotium vestrum nobis agendum erat de fide atque spe nostra, quam gerimus, in hoc tomo conscripta atque allegata notascimus. Relegatur ergo in medio vestri tomus, ut in judicio Synodali examinatus, per omne succeduum tempus gloria nostra ejusdem fidei testimonio decorata clarescat.* Hæc Princeps. Pergunt Acta: *Susceptus est autem ab omnibus Dei sacerdotibus, offerente Rege, sacrosancta fidei tomus, & pronunciante Notario clara voce, recensitus est ita.*

XXIV. *Quamvis Dominus Deus omnipotens pro utilitatibus populorum, regni nos culmen subire tribuerit, & moderamen gentium non paucarum regiæ nostræ curæ commiserit; meminimus tamen nos mortalium conditione perstringi, nec posse felicitatem futuræ beatitudinis aliter promereri, nisi nos cultui veræ fidei deputemus, & conditori nostro saltem confessione, qua dignus est ipse, placeamus. Pro qua re, quanto subditorum gloria regali extollimur, tanto providi esse debemus in his quæ ad Deum sunt, vel nostram spem augere, vel gentibus nobis a Deo creditis consulere.*

XXV. Exacta S. Trinitatis professio. *Cæterum quid pro tantis beneficiorum collationibus omnipotentiæ divinæ valeamus tribuere, quando omnia ipsius sunt, & bonorum nostrorum nihil egeat, nisi ut eam sic tota devotione credamus, quemadmodum per Scripturas sacras se ipse intelligi voluit, & credi præcepit: id est, ut confiteamur Patrem qui genuerit ex substantia sua Filium sibi coæqualem & coæternum, non tamen ut idem sit natus & genitor, sed persona alius sit Pater qui genuit, alius sit Filius qui fuerit generatus, unius tamen uterque substantiæ in divinitate subsistat: Pater ex quo sit Filius, ipse vero ex nullo sit alio: Filius qui habeat Patrem, sed sine initio & sine diminutione in ea qua Patri coæqualis & coæternus est, divinitate subsistat. Spiritus sanctus a nobis confitendum est & prædicandus a Patre & Filio procedere, & cum Patre & Filio unius esse substantiæ, tertiam vero in Trinitate Spiritum sanctum esse personam, qui tamen communem habeat cum Patre & Filio divinitatis essentiam. Hæc enim sancta Trinitas unus est Deus, Pater & Filius & Spiritus sanctus, cujus bonitate (omnis licet bona sit condita creatura) per assumptam tamen a Filio humani habitus formam, a damnata progenie reformamur in beatitudinem pristinam. Sed sicut vera salutis indicium est, Trinitatem in unitate, & unitatem in Trinitate sentire: ita erit consummata justitia, si eamdem fidem intra universalem Ecclesiam teneamus, & Apostolicam unitatem in Apostolico posito fundamento servemus.*

PAGIUS ctos Isidorus in Chronico Gothorum refert, *Athanaricum* Gothorum Regem anno XIII. Imperii Valentis, Era CDXV. anno scilicet Christi CCCLXXVII. Legatos ad hunc Imperatorem misisse, & ab eo Doctores, qui suos Christianam fidem edocerent, postulasse, ac *Valentem*, qui Arianus erat, in eam gentem virus pestiferum transfudisse: *Cujus blasphemia*, inquit, *malum per discessum temporum, Regumque successu annis durantis tredecim tenuerunt, qui tandem reminiscentes salutis suæ, renunciaverunt inolita perfidia, & Christi gratia ad unitatem fidei Catholicæ pervenerunt.* Verum annus Eræ mendose ibidem descriptus, annusque *Valentis XIII.* tantum retinendus; cum, ut Tomo superiori anno CCCLXXVI. jam ostendi, *Gothi* eo anno in Thracia seu in Mœsiæ Partibus a Valente suscepti fuerint, & ut testantur Sozomenus lib. 6. cap. 37. & Theodoretus lib. 4. cap. 37. sectam ejus ac communionem amplexi sint. Quare anni illi CCXIII. ab anno CCCLXXVI. deducendi, & fere completi numerandi.

XXVI. Studium Regis pro fide Catholica. *Tamen vos, Dei sacerdotes, meminisse oportet, quantis hucusque Ecclesia Dei Catholica per Hispanias adversa gentis molestiis laboraverit, dum & Catholici constanter fidei suæ tenerent & defenderent veritatem, & hæretici pertinaciori animositate propria niterentur perfidia: me quoque (ut re ipsa conspicitis) calore fidei accensum in hoc Dominus excitavit, ut depulsa obstinatione infidelitatis, & discordia summoto furore, populum qui sub nomine religionis famulabatur errori, ad agnitionem fidei & Ecclesiæ Catholicæ consortium revocarem.*

XXVII. *Adest enim omnis gens Gothorum inclyta, & fere omnium gentium genuina virilitate illustrata, quæ licet suorum pravitate doctorum a fide hactenus vel unitate Ecclesiæ Catholicæ fuerit segregata, tota nunc tamen meo assensu concordans, ejus Ecclesiæ communione participatur, quæ diversarum gentium multitudinem materno sinu suscipit, & charitatis uberibus nutrit; de qua Propheta canente, dicitur (a): Domus mea, domus orationis vocabitur omnibus gentibus. Nec sola Gothorum conversio ad cumulum nostræ mercedis accessit, quinimo & Suevorum gentis infinita multitudo, quam præsidio cælesti nostro regno subjecimus, alieno licet vitio in hæresim deductam, nostro tamen ad veritatis originem studio revocavimus.*

(a) Isa. 56.

Suevi ad fidem Catholicam revocati.

XXVIII. *Proinde, sanctissimi Patres, has nobilissimas gentes, quæ Dominicis lucris per nos applicatæ sunt, quasi sanctum & placabile sacrificium per vestras manus æterno Deo offero. Erit enim mihi immarcescibilis corona vel gaudium in retributione justorum, si hi populi, qui nostra ad unitatem Ecclesiæ solertia transcurrerunt, fundati in eadem & stabiliti permaneant. Sicut enim nostræ curæ fuit, hos populos ad unitatem Christi Ecclesiæ pertrahere, ita sit vestræ docilitatis, Catholicis eos dogmatibus instituere: quo in toto cognitione veritatis adstricti, noverint ex solido errorem hæresis perniciosæ respuere, & veræ fidei tramitem ex charitate retinere, vel Catholicæ Ecclesiæ communionem desiderio avidiore amplecti. Ceterum sicut facile ad veniam pervenisse confido, quod nescia hucusque tam clarissima erraverit gens; ita gravius esse non dubito, si agnitam veritatem haud corde teneat, atque a patenti lumine (quod absit) oculos suos avertat.*

XXIX. *Unde valde pernecessarium esse perspexi, vestram in unum convenire beatitudinem, habens sententiæ Dominicæ fidem qua dicit (b): Ubi fuerint duo vel tres collecti in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Credo enim beatam sanctæ Trinitatis Divinitatem huic sancto interesse Concilio: & ideo tamquam ante conspectum Dei, ita in medio vestri fidem meam protuli, conscius admodum sententiæ divinæ dicentis (c): Non celavi misericordiam tuam, & veritatem tuam a congregatione multa. Vel Apostolum Paulum (d) Timotheo discipulo præcipientem audivi: Certa bonum certamen fidei, apprehende vitam æternam in qua vocatus es, confessus bonam confessionem coram multis testibus. Vera est enim Redemptoris nostri ex Evangelio sententia (e), qua confitentem se coram hominibus, confiteri dicit coram Patre; & negantem se esse negaturum. Expedit enim nobis id ore profiteri, quod corde credimus, secundum cæleste mandatum, quo dicitur (f): Corde creditur ad justitiam, ore fit confessio ad salutem.*

(b) Mat. 18.

(c) Ps. 39.

(d) 1. Tim. 6.

(e) Matt. 10.

(f) Rom. 10.

XXX. *Proinde sicut anathematizo Arium cum omnibus dogmatibus & complicibus suis, qui unigenitum Dei Filium a paterna degenerem asserebat esse substantia, nec a Patre genitum, sed ex nihilo dicebat esse creatum; vel omnia Concilia malignantium, quæ adversus sanctam Synodum Nicænam extiterunt: ita in honorem & in laudem Dei, fidem sanctam Nicæni observo Concilii, & honoro ea quæ contra eumdem recta fidei pestem Arium trecentorum decem & octo sancta Episcopalis scripsit Synodus. Amplector itaque & teneo fidem centum & quinquaginta Episcoporum Constantinopoli congregatorum, quæ Macedonium Spiritus Sancti substantiam minorantem, & a Patris & Filii unitate & essentia segregantem jugulo veritatis interemit. Primæ quoque Ephesinæ Synodi fidem, quæ adversus Nestorium ejusque doctrinam lata est, credo pariter & honoro. Similiter & Chalcedonensis Concilii fidem, quam plenam sanctitate & rectitudine adversus Eutychen & Dioscorum protulit, cum omni Ecclesia Catholica reverenter suscipio. Omnium quoque Orthodoxorum venerabilium sacerdotum Concilia, quæ ab ipsis suprascriptis quatuor fidei puritate non dissonant, pari veneratione observo.*

XXXI. *Properet ergo reverentia vestra fidem hanc nostram canonicis applicare monumentis, & ab Episcopis vel religiosis aut gentis nostræ primatibus solertem fidem, quam in Ecclesia Catholica crediderant, audire: quam renovatam * apicibus, vel eorum subscriptionibus roboratam futuris olim temporibus in testimonium Dei atque hominum reservate: ut hæ gentes, quas in Dei nomine regia potestate præcellimus, atque detersa antiquo errore, per unctionem sacrosancti chrismatis vel manus impositionem paracletum intra Dei Ecclesiam perceperunt Spiritum (quem unum & æqualem cum Patre & Filio confitentes, ejusque dono in sinu Ecclesiæ sanctæ Catholicæ collatæ sunt) * si eorum*

* renotatam.

* in fide perseverent.

*eum ubiqui hanc rectam & sanctam confessionem nostram minime credere voluerint, iram Dei cum anathemate æterno percipiant, & de interitu suo Fidelibus gaudium, infidelibus sint exemplum. Huic vero confessioni meæ sanctas suprascriptorum constitutiones connexui, & testimonio divino tota cordis simplicitate subscripsi.* Hactenus Reccaredi Regis professio, cui subscripta fuere Symbola, Nicænum, Constantinopolitanum, & Chalcedonense, hisque apposita ejusdem Regis subscriptio verbis istis:

XXXII. *Ego Reccaredus Rex fidem hanc sanctam, & verum confessionem, quam unam per totum Orbem Catholica confitetur Ecclesia, corde retinens, ore affirmans, mea dextera, Deo protegente, subscripsi.* Moxque sequitur Reginæ subscriptio in hæc verba:

*Ego Budda gloriosa Regina hanc fidem, quam credidi & suscepi, manu mea de toto corde subscripsi.* Sed audi quæ piæ religiosæque secutæ sunt cum Dei laudibus acclamationes.

*Tunc* (inquiunt Acta) *acclamatum est in laudibus Dei, & in favore Principis ab universo Concilio.*

XXXIII. Acclamationes cum Dei laudibus. *Gloria Deo Patri & Filio & Spiritui sancto, cui cura est pacem & unitatem Ecclesiæ suæ sanctæ Catholicæ providere.*

*Gloria Domino nostro Jesu Christo, qui pretio sanguinis sui Ecclesiam Catholicam ex omnibus gentibus congregavit.*

*Gloria Domino nostro Jesu Christo, qui tam illustrem gentem unitati fidei vere copulavit, & unum gregem & unum pastorem instituit.*

*Cui a Deo æternum meritum, nisi vero Catholico Reccaredo Regi?*

*Cui a Deo æterna corona, nisi vero Orthodoxo Reccaredo Regi?*

*Cui præsens gloria & æterna, nisi vero amatori Dei Reccaredo Regi? Ipse novarum plebium in Ecclesia conquisitor. Ipse mereatur veraciter Apostolicum meritum, qui Apostolicum implevit officium. Ipse sit Deo & hominibus amabilis, qui tam mirabiliter Deum glorificavit in terris, præstante Domino nostro Jesu Christo, qui cum Deo Patre vivit & regnat in unitate Spiritus sancti in sæcula sæculorum.*

XXXIV. His peractis, præcepit sancta Synodus uni ex Episcopis Orthodoxis explorare fidem Gothorum Episcoporum & clericorum, & aliorum qui inter Gothos primores essent, num re vera damnarent Arium, fidemque Orthodoxam profiterentur, atque si hoc assererent, id ipsum voce firmarent atque subscriptione munirent: *Quo facto* (subdunt Acta) *Episcopi omnes una cum clericis suis, primoresque gentis Gothicæ, pari consensione dixerunt. Licet hoc quod paternitas atque fraternitas vestra a nobis cupit audire vel fieri, jam olim conversionis nostræ tempore egerimus, quando secuti gloriosissimum dominum nostrum Reccaredum, ad Ecclesiam transivimus, & perfidiam Arianam cum omnibus superstitionibus suis anathematizavimus, pariterque abjecimus; nunc tamen propter caritatem & devotionem, quam vel Deo vel sanctæ Ecclesiæ Catholicæ meminimus nos debere, non tantum hæc eadem quæ petitis, promptissime agere properamus: sed si qua adhuc congrua fidei esse perspicitis, nobis de charitate persuadete. Nam etenim semel rectæ fidei amor in eam devotionem evexit, ut omne quod nobis vestra fraternitas vestra patefecerit, teneamus, & libera fateamur confessione.*

Gothorum assertio Catholica.

*Omnis ergo qui fidem & communionem ab Ario venientem, & hucusque a nobis retentam, adhuc tenere desiderat; anathema sit.* XXXV.

*Quicumque Filium Dei Dominum nostrum Jesum Christum negaverit a paterna substantia sine initio genitum, & æqualem esse Patri, & consubstantialem; anathema sit.*

*Quicumque Spiritum sanctum non credit, aut non crediderit a Patre & Filio procedere, eumque non dixerit coæternum esse Patri & Filio consubstantialem; anathema sit.*

*Quicumque in Patre & Filio & Spiritu sancto & personas non distinguit, & unius divinitatis substantiam non agnoscit: anathema sit.*

*Quicumque Filium Dei Dominum nostrum Jesum Christum, & Spiritum sanctum esse Patre minorem asseruerit, & gradibus separaverit, creaturamque esse dixerit; anathema sit.*

*Quicumque Patrem & Filium & Spiritum sanctum unius substantiæ, & omnipotentiæ, & æternitatis esse non crediderit, anathema sit.*

*Quicumque nescire Filium Dei, quod Deus Pater scit, dixerit; anathema sit.*

*Quicumque initium Filio Dei & Spiritui sancto deputaverit; anathema sit.*

*Quicumque Filium Dei secundum divinitatem suam visibilem aut passibilem ausus fuerit proferre; anathema sit.*

*Quicumque Spiritum sanctum, sicut Patrem & Filium, verum Deum omnipotentem esse non crediderit; anathema sit.*

*Quicumque aliam fidem & communionem Catholicam, præter quam in Ecclesia universali, quæ Nicæni, & Constantinopolitani, & primi Ephesini, & Chalcedonensis Conciliis decreta tenet pariter & honorat; anathema sit.*

*Quicumque Patrem & Filium & Spiritum sanctum honore & gloria & di-*

vinitate separat & disjungit; anathema sit.

Quicumque Filium Dei & Spiritum sanctum cum Patre non crediderit esse glorificandum & honorandum; anathema sit.

Quicumque rebaptizandi sacrilegium apud esse bonum credit, aut crediderit, egit, aut egerit; anathema sit.

Quicumque libellum detestabilem duodecimo anno Leuvigildi Regis a nobis e-
(* Comanorum.) ditum, in quo continetur Romanorum * ad Arianam Ecclesiam traductio; & Gloria
(Damnatio Libelli editi & Concilii Ariminensis.) Patri per Filium in Spiritu sancto, & male a nobis instituta continentur: hunc libellum si quis pro vero habuerit, anathema sit in aeternum.

Quicumque Ariminense Concilium ex toto corde non respuerit & damnaverit; anathema sit.

XXXVI. Confitemur enim, nos ex haeresi Ariana toto corde, tota anima, & tota mente nostra ad Ecclesiam Catholicam fuisse conversos. Nulli dubium sit, nos, nostrosque decessores errasse in haeresi Ariana, & fidem Evangelicam atque Apostolicam nunc intra Ecclesiam Catholicam didicisse. Proinde fidem sanctam, quam religiosissimus dominus noster patefecit in medio
(Plenior & exuberans Gothorum Episcoporum professio.) Concilii, & manu sua subscripsit, hanc & nos tenemus, hanc confitemur pariter & suscipimus, hanc in populis praedicare, & docere promittimus. Haec est vera fides, quam omnis Ecclesia dum per totum mundum tenet, Catholica esse creditur & probatur. Cui haec fides non placet, aut non placuerit, sit anathema maranatha in adventu Domini nostri Jesu Christi. Quicumque fidem sprevit Nicaeni Concilii, anathema sit. Quicumque fidem Concilii Constantinopolitani centum quinquaginta Episcoporum veram esse non dixerit, anathema sit. Qui fidem Ephesinae Synodi primae & Chalcedonensis non tenet, & ea non delectatur, anathema sit. Proinde, & damnationem hanc perfidae communionis Arianae & omnium Conciliorum haeresim Arianam foventium cum anathemate eorum manu propria subscripsimus. Constitutiones vero sanctorum Conciliorum Nicaeni, Constantinopolitani, Ephesini, vel Chalcedonensis, quas gratissima aure audivimus, & consensione nostra veras esse probavimus, de toto corde, & de tota anima, & de tota mente nostra subscripsimus, nihil ad cognitionem veritatis lucidius arbitrantes, quam quae supradictorum Conciliorum continent auctoritates.

XXXVII. De Trinitate autem & unitate Patris & Filii & Spiritus sancti nihil his verius, nihil lucidius, umquam potest vel poterit demonstrari. De mysterio incarnationis unigeniti Filii Dei pro salute humani generis, quo & vera probatur humanae naturae sine peccati contagione susceptio, & permanentis incorruptae in eo divinitatis plenitudo, dum & natura utraque non deperit: & una fit ex utraque Domini nostri Jesu Christi persona, satis plene in his Conciliis probatur patefieri veritate, & a nobis creditur, omni dubitatione remota.

Qui umquam hanc fidem sanctam depra- XXXVIII.
vare, corrumpere, mutare tentaverit, (Poena impios praemium sequitur Orthodoxos.)
aut ab eadem fide, vel communione Catholica, quam nuper sumus Deo miserante adepti, credi, separari, vel dissociari voluerit; sit Deo & universo mundo crimini infidelitatis in aeternum obnoxius. Floreat autem Ecclesia sancta Catholica per omnem mundum pacatissime, & emineat doctrina, sanctitate, & potestate. Si qui intra eam fuerint, crediderint, communicaverint: hi audient ad dexteram Patris positi: Venite benedicti Patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum est ab origine mundi. Si qui autem ab ea recesserint, ejusque detraxerint fidei, & communionem respuerint: hi audient ex ore divino in die Judicii: Discedite a me maledicti; nescio vos: ite in ignem aeternum qui paratus est diabolo & angelis ejus. Sint ergo damnata, & in caelo, & in terra, quaecumque per hanc fidem accipiuntur, regnante Domino nostro Jesu Christo, cui cum Patre & Spiritu sancto est gloria in saecula saeculorum. At quid post Gothorum confessionem editam Rex maxime pius?

Rursum sanctam Synodum allocutus, XXXIX.
illud inter alia petiit, ut in omnibus Hi- (Symbolum fidei ante Eucharistiam.)
spaniarum provinciis, quod in Synodo semel factum esset de Catholicae fidei assertione, id semper repeti deberet in ecclesiis, cum quisque eorum sacram esset sumpturus Eucharistiam. Sed audi verba ipsius: Hoc (inquit) adhuc necessario pro firmitate fidei Catholicae nostra Deo supplex instituere decrevit auctoritas, ut propter roborandam gentis nostrae novellam conversionem omnes Hispaniarum & Galliciae Ecclesiae hanc regulam servent, ut omni sacrificii tempore ante communicationem corporis Christi & sanguinis juxta Orientalium partium morem, unanimiter clara voce sacratissimum fidei recenseant Symbolum: ut primum populi, quam credulitatem teneant, fateantur, & sic corda fide purificata ad Christi corpus & sanguinem percipiendum exhibeant.

Dum enim haec constitutio fuerit peren- XL.
niter conservata in Dei Ecclesia, & Fidelium ex solido corroboratur credulitas, & perfidia infidelium confusatur, ad id quod repetitum saepius recognoscit, facillime inclinatur: nec se quisquam jam de ignorantia fidei excusabit a culpa, quando universorum ore cognoscit, quid Catholica teneat & credat Ecclesia. Omnibus ergo capitulis, quae adhuc per vestram sanctitatem regulis Ecclesiasticis adjicienda

*da sunt, hoc pro fidei sancta reverentia & firmitate proponite, quod de proferendo Symbolo nostra, Deo docente, decrevit serenitas. De cætero autem, prohibendis insolentium moribus mea vobis consentiente clementia, sententiis terminate districtioribus: & firmiore disciplina, quæ facienda non sunt, prohibete; & ea quæ fieri debent, immobili constitutione firmate.* Hactenus Rex Catholicus ad Patres in Synodo consistentes, in omnibus exemplar religiosissimi Principis præseferens, qui (ut par est) leges accipiat a sacerdotibus. Paruerunt ipsi quidem, leges Ecclesiasticas sancientes, quibus & regnum bene disponi posset. In primis vero ad integrum consequendum conservandumque splendorem Hispanicarum Ecclesiarum diu denso nubilo hæresis vel superstitionis Gentiliciæ obscuratum, satis consultum visum est Patribus, si (quod primo canone statuunt) permaneant (ut ajunt) in suo vigore Conciliorum omnium constituta, simul & Synodicæ sanctorum Præsulum Romanorum epistolæ.

De retinenda morum disciplina.

XLI. Inter alia vero saluberrima decreta, ut pravus ille usus aboleretur efficiunt, quo ad sæculare forum clericus clericum traheret, ista sancientes (a): *Diuturna indisciplinatio, & licentiæ inolita præsumptio usque adeo illicitis ausibus aditum patefecit, ut clerici conclericos suos, relicto Pontifice, ad judicia publica pertrahant. Proinde statuimus hoc de cætero non præsumi. Si quis hoc præsumpserit facere; & causam perdat, & a communione efficiatur extraneus.* Hæc Patres, non recens quippiam in Ecclesia statuentes, sed quod semper ante factum esset, ad legitimam observantiam revocantes, nempe ut nullum aliud tribunal nisi Ecclesiasticum clerici scirent, laicisque inconcessum esset ad sæculare forum clericum trahere, quod conclerico scirent esse vetitum. Unde magis erubescant, qui eam quam inolitam dicunt Patres præsumptionem, & indisciplinationem condemnant atque procul abjiciunt, impudenter nimis scriptis dictisque satagunt restituere.

(a) Conc. Tolet. 3. c. 13.

XLII. Quantum autem isto cavendo curarint sanctissimi Patres illi qui Synodo interfuerunt, atque religiosissimus ipse Rex in conversione Gothorum & Suevorum Apostoli vice functus vitanda censuerit; qui in eodem Concilio decimus octavus sancitus est canon hic nobis recitandus ostendit, qui sic se habet (b):

(b) Conc. Tol. c. 38.

*Præcepit hæc sancta & universalis Synodus, ut stante priorum auctoritate canonum, quæ bis in anno præcepit congregare Concilia, consulta itineris longitudine, & paupertate Ecclesiarum Hispaniæ, semel in anno in loco, quem Metropolitanus elegerit, Episcopi congregentur: Judices vero locorum, aut Actores fiscalium patrimoniorum, ex decreto domini nostri Reccaredi Regis simul cum sacerdotali Concilio, autumnali tempore, die Kalendarum Novembrium in unum conveniant; ut discant, quam pie & juste cum populis agere debeant, nec in angariis aut in operationibus superfluis sive privatum onerent, sive fiscalem gravent. Sint prospectores Episcopi, secundum regiam admonitionem, qualiter Judices cum populis agant, ut ipsos præmonitos corrigant, aut insolentiam eorum Principum auribus innotescant. Quod si correptos emendare nequiverint; & ab Ecclesia, & a communione suspendant. A sacerdote vero & senioribus deliberetur, quid per provincias sine detrimento præstare debeant Judices, si ad Concilium non venerint.* Hæc de his canon.

Ex his quidem non tantum hæc sancientes sunt commendandi Episcopi, sed ipse Rex summis laudibus celebrandus; utpote quod nonnisi ipso annuente, volente, atque fortasse etiam præcipiente, adversus sæculares magistratus, quos præficeret ipse provinciis voluerit invigilare sanctos Episcopos, ne quid ab illis præter jus fasque decerneretur; probe sciens, parentum esse, filios quoslibet errantes corripere; esse pastorum, oves quascumque sive arietes eadem disciplina pecuaria coercere. Si vero id prætermittant Episcopi, & quod prædicantur, & in Synodo a Patribus nominantur, prospectores desinant esse & monitores; diram illam per Ezechielem (c) annunciatam diu ante sententiam infelices accipient, qua segnis speculator corripiendus erit, qui buccina non insonuerit, ut ab irruente gladio divinæ vindictæ suos liberent, & periculum antevertant. Verus est de his sanctio (d) Ecclesiastica, qua jubentur Episcopi invigilare super Præsides provinciarum, ne quid contra disciplinam committant; quod si præsumant, anathemate percelluntur. Sed & antiqua est constitutio Imperatorum Christianorum (ut suo loco diximus) qua Præfectorum tribunalibus præesse debere monentur Episcopi. At de Synodi canonibus satis: quod vero ad reliqua Concilii Acta pertinet, aliquid in eis desiderari posse videtur, cum alia ab eodem Rege statuta esse tradantur, quæ in eisdem Actis minime reperiuntur expressa: nam & regio dicitur sancitum edicto, ut libri omnes hæreticorum igni comburendi darentur. Testatur id quidem Aimoinus (e).

XLIII.

(c) Ezech. 33.

(d) Conc. Arel. c. 7.

(e) Aim. de rebus Fran. l. 3. c. 77.

XLIV. Statutis igitur a sancta Synodo viginti tribus canonibus, Rex Reccaredus edidit sanctionem de firmitate Concilii, cuncta quæ in eo sunt statuta recensens, pœnam ea non servantibus addens. Est

ejus

ejus exordium: *Amatores nos sui divina faciens veritas*, &c. Quam sequitur mox ipsius Regis subscriptio, atque omnium qui interfuerunt Episcoporum numero sexagintaseptem, illis computatis qui per legatos subscripserunt. Cæterum in tomis Conciliorum errore omissus habetur S. Leander Hispalensis Episcopus, qui ex vicaria præfectura, sive, (ut Tudensis ait) ex legatione Apostolicæ sedis, primo loco legi debuerat: equidem non omissum oportuit, qui Gothorum conversione, Gothorum Apostolus dici meruit, de quo Isidorus hæc ait in Chronico: *Interfuit tunc dignitate Primas ille Catholicus & Orthodoxus Leander Hispalensis Episcopus, & Romanæ sedis legatus sanctitate, & doctrina perspicuus.* Desideratur in subscriptione & Euprepii * nomen, quem collaborasse cum Leandro testatur Joannes Abbas Biclarensis, idemque Episcopus Gerundensis, qui in hunc usque annum quod scripsit temporis Chronicon perduxit. Qui autem primo loco subscriptus invenitur Mausona Emeritæ Archiepiscopus, egregia claruit sanctitate, cujus res præclare gestæ scriptæ sunt a Paulo diacono Emeritensi, qui & Nunctii Abbatis miræ sanctitatis viri, qui his item temporibus floruit, Acta conscripsit, & aliorum.

*S. Leander Synodo interfuit.*

** Eutropii.*

XLV. Pro tanto pietatis munere Deus Reccaredum Regem hoc anno eripuit a conjuratione Argimundi Ducis exercitus, qui ut Rex fieret, adversus eum una cum pluribus aliis conspiravit: quorum studiis Dei nutu detectis, capti omnes meritas dedere pœnas. Hæc quidem hoc anno post Concilium facta esse, idem qui supra Joannes Biclarensis suo Chronico affirmat.

XLVI. Insuper idem filius pacis Reccaredus Catholicus Princeps hoc item anno, qui a Gregorio numeratur Childeberti Regis undecimus, legatos rursus misit in Gallias ad Guntheramnum Francorum Regem: sed cum nihil hujusmodi officio effecisset, ipse Narbonam veniens in Francorum ditionem irrupit, prædasque agens regressus est: Hæc Gregorius (a). De ejusmodi incursionibus & aliis visus est locutus Isidorus in Chronico, dum ejusdem Regis prædicans virtutem bellicam, hæc addit: *Sæpe etiam & lacertos contra Romanas insolentias & irruptionem Vvasconum movit, ubi non magis bella tractasse, quam potius gentem quasi in palæstra ludis pro usu utilitatis videretur exercuisse. Provincias autem pater prælio conquisivit, iste pace servavit, æquitate disposuit, moderamine rexit.*

*(a) Greg. Tur. hist. Franc. l. 8. c. 38.*

*Reccaredi Regis fortitudo bellica.*

*Multi quoque adversus eum tyrannidem assumere cupientes, detecti sunt, suumque machinationis consilium implere non potuerunt.*

XLVII. *Fuit autem placidus, mitis, egregiæ bonitatis, tantamque in vulgus gratiam habuit, & tantam in animo benignitatem gessit, ut in omnium mentibus influens, etiam malos ad affectum sui amoris attraheret: adeo liberalis, ut opes privatorum, Ecclesiarum prædia direpta a patre & fisco associata, juri proprio restitueret; adeo quoque clemens fuit, ut populi tributa sæpe indulgentiæ largitione donaret: multos etiam ditavit rebus, plurimos sublimavit honoribus, opes suas in miseris, thesauros suos in egenis recondens, sciens ad hoc illi collatum regnum, ut eo salubriter uteretur, bonis initiis bonum finem adeptus: fidem enim rectæ gloriæ, quam primum percepit, novissime publica confessione pœnitentiæ cumulavit.* Hæc Isidorus de virtutibus Reccaredi, quas etiam cum Isidori germanus sanctus Leander postea suis litteris Gregorio Papæ significasset, respondens Gregorius hæc ad Leandrum inter alia habet (b): *Hujus dum mihi per scripta vestra mores exprimitis, amare etiam quem nescio fecistis.* Hæc ipse.

*Virtutes Reccaredi Regis.*

*(b) Greg. l. 2. epist. 41.*

XLVIII. De rebus Italiæ nihil præterea. In Sicilia autem hoc eodem anno, qui tertius numeratur ante illud tempus, quo S. Gregorius Papa epistolam (c) scripsit ad Petrum subdiaconum in Sicilia de rebus Siculis, subdiaconi prohibiti sunt cum uxoribus ante subdiaconatum sibi conjunctis permanere, jussique sunt ut Ecclesiæ Romanæ more continentiam servarent, cum tamen iisdem antea permissum fuisset uxorem ducere: quod postea Gregorius abolevit. Ait enim: *Ante triennium subdiaconi omnium Ecclesiarum Siciliæ prohibiti fuerant, ut more Romanæ Ecclesiæ nullatenus suis uxoribus miscerentur. Quod mihi durum atque incompetens videtur, ut qui usum ejusdem continentiæ non invenit, neque castitatem ante promisit, compellatur a sua uxore separari, atque per hoc (quod absit) in deterius cadat. Unde videtur mihi, ut in præsenti die omnibus Episcopis dicatur, ut nullum subdiaconum facere præsumant, nisi qui victurum caste promiserit.* Hæc Gregorius. Non in Sicilia tantum, sed & in Hispania continentiam subdiaconis minime adhuc imperatam fuisse videri potest ex canone quinto Toletani Concilii hoc anno habiti, ubi sacerdotes tantum atque diaconi absque uxoribus caste vivere admonentur. At de continentia clericorum latu superius.

*(c) Greg. l. 2. ep. 42.*

*De subdiaconorum continentia.*

Quod

PAGIUS IX. Ad num. XLVI. & seq. Secunda Reccaredi Regis Gothorum Legatio ad Guntramnum Francorum Regem ad pacem ab eo impetrandam gesta anno DLXXXVI. ut anno superiori num. XI. composuimus.

*Secunda legatio Reccaredi ad Guntramnum*

A num.

XLIX. Quod vero pertinet ad res Orientis, hoc anno quarto Mauritii Imperatoris, Philippicum Orientis Præfectum, Ducemque exercitus adversus Persas admirabilem consecutum victoriam tradunt tum Miscaliæ (a) auctor, tum Cedrenus (b). Ad confutandum quidem magorum vaticinium, cum polliciti essent Regi Persarum omnino vincendos ab ipso esse Romanos, simulque ostendendam ipsorum vanam superstitionem, tanta hæc Deus visus est præstitisse Christiano eidemque Catholico exercitui. Sed audiamus res gestas simplici stylo narratas: (c) *Quarto Imperii Mauritii anno Philippicus egressus e regia urbe, hostili sumptu apparatu, ad civitatem Amidam properat. Et collectis armatis, percuntabatur eos, si in promptu haberent properandi ad bellum. At Romanis juramentis credulum eum reddentibus, se ulatriter bellaturos; venit ad Anazarbum. At vero Cardarigas* (Dux iste erat exercitus Persarum) *hoc comperto, risui auditionem mandavit, somnium esse quod dicebatur, opinans. Accersitisque magis, interrogavit: Quis erit victoria dominus? Ast dæmonum placatores, Persas astruebant a diis victoriam laturos. Consultabant igitur Persæ magos, late promissionibus fucti, & parabant continuo compedes ex ligno ferroque quibus Romanos vinciant compeditos. Prætor autem commonet Romanos, ne agrorum exterminent labores; ne justitia Dei, quæ malum odit, victoriam ad barbaros transferat.*

(a) Misc. 17.
(b) Cedr. Annal. in Maurit.

Bellum Persicum prospere gestum.

(c) Misc. ubi supra.

L. Veneranda Christi Imago comitatur Romanum exercitum victoriam parit.

*Postera die Prætor duos dirigit Phylarchas Sarracenorum, & capiunt Persas vivos, per quos motus adversariorum didicerunt. Qui asseruere, Ducem velle quotidie barbaros in Romanos irruere. Porro Philippicus diloculo vale dicens Romanis, tribus phalangibus occurrit in prælium: ipseque assumpta Dei hominis facti imagine, quam* ἀχειροποίητον, *id est, non manu factam Romani prædicant,* eam videlicet quam ad Abagarum a Christo missam produnt veteres, *discurrens per aciem, armatis divinam impertiebatur virtutem: & stans post aciem hac retinens arma, lacrymis multis Deum placabat; sicque cælestium ordinum Principes auxiliatores assumpsit. Cum autem bellum gereretur, Vitalianus Princeps aciei præ omnibus audacius, motas phalangem disrupit Persarum, & sarcinam tulit. Romani autem circa spolia cœpere vacare: quos aspiciens Philippicus, ne ad exuvias etiam reliqui reversi, prælii oblivíscerentur, conversique barbari prædarent eos; Theodoro Tribuno galea sua imposita, misit gladio percutere eos, qui circa exuvias vacabant: quem videntes, & existimantes esse Philippicum, dimissis spoliis, properarunt ad bellum. Cum autem bellum per multas horas gereretur, vox fit a Prætore, Persarum equos lanceis percutere: quo facto, in fugam versus est Persarum exercitus, & triumpho ingenti potiti sunt Romani, & occiduntur Persæ, multi comprehenduntur etiam vivi duo millia, & Byzantium mittuntur. Aufugit quoque Cardarigas, quem Persæ cum injuriis respuunt.*

*Porro Philippicus Heracliam Heraclii patrem, qui postea Imperio præfuit, Subpratorem, exploratoremque barbarorum transmisit, sumptisque militibus Babyloniam adiit, & Clomanorum castellum obsidet. At vero Cardarigas elegit milites idiotas cum subiuralibus; & turba collecta, exercitum sese movere jactabat, & per munita loca obscura nocte in dorsa Romanorum diffugiunt, nequaquam fidentes se manus in eos missuros. Timore autem importuno cadente in Philippicum, fuga mirabili usus est. Quo comperto Romani in fugam vertebantur per loca ad meandum difficilia, incurrentes pericula mul-*

LI. Philippici incuria Rom. exercitus in discrimen conjectus.

PAGIUS X. *Romanos inter & Persas bellum continuatur.*

A num. XLIX. ad LII. Quæ Baronius narrat, contigisse inter Romanos & Persas anno quarto Mauricii Imp. revocanda sunt ad annum Christi DLXXXVI. ubi de iis egimus. Quæ vero anno superiori a num. II. ad VI. de eodem bello ex Evagrio recitat, hoc anno gesta, quo, ideo ea magis, tam ex Evagrio, quam ex Theophylacto, hic exponemus. Theophylactus lib. 3. c. 4. ait; *Vere placidum & jucundum terris vultum exhibente, bellum inter Romanos & Persas recrudescit. Getæ, seu (quod idem est) Sclavini Thraciæ proxima valide devastant. Per*sæ Romanis Ducibus forte occurrentes ab iis valde aliud agentibus morte mulctantur. *Roma vetus Langobardorum impetus retundit.* Tum cap. 5. *postquam triumphum illum præclarum Romani retulerunt* (anno sc. superiori) *adhuc bellum ad Martyropolim durabat. Philippicum* pro Duce nondum admittebat exercitus. Hic Literis a Mauricio acceptis, e Cilicia, ubi morabatur, in Syriam redit, ibi ægre ab exercitu ast receptus, cum *Gregorius Antiochenus* id temporis Archiepiscopus eum in gratiam & amicitiam militum restituisset. *Martyropolis* vero dolo & insidiis tum occupata est a Persis fraude architecti cujusdam *Sittæ*, qui ad Persas transfugerat. Quod ubi *Philippicus* rescivit, illuc infesto agmine progressus castris oppidum circumdat. Sed confecta pugna, Romani spe frustrati, Barbaris palmam cedere compulsi sunt. *Philippicus* Illico abire Præfectura cogitur, cujus locum *Comentiolus* Imperatoris auctoritate cepessit. Hæc fere de verbo ad verbum Theophylactus.

De bello illo Langobardico, cujus meminit Theophilactus laudatus, mentionem etiam facit Theophanes anno Incarnat. secundum Alexan. DLXXX. Kalendis Septembris anni Christi DLXXXVII. inchoato, ubi ait, *eo anno mense Septembri, Indictione VI.* Langobardos adversus Romanos bellum movisse, & narratam Persarum de Romanis victoriam ac Comentioli in Phi-

XI. *Exercitus Romanus cum Duce suo opera Gregorii Antiocheni reconciliatus.*

*multa. Cumque Sol ortus esset, a calamitate liberantur, nemine persequente: & pervenientes ad Prætorem, hunc injuriis pessimis blasphemabant. Verum Persæ fictam existimantes fugam, persequi ausi non sunt. Porro Heraclius transmeans Tygrim, quæ Claudiæ regionis erant insignia præsidia igni tradebat, & sic ad Philippicam redit cum spoliis multis.* Hæc acta sunt hoc anno quarto Mauritii. Ostensum est omnia bene cessisse Romanis, quos in prælio Salvatoris imago veneranda comitabatur, cum hostes vinci fecerit, & Ducis incuriam, per quam universus exercitus in maximum discrimen conjectus est, suis non permisit obesse.

LII. Jam vero quæ ad hujus anni finem contigerunt, ordine temporis describamus. Cum enim cuncta felicia, sive in Occidente conversione Gothorum, sive in Oriente debellatione Persarum acciderint, extrema anni hujus Romanæ urbi funesta admodum extitere: Tiberis in primis portentosa alluvione, & cuncta vastante inde secuta peste. De his acturi in primis quæ sunt temporis rationis, quo veluti recta deducta linea, quæ dicenda sunt, veritati æque consona disponantur, accuratius disquiramus: *a* qua aberrantes alii sequenti, post sequentem vero alii annum, alii ulterius nimis absurde collocant; ex quibus alios deteriores subotiri errores necesse sit.

LIII. *De tempore inundationis Tiberinæ.* Cum autem id de alluvione accidisse constet mense Novembri Indictionis octavæ, quæ hoc anno incipit mense Septembri; nihil est ut de his dubitari possit. At ne de asserta Indictione octava possit aliqua dubitatio suboriri, accipe firmitatem ex litteris scriptis a S. Gregorio Papa in fine anni sequentis, cum Pontifex creatus est; & invenies eas datas nova indictione, cum constet anno ante ejus creationem, dicto mense & Tiberim exundasse, & paulo post pestilentiam exortam esse. Rursum firmatum id habes etiam ipsius S. Gregorii assertione, cum scribens Dialogorum libros anno tertio evoluto sui Pontificatus, dum de hac Tiberis excrescentia meminit (*a*), ante fere quinquennium accidisse testatur. Insuper adde, quod cum ipse numeret annum secundum sui Pontificatus cum Mauritius jam septimum ageret in Imperio, constetque (ut dicemus) anno sequenti creatum esse ipsum Gregorium Papam, & ante annum ipsius creationis ejusmodi inundationem accidisse: plane ad hujus anni finem (ut dictum est) eam esse referendam, nulla dubitatio reliqua esse potest. Hæc de temporis ratione satis.

(*a*) *Greg. dialog. l. 3. c. 19.*

LIV. Res gesta autem etsi a pluribus tum antiquis, tum recentioribus scripta habeatur, a nemine puto fidelius esse narratam, quam ab eo qui prope interfuit: is fuit diaconus Turonensis Ecclesiæ tunc ab ejus Episcopo Gregorio in Urbem missus, ut a Romano Pontifice reliquias Sanctorum acciperet, quas, defuncto Pelagio, a Gregorio adhuc diacono accepit: cujus relatione ipse Turonensis Episcopus Gregorius ista scripsit; *Anno* (inquit) *quintodecimo Childeberti Regis, diaconus noster ab urbe Roma Sanctorum cum pignoribus veniens, sic retulit: Quod anno superiori, mense nono, tanta inundatione Tiberis fluvius Urbem obruit, ut ædes antiquæ diruerentur, horrea etiam Ecclesiæ subversa sint, in quibus nonnulla tritici modiorum millia periere. Multitudo enim serpentium cum magno dracone in modum trabis validæ per hujus*

(*b*) *Greg. Turon. l. 10. c. 1.*

*Tiberis inundatione serpentes in mare delati.*

PAGIUS Philippici locum subrogationem refert. Qua in re eum, quoad annum rei gestæ, errare certum. Quæ memorat Theophylactus, lucem accipiunt ex iis, quæ Evagrius lib. 6. cap. 11. & seqq. habet; cui eo major fides adhibenda, quo cum Gregorio Antiocheno Episcopo hoc tempore versabatur. Ait Evagrius, Imperatorem *Gregorium Antiochenum*, ad res maximas perficiendas aptissimum in Orientem misisse, persuasurum militibus, ut priores Præpositos, quos antea habebant, susciperent. *Gregorius*, ubi illuc pervenit, missis quaquaversum Nunciis, *principales milites evocavit ad locum, qui Litarba dicitur*, & trecentis stadiis ab Urbe Antiochia distat. Ad hos Orationem habuit, quam Evagrius integram recitat. Milites postquam inter se deliberassent, se se arbitrio voluntatique Episcopi permiserunt. Cumque *Philippicum illis nominasset*, responderunt, universum exercitum gravi jurejurando ea de re obstrictum esse. Tum Gregorius *Dei gratia Sacerdotem se esse dixit, & datam sibi esse potestatem ligandi atque solvendi, tum in cœlo, tum in terris*. Cumque milites hac etiam in re acquievissent, immaculato Christi Corpore eis distributo: *Erat enim venerabilis inprimis dies secunda feria, qua Dominica Passioni vicina est, cum universos, duo circiter hominum millia toris in gramine tumultuarie compositis Cœna excepisset*, postridie domum reversus est. *Philippicus* postea Antiochiam venit, ubi dextra data oblivionem præteritorum militibus confirmavit, qui una cum illo in expeditionem profecti sunt. Hæc Evagrius, qui narrat postea quomodo *Martyropolis* a Persis capta fuerit. Quare cum hoc anno Pascha celebratum fit die X. mensis Aprilis, feria secunda majoris Dominicæ passionis incidit in diem IV. ejusdem mensis, quo ea reconciliatio facta, postquam milites per annum in seditione obstinatius perseverassent.

XII. *Tyberis Roma exundat.* Ad num. LIII. & seqq. Turonensis lib. 10. cap. 1. scribit: *Anno XV. Childeberti Regis, Diaconus noster ab urbe Roma cum Sanctorum pignoribus veniens sic retulit, quod anno superiore mense nono, tanta inundantia Tyberis fluvius Urbem Romam obtexit, ut ædes antiquæ diruerent.* Annum incipit Turonensis a mense Martio, ut iste locus nos edocet, Paulus autem Diaconus lib. 3. de gestis Langobard. cap. 23. asserit, similem inundationem Veronæ factam esse *sexto decimo Kalend. Novembris* seu die XVII. mensis Octobris. Mensis nonus secundum Gregorium No-

*jus fluvii alveum in mare descendit; sed suffocatæ bestiæ inter salsos maris turbide fluctus littori ejectæ sunt; subsecuta est evestigio clades, quam inguinariam vocant.* Hæc de lue. Subdit de obitu Pelagii Papæ; sed de eo inferius sequenti anno. Corrigendum in auctore illud putamus errore, in numeri notam illapso, dum ante annum decimumquintum Childeberti Tiberis excrescentiam ponit, cum nonnisi ante annum decimum id esse factum, ex sua ipsius sententia de numero annorum Childeberti Regis dici necesse sit, hoc ipso scilicet anno. Eadem Paulus (*a*) atque Joannes (*b*) diaconi tradunt.

(a) Paul. diac. de gest. Longob. l. 3. c. 1.
(b) Joan. diac. in Vit. S. Greg. l. 1. c. 35. 36.

LV. Quod ad draconem pertinet undis mersum & fluento delatum in mare, certum est minime esse potuisse id genus serpentium, quos dracones naturalium rerum scriptores appellant, sed vulgo ita appellatas monstruosas illas reptantes bestias quæ magnitudine sua reliquos serpentes excedunt: eas Plinius (*c*) boas nominat, quas & aliquando visas in regionibus his prope Tiberim positis tradit.

(c) Plin. l. 8. c. 14.

LVI. Porro quod contingere solet, ut istiusmodi inundationes fluminum non uno in loco, sed in aliis circumcirca provinciis sint communes: quid mirandum acciderit, cum hoc eodem anno Athesis fluvius exundavit, alveumque transgressus longe lateque effluit, S. Gregorius Papa his narrat verbis: (*d*) *Nuper Joannes Tribunus relatione sua me docuit, quod Pronulphus Comes cum illic adesset, se cum Rege Autharith eo tempore in loco eodem, ubi mira res contigit, affuisse, eamque rem cognovisse testatus est. Prædictus enim Tribunus narravit, dicens: Quia ante hoc fere quinquennium, quando apud hanc Romanam urbem alveum suum Tiberis egressus est, tantum crescens, ut ejus unda super muros urbis influeret, atque in eo jam maximas regiones occuparet: apud Veronensem urbem fluvius Athesis excrescens, ad beati Zenonis martyris atque Pontificis ecclesiam venit, cujus ecclesiæ dum essent januæ apertæ, aqua in eam minime intravit: quæ paulisper crescens, usque ad fenestras ecclesiæ, quæ erant tectis proximæ, pervenit. Sicque stans aqua, ecclesiæ januam clausit, ac si elementum liquidum in soliditatem parietis fuisset mutatum. Cumque essent multi inventi interius, sed aquarum multitudine omni ecclesia circumdata, qua possent egredi, non haberent, ibique se fame & siti * deficere formidarent: ad ecclesiæ januam veniebant, ad bibendum hauriebant aquam, quæ (ut prædixi,) usque ad fenestras excreverat, & tamen intra ecclesiam nullo modo diffluebat. Hauriri itaque aqua poterat, sed diffluere (ut aqua) non poterat, stans ante januam, ad ostendendum cunctis meritum martyris; & aqua erat ad adjutorium, & quasi aqua non erat ad invadendum locum.* Hucusque Gregorius, atque hactenus de alluvione: pestem autem cum subsecutam tradat mense Januario (*e*) dicemus de ea anno sequenti.

(d) Greg. dial. l. 3. c. 19.

De insigni miraculo Veronæ edito.

* non sit

(e) Greg. hist. Franc. l. 10. c. 1.



PAGIUS. November est, quo ideo *Roma* effusione *Tyberis* devastata, ut capite sequenti narrat idem Paulus. Baronius num. LIV. existimat, loco, *anno XV. Childeberti Regis*, legendum esse *anno decimo*. Verum inde intelligere poterat, *Childebertum* anno DLXXIX. Regnum non iniisse, sed anno DLXXV. ut nunc inter omnes convenit; ideoque ea inundatio hoc anno contigit, quo annus XIV. Childeberti Regis in cursu erat usque ad initium mensis Decembris, aut circiter.

I. NOnagesimus supra quingentesimum volvitur Christi annus, Indictionis octavæ, ipso sui exordio urbi Romanæ funestissimus, cum mense Januario lues inguinaria (ut auctor est Gregorius Turonensis *a*) invasit populum, ex ira divina (ut signa docuerant) immissa: siquidem testatur Gregorius Papa, visa esse sagittas cælitus delapsas in homines, quos mox pestis improvisa percuteret. Ait enim: *Ante triennium quoque hac pestilentia, quæ hanc urbem clade vehementissima depopulavit, in qua etiam corporali visu sagittæ cælitus venire, & singulos quosque ferire videbantur (sicut nosti) Stephanus item defunctus est, &c.* De ipso vero Stephano agemus inferius. Sed quomodo ipso pestis exordio Pelagius Papa eadem tactus defunctus est, ita paucis Gregorius Turonensis docet: *Subsecuta est* (inquit) *de vestigio clades, quam inguinariam vocant: nam medio mense undecimo* (Januarius is est) *adveniens, primum omnium (juxta quod in Ezechiele Propheta legitur, A sanctuario meo incipite) Pelagium Papam perculit. Qua defuncta, magna strages populi facta est.*

(*a*) Greg. Tur. hist. l. 10. c. 1.
(*b*) Greg. dial. l. 4. c. 36.
De pestilentia urbis.

II. De tempore obitus Pelagii. Habet Anastasius, defunctum esse Pelagium sexto Idus Februarias, cum sedisset annos duodecim, menses duos, & dies vigintiseptem. Sed manifeste labi in errorem certum est eos qui alium depravatum textum Anastasii secuti, tribuunt eidem Pontifici annos dumtaxat decem: menses duos, & dies decem: multoque magis qui obitum Pelagii & creationem Gregorii rejiciunt in annum sequentem, vel qui diverso anno Pelagii obitum, & Gregorii ponunt creationem; cum eodem anno quo moritur Pelagius, post menses sex & dies vigintiquinque vacantis sedis, æque certum sit, suffectam esse Gregorium, inchoante Indictione nona, ut ex ipsius epistolis colligi potest. Longius vero errasse in tempore sedis Pelagii, & creatione Gregorii Beda (*c*) videtur, dum creationem Gregorii collocat sub anno decimo Mauritii Imperatoris, quam hoc anno quinto ejusdem Imperatoris contigisse certum est testificatione ipsiusmet Gregorii, (*d*) dum (ut dictum est superius) sui Pontificatus anno secundo septimum numerat annum Imperii Mauritii.

(*c*) Beda de Gest. Angl. l. 2. c. 23.
(*d*) Greg. l. 2. in princ.

III. Reliquæ Res gestæ Pelagii. His igitur de tempore obitus Pelagii ex sedis Gregorii ratione stabilitis, reliquum est, ut ejusdem Pontificis res gestas illas, quæ certo anno definiri nequeunt, hic simul ponamus; atque in primis quæ habet Anastasius, qui hæc præmittit de aquarum inundatione: *Eodem tempore tantæ pluviæ fuerunt, ut omnes dicerent, quia aquæ diluvii superinundarent: & talis clades fuit, qualem a sæculo nullus meminit fuisse. Eodem tempore vestivit corpus beati Petri Apostoli tabulis argenteis deauratis.* Confessionem videlicet, ubi corpus erat sancti Petri, eo modo argento contexit. *Hic* (addit Anastasius) *domum suam xenodochium fecit pauperum senum. Hic fecit cœmeterium beati Hermetis martyris. Hic fecit supra corpus beati Laurentii martyris basilicam a fundamentis constructam, & tabulis argenteis exornavit sepulcrum ejus.* Hæc Anastasius. ☞ De eadem basilica est vetus epigramma, nuper repertum, jamque prœlo cusum redditum immortalitati his versibus;

PRÆ-

---

PAGIUS SÆC. VI. Anno Eræ Hispan. DCXXVIII. A. C. 590.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6083.

☉ 12. A. ☽ 2. P. 26. Mart. aliis 2. April. Indict. 8.

JESU CHRISTI 590.

GREGORII PAPÆ 1.

MAURICII IMP. 9.

I. Postconsulatus. IS annus hac formula notatus: *VIII. Post Consulatum Mauricii Tiberii Aug. solius VI.* ut legitur in Chronico Alexandrino.

II. Moritur Pelagius II. PP. A num. I, ad IX. Turonensis lib. 10. cap. 1. narrat, *anno XV. Childeberti Regis* Diaconum suum Roma redeuntem sibi narrasse inundationem Tyberis *mense nono*, idest Novembri, anni superioris factam, additque: *Subsecuta est de vestigio clades, quam inguinariam vocant: nam medio mense XI. adveniens primum omnium juxta illud quod in Ezechiele Propheta legitur,* A Sanctuario meo incipite, *Pelagium Papam perculit: quo defuncto magna strages populi de hoc morbo facta est.* Anastasius testatur, *Pelagium II. mortuum esse & sepultum ad B. Petrum Apostolum sexto Idus Februarias*, seu die octava mensis Februarii. Pontificatum inierat die trigesima mensis Novembris anni DLXXVIII. ideoque sedit annos XI. menses II. dies X. non vero annos X. menses II. dies X. ut habent exemplaria Anastasii, Ordericus lib. 2. Luitprandus, Abbo, Regino, Hermannus Contractus, & passim Catalogi Rom. Pont. Non dubium itaque, quin error ille Anastasio, seu, ut verius loquar, Auctori libri Pontificalis adscribendus sit. Baronius, qui ejus Pontificatum anno uno citius quam par erat, auspicatus est, coactus fuit eidem assignare annos XII. menses II. dies XXVII. Papebrocius vero in Conatu Chronico-Hist. qui Pelagii II. ordinationem cum die XXVI. Novembris anni DLXXIX. copulavit, mortem ejus cum die tertia Februarii hujus anni non potuit non conjugere.

III. Unus Biclariensis Abbas hujus temporis Scriptor in Chron. ad annum X. Justini Imp. annos un-

* Pelagio

PRÆSULE * PILAGIO MARTYR LAURENTIUS OLIM
TEMPLA SIBI STATUIT TAM PRETIOSA DARI.
MIRA FIDES, CLAUDIUS HOSTILES INFERET IRAS,
PONTIFICEM MERITIS NEC CELEBRASSE SUIS.
TU MODO SANCTORUM CUI CRESCERE CONSTAT HONORES,
FAC SUB PACE COLI TECTA DICATA TIBI.
MARTYRIUM FLAMMIS OLIM LEVITA SUBISTI:
JURE TUIS TEMPLIS LEX VENERANDA REDIT ☛.

IV. Quid vero mirandum atque pavendum tunc acciderit, cum ejusdem sancti Laurentii corpus ab operariis quæreretur, audi sanctum Gregorium ista narrantem: (a) *Sancta memoria decessor meus itidem ad corpus sancti Laurentii martyris quædam meliorare desiderans, dum nescitur ubi venerabile corpus ejus esset collocatum, & effoditur exquirendo, subito Sepulcrum ejus ignoranter apertum est; & ii qui præsentes erant atque laborabant monachi & mansionarii, qui corpus ejusdem martyris viderunt, quod quidem minime tangere præsumpserunt, omnes intra decem dies defuncti sunt, ita ut nullus superesse potuisset, qui sanctum & justum corpus illius viderat*. Hæc Gregorius.

(a) Greg. l. 3. epist. 30.

V. Inter alias res gestas ab ipso Pelagio Papa est mentio de Concilio Romano ab eodem habito: id quidem ipse testatur in epistola, quam postea scripsit ad Episcopos Germaniæ & Galliæ his verbis:

De novem præfationibus Eccl. Rom.

*Cum in Dei nomine in Romana Ecclesia Synodum Episcoporum sive ceterorum consacerdotum Dei fidelium congregatam habuissemus, & de Ecclesiasticis statutis, ut sunt ab Apostolis & sanctis Patribus tradita, diligentius tractaremus: supervenere litteræ vestræ, & ut magnæ essent auctoritatis, etiam vivæ voces præcesserunt*, nempe legatorum, *rogantes, ut ordinem præfationum, quas sancta Romana Ecclesia hactenus haberet, nostris litteris vobis remandaremus. Tunc de vestra voluntate & studio tam bono multum gavisi sumus, & sacrum Ordinem Romanum, sacraque Constituta nostrorum antecessorum solerter relegentes; invenimus has novem præfationes sacro catalogo tantummodo recipiendas, quas longa retro veritas in Romana Ecclesia hactenus servavit: Unam in Albis Paschalibus, aliam de Ascensione Domini, tertiam de Pentecoste, quartam de Natali Domini, quintam de Apparitione Domini, sextam de Apostolis, septimam de Trinitate, octavam de Cruce, nonam in Jejunio & Quadragesima tantummodo dicendam. Has præfationes tenet & custodit sancta Romana Ecclesia: has tenendas vobis mandamus*. Hucusque litteræ Pelagii Papæ de præfationibus in Missis dici solitis.

VI. De oratorio Joannis presbyteri.

Sub eodem Romano Pontifice tunc temporis a Joanne S. R. E. presbytero erectum est oratorium apud Thermas Agrippinas, quod usui esset servis Dei, monachis videlicet; illudque redditibus locupletavit, scripto de his omnibus testamento, quo tradito Pelagio Papæ, e vita decessit. Cumque & post eum æque Pelagius ex hac vita migrasset; qui postea in locum ejus successit Gregorius, mutata voluntate testatoris, in eodem sacras virgines collocavit sub cura religiosæ feminæ Bonæ Abbatissæ. Extant de his omnibus ipsius Gregorii Papæ litteræ (b): quibus intelligas, arbitrum esse Romanum Pontificem testamentorum ad pias causas conditorum, eaque si ratio persuadeat, in alium æque pium usum mutare. Ad postremum de rebus Pelagii hæc Anastasius: *Hic fecit ordinationes duas per mensem Decembrem, presbyteros octoginta duos, diaconos octo, Episcopos per diversa loca numero quadraginta octo. Cessavit Episcopatus ejus menses sex, dies vigintiquinque*. Hucusque Anastasius de Pelagio Papa.

(b) Greg. l. 7. epist. 48.

VII. ☛ Ad postremum hic referendum putavimus epistolæ fragmentum ejusdem Pelagii Papæ ad Benignum Archiepiscopum,



PAGIUS

*Anni XI. Pelagii II. perperam tributi Pelagio I.*

undecim Pelagio II. accurate assignavit, quos aliqui Anastasii Interpolatores Pelagio primo perperam attribuerunt. Hos vel antecessere, vel secuti sunt Ordericus lib. 2. pag. 447. Regino in Catalogo Pontif. Rom. ac Gotfridus Viterbiensis, & Hermannus Contractus in Chronicis; tradunt enim *Pelagium primum* sedisse annis XI. mensibus X. diebus XVIII. quot menses & dies ultra annos quatuor Pelagius primus Ecclesiam Romanam gubernavit. Qui numeri in aliqua exemplaria MSS. Anastasii in fine editionis Regiæ citata, ac in exemplaria MSS. Casinense & Antuerpiense etiam infarti sunt, nisi quod dies supra annos XI. & menses X. in aliquibus a Librariis corrupti fuere. Verum anni illi undecim non *Pelagio primo*, sed *Pelagio secundo* attribuendi, & Anastasii error corrigendus. *Pelagium* enim I. annos tantum IV. menses X. & dies XVIII. sedisse certum & indubitatum. Papebrocius in Conatu Chronico-Hist. dum de Pelagio I. verba facit, ait sibi videri Romanos censuisse Ecclesiam carere Pontifice, per excommunicationem, quam ipso facto incurrisse *Vigilium* judicabant, & elegisse *Pelagium*, non tamen ordinasse, quod scirent absque Imperatoris consensu irritam habendam ordinationem; indeque factum putat, ut aliqui *Pelagio primo* annos undecim attribuerint. Verum

pum, quod ex promptuariis Vaticanis erutum, hic tibi describendum curavimus. Sic se habet:

*Epistola Pelagii II. ad Benignum Archiepiscopum.*

Pelag. ad Benignum Archiep.

*Quod enim in canonibus legitur: Non debere Episcopum de civitate transire vel transferri: non de his dicitur, qui aut vi expulsi, aut necessitate coacti, aut auctoritate majorum hoc agunt: sed de his qui avaritiæ ardore inflammati sponte sua prosiliunt, & potius ambitioni, quam utilitati Ecclesiæ servire, & ut dominationem agant, insistere cupiunt. Unde & in subjectis canonibus continetur: Si aliquis extiterit temerarius, qui forsitan * accusationem afferat quod populi litteras acceperit, & ideo migraverit, dum manifestum sit, præmio & mercede paucos qui sinceram fidem non habent potuisse corrumpi ut clamarent in Ecclesia, & ipsum * repetere viderentur Episcopum; omnino has fraudes removendas esse censemus. His verbis & aliis multis exemplis liquet non de his dicere, (ut paulo superius prælibatum est, qui pulsi, aut non recepti a civibus, vel a quibuscumque, aut necessitate cogente, vel auctoritate majorum transeunt de civitate ad civitatem; sed de his qui sponte prosiliunt, aut temeritatis, vel ambitionis causa hoc faciunt. Nam aliud est sponte transire, & aliud est coacte aut necessitate venire: unde non isti mutant civitates, sed mutantur, quia non sponte, sed coacte hoc agunt. Quis enim unquam audet dicere sanctum Petrum Apostolorum principem non bene gessisse quando mutavit Sedem de Antiochia Romam? aut quis eum negat ob id sanctum non esse? aut dignitatem & meritum Apostolatus tam in cælis quam in terris perdidisse? aut quis dicat sanctos non esse multos alios Episcopos, qui de civitatibus ad civitates translati sunt, aut meritum Pontificatus perdidisse, quorum nomina si inciperem enumerare, ante dies transirent, quam omnino transcribere possem, & prolixior fieret epistola, quam necesse foret. Aut quis unquam approbare potest, sanctos non esse Alexandrum, qui Hierosolymam de altera civitate translatus est; aut sanctum Gregorium Nazianzenum, qui Nazianzo Constantinopoli constitutus est; aut sanctum Proclum qui de Cyzico translatus est, & Constantinopoli est inthronizatus?*

* excusationem

* repellere.

VIII. *Non ergo bene intelligunt Ecclesiasticas regulas qui hoc negant causa utilitatis aut necessitatis fieri non posse, quoties communis necessitas, aut utilitas persuaserit. Nullum enim ex his, aut ex aliis qui meliori consilio mutaverunt civitates, necessitate quadam vel utilitate Ecclesiastica, aut laica communione carere reperimus, ne allatenus unquam fieri debeat. Sententia vero quæ in Antiocheno Concilio habetur: Ut Episcopus ab alia parochia nequaquam migret ad aliam terram, atque omnes sententiæ de eadem re (ut superius comprehensa retinent) nihil prætaxato modo translationibus Episcoporum actis vel agendis nocent. Sed magis robur eis a Domini Salvatorisque omnes canonicos * superexaltetur libros auctoritate præstant. Tales autem quæstiones magis ex invidia, quam ex caecitate, aut utilitate nasci videntur, cum ipsa per se Veritas dicat: Si vero persecuti fuerint in unam civitatem, fugite in aliam, & reliqua. Huic ergo sententiæ nullus Catholicorum usquam contradicere potest, quæ non alteriat, sed ipsius proprio Domini ore prolata & confirmata esse dignoscitur, cui si aliquis contradixerit, non solum exterit, sed etiam anathematizatus ab Ecclesia pellatur.* ☚

*

IX. De ejus autem successore S. Gregorio agemus sequenti tomo Annalium, quem octavum ordine ab ipso ejusque auspiciis auspicaturi sumus. Modo autem quæ reliqua sunt anni hujus usque ad mensem Septembrem, quo ejusdem Gregorii ordinatio contigit, enarremus; atque in primis quæ in monasterio S. Andreæ ad Clivum Scauri de monachis quibusdam digna memoria contigerunt, cum adhuc ipse Gregorius hoc anno in eodem suo degeret monasterio: ubi enim ex Oriente rediit, haud in palatiis vixit, sed in monasterio habitavit cum suis monachis, quibus nec pergens Constantinopolim (ut vi-

Gregorius Diaconus degit in suo monasterio.

PAGIUS rum ex mox dictis hæc conjectura corruit, liquetque *annos undecim*, quos constat Pelagium II. Romanæ Ecclesiæ præsedisse, Pelagio I. per errorem a quibusdam adscriptos fuisse. Porro si a die mortis Pelagii II. de quo nullum est dissidium, ad diem & annum ordinationis Pelagii I. qui hactenus obscuri fuere, retrocedas, *comperies* non solum hunc Pontificem consecratum fuisse die undecima Aprilis anni Christi DLV. sed etiam ejus mortem, & proximorum ejus Successorum suis annis a nobis redditam fuisse, & qui aliam viam iniere, Chronotaxim Pontificiam turbasse.

IV. Post Pelagii II. mortem *cessavit Episcopus menses sex, dies XXV.* ut in Anastasio legitur. Quare Sanctus *Gregorius Magnus* die tertia mensis Septembris, in quam Dominica cadebat, ordinatus est, ideoque Anastasius diem emortualem Pelagii II. ab Interpontificio excludit. Epistola *Pelagii*, Episcopis *per Campaniæ & Italiæ Provincias* scripta, quam Baronius genuinam existimavit, supposititia est, & conflata ex variis sententiis Prosperi, Hilari, Acacii, Ennodii, Conciliorumque Romani sub Symmacho, Toletani VIII. & Lateranensis sub Martino I. Est vero ea de accusationibus ac judiciis Episcoporum. Ejusdem farinæ est Epistolæ fragmentum Pelagii *ad Benignum Archiepiscopum*, quod Baronius num. VII. hoc anno recitat. Est enim pars Epistolæ ejusdem Pontificis *ad Benignum*

*S. Gregorius Pelagio II. succedit.*

vidimus) carere voluit. Ad hunc namque annum referenda sunt, quæ post triennium ea scribens ipse accidisse testatur, ut suo loco manifestius ostendetur. Ait igitur (a): *Neque hoc silendum puto, quod actum in meo monasterio ante triennium reminiscor. Quidam namque monachus, Justus nomine, medicinali arte fuerat imbutus: qui mihi in eodem monasterio constituto sedulo obsequi atque in assiduis ægritudinibus meis excubare consueverat. Hic itaque languore corporis præventus, ad extremum deductus est. Cui in sua molestia frater germanus, nomine Copiosus, serviebat, qui ipse quoque nunc in hac Urbe per eamdem medicinæ artem temporalis vitæ stipendia sectatur. Sed prædictus Justus, cum jam se ad extremum pervenisse cognovisset, eidem Copioso fratri suo, quia occultatos tres aureos haberet, innotuit. Quod nimirum fratribus non potuit celari; sed subtiliter indagantes, atque illius omnia medicamenta perscrutantes, eosdem tres aureos invenerunt absconsos in medicamine.*

(a) Greg. dial. l. 4. c. 55.

X. Quæ hoc anno acciderunt in monasterio S. Greg.

*Quod mox ut mihi nuntiatum est, tantum malum de fratre qui nobiscum communiter vixerat, æquanimiter ferre non valui: quippe quia ejusdem mei monasterii semper regula fuerat, ut cuncti fratres ita communiter viverent, quatenus eis singulis nulla habere propria liceret. Tunc nimio mœrore percussus, cogitare cœpi, vel quid ad purgationem morientis facerem, vel quid ad exemplum viventibus fratribus providerem. Pretioso igitur ejusdem monasterii Præposito ad me accersito, dixi: Vide ut nullus ex fratribus se ad eum morientem jungat, nec sermonem consolationis ex cujuslibet eorum ore percipiat: sed cum in morte constitutus fratres exquisierit, ei suus frater carnalis dicat, quia propter aureos quos occultatos habuit, a cunctis fratribus abominatus sit: ut saltem in morte de culpa sua mentem ipsius amaritudo transverberet, atque a peccato quod perpetravit, purget. Cum vero mortuus fuerit, corpus illius cum fratrum corporibus non ponatur; sed quolibet in sterquilinio fossam facite, & in eam corpus ejus projicite; ibique super eum tres aureos quos reliquit, jactate, omnes simul clamantes: Pecunia tua tecum sit in perditione. Et sic eum terra operite. In quibus utrisque rebus unam morienti, alteram vero volui prodesse fratribus viventibus: ut & illum amaritudo mortis a culpa solubilem faceret, & istos avaritiæ tanta damnatio terreret, atque a culpa prohiberet. Nam cum idem monachus pervenisset ad mortem, atque anxie se quæreret commendari fratribus, & nullus e fratribus ei applicari & loqui dignaretur: ei carnalis frater, cur ab omnibus fratribus esset abominabilis, indicavit. Qui protinus de reatu suo vehementer ingemuit, atque in ipsa sua tristitia e corpore exivit. Qui ita est sepultus, ut dixeram. Sed fratres omnes ex eadem ejus sententia conturbati, cœperunt singuli extrema quæque & vilia, & quæ eis habere regulariter semper licuerat, ad medium proferre, vehementerque formidare ne quid apud eos esset, unde reprehendi potuissent.*

*Cum vero post mortem ejus triginta jam essent dies evoluti, cœpit animus meus defuncto fratri compati, ejusque cum dolore gravi supplicia pensare, & si quod esset ereptionis ejus remedium quærere. Tunc invocato ad me eodem Pretioso monasterii mei Præposito, tristis dixi: Diu est quod frater ille qui defunctus est, in igne cruciatur: debemus ei aliquid charitatis impendere, & eum (in quantum possumus) ut eripiatur, adjuvare. Vade itaque, ab hodierna die diebus triginta continuis offerre pro eo sacrificium stude, ut nullus omnino prætermittatur dies, quo pro absolutione illius hostia salutaris non offeratur. Qui protinus abscessit, & dictis paruit. Nobis autem alia curantibus, & dies evolutos non numerantibus, idem frater qui defunctus fuerat, nocte quadam fratri suo germano Copioso per visionem apparuit. Quem ille cum vidisset, inquisivit dicens: Quid est, frater? quomodo es? Cui respondit: Nunc usque male fui: sed jam modo bene sum; quia hodie communionem accepi. Quod idem Copiosus pergens, protinus indicavit fratri-*

XI. Sacrificium salubre pro defunctis.

PAGIUS *gium Archiepiscopum*, cujus supra meminimus. Epistola vero integra refertur Tomo V. Conc. editionis Labbeanæ pag. 931. & quoad omnes partes suas ibidem rejicitur.

V. *Epistola Pelagii II. de IX. Præfationibus Ecclesiæ Rom. supposititia.*

Præterea cum Concilii Romani, de quo hoc anno Baronius num. V. & in Tomo V. Conc. pag. 953. mentio tantum fiat in Epistola IX. Pelagii II. ad *Episcopos Germaniæ & Galliæ*, quæ a Pseudo-Isidori stylo non discrepat, illud pariter spurium ac commentitium. In ea epistola legitur, *Episcopos Germaniæ & Galliæ* Pelagium rogasse, ut ordinem *Præfationum Missæ* eis mitteret, quem Sancta Romana Ecclesia tunc habebat, ipsumque respondisse eam novem tantum *Præfationes* ab antiquis temporibus servasse, easque ipsis tenendas mandare. Verum, ut observavit eruditissimus Cardinalis Bona lib. 2. Rer. Liturgicarum cap. 10. num. 3. si ætate Pelagii illa tantum novem Præfationibus, festis in ea Epistola memoratis, Romana Ecclesia tanquam dudum in ea receptis & probatis utebatur, quomodo *Gregorius* ejus immediatus successor, Sacrorumque rituum tenacissimus custos alias novas instituit? Suspicionem auget *Joannes Diaconus*, qui cum res a Gregorio gestas in Vita ipsius minutissime prosequatur, nullam tamen de *Præfationibus* ab eo contra morem diu receptum institutis mentionem facit. Ipse item Gre-

*tribus in monasterio. Fratres vero sollicite computaverunt dies, & ipse dies extiterat, quo pro eo trigesima oblatio fuerat impleta. Cumque & Copiosus nesciret quid pro eo fratres agerent, & fratres ignorassent quid de illo Copiosus vidisset: uno eodemque tempore dum cognoscit ille quid isti egerant, & isti cognoscunt quod ille viderat, concordante simul visione & sacrificio, res aperte claruit, quia frater, qui defunctus fuerat, per salutarem hostiam evasit supplicium.* Hactenus Gregorius de his quæ hoc anno, dum in suo adhuc degeret monasterio, contigerunt ante triennium quam libros Dialogorum factus jam Pontifex scriberet. De quo item tempore & loco hæc idem superius (*a*):

(*a*) *Greg. dial. l. 4. c. 47.*

XII. De Joanne monacho. *Ante hoc autem triennium, cum quidam frater fuisset mortuus, atque in ejusdem monasterii cœmeterio a nobis sepultus, cunctis nobis ab eodem monasterio exeuntibus, idem Joannes (sicut nobis pallens & tremens indicavit) illic, nobis descendentibus, inventus, ab eodem fratre qui mortuus fuerat, de sepulcro vocatus est; quod mox subsequens finis edocuit: nam post dies decem invasus febribus, carne solutus est.* Hæc de Joanne, cujus virtutes paulo superius enarravit.

XIII. Sed & quæ etiam hoc anno in eodem suo ipsius monasterio, cum pestis urgeret, acciderint memoria digna, ipso enarrante audiamus, quæque ipse postea pro concione ad populum (*b*) in ecclesia dixit, & in Dialogis brevius recitavit his verbis (*c*): *Is de quo in homiliis coram populo me narrasse jam memini, inquietus valde Theodorus nomine puer fuit, qui in monasterium meum, fratrem suum necessitate magis quam voluntate secutus est.*

(*b*) *Greg. in Evang. homil. 38.*
(*c*) *Gregor. dial. l. 4. c. 37.*

De Theodoro indisciplinato monacho. *Cui nimium grave erat, si quis pro salute sua aliquid loqueretur. Bona enim non solum facere, sed audire non poterat. Numquam se ad sanctæ conversionis habitum venire, jurando, irascendo, deridendo testabatur. In hoc autem pestilentia, quæ nuper hujus urbis populum magna ex parte consumpsit, percussus in inguine, est perductus ad mortem. Cumque extremum spiritum ageret, convenerunt fratres, ut egressum illius orando protegerent. Jam corpus ipsius ab extrema parte fuerat præmortuum; in solo tantum pectore vitalis adhuc calor anhelabat. Cuncti autem fratres tanto pro eo cœperunt enixius exorare, quanto eum jam videbant sub celeritate discedere. Tunc repente cœpit iisdem fratribus assistentibus clamare, atque cum magnis vocibus orationes eorum interrumpere, dicens: Recedite, recedite: ecce draconi ad devorandum datus sum, qui propter vestram præsentiam devorare me non potest: Caput meum jam suo ore absorbuit: date locum, ut non me amplius cruciet, sed faciat quod facturus est. Si ei ad devorandum datus sum: quare per vos moras patior? Tunc fratres cœperunt ei dicere: Quid est quod loqueris, frater? signum tibi sanctæ Crucis imprime. Respondit ille, dicens: Volo me signare, sed non possum; quia squammis hujus draconis premor.*

XIV. *Cumque fratres audirent, prostrati in terram cum lacrymis cœperunt pro ereptione illius vehementer orare. Et ecce subito cœpit æger clamare dicens: Gratias Deo: qui me ad devorandum acceperat, fugit; orationibus vestris expulsus stare non potuit. Pro peccatis meis modo intercedite: quia converti paratus sum, & sæcularem vitam funditus relinquere. Homo ergo, qui (sicut jam dictum est) ab extrema corporis parte fuerat præmortuus, reservatus ad vitam toto corde ad Deum conversus est; & postquam mutata mente diu est flagellis adstrictus, tunc ejus anima carne soluta est.* Hæc Gregorius.

XV. Sed nec prætermittenda quæ divinitus ostensa sunt eodem pestis tempore de diverso post obitum animarum statu militi cuidam, quæ idem Gregorius ita scribit: (*d*) *Illustris vir Stephanus, quem bene nosti, de semetipso narrare consueverat, quia in Constantinopolitana urbe pro quadam causa demoratus, molestia corporis superveniente, defunctus est. Cumque medicus & pigmentarius ad aperiendum eum atque condiendum esset quæsitus, & die eodem minime inventus, subsequente nocte corpus jacuit inhumatum. Qui ductus ad inferni loca, vidit multa quæ prius au-*

(*d*) *Greg. dial. l. 4. c. 36.*

De Stephano viro illustri.

PAGIUS *Gregorius* in Epistola ad Joannem Syracusanum in qua de additis vel immutatis in ritibus Sacrificii, propter quæ reprehensus fuerat rationem reddit de Præfationibus silet: sicut & de Epistola Pelagii II. silent Scriptores illius, & aliquot sequentium sæculorum. Adhæc in libris antiquis Sacramentorum, qui Romanæ Ecclesiæ titulum præ se ferunt, plures reperiuntur *Præfationes*, vixque ulla Missa est, cui propria & peculiaris non assignetur. Accedit testimonium *Guitmundi* ex Monacho Sancti Benedicti Episcopi Aversani, undecimo Ecclesiæ sæculo demortui, Romanis ritibus jam ubique receptis, qui lib. 1. de Eucharistia refert Præfationem quam in quadam die Dominica, *per totum pene Orbem Latinum inter Epiphaniam & Septuagesimam* recitari dicit: cujus Præfationis auctoritate utitur etiam *Algerus* Monachus Cluniacensis, qui anno MCXXX. floruit, lib. 2. de Sacram. Corp. & Sang. Domini cap. 5. Quare Decretum illud de novem *Præfationibus* nullibi receptum invenitur. Denique ante Pippini & Caroli Magni tempora Gallicana Ecclesia non suscepit Romanæ Missæ ritum & ordinem, sed propriis Officiis propriaque Missa usa est, ut ex variis antiquis Monumentis ostendit idem Cardinalis lib. 1. Rer. Liturg. cap. 12.

*audita non crediderat. Sed cum præsidenti Judice præsentatus fuisset, ab eo receptus non est: ita ut diceret: Non hunc adduci, sed Stephanum ferrarium jussi. Qui statim reductus in corpore est: & Stephanus ferrarius qui juxta eum habitabat, eadem hora defunctus. Sicque probatum est, vera fuisse verba, quæ audierat, dum hæc effectus mortis Stephani demonstravit. Ante triennium quoque in hac pestilentia quæ hanc urbem clade vehementissima depopulavit, in qua etiam corporali visu sagittæ cælitus venire & singulos quosque ferire videbantur (sicut nosti) Stephanus idem defunctus est.* Quid autem acciderit de anima Stephani ejusdem, antequam dicamus, in hac eadem recensita historia paululum immoremur.

XVI. Eadem sæpe divinitus ostensa.

Cum hæc quæ scribit Gregorius ab eodem se Stephano audisse testetur, idemque esset Stephanus vir illustris, atque tum Romæ tum etiam Constantinopoli satis notus: omnis procul abesse debet de narrata historia imposturæ suspicio. Hæc idcirco diximus, quod eadem prorsus perpaucis tantum mutatis a scriptoribus Gentilibus recenseantur, atque in primis a Luciano Samosateno, (a) de Cleodemo & Demylo fabro, vel quæ de alio itidem fabro Curina nomine scribuntur: quibus iteratis exemplis magis magisque ostendatur, divina factum voluntate, ut sæpe aliquibus per species quasdam quæ percipi possint a cunctis, ostensæ sint pœnæ inferorum, quas ipsi ad vitam reduces viventibus testarentur: quo homines fierent justitiæ cultores, & timore saltem abstinerent a malo, vel præmii spe excitarentur ad bonum, ne rerum futuræ vitæ cognitionis penitus expertes mortales dilaberentur in deteriora.

(a) Lucian. in Philo-pseud.

XVII.

Quæ vero per visum ostensa sint eodem anno militi itidem Romæ ex hac vita subducto, idem Gregorius mox subdit his verbis (b): *Quidam vero miles in hac eadem urbe nostra percussus, ad extrema pervenit. Qui eductus de corpore, exanimis jacuit; sed citius rediit, & quæ cum eo fuerant gesta narravit. Aiebat enim (sicut tunc res eadem etiam multis innotuit) quia pons erat, sub quo niger atque caliginosus fœtoris intolerabilis nebulam exhalans fluvius decurrebat. Transacto autem ponte, amœna erant prata atque virentia odoriferis herbarum floribus exornata, in quibus albatorum hominum conventicula esse videbantur; tantusque in eodem loco odor suavitatis inerat, ut ipsa suavitatis fragrantia illic deambulantes, habitantesque satiaret. Ibi mansiones erant diversorum, singulæ magnitudine lucis plenæ. Ibi quædam miræ potentiæ ædificabatur domus, quæ aureis videbatur laterculis construi; sed cujus esset, non potuit agnosci. Erant vero super ripam prædicti fluminis nonnulla habitacula: sed alia exurgentis fœtoris nebula tangebat, alia autem exurgens fœtor e flumine minime tangebat. Hæc vero erat in prædicto ponte probatio: Ut quisquis per eum vellet injustorum transire, in tenebrosum fœtentemque fluvium laberetur; justi vero quibus culpa non obsisteret, securo per eum gressu ac libero ad loca amœna pervenirent.*

(b) Greg. dial. l. 4. c. 36.

De visione ostensa militi.

XVIII. De Petro majore Familiæ Eccl.

*Ibi se etiam Petrum Ecclesiasticæ familiæ Majorem, qui ante quadriennium est defunctus, deorsum positum in locis teterrimis magno ferri pondere religatum ac depressum vidisse confessus est. Qui dum requireret, cur ita esset: ea se dixit audisse, quæ nos qui eum in hac Ecclesiastica domo novimus, scientes ejus acta, recolimus. Dictum namque est: Hic idcirco patitur: quia si quid ei pro facienda ultione videbatur, ad inferendas plagas plus ex crudelitatis desiderio quam obedientiæ serviebat: Quod sic fuisse, nullus qui illum novit ignorat.*

XIX.

*Ibi se etiam quemdam peregrinum presbyterum vidisse fatebatur, qui ad prædictum pontem veniens, tanta per eum auctoritate transiit, quanta & hic sinceritate vixit. In eodem quoque ponte hunc quem diximus Stephanum se cognovisse testatus est: qui dum transire voluisset, ejus pes lapsus est, & ex medio corpore jam extra pontem dejectus, a quibusdam teterrimis viris ex flumine surgentibus per coxam deorsum, atque a quibusdam albatis & speciosissimis viris cœpit per brachia sursum trahi. Cumque hoc luctamen esset, ut hunc boni spiritus sursum, mali deorsum traherent; ipse qui hæc videbat, ad corpus reversus est; & quid de eo plenius gestum sit, minime cognovit. Qua in re de ejusdem Stephani vita datur intelligi, quia in eo mala carnis cum eleemosynarum operatione certabant. Qui enim per coxas deorsum, per brachia trahebatur sursum, patet nimirum quia & eleemosynas amaverat, & carnis vitiis perfecte non restiterat, quæ eum deorsum trahebant. Sed in occulto Arbitri examine quid in eo vicerit, & nos & eum qui vidit & revocatus est, latet. Constat tamen, quod Stephanus postquam (sicut prius narravi) & inferna loca vidit & ad corpus rediit, perfecte vitam minime correxit: qui post multos annos de corpore adhuc in certamine vitæ & mortis exiit. Qua de re colligitur, quia ipsa quoque inferni supplicia cum demonstrantur, aliis hoc ad adjutorium, aliis vero ad testimonium fiat, ut isti videant mala quæ caveant, illi vero eo amplius puniantur, quoniam inferni supplicia nec visa & cognita vitare voluerunt.* Ad hæc interlocutus Petrus diaconus, Gregorium compellans ait:

Pravis mixta bona non prosunt.

*Quid*

XX. Qualis ædificatio cælestium mansionum.

*Quid est hoc, quæso te, quod in amœnis locis cujusdam domus laterculis aureis ædificari videbatur? Ridiculum est valde, si credimus quod in illa vita adhuc metallis egeamus.* Ad hæc Gregorius: *Quis* (inquit) *hoc, si sanum sapit, intelligat? sed pro hoc quod illic ostensum est, quisquis ille est, cujus mansio ista construebatur, aperte datur intelligi, quid est quod hic operatur. Nam qui præmia æternæ lucis eleemosynarum largitate promerebitur, nimirum constat, quia auro ædificat mansionem suam. Quod enim superius memoriam fugit ut dicerem; idem miles qui hæc viderat, narrabat, quod eosdem laterculos aureos ad ædificationem domus senes ac juvenes, puellæ ac pueri ferebant. Qua ex re colligitur, quia si quibus hæc pietas facta est, ipsi illic operatores esse videantur.*

XXI. Domus aurea Deusdedit.

*Hic etiam quidam juxta nos, Deusdedit nomine religiosus habitabat, qui calceamenta solebat operari: de quo alter per revelationem vidit, quod ejus domus ædificabatur, sed in ea constructores sui solo die sabbati videbantur operari. Qui ejusdem viri postmodum subtiliter vitam inquirens, invenit, quia ex his quæ diebus singulis laborabat, quicquid ex victu atque vestitu superesse potuisset, die sabbati ad beati Petri ecclesiam deferre consueverat, atque indigentibus erogare. Qua ex re perpende, quia non immerito domus ipsius fabrica crescebat.* Sane quidem quæ per visum ostensa sunt symbola veritatis, ex divinis quoque Scripturis sibi vindicant testimonium. Si enim de structura agitur, scriptum est (a): *Misericordia ædificabitur in cælis*. Et de lapidibus pretiosis sive laterculis aureis, habes præter alia multa Apostolum istud ipsum uberius exprimentem, cum ait (b): *Si quis autem superædificat super fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides pretiosos, lignum, fœnum, stipulam, uniuscujusque opus manifestum erit: dies enim Domini declarabit, quia in igne revelabitur, & uniuscujusque opus quale sit, ignis probabit: si cujus manserit opus quod ædificavit, mercedem accipiet*. Hæc & alia plurima id genus in divinis Scripturis facile est invenire, non ad insinuandum quid sint, sed quid significare velint.

(a) Psal. 88.

(b) 1. Cor. 3.

XXII. Veritas quomodo in fabulas conversa.

Qui igitur ea quæ divinitus per quietem ostensa sunt hominibus, abjecte nimis ac stulte, prout dicta vel scripta sunt, intelligit, nec ex symbolis veritatem quæ in eis latet elicere sciverit; sumit ansam ut seria in jocos vertat, veritatem in commenta fabulasque convertat: ut factum vidimus apud Gentiles, dum quæ historice in libris de Republica scribit Plato visa ab homine qui mortuus revixit, & visu mira horrenda quæ narravit, transferre, superadditis nonnullis, in poëticas fictiones, quæ a nostris excusso superinducto pulvere Gentilicio, altiori percepta sensu, veritati consona retinentur, quæ divinæ Scripturæ minime repugnare noscuntur, atque similibus exemplis sæpe ostensis pariter fulciantur. Sed de his satis.

XXIII.

Jam vero reliqua videamus, quæ hoc eodem anno, eadem lue grassante, contigerunt apud Romanum Portum de Mellito monacho; quæ idem S. Gregorius ita narrat (c): *In ea quoque mortalitate, quæ ante triennium hanc urbem vehementissima clade vastavit, in Portuensis civitatis monasterio Mellitus dictus est monachus adhuc in annis juvenilibus constitutus, sed miræ simplicitatis ac humilitatis vir, qui appropinquante vocationis die, eadem clade percussus ad extrema perductus est. Quod vir vitæ venerabilis Felix ejusdem civitatis Episcopus audiens (cujus & hæc relatione cognovi) ad eum accedere studuit, & ne mortem timere debuisset, verbis hunc persuasoriis confortare: cui etiam adhuc de divina misericordia longiora vitæ spatia polliceri cœpit. Sed ad hæc ille respondit, cursus sui tempora esse completa, dicens apparuisse sibi juvenem, atque epistolas detulisse, dicentem: Aperi & lege. Quibus apertis, asserait, quia se & omnes qui eodem tempore a prædicto Episcopo in Paschali festivitate fuerant baptizati, scriptos in eisdem epistolis litteris aureis invenisset. Primum quidem (ut dicebat) suum nomen reperit, ac deinde omnium illo in tempore baptizatorum, qua de re certum tenuit, se & illos de hac vita esse sub celeritate migraturos.*

(c) Greg. dial. l. 4. c. 26.

XXIV. De prædictionibus proxime morientium.

*Factum est ut die eadem ipse moreretur, atque post eum cuncti illi qui baptizati fuerant ita secuti fuerunt, ut intra paucos dies nullus eorum in hac vita remaneret. De quibus nimirum constat, quod eos prædictus Dei famulus idcirco auro scriptos viderat, quia eorum nomina apud se fixa æterna claritas habebat. Sicut itaque hi revelationibus potuerunt ventura cognoscere, ita nonnumquam egressuræ animæ possunt etiam mysteria cælestia non per somnium sed vigilando prælibare.* Subdit ad hæc demonstranda de his exempla eorum qui migraturi ex hac vita imbuti sunt spiritu prophetiæ. Ex his in mentem revoco quæ Cicero (d) ait his verbis: *Divinare autem morientes etiam, illo exemplo confirmat Possidonius, quo affert Rhodium quemdam morientem sex æquales nominasse, dixisse qui primus eorum: qui secundus, qui deinceps moriturus esset.* Quomodo autem id accidere possit, tres affert rationes, dues Gregorius, nimirum sive accidere per revelationem; sive quod e materia emerge-

(d) Cicer. de Div. l. 1.

re

re jam egressuræ animæ inchoantes, prælibare quædam possunt de his quæ vinculis solutæ carnis intelligunt.

XXV. Salutandi modus & non usus inductus. Hic vero dum de hac agimus peste, non possumus non confutare errorem, qui nulla veterum testificatione vulgo jactatur: ex hoc tempore scilicet, cum pestis ingrueret, & homines morbo tacti sternutando mortui caderent, pie introductum, ut sternutantem quemlibet salutemus. Inolevisse enim ejusmodi usum apud Gentiles longe ante, Plinius (a) testatur: accidisse tamen certum est, ut aliter illi quam nos ejusmodi salutationem impertirent deos invocando, nos Deum. Sed de peste jam satis.

(a) Plin. Nat. hist. l. 28.

XXVI. Conc. Hispalense. Hoc eodem anno pridie Nonas Novembris celebrata est Synodus Hispalensis, cui præfuit S. Leander ejusdem civitatis Episcopus: ex nota enim Æræ sexcentesimæ vigesimæoctavæ, annoque Regis Reccaredi quinto assertum tempus definitur. Fuit ista Synodus provincialis, cui interfuerunt octo Episcopi, qui tria in Synodo decreta firmata ☞ ad Pegasium Episcopum Astigitanum, & non Pelagium (ut scriptus codex habet, ex quo Pelagius pro Pegasio irrepsit in textum) direxerunt ☜. inter quæ illud memorabile, quo statuerunt, sæculares Judices, permissione tamen Episcopi, separare debere ancillas, aliasque extraneas mulieres a clericis: ita quidem, ut, quod frequentissime legibus Ecclesiasticis frustra vetitum fuisse constaret atque neglectum penitus, observaretur, voluit sancta Synodus laicos Judices insurgere, Episcopis jubentibus læsæ sæpius legis Ecclesiasticæ vindices. Præter autem tres dictos canones, collegit ex diversis locis Hispalensis Concilii canones undecim vir insignis Garsias Loaisa in editione, quam summa elucubravit industria, Hispanorum Conciliorum,

XXVII. Quod vero ad anni hujus res Francorum pertinet: quonam modo Rex Guntheramnus in ecclesia a sicario appetitus, Dei ope illæsus remansit, & ipsum sicarium verberatum tantum dimisit incolumem, dignum Christianissimi Principis exemplum Gregorius (b) narrat his verbis: *Interea (inquit) advenit festivitas S. Marcelli, quæ apud urbem Cabilonensem mense septimo celebratur, & Guntheramnus Rex affuit. Verum ubi peractis solemnibus ad sacrosanctum altarium communicandi gratia accessisset; venit quidam quasi aliquid suggesturus: qui dum properaret contra Regem, culter ei de manu delabitur. Apprehensoque repente, alium cultrum evaginatum in manu ejus reperiunt. Nec mora, eductus de basilica sancta, vinctus & tormentis adductus, confitetur, se emissum ad interficiendum Regem, dicens: Sic enim tractavit qui misit me: Quia cognovit Rex multorum in se odia aggregata, & suspectus ne percutiatur, omnino se a suis vallari præcipit, nec reperitur aditus qualiter ad eum cum gladiis quis possit accedere, nisi in ecclesia, in qua securus & nihil metuens stare dignoscitur, transverberetur. Sed & his de quibus locutus fuit, apprehensis, multis interemptis, hunc verberatum plagis dimisit vivum: quia nefas putavit, si is qui ab ecclesia ductus fuerat, truncaretur.* Hæc Gregorius.

(b) Greg. Turon. l. 9. c. 3. Guntheramnus Rex a Sicario frustra invaditur.

XXVIII. Sed claudamus tomum præsentem Annalium narratione obitus sanctæ Radegundis Reginæ, quæ hoc anno decimatertia Augusti diem clausit extremum, de cujus obitu idem Gregorius agit his verbis (c): *Hoc* (inquit) *anno beatissima Radegundis ab hoc mundo migravit: quæ magnum planctum in monasterio, quod constituerat, dereliquit. Fui & ego præsens ad eam sepeliendam. Obiit autem mense sexto, tertiadecima die mensis, sepulta post triduum. Quæ autem ibi ipsa die virtutes apparuerunt, & qualiter funerata, in libro miraculorum plenius scribere studui.* Hæc paucis Gregorius. Par est autem, ut antequam funus regium prosequamur, quæ ipsa in sui quod erexerat commendationem monasterii ad Episcopos ante obitum scripserat, hic te-

(c) Greg. Turon. l. 9. c. 2.



PAGIUS VI. *Concilium Hispalense I.* Ad num. XXVI. Concilium *Hispalense I.* celebratum hoc anno, a quo Spondanus in Epitome perperam illud removit, & ad annum DXCIV. rejecit. Episcopi enim in Epistola ad *Pegasium Episcopum* missa, asserunt se eam subscripsisse *die primo Nonarum Novembrium, anno quinto Regni gloriosissimi Domini nostri Reccaredi Regis Era DCXXVIII.* Regnum inierat *Reccaredus* mense Aprili, aut initio mensis Maii anni DLXXXVI. ideoque mense Novembri hujus Christi anni quintus Regni ejus decurrebat. Erat *Pegasius*, ad quem Episcopi scripsere, Astigitanæ Ecclesiæ Antistes, ut liquet ex subscriptionibus Concilii Toletani III. & ex Canone II. hujus Concilii Hispalensis: *fuit*, inquit Baronius, *ista Synodus Provincialis, cui interfuerunt octo Episcopi, quia tria in Synodo decreta firmata ad Pelagium quem vivere putarent, direxerunt.* Verum tria illa decreta, non ad *Pelagium* Papam, sed ad *Pegasium* missa sunt, ut postea Cardinalis eruditissimus recte vidit.

VII. *Guntramnus Rex a Sicario frustra invaditur.* Ad num. XXVII. Turonensis, lib. 9. cap. 3. *anno Childeberti Regis XII.* refert, *Guntramnum* Regem, cum in festivitate Sancti Marcelli ad Cabillanensem Urbem venisset, quemdam ad eum accessisse, quasi aliquid suggesturum. *Qui dum properat contra Regem, culter ei de manu delabitur.* Rex tamen illum verberatum dimisit vivum, *quia nefas putavit, si is qui ab Ecclesia eductus fuerat, truncaretur.* Sed facinus patratum anno DLXXXVII. qui Childeberti Regis est XII.

VIII. *Obitus S. Radegundis Reginæ.* A num. XXVIII. ad XLI. Anno Childeberti Regis XII. Christi scilicet DLXXXVII. *Beatissima Radegundis obiit, mense sexto, tertio decimo mensis*, inquit Turonensis lib. 9. cap. 2. qui an-

citemus; egregium monumentum hactenus industria Gregorii conservatum, licet se habeat depravatum, rudique stylo ita conscriptum (a):

(a) Greg. Turon. 9. c. 42.

XXIX. Litteræ Sanctæ Radeg. ad Episcopos.

*Dominis sanctis & Apostolica sede dignissimis in Christo Patribus omnibus Episcopis Radegundis peccatrix.*

*Congruæ provisionis tunc roborabiliter ad effectum tendit exordium, cum generalibus Patribus medicis, ac pastoribus ovilis sibi commissi causa auribus traditur, cujus sensibus commendatur, quorum participatio de charitate, consilium de potestate, suffragium de oratione ministrare poterit interventum. Et quoniam olim vinculis laicalibus absoluta, divina providente & inspirante clementia, ad religionis normam visa sum voluntarie, duce Christo, translata; hac prona mentis studio cogitans etiam de aliarum profectibus ut annunciante Domino, meæ desideria efficerentur reliquis profutura, instituente & remunerante præcellentissimo domno Rege Clotario, monasterium puellarum Pictava in urbe constitui: conditumque (quantum mihi munificentia regalis est largita) facta donatione dotavi. Insuper congregationi per me, Christo præstante, collectæ, regulam sub qua sancta Cæsaria degit, quam solicitudo beati Cæsarii Antistitis Arelatensis ex institutione sanctorum Patrum convenienter collegit, adscivi.*

XXX. *Cui consentientibus beatissimis & hujus civitatis & reliquis Pontificibus electione etiam nostræ congregationis domnam & sororem meam Agnetem: quam ab ineunte ætate loco filiæ colui & educavi, Abbatissam institui, ac me post Deum ejus ordinationi regulariter obedituram commisi. Cuique formam Apostolicam observantes, tam ego, quam sorores de substantia terrena quæ possidere videbamur, factis chartis tradidimus, metu Ananiæ & Saphiræ, in monasterio positæ, nihil proprium reservantes.*

XXXI. *Sed quoniam incerta sunt humanæ conditionis momenta vel tempora, quippe mundo in finem currente, cum aliqui magis propriæ quam divinæ cupiant voluntati servire: zelo ducta Dei, hanc suggestionis meæ paginam Apostolatui vestro in Christi nomine superstes porrigo vel devota. Et quia præsens non valui, quasi vestris provoluta vestigiis epistolæ vicarietate prosternor, conjurans per Patrem & Filium & Spiritum sanctum, ac diem tremendi judicii, sic repræsentatos vos non tyrannus oppugnet, sed legitimus Rex coronet: Ut si casu post meum obitum quæcumque persona, vel loci ejusdem Pontifex seu potestas Principis, vel alius aliquis (quod nec fieri credimus) congregationem vel suasu malevolo, vel impulsu judiciario perturbare tentaverit, aut regulam frangere, seu Abbatissam alteram, quam sororem meam Agnetem, quam beatissimi Germani, præsentibus suis fratribus benedictio consecravit: aut ipsa, congregatio (quod fieri non potest) habita murmuratione, mutare contenderit: vel quasdam dominationes in monasterio, vel rebus monasterii quæcumque persona, vel Pontifex loci, præter quos antecessores Episcopi, aut alii me superstite habuerunt novo privilegio, quicumque affectare voluerit: aut extra regulam exinde egredi quis tentaverit: seu de rebus quas in me præcellentissimus domnus Clotarius vel præcellentissimi domni Regis filii sui contulerunt, & ego ex ejus perceptionis permissu monasterio tradidi possidendum, & per auctoritates præcellentissimorum domnorum Regum Chariberti, Guthramni, Chilperici, & Sigeberti cum sacramenti interpositione, & suarum manuum subscriptionibus obtinui confirmari: aut ex his quæ alii pro animarum suarum remedio, vel sorores ibidem de rebus propriis contulerunt, aliquis Princeps, aut Pontifex, aut potens, aut de sororibus cujuslibet persona ausus minuere, aut sibimet ad proprietatem revocare sacrilego voto contenderit; iram vestræ sanctitatis, successorumque vestrorum post Deum pro mea supplicatione & Christi voluntate incurrat, ut sicut prædones & spoliatores pauperum extra gratiam vestram habeantur. Numquam de nostra regula, vel de rebus monasterii, obsistentibus vobis, imminuere valeat aliquid, aut mutare. Hoc etiam deprecans, ut cum Deus*

PAGIUS annum incipit a Martio. *Baudonivia* Monialis in hujus Sanctæ Reginæ Vita eundem diem ac mensem notat, scilicet decimum tertium mensis Augusti, additque, illum in feriam quartam incidisse: *Quarta feria, mane primo, Idus Augusti, quo fuerat idem mensis dies XIII. clausi sunt ejus oculi.* Quare currebat littera Dominicalis E, qua insignitur, annus Christi DLXXXVIII. eodem, quo obiit, die *Radegundes* in Tabulis Ecclesiasticis colitur. Refert Baronius n. XXIX. & seqq. hujus Sanctæ Reginæ Epistolam ad Episcopos, quam pro tutela & stabilitate instituti a se in Urbe Pictaviensi Sanctimonialium Congregationis absens ad eosdem scripsit. Verum, ut Sirmondus in Edit. Conc. Gallic. notavit, cum ea data sit ad Episcopos, qui Concilio Turonensi II. anno DLXVI. celebrato adfuere; verosimile est, tum ad eos missam, cum una essent in eo Concilio congregati. Adhæc Turonensis lib. 9. cap. 39. eam initio instituti ab ea Congregationis Monialium editam docet & inter Episcopos, qui conscripserunt Decretum, quo suscepta est Beatæ *Radegundis* Epistola, primus nominatus *Euphronius* ille scilicet, qui Episcopus Turonensis fuit, quique anno DLXXII. mortuus est.

Cointius anno DLXXXVII. num. V. eam Epistolam a *Radegunde* tardius datam credit, sci- IX.

ut prædictam domnam sororem nostram Agnetem de sæculo migrare voluerit, illa in loco ejus Abbatissa de nostra congregatione debeat ordinari, quæ Deo & ipsi placuerit, custodiens regulam, & nihil de proposito sanctitatis imminuet: quam nunquam propria aut cujusquam voluntas præcipitet.

XXXII. Quod si (quod absit) contra Dei mandatum & auctoritatem Regum aliquis de suprascriptis conditionibus coram Domino & Sanctis ejus precabiliter commendatis agere, aut de persona, aut substantia minuendo voluerit, aut memoratæ sorori meæ Agneti Abbatissæ molestias aliquas inferre tentaverit: Dei & sanctæ Crucis & beatæ Mariæ incurrat judicium, & beatos confessores Hilarium & Martinum, quibus post Deum sorores meas tradidi defendendas, ipsos habeat contradictores & persecutores. Te quoque beate Pontifex, successoresque vestros, quos patronos in causa Dei libenter adscisco, si (quod absit) extiterit, qui contra hæc aliquid moliri tentaverit, pro repellendo & confutando Dei hoste, non pigeat ad Regem, quem eo tempore locus iste respexerit, vel ad Pictavam civitatem pro re vobis ante Dominum commendata percurrere, & contra aliorum injustitiam executores & defensores justitiæ laborare, ut tale nefas nullo modo suis admitti temporibus Rex patiatur Catholicus, nec convelli permittat, quod Dei & meo & Regum ipsorum voluntate firmatum est.

XXXIII. Simul etiam Principes, quos Deus pro gubernatione populi post decessum meum superesse præceperit, conjuro per Regem cujus regni non erit finis, & ad cujus nutum regna consistunt, qui eis donavit ipsum vivere & regnare; ut monasterium, quod ex permissu & solatio domnorum Regum patris vel avi eorum construxisse visa sum, & ordinasse regulariter, & dotasse sub suo tuitione & sermone, una cum Agnete Abbatissa studeant gubernare; & a nullo neque sæpe dictam Abbatissam nostram, neque aliquid ad nostrum monasterium pertinens molestari, aut inquietari, vel exinde imminui, aut aliquid mutari permittant: sed magis pro Dei nutu una cum domnis Episcopis ipsi, me supplicante coram Redemptore Gentium, sicut eis commendo, defensari jubeant & muniri: ut in cujus honore Dei famulae protegunt, cum defensore pauperum & sponso virginum perpetualiter æterno socientur in regno.

Illud quoque vos sanctos Pontifices, & præcellentissimos domnos Reges, in universum populum Christianum conjuro per fidem Catholicam in qua baptizati estis, & Ecclesias quas conservatis, ut in basilica, quam in sanctæ Mariæ Dominicæ genitricis honorem cœpimus ædificare, ubi etiam multæ sorores nostræ conditæ sunt in requie, sive perfecta sive imperfecta, cum me Deus de hac luce migrare præceperit, corpusculum meum ibi debeat sepeliri. Quod si quis aliud inde voluerit, aut fieri tentaverit, obtinente Cruce Christi, & beata Maria, divinam ultionem incurrat: & vobis intercurrentibus, in loco ipsius basilicæ merear cum sororum congregatione obtinere locum sepulturæ. Et ut hæc supplicatio mea, quam manu propria subscripsi, in universalis Ecclesiæ archivo servetur, effusis cum lacrymis deprecor: quatenus si contra improbos aliquos necessitas exegerit, ut vestra defensione soror mea Agnes Abbatissa, vel congregatio ejus, quo succurri sibi poposcerint, vestræ misericordiæ pia consolatio opem pastoralis solicitudine subministret: nec de me destitutos se proclament, quibus Deus præsidium vestræ gratiæ præparavit. XXXIV.

Illud vobis in omnibus ante oculos revocantes, per ipsum qui de Cruce gloriosam Virginem suam genitricem beato Joanni Apostolo commendavit, ut qualiter ab illo completum est Domini mandatum, sic sit apud vos indigna & humilis domnis meis Ecclesiæ Patribus & viris Apostolicis quod commendo quod cum digne ter servaveritis depositum, meritis participes, cujus impletis mandatum Apostolicum, digne reparetis exemplum. Hactenus epistola sanctæ Radegundis, prophetico (ut puto) impulsæ spiritu, quæ ventura essent prædicentis. Biennio enim ab obitu ejus regia stirpe exortæ moniales adversus Abbatissam concitatæ, ab ejus obedientia evellentes quamplurimas sorores, extra monasterium egressæ, innumerabilium turbarum causa fuerunt. XXXV.



PAGIUS *Epistola ejus ad Episcopos Concilii Turonensis II.* scilicet vel post obitum *Sigiberti* Regis, vel etiam post obitum *Chilperici* Regis, quod Radegundis in ea dicat, Monasterium a se constructum esse *ex permisso & solatio Domnorum Regum patris vel avia eorum*. Quibus ex verbis eos jam e vivis decessisse necessario sequi existimat. At fallitur Vir doctissimus. Vox enim *solatium* per hæc sæcula quodvis *auxilium* significat, ut innumeris exemplis liquet, ex quibus aliqua Ducangius in Glossario mediæ & infimæ Latinitatis, in voce, *Solatium*, in medium profert. Turonensis v. g. lib. 6. cap. 42. loquens de Childeberto II. refert Mauritium Imperatorem, cum accepisset eum pacem cum Langobardis pepigisse, pecuniam eidem a se datam repetiisse: *sed hic fidus in solatiis*, inquit Turonensis, *ne responsum quidem pro hac re voluit reddere*. Non in alia itaque significatione vocem *solatii Radegundis* usurpat in sua ad Episcopos Epistola, cui eorum Decretum proxime subjici debet, cum illa eo confirmetur. Quare Baronius qui *Radegundis* Epistolam hoc anno, quo eam demortuam credebat recitat, Episcoporum responsum refert anno DLIX. num. XXXIV.

Sed hæc suo locu dicenda. De hujusmodi contestatione ista leguntur in libro secundu Vitæ ipsius (a): *Porro clarissimis Regibus & serenissima Reginæ, quos haud vulgariter dilexit, atque sanctissimis Ecclesiis & earum Episcopis cum divina obtestatione suum commendavit monasterium.* Hæc ibi.

(a) *Apud Sur. tom. 9. die 13. August.*

XXXVI. Sed jam prævisum ante annum ab ea ipsius transitum, funusque pariter prosequamur. Res ab ea gestæ duobus habentur conscriptæ libris, priori Fortunati Episcopi, posteriori Bandoniniæ monialis ejusdem sanctæ Radegundis alumnæ, quæ ipsius postrema hujusmodi prosecuta est oratione: (b) *Sed veniamus nunc ad ejus felicissimam e corpore migrationem, quam sine lacrymis proferre non possumus. Fluunt lacrymæ ab ipsis intimis medullis, gemitusque prorumpunt, nec tamen percipitur inde consolatio. Sed si his lacrymis indulgeamus, ut interim de ejus devotione minime dicamus, majori sane culpa nos obnoxios reddimus. Usque ad diem illum quo hinc excessit, nunquam quicquam de cursu quem susceperat, imminuere voluit, memoria retinens:* Non (c) *qui cœperit, sed qui perseveraverit usque in finem, eum salvum fore. Ubi jam ad vitæ finem pervenit sanctum ejus corpusculum longa pro Christi amore ducens martyria, & multiplices perpessum cruciatus: omnes sanctimoniales lugentes & flentes ejus lectulo assistebant, ejulantesque ac duris pugnis ac lapidibus pectora verberantes, voces ad cælum dabant, clamantes & dicentes: Domine, ne permittas nos tam gravi damno affici: lumen nostrum tollis a nobis: cur nos in tenebris relinquis?* Eadem de immenso luctu sanctimonialium habet Gregorius Turonensis, qui interfuit (d). Pergit vero Bandoninia.

(b) *Apud Sur. ibid.* De transitu S. Radegundis.

(c) *Matt. 10.*

(d) *Greg. de glor. confess. c. 106.*

XXXVII. *Sed quia illa quicquid facere constituisset, id die natalitio Salvatoris facere solebat, ejus quoque beatus decessus ita evenit.* Hic attende, sic dici ab ea, die natalitio Salvatoris esse defunctam, quod eo migraverit die, quo natalis Domini dies inciderat; constat enim die decimatertia Augusti diem clausisse extremum: nam subdit: *Quarta feria, mane Idibus Augusti clausi sunt ejus oculi, & nostri obscurati. Væ nobis, quia peccavimus: afflictum est in dolore cor nostrum. Flemus & plangimus, quod te diutius, vita nostra, habere non meruimus. Eo ipso mane, quo nobis tantum mali accidit, una voce, uno planctu, uno clamore cælos penetrante, lapidicidæ, qui in monte operabantur, in aere audierunt loquentes, & unum quidem dicentem cæteris: Quid facitis? dimittite eam adhuc: hæ enim voces ad nostras usque aures pertingunt. Angeli vero eam ducentes responderunt: Quid iterum faciemus? eam jam paradisus recipit, ut glorietur cum Domino. Credimus non deferturam eam illas, quas ei placere volumus.* Cognitum est autem, has fuisse voces Angelorum pacifice altercantium (uti apud Danielem (e) exemplum legitur) illorum videlicet qui monialium præerant custodiæ, ac monasterium in tutelam acceperant, ad Angelos illos qui ad cælum euntem Christi sponsam comitabantur. Subdit vero Baodoninia:

Luctus Monialium.

(e) *Dan. 10.*

XXXVIII. Gregorius supremo persolvit.

*Flenda ergo nobis jam non est, sed reverenda: amisimus quidem in præsenti sæculo dominam & matrem, sed ad regnum Christi præmisimus intercessorem. Magnum illa gaudium excitavit in cælis, intolerabilem nobis dolorem in terris reliquit. Migrante sancta ejus anima a sæculo ad Christum, Episcopus Pictaviensis non erat domi. Abiit ergo nuncius ad virum Apostolicum dominum Gregorium Turonensem Episcopum. Ille mox advenit, & quantum suis ipse conspexit oculis, antequam eam sepeliret, ejus virtutes in libro miraculorum inseruit. Veniens autem ille ad locum, ubi sanctum jacebat corpus, sicut ipse post sacramentum lacrymans dicebat, in forma humana vultum vidit Angelicum: facies enim instar rosæ & lilii nitebat. Unde haud secus ille contremuit & timuit, atque si ipsam Domini Jesu sanctissimam matrem sibi astantem videret. Expectabatur interim vir devotus Deo plenus Pictavorum Antistes, ut eam quo par erat honore sepulturæ mandaret.*

San-

PAGIUS XXXIV. & seqq. Extat etiamnum in Urbe Pictaviensi, quod ibidem condidit *Radegundis* Monasterium nomine Monasterii *S. Crucis* insignitum, in quo a pluribus sæculis Divi Benedicti Regula servatur. Vitam *ejus* scripsere *Venantius Fortunatus* Episc. Pictaviensis, & *Baudonivia* Monialis æqualis, utramque a Mabillonio sæculo I. Benedictino recitatam, & cum Codicibus MSS. collatam.

X. Eadem hora, eademque die, *qua Beata Radegundis*, obiit etiam *S. Junianus* Abbas *Mariacensis*, cujus Vitam a Volsino Boetio Episcopo Pictaviensi, qui Ludovico Pio imperante floruit, scriptam refert ibidem Mabillonius. *Junianus*, quamvis Cœnobium *Mariacense* construxisset, & Abbas Monasterii esset, solitario tamen vitæ studio in quendam locum a se antea constructum frequenter secedebat. Mandaverat *ut statim cum a sæculo migrasset, nunciaretur Beatissimæ Radegundi, ut pro eo preces Domino funderet, quod & illa similiter fecerat. Accidit, ut eodem die, eadem hora, uterque migraret de sæculo, & quos hic unius charitatis vinculum constrinxerat, illuc eos pariter paradisi gloria simul acciperet.* Monasterium *Mariacense* in finibus Pictonum & Diœcesi Pictaviensi, vulgo *Maire* nuncupatum, positum erat sed progressu temporis in Ecclesiam Parœcialem conversum fuit.

*Obitus S. Juniani Abbatis Mariacensis.*

A nnum,

XXXIX. Canticæ lætitiæ in funere Christianorum. *Sanctimoniales omnes apud ejus totum stabant psallentes: si vero psallentium voces vel paululum reticerent, mox planctus audiebatur intolerabilis. Triduo expectatus Præsul, qui tum suam diœcesim visitabat, cum non veniset; is quem diximus vir Apostolicus Gregorius de ejus humanitate præsidens (perfecta enim charitas foras mittit timorem) in basilica sanctæ Mariæ, ubi sacra ejus monasterii virginum corpora conduntur, eam in primis honorifice tumulavit. Cumque corpus ejus sub muro cum psalmodiis deportaretur (quandoquidem instituerat illa, ut nulla vivens extra monasterii fores egrederetur) tota congregatio in muro lamentans, ita ut planctus ejus superaret psallentium voces, pro psalmo lacrymas, pro cantico mugitum, pro Alleluja gemitum reddebant.* Hic, lector, meminisse debes, veterem usum fuisse, ut in funere fidelium defunctorum una cum aliis lætitiæ canticis caneretur Alleluja, ut sanctus Hieronymus admonet in epistola ad Aletium de funere Ruffinæ conjugis. Sed pergit Baudonivia:

XL. *Orabant moniales superne, ut sub terra nonnihil quiesceret feretrum, in quo beata corpus portabatur, graviter ferentes ejus absentiam. Ibi tum ut Dominus fidelem famulam suam declararet, corpore ejus in medio populi deposito, cæcus quidam lumen recepit: qui multorum annorum passus cæcitatem, ubi ad corpus accessit, ita sanatus est, ut numquam luminibus orbatus videretur: vivit, hodieque clare videns. Cum jam humata esset a Gregorio Episcopo, operculum tumulo ejus non est ab illo impositum, donec veniret Pictaviensis Antistes. Itaque libero cereos ad eam afferebant omnes sepulcrum circumstantes, & singulæ suis cereis nomina sua inscripserant, dabantque cereos omnes per ordinem uni e famulis: & ecce extitit contentio in populo, aliis dicentibus cereos illos in sanctum ejus sepulcrum mittendos, aliis id negantibus. Interim e pueris cereos tenentis brachio unus exiliens, & populum omnem transcendens, in sepulcrum ad pedes beatæ se dimisit, litem omnem eo ipso dirimens. Inspecto cereo, inventum est nomen Calvæ inscriptum. Ea re perspecta, Episcopus & plebs omnis B. Radegundis virtutes admirantes, Dominum benedixerunt. Quæ vero post ejus decessum eo in loco declaratæ sunt virtutes & edita miracula, quot dæmoniaci liberati, quot pulsis febribus curati, quis numerare sufficiat?* Refert aliqua itidem Fortunatus, atque Gregorius.

Ad hæc tempora referri posse videtur Bajoariorum ad fidem Christi conversio, XLI.
nunciante illis Evangelium viro sanctissimo Ruperto Episcopo Vangionensi in Gallia: qui a Berchario * loci Comite dira passus, solumque vertere coactus, Dei nutu ad Borealium conversionem populorum accinctus, Boreales silvas penetrans, rigescentia adhuc impietatis glacie corda Gentilium Christianæ fidei prædicatione calefecit, atque igne divini Spiritus inflammavit. Ista quidem tam grandia cœpta Childeberti Regis Francorum anno secundo (ut ejusdem Sancti Acta testantur *a*) in hunc annum & ulterius propagata noscuntur. Porro quod de Childeberto dicitur, non ad primum Childebertum, sed ad secundum potius, quem post patrem suum Sigebertum regnare cœpisse diximus anno Domini quingentesimo septuagesimonono, esse referenda, in Notis ad Romanum Martyrologium testati sumus. Quamobrem falli eum certum est, qui (*b*) ad primum Childebertum filium Clodovei, qui regnare cepit in Galliis anno salutis quingentesimo decimoquarto, ista retulit haud levi præjudicio historicæ veritatis.

* Berthario.

Bajoariorum conversio.

(*a*) *Apud Sur. to. 2. die 27. Martii.*

(*b*) *Valen. l. 3. Annal. Bojorum.*

At non ipse tantam sibi soli putavit XLII.
aggrediendam esse provinciam: sed Christi exemplo, duodecim delegit sacerdotes quos ad prædicandum Borealibus Evangelium secum duxit: apertum vero est late ad fidem capessendam Gentilibus illis ostium, cum ipse Bajoariæ Princeps Theodo hujus nominis tertius Christo credidit: etenim reliqui ipsi subiecti, Ducem secuti, pariter effecti sunt Christiani: cujus rei gratia factum est, ut ipse Ru-

Rupertus Apostolus Bojoariorum.

PAGIUS XI. *Moritur Garibaldus Bajoariæ Dux.* A num. XLI. & seqq. Paulus Diaconus lib. 3. de gest. Langobard. cap. 31. scribit: *Flavius Rex Authari Legatos post hæc* (idest, post ingressum Francorum in Italiam adversus Langobardos) *ad Bajoariam misit, qui Garibaldi eorum Regis filiam sibi in matrimonium peterent. Quos ille benigne suscipiens Theudelindam suam filiam Authari se daturum promisit.* Hæc Legatio anno superiori obita. Subdit Paulus: *Denique post aliquod tempus, cum propter Francorum adventum perturbatio Garibaldo Regi advenisset, Theudelinda ejus filia cum suo germano, nomine Gundoald, ad Italiam confugit, seque adventare Authari sponso annunciavit,* &c. Qui eamdem cunctis lætantibus in conjugium Idus Majas accepit. Childebertus Francorum Rex ea affinitate offensus, ac veritus, ne *Boii*, qui ejus tributarii erant, a fide desciscerent, & ad Longobardos hostes inclinarent, *Garibaldum* bello aggressus est. Cæsus ne is in acie fuerit, an ad genera rum fugerit, ambiguum; sed in ejus locum *Tassilonem* Bojoariorum Ducem, a Childeberto Rege constitutum, docet Aimoinus lib. 3. cap. 77. *Apud Bajoariam*, inquit, *post Garibaldum Tassilo a Childeberto Rex ordinatus est: qui mox cum exercitu Sclavorum Provinciam introiens, parta victoria ad Solum proprium cum maxima remeavit præda.* Quæ verba Aimoinus ex Paulo Diacono lib. 4. cap. 8. desumsit; adeo ut certum sit *Tassilonem* post Garibaldum genti Bojoaricæ præfectum fuisse. Cum

Rapertus Bajoariorum Apostolus sit merito nancupatus, qui sicut fidei Christianæ fuit plantator in Bajoaria, ita in Norico rigator extitit: siquidem per sanctum Severinum, de quo plura superiori tomo diximos, illi jam acceperant Evangeliam, quod prædicatione Raperti magis magisque excolere didicerunt. Sic igitur infidelitatis excisis silvis, redditoque jam ad culturam agro Dominico, extitit eum suis auctor, ut illic complures nobiles sedes Episcopales erigerentur, in quibus suos socios Episcopos ordinandos curavit: ipse vero remisso jam antea nancio Ecclesiæ Vangionensi, a qua expalsas fuerat, electa cælestibus præviis signis sede Saleburgiensi, extructaque ibi basilica S. Petri, qao Apostolicæ sedi obsequentem esse eumdem populum commoneret, ejusdem est nominatus primus Episcopus, ubi & sanctæ sorori Erentrudæ monasterium Ducis munificentia ædificavit sab nomine sanctissimæ Virginis Mariæ Deiparæ. Demam vero postqaam cuncta quæ suisset aggressas Dei ope ex sententia confecisset, sexto Kalendas Aprilis ex hac vita migrans, ab Ecclesia inter Sanctos relatus, eadem colitur die.

XLIII. Atque de his satis, finemque accipiat septimas tomas: ejusdem vero præsentia anni res gestæ, quæ reliquæ sunt spectantes ad Gregorii Papæ electionem, in sequentem sunt referendæ tomum, qui oppottane ab ipsius Gregorii Papæ electione exordiam samet. Illa enim Annalium tomi hujus sectio hic facienda est, quod nimis cresceret in immensam, si Gregorii Papæ res in Pontificatu gestas comprehendere voluissemus, qaas nec in diversos partiri tomos ratio persaasit.

Age

PAGIUS XII. *S. Rudbertus regnante Childeberto III. Bajoariis fidem annunciavit.*

Cum igitur *Garibaldus*, primus Bajoariæ Dux asque ad præsentem annum vitam protraxerit, *Sanctus Rudbertus* Bajoariorum Apostolus de quo loquitur hic Baronius, in eam Provinciam non adventavit anno secundo Childeberti II. Francorum Regis. Auctor enim ejus Vitæ Sæc. III. Benedict. part. I. recitatæ ait; *Tempore Hildeberti Regis Francorum, anno scilicet Regni ejus secundo, honorabilis Confessor Christi Rudbertus in Vormacia Civitate Episcopus habebatur*. Addit, *Theodonem* Bajoariæ Ducem eum rogasse, ut *Noricam Provinciam* sacra illuminaret Doctrina, quo cum se contulisset. Rudbertus Ducem *Theodonem* & multos istius gentis ad fidem Christi convertisse, & ab eo licentiam obtinuisse eligendi locum ad Episcopii Sedem, qui eam collocavit apud *Juvaviam*, postea *Salisburgum* appellatam. Verum cum nullus *Theodo*, quo Bojoarios regente *Rudbertus* eis Evangelium annuncisvit, at in ejus Vita legitur, & inter omnes rerum Boicarum Scriptores convenit, anno secando Childeberti II. Francorum Regis Dux Bajoariæ fuerit, sed *Garibaldus*, manifestum est, Auctorem Anonymum Vitæ Sancti Rodberti intelligendum esse de anno secando Childeberti III. qui non minus, quam *Childebertus II.* in Austrasia regnavit, ideoque & adventum *Rudberti* in Bajoariam, sicut & Ducatum *Theodonis*, pertinere ad finem sequentis sæculi, quo de utroque verba faciemus. Porro valde refert, at iste centum annorum prochronismus emendetur; cum ex hoc uno capite tot magni momenti pendeant, ut ex sequentibus patebit.

XIII. *Monasterium Luxoviense a S. Columbano fundatum.*

*Sanctus Columbanus*, qui cum sociis hactenus in loco, cui nomen *Anagrates*, in Vosago monte degerat, hoc anno *Luxovii* in eodem monte positi Monasterium extruxit; quod nunc *Luxeu* dicitur, & in Comitatu Burgundiæ situm est, sicuti & oppidum ejusdem nominis. Cum enim multi se in ejus societatem Monachi adjunxissent, commodior locus in ea eremo inquirendus fuit, ut narrat Jonas in ejus Vita. Regulam, quam Monachi sequerentur, condidit quæ etiamnum extat apud Holstenium in Codice Veterum Regularum. Ibi Columbanus *sexcentorum ferme Monachorum Rector extitit*, ut ait Asso Abbas Dervensis in passione Sancti Bercharii. Hoc Monasterium currenti anno constructum esse, non tantum docet Marianus Scotus in Chronico; sed etiam Jonas in Columbani Vita indicat, cum scribit eum *vicesimo anno post incolatum eremi illius* in exilium missum esse, quod anno DCX. contigisse suo loco videbimus.

Hoc anno dissidium fuit in Gallia *de die Paschatis* quod anno DXCIV. juxta Baronii ordinem, explicabo.

I. Auctoris peroratio cum gratiarum actione.

Age jam, ex more, de absoluto septimo hoc Annalium tomo agamus gratias Deo optimo maximo, offeramusque ipsum pariter Dei genitrici MARIÆ, ut cujus est ope cœptus atque perfectus, ejusdem quoque meritis omni labe mundatus reddatur dignus divino conspectu, qui offerentis auctoris jure posset defectu repelli. Etenim eum hilarem datorem (ut monet Apostolus *a*) diligat Deus, hae saltem ex parte prope respuendus hic esset, qui non eadem alacritate qua cæteri, sed mœrenti animo scriptus, uti luctus partus offertur: qui & genitus summo dolore atque morte parentis, (*b*) Benoni, filius doloris mei, sit merito appellandus, quantumlibet pater eumdem Beniamin, filium dexteræ scilicet, nuncupatit: editus enim in lucem sine luce, usum vitæ pristinæ abstulit parienti; & dum sub honoris specie purpureis fasciis involvitur, ferreis nesciens miser vinculis obligarur: unde sit merito lamentandum, illudque lugubre dicendum (*c*): *Quare egressus ex utero? quare exceptus genibus? cur lactatus uberibus? Nunc enim dormiens silerem, & somno meo requiescerem cum Regibus illis & Consulibus terræ, qui ædificant sibi solitudines.*

(*a*) 2. Cor. 9.

(*b*) Genes. 35.

(*c*) Job. 3.

II. Hæc dum mecum verso, laudare non desino senem sapientissimum illum Berzellajum, qui a Rege licet sanctissimo invitatus in Regiam, ad quietem, ad securitatem, ad gloriam (*d*): *Non indigeo* (inquit) *hac vicissitudine; sed obsecro ut revertar servus tuus, & moriar in civitate mea, & sepeliar juxta sepulcrum patris mei & matris meæ:* jure præferens aulæ regiæ patriam sepulturam, atque regium apparatum posthabens vitæ rusticæ hactenus feliciter ductæ. Sed & quem sapientem prædico, non desino beatum terque felicem dicere, & invidere, dum quod rogavit, est consecutus, nec fuit jussu Regis retentus invitus, sed permissus lætus ad propria remeare, atque in pace vitæ cursum absolvere.

(*d*) 2. Reg. 19.

III. Ast eum a quiete & tranquillitate aliisque bonis abstrahar violenter, atque invitus abripar: unum dumtaxat reliquum est quod petam: ut eum hæc adeo inquieta, tristia, ærumnosa, metu plena atque periculis nonnisi te curante, Dei genitrix, mihi contigerint: tu ipsa per lubrica gradienti, in summo versanti discrimine, deque æterna salute ad singula momenta periclitanti feras opem assidue, & fluctuanti præsidium afferas: alioquin perplexos resolvas laqueos, atque molestæ & invitæ vitæ fila disrumpas, ne ob inanem gloriolam istam miser incaute vere perennis gloriæ dispendium patiar: sicque benedicens tu ipsa novissimis meis (*e*) magis quam principio, te juvante, æternam beatitudinem consequar, gratia Domini nostri Jesu Christi, qui cum Patre & Spiritu sancto vivit in sæcula sæculorum. Amen.

(*e*) Job. 42.

*Hic Baronius septimum Annalium Tomum absolvit.*

# ANNALES ECCLESIASTICI.

I. Præfatio auctoris cum implaratione Divini auxilii.

EX superaddita oneri consueto Ecclesiasticorum negotiorum sarcina ad optatam quietem longe positam cam magis anhelem atque suspirem: magna tamen octavi Annalium tomi scriptionem aggrediendi ex eo mihi fiducia comparatur, quod pro foribus Gregorius Magnus occurrit; patronus idem noster duplici subsidio profuturus, adminiculo precum scilicet, quibus divinum concilietur auxilium, & suorum scriptorum copia, ex quibus tamquam ex locupletissima cella penaria, quæ primum erunt scribenda, ipse abunde suppeditat. Verum non progreditur solus, cum in occursum egreditur; sed quæ præcedit in titulo, prima procedit in via, nobis opitulatura præcurrens Virgo Deipara. Amborum etiam nomine, nempe Mariæ, atque Gregorii, nostra nobilitatur Ecclesia, apud quam iidem Annales nostri sunt elaborati, scripti, recitati, ac sæpius repetiti, atque hactenus in lucem editi. Quæ igitur prior ordine & major est meritis, nobis occurrat potior in auxilio, atque virtute potentior adsit: ipsa mater foveat partus suos, atque faveat natis suis. Ut enim quos ad genua Rachelis pariebat ejus ancilla ipsa eos suos filios esse dicebat (*a*); ita suos hac lege esse dicat oportet nostros Annales ipsa Virgo sanctissima, quos summo labore, ad ejus genua provoluti, enixis precibus consuevimus parturire.

(a) Genes. 30.

II. Sed & inde erigitur magis animus, quod creverint nobis divina ex recenti collata dignitate subsidia: gloriosi enim martyres patrocinii quoque titulo acccesserunt, Petri discipuli, conciliatores regiæ virginis nuptiarum cum sponso cælesti, atque ejusdem ad coronam martyrii promotores, eunuchi fratres, concupiscentia steriles, spiritali prole fœcundi, potentes gratia, gloria celebres, decori purpura, coronis fulgidi, insignes palmis Nereus & Achilleus una cum martyre æque & virgine Flavia Domitilla. Quibus cum Magno Gregorio in auxilium junctis, erit mihi in sancta quadriga ista, cui insideat auriga Deipara, magna fiducia: adeo ut illud ex Cantico secure occinere liceat (*b*): *Quadriga tua salvatio*. Qua cum vectus fuero, ardua quæque accessu & transitu difficilia facile superabo: sperans insuper Dei beneficio dandam, ut una cum Annalibus, annis quoque vitæ bene perfunctus, jam non amplius in circi illius vitæ periodis e calce rursum reducendus ad carceres, sursum cælum versus curru isto cælesti, adminiculo scilicet Sanctorum precum, sublimis tollar, atque ex optato in Domino tandem perpetuo requiescam.

(b) Habac. 3.

| JESU CHRISTI ANNUS 590. | GREGORII. PAP. ANNUS 1. | MAURITII IMP. ANNUS 5. |
|---|---|---|

I. QUingentesimi nonagesimi Christi anni res gestæ majori ex parte in superiorem tomum relatæ sunt, usque videlicet ad electionem Gregorii Magni in Romanum Pontificem: jam vero reliqua prosequamur de rebus ab eo præclare gestis post electionem usque ad finem præsentis anni, qui & Imperii Mauritii Augusti quintus numeratur, octava Indictione ad mensis Septembris terminum decurrente, & nona tunc inchoante.

II. Sed antequam ista aggrediamur, quod in primis ad tempus spectat, scias era-

---

PAGIUS SÆC. VI. Anno Eræ Hispan. DCXXVIII. A. C. 590.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6083.

☉ 21. A ☽ 2. P. 26. Mart. aliis 2. April. Indict. 8.

JESU CHRISTI 590.

GREGORII PAPÆ 1.

MAURICII IMP. 9.

I. Postconsulatus.

IS annus hac formula notatus: *VIII. post Consulatum Mauricii Tiberii Aug. solius VI.* at habet Chronicon Alexandrinum, & in altera hujus anni parte, qua Baronius Tomum VII. claudit jam diximus.

II. Mauriciana Chronologia confirmatur.

Ad num. II. *Mauricius* qui die XIII. mensis Augusti anni quingentesimi octogesimi secundi Imperium sucepit, eodem die hoc anno nonum Imperii inchoavit, ideoque hæc verba: *Pelagio Juniore mortuo Romana Ecclesia Gregorius in Episcopatum succedit; Præst annis XV.* temere inserta sunt in Chronicon Joannis Abbatis Biclariensis ad annum V. Mauricii Imp. Nam cum is Auctor hoc tempore vixerit, *Reccaredo* scilicet in Hispaniis regnante, ignorare non potuit, *Gregorium Magnum* præsenti anno Sedem Romanam adeptum esse. Hic locus Baronio fraudi

De ordinatione S. Gregorii Pap.

rare eos qui diversam ineunt rationem annorum Mauritii Imp. ab hac nostra assertione, qua ponimus S. Gregorii creationem sub anno quinto ejusdem Mauritii. Præter id enim quod superius dictum est anno primo ejus Imperii: qui hujus temporis, suæque ætatis breviter res gestas conscripsit Joannes fundator monasterii Biclarensis (hoc enim titulo ejus perbrevis historia inscribitur) affert istud ipsum, anno videlicet quinto ejus Imperii sanctum Gregorium esse creatum Pontificem: quo pariter anno Theodosium Mauritii filium a patre tradit Cæsarem esse dictum. Hæc de anno Imperatoris, & promotionis Gregorii in Pontificem Maximum. ☞ Sed his revocatis ad calculos, aliam iniisse oportuit rationem, quam vide superius anno quingentesimo octogesimosexto, ubi annum primum Mauritii auctoritate Græcorum, & Latinorum, & Biclarensis hujus pariter collocavimus, sed opus fuit dimovisse. ☜

III. Quod autem ad diem ordinationis ejus spectat, nihil est quod revocari possit in dubium, utpote quæ ob excellentiam tanti Pontificis relata fuerit singulari prærogativa in tabulas Ecclesiasticas, annis singulis in memoriam ac cultum Fidelibus revocanda ipsa die qua contigit, nempe tertio Nonas Septembris, ejusmodi præclaro elogio (a): *Romæ ordinatio incomparabilis viri sancti Gregorii M. in Summum Pontificem: qui onus illud subire coactus, e sublimiori throno clarioribus sanctitatis radiis in urbe refulsit.* Hæc de ejus ordinatione, cum videlicet est consecratus in Romanum Pontificem: qui & ante, cum ex præscripto sacrorum canonum a clero electus fuit, re vera Pontifex dici potuit, cum ab eo tempore a Deo acceperit Pontificium, absque alia expectata de consecratione ab

(a) Martyr. Rom. die 3. Septemb.

*Ann. Eccl. Tom. X.* Qqq

PAGIUS di fuit; inde enim deduxit, *Mauricium*, cujus anno quinto *S. Gregorius* Pontifex Romanus creatus fuisset, anno DLXXXV. Imperatorem nuncupatum esse, cum tamen illum ea dignitate triennio postea exornatum, certum indubitatumque sit.

III. *Theodosius Mauricii filius fit Imperator.* Errat etiam Biclariensis, qui ad annum V. ejusdem Mauricii scribit: *Mauricius Theodosium filium suum ex filia Tiberii Imp. natum Cæsarem facit.* Et ad annum VI. Mauricii: *Mauricius Theodosium filium suum, quem supra Cæsarem diximus, Romanorum Imperatorem facit.* Nam de Dignitate Cæsarea ante Augustæam Theodosio collata, neque Theophanes, neque Zonaras, neque Auctor Chronici Alexandrini, neque Cedrenus mentionem faciunt: sed aiunt tantum, Festis Paschalibus coronatum esse Imperatorem; quod currenti anno peractum, Theophanes & Auctor Chronici Alexandrini testantur: hæc verba Auctoris Chronici Alexandrini, ad annum VI. post Consulatum Mauricii: *Hoc anno Festis Paschalibus Mauricius Tiberius inauguravit filium suum Theodosium Imperatorem; sed non in societatem administrationis, nec aliud quid sub ipso gestum, quod in cognitionem Imperatoris esset, sed tantum coronatus est.* Idem habet Theophanes ad annum Incarnationis secundum Alexandrinos DLXXXII. qui Kalendis Septembris superioris Christi anni inchoatur: *Hoc anno mensis Martii die sexto supra vigesimum, Indictione octava, Theodosius Mauricii Imp. supremi filius, die Paschati sancto, a Joanne Patriarcha, quatuor solis annis cum medio natus Coronam Imperii accepit.* Idem denique scribit Cedrenus ad annum Mauricii VIII. Quare *Theodosius* anno DLXXXV. circa finem mensis Septembris in lucem prodiit, non vero anno DLXXXVIII. uti existimavit Baronius anno DLXXXVIII. num. VI. qui tamen evectionem Theodosii ad Imperium recte hoc anno consignavit, licet eum quintum Imperii Mauricii cum Biclariensi perperam appellet, ut jam dixi. Porro *Theodosium* in Actis publicis *Augustum* vocatum fuisse infra videbimus.

IV. Notabile est quod modo ex Auctore Chronici Alexandrini retulimus, *Mauricium* nempe Imperatorem *Theodosium* filium Augustum renunciantem in societatem Imperii eumdem non adscivisse; id enim ante hæc tempora rarius factum. Hujus tamen rei exemplum habemus in *Albino*, cui Commodus Aug. Cæsaris nomen, sed non Cæsareum Imperium communicavit, quamvis Albinus postea a *Severo* illud obtinuerit, uti anno CXCVIII. ostendi. Imperio magis declinante id sæpius quam antea factum, & aliquod discrimen positum inter vocem *βασιλεὺς*, qua Imperatores promiscue donabantur, & vocem *αὐτοκράτωρ* quæ *Imperatorem* proprie significat. Nam cum ii filios suos Augustali corona exornabant, & Imperatores renunciabant, non semper patiebantur, ut se *αὐτοκράτορας* sed *βασιλεῖς* idest, *Reges* duntaxat inscriberent. Sic Chronographus Alexandrinus de coronatione *Theodosii* in Imperatorem verba faciens, priori tantum voce utitur; atque, *Mauricium* filium coronasse *εἰς βασιλέα* idest, *in Regem*, ut ostendat patrem supremam sibi auctoritatem reservasse. Hunc posteriorum sæculorum usum potissimum discimus ex Codino de Officiis Palat. cap. 17. num. II. ubi professionem fidei in coronatione ab Imperatoribus fieri solitam refert in hunc modum: *Ego N. in Christo Deo nostro fidelis Rex & Imperator Romanorum* (*πιστὸς βασιλεὺς καὶ αὐτοκράτωρ ῥωμαίων*) *propria manu hæc promisi, ac præscripsi.* Subdit Codinus: *Si vero filium habeat, præfigit & ipse confessioni suæ illud:* Imperator Romanorum (*αὐτοκράτωρ ῥωμαίων*); *si pater concesserit: si minus, istud solummodo præfigit.* Fidelis in Christo Deo nostro Romanorum Rex N. seu, ut in Græco legitur, *βασιλεὺς ῥωμαίων.* Quæ ad Scriptores Byzantinos intelligendos observanda. Utramque enim vocem, etiam postquam a me Tom. I. hujus Criticæ sedulo discussa fuit, aliquos Viros doctos in errorem transisse animadverti.

*Imperatorum filii sine participatione Imperii aliquando.*

V. *S. Gregorius ordinatur Pontifex Romanus.* Ad num. III. Divus *Gregorius Magnus* consecratus est Pontifex Romanus die tertia mensis Septembris, ut non tantum Martyrologium Romanum, Usuardus in antiquissimo Codice MS. San-Germanensi, & Bellinus; sed etiam alii Martyrologi asserunt apud Bollandum ad diem XII. mensis Martii in Vita Sancti hujus Pontificis. Quia tamen Episcoporum ordinationes aliis sæpe diebus quam quibus contigerint, in Martyrologiis recitantur & Divi Gregorii ordi-

ab Imperatore licentia.

IV. Gregorii electio qualis.

Jam vero in hunc unum Gregorium conversi oculi omnium erant, utpote qui cæteris omnibus vitæ sanctitudine, claritudine generis, scientia, atque usu rerum præstaret; quique non in Occidentali tantum orbe, sed & in Orientali quoque ubi diu in functione legationis, sive Apocrisarii muneris versatus fuerat, omnibus optime notus, ab omnibus Pontifex expeteretur; ut quæ de ipso inferius dicenda erunt, ostendunt. Qui enim in orbis theatro præfecturæ Urbanæ fascibus jam antea, qualis quantusve esset, innotuisset, contemptu mundi in trabea monachali magis enituit: clarior vero redditus, ex quo assumptus est in Cardinalem: sed fulgore majore resplenduit ex legatione Constantinopoli bene persuncta. Tot igitur splendorum radiis illustratus, etsi nollet, ac vitaret licet (quod non possit abscondi civitas supra montem posita) in se omnium animos traxerat & obligarat, hoc ipso potissimum tempore, cum (ut diximus tomo superiori) ingens lues Urbem depasceretur; quo ut qui omnium esset sanctissimus eligeretur, necessitas impellebat: urgebat vero magis, dum super Urbem barbaricus Longobardorum gladius immineret, diraque fames ingrueret atque sæviret: unde quærendus ab omnibus fuit sanctus, qui pestilentiam propulsaret; fortis, qui defenderet Urbem; & qui esurientem populum pasceret, deligendus pastor amator pauperum: nonnisi illud propheticum eidem occinentibus cunctis (a): *Princeps esto noster: ruina autem hæc in manu tua.* Ad hoc præelectus a Deo, ut ædifices, & plantes, & dispersa colligas, atque infirma consolides. Quæ cuncta ipse naviter (ut suo loco dicemus) implevit, atque abundantius præstitit.

(a) Isai. 3.

V. Adversus invasores Rom. Ecclesiæ immunitatis.

At non simulac Pontifex Romanus electus est, in Petri cathedra sedit, neque sedere licuit: etenim quod sub Arianis Gothorum Regibus præsumptum diximus superioribus tomis, ut electus Pontifex, nonnisi persoluta pecunia confirmatus a Principe sedere deberet; vindicata postea Urbe cum universa Italia a Gothorum tyrannide per Justinianum Imperatorem, non minore ille tyrannide idem jus confirmandi Romanum Pontificem, & pro confirmatione pecuniam exigendi sibi retinuit. Deplorat ista idem S. Gregorius, dum illud Psalmi pœnitentialis elucidat: *Qui laudabant me, adversum me jurabant*; cum Simoniacam hæresim insectatur, & ait: (b): *Hæc est inquam, hæresis, quæ prima nascentis Ecclesiæ rudimenta tentavit, & ante alias hæreses prima apparuit. Cujus erroris vesania licet ex tunc damnata fuerit, postea tamen in Ecclesia germine pestifero pullulavit, nostris vero maxime temporibus malitiæ suæ vires exercuit, & totius Ecclesiæ pacem schismatica infestatione turbavit. Concitavit enim adversus Ecclesiam Dei non solum innumerabilem multitudinem, verum etiam regum (si fas est dicere) potestatem. Nulla enim ratio sinit, ut inter Reges habeatur, qui destruit potius, quam regit Imperium; & quoscumque habere potest perversitatis suæ socios, eos a consortio Christi efficit alienos. Qui turpissimi lucri cupiditate allectus, sponsam Christi captivam cupit abducere, & passionis Dominicæ sacramentum ausu temerario contendit evacuare. Ecclesiam quippe, quam sui sanguinis pretio redemptam Salvator noster voluit esse liberam, hanc ipse, potestatis regiæ jura transcendens, facere conatur ancillam. Quanto melius foret, si dominam suam esse agnosceret, eique religiosorum Principum exemplo devotionis obsequium exhiberet, nec contra Deum fastum extenderet dominationis, a quo suæ dominium accepit potestatis? Ipse est enim qui ait (c): Per me Reges regnant. Sed immensa cæcatus cupiditatis caligine, & divino (ut patet) ingratus beneficio, & contra Deum fastuosus, terminos quos posuerunt patres nostri, contempto divino timore, transgreditur, & contra Catholicam veritatem suæ furore tyrannidis efferatur.*

(b) Greg. in Psal. 4. Panit.

(c) Prov. 7.

VI. *In tantum autem sua temeritatem extendit vesania, ut caput omnium Ecclesiarum*

ram

PAGIUS dinatio ad diem XXIX. Martii refertur in Martyrologiis MSS. Aquisgranensi, Bruxellensi, MS. Florario ab eodem Bollando ibidem citatis, & in Martyrologio Gallicano Saussaii ad dictum diem legitur: *Leodii & Suessione hoc die colitur ex antiqua observatione ordinatio S. Gregorii Papæ*; certius argumentum ad hoc probandum eruitur, tam ex charactere Dominicæ, quæ hoc anno in diem III. Septembris incidit, quam ex duratione ejus Sedis. Sanctus enim Gregorius die XII. mensis Martii anni DCIV. ad Deum migravit, postquam Romanæ Ecclesiæ præfuisset *annis tredecim, mensibus sex, & diebus decem*, ut Joannes Diaconus in ejus Vita, & communi consensu cæteri tradunt. Quamobrem die tertia Septembris hujus anni consecratus fuerat. Cæterum cum tres alii Romani Pontifices ejusdem nominis, scilicet Gregorius II. Gregorius III. & Gregorius VII. in Martyrologio Romano, aliisque quibusdam memorentur, posset referri dies ille XXIX. Martii ad aliquem ex his tribus Pontificibus, licet aliis diebus consecrati fuerint; cum ibidem Divus Gregorius titulo *Magni* aut *Doctoris Ecclesiæ* non appelletur.

VI. Ad num. V. & seq. Baronius refert locum, quem credit esse S. Gregorii Magni in Psalmum IV. Pœnitentialem, ex quo deducit Romanos Pontifices postquam legitime electi fuerant, possessionem Sedis Apostolicæ inire non potuisse

nisi

rum. *Romanam Ecclesiam sibi vindicare, & in domina gentium terrenæ jus potestatis usurpet: quod omnino ille fieri prohibuit, qui hanc beato Petro Apostolo specialiter commisit, dicens* (a): *Tibi dabo Ecclesiam meam. Obstruatur ergo os loquentium iniqua, & omnis hæreticorum acies obmutescat: quia nullas vires habet mendacium, quod ipsius voce veritatis invenitur destructum.* Hucusque Gregorius, qui (ut vides) Regis nomine indignum eum habet, qui Romanam Ecclesiam suis spolians juribus & libertate, quoquo modo subjugare & sub tributo ipsam redigere conabatur: quem & contra Catholicam agere veritatem proclamat. Qui & inferius in ejusdem Psalmi expositione eo versu: *Initio tu Domine terram fundasti*. Inter diros Ecclesiæ persecutores adnumerat Imperatorem talia præsumentem, dum ait: *Quid enim Nero? Quid Diocletianus? Quid denique iste, qui hoc tempore Ecclesiam persequitur. Numquid non omnes portæ inferi?* Cum tamen sive de Mauritio, sive eo qui ipsi successit, Phoca, vel Tiberio, vel Justino, qui hos præcesserunt, Augustis (cujusvis horum temporibus velis scripsisse Gregorium commentarium illum) omnes reperiantur fuisse fide Catholica Orthodoxi, hacque tantum ex parte damnandi, quod confirmationem electi in Romanum Pontificem sibi (ut vidimus) vendicarent.

(a) Matt. 16. Persecutores Ecclesiæ qui dicantur.

VII. Greg. electus Pont. scribit ad Imp.

Tam grande malum licet Gregorius adeo sit detestatus, tolerandum tamen ipsi in tanta temporum iniquitate fuit, cum jugi bello Longobardi Italiam infestarent, Romamque ipsam obsidione sæpe vallarent atque perstringerent: unde periti nautæ more turgentis maris undas haud prora findentis, sed clavo potius declinantis, electionem suam irritam reddere laboravit, sicque antevertere malum illud, quod sibi imminere cognosceret. Quamobrem qui clero ipsum eligenti non posset obsistere, neque resistere populo postulanti: ad unicum illud remedium sibi confugiendum esse putavit, ut bene utens occasione illa, & ex veneno sibi parans antidotum, ad Mauritium Imperatorem, ad quem de electione facta mittebatur a clero populoque Romano decretum, litteras daret, quibus ipsum pluribus dehortaretur ab electionis confirmandæ sententia.

VIII. (b) Joan. diac. in Vita S. Greg. l. 1. c. 39. 40. Germanus agit pro Pontificatu Gregorii.

Ista præsentiens Germanus (b) Præfectus Urbis, occurrens malo, nesciente ipso Gregorio, ejus ad Mauritium Augustum datas litteras intercepit; suas vero addidit ad eundem, quibus eum certum redderet, nihil his perditissimis temporibus opportunius contingere potuisse, quam ut Gregorius nobilis genere, vita sanctissimus, scientiaque cæteris præstans, Romanus Pontifex esset electus; rogans ipsum pariter, ut petenti clero, & populo postulanti, ejus confirmando electionem, annuere vellet. Quod ei perfacile fuit suadere, utpote qui ipsum Gregorium degentem olim Constantinopoli satis perspectum habuisset, eoque fuisset familiarissime usus; quem & compatrem delegisset, eum genitum a se filium ab eo ex sancti lavacri regeneratione suscipi voluit. (c) Hic autem admonendum lectorem putamus, quod quem Præfectum Urbis Joannes diaconus Germanum nominat, aliter habet Gregorius Turonensis ex relatione sui diaconi, qui tunc in Urbe erat: non enim Germanum dictum nomine Præfectum Urbis fuisse, sed eumdem fuisse germanum ipsius sancti Gregorii significat. Sunt hæc verba ipsius: *Præfectus urbis Romæ germanus ejus, anticipavit nuncium, & comprehenso disruptis epistolis, &c.* ☞ Nisi interpunctio vitiosa irrepsit, ut legendum sit: Præfectus urbis Germanus ejus anticipavit nuntium. Quæ lectio magis placet, eo quod apud neminem auctorum legerim, Gregorio fuisse germanum. ☜

(c) Gregor. Tur. hist. Franc. l. 10. c. 1.

IX.

Degebat interea Gregorius in Urbe securus, quod adeo efficaces se sciret dedisse litteras ad Imperatorem, quibus redderetur omnino a confirmatione suæ electionis aversus. Mihi enim & illud facile persuadeo, ipsum non siluisse, quod exigeret argumentum, de tyrannice usurpata electionis Romani Pontificis confirmatione, immo ut ingens malum detestatum esse, contestationem adjecisse, interminatumque adversus eum divinum judi-



PAGIUS *Expositio in VII. Psalmos Pœnitentiales non est fœtus S. Gregorii M.*

nisi numerata pecunia Imperatori. Verum Commentarius ille nec Divi Gregorii, nec alicujus Auctoris æqualis opus est, & ex modo loquendi de Regia & Imperiali auctoritate in ea usurpato, apparet illud editum Gregorio VII. sedente, & Henrico IV. imperatore, cui melius quam Mauritio aut Phocæ, attribui possunt quæ auctor Imperatori exprobrat, quod nempe Schismate Ecclesiam sciderit, & simonia pacem Ecclesiæ turbarit. Non desunt tamen qui censent eam septem Psalmorum Pœnitentialium Expositionem Gregorio VII. adjudicandam esse, uti notavit Gussanvilla in ultima editione Operum S. Gregorii Magni.

VII. *Præfectus Urbis S. Gregorii electionis confirmationem petit.*

Ad num. VIII. *Germanus* Præfectus Urbis scripsit ad Mauricium Imp. ut *Gregorii* electionem confirmaret, licet is Pontificatum declinaret, & imperatorem, ut populus a quibus electus fuerat consensum negaret, rogasset per literas occulte ad eum missas. Præfectum Urbis, tam Joannes Diaconus in Vita Gregorii Magni lib. 1. cap. 5. quam Auctor Anonimus, sed synchronus, vitæ S. Gregorii Magni a Bollando publicatus, vocant *Germanum* licet, in vulgaris Gregorii Turonensis codicibus lib. 10. cap. 1. legatur: *Sed Præfectus Urbis Romæ Germanus ejus anticipavit nuncium*, nempe Gregorii Magni, qui eum cum literis suis ad Imperatorem di-

dicium, si non fineret Romanam Ecclesiam liberam, jamdiu in servitutem eo modo tyrannice viodicatam: ut eum Mauritius ista legisset, longe longius abhorreret ut missum a clero & populo decretum electionis probaret, eidemque subscriberet. Haud enim æquo animo Principes, dominari aliis assueti, pati rigidos sacerdotes solent, quibus in iis quæ ad Deum sunt, cogantur obtemperare, vel eos, si renuant, experiantur ultores. Ista, inquam, fretus securitate Gregorius una cum commilitis in Urbe degebat,

X. Sed quomodo se habere soleret administratio Romanæ Ecclesiæ, dum qui electus erat vetabatur, tyrannice ab Imperatore ea quæ sunt Pontificis munia exercere, donec accedente Imperatoris consensu, Pontificio initiari daretur: colligi facile potest ex epistola (a) Romani cleri ad Scotos reddita, eum sedes vacaret morte Severini Pontificis, electusque in locum ejus esset Joannes hujus nominis Quartus, sed nondum consecratus. Videre est in litteris illis, curam Romanæ Ecclesiæ non electum Pontificem solum gessisse, sed quatuor simul ejusdem Ecclesiæ ministros sacros, nempe Archipresbyterum primo loco, deinde ipsum electum, tertio loco Primicerium, quarto vero Consiliarium: apud hos enim donec legitimus Pontifex sedere posset, cura posita erat non Romanæ tantum, sed universalis totius orbis Ecclesiæ: eodemque ordine quo recensiti sunt, inscribebantur eorum nomina in litteris quas scribi in diversas provincias contingebat; sicut positum videmus in dictis ad Scotos datis litteris, in hunc modum: *Dilectissimis & sanctissimis Thomiano, &c. Hilarius Archipresbyter & servans locum sanctæ sedis Apostolicæ, Joannes diaconus, & in Dei nomine electus, item Joannes Primicerius & servans locum sedis Apostolicæ, & Joannes servus Dei Consiliarius ejusdem sedis Apostolicæ.* Ita ibi.

(a) Bed. hist. Angl. l. 2. c. 19.

XI. Cæterum quod ad Gregorium spectat, in ipsum veluti si confirmatus Pontifex esset, ut ab eo in tanta, in qua ob pestem ingruentem calamitate erant temedii aliquid acciperent, intenti oculi omnium erant. Nullus enim interea sacri ordinis ministrorum existebat, qui tanto electo Pontifice, nisi ejus jussione sibi aliquod arrogaret officium, præsumeretque quodvis publicum obire munus: quamobrem invitus in tanta rerum & temporis necessitate cogitur ipse Gregorius, Christiana jubente charitate, ad breve spatium temporis gerere se Pontificem, seu potius pro Pontifice, in his dumtaxat, quæ ad expiationem spectarent Urbis, ad luem videlicet ingruentem avertendam litanias indicendo, & eisdem pio studio frequentandis, exhortationemque ad populum, qua ad pœnitentiam provocaret, habendo.

XII. Cum enim eadem pestis magis urgeret (inquit Gregorius Turonensis *b*) verbum ad plebem pro agenda pœnitentia in hunc modum exorsus est: *Oportebat, fratres carissimi, &c.* Sed antequam hic ipsum reddamus integre sermonem, monendus est lector, eumdem perperam relatum in ipsius Gregorii epistolarum librum undecimum sub Indictione sexta; quod & fefellit qui novam ejusdem Gregorii operum editionem elaborarunt, dum ad finem concionis, eam habitam posuerunt sexta Indictione. Præstat quidem hac ex parte audire historicos omnes testantes dictum ab ipso Gregorio fuisse quarto Kalend. Septembris, Indictione octava, præsenti videlicet anno: cui veritati certum est asserere vetera exemplaria; quæ omnia si deessent, ex veritate historiæ dicta lectio magis probanda: nam cum constet eum ad populum habitum esse sermonem tempore ingruentis pestilentiæ, eamque hoc anno contigisse, quo & Pelagius Papa obiit, assertione ipsius Gregorii certum sit, neque aliquando postea tam dire, dum Gregorius vixit, eam vexasse populum; plane impossibile est ut ad sextam, vel aliam aliquam Indictionem referri possit. His accedit ejus qui sermoni interfuit, diaconi Turonensis testificatio, dum id factum retulit, antequam Gregorius Pontifex ordinaretur. Quibus quidem omnibus cum æque omnes assentiantur, qui habitam hoc tempore eam asserunt esse orationem, cum id

(b) Greg. Tur. l. 10. c. 1.

Corrigitur error de tempore habitæ concionis.

PAGIUS dirigebat. Nam, ut recte observat Baronius, interpunctio vitiosa irrepsit, legendumque: *Præfectus Urbis Germanus, ejus anticipavit nuncium*, vel clarius interpunctio post vocem, Germanus, apponenda.

VIII. Ad num. X. Existimat Baronius, post electionem novi Pontificis curam Romanæ Ecclesiæ non electum Pontificem solum gessisse, sed quatuor simul ejusdem Ecclesiæ ministros sacros; quod colligit ex Epistola Romani Cleri ad Scotos reddita, cum Sedes vacaret morte *Severini* Pontificis, electusque in locum ejus esset *Joannes* IV, sed nondum consecratus. Recitat eam Beda lib. 2. cap. 19. ejusque principium est: *Dilectissimis & Sanctissimis Thomiano, &c. Hilarus Archipresbyter, & servans locum Sanctæ Sedis Apostolicæ Joannes Diaconus & in Dei nomine Electus; item Joannes Primicerius, & servans locum Sanctæ Sedis Apostolicæ, & Joannes servus Dei consiliarius ejusdem Apostolicæ Sedis.* Verum rerum gerendarum potestas vacante Sede fuit penes Archipresbyterum, Archidiaconum, & Primicerium Notariorum, nisi contingeret, ut ex illis tribus unus eligeretur Pontifex: tunc enim quartus substituebatur, & Archipresbyter aut Archidiaconus, qui nomine Dia-

*Mortuo aut absente Romano Pontifice a tribus Ecclesia regebatur.*

id ipse disertis verbis insinuet; nihil est ut de iisdem vel leviter saltem dubitari possit. Cum autem eadem quæ inter epistolas ipsius Gregorii concio habetur, recitetur pariter a Gregorio Turonensi: in quibus inter se editiones discrepent, ponemus in margine. Sic enim se habet (*a*):

(*a*) *Greg. l. 11. c. 2. Regist.*

XIII. *Oportet, fratres carissimi* *, *ut flagella Dei, quæ metuere ventura debuimus, saltem præsentia & experta timeamus. Conversionis nobis aditum dolor aperiat, & cordis nostri duritiam ipsa jam, quam patimur, pœna dissolvat. Ut enim, propheta teste, prædictum est:* (*b*) *Pervenit gladius usque ad animam. Ecce enim cuncta plebs cælestis iræ mucrone percutitur, & repentina singuli cæde vastantur; nec languor mortem prævenit, sed languoris moras (ut cernitis) mors præcurrit. Percussus quisque ante rapitur, quam ad lamenta pœnitentiæ convertatur. Pensate ergo, qualis ad conspectum districti Judicis pervenit, cui non vacat flere quod fecit: habitatores quippe non ex parte subtrahuntur, sed pariter corruunt, domus vacuæ relinquuntur, filiorum funera parentes aspiciunt, & sui eos ad interitum hæredes præcedunt. Unusquisque ergo nostrum ad pœnitentiæ lamenta confugiat, dum flere ante percussionem vacat. Revocemus ante oculos mentis, quicquid errando commisimus: & quod nequiter egimus, flendo puniamus. Præveniamus faciem ejus in confessione, & sicut propheta* (*c*) *admonet, levemus corda nostra cum manibus ad Deum* *. *Ad Deum quippe corda cum manibus levare; est orationis nostræ studium cum merito bonæ operationis erigere. Dat profecto, dat tremori nostro fiduciam, qui per prophetam clamat* (*d*): *Nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur & vivat. Veternosas namque Ninivitarum* (*e*) *culpas triduona pœnitentia abstersit, & conversus* (*f*) *latro vitæ præmia etiam in ipsa sententia suæ mortis emeruit.*

* dilectissimi.

Gregorii sermo tempore pestis.

(*b*) *Hier. 4.*

(*c*) *Thren. 3.*

* Dominum

(*d*) *Ezech. 18.*

(*e*) *Jon. 3.*

(*f*) *Matt. 27.*

XIV. *Levemus igitur corda, & præsumamus nos jam percepisse quod petimus. Citius ad precem Judex flectitur, si a pravitate sua petitor corrigatur. Imminente ergo tantæ animadversionis gladio, nos importunis fletibus insistamus: ea namque quæ ingrata esse hominibus importunitas solet, Judici veritatis placet; quia pius & misericors Deus a se vult veniam precibus exigi, qui, quantum meremur, non vult irasci. Hinc etenim per Psalmistam* (*g*) *dicitur* * *Invoca me in die tribulationis tuæ, & eripiam te, & magnificabis me. Ipse ergo sibi testis est, quia invocantibus misereri desiderat, qui monet ut invocetur. Proinde, fratres carissimi, contrito corde & correctis operibus crastina die, primo diluculo ad Septiformem litaniam, juxta distributionem inferius designatam, devota* * *mente cum lacrymis veniamus. Nullus vestrum ad terrena opera in agros exeat, nullus quodlibet negotium agere præsumat: quatenus ad sanctæ Dei genitricis Domini ecclesiam convenientes, qui simul omnes peccavimus, simul omnes mala quæ fecimus deploremus, ut districtus Judex dum culpas nostras nos punire considerat, ipse a sententia propositæ damnationis parcat.* Hactenus sermo, idemque dictus in Ecclesia sanctæ Sabinæ in Aventino, & scriptus affixus ecclesiæ Albo, cui litaniarum ordo istiusmodi subscriptus habetur:

Hortatio ad pœnitentiam.

(*g*) *Psal. 49.*

* dicit.

* devota ad lacrymas mente.

*Litania clericorum exeat ab ecclesia beati Joannis Baptistæ.* XV.

Litania septiformis dicta.

*Litania virorum ab ecclesia beati martyris Marcelli.*

*Litania monachorum ab ecclesia martyrum Joannis & Pauli.*

*Litania ancillarum Dei ab ecclesia beatorum martyrum Cosmæ & Damiani.*

*Litania feminarum conjugatarum ab ecclesia beati primi martyris Stephani.*

*Litania viduarum ab ecclesia martyris Vitalis.*

*Litania pauperum, & infantium ab ecclesia beatæ martyris Cæciliæ. Facta sunt hæc in basilica sancta Sabinæ sub die quarto Kal. Septembris Indictione octava.* Hactenus ex veteri eademque germana lectione, ex qua recentiores emendes, in quibus (ut diximus) inconsulte nimis sexta Indictio ponitur: quando enim ista contigerint, liquido constat. Porro quam legistis Septiformem litaniam per diversarum personarum atque locorum ordinem distinctam, apud Gregorium Turonen-

PAGIUS *Diaconi* sæpe exprimitur, suum locum servabant, ut liquet ex laudata Epistola, in qua Joannes IV. Diaconus secundo tantum loco nominatur, licet Pontifex electus esset. Profecto si servare locum Sedis Apostolicæ jure electionis ei competiisset, primo loco nominatus fuisset. Electo itaque nihil fuit juris ad res gerendas, donec ordinaretur, ratione electionis suæ, nisi ante eam *inter servantes locum Sedis Apostolicæ* connumeratus esset.

IX. Archipresbyter, Archidiaconus, & Primicerius Notariorum, non tantum vacante Sede; sed etiam absente summo Pontifice, Ecclesiam Romanam administrabant. Extat in capite 2. libri Diurni Romanorum Pontificum titulo 1. formula litterarum ad Exarchum *de Transitu Pontificis* scribi solitarum, in qua hæc leguntur: *superscriptio. Domino atque præcellentissimo & a Deo nobis longæviter in principalibus ministeriis feliciter conservando Ill. Exconsuli, Patricio & Exarcho Italiæ, Ill. Archipresbyter, Ill. Archidiaconus, Ill. Primicerius Notariorum, servantes locum sanctæ Sedis Apostolicæ*, ubi Ill. idem est quod hodie apud nos N, cum scilicet locus nominis indicatur. Præterea sanctus *Martinus* Papa in Epistola ad Theodorum,

*Ab Archipresbytero, Archidiacono & Primicerio Notariorum.*

(a) Greg. Tur. l.10. c.1. aensem aliter dispositam inveaies in huac modum (a):

XVI. *Clerus igitur egrediatur ab ecclesia sanctorum martyrum Cosmæ & Damiani cum presbyteris Regionis sextæ.*

*Omnes vero Abbates cum monachis suis ab ecclesia sanctorum martyrum Gervasii & Protasii cum presbyteris Regionis quartæ.*

*Omnes Abbatissæ cum congregationibus suis egrodiantur ab ecclesia sanctorum martyrum Marcellini & Petri cum presbyteris Regionis primæ.*

*Omnes infantes ab ecclesia sanctorum martyrum Joannis & Pauli cum presbyteris Regionis secundæ.*

*Omnes vero laici ab ecclesia sancti protomartyris Stephani cum presbyteris Regionis septimæ.*

*Omnes mulieres viduæ ab eclesia sanctæ Euphemiæ cum presbyteris Regionis quintæ.*

*Omnes autem mulieres conjugatæ egrediantur ab ecclesia sancti martyris Clementis cum presbyteris Regionis tertiæ. Ut de singulis ecclesiis exeuntes cum precibus ac lacrymis ad beatæ Mariæ semper Virginis genitricis Domini Dei nostri Jesu Christi basilicam congregemur: ut ibi diutius cum fletu ac gemitu Domino supplicantes, peccatorum nostrorum veniam promereri valeamus. Hæc eo dicente, congregatis clericorum catervis, psallere jussit per triduum, ac deprecari Domini misericordiam. De hora quoque tertia* *undique *veniebant utrique * chori psallentium ad ecclesiam clamantes per plateas Urbis,*

Diversæ Litaniæ habitæ. *Kyrie eleison.* Hæc Gregorius, quæ accepit a suo diacono tunc in Urbe morante. Sed unde ista diversitas? non aliunde puto, quam quod cum non semel ejusmodi indictæ fuerint litaniæ, proque diversitate dierum, diversæ affigerentur in ecclesia inscriptiones, singulæ diebus singulis: ex alia ipsarum alterius dici Gregorii diaconus descripserit, ex alia alius retulerit inter epistolas. Plures eo tempore celebratas esse ejusmodi litanias diversis diebus, & processum quoque fuisse ad sancti Petri basilicam, constat ex veteribus Ritualibus. Subdit vero idem Gregorius Turonensis:

XVII. *Asserebat autem diaconus noster qui aderat, in unius horæ spatio, dum voces plebs ad Dominum supplicationis emisit, octoginta homines ad terram corruisse, & spiritum exhalasse. Sed non destitit sacerdos tantus prædicare populo, ne ab oratione cessarent.* Hucusque de his Gregorius, quæ (ut dictum est) accepit a suo diacono: qui cum eumdem Gregorium sacerdotem nominet plane declarat ipsum jam ex diacono fuisse presbyterum ordinatum, sed haud diu ante; nam inferius idem Gregorius: *Ab hoc etiam diaconus noster reliquias sanctorum (ut diximus) sumpsit, dum adhuc in diaconatu Gregorius degeret.* Hæc ipse.

Habent veteres Rituales libri (ut vidimus) ultimis litaniis esse processum ad XVIII.
basilicam Apostolorum principis Petri, atque ab eodem Gregorio sanctam imaginem Deiparæ magna veneratione delatam: fuisse autem illa traditur, quæ hactenus extat in basilica S. Mariæ ad Præsepe, & a populo honorifico cultu frequentatur: eam tunc a S. Gregorio in processione delatam, Ordo Romanus, quem pluribus exemplaribus Vaticana bibliotheca custodit, affirmat: quibus major proculdubio adhibenda fides est, quam casis haud pridem Veneriis. Tunc vero & mirandum illud accidisse tradunt, ut cum pervenisset procedendo Gregorius ad molem Hadriani Tiberi adjacentem, Angelus super molem Hadriani visus.
in signum reconciliati numinis, visus fuerit Angelus nudatum gladium in vagina reponere, eoque symbolo morbum cessasse significare voluisse, quemadmodum (ut superius ex eodem Gregorio (b) dictum est) per sagittas visas cælitus lapsas idem fuerat divinitus præmonstratus. Sic itaque in tempore concitatæ divinæ iracundiæ (ut scriptum est c) Gregorius factus est reconciliatio, cum averterit ipse divinam indignationem a populo: cujus rei gratia in litaniis illis, quæ annua celebritate in Ecclesia antiquo usu recurrunt pro omnibus avertendis malis, idem Gregorius preces indixit cum gratiarum actione pro tanto accepto divinitus beneficio. Extat ejus indictionis formula, quam hactenus inter ipsius Gregorii epistolas asservatam hic tibi legendam proponimus: sic enim se habet (d):

(b) Greg. dial. l.4. c.36.

(c) Eccles. 44.

(d) In Registr. in prin. Ind. 10.

XIX. In majori Litania gratiarum actiones additæ: *Solemnitas annuæ devotionis nos, filii dilectissimi, admonet, ut litaniam, quæ Major ab omnibus appellatur, sollicitis ac devotis debeamus, auxiliante Domino, mentibus celebrare; per quam a nostris ex-*

PAGIUS rum, quæ ordine est XV. ait, in jussione a Calliopa Exarcha scriptum fuisse, quod ipse irregulariter & sine lege Episcopatum surripuisset, & in Regiam Urbem transmittendus esset, *subrogato Episcopo: quod*, inquit sanctus Martinus, *needum aliquando factum est, & spero quod nec aliquando fieri habet: quia in absentia Pontificis Archidiaconus, & Archipresbyter, & Primicerius locum præsentant Pontificis*. Animadvertit Garnerius in Notis ad citatum titulum, Archidiaconum priore loco a Martino appellatum; cum tamen ille tam in citata ad Scotos Epistola, quam in illa formola secundo tantum loco censeatur. Peculiare itaque Privilegium fuit Sancti Gregorii M. & consequentium nonnullorum, quod Clero annuente res administraverint, licet nondum ordinati essent.

*excessibus, ejus misericordiæ supplicantes, purgari aliquatenus mereamur. Considerare etenim nos convenit, dilectissimi, quam variis continuisque calamitatibus pro nostris culpis & offensionibus affligamur, & qualiter cælestis pietatis nobis subinde medicina subveniat. Sexta igitur feria venientes, a Titulo beati Laurentii martyris, qui appellatur Lucinæ, egredientes, ad beatum Petrum Apostolorum principem Domino supplicantes cum hymnis, & canticis spiritualibus properemus; ut ibidem sacra mysteria celebrantes, tam de antiquioribus, quam de præsentibus beneficiis pietati ejus, in quantum possumus, referre gratias mereamur.* Hæc Gregorius de lue cessante gratiarum referens actionem. Verum non sic pestis penitus cessavit, ut omnino extincta fuerit, licet maxima ex parte vis ejus repressa sit; ut quæ dicentur, ostendent.

XX. De fuga Gregorii.

XX. Sed quid ipse post hæc? non quidem secundum illud de ignavis atque superbis antiquitus usurpatum proverbium: In prœlio cervi, in pace leones: sed e converso, se leonem in prœlio exhibuit, prodigens vitam ipsam, stansque ante omnes in prima acie primus in tanto discrimine militabat intrepidus: & ubi pax, conciliato numine, reddita est, tamquam cervus sibi timens, fugam arripuit, latibula captans, cum scilicet litteræ Imperatoris de confirmatione ejus electionis Romam delatæ fuerunt; quod iisdem ferme diebus accidit. Sed quid de his primo Turonensis Gregorius habeat, hic reddamus: Cum, inquit (a), *latibula fugæ prepararet, capitur, trahitur, & ad beati Apostoli Petri basilicam deducitur, ibique ad Pontificalis gratiæ officium consecratus, Papa Urbi datus est. Sed nec destitit diaconus noster, nisi ad Episcopatum ejus de portu rediret, & qualiter ordinatus fuerit, præsenti contemplatione susciperet.* Hæc ipse. Verum de ejus occulta fuga habet ista Joannes diaconus (b): *Quia*, inquit, *palam egredi portas civitatis non poterat, a negotiatoribus exportandum se, dissimulato (ut fertur) habitu, callidus impetravit: silvarum saltus expetiit, cavernarum latibula requisivit. In quibus dum ab omnibus summa solicitudine quæreretur, indicis columnæ fulgida super se jugiter e cælo dependentis agnoscitur, capitur, trahitur, & apud Petri Apostolorum principis templum Pontifex consecratur.* Hæc de fuga, inventione, & consecratione Gregorii Joannes: quæ quidem omnia & ea ipsius Gregorii Papæ scriptis fidem aliquam sibi vendicat.

(a) Greg. Tur. hist. Franc. l. 10. c. 1. in fin.

(b) Jo. diac. vit. S. Gre. l. 1. c. 44.

Divinis signis impedita fuga Gregorii.

XXI. Etenim dum per apologium ad Joannem Ravennatem Episcopum, qui ipsum ob eam causam incusarat, in præfatione libri curæ pastoralis ad eum scripta se excusat, hæc habet (c): *Pastoralis curæ me pondera fugere delitescendo voluisse, benigna, frater carissime, ac humillima intentione reprehendis, &c.* De signo autem divinitus ostenso, quod dictum est a Joanne, ipse ex epistola ad Cyriacum Constantinopolitanum Episcopum fidem aliquam sibi sumit, dum ista habet (d): *Ego quoque qui indignus ad locum regiminis veni, infirmitatis meæ conscius, secretiora loca petere aliquando decreveram: sed superna mihi indicia * adversari conspiciens, jugo Conditoris subdidi cervicem cordis, hoc præcipue perpendens, quia qualibet occulta loca sine Dei gratia animam salvare non possunt, &c.* Idemque ad Natalem Episcopum Salonitanum his verbis (e): *Quia divinis judiciis * non poteram resultare, necessario mentem meam parti lætiori revocavi.* Ita Gregorius, cum conceptum ea sua creatione mœrorem deponere ac penitus propulsare eo argumento studeret, quod scilicet ita Deo placitum esse, signis haud dubiis cognovisset. Quæ igitur adeo mirandis præostensa est signis ordinatio, celebrata hoc anno, tertio Nonas Septembris, eadem velut sacrosancta, annis singulis in Ecclesia repetenda, consignata tunc publice fuit in Romanæ Ecclesiæ tabulis; quæ & in universo Catholico orbe solemnis hactenus perseverat. Cæterum etsi pendenda ab ipso Gregorio fuerit Imperatori eadem pecuniæ quantitas, quæ a prædecessoribus Gothorum temporibus exacta est; haud tamen in crimen adduci potuit, quasi redemptum pecunia Pontificatum obtinuerit: etenim electio (ut dictum est) legitime facta illi contulit Pontificatum, non Imperatoris confirmatio tyrannice usurpata, quæ pecunia licite redimi potuit, cum non redimeretur ea Pontificatus, sed executio muneris, eo modo (quod aliter non liceret) ab illata vexatione se liberando.

(c) Greg. in præfat. lib. Pastor.

(d) Greg. l. 6. ep. 4. vet. edit.

* judicia

(e) Greg. lib. 1. epist. 20.

* indiciis

XXII. Ordinatus igitur S. Gregorius Summus Pontifex, mox creditum sibi populum, ut optimus pastor, Dei verbo alere aggressus, in eadem S. Petri basilica primam ordine positam habuit homiliam, qua pluribus præsentis temporis deploravit ærumnas: etenim accidere visum est tunc temporis secundum illud Joelis (f): *Residuum erucæ comedit locusta, residuum locustæ comedit bruchus, residuum bruchi comedit rubigo.* Siquidem alia plura post pestem secuta sunt mala; nam cum adhuc apud basilicam Vaticanam ordinatus Pontifex Gregorius resideret, ventis vehementibus concussa civitate, quæ vetustate infirma erant ædificia solo prostrata sunt: addita his fuere mala alia recentia & instantia, quibus tum Italia premebatur ubique, tum Roma ipsa dirius vexabatur. Quo factum est, ut cre-

(f) Joel. 1.

Roma ventorum vi magna ex parte prostrata.

de-

deretur extrema mundo dies judicii imminere: cujus rei gratia idem Gregorius pontifex mense Novembri habens eam in eadem basilica sancti Petri ad populum homiliam in illam Evangelii lectionem, qua (*a*) signa adventus sui a Domino prænunciata sunt, post alia habet ista: *Pestilentias sine cessatione patimur*. Et de signis præostensis futurorum malorum: *Priusquam*, inquit, *Italia; gentili gladio ferienda traderetur, igneas in cælo acies vidimus, ipsoque qui post humani generis fusus est sanguine coruscantes*. Et inferius: *Ecce, fratres mei, jam cernimus, quod audiebamus: Novis quotidie & crebrescentibus malis mundus urgetur. Ex illa plebe innumerabili quanti remanseritis, aspicitis: & tamen adhuc quotidie flagella urgent, repentini casus opprimunt, novæ nos & improvisa clades affligunt*. Et paulo post: *Nudius tertius, fratres, agnovistis, quod subito turbine annosa arbusta eruta, destructæ domus, atque ecclesiæ a fundamentis eversa sunt. Quanti ad vesperum sani atque incolumes acturos se in crastinum aliquid putabant, & tamen nocte eadem repentina morte defuncti sunt, in laqueo ruinæ deprehensi? Sed considerandum est nobis, dilectissimi, quod ad hæc agenda invisibilis Judex venti tenuissimi spiritum movit, unius procellam nubis excitavit, & terram subruit, casura tot ædificiorum fundamenta concussit. Quid ergo Judex ipse facturus est, cum per semetipsum venerit, & in ultionem peccatorum ira ejus exarserit, si portari non potest, cum nos per tenuissimam nubem ferit? In iræ ejus præsentia quæ caro subsistet, si ventum movit, & terram subruit, & concitavit aera, & tot ædificia stravit?*

(*a*) Luc. 21.

XXIII. Fuerant hæc omnia jam antea a functo Benedicto prænunciata, cum S. Sabinum Episcopum Canusinum alloqueretur ea quæ ipse S. Gregorius recitat verbis istis (*b*): *Roma a Gentilibus non exterminabitur, sed tempestatibus, coruscis turbinibus, ac terræmotu fatigata in semetipsa marcescet. Cujus prophetiæ mysteria nobis facta sunt luce clariora: qui in hac Urbe dissoluta mœnia, eversas domos, destructas ecclesias turbine cernimus; ejusque ædificia longo senio lassata, quia ruinis crebrescentibus prosternantur, videmus*. Hæc Gregorius. Sed his malis alia addebantur, nempe Longobardorum foris urgentium metus, pavor intus ex iis qui tunc erant Urbis custodiæ milites mancipati, accensa discordia: de quibus idem Gregorius in epistola ad Paulum Scholasticum post Pontificatum initum tertia ordine scripta ista habet: (*c*) *Veniente autem viro magnifico domno Maurentio Cartulario, ei quæso in Romanæ urbis necessitate concurrite: quia hostilibus gladiis foris sine cessatione confodimur, sed seditione militum interno periculo gravius urgemur*.

(*b*) Greg. dialog. lib. 2. c. 15.

De urbis clade prædictio.

(*c*) Greg. l. 1. ep. 3.

XXIV. Imminebat insuper hoc anno dira fames; cujus rei causa ipse Gregorius, simulac ordinatus est Pontifex, e Sicilia frumentum vehendum curavit, ut patet ex secunda ordine data epistola ad Prætorem Siciliæ ipso mense Septembri, inchoante nona Indictione: ubi inter alia (*d*): *De qua re curam gerite: quia si quid minus huc transmittitur*, frumenti petiti videlicet, *non unus quilibet homo, sed cunctus simul populus trucidatur*. Sic igitur non tam sedem Pontificiam, in qua sederet, visus est Gregorius consecutus, quam conscendisse jactatam omni ex parte turbinibus navem, atque dimotus e sede quietis vocatus ad bella, durosque labores subeundos, & graves perpetiendas ærumnas. Hinc ipse ad Joannem Constantinopolitanum Episcopum scribens quartam ordine epistolam, inter alia habet ista (*e*): *Quia vetustam navem vehementer confractam indignus ego infirmusque suscepi: undique enim fluctus intrant, & quotidiana ac valida tempestate quassatæ putridæ naufragium tabulæ sonant; per omnipotentem Deum rogo, ut in hoc mihi periculo orationis vestræ manum porrigatis: quia & tanto enixius potestis exorare, quanto & a confusione tribulationum, quas in hac terra patimur, longius statis*. Hæc Gregorius pressus angustiis undique gemens ac dolens.

Penuria urbem vexat.

(*d*) Greg. l. 1. ep. 2.

(*e*) Greg. l. 1. ep. 4.

Status Ecclesiæ Romanæ hujus temporis.

XXV. Verum quo magis increbrescere vidit mala, eo fortius ad ea superanda animi virtute surrexit, & tantum abfuit ut illis succumberet, ut ea omnia potentissime superans, visus sit tot immensos fluctus, Christi confisus verbo qui vocaverat, sicco vestigio pertransisse; ut diceret cum Apostolo (*f*): *In omnibus tribulationibus patimur, sed non angustiamur*. Quanta enim fuerit animi tranquillitate inter tot fluctus atque procellas, ex eo quisque facile poterit intelligere, dum (ut ipse testatur in epistola ad Leandrum Episcopum Hispalensem (*g*) hoc ipso exordio Pontificatus sui, tamquam si summo otio frueretur, curisque omnibus vacuus, solitarius detineretur monastica cellula, præclarissimum illud de Pastorali cura commentarium elaboravit, ea occasione accepta, quod (ut dictum est) Joannes Ravennas Episcopus ipsum litteris arguisset, quod pastoralem curam, delitescendo fugere voluisset. Qua in re imitatus est Magnus Gregorius Gregorium Nazianzenum: sicut enim ille eadem ex causa scripsit de sua fuga apologeticum, quo sublimem periculosamque ejusmodi spiritualem præfecturam osten-

(*f*) 2. Cor. 4.

(*g*) Greg. l. 4. ep. 46.

Qua occasione Gregor. scripsit librum curæ pastoralis.

ostendens, se haud insipienter fugisse monstraret; Ita hic noster suæ fugæ defensionem parans, simul ostendit periculum, pariterque docuit, quales esse debeant, qui in Episcopos assumuntur, & quo modo qui assumpti sunt se gerere in regimine ipso, atque insuper quo modo docere alios debeant, & ad sui cognitionem eosdem redire demum oporteat. Qua in re non apologiam tantum de fuga sua visus est scribere, sed pastor ipse pastorum pascere eos primum omnium voluisse, unde & daretur eis optime sibi subditos curare greges; memor nimirum, primum omnium incumbere ex Domini
(a) Luc. 22. (a) jussione, sicut Petro, ita & successoribus ejus, labantes confirmare fratres.

XXVI. Scribens igitur de cura pastorali volumen, nihil aliud visus est operatus, quam in eminentissima omnium cathedra sublimis positus docere voluisse omnes qui essent in toto Christiano orbe pastores, necnon eos qui eisdem postea futuris sæculis in eodem munere pastorali essent substituendi Episcopi successores. Ita plane, cum ad Synodos celebrandas postea convenerunt Episcopi, hoc ipsum (ut suo loco dicetur) ingenue professi sunt. Sed quanta id animi demissione, procul abhorrens a fastu, Gregorius ipse præstiterit, ejus accipe verba, cum perorat: *Ecce*, inquit, *bone vir, reprehensionis meæ necessitate compulsus, dum monstrare qualis esse debeat pastor invigilo, pulchrum depinxi hominem pictor fœdus, aliosque ad perfectionis littus dirigo, qui adhuc in delictorum fluctibus versor*. Hæc ipse: qui eo se vinculo arctius obstringere voluisse videtur, ut quæ alios scribendo docuisset, primus ipse opere implere satageret, exemplar sibi optimi pastoris velut in tabula pictum ob oculos ponens, ut se ipsum in eamdem imaginem transformaret.

XXVII. De S. Gregorii scriptis judicium. Cæterum quod ad ipsius Gregorii scripta pertinet, plane ea admiranda cognosces, si in eis non folia tantum, sed qui insint fructus velis attente perspicere, atque percipere. Tulit infelicissima conditio sæculi hujus, ut inter barbaros barbarismis luculenta repleta Latinitas, & solœcismorum obducta carie fuerit Romana lingua: ut pene miraculum habitum sit, Gregorium inter tot tenebras aliquo illucescere potuisse fulgore. Sed cœpta jam prosequamur.

XXVIII. Cum autem meditaretur ista Gregorius, ipso suæ sedis exordio, pati coactus est ingruentia undique gratulantium agmina: *Importuna fune narratio in luctu musica* (*b*); quod cogat Christiana charitas, (*c*) *gaudere cum gaudentibus*. Magis vero exulcerabant animum ejus illi, qui cum spirituales essent, ut conscii ejus animi & instituti, aliter judicare debe-

(b) Eccl. 22.
(c) Rom. 12.



rent, æque ut cæteri gestire gaudio viderentur. Hinc ipse ad Paulum Scholasticum his primis ordinationis suæ diebus scribens, hæc ait (*d*): *Quicquid mihi ex honore sacerdotalis officii extranei arrident, non valde penso: de vobis autem mihi hac ex re arridentibus non minime doleo, qui desiderium meum plenissime scitis, & tamen profecisse me creditis. Summus enim mihi profectus fuerat, si potuissem implere quod volui; si voluntatem meam, quam dudum cognitam habetis, perficere optatæ quietis perceptione valuissem*. Alludens ad fugam, quam frustra captasset, scribit hæc ad Paulum Scholasticum Siciliæ Præfectum, cum successorem ab Imperatore accepisset Leonem Exconsulem: quo tempore idem S. Gregorius (*e*) ad curandum Ecclesiæ Romanæ patrimonium in Siciliam misit Petrum subdiaconum, cui & in mandatis dedit, ut interesset Conciliis ab omnibus Episcopis ejus insulæ annis singulis convocandis. Sed ad eumdem Petrum paulo post litteras (*f*) dedit, cum ipse vendicare vellet Romanæ Ecclesiæ fundum quemdam, præcipiens, ut si quadraginta annis absque intermissione possessio illius continuata esset, nulla fieret possessori molestia, nolens uti privilegio a Justiniano Ecclesiæ Romanæ concesso centum annorum, ne exordia Pontificatus sui aliorum lacrymis auspicaretur.

(d) Greg. l. 1. ep. 3.

Dolor de alieno gaudio.

(e) Greg. l. 1. ep. 1.

(f) Greg. l. 1. ep. 9.

Dum in his esset, nec quem devorarat, ex suis ærumnis conceptum mœrorem dirigere omnino posset, eo magna XXIX. Gregorii cum amicis expostulatio.
sæpe regurgitante amaritudine animi, gemens & dolens, unde sibi malum quo angebatur provenisse sciebat, eo conversus; gravius questus est, cum amicis expostulans, quod apud Imperatorem non intercessissent, ut de sua electione decretum irritum redderetur. Hoc argumento ab eo scriptæ sunt litteræ ad Joannem Episcopum Constantinopolitanum & alios: ad ipsum enim in primis hæc habet (*g*): *Si caritatis virtus in proximi dilectione consistit, & sic diligere proximos sicut nos jubemur; quid est quod me beatitudo vestra non ita sicut se diligit? Quo enim ardore, quo studio Episcopatus pondera fugere volueritis, scio: & tamen hæc eadem Episcopatus pondera ne mihi deberent imponi, non restitistis. Constat ergo, quia non me sicut vos diligitis, qui illa me voluistis onera suscipere, quæ vobis imponi noluistis*. Sunt complures ejusdem Gregorii epistolæ ad diversos datæ, quibus luget miserrimum quem putabat animæ suæ statum, in quem sub honoris specie se videret esse conjectum: dignæ quidem omnes quæ ab omnibus legerentur, verum ob prolixitatem vitandam eas hic reddere prætermittimus; ne tamen jejunum omnino lectorem di-

(g) Greg. l. 1. ep. 4.

mittamus, satis sit hic referre quam hoc ipso sui Pontificatus initio scripsit ad sororem Imperatoris, nomine Theoctistam, pietate, sicut & generis claritudine insignem feminam; qua quidem, qui intus
(a) Greg. l. 1. ep. 5. laterent, animi fluctus aperit: ait enim post ejus exordium (a):

XXX Deplorat Gregorius suæ vitæ statum.

*Sub colore Episcopatus ad sæculum sum reductus: in qua*, cura scilicet pastorali, *tantis terræ curis inservio, quantis me in vita laica nequaquam deservisse reminiscor. Alta enim quietis meæ gaudia perdidi, & intus corruens, ascendisse exterius videor: unde me a Conditoris mei facie longe expulsum deploro. Conabar namque quotidie extra mundum, extra carnem fieri; cuncta phantasmata corporis ab oculis mentis abigere, & superna gaudia incorporaliter videre: & non solum vocibus, sed medullis cordis mei ad Dei speciem anhelans, dicebam:*
(b) Psal. 26. *(b) Tibi dixit cor meum: Quæsivi vultum tuum: &, Vultum tuum Domine requiram. Nihil autem in hoc mundo appetens nihil pertimescens, videbar mihi in quodam rerum vertice stare: ita ut in me pene impletum crederem, quod pollicente Domino, ex Propheta didicissem:* (c) Isa. 58. *(c) Sustollam te super altitudines terræ. Super enim altitudinem terræ sustollitur, qui & ipsa quæ alta & gloriosa præsentis videntur sæculi per mentis despectum calcat. Sed repente a rerum vertice, tentationis hujus turbine impulsus, ad timores pavoresque corrui: quia etsi mihi nihil timeo, eis tamen qui mihi commissi sunt, multum formido.*

XXXI. *Undique causarum fluctibus quatior, & tempestatibus deprimor; ita ut recte dicam: Veni (d) in altitudinem maris, & tempestas demersit me.* (d) Psal. 68. Gregorii ærumnæ in cura Pastorali. *Redire post causas ad cor desidero, sed ab eo cogitationum tumultibus exclusus redire non possum. Ex hoc ergo mihi longe factum est, quod intra me est: ita ut obedire nequeam propheticæ voci, qua dicitur (e): Redite prævaricatores ad cor.* (e) Isa. 46. *Sed stultis pressus cogitationibus solummodo exclamare compellor (f): Cor meum dereliquit me.* (f) Ps. 39. *Contemplativæ vitæ pulchritudinem velut Rachelem (g) dilexi, sterilem, sed videntem ac pulchram, quæ etsi per quietem suam minus generat, lucem tamen subtilius videt.* (g) Genes. 29. *Sed quo judicio, nescio, Lia mihi in nocte conjuncta est activa videlicet vita, fecunda, sed lippa, minus videns, quamvis amplius pariens. Sedere ad pedes Domini cum Maria festinavi, verba oris ejus percipere: & ecce cum Martha compellor in exterioribus ministrare, & erga multa satagere. Expulsa a me (ut credidi) legione dæmonum, volui oblivisci quos novi, ad Salvatoris pedes quiescere: & ecce mihi nolenti atque compulso dicitur (h): Revertere in domum tuam, & annuncia quanta fecerit tibi Dominus.* (h) Marc. 5. *Sed quis inter tot terrenas curas valeat Dei miracula prædicare, cum jam mihi difficile sit saltem recolere? pressus enim in hoc * onere tumultu sæcularium negotiorum, ex eis me esse video, de quibus scriptum est (i): Dejecisti eos, dum allevarentur.* * honore (i) Ps. 72. *Neque enim dixit: Dejecisti eos: postquam allevati sunt: sed, dum allevarentur: quia pravi quique dum temporali honore suffulti, foris videntur surgere, intus cadunt. Allevatio ergo ipsa ruina est: quia dum gloria falsa subnixi sunt, a gloria vera evacuantur.*

XXXII. Hinc iterum dicit (k) *Deficientes ut fumus deficient.* (k) Ps. 36. *Fumus quippe ascendendo deficit, & sese dilatando evanescit. Sic videlicet fit, cum peccatoris vitam præsens felicitas comitatur: quia unde ostenditur ut altus sit, inde agitur ut non sit. Hinc rursum scriptum est (l): Deus meus pone illos ut rotam.* (l) Ps. 82. *Rota quippe ex posteriore parte attollitur, & in anterioribus cadit. Posteriora autem nobis sunt bona præsentis mundi, quæ relinquimus; anteriora autem sunt æterna & permanentia, ad quæ vocamur, Paulo attestante, qui ait (m): Quæ retro sunt oblitus, in ea quæ sunt priora me extendens.* (m) Phili. 3. *Peccator ergo cum in præsenti vita profecerit, ut rota ponitur, quia in anterioribus corruens, ex posterioribus elevatur: nam cum in hac vita gloriam percipit quam relinquit, ab illa cadit quæ post hanc venit. Et quidem multi sunt, qui sic exteriores provectus regere sciunt, ut per eos nequaquam interius corruant. Unde scriptum est (n): Deus potentes non abjicit, cum & ipse sit potens.* (n) Job. 36. *Et per Salomonem dicit (o): Et intelligens gubernacula possidebit.* (o) Prov. 1. *Sed mihi hæc difficilia sunt, quia & valde onerosa: & quod mens sponte non recipit, congrue non disponit. Ecce serenissimus dominus Imperator fieri simiam leonem jussit. Et quidem pro jussione illius vocari leo potest, fieri autem leo non potest: unde necesse est, ut omnes culpas & negligentias meas non mihi, sed suæ pietati deputet: quia virtutis ministerium infirmo commisit.* Hactenus Gregorius, qui eodem quoque argumento litteras (p) dedit ad Narsetem Patricium, (p) Greg. l. 1. ep. 6. 7. necnon alias ad Anastasium Episcopum Antiochenum: desiderantur autem litteræ scriptæ ad Imperatorem, quarum meminit in illis redditis ad eumdem Anastasium, dum ait: *Præterea indico, quia a serenissimis dominis quantis valui precibus postulavi, ut vos, honore restituto, ad sancti Petri Apostolorum Principis limina venire, & quousque Deo placuerit, hic mecum vivere concedant: quatenus dum vos videre meruero, pere-*

*regrinationis nostræ tadium de eterna patria invicem loquendo relevemur.* Hæc Gregorius.

XXXIII. Pro Anastasio Antioch. Ep. Gregorius laborat.

Quorum verborum sensum ut percipias, in memoriam revocare debes, quæ de eodem Anastasio Sinaita in superiori Annalium tomo sunt dicta, ipsum nimirum resistentem Justino calumniam passum, ab eodem fuisse Antiocheno Episcopatu dejectum, in locumque ipsius subrogatum Gregorium, quem cognitum perutilem Reipublicæ constat numquam ab ea sede fuisse per successores Imperatores dimotum. Cum vero magna ob spiritualem animorum conjunctionem intercessisset inter ipsum Pontificem Romanum Gregorium & Anastasium necessitudo: illud ab Imperatore expetiit Gregorius, ut eidem Anastasio honor sedis restitueretur, sineretur tamen ad obitum usque qui tunc sedebat Gregorius sedere, ipse vero Romam ad se Anastasius mitteretur. Verum litteras de restitutione Anastasii licet scriptas, non tamen fuisse missas idem Gregorius testatur in epistola ad Sebastianum Episcopum, ubi ait: (a) *Præterea indico suggestionem meam ad piissimos dominos summis precibus plenam fecisse, ut virum beatissimum dominum Anastasium Patriarcham, concesso usu pallii, ad beati Petri Apostolorum principis limina mecum celebratarum solemnia Missarum transmittere debuissent: quatenus, si ei ad sedem suam minime reverti liceret, saltem mecum in honore suo viveret. Sed quæ causa fuerit ut eadem scripta retinerem, præsentium lator vobis innotescet.* Hæc Ipse. Sed factum est divino consilio, ut post sequentem annum ille Gregorius moreretur, thronum vero suum post vigintiquatuor annos ipse reciperet Anastasius, ut suo loco dicemus.

(a) Greg. l. 1. ep. 27.

XXXIV. Consulit Greg. Ecclesiis derelictis.

Qui igitur in Orientalem Ecclesiam, mox ut creatus est Pontifex, convertit oculos, certe quidem illis consulere, quæ proxime essent, non despexit: cum enim sciret complures Italiæ Ecclesias post tot bella tempore Gothorum illata



& per Longobardos iterata penitus desolatas, earumdem propensionem curam gessit: quamobrem (*b*) Minturnensem Ecclesiam non clero tantum, sed & populo destitutam, Formianæ illi proxime inhærenti conjunxit, in qua tunc fuisse venerandum corpus sancti Erasmi martyris tradit. Verum & Formiana postea pariter desolata, in proximum locum ad mare positum natura loci munitum, Cajetam dictum, tam sedes, quam martyris pignora sunt translata. Sed & hoc pariter anno, Ecclesia Populonensi in Tuscia, cujus fuerat Episcopus sanctus Cerbonius, sacris destitutæ ministris, Rosellano Episcopo, ut eam curare deberet, litteris jussit, quarum est exordium: (*c*) *Pervenit ad nos, quod Populonensis Ecclesia ita sit sacerdotis officio destituta, ut nec pœnitentia decedentibus ibidem, nec baptisma possit præstari infantibus, &c.* Ex quibus duo ista percipias in Ecclesia Catholica servari solita, nimirum ut nemo Fidelium adultorum absque pœnitentia, ipso sacramento videlicet pœnitentiæ per sacerdotem impertiendo, ex hac vita migrare sineretur, neque infantes coalescere absque baptismo permitterentur. Hæc sui Episcopatus exordio: de reliquis autem Ecclesiis collapsis, & ut licuit restitutis, vel aliis commendatis, sequentibus annis pro temporis ratione dicturi sumus.

(b) Greg. l. 1. ep. 8.

(c) Greg. l. 1. ep. 15.

Sed majus negotium illud totis viribus suscipiendum ipsi fuit, ut schismate divisa membra capiti jungeret: hoc enim anno idem Gregorius conatus est schismaticos illos ob Tria capitula (de quibus sæpe tomo superiori dictum est) ab Ecclesia Romana separatos communioni Catholicæ restituere. Erant (*d*) ex eis nonnulli Neapoli degentes, qui quidem quod non ut alii tumidi arrogantia & aversione superba se ab Ecclesia Romana separaverant, sed quod vererentur, ne Tria damnando capitula, aliqui facerent in præjudicium Concilii Chalcedonensis, quo prætextu alii omnes schismatici (ut suis lo- XXXV.

(d) Greg. l. 1. ep. 14. Schismatici quomodo a Gregorio recepti.



PAGIUS X. *Synodus Romana in causa Trium Capitulorum.*

Ad num. XXXV. Sancto Gregorio maximæ curæ fuit, Synodum V. ubique recipi, in quam rem toto fere sui Pontificatus tempore incubuit. Initio statim *Severum* Episcopum Aquileiensem, qui datæ fidei prævaricator fuerat, Romam una cum cæteris Episcopis Schismaticis evocavit; & quo metum illis inferret, a Mauricio Imp. decretum obtinuit, quo Severo ac collegis idem injungebatur. Est Epistola XVI. lib. 1. Regesti Sancti Gregorii, data hoc anno mense Decembri, in qua *juxta Christianissimi & Serenissimi rerum Domini jussionem ad B. Petri Apostoli cum sequacibus venire eum vult, ut auctore Deo, aggregata Synodo*, de ea, quæ inter illos vertitur, dubietate judicetur. Est hæc prima Synodus Romana sub S. Gregorio.

XI. *Synodus Schismaticorum in Mariano.*

Verum *Severus* illico literas ad Collegas dedit, qui conventiculo congregato decrevere, ne ullus Romam ad Synodum proficisceretur: interimque literas ad Mauricium Imp. misere, quibus facti rationem reddebant, ut liquet ex supplici libello Schismaticorum ad Imperatorem, quem Appendici noni Tomi Baronius inseruit, quique in editione Coloniensi hoc anno recitatur. Pseudo-Synodum enim tunc celebratam colligimus ex illo libello, in quo Schismatici ajunt: *Ergo mitissime Dominator, totius Concilii nostræ parvitatis hæc est deliberatio, sicut & eidem Patri & Archiepiscopo nostro* (nempe Severo) *scripsimus*, &c. quibus ex verbis intelligimus, etiam *Severum* eidem conventiculo non interfuisse, sicuti nec quispiam alius ex Istria Episcopus adfuit; horum enim Urbes mari-

locis est demonstratum) contra Quintum Synodum se erexerunt; facilius curari potuerunt. Horum unus, Stephanus nomine, simulac accepisset sanctissimum virum Gregorium creatum esse Romanum Pontificem, purum sincerumque veritatis cultorem, apud quem nullum haberet accessum privata affectio, sed studium veritatis; Romam veniens, ipsum convenit, suæque mentis ambages, animique dubitationem aperuit, quorum causa se ab ecclesia separarat: illud pollicitus, reversurum se ad fidei Catholicæ communionem, si ipse Gregorius suæ ipsius animæ susciperet in se periculum, intercederetque sponsor & fidejussor apud Deum, ut ratum haberetur in cælo, quo ipse rediens ad communionem Romanæ Ecclesiæ in terris ageret. Quod Gregorius facere minime cunctatus est; sed & ut idem præstaretur ab ejus sociis Neapoli degentibus, litteris admonuit Demetrium his temporibus Neapolitanum Episcopum.

XXXVI. Schismatici vocati ad Synodum. Urgebat & jussio Imperatoris, ut schismatici omnes ad Ecclesiam redire deberent: cujus rei gratia scripserat Mauritius Augustus ad ipsum Gregorium Romanum Pontificem, ut eos omnes Romam ad Synodum convocaret: ut Synodali decreto iis quæ ab ipsis revocata essent in dubium, amotis, perfecta Ecclesiæ unitus sanciretur. Non extant ipsæ litteræ Imperatoris, sed tantum Gregorii id habetur testificatione de his scribentis ad Severum Aquilejensem Episcopum iterum in schismatis errorem delapsum; ubi ad finem hæc habet (a): *Pro qua re immanente latore præsentium, juxta Christianissimi & serenissimi rerum domini jussionem, ad beati Petri Apostoli limina cum tuis sequacibus venire te volumus: ut auctore Deo, aggregata Synodo, de ea quæ inter nos vertitur dubietate, quod justum fuerit, judicetur.* Hæc ipse. Verum venire cum contempsisset, sede ab hostibus privatus est, Aquileja ipsa (ut dicemus) incensa, & ipse profugus ad summam est deductus inopiam, ut stipem quæreret. Sed de his inferius.

(a) Greg. l. 1. ep. 16.

XXXVII. Schismatici Mauririo Imp. supplicant, ne ad Synodum proficisci cogantur. At licet, ut vidisti, jussione etiam Imperatoris cogerentur schismatici Episcopi Romanum ad Synodum proficisci, idque etiam suis litteris præciperet S. Gregorius Papa, scribens ad Severum Aquilejensem Episcopum ipsorum antesignanum, ipsi tamen more præcedentium schismaticorum, qui ut subterfugerent judi-

PAGIUS ritimæ in Imperatoris potestate perseverabant, & Langobardi ægre ferebant, suorum Urbium Episcopos cum iis, qui Imperatori subjectas Urbes regebant, convenire. Pseudo-Synodus *Severo* per literas injunxit, ne quid novi in causa sine communi Provincialium consilio deliberaret, ut in eodem libello legitur. Huic pseudo-Synodo subscripsere *Ingenuinus* Episcopus S. Ecclesiæ secundæ Rhætiæ, *Laurentius* Episc. S. Ecclesiæ Bellunatæ, idest, Bellunensis, *Agnellus* Tridentinus, ut legitur apud Paulum Diaconum lib. 3. cap. 27. non vero *Trajentinus*, ut habetur in Codice MS. Nicolai Fabri, quo usus est Baronius, quique nunc in Bibliotheca Colbertina asservatur; præterquam quod tres illi Episcopi ita subscripti reperiantur in Synodo Gradensi sub Elia Aquilejensi Metropolita anno DLXXXIX. coacta. Subscripsere & sex alii, inter quos *Horontinus Vincentinus*, ut legitur in Paulo citato, tam ex editione Gruteri, quam ex editione Grotii, non vero *Horontius Episc. Ecclesia Venetiana*, ut habet Baronius ex codice Nicolai Fabri. Coacta illa Synodus *Marani*, seu, ut alii vocant, *Mariani*, teste Paulo Diacono loco laudato. Est autem *Maranum* seu *Marianum*, vulgo hodie *Marano* appellatum, munitissimum Venetorum Oppidum, stagnis Adriatici maris fere circumdatum in Forojuliensi littore ad Celinam, sive, ut incolæ vocant, *Zelinam*. [r]

XII. Interea, ut observat Card. Norisius in Dissert. de Synodo Quinta cap. 9. paragrapho 5. Se-

NOTÆ [s] QUæ hic differit Pagius de Synodis a Schismaticis Aquilejensibus habitis, diligentius explicanda sunt. Primo igitur constat Severum vi adductum Ravennam tria Capitula condemnasse, atque ita demum & Pontificis gratiam, & libertatem obtinuit. Ingratum id accidit Episcopis ejus suffraganeis; quare coacta Synodus Marani grave aliquid in Severum statuisset, nisi ille oblato libello palinodiam recinens Schismaticis se iterum adhærere professus fuisset. Hunc relapsum illi objicit S. Gregorius in Epistola ad eum data, legenda regest. l. 1. Epist. 16. Id ergo ut rescivit S. Gregorius, ex sententia Synodi Romæ coactæ diem Severo dixit Romæ. Ea de re commoti Schismatici iterum convenerunt in loco incerto, atque una totius Synodi sententia literas ad Imperatorem dederunt, quas singuli subscriptione sua munierunt, rogantes Principem, ut inducias pro Severo a Pontifice impetraret, significantes, quamprimum per tumultus Italiæ liceret, Constantinopolim se conventuros ad causam suam coram eo dicendam. Ex Synodicæ hujus subscriptionibus liquet aliam esse hanc Synodum a Maranensi, cum utrimque alii & alii sint ejusdem Ecclesiæ Episcopi. Maranensi eg. subscribit Clarissimus Concordiensis; Epistolæ vero Augustus Concordiensis; ibi Rusticus, hic Felix de Tarviso. Huic autem Synodo incerti loci Severus non adfuit; scribunt enim Patres illi, agentes de Severo: *Nobis absentibus, & a se ad præsens divisis*. Alias in eamdem sententiam literas ad Imperatorem dedit Severus cum suis; & ipsis forte in Synodum Grado coeuntibus, quorum Synodicæ Imperator in suo rescripto apud Pagium hic num. 12. meminit. Ex his patet geminas præter Maranensem & Romanam Synodos Schismaticorum admittendas esse; has vero utrasque cum Romanam Decembri mense anni 590. habitam subsecutæ fuerint, ad annum 591. pertinere. Maranensis vero cum Romanam præcesserit serius anno 590. cogi non potuit. MANSI

judiciam Ecclesiasticum, provocare consueverunt ad Imperatorem, dederunt libellum Mauritio Augusto, ne cogerentur Romam ad Pontificem proficisci; sicque eluserunt ejusdem Imperatoris missam antea jussionem, necnon Gregorii Papæ præceptum. Exstat libellus ipse, hic tibi modo recitandus: accepimus eum una cum aliis epistolis a Nicolao Fabro nostri studiosissimo, depromptum (ut putamus) ex bibliotheca Pithæi, cujus ipse extitit amicus intimus & contubernalis. Sic se habet:

*Sub Gregorio Papa schismaticorum libellus supplex Episcoporum ad Mauritium Imperatorem.*

XXXVIII. Schismaticorum libellus ad Mauritium Imp.

*Suggerendum domno nostro clementissimo ac piissimo domno Mauritio Tiberio humiles Venetiarum vel secundæ Retiæ Ingenuinus, Maxentius, Fontejus, Laurentius, Agnellus, Felix, Augustus, Junior, & Horontius Episcopi.*

*Pietatis vestræ est, clementissime dominator, preces humilium sacerdotum Imperiali dignatione suscipere: quod etiam supplices deprecamur per Dominum Deum nostrum Jesum Christum Salvatorem omnium, per Fidem Catholicam, & Regnum quod meruistis a Deo concessum, atque salutem dominorum filiorum vestrorum, quibus perpetuum Imperium Deo gubernante permaneat, ut aditum inveniat supplicatio nostra apud pias aures vestras, & cum fiducia recurrentes ad principalia remedia, mereamur, quæ petimus impetrare. Nam etsi nos peccata nostra ad tempus gravissimo jugo summiserunt, auxiliante nobis Domino, nullo pondere pressurarum ab integritate Catholicæ Fidei invenimur ullo modo titubare. Deinde nec obliti sumus sanctam Remp. vestram, sub qua olim quieti viximus, & adjuvante Domino redire totis viribus festinamus. Suggerimus autem, domine piissime Princeps, scandalum Ecclesiæ, quod tempore divæ memoriæ Justiniani Principis totius mundi Ecclesias conturbavit, nostrarum quoque provinciarum partibus ex tunc jam esse compertum; damnationem scilicet trium Capitulorum, id est, epistolæ venerabilis Ibæ Episcopi Edessenæ civitatis, personæ quoque Theodori Mopsuestiæ Episcopi atque scriptorum Theodoreti Episcopi Cyri, quæ in sancta Synodo Chalcedonensi recepta sunt, & Vigilio tunc Romano Præsuli, atque omnibus pene sacerdotibus damnatio ipsa, sicut revera contraria sancto Chalcedonensi Concilio exsecrabilis noscitur extitisse. Qui etiam Vigilius scripta sua per omnes provincias mittens, anathematis vinculis obligavit omnem populum, si quis damnationi trium Capitulorum præberet aliquando consensum. Et licet postea Imperiali pondere ad consensum damnationis Capitulorum ipsorum paulatim singuli tunc fuerint coarctati, nostrarum tamen provinciarum venerandi decessores, quibus indigni successimus, prædicti quondam Vigilii instructionibus informati, ad hoc inclinare nullo modo potuerunt. Quorum nos exempla, Deo propitiante, servantes cum universo populo nobis credito, sequentes etiam in omnibus definitionem sancti Chalcedonensis Concilii, defensioni Capitulorum ipsorum & reverentiam exhibemus, & a communione damnantium cum divina gratia abstinere dignoscimur. Et dum Smaragdus gloriosus Chartularius patrem nostrum sanctæ memoriæ Heliam Archiepiscopum Aquilejensis Ecclesiæ pro causa ipsa pluribus vicibus contristaret: cum nostro omnium consilio atque consensu direxit ad pia vestigia principatus vestri preces, supplicans, ut expectata Dei misericordia, revocatis omnibus consacerdotibus Synodi nostræ in potestatem sanctæ Respub. ad vestræ clementiæ præsentiam veniretur, & vestrum in causam ipsa expectaretur judicium. Quod pietas vestræ mansuetudinis ad mercedem & laudem Imperii sui, clementi dignatione suscipiens, jussionem suam dedit ad prædictum gloriosum Smaragdum, ut nullatenus quemquam sacerdotum pro causa communionis inquietare præsumeret, sed Dei misericordia operante sustineretur, quousque com-*

PAGIUS *Synodus Gradensis Schismaticorum.*

*Severus* Aquilelensis Episcopus, jam Gradensis, (quia, uti Helias decessor, degebat ob timorem Langobardorum, apud Gradum, Urbem sitam in parva Insula, quæ est in ora littorali maris Adriatici) alteram Synodum cum Episcopis Istriæ indixit, in qua statutum, *ut a* Pontifice ad Mauricium Imp. appellarent. Hinc tres Epistolæ ad hunc missæ sunt quibus privatas etiam *Severus* addidit, quod ex rescripto Mauricii ad Gregorium a Baronio producto intelligitur. Mauricius his litteris acceptis a priori sententia discessit, & Gregorio rescripsit: *Quia igitur & tua Sanctitas cognoscit præsentem statum rerum Italicarum, confusionem, & quod oportet temporibus competenter versari, jubemus tuam Sanctitatem nullatenus molestiam eisdem Episcopis inferre, sed concedere eos otiosos esse, quo usque per providentiam Dei & partes Italiæ pace aliter constituantur, & Episcopi Istriæ, seu Venetiarum iterum ad pristinum ordinem redigantur.* Etenim verebatur Mauricius, ne si vim adhiberet, Istros ad Langobardos proniores faceret, sub quorum Dominio libere poterant in Schismate perdurare. Eadem mandata accepit a Mauricio *Romanus exarchus*, a quo cum hæc ipsa intellexisset Joannes Episcopus Ravennæ, certiorem per literas Gregorium fecit, qui anno DXCII. mense Julio respondit: *De causa vero Episcoporum Istriæ omnia, quæ mihi vestra Fraternitas scripsit, ita esse jam ante deprehendi in iis jussionibus, quæ ad me a piissimis Principibus venerunt: quatenus me interim ab eorum compulsione suspenderem. Ego quidem pro iis quæ scripsistis zelo atque ardori vestro valde congaudeo, debitoremque me vobis multipliciter factum profiteor. Scitote tamen, quia de eadem re seremis-*

*compressis gentibus ad libertatem omnes sacerdotes Concilii sub sancta Rep. pervenirent. Deinde defunctus est memoratus Archiepiscopus noster Helias.*

XXXIX. *Nos vero pro imperatis precibus, ejusdem cum omnibus populis ardentibus devotiores effecti, si fieri potuisset, eisdem diebus ad vestra certabamus redire vestigia: & gratias Deo retulimus, & pro vita Imperii vestri, sicut ipse novit Dominus, assiduas preces ejus obtulimus Majestati. Post hoc ordinato in sancta Aquilejensi Ecclesia beatissimo Archiepiscopo nostro Severo, quæ contumeliæ illatæ sint, & quibus injuriis, ac cæde corporali fustium, & qua violentia ad Ravennatem civitatem fuerit perductus atque redactus in custodiam, quibusque necessitatibus oppressus atque contristus fuerit, potuit ad domini nostri piae aures sine dubio pervenire. Nos autem tam inauditis calamitatibus patrem & Archiepiscopum nostrum, quod numquam sub Christiano Principe factum dignoscitur, cognoscentes afflictum, insanabilium dolorum sumus stimulis vulnerati: Nam in hoc tempore iterum cognovimus, reverendum Papam Gregorium ad ejusdem patris nostri exhibitionem misisse cum sacratissima vestræ pietatis jussione, ut pro causa ipsa communicuit ad Romanam deberet civitatem deduci. Quod audientes, quamvis certi essemus talem jussionem domini nostri specialiter adversariorum improba importunitate subreptam, contabuimus; & contriti atque luctu gravissimo sauciati ad ultimam desperationem pervenimus, ut ad illius judicium Metropolita noster cogeretur occurrere, cum quo causa ipsa esse dignoscitur, & cujus communionem ab initio motionis causæ hujus usque nunc decessores nostri & nos cum omni populo evitamus. Et quidem memoratum beatissimum Archiepiscopum nostrum frequenti contestatione convenimus: ne nobis absentibus, & a se ad præsens divisis de communi causa Ecclesiæ aliquid audeat definire. Quoniam, piissime domine, sic accensi sunt omnes homines plebium nostrarum in causa ista, ut ante mortem perpeti, quam ab antiqua Catholica patiantur communione divelli.*

*Revera, clementissime dominator, Fidem Catholicam conservantes, & Chalcedonensis Concilii definitiones in omnibus venerantes, ut quibuslibet occasionibus contristentur, nec Deo, nec vestræ pietati placere, credendum est. Ergo, mitissime dominator, totius Concilii nostræ parvitatis hæc est deliberatio, fiat, & eidem patri & Archiepiscopo nostro scripsimus, ut pro reddenda ratione communionis nostræ contenti Dei judicio in jugo barbarico, opportuno tempore, ad vestræ pietatis vestigia occurramus, habentes præ oculis exempla fidelia, quibus edocti sumus, cum omnes intentiones sopitæ sunt. Sic Theodosii senioris Constantinopolitana Synodus, Deo propitiante, sedatis est scandalis confirmata: sic deinde Ephesina prima Synodus divæ memoriæ Theodosio juniore disponente, bene noscitur definita, sic ad postremum præsentia Martiani divi Principis, abscissis omnibus scandalis, pax Catholica in Chalcedonensi Concilio reformata est. Nam per absentiam Christianissimorum Principum in Ephesina secunda Episcoporum congregatione in Dioscoro Alexandrino Flavianus sanctissimus regiæ urbis vestræ Episcopus veritatem Catholicæ Fidei defendens occisus est, aliqui Episcopi assertores Orthodoxæ Fidei injuste dejecti sunt, & scandalum Ecclesiæ pessimum generatum est: quod cum magno labore postea divæ memoriæ Martianus Imper. avus vestræ pietatis sua præsentia in sancto Chalcedonensi Concilio amputans, Catholicam pacem universalis Ecclesiæ restauravit.* XL.

*Hoc tantum prostrati deposcimus, ut quia misericordia Dei circa sanctam Rep. operante, in meliori statu Italiæ partes, laborante fideliter glorioso Romano Patricio, dignanter perduxit: & credimus nos celeriter, devictis gentibus, ad pristinam libertatem redire; cesset violentia militaris, quam vestro felicissimo tempore Deus fieri non permittat. Sint induciæ; & cum jussione sacratissimi Imperii vestri parati erimus ad pedes vestræ pietatis occurrere, & nostræ fidei atque communionis plenam reddere rationem. Nam cum quo nobis ipsa causa est, &* XLI.

quem

PAGIUS *tissimis Dominis cum summo zelo Dei & libertate rescribere non cessabo.*

XIII. *Epocha trium illarum Synodorum.* Concilium *Romanum*, sicuti & utramque pseudo-Synodum, exeunte hoc anno, vel saltem insequenti, congregatas esse, ostendit locus citatus Epistolæ XVI. Libri primi Gregorii, currente Indictione nona datæ: post Romanam enim aliæ duæ statim celebratæ. Schismaticos vero duas illas Synodos indixisse deducitur ex laudatis Mauricii ad Sanctum Gregorium literis, in quibus ait: *Scire vos volumus, quod Episcopi Istriensium Provinciarum per Clericos aliquos ad nos directas suggestiones nobis transmiserunt unam Episcoporum Civitatum & castrorum, quæ Langobardi tenere dignoscuntur*, (hæc de prima Synodo schismaticorum,) *aliam Severi Aquilejensis Episcopi aliorumque Episcoporum, qui cum illo sunt, & tertiam solius ejusdem Severi*; quæ verba de Synodo Gradensi præsidente *Severo* habita intelliguntur. Neutrius Synodi mentio est in Collectionibus Conciliorum, sed tantum Romanæ, quæ in nova Conciliorum editione prætermittendæ non erunt.

XIV. In libello a priori Synodo Schismaticorum scripto hi Imperatorem rogant, ut suam jussionem removeat; quod periculum sit, ne Archiepiscopi Galliarum sensim in Ecclesias Imperio subjectas jus sibi usurpent, dum ad eos relicto

Aqui-

*quem in communione vitamus, judicem experiri non possumus: quod etiam sacratissimis legibus vestris statutum est, nullum posse judicem esse in causa qua adversarius comprobatur. Sed sicut semper Deus præsentia Christianorum Principum intentiones Ecclesiasticas sedare dignatur; hoc & nunc fieri, supplicamus. Etenim si aliter, clementissime domine, actum fuerit, ut Archiepiscopum nostrum (quod absit) ad Romanam contingat violenter exhibere Ecclesiam; spes jam nulla erit conservandæ justitiæ, sed tantum pondus gravissimæ violentiæ.*

XLII. *Suggerimus etenim, pie dominator, quia tempore ordinationis nostræ, unusquisque sacerdos in sancta sede Aquilejensi cautionem scriptis emittimus studiose de fide ordinatoris nostri: nos fidem integram sanctæ Reipub. servaturos: quod ipse novit Dominus, nos fideliter toto corde, & servasse, & huc usque jugiter conservare. Si conturbatio ista & compulsio piis jussionibus vestris remota non fuerit, si quem de nobis qui nunc esse videmur, defungi contingeret; nullus plebium nostrarum ad ordinationem Aquilejensis Ecclesiæ post hæc pateretur accedere: sed quia Galliarum Archiepiscopi vicini sunt, ad ipsorum sine dubio ordinationem accurrent, & dissolvetur Metropolitana Aquilejensis Ecclesia sub vestro imperio constituta, per quam Deo propitio, Ecclesias in gentibus possidet; ut quod ante annos jam fieri coeperat, & in tribus Ecclesiis nostri Concilii, id est, * Bremensi, Tiburniensi, & Augustanæ Galliarum Episcopi constituerant sacerdotes; & nisi ejusdem tunc divæ memoriæ Justiniani Principis jussione commotio partium nostrarum remota fuisset; pro nostris iniquitatibus pene omnes Ecclesias ad Aquilejensem Synodum pertinentes Galliarum sacerdotes pervaserant. Ergo, domine pie, quia semper piissimorum Principum fides pro tranquillitate Ecclesiæ vigilavit, & hoc studio, repensante Deo, contrariæ gentes divina manu compressæ sunt: mereamur nos humillimi sacerdotes supplicationis nostræ sortiri effectum. Nam qui aliter pia domino nostro subrepere cupiunt, nec Dei judicium habent præ oculis, nec utilitatem sanctæ Reipublicæ vestræ, seu opinionem pii Imperii, quam lacerari non metuunt de murmuratione totius populi partium istarum, qui persecutionem evidenter Christianis fieri suspicantur. Præsentem igitur supplicem relationem confidenter direximus, quam pia clementia dignetur placida aure recipere, ut effectum nostræ supplicationis Deo vobis aspirante sortiti, pro quiete matris nostræ Aquilejensis Ecclesiæ sacratissimis jussionibus relevetur; & pro incolumitate domini nostri ac dominorum filiorum vestrorum Domino Deo nostra jugiter supplicemus.*

*Subscriptio.*

*Ingenuinus Episcopus sanctæ Ecclesiæ secundæ Retiæ hanc relationem a nobis factam subscripsi.*

*Maxentius Episcopus sanctæ Ecclesiæ Juliensis, ut supra.*

*Laurentius Episcopus sanctæ Ecclesiæ Bellunatæ, ut supra.*

*Augustus Episcopus sanctæ Catholicæ Concordiensis Ecclesiæ, ut supra.*

*Agnellus Episcopus sanctæ * Trajentinæ Ecclesiæ, ut supra.* * Parentinæ

*Junior Episcopus sanctæ Catholicæ Ecclesiæ Veronensis, ut supra.*

*Fontejus Episcopus sanctæ Feltrinæ Ecclesiæ, ut supra.*

*Felix Episcopus sanctæ Tervisianæ Ecclesiæ, ut supra.*

*Horontius Episcopus sanctæ Catholicæ Ecclesiæ Venetinæ, ut supra.*

Hactenus de his ibi.

XLIII. Hoc autem accepto libello Mauritius Imperator querelis ipsorum permotus, nullo de veritate habito diligentiori examine, has imperiosas, more tyrannico ad S. Gregorium Papam litteras dedit, quas ab eodem Fabro (ut diximus) Parisiis missas accepimus, quæ sic se habent.

Mauritius favet Schismaticis, & pro ipsis ad S. Gregorium scribit.

*Mauritii epistola ad sanctum Gregorium Papam.*

*In nomine Domini Dei nostri Jesu Christi Imp. Cæsar Fl. Mauritius Tiberius Fide-*

---

PAGIUS *Galli ordinant Episcopos in ditionibus Imperio subditis.*

Aquilejensi Metropolita, pro suorum Episcoporum ordinatione variæ Ecclesiæ Imperio subditæ recurrent, aspernatæ illius communionem, quia cum Romano Pontifice viderint paria sentire de Trium damnatione Capitulorum: quia, inquiunt, *Galliarum Archiepiscopi vicini sunt, ad ipsorum sine dubio ordinationem accurrent; & dissolvetur Metropolitana Aquilejensis Ecclesia sub vestro Imperio, constituta, per quam, Deo propitio, Ecclesias in Gentibus possidet; ut quod ante annos jam fieri cœperat, & tribus Ecclesiis nostri Concilii, id est, Bremensi, Tiburniensi, & Augustana Galliarum Episcopi constituerant Sacerdotes: & nisi ejusdem tunc divæ memoriæ Justiniani Principis jussione commotio partium nostrarum remota fuisset, pro nostris iniquitatibus pene omnes Ecclesias ad Aquilejensem Synodum pertinentes Galliarum Sacerdotes pervaserant.* Contigit id (ut animadvertit Bollandus ad diem V. Februarii, in Vita S. Ingenuini Episc. Sabionensis, qui huic libello subscripsit, paragrapho 4.) tempore Theodeberti I. & Theodobaldi ejus filii Regum Austrasiæ, & postquam bellum Gothis a Justiniano illatum est. Tunc enim, ut ait Agathias lib. 1. pag. 18. *Theodebertus* Alemannorum nationem a Gutthis dimissam in suam potestatem redegit: quo mortuo *Theodobaldo* filio una cum reliquis subditis etiam hi cesserunt. erant Alemanni Gentilitiis superstitionibus imbuti, quas ibidem refert Agathias, qui addit: *Porro consuetudo, quam cum Francis habent, ipsis conducit, in melius transferens & quodam-*

mo-

*delis in Christo, Pacificus, Mansuetus, Manimus, Beneficus, Alamannicus, Gregorio viro sanctissimo & beatissimo Archiepiscopo almæ Urbis Romæ ac Papæ.*

*Consuetam & Deo placitam vestram sanctitatem scientes, & quod recte Catholica nostræ Ecclesiæ dogmatum omnibus doctrinam exercetis: scire vos volumus quod Episcopi Istriensium provinciarum per clericos aliquos ad nos directos suggestiones nobis transmiserunt, unam Episcoporum civitatum & castrorum quæ Langobardi tenere dinoscuntur, aliam Severi Aquilejensis Episcopi aliorumque Episcoporum qui cum illo sunt, & tertiam solius ejusdem Severi. In quibus omnes dixerunt, tuam beatitudinem militer ad illos transmisisse cum uno Tribuno & Excubitore, necessitatem imponentes præfato reverendissimo Severo, & omnibus Episcopis, ut ad tuam beatitudinem perveniant propter diversam voluntatem quam habent ad sacra & Catholica dogmata sacrosancta nostræ Ecclesiæ. Et supplicaverunt nos, inducias ad hoc sibi fieri, & nullam eis interim necessitatem imponi ad vestram sanctitatem pervenire: & licenter quod tempore opportuno ad hanc sacratissimam urbem accedentes per seipsos suggerere nobis habent, quæ sibi obstare videntur. Quia igitur & tua sanctitas cognoscit præsentem rerum Italicarum confusionem, & quod oportet temporibus competenter versari: jubemus, tuam sanctitatem nullatenus molestiam eisdem Episcopis inferre; sed concedere eos otiosos esse, quousque per providentiam Dei, & partes Italiæ pace aliter constituantur, & cæteri Episcopi Istriæ seu Venetiarum iterum ad pristinum ordinem redigantur. Tunc enim perfectius omnia pro pace, & diversitate dogmatis cum antecedentibus tuis orationibus corrigentur. Et sua subscriptio. Divinitas te servet per multos annos sanctissime ac beatissime Pater. Explicit.* Hactenus ex scripto codice Mauritii ad sanctum Gregorium pro schismaticis epistola, in qua more suo Imperator præter consuetudinem piorum Augustorum arroganti fastu non rogat sed præcipit, quod obtinere nititur a Pontifice: id quidem minime jure Imperatorio sed tyrannico facere consuevisse, quæ suo loco dicentur inferius declarabunt. Sed quæ sunt reliqua rerum gestarum Gregorii anni hujus prosequamur ☞.

XLIV. Gregorius insuper & eos quos impietas Ariana per regiam potestatem segregaverat ab Ecclesia, quantocyus eidem Catholicæ Ecclesiæ restituendos curavit. Antharit enim Rex Longobardorum Ariana labe pollutus, eadem inficere Catholicos studens, hoc anno Paschali tempore prohibuerat, Longobardorum Orthodoxorum filios, in fide Catholica baptizari. Sed quid accidit? ultor Deus impietatis exurgens hoc eodem anno eodemque ferme die quo sanctus Gregorius consecratus est Pontifex, nempe Nonis Septembris, ipsum e a hac vita subduxit, ut Paulus affirmat (*a*). Quamobrem ipse Pontifex ut cœno impietatis mersos erueret, ejusmodi ad universos Italiæ Episcopos decretum misit (*b*):

(*a*) *Paul. diac. l. 3. c. ult.*
(*b*) *Greg. l. 1. ep 17.*

XLV. *Quoniam nefandissimus Autharit* * *in hoc, quæ nuper expleta est Paschali solemnitate, Longobardorum filios in fide Catholica baptizari prohibuit, pro qua culpa eum divina majestas extinxit, ut solemnitatem Paschalem ulterius non videret: vestram fraternitatem decet cunctos per loca vestra Longobardos admonere, ut quia ubique gravis mortalitas imminet, eosdem filios suos in Ariana hæresi baptizatos ad Catholicam fidem concilient, quatenus super eos iram Domini omnipotentis placent. Quos ergo potestis, admonete; quanta virtute valetis, eos ad fidem rectam suadendo rapite; æternam eis vitam sine cessatione prædicate: ut cum ad districti veneritis conspectum Judicis, possitis ex vestra sollicitudine lucrum in vobis ostentare pastoris.* Hæc Gregorius: quibus etiam indicatur, pestem illam, inguinariam dictam, in Urbe cœptam, alia loca Italiæ invasisse; quam non Italiam tantum esse depastam, sed & alias provincias, constat.

* Autharis

Decretum de baptizatis ab Arianis.

XLVI. Pervasisse enim Hispaniam atque Galliam eamdem inguinariam pestem, Gregorius Turonensis affirmat, dum ait (*c*): Na-

(*c*) *Greg. Tur. hist. Fran. l. 9. c. 22.*

PAGIUS *modo pertrahens tardatiores: & brevi uti spero, tempore hoc ipsum apud omnes evincet. Opinionis enim absurditas & vesania etiam ab ipsis arbitror, qui ea imbuti sunt, nisi plane stolidi sint, cognoscitur & cernitur facilemque ex iis eximi possit.* Cum igitur Francorum Imperio *Alemanni & Vindelici* subiecti essent, Galliarum Episcopi in illis partibus Episcopos ordinarunt, qua de re queruntur Schismatici. *Augusta Vindelicorum* Metropolis erat Mediolanensi Episcopo contributa. *Tiburnia*, quæ & *Teurnia*, Urbs erat Norici, hodie in Carinthia, vulgo *Villach*, sed *Brema* ad *Visurgim* sita, Urbs clara veteris Saxoniæ, quæ necdum Christi fidem eo tempore receperat, longe ab Aquilejensi Provincia distat. Mendosus itaque fuit Codex, quo usus est Baronius, neque alium superesse scimus. Bollandus citatus dicit, vix sibi dubium esse, quin loco *Bremensis* legendum hic sit, *Breonensis*, aut *Breunensis*, sive *Brennensis*, quos populos Ptolomeus Tab. 5. Europæ cap. 13. inter Vindelicos locat, sicuti & Strabo lib. 4. de quibus plura ibidem Bollandus; sed cum hic non ostendat, horum populorum Urbem Episcopalem fuisse, hæc conjectura non admittenda.

XV. Ad num. XLVI. Pestem inguinariam hoc anno non solum Urbem; sed & alia Italiæ loca

Pestis in Hispania & Gallia.

*Navis ab Hispania una cum negotio solito ad portum ejus appulsa civitatis, quæ hujus morbi fomitem secum nequiter deferebat: de qua cum multi civium diversa mercarentur, una confestim domus, in qua octo animæ erant, hoc contagio interfectis habitatoribus, relicta est vacua. Nec statim hoc incendium luis per domos spargitur totas, sed interrupto certi temporis spatio, ac velut in segetem flamma accensa, urbem totam morbi incendio conflagravit.* Quid autem Rex Guntheramnus pietate insignis ad eamdem luem avertendam præstiterit, ne reliquas Galliæ civitates adiret, idem auctor superius ita narrat (a): *Ipse autem Rex (ut sæpe diximus) in eleemosynis magnus, in vigiliis atque jejuniis promptus erat. Nam tunc ferebatur Massilia a lue inguinaria valde vastari, & hunc morbum usque ad Lugdunensem vicum Octavum nomine fuisse celeriter populatum. Sed Rex ac si bonus sacerdos, providens remedia, quibus cicatrices peccatoris vulgi mederentur, jussit omnem populum ad Ecclesiam convenire, & rogationes summa devotione celebrari, & nihil aliud in usum vescendi nisi panem ordeaceum cum aqua munda assumi, vigiliisque adesse instanter omnes jubet. Quod eo tempore ita gestum est: per triduum enim ipsius eleemosynis largius solito procurrentibus, ita de cuncto populo formidabat, ut jam tunc non Rex tantum, sed etiam sacerdos Domini putaretur, totam spem suam in Domini miseratione transfundens, & in ipso jactans cogitationes quæ superveniebant, a quo eas effectui tradi, tota fidei integritate putabat.*

(a) Greg. eod. lib. c. 21.

Guntheramnus Rex pestem pietate propulsare studet.

XLVII. Sed & quomodo etiam in eodem Rege virtus miraculorum cognita fuerit, ita mox subdit: *Celebre tunc a fidelibus ferebatur, quod mulier quædam, cujus filius quartano typo gravabatur, & in strata anxius decumbebat, accessit inter turbas populi usque ad tergum Regis, abruptisque clam regalis indumenti fimbriis, in aquam posuit, filioque bibendum dedit; statimque restincta febre sanatus est. Quod non habetur a me dubium, cum ego ipse sæpius larvas, energia famulante, nomen ejus invocantes audierim, ac criminum propriorum gesta, virtute ipsius discernente, fateri.* Hæc de his ipse Gregorius Turonensis.

XLVIII. Sed jam ejus diaconum, quem acceptis Romæ a S. Gregorio Papa sacris reliquiis ibi reliquimus, in Gallias redeuntem affectemus: miranda quidem ei in ipsa navigatione contigisse videbimus, audiamus autem ipsum Gregorium ejus Episcopum ista narrantem his verbis (b): *Ab hoc etiam Gregorio Papa diaconus noster reliquias sanctorum (ut diximus) sumpsit, dum adhuc in diaconatu degeret.* Vivente scilicet adhuc Pelagio, ut idem habet in commentario de gloria martyrum his verbis (c): *Sicut a diacono nostro relatum, ita gestum esse cognovimus. Hic autem diaconus a Papa urbis Romæ Pelagio quorumdam martyrum confessorumque pignora accipiens, cum grandi psallentio, psalmodia videlicet, vel clericorum officia, ac populi immenso obsequio, usque ad portum deductus est.* Cum autem ibidem expectans navigandi tempus opportunum moraretur, contigisse tradit, celebrari ordinationem ipsius Gregorii Papæ, eamque ut videret e Portu Romano eundem diaconum rediisse. *Recurrens vero rursus ad Portum: Ingressus,* inquit, *navem, erectis velis ac per illum antennæ (qua modulum crucis gestat) apparatum extensis, flante vento, pelagus altum arripiunt.*

(b) Greg. Tur. hist. Franc. l. 10. c. 1.

(c) Greg. Tur. de glor. mart. c. 83.

De diacono Turonensi cum reliquiis remeante.

XLIX. *Qui dum navigant, ut Massiliensis civitatis portum attingant, appropinquare cœperunt ad locum quemdam, de quo a littore maris lapideus mons exurgens, ac paulatim decedens, summa tenus unda in mari distenditur. Cumque impellente vento, carina magno impetu ferretur in præceps, ut scilicet scopulo illisa quassaretur atque nautæ discrimen intuentes exitus vociferarentur; diaconus elevata cum sanctis pignoribus capsa, invocare nomina singulorum cum gemitu & voce maxima cœpit, deprecans ut eorum virtute ab hoc periculo peritari liberarentur. Jam jamque appropinquabat navis (ut præfati sumus) ad scopulum: & statim in sanctorum contemplatione reliquiarum, ab ipso loco commotus cum violentia majori ventus huic vento contrarium fluctum elisit, ventumque adversum repulit, ac nave in pelagus profundum revocata, cunctos a mortis periculo liberavit: sicque gyrata mole periculi, portum quem desiderabant, cum Domini gratia ac sanctorum patrocinio contigerunt. Erant enim reliquiæ sanctorum,* Apostolorum scilicet, *quorum sacra vestigia Domini manibus sunt abluta, cum Pauli, Laurentiique, atque Pancratii, Chrysanthi, Dariæque virginis, Joannis, atque alterius Pauli fratris ejus quorum certamina & palmas victoriarum ipsa caput orbis urbs Roma devota concelebrat.* Hucusque Gregorius.

Ope sanctorum martyrum naufragium vitatur.



PAGIUS

*Galliæ & Hispania hoc anno peste afflictæ non sunt.*

ea afflixisse supra ostendimus. Sed quod addit Baronius, eandem pervasisse Hispaniam atque Galliam, & *Guntramnum* Regem operam dedisse, ne ad reliquas Galliæ Civitates penetraret, pertinet ad annum quingentesimum octogesimum octavum. Turonensis enim lib. 9. cap. 21. & 22. quem hanc in rem citat, agit de ea peste sub anno Childeberti Regis XIII. qui anno Christi DLXXV. regnare cœpit.

L. Hoc eodem anno contigit Francorum motus adversus Longobardos Galliam Cisalpinam occupantes, ab eodem Gregorio Turonensi (a) descriptus, eodem anno videlicet, quo Gregorius creatus est Pontifex: idque ex eo colligitur, quod sequenti anno, ubi Agilulphus creatus est Rex Longobardorum (b), ad captivos redimendos misit Agnellum Tridentinum Episcopum, ut suo loco dicetur. Franci enim simul cum Imperatore Mauritio foedus adversus Longobardos ineuntes, ad eos ab Italia expellendos, in Italiam descenderunt, magnumque ubique accolis damnum intulerunt, devastantes omnes regiones illas per quas transisse contigit, ex quibus divinum numen adversum se concitaverunt. Pervenientes enim in Italiam, cum non reperissent exercitum Imperatoris ex condicto adversus Longobardos mittendum, nihil magni momenti efficere potuerunt, cum Longobardi una cum suo Rege in munita loca se recepissent, sive in Ticinensem civitatem, vel alii ad alias munitiones confugissent. Franci vero circumquaque palantes, in prædam conversi per trium mensium spatium, demum morbis afflicti atque consumpti, pauci cum præda quam egerant & captivis in Gallias redire compulsi sunt. Hic finis expeditionis hujus hoc anno, adhuc Rege vivente Longobardorum, de cujus obitu nuper alia occasione mentio facta est. Porro quem Antharit Gregorius Papa & alii Regem Longobardorum nominant, Turonensis Gregorius eumdem Aptacharium appellat, quem & hoc anno obiisse refert; & Paulum ejus successorem vocat, quem Agilulphum dictum fuisse omnes affirmant. ☞ Porro quod Gregorius Turonensis Agilulphum vocat Paulum respexit ad nomen, quod postea sumpsit a Baptismo, ut suo loco dicetur inferius. ☜

(a) Greg. Tur. hist. Franc. l. 10. c. 3.

(b) Paul. diacon. l. 4. c. 4.

LI. Quod autem ad vinctos pertinet: quid tunc temporis admiratione maxima dignum Arvernis in Gallia acciderit, idem Gregorius subdit his verbis (c). *Apud Arvernos vero vincti carceris nocte, Dei nutu disruptis vinculis, reseratisque aditibus custodiæ, egressi, Ecclesiam ingressi sunt. Quibus cum Eulalius Comes onera catenarum addi jussisset; ut super eos sunt posita, extemplo ceu vitrum fragile comminuta sunt: & sic obnitente Avito sancto ejus civitatis Pontifice eruti, propriæ sunt redditi libertati.* Quæ vero miraculum istud prosecuta sit munificentia Childeberti Regis, idem pergit sic dicere: *In supradicta vero urbe Childebertus Rex omne tributum tam ecclesiis, quam monasteriis, vel reliquis clericis qui ad ecclesiam pertinere videbantur, aut quicumque ecclesiæ officium excolebant, larga pietate concessit. Multum enim jam exactores hujus tributi expoliatæ erant, eo quod per longum tempus & succedentium generationes, ac divisis in multas partes ipsis possessionibus colligi vix poterat hoc tributum: quod hic, Deo inspirante, ita præcepit emendari, ut quod super hoc Fisco deberetur, nec exactorem damna percuterent, nec ecclesiæ cultorem tarditas de officio aliqua revocaret.* Hæc Gregorius.

(c) Greg. Tur. hist. Franc. l. 10. c. 6.

Childeberti Reg. munificentia.

Quod

PAGIUS XVI. *Francorum bellum adversus Longobardos.* Ad num. L. Gestum hoc anno in Italia bellum inter *Childebertum* Francorum & *Autharim* Langobardorum Reges, quod pluribus narrat Paulus Diaconus, lib. 3. cap. 32. & Gregorius Turonensis lib. 10. cap. 3. sub anno XV. Childeberti Regis, Primo impetu Oppida Langobardorum, quæ Bojoariæ vicina erant, in Tridentino agro cladem acceperunt, igne ferroque excisa, hominibusque in servitutem abstractis, pene in solitudinem redacta. Decem a Paulo enumerantur, qui de Ferruge sic disserit: *pro Ferruge castro, intercedentibus Episcopis Ingenuino de Sabione, & Agnello de Tridento, data est redemptio pro capite uniuscujusque viri solidi sexcenti.* Uterque Episcopus subscripsit Concilio Veneto Schismaticorum, ut supra visum est. Gregorius vero Turonensis de Francis scribit: *Per tres menses Italiam pervagantes, cum nihil proficerent, neque se de inimicis ulcisci possent, eo quod se in locis communissent firmissimis, neque Regem capere, de quo ultio fieret, qui se infra Ticinenses munierat muros, infirmatus aerum intemperantia exercitus ac fame attritus redire ad propria destinavit. Et sic regredientes ita fame conficiebantur, ut prius & arma & vestimenta ad ad coemendum victum dederent, quam locum genitalem contingerent.* De hoc bello Baronius agit num. XXX.

XVII. *Autharius* Langobardorum Rex locum esse agendi de pace datum arbitratus, statim Legatos ad *Guntramnum* Regem misit, qui *Childeberto* nepos ex fratre erat, ut per ejus nutum pax cum gente Langobardorum firmaretur. Sed, ut habet Paulus citatus cap. 36. *dum Legati Authari Regis in Francia morarentur, Rex Autharis apud Ticinum Nonas Septembris veneno, ut tradunt, accepto, moritur, postquam sex regnaverat annos*, qui incompleti intelligendi. Sigebertus in Chronico, ubi sex etiam annos ei assignat, mortem *Autharis* usque ad annum DXCII. differt; sed is error ei ex alio natus, quod scilicet Divi Gregorii Magni exordium eidem anno perperam illiget. A currenti porro ad annum DCLXII. quo tardius *Grimoaldi* Langobardorum Regis initium contingere non potuit, Paulus Diaconus anno septuaginta octo aut circiter, Principibus Langobardorum, qui per illud intervallum regnarunt, attribuit; Sigebertus vero annos tantum septuaginta, qui veritatem assecutus esset, nisi mortem *Autharis* biennio distulisset, & *Grimoaldi* initium anno uno anticipasset.

*Obitus Autharii Langobardorum Regis.*

XVIII. Post *Autharis* mortem statim a Langobardis legatio ad *Childebertum Regem* Francorum missa, quæ pacem ab eo expeteret, quæ & sancita est. Reginam vero *Theudelindam* Autharii viduam permiserunt Langobardi, ut sibi, quem voluisset, ex omnibus Langobardis virum eligeret. Illa Agilulfum Ducem Taurinatium cognatum Regis *Autharis*, virum strenuum & bellico-

*Agilulfus fit Rex Langobardorum.*

LII. Conc. Antisiodorens. Diœcesanum. Quod rursus ad Francorum res spectat, ad hoc ipsum tempus pertinet Concilium Autisiodorense diœcesanum, cui præfuit Aunacharius ejusdem civitatis Episcopus solus cum Abbatibus & presbyteris ejusdem diœcesis; in quo plura, quæ statuta fuerant in Matisconensi Concilio secundo, cui idem Aunacharius interfuit, & sexto loco subscripsit, pariter repetita esse reperiuntur. Habentur in eo sanciti canones quadragintaquinque ad Ecclesiasticam disciplinam & monasticam observantiam retinendam spectantes; quorum nonnullorum etsi usus exoleverit, antiquitatis tamen indices remanserunt. De quibus monendum, ne dum in duobus ex illis vigilias prohibitas legis, de sacris intelligas, sed quæ in privatis domibus fieri consueverunt, ut cum dicitur canone tertio: *Non licet compensas in domibus propriis, nec vigilias in festivitatibus sanctorum facere*. Nam & paulo post: *Sed quicumque votum habuerit, in ecclesia vigilet. Sic & intelligas quæ habentur in ejusdem Concilii canone quinto illis verbis: Omnino & inter supradictas conditiones, vigilias quas in honore Domini observant, omnibus prohibemus*. Quæ nimirum fiebant in domibus propriis, admixtasque habebant aliquas superstitiones.

LIII. Vigiliarum usus. Quam autem frequens esset hoc tempore sacrarum vigiliarum usus in Galliis, illud ostendit inter alia, quod quemlibet diem Dominicum Fideles præcedentibus nocturnis vigiliis agerent, ut docet canon primus posterioris Concilii Matisconensis, cui (ut diximus) idem interfuit & subscripsit Aunacharius, qui huic Synodo Antisiodorensi præfuit: cujus hæc sunt verba, dum de die Dominico religiosissime celebrando agitur: *Noctem quoque ipsam, quæ nos supernæ luci & immarcescibili reddidit, spiritalibus exigamus excubiis, nec dormiamus in ea, quemadmodum dormitant, qui nomine dumtaxat Christiani esse noscuntur; sed oremus & vigilemus operibus sacris, ut digni habeamur in regno cohæredes fieri Salvatoris*. Hæc ante annum statuta in Concilio provinciali, haud potuerunt post annum a diœcesano Concilio aboleri, ab eo præsertim Episcopo, qui (ut dictum est) eidem ea statuenti Concilio subscripsisset. Quinetiam in hoc ipso Antisiodorensi Concilio, de quo agimus undecimo canone habetur de religiose servandis vigiliis Paschatis: *Ne quis scilicet quicquam in eis post mediam noctem comedat*. Hæc de vigiliis oportuit admonuisse adversus eos qui putant per idem Concilium fuisse abrogatas.

LIV. De Eucharistiæ sumptione. Pertinet & ad antiquitatis usum, quod ejusdem Synodi canone trigesimosexto prohibetur mulier nuda manu Eucharistiam sumere: sed (quod habet inferius canon quadragesimussecundus) præcipitur ut ad hoc opus unaquæque mulier habeat Dominicalem suum, alioqui non communicet. Quid autem per Dominicalem intelligi debeat, accipe ex S. Augustino, qui de hoc agit sermone centesimo quinquagesimo secundo de tempore, ubi ait: *Omnes viri quando communicare desiderant, lavant manus, & omnes mulieres nitida exhibent linteamina, ubi*



PAGIUS licentiam sibi virum, & Langobardorum genti Regem elegit. Celebrantur nuptiæ, *inchoante jam mense Novembri*, & postea Agilulfus *mense Maio, ab omnibus in Regnum apud Mediolanum levatus est*, inquit Paulus in fine libri 3. Autharim vero hoc anno abiisse testatur Gregorius Magnus lib. I. Epist. XVII. ad universos Episcopos Italiæ, quæ cum nonnullis aliis mense Decembri Indictione nona data reperitur.

XIX. *Concilium Autisiodorense.* Ad ann. LII. & seqq. In Synodo Autisiodorensi, quam *Aunacharius* Autisiodorensis Episcopus cum Abbatibus & Presbyteris suæ Diœcesews celebravit, nullus est character temporis præter nomen ipsius Episcopi qui præfuit. Cum autem Aunacharius diuturno tempore sederit, inde factum est, ut alii Synodum illam citius, alii tardius collocarint. Sirmondus in Conciliis Galliarum eam anno DLXXXVIII. Cointius vero anno DLXXXVI. illigat, uterque levibus conjecturis innixus. Quare hac in re a Baronio non recedendum. In ea Synodo Canones quadraginta quinque editi sunt. In primo dicitur: *Non licet Kalendis Januarii vetula aut cervula facere, vel strenas diabolicas observare, sed in ipsa die sic omnia beneficia tribuantur, sicut & reliquis diebus*: ubi *vetula* prisco more scribitur pro *vitula*, ut & apud S. Audoenum in Vita S. Eligii, *nullus in Kalendis Januarii nefanda & ridiculosa, vetulas aut cervulos*, &c. *faciat*. Invehitur Synodus in eos, qui Gentilium more Kalendas Januarii colunt, sicuti & Synodus Turonensis Canone XXII. celebrata anno DLXVI. Secundus Canon: *Ut omnes Presbyteri ante Epiphaniam missos suos dirigant, qui eis de principio Quadragesimæ nuncient, & in ipsa Epiphania ad populum indicent*. Sanctus hic Canon, ut Festum Dominicæ Resurrectionis per totam Diœcesim Autisiodorensem uno eodemque die celebraretur, quia frequenter oriebatur dubietas Paschæ, seu controversia de die quo Paschalis solemnitas agenda esset, sicut hoc anno contigit, ut anno DXCIV. videbimus, qui eam controversiam in eum annum Baronius distulit.

XX. *Floret S. Aunarius Episc. Autisiodorensis.* Præter Autisiodorensem Synodum *Aunacharius* sive Aunarius Episcopus res egit quam plurimas laude dignas. *Stephanum Presbyterum*, ut sanctissimorum Pontificum *Amatoris* ac *Germani* prædecessorum suorum Vitas, illam soluta, hanc stricta oratione, scriberet, hortatus est literis, quæ adhuc extant. Rescripsit *Stephanus*, & post longas excusationes, quibus humilitatem suam testatus est, *Aunarii* postulationi acquievit. Obiit Sanctus *Aunarius* secundum calculum Cointii anno DCV. & colitur in Tabulis Ecclesiasticis *VII. Kal. Octobris*. Patria fuit Aurelianensis genere nobilissimus, & facultatum amplissimarum, quas possedit, hæredem Ecclesiam Autisio-

*ubi corpus Christi accipiant*. Subdit pluribus, quid hæc significent.

LV. De sancto Theodoro Siceota. Sed jam invisamus Orientis Ecclesiam, quæ misericordia Dei non destituta, eodem tempore quo Occidens tanto Pontifice illustratur Gregorio Magno, ipsa refulget splendore viri sanctissimi Theodori Siceotæ, qui in Galatia ex Archimandrita invitus est provectus ad Episcopatum Anastasiopolis civitatis itidem in Galatia sub Ancyrana metropoli. Scripsit res ab eo præclare gestas quam fidelissime, qui a puero cum ipso coaluit Georgius presbyter atque ejusdem monasterii præfectus; nam in fine ejus commentarii hæc ipse: *Hæc ego Eleusius, qui & Georgius a S. Theodoro vocatus sum, omnia, Deo adjuvante, conscripsi. Neque vero miraculorum ejus expers fui, sed ea maxime omnium expertus sum. Cum enim parentes mei ex oppido Adigermaro oriundi diu simul vixissent, nec alios possent liberos suscipere, ad sanctum virum accesserunt; cumque zonas, quibus ille benedixerat, accepissent, ego conceptus sum, & in lucem editus, & infans ipsi oblatus: qui & in ejus monasterio enutritus, a religiosissimo Præfecto litteras didici*, &c. Qui igitur rerum mirabilium ipsius Theodori inspector maxime fuit, eas sincerissimo stylo memoriæ perpetuæ posteris tradidit. Quomodo autem (quod hoc tempore Mauritii Imperatoris accidit) ad Episcopatum Anastasiopolis tractus sit, idem auctor narrat his verbis:

LVI. Theodorus creatur Episcop. Anastasiopolis. *Defuncto Timotheo Anastasiopolis Episcopo, cives & clerici ad beatissimum Ancyræ metropolis Archiepiscopum convenerunt, & magnum Dei servum Theodorum Siceorum mansionis Archimandritam in sanctissima Ecclesia sua Episcopum efflagitarunt. Quorum ille lætatus studio & voluntate, præcepit, ut eum ad se adducerent. Erat autem tempus quo sanctus Theodorus in spelunca inclusus precationi vacabat & quieti. Accesserunt igitur Anastasiopolis clerici & cives ad monasterium atque speluncam, & supplicarunt, ut se pastorem ipsis concederet. Quod ille cum ne audire quidem vellet, nedum concedere; ipsi vi quadam pia illata eum e monasterio extulerunt, & in lecticam conjectum abduxerunt. Cujus discessu cum & monachi, & ceteri qui illic commorabantur, mœsti essent: vir sanctissimus eos per fratrem consolatus est: Omittite, inquiens, mœrorem filii: nam si mihi credideritis, non dimittam vos: nihil enim est in terra, quod me a consuetudine vestra possit separare. Ancyram igitur metropolim ingressus, a beatissimo Archiepiscopo Paulo cum lætitia susceptus est, & Episcopus constitutus. Viderat autem quidam in quiete stellam ingentem e cælo delapsam, & super ecclesiam illius civitatis constitisse, quæ radiis suis tum civitatem ipsam, tum regiones finitimas illustrabat.* Probavit quidem ostensam visionem eventus, cum incredibili miraculorum virtute illic vir sanctus effulgens, toti penitus illuxit Orienti: narrat ea idem auctor, quæ nos brevitatis causa dicere prætermittimus. Porro sæpe sequentibus annis idem nobis occurret Theodorus, semperque præclaris factis insignior.

Quod ad res bellicas spectat, male sæpe pugnatum esse adversus Avares, docent Theophanis Annales, cum & certa spes victoriæ insperate oblata Romanis dilabitur, amplius non reversura. Ad- LVII.

ver-

PAGIUS siodorensem constituit ut legitur in Historia Episcoporum Autisiodorensium Tomo primo Bibliothecæ MSS. Labbei.

XXI. S. Theodorus Siceota fit Episc. Anastasiopoleos. Ad num. LVI. Nullus est temporis character in Vita Sancti *Theodori Siceotæ*, ex quo possimus devenire in cognitionem anni, quo dictus est Episcopus *Anastasiopoleos*, Galatiæ Civitatis, quæ subjacebat Ancyræ Metropoli Galatiæ primæ. Ad Anastasiopolitanum Episcopatum spectabat Oppidum *Siceon*, ab ipsa Civitate duodecim millibus distans ubi erant varia Monasteria, unde *Siceota* fuit appellatus Sanctus *Theodorus* Archimandrita, cujus Vitam ab Eleusio ejus discipulo scriptam exhibent Acta Sanctorum Bollandiana ad diem XXII. mensis Aprilis.

XXII. Gesta in bello Persico. Ad num. LVII. Rebellio militum Romanorum adversus suos Duces in Perside, & facta cum illis conciliatio, pertinent ad superiores annos, ut ibidem demonstravimus. Quæ vero hoc anno Romanos inter & Persas gesta, narrat his verbis Evagrius lib. 6. cap. 14. *Sequenti æstate* (nempe a conciliatione militum cum Philippico suo Præfecto) *cum exercitus Romanorum in unum collectus esset, & Persæ expeditionem suscepissent adversus Romanos, circa Martyropolim gravis commissa est pugna. Cumque Philippicus superior fuisset, multique Persæ, & inter hos Princeps quidam fortissimus, in prælio cecidisset, Persarum tamen multitudo non contemnenda Martyropolim ingressa est, id quod maxime illis studio fuerat. Exinde Romani ab obsidione quidem Urbis abstinendum sibi esse censuerunt. Neque enim fieri posse, ut eam vi expugnarent. Et hæc quidem æstivo tempore facta sunt a Romanis. Hyeme vero dimissus est exercitus.* Quæ ex Evagrio descripsit Nicephorus lib. 18. cap. 27. Idem habet Theophylactus lib. 3. cap. 5. sine ulla temporis nota, & Theophanes ad annum Incarnat. secundum Alex. DLXXIX. qui Kal. Septemb. anni Christi DLXXXVI. inchoatur ideoque anno non suo. Pergit Evagrius cap. 15. *Mittitur posthac ab Imperatore Comentiolus genere Thrax, qui Philippico in Magisterii potestate succederet.*

XXIII. Persæ adversus Hormisdam Regem conjurationem ineunt. Addit, eum fortissime cum Persis congressum, hos fugam arripuisse; cumque ad Regem suum reverti minime auderent, adversus *Hormisdam* Persarum Regem conjurationem iniisse, auctore *Varamo* Magistro militum apud Persas; intereaque *Comentiolum* Martyropolim interclusam præsidiis teneuisse, & *Orbar* castellum munitissimum, e regione hujus Urbis in adversa

ripa

versus item Persas discordia ducum. Romani exercitus nihil gloria dignum est actum; rebellansque exercitus adversus Imperatorem, vix tandem illi paruit postea reconciliatus. Sed de his pluribus in Theophane.

Se-

PAGIUS ripa situm vi cepisse. Aliter hæc narrat Theophylactus. Nam. lib. 3. cap. 5. relata priori pugna ait: *Philippicus illico (παραυτίκα) abrepta Præfectura cogitur, cujus locum Comentiolus Imperatoris auctoritate capessit.* Capite sequenti Comentioli cum Persis prælium memorat; & lib. 4. cap. 2. ait: *Cum per illos dies Comentiolus Dux Romanus arcem Acbas cepisset, militemque in hyberna dimisisset, Varamus Castella Persidis paulatim aggreditur*, ubi Castrum ab Evagrio Ocbas vocatum ipse *Acbas* nominat, cujus situm lib. 1. cap 12. eodem prorsus modo, quo Evagrius, describit. In eo hic & Theophylactus conveniunt, quod uterque de rebellione Varami adversus Hormisdam Regem loquitur post secundum prælium. Sed in eo dissentiunt quod Theophylactus exercitum post secundum prælium a Comentiolo in hyberna dimissum scribit: ille vero id accidisse tradit ante secundum congressum & Comentioli adventum, ideoque significare videtur Evagrius, hæc prælia duobus diversis annis inita. Verum, ut ex infra dicendis liquebit, uno eodemque anno commissa fuere. Quare non dubito, quin *Theophylactus* qui Heraclii Imp. temporibus Historiam suam publicavit, aliquot scilicet annis postquam *Evagrius* suam in lucem edidisset, istum hujus Historici errorem emendaverit, Hæc Evagrii aberratio Baronium impulit, ut *Hormisdæ* mortem in annum DCXII. rejiceret, quem tamen exeunte hoc anno trucidatum esse infra demonstrabo.

Concilium *Metense*, de quo anno DXCIV.

I. *Gregorii epiſtolæ quales.*

SEquitur Chriſti Redemptoris annus quingenteſimus nonageſimusprimus, nona Indictione: quo cum plures ſancti Gregorii Papæ res geſtæ ex epiſtolis ipſius legantur, illæ a nobis Annalibus intexentur, quæ videntur eſſe præſtantiores: cum alioqui ex ſingulis ipſarum verſibus nonniſi magna, quæcumque geſſeris, aut ſcripſerit, eſſe, quiſque prudens intelligat, ſi accurate recta judicii lance cuncta penſaveris; atque plane digna cenſeat, ut nec vel apex omitteretur ex ſcriptis ab eo epiſtolis, qui non redderetur iiſdem Annalibus: verum affluens nimis copia ſecus agere perſuaſit: etenim præſens tomus unius tantum Pontificis rebus geſtis implendus eſſet, nec ipſe puto ſufficeret, ſi cuncta quæ illis adnexa videntur, iiſdem pariter jungerentur. Cæterum ſunt complura, quæ licet minima eſſe videantur, magnam tamen inſinuant in Apoſtolico viro virtutem.

II. Etenim qui contemplatione cæleſtium præſeferebat extra orbem hunc poſitum Angelum, & quem univerſalis Eccleſiæ circumſpectione aquilam volatu luſtrantem mundum quiſque jure dicere potuiſſet, dum eidem cum hæreticis univerſis atque ſchiſmaticis toto orbe diſperſis juge certamen eſſet, cunctæque regendæ univerſalis Eccleſiæ machinæ onus incumberet, idem ipſe tamen amplitudine caritatis, & miſericordis animi immenſa latitudine, quæ etiam videntur minima minime prætermiſit: privatorum enim ſemper intentus commodis, ut egentes luvaret inopia, mœrentes animo ſolaretur, diſſidentes componeret, factus omnia omnibus, prout quiſque opus haberet, ſolicito ſtudio præſto fuit. Sunt indices ejus rei litteræ ipſius hoc anno menſe Februario datæ (*a*) ad Anthemium ſubdiaconum in Campania, quibus ei mandavit, ut ancillis Dei Nolæ degentibus egeſtate preſſis, Paulino inſuper presbytero monaſterii S. Eraſmi, ac duobus monachis in oratorio S. Archangeli ſervientibus præſcriptam eleemoſynam impertiret.

(*a*) *Greg. l. 1. epiſt.* 23.

III. Cum enim Gregorius ſubdiaconus ad Eccleſiæ Romanæ bona curanda mitteret, æque ut ante fecerat, in mandatis illis dedit, ut pauperum curam gererent, eoſque inveſtigatos ſcripto notatos mitterent. Quod cum ex his unus idem Anthemius ſubdiaconus agere negligeret, ab eodem Gregorio objurgatur, cum rurſus ad eum ſcribens, hæc ait: (*b*) *Diſcedenti tibi mandavimus: & poſtea præceptis diſcurrentibus injunxiſſe meminimus, ut curam pauperum gereres; & quos illic egere cognoſceres, ſcriptis recurrentibus indicares: & vix de paucis hæc facere curaſti. Volo autem, ut domna Paterichia mea, mox ut præſentem juſſionem ſuſceperis, offeras ad calciarium puerorum ſolidos quadraginta, & tritici modios quadringentos: domna Palatina relicta Urbici ſolidos viginti, & tritici modios trecentos; domna Viviana relicta Felicis ſolidos viginti, & tritici modios trecentos. Qui omnes ſimul octoginta ſolidi in tuis rationibus imputentur.* Puto has quidem fuiſſe ex illis nobilibus Romanis feminis a Totila Gothorum Rege ex Urbe pulſis cum viris ſuis; quibus defunctis, boniſque deperditis, eas ſumma egeſtate laboraſſe. Porro eidem Palatinæ illuſtri feminæ, rurſus litteris aliis (*c*) ad eumdem hoc anno datis, præberi juſſit ſolidos triginta annuos: ſimiliter & Paſtori oculis infirmo annuos modios viginti tres & fabæ undecim dari præcepit ab eodem Anthemio ſubdiacono (*d*). Sed de eleemoſynis hæc ſatis, exempli cauſa adducta de his quæ ad privatarum rerum curam exactam ſpectare videri poſſunt; ex quibus reliqua diſcas, quæ in aliis provinciis, potiſſimum vero in Urbe idem Gregorius erga pauperes ageret.

(*b*) *Greg. l. 1. epiſt.* 57.

*Pauperibus accurate proſpicit Gregorius.*

(*c*) *Greg. l. 1. epiſt.* 57.

(*d*) *Greg. l. 1. epiſt.* 65.

IV. Quod autem ad publica Eccleſiæ univerſalis negotia ſpectare videtur: idem Gregorius hoc eodem anno menſe Februario, more majorum, Synodalem epiſtolam (ita eam appellat ipſe ſuperius *e*) dedit ad Orientalis Eccleſiæ Patriarchas: qua cum primum ipſe paſtorum paſtor, quales re vera debeant eſſe paſtores, pluribus quam accuratiſſime doceat; quid inſuper credere recte debeant, ut communione Catholica & Apoſtolica perfruantur, inſinuat. Erat autem (ut ſæpe vidimus) illud in more, ut ſimulac quis Romanus creatus eſſet Pontifex, vicinis collectis Epiſcopis, Synodum ageret, in qua ſe eſſe fidei Catholicæ cuſtodem tenaciſſimum declararet, ex eaque Synodo epiſtola Synodalis tranſmitti ſoleret

(*e*) *Greg. l. 1. epiſt.* 4.

PAGIUS SÆC. VI. Anno Eræ Hiſpan. DCXXIX. A.C. 591.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6084.

☉ 12. G. ☽ 3. P. 25. April. Indict. 9.

JESU CHRISTI 591.

GREGORII PAPÆ 2.

MAURICII IMP. 10.

[1] IS annus hac formula notatus: *IX. poſt Conſulatum Mauricii Tiberii Aug. ſolius VII.* juxta Chronicon Alexandrinum. I. *Poſtconſulatus.*

leret ad absentes universi orbis Episcopos, potissimum vero ad præcipuarum Ecclesiarum Patriarchas: quod quidem S. Gregorius more majorum egregie præstitit, dictam scribens epistolam, cujus ejusmodi inscriptus titulus reperitur (*a*): *Gregorius Joanni Episcopo Constantinopolitano, Eulogio Alexandrino, Gregorio Antiocheno, Joanni Hierosolymitano, & Anastasio Patriarchæ Antiocheno a paribus*. Cur autem hic nominari contingat duos Patriarchas Antiochenos, Gregorium, & Anastasium, superius dictum est. Sed quod a paribus scriptum dicatur, non sic velim accipias, ut pares eos esse dignitate significare Gregorius Papa voluerit, quos ex Concilii Niceni canone satis sciret esse distinctos. At non puto exemplum unum ad omnes esse missum simul; sicque accidisse, ut cum quatuor unius epistolæ inventa sint exemplaria, satis fuerit visum librario nomina simul jungere, a parique addere, quo significaret, eamdem ad eos quatuor æque missam: sed primo loco ponendum Joannem putarit, quem ob regiam civitatem clariori videret fulgere splendore, existimans antiquitus constitutum sedium ordinem & prærogativam jam antiquatam. Quod vero ad ipsam spectat epistolam, omissis cæteris quæ muneris sacerdotalis eminentiam exprimunt; ea tantum quæ ad fidem Catholicam spectant, tamquam totius ædificii fundamentum, hic breviter, ut scripta habentur, sunt recensenda.

(*a*) Greg. l. 1. epist. 24.

De Epistola Synodali S. Gregorii.

V. *Præterea*, inquit, *quia corde* (*b*) *creditur ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem: sicut sancti Evangelii quatuor libros, sic quatuor Concilia suscipere & venerari me fateor*; *Nicænum scilicet, in quo perversum Arii dogma destruitur; Constantinopolitanum quoque in quo Eunomii & Macedonii error convincitur; Ephesinum etiam primum, in quo Nestorii impietas judicatur; Chalcedonense vero, in quo Eutychetis Dioscorique pravitas reprobatur, tota devotione complector, integerrima approbatione custodio*. Quod vides, lector, cubitalibus (ut ajunt) litteris probatum a sancto Gregorio poni Chalcedonense Concilium: id scias velim scite prudenterque factum occasione schismaticorum asserentium damnantes Tria capitula, ac Quintam Synodum profitentes, labefactare ipsum sacrosanctum Chalcedonense Concilium. Pergit vero Gregorius: *Quia in his*, quatuor Conciliis videlicet, *velut in quadrato lapide, sanctæ fidei structura consurgit; & cujuslibet vitæ atque actionis existat quisquis eorum soliditatem non tenet, etiam si lapis esse cernitur, tamen extra ædificium jacet*.

(*b*) Rom. 10.

Professio Catholicæ fidei sancti Gregorii.

VI. *Quintum quoque Concilium pariter veneror: in quo epistola quæ Ibæ dicitur erroris plena reprobatur: in quo Theodorus, personam mediatoris Dei & hominum in duabus subsistentiis separans, ad impietatis perfidiam cecidisse convincitur: & in quo scripta quoque Theodoreti, per quæ beati Cyrilli fides reprehenditur, ausu dementiæ prolata refutantur*. Sunt hæc illa Tria capitula ab Orthodoxis damnata, quorum causa totum inversum sæpe vidimus orbem. Rursum vero ne horum damnatione videretur carpere idem sacrosanctum Concilium Chalcedonense, generali hac, quam subdit, sententia satisfacit: *Cunctas vero quas præfata veneranda Concilia personas respuunt, respuo: quas venerantur, amplector: quia dum universali sunt consensu constituta, se & non illa destruit, quisquis præsumit aut solvere quos ligant, aut ligare quos solvunt. Quisquis ergo aliud sapit, anathema sit. Quisquis vero prædictarum Synodorum fidem tenet, pax ei sit in Deo Patre per Jesum Christum Filium ejus, qui cum eo vivit & regnat consubstantialiter Deus in unitate Spiritus sancti per omnia sæcula sæculorum. Amen*. Hactenus ad eos Gregorius.

De quinta Synodo & tribus capitulis.

VII. Porro ad eumdem Anastasium Antiochenum alias privatas litteras (*c*) dedit, in quibus rationem pariter reddidit, cum ad eum sicut ad alios scripserit, cum non sederet in Ecclesia Patriarcha, subrogato jamdiu ante Gregorio, dicens in fine: *Præterea sicuti Patriarchis aliis, vel Patribus, ita & Synodicam vobis epistolam direxi: quia apud me semper hoc estis, quod ex omnipotentis Dei munere accepistis esse, non quod voluntate hominum putamini non esse*. Addidit & litteris donum, nempe claves S. Petri: ait enim ad finem epistolæ: *Amatoris vestri beati Petri Apostoli vobis claves transmisi, quæ super ægros positæ, multis solent miraculis coruscare*. Sed & ad Andream (*d*) virum insignem itidem clavem misit habentem intus de ejusdem S. Petri catenis limaturam: nam ad finem epistolæ eadem quæ superius fermo verba habet, cum ait: *Præterea sanctissimam clavem a S. Petri Apostoli corpore vobis transmisi, quæ super ægros multis miraculis solet coruscare: nam etiam de ejus catenis interius habetur. Eædem igitur catenæ, quæ illa sancta colla tenuerunt, suspensæ, colla vestra sanctificent*. Totidem habet etiam verba in epistola ad Joannem Exconsulem Patricium & Quæstorem, cum illi idem munus impertitur: hic enim quo plus cæteris Gregorium diligebat, eo solicitius procuraverat apud Imperatorem, ut delectus Pontifex probaretur. Ad quem inter alia Gregorius: (*e*) *Vobis quidem omnipotens Deus, qui bono animo fecistis, bona æterna retribuet: sed me a tanto loci hujus periculo, quali-*

(*c*) Greg. l. 1. ep. 25.

(*d*) Greg. l. 1. ep. 29.

Claves de sepulcro S. Petri Gregorius ad diversos mittit.

(*e*) Greg. l. 1. ep. 30.

*liter voluerit, absolvat: quia sicut peccata mea merebantur, non Romanorum, sed Longobardorum Episcopus factus sum, quorum synthicia * spatha sunt, & gratia pœna.* Hæc idcirco Gregorius, quod universa Italia gente esset Longobardorum repleta, quæ fera & dura ea beneficiis effici soleret truculentior.

* fiffi tiæ id est sodalitates, ea voce Græca.

VIII. De usu clavium sepulcri S. Petri.

Quod vero ad claves spectat e corporu S. Petri (ut ait) mitti solitas: quoniam frequens est eadem ad diversos pietatis ergo mitti munera ab ipso S. Gregorio, hic tibi repetenda opportune videntur, quæ de iisdem clavibus superiori tomo ea Gregorio Turonensi sunt recitata ex commentario de gloria martyrum, ubi post alia hæc addit: (a) *Multi enim & claves aureas ad referandos cancellos beati sepulcri*, Principis Apostolorum videlicet, *faciunt, qui eas ferentes pro benedictione priores accipiunt, quibus infirmitatem tribulantium medentur: omnia enim fides integra præstat.* Quaota vero & quam miranda consueverit Deus per hujusmodi claves operari miracula, elicita etiam ab hostibus testimonia suo loco superius recensuimus: quanta præterea ex sudariis sepulcro admotis, quæ brandea, sive palliola, aut sanctuaria dicta reperies, miracula manare solerent, ea utroque Gregorio satis superius dictum est.

(a) Greg. de glor. mart. l. 1. c. 28.

IX. Laborans interea Gregorius Papa in ministerio pastorali, solicitus erat oppressiones Episcoporum sublevare: quod enim sciret Blandum (b) Hortensem Episcopum detineri a Romano Exarcho Ravennæ, ut eum e manibus illius vindicaret, jussit ut in causa ejus cogeretur Synodus, & deponeretur, si obnoxius criminibus repertus fuisset; sin secus, in suam restitueretur Ecclesiam. Non solum enim criminalia Episcoporum judicia procul aberat ut a Præfectis judicarentur, sed quæque alia minora si haberent ipsi Præfecti adversus Episcopos, nonnisi per Episcopos judicari ipsimet petere consueverant, ut constat ex ejusdem Gregorii epistola ad Malchum (c) Episcopum in Dalmatia data. Sicubi autem audiret sive clericos, sive laicos a Præpositis affligi, continuo illis præsto esse non destitit: ejusmodi plane argumenti est epistola (d) ad Gennadium Patricium Exarchum in Africa, cum accepisset illic a Theodoro Magistro militum subditos male haberi: de qua etiam reprimenda scripsit (e) ad Honoratum diaconum.

(b) Greg. l. 1. ep. 32.

Oppressos Episcop. sublevare curat.

(c) Greg. l. 2. ep. 36.

(d) Greg. l. 1 ep. 57.

(e) Greg. l. 2. ep. 47.

X. Solicitum vero eumdem Gregorium semper super Episcopos invigilasse, ut animarum saluti iidem ioviglarent, plane declarat perbrevis ejus epistola ad Projectitium Narniensem Episcopum data hoc anno, mense Septembri, verbis istis (f):

(f) Greg. l. 2. ep. 2.

*Pervenit ad nos, peccatis imminentibus, in civitate vestra Narniensi mortalitatem omnino grassari: quæ res nos nimis afflixit. Quamobrem salutantes fraternitatem tuam modis omnibus suademus, ut a Longobardorum, sive Romanorum, qui in eodem loco degunt, admonitione, sive exhortatione, nulla ratione cessetis, & maxime a Gentilium & hæreticorum, ut ad veram rectamque fidem Catholicam convertantur. Sic enim aut divina misericordia pro sua eis forsitan conversione & in hac vita subveniet: aut, si eos migrare contigerit, a suis (quod magis notandum est) transient facinoribus absoluti.* Hæc ad Narniensem Episcopum Gregorius: in quo & illud mirandum, quod cum in dando effusissimus esset, in accipiendo continentissimus semper extitit. Est de his dignum exemplum in ipsius litteris ad Felicem Messanæ in Sicilia civitatis Episcopum, in quibus inter alia hæc habet (g): *Nobis de cætero ne quid transmittere debeas, inhibemus. Et quoniam non delectamur xeniis: Palmatianas, quas sua direxit fraternitas, cum gratiarum actione suscepimus; sed eas, ne quod exinde potuisses sentire dispendium, digno fecimus pretio venundari, & id fraternitati tuæ transmisimus singulatim.* Hæc ipse.

Quid Episcopi tempore pestis.

(g) Greg. l. 1. ep. 64.

Xenia etiam respuit Gregorius.

XI. Sed quid per Palmatianas intelligat, haud satis explicat. At obscurus locus elucidatur per Cassiodorum (h), qui in epistola ad Anastasium suadet esse intelligendum vinum ita nominatum: etenim cum pretiosa vina recenset, Palmatianum adnumerat. Sed cur ita dictum, num ab uva Palmatia, ita a Plinio appellata (i), ex qua vinum Palmatium idem fortasse quod Palmatianum? Scimus majores etiam ea palma arbore potationem conficere consuevisse: nam S. Hieronymus ait (k), *Palmarum fructus exprimuntur in liquorem.* Sane quidem & Philostratus in Apollonio (l) vinum ex palmarum fructibus educi testatur, & Strabo (m) in Arabia vinum ex palmis confici solitum æque adstipulatur.

(h) Cassio. l. 12 ep. 12.

(i) Plin. l. 14. c. 6.

(k) Hier. ep. 2.

(l) Philo. in Apol. l. 2.

(m) Strabo l. 16.

XII. Verum nequaquam de his intellexisse Gregorium puto: sed potius ex ratione loci apparet esse locotuio de illo vini genere, quod dicebatur palmatianum; de quo audi Cassiodorum: *Vinum quoque quod laudare cupiens, Palmatianum nominavit antiquitas, non stipsim, a sperita, sed gratum suavitate perquire: nam licet inter vina Bratia videatur extremum, factum tamen est pene generali opinione præcipuum. Ibi enim reperitur & Gazeto par, & Sabino simile, & magnis odoribus singulare. Sed quia illud famam sibi nobilissimam vindicavit: hoc & in suo genere nimis elegans perquiratur ne prudentia majoram aliquid appellasse*

Ve-

*videatur improprium* (quod scilicet ob ejus excellentiam nominarit Palmatianum) *Est enim suavi pinguedine, molliter crassum, vivacitate firmissimum, nare violentum, candore quoque perspicuum: quod ita redolet ore ructatum, ut merito illi a palma nomen videatur impositum. Viscera defecta constringit, vulnera madida desiccat, lapsum reficit pectus; & quod vix valet implere potus arte compositus, hic naturaliter præstat infectus.* Hucusque de Palmatiano vino Cassiodorus; quod pretiosum sanctus Gregorius accipere dono noluit, sed vendi fecit; & ei qui dederat, misit pretium.

XIII. Orientales Episcopi expulsi alendi damus aliis Episcopis.

Cæterum Gregorius, qui non vult ab Episcopis munera accipere, eosdem erga coepiscopos pauperes monet ut sint misericordes. Etenim cum anno superiori (ut vidimus) incursione Avarum sub duce Gagano, sive Gajano, perturbatæ essent regiones Orientis, expulsique Episcopi cum populis e sedibus suis, cum jussisset Imperator eosdem profugos & extorres ab Episcopis Illyrici alii; id ut libenter faciant, monent eos S. Gregorius, datis ad ipsos his litteris (a):

(a) Greg. l. 2. ep. 43.

XIV. *Jobinus excellentissimus vir, filius noster, Præpositus per Illyricum, scriptis suis nobis indicasse dignoscitur, ad se sacris apicibus destinatis, jussum fuisse, Episcopos quos a propriis locis hostilitatis furor expulerat, ad eos Episcopos, qui nunc usque in locis propriis degunt, pro sustentatione & stipendiis præsentis vitæ esse jungendos. Et licet ad hoc fraternitatem vestram jussio Principalis admoneat: habemus tamen majus his mandatum æterni Principis, quo ad hæc terribiliter peragenda compellimur, ut non dico fratres & coepiscopos nostros, sed ipsos etiam quos nobis contrarios patimur cum opportunitas postulat in conferendis subsidiis necessitatum carnalium diligamus. Oportet ergo vos ad hanc rem & cælesti primitus Principi obedientes existere, & Imperialibus etiam jussionibus consentire, quatenus fratres coepiscoposque nostros, quos & captivitatis, diversarumque necessitatum angustiæ comprimunt, debeatis consolandos, convicturosque vobiscum in Ecclesiasticis sustentationibus libenter suscipere: non quidem ut per communionem Episcopalis throni dignitas dividatur, sed ut ab Ecclesia juxta possibilitatem sufficientiæ debeant alimenta percipere. Sic enim & proximum in Deo, & Deum in proximo diligere comprobamur. Nullam quippe eis nos in vestris Ecclesiis auctoritatem tribuimus; sed tamen eos vestris solatiis contineri summopere hortamur.* Hucusque Gregorius de his quæ ad Episcopos pertinent.

XV. Non defuit præterea pastorali propensiori cura sanctissimus Pontifex erga monachos, ut regulari observantia tenerentur; illos vero potissimum in monasterium revocandos esse curavit, qui facti essent disciplinæ monasticæ desertores. Erat inter eos Venantius vir illustris, Italiæ Cancellarius divitiis præpotens, ex Deciorum familia, quocum magna ipsi intercedebat necessitudo: pater hic erat clarissimarum illarum virginum Barbaræ & Antoniæ, de quibus frequens mentio in ejusdem S. Gregorii litteris habetur; plures etiam ad easdem datæ ab ipso reperiuntur. Hunc, inquam, exmonachum litteris scriptis revocare ad monasterium studuit; quem inter alias his admonuit (b): *In quo enim habitu fueris, recolis; & superna districtionis animadversione proposita, ad quid sis delapsus, agnoscis. Culpam ergo tuam pensa, dum vacat; districtionem futuri judicii, dum vales, horresce: ne tunc illam amaram sententiam audias, cum jam nullis fletibus evadas.* Et inferius: *Ananias pecunias Deo voverat, quas post diabolica victus persuasione subtraxit: sed qua morte mulctatus sit, scis. Si ergo ille mortis periculo dignus fuit, quia eos quos dederat nummos Deo abstulit: considera quanto periculo in divino judicio dignus eris, qui non nummos, sed te ipsum Deo omnipotenti, cui te sub monachali habitu devoveras, subtraxisti. Considera judicium Dei quod mereatur, qui semetipsum Deo vovit, continuoque mundi desideriis irretitus mentitus est quod vovit.* Hæc & alia ad eum Gregorius: quibus suam exmonachi infelicissimi nostri temporis sententiam recognoscant, qualis erit, cum ad apostasiam etiam hæresim addiderint, ab ipsa Catholica fide discessionem. Porro Venantius nihil profecit ex S. Gregorii litteris, ita extra monasterium usque ad obitum perseverans. Extant enim aliæ ejusdem Gregorii litteræ (c) post annos octo ad eum datæ, cum ægrotaret; aliæ (d) insuper ad Joannem Syracusanum Episcopum de ipso jam in extremis laborante.

Desertores & vagos monachos revocat.

(b) Greg. l. 1. epist. 33.

(c) Greg. l. 9. epist. 21.

(d) Greg. l. 9. epist. 31.

XVI. Monachos revocat ad disciplinam.

Reperit præterea monachos qui & uxores duxissent, quos revocandus in monasterium studuit: bellorum enim jugis molestia fecerat monasticam observantiam relaxari, & monachis destitui monasteria. Ad hos corrigendos, eosdemque suis restituendos monasteriis, quantum putas laboris insumpsisse Gregorium? Id indicant ejus hoc anno eo argumento datæ litteræ (e) de Siciliæ atque Campaniæ provinciæ monachis. Effecerat insuper necessitas bellica, ut cum uxoribus, filiabus, atque sororibus, aliisque feminis fugerent viri in proximas insulas Orsianam atque Palmariam & alias, ubi monachorum erant monasteria: eosque miserationis intuitu cum monachi susce-

(e) Greg. l. 1. epist. 38. 39. 40.

cepissent, haud leve allatum est damnum monasticæ continentiæ. Ad hæc avertenda mala idem Gregorius longe separari a feminis monachos voluit (a) per Anthemium subdiaconum: cum & illud quoque prohibuit, ne ante decem & octo annorum ætatis tempus quis reciperetur in monasterium. Sed & quod monachos itidem Gorgoniæ insulæ solutos monastica disciplina audisset, ad eos instituendos Orosium misit (b) Abbatem, cui & erigere in insula corsica monasterium in loco munito in mandatis dedit. Quos vero sciebat in monasteriis monastice vivere monachos, iidem ut Deo propensiori cura vacarent, sollicitudine pastorali providit, curavitque ut exteriora negotia eorumdem monasteriorum per prudentes sæculares viros curarentur, constituto salario: ita quidem de his scripsit (c) ad Petrum subdiaconum negotia Ecclesiastica curantem in Sicilia. Quos vero pauperes novit, sed monastici instituti tenaces, eosdem impertita eleemosyna alendos curavit (d).

(a) Greg. l. 2. epist. 48.
(b) Greg. l. 2. epist. 49. 50.
(c) Greg. l. 1. epist. 67.
(d) Greg. l. 2. epist. 2.

XVII. Laurentium Archidiaconum deponit.

Qui igitur monachos ubique degentes sub regulari contineri voluit disciplina, clericos pariter ex sanctorum canonum præscripto vitam agere, componereque mores curavit: adversus vero contemptores Ecclesiasticam pro meritis censuram exercuit: etenim hoc anno, mense Septembri Laurentium Romanæ Ecclesiæ Archidiaconum redegit in ordinem, alio in ejus loco subrogato; de quo in exordio secundi ejus epistolarum libri hæc scripta leguntur: *Temporibus Papæ Gregorii, Consulatus Mauritii Augusti anno sexto, depositus est Laurentius, qui primus fuerat in ordine diaconus sedis Apostolicæ, propter superbiam & mala sua, quæ tacenda duximus: & factus est Archidiaconus Honoratus coram omnibus presbyteris, & diaconibus, Notariisque, subdiaconibus, vel cuncto clero in basilica Aurea.* Hæc ibi. Quem igitur vidisti erga monachos clementem, & in pauperes misericordem, superbientem Archidiaconum minime tolerandum putavit, secundum illud Apostoli (e): *In promptu habentes ulcisci omnem inobedientiam.* Atque ex sententia Petri (f), judicium incipiendum esse ostendit a domo Domini, ab ipsa Apostolica sede, ne vilesceret, cum illud exercendum esset apud exteros. Quod autem audis id factum [Gregorii] sexto [Mauritii] anno, intellige illum inchoatum hoc anno, mense Augusto, quo Tiberium mori contigit. Vides te ipsum S. Gregorium perfecisse, quod scriptis suis unumquemque Episcopum facere debere commonuit, nimirum quod ait (g): *Sit rector bene agentibus per humilitatem socius, contra delinquentium vitia per zelum justitiæ erectus, ut & bonis in nullo se præferat, & cum pravorum culpa exigit, potestatem protinus sui prioratus agnoscat: quatenus & honore suppresso, æqualem se subditis bene viventibus putet, & erga perversos jura rectitudinis exercere non formidet.* Hæc in Pastorali.

(e) 2. Cor. 10.
(f) 1. Pet. 4.
(g) Greg. Past. l. 2. c. 6.

XVIII. At non solum adversus superbientem Archidiaconum Ecclesiasticæ censuræ vigorem exercuit, sed & Demetrium Neapolitanæ Ecclesiæ Episcopum hoc eodem anno sede deposuit, quibusnam autem exigentibus culpis, audi quæ scribat ad Neapolitanos (h): *Demetrius siquidem, qui nec antea Episcopus dici meruit, tantis & talibus nequitiis inventus est involutus, ut si secundum suorum qualitatem facinorum judicium sine misericordia recepisset divinis mundanisque legibus durissima proculdubio fuerit morte plectendus: sed quia pœnitentia reservatur, sacerdotis honore privatus est, &c.* Jubet autem eis de successoris agere electione, cum illi Paulum quemdam Episcopum usque ad creationem novi Episcopi ministratorem dari sibi petiissent (i).

(h) Greg. l. 2. epist. 3.
(i) Greg. l. 2. epist. 6.

XIX. Clericos revocat ad disciplinam.

Quod rursum pertinet ad clericorum disciplinam, ex sacrorum canonum instituto vetuit eos cum feminis conversari, ita inter alia scribens ad Symmachum Defensorem (k): *Præterea volumus, ut sacerdotes, qui in Corsica commorantur, prohiberi debeant, ne cum mulieribus conversentur, excepta dumtaxat matre, sorore, vel uxore, quæ caste regenda est.* Hæc ibi. Cum enim (quod sæpe dictum est) uxorati adsciscerentur in clerum, non alia id fieri erat solitum ratione, quam si uxor acquiesceret caste vivere, & quem hactenus maritum novisset, jam exinde fratrem esse cognosceret, atque inter ipsos castissima conversatio intercederet. Dicebantur feminæ illæ presbyteræ, quæ sic interdum conversari cum viris suis jam sacerdotibus sinerentur (secundum ea quæ habentur in Concilio Turonensi (l), & ipse Gregorius scribit in dicta epistola ad Symmachum Defensorem (m)) ut tamen nulla prorsus suspicio esse posset mutuæ mixtionis. Quamobrem ea licentia magna cautela uti solebant: ut exemplo vel uno percipias ex iis quæ ab ipso S. Gregorio in dialogis (n) scripta leguntur his verbis.

(k) Greg. l. 1. epist. 50.
(l) Conc. Turon. 2. c. 13. 14. 20.
(m) Greg. l. 1. epist. 50.
(n) Greg. dial. lib. 4. c. 11.

XX. De S. Ursino Presbytero.

*Sed neque hoc sileam, quod vir venerabilis Abbas Stephanus, qui non longe ante hoc tempus in hac Urbe defunctus est (quem ipse etiam bene nosti) in eadem provincia Nursiæ contigisse referebat. Ajebat enim, quod illic presbyter quidam Ursinus nomine, commissam sibi cum magno timore Domini regebat Ecclesiam. Qui ex tempore ordinationis acceptæ presbyteram suam, ut sororem diligens, sed quasi hostem cavens, ad se propius ac-*

ce-

*cedere nunquam sinebat; eamque sibimet propinquare nulla occasione permittens, ab ea sibi communionem funditus familiaritatis absciderat. Habent quippe sancti viri hoc proprium: nam ut semper ab illicitis longe sint, a se plerumque etiam licita abscindunt. Unde idem vir ne unquam per eam incurreret culpam, sibi etiam per illam ministrari recusabat necessaria. Hic ergo venerabilis presbyter cum longam vitæ implesset ætatem, anno quadragesimo ordinationis suæ, ingrdescente graviter febre correptus, ad extrema deductus est. Sed cum eum presbytera sua conspiceret, solutis jam membris, quasi in morte distentum, si quod adhuc ei vitale spiramen inesset, naribus ejus apposita curavit aure dignoscere. Quod ille sentiens, cui tenuissimus inerat flatus, quantulo adnisu valuit ut loqui potuisset, infervescente spiritu, collegit vocem, atque erupit, dicens: Recede a me, mulier, adhuc igniculus vivit, paleam tolle. Illa igitur recedente, crescente virtute corporis, cum magna cœpit lætitia clamare, dicens: Bene veniant domini mei: Bene veniant domini mei. Quid ad tantillum servulum vestrum estis dignati convenire? Venio, Venio: Gratias ago, Gratias ago. Cumque hæc iterata crebra voce repeteret: quibus hoc diceret, noti sui, qui illum circumsteterant, requirebant. Quibus ille admirando respondit, dicens: Numquid hic convenisse sanctos Apostolos non videtis? Beatum Petrum & Paulum primos Apostolorum non aspicitis? Ad quos iterum conversus dicebat: Ecce venio: Ecce venio. Atque inter hæc verba animam reddidit.* Hucusque Gregorius

Visio ostensa morituro.

Quod insuper ad continentiam pertinet clericorum, idem S. Gregorius arctiori eam disciplina contraxit, ubi audivit esset solutam. In Sicilia enim pravus abusus obrepserat, ut subdiaconi uxorem ducerent: quod ne penitus fieret, Pelagius Papa prædecessor Gregorii (ut vidimus) omnino vetuit, atque conjunctos separari mandavit: Gregorius autem ipse scribens (*a*) ad Petrum subdiaconum, prohibuit ne in posterum quis subdiaconus ordinaretur, nisi continentiam servare Episcopo spopondisset: conjunctos autem ita manere voluit, ut nulla eis spes esset ad superiorem ordinem ascendendi, nisi ab ea quam acceperant, uxore se penitus separassent. Ex his plane refellitur, exploditurque longe longius effictum illud pudendum mendacium, & inane commentum inter aniles fabulas illas adnumerandum, quas vetulæ, dum fusum digitis torquent, ad lucernam inter juvenculas narrare solent, sive potius inter delirantium putes somnia recensendum; quod tamen Novatores magno emptum pretio ad clericalem destruendum cælibatum exponunt, dum fabellam hanc ex conficta epistola nomine S. Udalrici Augustani Episcopi ad Nicolaum Papam depromunt, his verbis conscriptam:

(*a*) Greg. l. 1. epist. 42.

Inventum hæreticorum refellitur.

XXI. *Beatus Gregorius Magnus Papa primus aliquando suo quodam decreto uxores sacerdotibus ademit. Deinde paulo post cum idem Gregorius jussisset ex piscina sua pisces aliquot capi, piscatores pro piscibus, sex millia capitum infantium suffocatorum repererunt. Quam cædem infantium cum intelligeret S. Gregorius ex occultis fornicationibus vel adulteriis sacerdotum natam esse: continuo revocavit decretum, & peccatum suum dignis pœnitentiæ fructibus purgavit.* Hactenus ex dicta epistola historici (*b*) illi magni, demolitores Ecclesiasticæ continentiæ, ubique mendaces & impii, qui & hoc in omnibus laborasse noscuntur, ut veritatem mendaciis obscurent, pietatem vero blasphemiis obruant, dum & hoc ipsum fragmen vitri non secus ac margaritam ostentant. Qui si vel leviter veritatis amore tincti fuissent, quo maxime imbutum esse oportet historicum, & si cuncta Gregorii scripta exacte legissent; tanto viro plane erubuissent impingere tantam calumniam. Quis adeo frequens tamque solicitus assertor cœlibatus clericorum, atque Gregorius? Quis adeo ejusdem antiquæ legis Ecclesiasticæ diligens custos & vindex, ut ipse? Quot sunt de ea re ab ipso epistolæ scriptæ? Et cui magis credendum de statutis ab ipso decretis, quam eidem ipsi non semel, sed frequentius id profitenti? Quænam ratio, ut cujuslibet quævis assertio de Gregorio adversus ipsum Gregorium contrarium sæpius profitentem afferri possit sine risu, & recipi sine stomacho?

Fabella de filiis sacerdotum.

(*b*) Magdeb. cent. 6. c. 7. col. 388. & cent. 9. col. 540. 541. 542. & cent. 10. col. 686.

Ex S. Gregorio omnino refellitur.

XXII. Et ne quis putet pœnituisse Gregorium etiam subdiaconis uxores adimentem (ut taceamus de diaconis atque presbyteris) quæ hoc anno de his scripsisse vidimus, eadem repetit Indictione duodecima scribens ad Leonem (*c*) Episcopum Catanensem: sed & in Concilio Romano habito anno decimotertio Mauritii Imperatoris, Indictione decimaquarta, canonem de his statuit, verbis istis: *Si quis presbyter, aut diaconus uxorem duxerit, anathema sit.* Quot insuper sunt ejus epistolæ, quibus prohibet habitare (*d*) cum clericis feminas, illis exceptis, quas canon concedit? Quæ demum novissima de his Gregorii sententia fuerit, ultima ejus consule scripta, sed illa non prætermittas, quibus ad Augustinum (*e*) in Angliam missum decernendo multa respondit, & inter alia illud, ne permittat uxores ducere clericos in sacris ordinibus constitutos. Sed & quam severus exactor ipse fuerit pudicitiæ sacrorum mi-

(*c*) Greg. l. 3. epist. 34.

(*d*) Greg. l. 1. epist. 50. l. 7. 100. & l. 11. ep. 40.

(*e*) Greg. l. 12. Inter Aug. c. 2.

ministrorum, vel iisdem cognosce ejus scriptis ad Augustinum, cum pollutus in somnis sacerdos ex crapula præcedenti, ut abstineat a sacri celebratione mysterii admonet. Qui cum de laicis cum uxoribus admixtis abunde agit, an Eucharistiam sumere debeant: cur de sacerdotibus uxoratis æque (ut argumentum exigit) nihil tractat: nisi quia de his quæ omnino non essent, nec dubitare quis posset? Cum igitur quæ de his fuerit semper Gregorii sententia, ex scriptis ipsius toties confirmata noscatur; quis locus ulterius potest esse adeo vana fingentibus?

XXIII. Sed quod vindicavimus Gregorium Papam a tanta calumnia, vindicemus modo & S. Udalricum a supposita ipsius nomine impostura. Cusæ sunt nuper Augustæ res ab eo gestæ ex diversis locis summa diligentia collectæ, in commentarium unum redactæ, in cujus præfatione disertus auctor hæc habet: *Scio ad hac impuram nescio cujus nebulonis epistolam Udalrici aliquando nomine venditam: sed cum ea ad Nicolaum Pontificem scripta sit: Nicolaus autem Primus plusquam viginti annis ante Udalricum natum fuerit mortuus, Secundus Pontificatum sexagesimo & quod excurrit anno post eum mortuum inierit; ferrei sit oris oportet, qui tantum mendacium ausit asserere, plumbei cordis, cui possit imponere.* Ex his tam certis demonstrationibus exclusi tot miseri mendaciorum textores eo confugiunt, ut alium effingant Udalricum Episcopum Augustanum, quem nec Augustani ipsi, neque alii vel auditu norunt. Quod si tot tantæque deessent probationes, adversus quas nihil sit quod mendacium sibi vendicet; adhuc ex ipsius commenti contextu falsitas redarguitur: adeo ut illud Davidicum jure usurpari queat: *Mentita est iniquitas sibi.* Quonam modo rogo, jungi simul possunt, quæ in eadem epistola commentitia ita leguntur: *Uxores sacerdotibus ademit: deinde paulo post, cum idem Gregorius jussisset ex piscina sua pisces aliquot capi, piscatores pro piscibus sex millia capitum infantium suffocatorum repererunt?* Quomodo, inquam, paulo post sancitum decretum potuit tale quid accidere, & non saltem plures annos oportuerit expectare, ut tot furtivi nascerentur infantes? Sed & quomodo liber aditus patere omnibus sex mille numero infantium projectoribus potuit nocturno tempore ad piscinam; cum certum sit, piscinas illas, in quibus pisces asservari solent, non fuisse omnibus publicas, sed optime custoditas? Siccatusne erat Tiberis, qui interluit Urbem, ut ea ad scelus tanta commoditate prætermissa, quæreretur ad infantium necem piscina Gregorii? Sed jam plus satis quam opus fuerit, immorati sumus in hujuscemodi verendis quisquiliis, quæ tamquam gemmæ in suis historiis sunt a Novatoribus collocatæ, ut iis vecordes & oscitantes decipiant, conficiantque more suo ex hujusmodi paleis arietes, quibus nonnisi luteos demoliantur parietes, addictos nimirum crapulis atque libidinibus homines, libenter audientes quæ voluptatibus carnis latissimam viam parent.

Sed ad Gregorium redeamus, qui hoc anno, ad bene instituendam in clericis Ecclesiasticam disciplinam, ad diversos litteras dedit, quibus jussit puniri transgressores; & inter alios ad Januarium (a) Calaritanum Episcopum de Liberato diacono superbo fastu diaconos Cardinales superegredi satagente, quem ultimo loco inter diaconos consistere voluit. Delinquentes præterea clericos illos, qui Venafranæ Ecclesiæ diripientes utensilia, Judæo vendiderant, nempe argenteos calices duos, coronas cum delphinis duas, & de aliis coronis lilia (erant vasa ista ad usum luminarium) insuper & pallia majora sex, relegari mandavit ad pœnitentiam, ubi lacrymis delictum expiarent, de his scribens ad Anthemium (b) subdiaconum. Item & epistolam (c) ad Petrum subdiaconum dedit, mandans itidem sacerdotes atque Levitas delinquentes in monasterium tradi. At sicut delinquentes coercuit, ita digne ministrantibus bene prospexit, ne quid illis deesset: quorum etiam infirmitate languentium (d) rationem haberi voluit, ut sicut ante, ab Ecclesia, cui servierant, eamdem quam solebant cum sani essent, stipem acciperent. Hæc de his quæ pertinent ad Ecclesiasticam disciplinam. XXIV.

Quod vero ad loca spectat, quoniam complures ob bellicas turbas contingebat Ecclesias relictas esse absque ministris, earumdem vicinis Episcopis curam mandavit, ut necessitatis causa in illis constituerentur presbyteri, qui ex more baptizarent infantes, & ex hac vita migrantibus pœnitentiam impertirent. Extant de his ejus litteræ ad Episcopum Sipontinum de Ecclesia Canusina, & ad Leonem Episcopum in Corsica de Ecclesia Sagonensi. Cum & vacantes alias Ecclesias Episcopis, novorum Episcoporum electione curavit implendas, nempe Ariminensem (e), Perusinam (f), Vivanensem (g), & Neapolitanam (h), cui curandæ interim missus est Paulus. Porro ejus rei praxis sic his temporibus se habuisse cognoscitur, ut si dissentirent eligentes, vel minus idoneos deligere perseverarent, tunc ipse Romanus Pontifex quem vellet daret illis pastorem. Habentur hæc expressa in epistola ad Severum (i) de electione Ariminensis Epis- XXV.

(a) Greg. l. 2. epist. 81.
(b) Greg. l. 2. ep. 66.
(c) Greg. l. 2. ep. 42.
(d) Greg. l. 2. ep. 5.
(e) Greg. l. 2. ep. 55. 56.
(f) Greg. l. 2. epist. 58.
(g) Greg. l. 2 ep. 78.
(h) Greg. l. 2. epist. 3. 6. 7.
(i) Greg. l. 2. epist. 55.

(a) Greg. l. 1. epist. 77.
* Alerienſem.

piſcopi. Tranſtulit (a) item Epiſcopum Tamitanom in Corſica ad Eccleſiam Sagoneoſem *, eo qaod prior illa Eccleſia ab hoſtibus penitus diruta eſſet. Complures inſuper io Sicilia Eccleſias paſtoribua deſtitatas cognoſcens, quod earam Epiſcopi ob crimen depoſiti eſſent, per Petrum diaconum juſſit darl illis Epiſcopos, nulla contraria obſtante conſuetudine. Ea quibus appatet Romanum Pontificem pro libitu, ſuadente animarum ſalute, abrogarc conſaeviſſe qaaſvis diverſaram Eccleſiarum antiquas conſuetudines.

(b) Greg. l. 1. ep. 52. 54.
(c) Gelaſ. ep. 1. c. 6. & 27.
Agapes vetus uſus retentus.

XXVI. Quod item ad loca ſpectat, dedicationem diverſarum (b) eccleſiarum faciendam mandavit: haud eaim fas erat, inconſulto Romano Pontifice, eccleſiam aliquam dedicare; at patet etiam Gelaſii Papæ (c) auctoritate. Qaod quidem non intelligendum puto io provinciis Orientalibus Patriarchis ſubjectis. Cum vero dedlcabantur eccleſiæ, præter alia ſolemnibos ritibus eahiberi ſolita, peragi conſueverunt antiquæ illæ agapes, io quibus pauperes epalari ſolerent: at quanta illæ exhiberentur impenſa ea eodem Gregorio accipe, abi ait: *Quia cellæ ipſius tenuitas exigit debere nos in ipſa dici feſtivitate concurrere: propterea volumus, ut ad celebrandam dedicationem dare debeas ad erogandum pauperibus in unco ſolidos decem; vini amphoras triginta annonæ modios ducentos, olei orcas duas, verveces duodecim, gallinas centum.* Hæc ipſe ad Petrum diaconum pro dedicatione oratorii ſanctæ Mariæ, ad ſupplendam inopiam ejus quæ dedicaretar Eccleſiæ: quæ reddidiſſe voluimus ad ſignificandam retentam hactenus veterem oſam ſacrarum agapum, in quibus vocatis paupetibus, ana ſimul convivarl ſolerent.

(d) Greg. l. 1. epiſt. 63.
(e) Greg. l. 1. epiſt. 68.
(f) Greg. l. 1. epiſt. 72.
(g) Greg. l. 1. epiſt. 70.

XXVII. Quod vero ad res pertinet Eccleſiarum, ſic eas voluit cuſtoditas, nt tamen alienum nihil ab eis poſſideri permitteret hinc accidit, at domum cujuſdam Petronii (d), Injuſto appoſito titalo a Defenſore Eccleſiæ vendicatam, domino ſuo ſtatim reſtituendam mandarit. Egimus alias de hujuſmodi fiſcalibus Eccleſiaſticis titalis. Itemque monuit (e) Epiſcopos Siciliæ, ot caverent eos, qui ſub falſo nomine Defenſoram Romanæ Eccleſiæ alienas prædabantar ſubſtantias. Voluit etiam, at poſſeſſiones Eccleſiæ Tauromenitanæ (f) occapatæ ab Actionarlis Romanæ Eccleſiæ, eidem redderentar. Cæteram qui noluit aliena bona Eccleſiaram miniſtris auferri, idem magnopere cautum voluit, ne aliquo modo bona Eccleſiæ per ſurreptionem iovaderentur. Nam audi, quid ad Petrum diaconam miſſum In Siciliam ad finem ſcrlbat hoc anno (g): *Tua experientia ſanctæ Eccleſiæ utilitatem conſpiciat memor quod ante ſacratiſſimum beati Petri Apoſtoli corpus poteſtatem patrimonii ejus acceperit. Et licet hunc ſcripto decurrant, quod utilitatem patrimonii impedit, fieri nullo modo permittat: quia nec nos ſine ratione aliquid dediſſe reminiſcimur, vel dare diſponimus.* Rurſos vero quam facrit rerum Eccleſiæ tenaciſſimas cuſtos, ut tamen indemnitati aliorum voluerit ſemper eſſe conſultam, indicant ejus litteræ proliaiores datæ ad eumdem Petrum (h), dam in fine illarum ejuſmodi conteſtationem habet: *Hæc omnia ſolicite perlege, omnemque illam familiarem negligentiam tuam poſtpone. Scripto meo ad ruſticos, quæ decrexi, per omnes maſſas fac relegi: ut ſciant quid ſibi contra violentias debeant defendere ex auctoritate noſtra: eiſque vel authentica, vel exemplaria noſtra dentur. Vide ut omnia abſque imminutione cuſtodias: quia de his quæ tibi pro ſervanda juſtitia ſcribo, ego abſolvor; & tu, ſi negliges, obligaris. Terribilem Judicem conſidero, & de adventu illius nunc tuo conſcientia contremiſcat, ne tunc ſine cauſa jam timeat, cum coram illo cælum & terra tremuerit. Audiſti quod volo; vide quid agas.*

Qales eſſe voluerit bonorum Eccleſ. miniſtros.
(h) Greg. l. 1. ep. 42.

XXVIII. Redarguitur nimia aviditas miniſtrorum.
(i) Eccl. 34.

Iſta quidem tanta cum energia Gregorius, quod ſæpe miniſtri, qui fideliores videri volunt, ut in Eccleſiæ arcam quid inferant, cuncta diſtorquent & eatorquent, corradunt & corrodunt, ſacrificium ſe Deo magnum ob id offerre putantes, ſed de rapina minime Deo gratum; de quo In Eccleſiaſtico (i): *Qui offert ſacrificium ex ſubſtantia pauperum quaſi qui victimat filium in conſpectu patris ſui.* Quam autem ab his longeabeſſe voluerit ſuos miniſtros Gregorius, legas dictam epiſtolam, & alias id genua ſcripeas. Ita quidem in his quæ ſpectant ad contractus. In his autem quæ pertinent ad delicta, Illud admonait, ut ex delictis alienis commodum nullam Eccleſiæ Fiſcus ſentiret: nam quod ad laicos Eccleſiæ ſubditos pertinet, in cadem ad Petrum epiſtola hæc habet: *Cognovimus etiam, quod ſi quis ex familia culpam fecerit, Eccleſia non ipſo, ſed in ejus ſubſtantia vindicetur.* Quod improbat. Et de ſacerdotibus, vel aliis clericis delinquentibus, ita inferius: *De lapſis ſacerdotibus & Levitis, vel quolibet ex clero, obſervare te volumus, ut in rebus eorum nulla contaminatione miſcearis: ſed paupercima monaſteria require, &c.* Si enim non putarant mittendum in corbonam Judæi impii & avari, in his vero continentes, ſed in pium uſum pretium ſangulnis converterant; quid agere decet Eccleſiam Chriſti? Qua de re poſt S. Gregorium, & aliorum decreta Pontificum.

ficum, sancte pieque & sacrosanctum Concilium Tridentinum admonuit, ut si quæ ab istiusmodi pœnæ exigantur, ipsæ sint profuturæ pauperibus.

XXIX. Rursum vero ita semper comparatos voluit Ecclesiæ rerum ministros Gregorius, ut in administratione bonorum, non Ecclesiæ emolumenti tantum, sed semper ratio pauperum haberetur. Hinc ad Anthemium subdiaconum (*a*): *Non solum*, inquit, *frequentibus præceptionibus, sed etiam præsentem te sæpius me monuisse memini, ut illic vice nostra non tantum pro utilitatibus Ecclesiasticis, quantum pro sublevandis pauperum necessitatibus fungereris, & eo magis a cujuslibet oppressionibus vindicares*. Et in fine: *Iterum atque iterum experientiam tuam necessario submonemus, ut illic si quæ inter pauperes & Romanam Ecclesiam sanctam quæstiones vertantur, omni mentis integritate discutiat, sicque patrimoniales utilitates peragat, ut a benignitate justitia non recedat*. Hæc ipse, qui nullo pacto voluit Romanam Ecclesiam cum alterius Ecclesiæ jactura locupletari, sed quam exactissime jura cujusque pervestigari, edi, & solicita disquisitione examinari, ut videre est in litteris (*b*) hoc anno datis ad Laurentium Ecclesiæ Mediolanensis Episcopum de redditibus ex patrimonio in Sicilia existente, de quo extat epistola Theodorici Regis (*c*) data ad Sanctum Eustorgium Mediolanensem Episcopum: sed de his jam suo loco dictum est.

(*a*) Greg. l. 1. epist. 53.

(*b*) Greg. l. 2. epist. 80.

(*c*) Apud Cassiod. l. 2. epi. 27.

XXX. Patrimonia Rom. Eccles. in diversis Provinciis. Habebat Romana Ecclesia locupletissima ubique toto orbe terrarum patrimonia, non in Italia solum & Sicilia, sed & in Asia, ut vidimus superiori tomo, & in Galliis, ut suo loco dicemus, atque in Africa. Hæc vero cum jam cultorum defecta destituta pene haberentur, Gennadii Exarchi in Africa diligentia ad pristinum cultum restituta fuere: cujus rei gratia idem a Deo maxima beneficia fuit assecutus, ut ad ipsum Gennadium Patricium scribens testatur ipse sanctus Gregorius, nimirum ingentes divinitus esse consecutum a Deo victorias adversus hostes, quos pietate potius quam armis subjecisset: dignum quidem exemplum Christianis cunctis ducibus proponendum. Sed audi ipsius verba Gregorii tantum virum digno præconio prosequentis (*d*):

(*d*) Greg. l. 1. ep. 73.

XXXI. Gennadii Exarchi pietas. *Si non ex fidei merito, & Christianæ religionis gratia, tanta excellentiæ vestræ bellicorum actuum prosperitas eveniret, non summopere miranda fuerat; cum sciamus hæc antiquis bellorum ducibus fuisse concessa. Sed cum futuras, Deo largiente, victorias non carnali providentia, sed magis orationibus prævenitis; fit ut hoc in stuporem veniat, quod gloria vestra non terreno consilio, sed Deo desuper largiente descendat. Ubi enim meritorum vestrorum loquax non discurrit opinio? quæ bella vos frequenter appetere non desiderio fundendi sanguinis, sed tantum dilatandæ causa Reipublicæ, in qua Deum coli conspicimus, loquitur: quatenus Christi nomen per subditas gentes fidei prædicatione circumquaque discurrat. Sicut enim exteriora vos virtutum opera eminentes in hac vita constituunt, ita & interna morum ornamenta ex corde mundo procedentia in futuram vitam cælestium gaudiorum participatione glorificant. Plurima enim pro pascendis ovibus B. Petri Apostolorum principis utilitatibus excellentiam vestram præstitisse didicimus: ita ut non parva loca patrimonii ejus propriis nudata cultoribus, largitis Datitiorum * habitatoribus, restaurarit. Quæcumque igitur illic Christiana mente confertis, horum retributionem per spem in futuro judicio sustinetis.* Hæc Gregorius. At quænam istæ fuerint gloriosæ per Gennadium Exarchum in Africa obtentæ victoriæ, scriptorum inopia penitus remanserunt obscuræ, quæ adeo tunc clare fulserunt. Cæterum Christiani ducis pietas his & aliis ejusdem Gregorii scriptis perpetua memoria consignata permansit: bene enim usus S. Gregorius tanti viri religione, & erga res Ecclesiasticas adhiberi solita diligentia, eumdem quoque litteris suis adversus schismaticorum & hæreticorum præsumptionem erexit.

* deditiorum.

XXXII. Donatistæ invalescunt in Africa. Accidit enim, ut pestis illa nefanda Donatistarum, quæ a temporibus Constantini Imperatoris invaserat Africam, sæpe curata, numquam sanata, ita in ea provincia invalesceret, ut non solum absque legum pœna securi ipsi degerent Donatistæ, sed & non secus atque Catholici suos iidem haberent Episcopos, qui nec ulla ex parte Catholicis loco cederent. Quoniam igitur in provincia Numidiæ vetus illa vigebat consuetudo, ut ille Primas ejus provinciæ diceretur Antistes qui antiquitate ordinationis reliquos antecederet: cum inter ejusdem provinciæ Episcopos quidam reperiretur Episcopus Donatista cæteris sede antiquior, ipse sibi primatum velut jure veteri vendicabat. Quod ne ullo modo fieret, S. Gregorius intercessit, scribens ad eumdem Gennadium Exarchum. Sed in primis ad universos Episcopos ejusdem provinciæ Numidiæ dedit has litteras (*e*):

(*e*) Greg. l. 1. ep. 75.

XXXIII. Ne sinantur Donatistæ primatum habere. *Si quando, carissimi in Christo fratres, inter virentes segetes zizaniorum quædam se infert importuna commixtio: hanc radicitus necesse est cultoris manus adimat, ne futurus fœcundæ segetis fructus possit intercipi. Et nos ergo, qui licet indigni, Dominici agri culturam suscepimus, ab omni zizaniorum scandalo en-*

ge-

*germanam reddere segetem festinamus, quatenus ager Domini reditu abundantiori fructificet. Petiistis enim per Hilarium Chartularium nostrum a beatæ memoriæ prædecessore nostro, ut omnes vobis retro temporum consuetudines servarentur, quas a B. Petri Apostolorum principis ordinationum initiis hactenus vetustas longa servavit. Et nos quidem juxta seriem relationis vestræ, consuetudinem, quæ tamen contra fidem Catholicam nihil usurpare dignoscitur, immotam permanere concedimus, sive de Primatibus constituendis, cæterisque capitulis, exceptis his qui ex Donatistis ad Episcopatum perveniunt, quos provehi ad primatus dignitatem, etiam cum ordo clericorum eos ad locum eumdem deferat, modis omnibus prohibemus. Sufficiat autem illis commissæ sibi plebis tantummodo curam gerere; non autem etiam illos Antistites, quos Catholica fides in Ecclesiæ sinu & edocuit & genuit, ad obtinendum culmen primatus anteire.* Considerare ex his, lector, potes, quanta rursus in Africa increbuerit Donatistarum multitudo, cum talia tantaque præsumerent: ut non mirum sit, si tradiderit postmodum Deus eamdem provinciam Saracenis. Sed pergit:

XXXIV. Exortatio ad Numidas Episcopos. *Vos ergo, fratres carissimi admonitiones nostras zelo charitatis Dominicæ prævenite, scientes quod districtus Judex ad examinandum deducturus est cuncta quæ gerimus, & unumquemque nostrum non ex prærogativa sublimioris gradus, sed ex operum meritis approbabit. Quæso ergo, vosmetipsos invicem alterna pace diligite in Christo, & hæreticis vel inimicis Ecclesiæ uno cordis intuitu obviate. De proximorum animabus estote soliciti; ad fidem quos valetis prædicatione charitatis, prætenso etiam terrore futuri judicii, suadete, &c.* Vides ex his insuper, lector, quomodo demersa jacuerit hoc tempore prostrata Ecclesia Africana, ut nemo Catholicorum reperiretur, qui adversus schismaticos Donatistas insurgeret, nullusque prorsus zeli S. Augustini hæres existeret, vel aliorum ejusdem provinciæ sanctorum Episcoporum, qui objiceret se pro muro domui Israel; sed æque languescerent omnes, sinerentque ab eis Catholicos subjici, immo & (quod pro monstro habendum) eisdem, ut tales essent, aliqui etiam ex Catholicis suffragiis præsto esse non erubescerent: adeo ut opus fuerit ex eminenti Apostolicæ sedis throno exclamare Gregorium, idque ne fieret prohibere: cui probe visum est, torpescentes iisdem aculeatis urgere stimulis, atque in re tanta ad obviandum facinori, Exarchum excitare Gennadium, ad quem ejusmodi litteras dedit, hortans eum ad excitandum Catholicos adversus Donatistas, his verbis (a):

(a) Greg. l. 1 ep. 72.

XXXV. Gregorius adversus Donatistas excitat Exarchum. *Sicut excellentiam vestram hostilibus bellis in hac vita Dominus victoriarum fecit luce fulgere: ita oportet eam inimicis Ecclesiæ ejus omni vivacitate mentis & corporis obviare: quatenus ejus ex utroque triumpho magis ac magis enitescat opinio, cum & forensibus bellis adversariis Catholicæ Ecclesiæ pro Christiano populo vehementer obsistitis, & Ecclesiastica prælia sicut bellatores Domini fortiter dimicatis. Notum est enim, hæreticæ religionis viros, si eis (quod absit) suppetit nocendi licentia, contra Catholicam fidem vehementer insurgere, quatenus hæreseos suæ venena ad tabefacienda (si valuerint) Christiani corporis membra transfundant. Cognovimus enim eos contra Ecclesiam Catholicam Domino eis adversante, colla subrigere, & fidem velle Christiani nominis inclinare. Sed eminentia vestra conatus eorum comprimat, & superbas eorum cervices jugo rectitudinis premat.*

XXXVI. *Concilium vero Catholicorum Episcoporum admoneri præcipite, ut Primatem non ex ordine loci, postpositis vitæ meritis faciat: quoniam apud Deum non gradus elegantior, sed vitæ melioris actio comprobatur. Ipse vero Primas non passim (sicut moris est) per villas, sed in una juxta eorum electionem civitate resideat, quatenus adeptæ dignitatis meliori negotiis * resistendi Donatistis possibilitas disponatur. Ex Concilio vero Numidiæ si qui desideraverint ad Apostolicam sedem venire permitte; & si quilibet eorum via contradicere voluerit, obviate. Magna profecto excellentiæ vestræ apud Creatorem gloria proficit, si per eam dispersarum Ecclesiarum potuerit societas restaurari. Cum enim largita munera ad numinis sui gloriam conspicit revocari, tanto largiora tribuit, quanto per ea religionis suæ dignitatem viderit ampliari. Persolventes præterea paternæ charitatis affectum, Dominum petimus, qui brachium vestrum ad comprimendos hostes forte efficiat, & mentem vestram zelo fidei velut mucronem gladii vibrantis exacuat.* Hactenus Gregorius ad Exarchum.

* ingenio.

XXXVII. Non defuerunt hoc eodem anno aliæ querelæ de Africanis Episcopis conniven-

PAGIUS II. A num. XXXVII. ad XLI. Epistola LXXXII. Libri primi Registri S. Gregorii inscripta est *Hilario Monacho Africæ*, quem Ecclesiæ Romanæ Chartularium in Africam missum, recte docet Baronius, qui tamen fallitur, quod *Chartularium* cum *Chartophylace* confundit; nam *Chartularius* alterius officii & inferioris nomen est, & apud Codinum Libro de Officialibus Pa-

*Chartularius diversus a Chartophylace.*

la-

De Argentio Episc. favente Donatistis.

ventibus cum Donatistis perlatæ ad Apostolicam sedem; quarum causa ad eumdem Hilarium, cujus superius mentio facta est, Gregorius scribit de convocando in ea provincia Concilio: scribens enim ad eum, hæc habet (a): *Felicissimus atque Vincentius diacones Ecclesiæ Lamigensis, oblata petitione, quæ tenetur in subditis, suggesserunt, ab Argentio ejus civitatis Episcopo gravem se injustitiam pertulisse, & accepto pramis Donatistas in Ecclesiis fuisse præpositos, cumque inter alia non leve aliud facinus, quod dici nefas est, commisisse commemorant. Propterea experientiæ tuæ præsenti paginæ præcepti duximus injungendum, quatenus præfatum Episcopum idoneæ satisfactioni committere non omittas, tunque instantia in locis illis fiat ex more Concilium, & omnia secundum oblatæ petitionis textum canonice coram positis partibus subtili indagatione perquirantur; & quæcumque eorum judicio fuerint terminata, te exequente, modis omnibus compleantur.* Hæc Gregorius. Fuisse quidem Hilarium hunc Romanæ Ecclesiæ Chartularium, in Africam ea de causa missum a Gregorii prædecessore, ipsæ recitatæ S. Gregorii litteræ docent. Residebat hic in Africa non Apocrisarius, sed Judex Ecclesiasticus, perseveravitque illic residere etiam sequentibus annis ejusdem Gregorii Pontificatus: nam de eo sæpe inferius mentio habetur in litteris (b) ejusdem Gregorii in Africam missis.

(a) Greg. l. 1. ep. 82.

Hilarius Chartularius.

(b) Greg. l. 2. epist. 82. l. 4. ep. 33. Ind. 10. l. 10. epist. 21. 33.

XXXVIII. Quodnam autem esset munus Chartularii (quod de his frequentissima fit mentio in Annalibus) hic obiter declarandum. Atque primum illud intelligendum, quod quem Latini Chartularium appellabant, Græci Chartophylacem nominabant. Cæterum majoris hunc fuisse auctoritatis in Ecclesia Orientali, quam in Occidentali, ex iis quæ scribit Theodorus in Responsionibus liquet. Curare hunc judicia Ecclesiastica loco Pontificis commune fuisse tam in Occidente, quam in Oriente, certum est.

Chartularii munus.

XXXIX. Verum in Oriente fuisse Chartularium amplissimæ dignitatis, abunde satis docet idem Theodorus (c) in Meditatis sive Responsis: utpote qui curaret judicia, quæ jure Pontificatus ad Patriarcham pertinerent; unde idem nuncuparetur os & manus Patriarchæ. Hujus erat insigne gestare annulum aureum, & ante pectus Patriarchale ballocerium instar Rationalis Aaronis: cui & in ipsius initiatione dabat Patriarcha in manu claves, summam eo signo collatam significans potestatem. His accedebat, quod uti consueverat pileo auro ornato. Sed quod his omnibus præstat, illud est, quod cum Chartularius ordine sacro diaconus tantum esset, in publicis tamen consessibus sederet ante Episcopos; licet sæpe sed frustra ab Episcopis ea de causa fuerit reclamatum. Porro cum procedendum esset, vehebatur Chartularius mulo, qui (sicuti Patriarcha eti soleret) ornatus esset linteo albo, tectus ipse tiara auro conspersa, habens satellitium excubitorum. Rursum vero ipsi soli post Patriarcham catechetico more populum in Ecclesia docere licuisse idem tradit. In judicialibus autem ubicumque adesset personam repræsentabat Patriarchæ, magno insidens tribunali, & causas audiens tam criminales, quam civiles, duodecim habens sub se notarios ex sede Patriarchali fidem habentes. Hæc & alia de eminenti Chartularii dignitate Theodorus, in iis scilicet quæ spectant ad Constantinopolitanam Ecclesiam.

(c) Theodor. Balf. Medit. de duob. offic. Chartul. & Defens. extat l. 7. Juris Græc.

Insignia Chartularii.

XL. Cæterum quod istiusmodi Chartularii ante Episcopos sederent, non id accidit in Oecumenicis Synodis, in quibus neque sedebant, sed præsto erant suæ functioni. Etenim præerat Chartularius, sive Cartophylax, Chartophylacio, unde & nomen accepit; & ex Chartophylacio promebat scripta, quæ in Synodo legenda essent. Erat siquidem Chartophylacium idem quod Latini Archivum dicunt, locus scilicet ubi scripturæ publicæ ad conservandam perpetuam memoriam asservarentur. Habes hæc pluribus expressa in Actionibus decimatertia & decimaquarta Sextæ Synodi. Habes præterea in Responsis (d) Joannis Episcopi Citri, ejus fuisse, sigillum scriptis imprimere. Quod vero spectat ad Chartularios Romanæ Ecclesiæ; etsi ejusdem muneris essent, ut judiciis Ecclesiasticis præsiderent, & chartarum publicarum custodes essent: longe tamen inferioris noscuntur fuisse dignitatis, quam Constantinopolitani. At de Chartulario satis, deque causa Donatistarum hactenus.

(d) Juris Græc. l. 5. resp. 1.

Quem

PAGIUS

lati Constantinopolitani & de Officiis Magnæ Ecclesiæ cap. 1. Chartularius memoratur in nona pentade, seu nono quinario, *Chartophylax* in quinto, ibique de eo legitur: *Chartophylax tabulas habet Chartaceas ad jura Ecclesiastica pertinentes; hoc est, literas, quibus Privilegia & alia jura Ecclesia continentur) & est judex omnium causarum Ecclesiasticarum, & controversiis matrimonialibus cognoscendis ac dirimendis præsidet. Quin & in cæteris Clericorum litibus Judex est, tanquam dextera Patriarchæ manus.* Quæ quasi Vicarii Generalis onus sustinebat in iis, quæ ad Patriarcham spectabant. *Chartularius* vero Registrorum, Chartarum, Codicillorum onus sibi impositum, vel solo nomine indicat. Quorum vero commentariorum inquit Goar in Notis ad cap. 1. Codini, curam susceperit privatim ea generica communique voce non facile assignaveris. *Sacellario* & *Oeconomo* pariter legimus in eodem Codino Chartula-

XLI. *Pontificis Rom. cura totius orbis.* Quem igitor vidisti auctoritate Apostolica Gregorium scriptis suis invisisse Orientem, lustrasseque Africam, eumdem prosequamur Gallias adeuntem. Ita plane; cui solicitudo universalis Ecclesiæ incumbebat, oportuit eum veluti quibusdam pennis ferri litteris in universas Christiani orbis oras. Quod enim accepisset, apud eos compelli violentia Judæos ad fidem: ne id penitus fieret, scribens ad Virgilium Arelatensem & Theodorum Massiliensem Episcopos, Apostolica auctoritate prohibuit: habet enim hæc in epistola hoc anno mense Junio ad ipsos data (*a*): *Plurimi siquidem Judaicæ religionis viri in hac provincia commorantes, ac subinde in Massiliæ partes pro diversis negotiis ambulantes, ad nostram perduxere notitiam, multos consistentium in illis partibus Judæorum, vi magis ad fontem baptismatis, quam prædicatione perductos. Nam intentionem quidem hujuscemodi & laude dignam censeo, & de Domini nostri dilectione descendere profiteor. Sed hanc eamdem intentionem nisi competens Scripturæ sacræ comitetur effectus, timeo ne aut mercedis opus exinde non proveniat, aut juxta aliquid animarum quas eripi volumus (quod absit) dispendia subsequantur. Dum enim quispiam ad baptismatis fontem non prædicationis suavitate, sed necessitate pervenerit; ad pristinam superstitionem remeans, inde deterius moritur, unde renatus esse videbatur. Fraternitas ergo vestra hujusmodi homines frequenti prædicatione provocet, quatenus mutare veterem vitam magis de doctoris suavitate desiderent: Sic enim & intentio vestra recte perficitur, & conversi animus ad priorem denuo vomitum non mutatur. Adhibendus ergo illis est sermo, qui & errorum in ipsis spinas urere debeat, & prædicando quod in his tenebrescit, illuminet: ut pro his admonitione frequenti mercedem fraternitas vestra capiat, & eos quantum Deus donaverit, ad nova regenerationem vitæ perducat.* Hæc ad dictos Galliarum Episcopos S. Gregorius. De Theodoro Massiliensi dicta sunt plura tomo superiori Gregorio Turonensi (*b*), ex quo etiam apparet, Virgilium haud pridem fuisse, vivente Theodoro adhuc, & ipso cedente, creatum Episcopum Arelatensem. Sed de Judæis alias etiam vexatis in Galliis, adductisque ad suscipiendum baptismum, æque superiori tomo narratum est. De iisdem rursus Judæis non persequendis, sed benignitate ad fidem alliciendis, dedit hoc eodem anno idem Gregorius epistolam ad Petrum Episcopum Tarracinensem (*c*).

*Ne Judæi inviti cogerentur ad fidem.*

(*a*) *Greg. l. 1. epist. 45.*

(*b*) *Greg. Tur. hist. l. 9. c. 23. in fin.*

(*c*) *Greg. l. 1. epist. 34.*

XLII. Invisit præterea hoc anno idem Pontifex litteris suis Hispanias, provocatus consultatione S. Leandri Episcopi Hispalensis. Accidere enim ex more solebat, ut cum aliqua de sacris ritibus quæstio verteretur, licet a viris doctissimis quid agendum esset plenissime assereretur: nihilominus ea de re quid Apostolica sedes definiret, rogata de his sententia, expectaretur. Cum igitur ob Arianos (ut vidimus tomo superiori) recens ad Catholicam fidem conversos in Hispania de trina in baptismate mersione controversia orta esset, & S. Leander cum aliis Episcopis optime respondisset: nihilominus idem voluit consuluisse Romanum Pontificem, qui ad eum ita respondit (*d*): *De trina vero mersione baptismatis, nihil responderi verius potest, quam quod ipsi sensistis: quia in una fide nihil officit sanctæ Ecclesiæ consuetudo diversa. Nos autem quod tertio mergimus, triduanæ sepulturæ sacramenta signamus, ut dum tertio infans ab aquis educitur, resurrectio triduani temporis exprimatur. Quod si quis forte etiam pro summæ Trinitatis veneratione æstimet fieri: neque ad hoc aliquid obsistit, baptizandum semel in aquis mergere: quia dum in tribus personis una substantia est, reprehensibile esse nullatenus potest, infantem in baptismate in aquam vel ter, vel semel immergere, quando & in tribus mersionibus personarum Trinitas, & in una potest Divinitatis singularitas designari. Sed quia nunc usque ab hæreticis infans in baptismate tertio mergebatur, fiendum apud vos esse non censeo: ne, dum mersiones numerant, Divinitatem dividant; dumque quod faciebant faciant, se morem nostrum vicisse glorientur.* Hucusque de his Gregorius, plane docens, cum hæreticis (quantum fieri potest) neque in bonis communicandum, cum eadem illi non bene, sed male, diversa videlicet peragant intentione.

*S. Leandri consultatio de trina mersione.*

(*d*) *Greg. l. 1. epist. 41.*

XLIII. Quod vero S. Leander eumdem S. Gregorium de conversione Reccaredi Regis Gothorum ad fidem Catholicam una cum gente Gothorum iisdem litteris certiorem fecisset: idem Pontifex ad hæc ista: *Explere autem loquendo nullatenus valeo gaudium meum, quod communem filium Reccaredum gloriosissimum Regem ad Catholicam fidem integerrima agnovi devotione conversum. Hujus dum mihi per scripta vestra mores exprimitis, amare etiam*

*De Reccaredo Rege in pietate confirmando.*



PAGIUS *talarium* adjunctum, laboris, ut ait Balsamon, participem: hic vero *Lectores* inter & *Cantores* recensitus commentariis & memoriis non invigilet aliis, quam quæ Lectores & Cantores decent, Ecclesiasticis videlicet Libris proferendis, quorum copia cum trigesimum superet numerum, custodem privatum non immerito sibi exposcit. Sed de Chartulario & Chartophylace legendi Goar citatus, & Gretzerus in Notis ad caput primum Codini.

2

Ad

*etiam quem nescia, fecisti. Sed quia antiqui hostis insidias scitis, quoniam bellum durius contra victores proponit: nunc erga eumdem solertius sanctitas vestra evigilet, ut bene cœpta perficiat, nec se de perfectis bonis operibus extollat: ut fidem cognitam vitæ quoque meritis teneat; & quia æterni regni civis sit; operibus ostendat: quatenus post multa annorum curricula de regno ad regnum transeat.* Hæc ipse.

XLIV. Sed hic, rogo, siste gradum, lector, atque una mecum considera, quomodo potuit accidisse, ut quod factum vidimus ante annos sex, cum Reccaredus simul cum regno fidem quoque Catholicam propagandam suscepit, hic modo Gregorius ea Leandri litteris tamquam quid novum se accepisse demonstret? Ex his igitur, & aliis quæ dicentur, vehemens me dubitatio angit de tempore ejusdem regni exordii & susceptæ Christianæ religionis, num videlicet in Acta tertii Concilii Toletani error irrepserit, ex cujus notata Æra tempus ejus regni positum est: nimirum, ut cum Concilium habitum ponatur anno quarto ejusdem Regis, Æra sexcentesima vigesima septima (qui est annus Domini quingentesimus octogesimus nonus) necesse sit affirmare ipsum regnare cœpisse anno quingentesimo octogesimoquinto: contra vero ex dicta S. Gregorii epistola ad S. Leandrum appareat, eumdem Reccaredum haud pridem iniisse regnum, Christianamque religionem esse professum. Huic assertioni gravissima adeo testimonia accedunt, ut opinari, id liceat, veritate suadente, vel fortasse cogente: siquidem haud pridem pervenit in manus meas perbrevis historia Joannis Biclarensis, hujus temporis rerum scriptoris, qui a Justino Juniore Justiniani successore sumens exordium, eamdem usque ad octavum Mauritii Imperatoris annum propagavit. Hic inquam, primum annum Reccaredi Regis duplici consignans chronographia habet, ipsum regnare cœpisse cum Mauritius Imperator annum quintum ageret in Imperio, & Gregorius Papa Pelagio successisset. Huic igitur auctori res sui temporis prosequenti quam sit consentiens dicta S. Gregorii epistola ad Leandrum, nemo non videt. His præterea accedit, quod & ea, quam æque ex veteribus monumentis scriptam accepimus, Lucæ Tudensis historiæ id ipsum pariter profitetur duplicis etiam testificatione chronographiæ, dum videlicet æque anno quinto Mauritii Augusti regnare cœpisse Reccaredum ponit: & addita nota Æræ id ipsum confirmat, cum obitum Leovigildi & successionem Reccaredi contigisse dicat Æra sexcentesima vigesimaoctava, anno videlicet superiori, quo scilicet de his S. Leander suis litteris S. Gregorium Papam admonuit. Hæc tibi occasione dictæ epistolæ Gregorii ad Leandrum voluimus ingessisse. Cum tamen, ne videamur omnia quæ sequuntur Toletana & alia Hispaniarum Concilia diversa accusatione Æræ mendacis invertere, eamdemque omnia erroris redarguere, initam semel rationem temporis prosequi cogamur: quod quidem factum volumus absque præjudicio veritatis.

De tempore conversionis & regni Reccaredi.

XLV. Quoniam vero quæ ex eodem Biclarensi a nobis citata sunt superius, non e fonte hausta, sed ab aliis per rivum ducta, haud ita integra reperimus, cum ipsam scriptam ab eo historiam nacti sumus: hic totidem verbis eadem, quum pauca sunt, ex originario fonte reddere non pigebit: anno enim præsenti, qui & secundus ab eo ponitur regni ipsius Reccaredi, hæc breviter habet: *Quidam ex Arianis Sunna Episcopus & Segga cum quibusdam tyrannidem assumere cupientes, deteguntur. Convicti, Sunna in exilium truditur, & Segga manibus amputatis in Galleciam exulans mittitur. Mauritius Theodosium filium, quem supra Cæsarem diximus, Imperatorem facit.* Hæc de his quæ ad hunc pertinent annum sextum Mauritii Imperatoris.

Conjuratio in Reccaredum.

XLVI. Sequenti autem, quem & tertium ejusdem Regis annum numerat, septimum vero Mauritii, hæc habet: *Anno septimo Mauritii, qui est Reccaredi tertius annus, Uldila Episcopus cum Gosuintha Regina insidiantes Reccaredo, manifestantur, & quod fidei Catholicæ communionem sub specie Christiana quasi sumentes projiciunt, publicantur. Quod malum in cognitionem hominum deductum, Uldila exilio condemnatur, Gosuintha vero Catholicis semper infesta vitæ terminum tunc dedit.* Pergit de rebus Francorum idem ista referre:

Alia conjuratio in Reccaredum.

XLVII. *Francorum exercitus a Guntheramno Rege transmissus, Bosone* duce in Galliam Narbonensem obveniunt, & juxta Carca-*

* Bosone



PAGIUS III. *Reccaredi Regis Hispaniarum initium ab anno DLXXXVI. repetendum.*

Ad num. XLIV. & seq. Baronius qui Tomo præcedenti initium *Reccaredi* Hispaniarum Regis anno DLXXXV. collocavit, hoc Tomo, quem illustramus, illud ad præsentem annum differt. Verum *Reccaredum* anno DLXXXVI. post diem XIII. Aprilis, & ante octavum mensis Maji Regnum iniisse, anno DLXXXIX. n. IV. & seqq. demonstravimus, & dubiis Baronii satisfecimus. Quare videnda quæ ibi diximus.

IV. *Obitus Gosvinthæ Hispaniæ Reginæ.*

Ad num. XLVI. Annus septimus Mauricii Imp. & tertius Reccaredi, Hispaniarum Regis inchoatur anno Christi quingentesimo octogesimo octavo, ideoque cum juxta Biclariensem Abbatem *Goisvintha, seu Gosvintha* vidua Leuvigildi Hispaniarum Regis sectæ Arianæ addicta, anno VII. Mauricii & III. Reccaredi vivere desierit, ea mors ad eum annum referenda. Illud confirmatur ex Gregorio Turonensi lib. 9. cap. 31. ubi re-

Ingens victoria Hispanorum sub Duce Claudio.

*casonem urbem custrumetati sunt: Cui Claudius Lusitaniæ dux a Reccaredo Rege directus, obvium inibi occurrit: cum quo congressione facta, Franci in fugam vertuntur, & direpta castra Francorum, & exercitus a Gothis cæditur. In hoc ergo certamine gratia divina & fides Catholica, quam Reccaredus Rex in Gothis fideliter adeptus est, esse noscitur operata. Quoniam non est difficile Domino nostro, sive in paucis aut in multis detur victoria. Nam Claudius dux vix cum trecentis viris sexaginta millia fere Francorum noscitur infugasse, & maximam eorum partem gladio trucidasse. Non immerito Deus laudatur temporibus nostris in hoc prælio esse operatus, qui similiter ante multa temporum spatia per manum ducis Gedeonis in trecentis viris multa Millia Madianitarum Dei populum infestantium noscitur extinxisse.*

Justa cansa rædis Francorum.

Hactenus de rebus tertii anni ejus Regis auctor, res (ut diximus) sui temporis prosequens. In quibus illud consideratione dignum: quod etsi Guntheramnus Francorum Rex pietate insignis haberetur: tamen quod inconsulte nimis privato indulgens affectui, adversus Regem, qui recens Catholicam fidem ex Ariano suscepit, & aliis omnibus Gothis id ipsum agendi auctor fuit, importune valde omnes Francorum vires immittere ausus est, cui magis gratulari ut fratri in Christo debuerat, & præsto illi in omnibus esse: Deum nimis iratum jure quidem expertus fuisse videtur, victis suis omnibus per Claudium ducem, virum religiosissimum, quem (ut suo loco dicemus) S. Gregorius summis laudibus, ad eum scribens, extollit.

XLVIII. Sed redeamus ad Biclarensem, qui paulo post hæc subdit: *Reccaredo ergo Orthodoxo quieta pace regnanti, domestica insidiæ prætenduntur. Nam quidam ex cubiculo ejus etiam provinciæ dux, nomine Argimundus adversus Reccaredum Regem tyrannidem sumere cupiens, ita ut si posset, eum regno privaret & vita; sed nefande ejus consilii machinatione comprehensus, & in vinculis ferreis reductus. Habita discussione, socii ejus impiam machinationem confessi, condigna sunt ultione interfecti. Ipse autem Argimundus, qui regnum assumere cupiebat, primum verberibus interrogatus, deinde turpiter decalvatus, post hæc dextera amputata, exemplum omnibus in Toletana urbe asino sedens pompizando dedit, famulos dominis non esse superbos.* Hactenus Biclarensis, octavo anno Mauritii historiæ finem imponens, a nobis hic recensitæ occasione S. Gregorii epistolæ ad Leandrum hoc anno scriptæ: ad quem etiam petitos mittit codices; sed quos exegerat Moralium libros ad ipsum inscriptos, quod nondum exscripti essent, cur non mittantur, excusat: misit autem postea, ut suo loco dicemus. Ex mutua illa (ut superiori tomo vidimus) consuetudine, quæ jam Constantinopoli, dum ambo ibi diversis essent ex causis, inter ipsos intercesserat, ea est amicitia contracta, quam neque temporis longitudo, neque loci distantia delere potuerit. Quonam autem esset ipse Gregorius erga S. Leandrum animi affectu, ex postremis epistolæ verbis hæc accipe: *Absente corpore, præsentem mihi te semper intueor: quia vultus tui imaginem intra cordis viscera impressum porto.*

Sed quæ hoc anno a barbaris Longobardis in Italia gesta sint, cognoscamus. XLIX.

Cum enim anno superiori (ut vidimus) Antharit * Rex mortuus esset; Reginaque Theodolinda, quam nuper acceperat in uxorem a Bajoariæ Rege Garibaldo (ut Paulus (*a*) affirmat) Longobardorum concessione Regina perseverans, delegisset sibi virum Agilulphum ducem Tauritanum, eumdemque & nominatum Agonem, & in baptismate Paulum: idem Agilulphus Longobardorum Rex appellatus est hoc anno, mense Majo. Habet hæc omnia pluribus Paulus (*b*) diaconus: additque eumdem, simulatque Rex confirmatus est, misisse Agnellum Tridentinum Episcopum in Gallias ad redimendos captivos, qui Tridenti a Francis capti fuerant. Cum interea idem Agilulphus, debellatis occisisque illis quos adversarios passus esset, regnum sibi stabilivit Italiæ: exceptis enim Roma atque Ravenna cum aliis ad eas spectantibus locis, universa Italia ab Alpinis montibus Rhegium usque Calabriæ illi parebat.

* Autharis.

(*a*) *Paul. diac. l. 3. c. 14.*

Agilulphus creatur Rex Longobardorum.

(*b*) *Paul. diac. l. 3. c. ult. & l. 4. c. 5.*



PAGIUS fert cladem Galliis inflictam in Septimania a Ducibus Gotthorum seu Regis Reccaredi: *Illi scilicet Gotthi, paulatim resistentes fugam simulant: prosequentibusque istis consurgunt, qui præparati erant de insidiis concludentes eos in medio, usque ad internecionem ceciderunt*, inquit Gregorius, Biclariensis enim eam Hispanorum victoriam septimo Mauricii & tertio Reccaredi anno recitat. Gregorius vero Turonensis *anno VIII. Childeberti* Francorum Regis, qui anno DLXXXVIII. definit. Quare perperam Cointius hanc copiarum *Guntramni* profligationem in annum DLXXXIX. differt, refragante Gregorio Turonensi, juxta quem Biclariensis explicandus. Verba ejusdem Biclariensis recitat Baronius, qui putabat *Mauricium* hoc anno septimum Imperii exorsum esse.

V. Ad num. XLVIII. Biclariensis *anno VIII. Mauricii Imp. qui est Reccaredi IV. annus*, refert Reccaredo Hispaniarum Regi structas esse insidias ab *Argimundo* tyrannidem assumere cupiente; sed detecta ejus consilii machinatione pœnas dedisse; quibus enarratis Chronicon suum absolvit, ideoque anno Christi DXC. qui erat an-

*Joannes Abbas Biclariensis Chronicon suum absolvit.*

L. Porro magnum a Deo per Theodolindam Reginam consecutos esse a Deo beneficium Regem ipsum & sub eo positos
(a) Paul. diac. l. 4. c. 2. Longobardos, idem Paulus (a) affirmat: nimirum, eum ex Ariana perfidia conversum esse ad fidem Catholicam, & qui
Agilulphus convertitur. erant Longobardi Gentiles, sive Ariani, eosdem redditos esse Christianos atque Catholicos. Magnum Dei consilium, dum quæ sunt infirma mundi eligit, ut confundat fortia: cum scilicet robustissimas easdemque indomitas gentes sive Christiano sive Catholico nomini infensissimas, Francos, Gothos, & Longobardos, avitis abdicatis erroribus, per feminas ipse Deus converterit ad verum religionis cultum. Franci enim per Crotildem, Gothi in Hispania per Ingundem, quæ (ut superiori tomo diximus) virum suum convertit Hermenegildum, ex quo omnium facta est accessio Gothorum ad fidem Catholicam: & in Italia Longobardi per Theodolindam, decus & ornamentum Bavariæ Principum, fidem Christianam eamdemque Catholicam, perceperunt.

LI. De Ecclesia S. Agathæ Catholicis reddita. Hoc item anno sanctus Gregorius Papa dedicavit Ecclesiam sanctæ Agathæ Romæ positam, quam Gothi Ariani (ut superius dictum est) sibi usurpaverant: quæ licet, illis ex Urbe Italiaque penitus ejectis & profligatis, relicta libera fuisset: tamen quod fermento Ariano videretur esse polluta, & proinde non amplius sacra, sed execrabilis haberetur: Gregorius divinitus inspiratus adjecit animum, ut eamdem sacris ritibus expiatam sacro cultui idoneam redderet, Deoque sacraret. Id quidem hoc anno factum esse, ex iis quæ ipse scripsit in dialogis anno quarto sui Pontificatus elaboratis, satis expresse patet, cum ante biennium id contigisse dicat, hoc ipso
(b) Greg. dial. l. 3. c. 30. videlicet anno. Quæ autem tunc acciderint admiratione digna, ipse sic narrat (b):

LII. *Sed neque hoc sileam, quod ad ejusdem Arianæ hæreseos damnationem in hac quoque Urbe ante biennium pietas superna monstravit. Ex his quippe quæ narro aliud populus agnovit, aliud autem sacerdos, & custodes ecclesiæ se audisse & vidisse testantur. Arianorum ecclesia in regione Urbis illa quæ Suburra dicitur, cum clausa usque ante biennium remansisset, placuit ut in fide* Catholica, *introductis illuc beati* Stephani *& sanctæ Marthæ martyrum reliquiis dicari debuisset: quod factum est. Nam cum magna populi multitudine venientes atque omnipotenti Domino laudes canentes, eamdem ecclesiam ingressi sumus. Cumque in ea jam Missarum solemnia celebrarentur, & præ ejusdem loci angustia populi se turba comprimeret: quidam ex iis qui extra sacrarium stabant, porcum subito intra suos pedes huc illucque discurrere senserunt. Quem dum unusquisque sentiret, & juxta se stantibus indicaret: idem porcus*
*Ecclesiæ januas petiit; & omnes per quos transiit in admirationem commovit, sed videri a nullo potuit, quamvis sentiri potuisset. Quod idcirco divina pietas ostendit, ut cunctis patesceret, quia de loco eodem immundus habitator exiret. Peracta igitur celebratione Missarum, recessimus. Sed adhuc nocte eadem magnus in ejusdem ecclesiæ tectis strepitus factus est, ac si in eis aliquis errando discurreret. Sequenti autem nocte gravior sonitus excrevit, ac subito tanto terrore insonuit, ac si omnis illa ecclesia a fundamentis fuisset eversa: & protinus recessit, & nulla illic ulterius inquietudo antiqui hostis apparuit: sed per terroris sonitum quem fecit, innotuit, quod ab eo loco quem diu tenuerat coactus exibat.* Fugatur diabolus, dum consecratur Ecclesia.

*Post paucos vero dies in magna serenitate aeris super altare ejusdem ecclesiæ nubes cælitus descendit, suoque illud velamine operuit, omnemque ecclesiam tanto terrore ac suavitatis odore replevit, ut patentibus januis, nullus illuc præsumeret intrare. Sacerdos quoque, & custodes, & hi qui ad celebranda Missarum solemnia venerant, rem videbant, ingredi minime poterant, & suavitatem mirifici odoris trahebant. Die vero alio cum in ea lampades sine lumine dependerent, emisso divinitus lumine, sunt accensæ. Post paucos iterum dies, cum expletis Missarum solemniis, extinctis lampadibus custos ex eadem ecclesia egressus fuisset, post paululum intravit, & lampades quas extinctas reliquerat, lucentes reperit: quas negligenter extinxisse se credens, eas jam sollicitus extinxit, & exiens ecclesiam clausit: sed post horarum trium spatium regressus, lucentes lampades, quas extinxerat, iterum accensas invenit: ut videlicet ex ipso lumine aperte claresceret, quia locus ille a tenebris in lucem venisset.* Hæc in Urbe eo tempore, & ipso præsente qui narrat, ob oculos omnium facta, & contra Arianos ab eodem Gregorio inculcata, nos veluti aculeata tela ad feriendos impios hæreticos Novatores opportune convertimus. LIII. Alia miranda quæ contigerunt in S. Agathæ Ecclesia.

Ex-

PAGIUS annus CCLXVI. a Concilio Nicæno & damnatione Arii juxta verba, quæ ea ipsomet retuli anno DLXXXIX. Erat Joannes nativitate Gothus, Gerundinensis Ecclesiæ Episcopus. Hunc *Leovigildus* Hispaniarum Rex cum ad nefandæ hæreseos Arianæ credulitatem compelleret, in exilium misit, & Barcinonem relegavit, qui per decem annos multas persecutiones ab Arianis perpessus est. Condidit postea Monasterium, quod nomine *Biclaro* dicitur, ut tradit

Isido-

LIV. De bonis Ecclesiæ S. Agathæ.

(a) Greg. l. 3. epist. 29.

Extat de eadem ecclesia ipsius Gregorii rescriptum, cum eamdem in iis quæ ad ejus bona pertinent commendat Leoni acolytho, datum sub Indictione duodecima, nempe post biennium, istis verbis (a): *Locorum venerabilium cura nos admonet de eorum utilitate per omnia cogitare. Quia ergo ecclesia sanctæ Agathæ, sita in Suburra, quæ spelunca fuit aliquando pravitatis hæreticæ, ad Catholicæ fidei culturam, Deo propitiante, reducta est: ideo hujus auctoritatis tenore commonitus, pensiones omnium domorum in hac Urbe constitutarum, quas prædictam ecclesiam temporibus habuisse Gothorum constiterit, annis singulis congregare non desinas: & quantum in sartie tectis, vel luminaribus, aliaque reparatione ejusdem ecclesiæ necessarium fuerit, erogare modis omnibus studebis. Quicquid vero exuberare potuerit, fideliter rationibus te Ecclesiasticis inferre præcipimus.* Hactenus ipse. His addendum putamus (quod in eodem argumento versemur) aliam ecclesiam ab Arianis possessam, ab eodem sancto Gregorio consecratam esse post annum sequentem sub titulo S. Severini Episcopi Noricorum, cujus reliquias apud Neapolim in Lucullano collocatas ad se mitti mandavit, ita scribens ad Petrum subdiaconum Campaniæ patrimonium curantem (b):

LV. De consecratione Eccl. S. Severini.

(b) Greg. l. 2. ep. 9. Indict. 11.

*Cor nostrum pia Divinitatis inspiratione compungitur, loca quondam execrandis erroribus deputata in Catholicæ religionis reverentiam dedicare. Quia igitur Ecclesiam positam juxta domum Merulanam regione tertia, quam superstitio diu Ariana detinuit, in honorem sancti Severini cupimus consecrare: experientia tua reliquias beati Severini summopere debita cum veneratione transmittat: quatenus quæ nostris animis perficienda decrevimus, implere, omnipotentis gratia suffragante, possimus.* Hæc Gregorius.

LVI. Res bellicæ.

(c) Misc. histor. hoc anno Imp.

(d) Greg. l. 2. epist. 28.

Quod vero ad res bellicas pertinet Orientalis Imperii, hoc eodem anno (c) Romanus exercitus qui sæpius ob studia erga diversos duces sæpe amotos ac sæpe redditos discordiam conflaverat, per Aristobolum donorum Imperialium Præfectum conciliatus est, & iterum juramento firmatus. Fortasse hic ille vir eruditus, ad quem extat (d) S. Gregorii epistola. Conciliato autem simul exercitu adversus Persas eodem concitato, victoria obtenta est, expugnataque Martyropolis civitas munitissima; unde Romanis plurimum roboris increvit: Hæc Græcorum Annales apud Theophanem.

Qui

PAGIUS

Isidorus de Viris Illustribus cap. 44. Ejus Chronicon incipit ab anno primo Justini Junioris, & desinit anno VIII. Mauricii Imp. & IV. Reccaredi Regis. Monasterium vero illud, cujus ipse Abbas fuit, situm prope Barcinonem. Vide dicta anno DXCIII. num. III.

VI. Gesta inter Romanos & Persas anno DLXXXVIII.

Ad ann. LVI. Quæ narrat Baronius hoc anno de *Aristobulo* ab Imperatore ad exercitum in Perside agentem misso qui persuaderet, ut priores Præpositos quos antea habebat, susciperet, pertinent ad annum DLXXXVIII. quo exercitus Romanus adversus Duces suos tumultuari cœpit. Evagrius enim lib. 6. cap. 10. ubi quem Theophylactus lib. 3. cap. 3. *Aristobulum* appellat, ipse *Andream* vocat, addit capite sequenti, *cum milites id mandatum, ne audire quidem sustinuissent, totius negotii cura in Gregorium transfertur.* Hic erat Episcopus Antiochenus, ejusque opera anno DLXXXIX. omne dissidium sublatum est, ut suo loco ostendi. Theophylactus citatus idem etiam narrat, antequam recitet gesta anni DLXXXIX.

VII. Chosroes in Regnum restitutus.

Quæ hoc anno in Oriente Romanos inter & Persas gesta sunt, & quomodo *Chosroes Junior* Hormisdæ filius in Regnum restitutus fuerit, anno DXCIII. declarabimus.

VIII. Obitus S. Sulpitii Severi.

Sanctus *Sulpitius Severus* Episcopus Bituricensis hoc anno ad Deum migravit, at anno DXCV. quo Baronius mortem ejus differt, demonstrabimus.

| JESU CHRISTI ANNUS 592. | GREGORII PAP. ANNUS 3. | MAURITII IMP. ANNUS 7. |
| --- | --- | --- |

I. QUI sequitur annus Domini quingentesimus nonagesimussecundus, Indictione decima, idemque Gregorii Papæ tertius incipiens mense Septembri & Mauritii Imperatoris ☞ sextus finiens ☜ mense Augusto, funestus fuit Italiæ, & valde ærumnosus S. Gregorio Papæ tum foris præliis assiduis agitato, tum intus morbo vexato. Id enim in primis ipse litteris ad Joannem Ravennatem Episcopum datis testatur his verbis (*a*):

(*a*) Greg. l. 2. ep. 32. Indict. 10.

Arnulphus dux Long. urbem infestat.

*Quod multis scriptis vestræ beatitudinis minime respondi: non hoc torpori meo, sed languori deputate: quia peccatis meis facientibus, eo tempore quo Arnulphus ad Romanam urbem veniens, alios occidit, alios detruncavit, tanta mæstitia affectus sum, ut in colicam molestiam caderem.* Hæc ipse. Erat iste Arnulphus dux Longobardorum in Tuscia, de quo altum silentium apud Paulum: ex ipso autem Gregorio hæc eliciuntur in epistola ad Mauritium Imperatorem; ubi de prima sub suo Pontificatu facta incursione Longobardorum in Tuscia ista habet (*b*): *Multas enim jam plagas accepeeam, & supervenientibus dominorum jussionibus inveni consolationes quas non sperabam:* Hæc per antiphrasim. *Si enim possum, has celeriter plagas enumero. Primum, quod mihi pax subducta est, quam cum Longobardis in Tuscia positis sine ullo Reipublicæ dispendio feceram.* Hæc Gregorius, ostendens salutem Urbis pace redemisse, quæ postea occasione insultantium Romanorum militum fracta est; nam mox subdit: *Deinde corrupta pace, de Romana civitate milites ablati sunt, & quidem alii ab hostibus necati, alii vero Narniis & Perusii positi: & ut Perusium teneretur, Roma relicta est.* Hæc ipse de rebus gestis usque ad Agilulphi adventum post duos annos, de quo suo loco dicturi sumus.

(*b*) Greg. l. 4. ep. 31. Indict. 13.

II. Sed quæ hoc anno cum eo peragi contigerunt, suo ordine prosequamur ex dicta epistola ad Joannem Episcopum Ravennatem, quem pacis sequestrem esse voluit, ad persuadendum videlicet Romano Exarcho Ravennæ degenti, ut pacem cum Longobardorum duce æquis conditionibus contrahere liceret. Scribens igitur ipse Gregorius immensa afflictatus angustia ad eumdem Joannem, ejus in primis commendans studium pro publicis impensum negotiis, hæc ait (*c*): *Valde autem mirabar, quid esset quod illa mihi notissima solicitudo vestræ sanctitatis huic Urbi meisque necessitatibus minime prodesset. Sed scriptis vestris discurrentibus, agnovi vos quidem solicite agere, sed tamen apud quem agere, possitis non habere. Peccatis ergo hoc meis reputo, quia iste qui nunc interest, & repugnare contra inimicos nostros dissimulat, & nos facere pacem vetat: quamvis iam modo, etiam si velit facere omnino non possumus: quia Arnulphus exercitum Autharit* * *& Nordulphi habens, eorum sibi dari precaria desiderat, ut nobiscum aliquid loqui de pace dignetur.* Et inferius: *Movere autem vos non debet præfati excellentissimi viri Romani Patricii & Exarchi animositas: quia nos quanto eum loco & ordine præimus, tanto si qua sunt ejus levia, tolerare mature & graviter debemus. Si quando tamen est aliquis cum eo locus obtinendi, agat apud eum fraternitas vestra, ut pacem cum Arnulpho, si ad aliquid parum possumus, faciamus: quia miles de Romana urbe ablatus est, sicut ipse novit. Theodosiani vero, qui hic remanserunt, rogam non accipientes, vix ad murorum custodiam se accommodant. Et destituta ab omnibus civitas, si pacem non habet, quomodo subsistet?* Et inferius de iisdem Longobardis sub eodem duce Arnulpho: *De Neapolitana vero urbe, excellentissimo viro Exarcho instanter imminente, vobis indicamus; quia Aroges (ut cognovimus) cum Arnulpho se fecit, & Reipublicæ contra fidem venit, & valde insidiatus est eidem civitati: in quam si celeriter, dux non mittatur, omnino jam inter perditas habebitur.* Quod vero ab iisdem Longobardis civitatibus captis, & aliquibus ex eis incensis, alii civium dispersi essent, alii ducti captivi: pro iisdem redimendis idem Gregorius laboravit. Verum quod ab eodem Joanne litteris commendatam accepisset civitatem Aquilejensem, cui præerat Severus Episcopus schismaticus: quid de his in primis rescripserit eadem epistola Gregorius, accipe; sic enim ait:

(*c*) Greg. l. 2. ep. 32. Ind. 10.

Pacem cupit cum Longobardis Gregorius.

* Authasis

De

PAGIUS SÆC. VI. Anno Eræ Hispan. DCXXX. A.C. 592.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6085.

☉ 13. FE. ☽ 4. P. 6. April. Indict. 10.

JESU CHRISTI 592.

GREGORII PAPÆ 3.

MAURICII IMP. 11.

IS annus hac formula notatus, X. post Consulatum Mauricii Tiberii Aug. seu Posteriores VIII. ut legitur in Chronico Alexandrino latus, I.

Eleemosyna hostibus quando danda. *De hoc quod dicitis, incensæ civitati Severi schismatici eleemosynam esse mittendam: idcirco vestra fraternitas sensit, quia quæ contra nos præmia in Palatium mittat, ignorat. Quæ etsi non transmitteret: nobis considerandum fuit, quia misericordia prius fidelibus ac postea Ecclesiæ hostibus est facienda. Juxta quippe est civitas Phanum, in qua multi captivi sunt: ad quam ego jam transacto anno transmittere volui, sed inter hostes medios non præsumpsi. Videtur ergo mihi, ut Claudium Abbatem, cum aliquanta pecunia illuc transmittere debeatis; & liberos, quos illic pro pretio* De captivis redimendis Gregorius agit. *suo in servitio teneri invenerit, vel si qui adhuc sunt captivi, redimat. De summa vero ejusdem pecuniæ transmittenda, nobis certum sit, quia quicquid vos decernitis, mihi placet. Sin autem cum excellentissimo viro Romano Patricio agitis, ut pacem facere cum Arnulpho debeamus: ego ad vos personam aliam transmittere paratus sum, cum qua mercedis causa melius fiant.* Hæc de redimendis captivis, & pace cum Longobardis facienda Gregorius. Quod vero ad Severum schismaticum pertinet, cujus civitatem incensam tradit: non alium hunc Severum ab illo putes Episcopo Aquilejensi, qui ad Synodum Romam ab eodem S. Gregorio vocatus fuerat (*a*), iterum (ut vidimus) lapsus.

(*a*) *Greg. l. 1. epist. 16.*

III. Inter tot vero Longobardorum tumultus, ipse Gregorius summo veluti in otio constitutus, nihil prætermisit exactissimæ curæ pastoralis. Legati autem ex Numidia Romam hoc anno sunt missi ad sedem Apostolicam nihil boni ferentes. Etenim cum anno superiori (ut vidimus) datis ad ejus provinciæ Episcopos litteris, vetuisset Gregorius Donatistarum Episcopum deligi in Numidiæ Primatem; alia via hostis irrumpere conatus est, nempe illud agens, ut quod olim bono pacis vidimus aliquando fuisse permissum, iterum restitueret, nimirum ut in unaquaque civitate, ubi essent populi Donatistæ, licet ibi esset Catholicus Episcopus, nihilominus sineretur esse pariter Episcopus Donatistarum. Id enim ut fieret, pecunia data, Donatista ab Episcopo Catholico impetrarat; insuper & illud, ut persoluta pecunia, concederetur iisdem Donatistis iterum baptizare Catholicos. Horum malorum nuncii duo ad ipsum Romanum Pontificem ex Numidia diaconi sunt profecti.

IV. Ad hæc tam enormia corrigenda, in Numidiam proficisci jussit Gregorius Hilarium S. R. E. Chartularium degentem Carthagine, de quo facta est mentio anno superiori: ut coacto Concilio, deponeret Episcopum, qui Episcopalem vendidisset dignitatem schismatico. Atque ut conatus Donatistarum magis magisque coalescentes comprimerentur, scripsit de his dolens ipse Pontifex litteras ad Columbum in Numidia Episcopum istis verbis (*b*): (*b*) *Greg. l. 2. ep. 33. Ind. 10.*

De Donatistis in Africa invalescentibus. *Notum est, carissime in Christo frater, quod antiquus hostis, qui primum hominem de paradisi deliciis in hanc ærumnosam vitam callida persuasione deposuit, & ea eo jam tunc humano generi pœnam mortalitatis inflixit, eadem nunc calliditate ovium Dominicarum pastores, quo facilius gregem capiat, transfusis conetur venenis inficere, & jure jam potestati propria vendicare. Sed nos, qui licet immeriti, sedem Apostolicam vice Petri Apostolorum principis suscepimus gubernandam, ipso Pontificatus officio cogimur generaliter hostis quibus valemus nisibus obviare. Porrecta igitur petitione insinuaverunt nobis præsentium latores Constantius & Mustellus (ut asserunt) Ecclesiæ Padrutianæ diacones in Numidia provincia constituta, Maximianum ejusdem Ecclesiæ Antistitem in loco quo degit, corruptum præmio, Donatistarum Episcopum nova licentia fieri permisisse: cum etsi hoc anterior usus permitteret, manere atque persistere fides Catholica prohiberet. Ob hoc ergo fraternitatem tuam scriptis præsentibus necessario duximus adhortandam, ut veniente ad te Hilario Chartulario nostro, adunato Episcoporum universali Concilio, habens præ oculis terrorem venturi Judicis, causa eadem subtili ac solerti debeat indagatione perquiri. Et si capitulum hoc a præsentium latoribus prædicto Episcopo documentis idoneis fuerit approbatum; a dignitatis officioque quo fungitur, modis omnibus degradetur: ut & ille ad pœnitentiæ lacra per agnitionem delicti redeat, & cæteri tentare talia non præsumant. Æquum enim est, ut qui Jesum Christum Dominum nostrum hæretico, accepta pecunia, venumdedit, ut refertur, ab ejus videlicet sacrosancti corporis ac sanguinis tractandis mysteriis submoveatur. Si quæ autem inter eos extra crimen hoc damnorum quorumdam, vel privatorum negotiorum (sicuti petitio diaconorum ipsorum continet) versatur intentio: hanc tua fraternitas cum prædicto Chartulario nostro privata cognitione perquirat, & inter utramque partem justitia procedente definiat.*

*Porro autem præsentium latorum insinuatione didicimus, Donatistarum hæresim pro peccatis nostris quotidie dilatari, & valde plures, data per venalitatem licentia, post Catholicum baptisma a Donatistis denuo baptizari. Quod quam grave sit, frater, oportet nos tota mentis intentione perpendere. Ecce lupus Dominicam gregem non jam in nocte latenter,*

*sed*

*sed in aperta luce dilaniat: & nos eum grassari in ovium nece cernimus, & nulla ei sollicitudine, nullis verborum jaculis obviamus? Quos ergo fructus Domino multiplicati gregis ostendemus, si & ipsum quem pascendum suscepimus, otiosa mente cernimus a bestia devorari? Studeamus igitur vel nostrum terrenorum pastorum imitatione succendere, qui hyemales noctes, imbribus geluque constricti, ducunt sæpe pervigiles, ut vel una ovis, & non forte utilis pereat. Quam & si insidiator ore voraci momorderit: quomodo satagunt? quibus cordis anhelant æstibus? in quas voces, ut eruant captum pecus, angustia stimulante prosiliunt, ne a gregis domino, quicquid per incuriam perdiderint, exigatur? Vigilemus ergo, ne quid pereat: aut si captum forte quid fuerit, vocibus divinorum eloquiorum ad gregem Dominicum reducamus: ut ille, qui pastor pastorum est, vigilasse nos circa gregem suum, suo misericors dignetur judicio comprobare. Hæc quoque vos necesse est solerter attendere, ut si qua contra latores, præsentium ejusdem Episcopi recta fuerit petitio, subtili debeat indagatione perquiri. Et si fortasse ipsi quoque pro sua culpa jure feriendi sunt, nequaquam censemus esse parcendum.* Hactenus Gregorius ad Primatem Numidiæ Columbum mense Augusto. Porro infelix Ecclesia Africana non his tantum spinis Donatistarum hæreticorum oppleta erat, sed insuper (quod magis dolendum fuit) Manichæorum etiam vepribus abundabat, prout idem ipse Gregorius testatur in epistola ad Joannem Episcopum Scyllacenum, cum ait (a): *Afros passim, vel incognitos peregrinos ad Ecclesiasticos ordines tendentes, nulla ratione suscipias: quia Afri quidem aliqui Manichæi, aliqui rebaptizati.* Donatistæ hi erant, qui rebaptizabant.

(a) Greg. l. 2. epist. 25. Indict. 10.

V. De legatione Episcop. Carthag. ad S. Gregorium.

Quo etiam mense, hoc anno, idem Gregorius Papa, suscepta honorifica legatione ab Episcopo Carthaginensi, qua de electione ipsius Pontificatus adgavisus est, epistolam ad eum rescripsisse legitur. Dominicus is erat nomine, qui quatuor ad S. Gregorium misit Romam legatos, Episcopos duos Donatum & Quodvultdeum, Victorem diaconum, & Angelum Notarium; per quos, post gratulationis impertitum officium, petiit ab eodem, ut impertita suæ Ecclesiæ privilegia salva esse vellet. Ad quem Gregorius pastoralem reddens epistolam, hæc de privilegiis habet (b): *De Ecclesiasticis vero privilegiis quod vestra fraternitas scribit: hoc postposita dubitatione teneat, quia sicut nostra defendimus, ita singulis quibusque Ecclesiis sua jura servamus: nec cuilibet, favente gratia, ultra quam meretur, impertior; nec ulli hoc quod sui juris est, ambitu stimulante, derogo: sed fratres meos per omnia honorare cupio: sicque studeo honore singulos subvehi, dummodo non sit quod alteri jure ab altero possit opponi.* Hæc de his ipse, equidem Gregorio digna.

(b) Greg. l. 2. ep. 39. Ind. 10.

VI. Laboravit præterea hoc anno Gregorius in reducendis schismaticis ad Ecclesiam. Eodem enim tempore Episcopi in Hi-

PAGIUS II. *S. Gregorius scribit ad Episcopos Schismaticos Hiberniæ.*

Ad num. VI. Inter Epistolas a Divo Gregorio hoc anno scriptas, notabiles sunt Epistola XXXII. Lib. secundi, data mense Julio Indict. X. & Epist. XXXVI. scripta eadem Indictione mense Augusto. [1] In utraque agit de Schismaticis in causa Trium Capitulorum, quos ad Ecclesiæ unitatem reducere satagebat. Prior data est ad Joannem Episcopum Ravennæ, de qua Baronius hoc anno num. II. ubi tamen prætermittit verba, quæ de iisdem Schismaticis anno DXC. num. XI. ex eadem Epistola retulimus. Posterior data est *universis Episcopis per Hiberniam*, ut in pluribus Codicibus MSS. & omnibus editis legitur, & habet Gussanvillæus in Notis ad eam Epistolam, addens videri legendum potius esse, per *Histriam*, quam per *Hiberniam*; quod credibile non sit, Hibernos quidquam inaudisse de causa Trium Capitulorum. Verum ea ad Hibernos data, ut recte viderunt Baronius, tam hic, quam anno DLXVI. num. XXI. Usserius in Epistolis Hibernicis qui de illius insulæ rebus optime doctus erat, utpote qui de Antiquitatibus Ecclesiasticis Hiberniæ Historiam composuit, & Bollandus in No-

NOTÆ [1] Epistolam hanc XXXVI. libri secundi ad Episcopos Istriæ a S. Gregorio scriptam fuisse multis argumentis asserit, & demonstrat P. de Rubeis in Dissertatione de Schismate Aquilejensis Ecclesiæ cap. 24. Istriæ enim, non vero Hiberniæ Episcopi schismate illo infecti erant. Neque oppositum convincit Epistola S. Columbani a Pagio hic laudata; non enim in ea Vir sanctus Hibernorum se nomine scribere significat cum ait: *nos Sanctorum Petri & Pauli . . . discipuli sumus, toti Iberi, ultimi habitatores mundi . . . nullus hæreticus . . . Sed* (a nobis) *fides catholica, sicut a vobis primum . . . . tradita est, inconcussa tenetur.* Sed hæc ait ille ut benevolum sibi redderet Pontificem, & monita sua aure proniori exciperet; quæ se illi dare profitetur, non tanquam a Schismaticis Italiæ seductus, sed tanquam unus aliquis ex Orthodoxis Iberis, qui nisi quæ sunt juxta sanam doctrinam spirat. Cur igitur ex hac Epistola conficiatur Hibernos Schismati trium Capitulorum adhæsisse, nihil est. Locus pariter Joannis Diaconi in Vita S. Gregorii lib. 3. cap. 5. in quo reductos ad unitatem Ecclesiæ ab eodem Viro sancto *Ligures, Venetos, & Iberos* legimus, corruptus est, corrigendusque ex Epistola Pelagii I. ad Narsetem, in qua Schismatici Episcopi sunt *Ligures, Veneti, Istri.*
Vide Adnotationem nostram ad A. 624. 23. MANSI

Hiberni ad Gregorium scribunt. Hibernia positi, etsi ( ut vidimus tomo superiori ) schismatici essent, tamen angustia pressi, ad Romanam Ecclesiam litteris datis clamant. Etenim ad Hibernos quoque occasione Trium capitulorum conflatum haud pridem schisma pertransiit. Quos in tribulatione suspirantes ut colligeret, & Apostolicæ Ecclesiæ uniret, Gregorius anxio studio laboravit, scribens ad eos litteras, & librum ea de causa conscriptum mittens. Epistola autem sic se habet (a):

(a) Greg. l. 2. epist. 36. Indict. 10.

*Scripta vestra summa cum gratulatione suscepi: sed erit in me uberior valde lætitia, si mihi de vestra contigerit reversione gaudere. Prima itaque epistola vestra sonat gravem vos pati persecutionem innotuit. Quæ quidem persecutio dum non rationabiliter sustinetur, nequaquam proficit ad salutem. Nam nulli fas est retributionem præmiorum expectare pro culpa. Debetis enim scire ( sicut beatus Cyprianus dixit ) quia martyrem non facit pœna, sed causa. Dum igitur ita sit, incongruum animis est de ea vos, quam dicitis, persecutione gloriari, per quam vos constat ad æterna præmia minime provehi. Redeat ergo charitatem vestram tandem integritas fidei ad matrem, quæ vos generavit, Ecclesiam. Nulla vos animorum intentio a concordia unitate desociet; nulla persuasio repedando vos a recto itinere defatiget. Nam in Synodo, in qua de Tribus capitulis actum est, aperte liquet, nihil de fide convulsum esse, vel aliquatenus immutatum; sed sicut scitis, de quibusdam illic solummodo personis est actitatum, quarum una, cujus scripta evidenter a rectitudine Catholicæ fidei deviabant, non injuste damnata est. Quod autem scribitis, quia ex illo tempore inter alias provincias maxime flagellatur Italia; non hoc ad ejus debetis intorquere opprobrium: quoniam scriptum est (b): Quem diligit Dominus castigat: flagellat autem omnem filium, quem recipit. Si igitur ita est, ut dicitis: ex eo tempore magis dilecta est apud Deum & modis omnibus approbata, ex quo Domini sui meruit sustinere flagella.* At non est verum, quod post Quintam Synodum, ubi decreta fuit & recepta damnatio Trium capitulorum gravius Italia vexata sit. Ante enim quam ista contigerint ab Herulis primum, inde vero a Gothis Italia dirissima passa, & Roma sæpe ab eisdem fuisse capta reperitur. Sed concesso quod dicerent, pergit ita Gregorius.

(b) Hebr. 12.

Tribulatio non semper reprobationis signum. *Quia vero non ita sit, quemadmodum vos in ejus insultatione affirmare conamini, rationem attendite. Postquam recordandæ memoriæ Vigilius Papa in urbe regia constitutus, contra Theodoram tunc Augustam & Acephalos damnationis promulgavit sententiam; tunc Romana urbs ab hostibus adita, & captivata est. Ergo bonam causam habuerunt Acephali, & injuste damnati sunt, & post quorum damnationem talia contigerunt? Absit: hoc enim nec nostrum quempiam, nec alios qui Catholicæ fidei mysteriis instituti sunt, vel dicere, vel aliquo modo consitere convenit. His denique cognitis, ab hac quandoque jam deliberatione recedite. Ut igitur de Tribus capitulis animis vestris oblata dubietate, possit satisfactio abundanter infundi: librum quem ex hac re sanctæ memoriæ decessor meus Pelagius Papa scripserat, vobis utile judicavi transmittere. Quem si, deposito voluntariæ defensionis studio puro vigilantique corde sæpius volueritis relegere: eum vos per omnia secuturos, & ad unitatem nostram reversuros nihilominus esse confido.*

*Porro autem si post hujus libri lectionem in ea qua estis, volueritis deliberatione persistere: sine dubio non rationi operam, sed obstinationi vos dare monstratis. Unde iterum habita locutione, charitatem vestram admoneo, ut quoniam, Deo suffragante, fides nostra integritas in causa Trium capitulorum inviolata permansit; mentis tumore deposito, tanto citius ad matrem vestram, quæ filios suos expectat & invitat, Ecclesiam redeatis, quanto vos ab ea quotidie expectari cognoscitis.* Hæc ad Hibernos Gregorius. Porro hos ad Catholicam communionem & unitatem, relicto schismate, rediisse, inde certum deducitur argumentum, quod post hæc iidem qui erant in Hibernia Episcopi de rebus dubiis, uti cæteri Orthodoxi; eumdem Gregorium consuluisse reperiuntur (c): quod utique non fecissent, si adhuc in schismate permansissent.

Hiberni redire ad Ecclesiam.

(c) Greg. l. 9. ep. 61. Indict. 4.



PAGIUS Notis ad Vitam S. Gregorii Papæ lib. 3. cap. e. ad diem XII. Martii, nisi quod in Joanne Diacono, loco *Hiberos*, legendum, Bollandus putet *Hibernos*. Nam Schisma Trium Capitulorum Hiberniam pervaserat, ut liquet ex Epistola S. Columbani, qui Hibernus erat, scripta ad S. Bonifacium Papam hujus nominis IV. quæ legitur in ejus Operibus a Patricio Flamingo, Franciscano, Lovanii ab aliquot annis publicatis, in quibus ea exhibetur, quemadmodum & in Bibliotheca Veterum Patrum editionis Lugdunensis Tomo XII. In ea Epistola, quam Viri Doctissimi laudati non viderunt, testatur Sanctus Columbanus Hibernos suos Quintam Synodum non admisisse, queriturque quod ipsemet Bonifacius eam receperit: *Nos* inquit *SS. Petri & Pauli & omnium discipulorum, Divinum Canonem Spiritu Sancto* (deest, dictante) *scribentium, discipuli sumus: toti Hiberi, ultimi habitatores mundi nihil extra Evangelicam & Apostolicam Doctrinam recipientes. Nullus hæreticus, nullus Judæus, nullus Schismaticus, fuit sed fides Catholica, sicut a Vobis primum, Sanctorum scilicet Apostolorum Successoribus, tradita est,*

VII. Joannes Episc. Ravennas laborat adversus schismaticos.

Collaboravit insuper adversus eosdem schismaticos in Italia præsertim agentes Joannes Ecclesiæ Ravennatis Antistes, urgens Episcopos Istriæ provinciæ per auctoritatem Exarchi Ravennæ degentis. Cujus rei gratia ipse Gregorius multum se debere fatetur, gratias agens: nam in dicta superius epistola ad ipsum scripta hæc inter alia (a): *De causa vero Episcoporum Istriæ, omnia quæ mihi vestra fraternitas scripsit, ita esse jam ante deprehendi in iis jussionibus quæ ad me a piissimis Principibus venerunt, quatenus me interim ab eorum compulsione suspenderem. Ego quidem pro iis quæ scripsistis, zelo atque ardori vestro congaudeo, debitoremque me vobis multipliciter factum profiteor. Scitote tamen, quia de eadem re serenissimis dominis cum summo zelo Dei & libertate rescribere non cessabo.* Hæc ad Joannem Gregorius. Ex quo vel uno loco redarguas necesse est Paulum diaconum (b), qui inter schismaticos collocat Joannem hunc Episcopum Ravennatem: deceptus enim ipse vehementer fuit (quod superiori tomo dictum est) dum defensores Trium capitulorum putavit esse Catholicos, impugnatores vero schismaticos, cum omnino contrarium acciderit. In quam profundam erroris foveam lapsos esse omnes recentiores historicos inexplorate sectantes Pauli vestigia, diximus latius superiori tomo.

(a) Greg. l. 2. ep. 32. Indict. 10.

(b) Greg. diac. l. 3. c. 22.

VIII. Quod vero ad seducendum Fideles ea schismatici uterentur calumnia, dicentes in Quinta Synodo aliqua esse decreta contra sacrosanctum Chalcedonense Concilium: Sabinum quemdam subdiaconum his fraudibus ab illis in errorem adductum S. Gregorius studuit in Ecclesiam revocare, perbrevem hanc ad eum scribens epistolam (c):

(c) Greg. l. 2. ep. 10. Indict. 11.

Gregorius propugnator Concilii Chalc.

*Exeuntes maligni homines turbaverunt animos vestros, non intelligentes neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant, asserentes quod aliquid de sancta Chalcedonensi Synodo piæ memoriæ Justiniani temporibus sit imminutum: quam omni fide, omnique devotione veneramur. Et sic quatuor Synodos sanctæ universalis Ecclesiæ, sicut quatuor libros sancti Evangelii recipimus. De personis vero, de quibus post terminum Synodi aliquid actum fuerat ejusdem piæ memoriæ Justiniani temporibus est ventilatum; ita tamen, ut nec fides in aliquo violaretur, nec de iisdem personis aliquid aliud ageretur, quam apud eamdem sanctam Chalcedonensem Synodum fuerat constitutum. Anathematizamus ergo, si quis ex definitione fidei, quæ in eadem Synodo prolata est, aliquid minuere præsumit, vel quasi corrigendo ejus sensum mutare; sed sicut illic prolata est, per omnia custodimus. Te ergo, fili carissime, decet ad unitatem sanctæ Ecclesiæ remeare, ut finem tuum valeas cum pace concludere; ne malignus spiritus, qui contra te per alia opera prævalere non potest, ex hac causa inveniat unde tibi in die exitus tui in aditu regni cælestis obsistat.* Hucusque ad eum Gregorius: ex quibus intelligas magnam hanc fuisse in Ecclesia tentationem, in quam eo facilius Fideles impellerentur, quo se tenaciores esse Catholicæ fidei profiterentur. In his igitur (ut hactenus vidimus) fuit ipsi Gregorio plurimum insudandum.

IX. Thebanum Episcopum Gregorius restituit.

Hoc enim anno Thebanæ civitatis in Boetia Episcopus, nomine Hadrianus, damnatus a coepiscopis suæ provinciæ confugit Romam, Apostolicam sedem appellans. Ita quidem ut ad asylum ex toto orbe Christiano confugiebant, qui injuste persecutionem aliquam paterentur, quibus Romanæ Ecclesiæ Pontifex jus dicebat. Sic igitur percognitis iis quæ contra eumdem Hadrianum allata essent, eum sanctus Gregorius ut innocentem absolvit: Archiepiscopum vero Primæ Justinianæ, qui eum damnaverat, ad certum tempus communione privavit, ejusmodi in hac causa in eum sententiam pronuncians (d):

(d) Greg. l. 2. ep. 6. Indict. 11.

Sententia Gregorii.

*Quod vero ad præsens attinet, cassatis prius atque ad nihilum redactis prædictæ sententiæ tuæ decretis: ex beati Petri principis Apostolorum auctoritate decernimus, triginta dierum spatio te sacra communione privatum, ab omnipotente Deo nostro tanti excessus veniam cum summa pœnitentia ac lacrymis exorare. Quod si hanc sententiam nostram te cognoverimus implesse remissius: non jam tantum injustitiam, sed & contumaciam fraternitatis tuæ cognoscas, adjuvante Domino, severius puniendam. Præfatum vero Hadrianum fratrem & coepiscopum nostrum ex tua sententia (ut diximus nequaquam canonibus, neque legibus exi-* sten-

PAGIUS

est, inconcussa tenetur. Ubi *Heberorum* nomine Flamingus in Notis ad eam Epistolam observat, Columbanum de suis Hibernis loqui, ut ipsemet indicat in sua Epistola secunda sub finem, ubi ait: *Unius enim sumus corporis commembra, sive Galli, sive Britanni, sive Iberi, sive quæque Gentes.* Addit Flamingus, Hibernos sic dictos ab Ibero fluvio Hispaniæ, unde primum processisse dicuntur, & Hibernos referre originem suam ad Iberiam seu Hesperiam antiquam, hoc est, Hispaniam. Epistolam Columbani ad Bonifacium IV. suo loco adducemus, ex qua certo constabit, Hibernos Trium Capitulorum causam propugnasse. Divus itaque Gregorius ad Hibernos, non vero ad Istros Epistolam illam XXXVI. direxit, neque post Epistolam *Columbani* ad Bonifacium quartum in lucem emissam hoc in controversiam venire potest.

*ſtente damnatum, in ſuum locum atque ordinem reverti, Chriſto comitante diſponimus: ut nec illi fraternitatis tuæ noceat contra juſtitiæ tramitem prolata ſententia, nec charitas tua pro placanda futuri indignatione Judicis incorrecta remaneat.* Hucuſque ſententia, atque finis epiſtolæ. Eodem quoque argumento ſcripſit (a) ad Joannem Epiſcopum Lariſſæ, quem conſentientem in Hadriani damnatione eidem Joanni Juſtinianæ Epiſcopo aliis pœnis affecit. Facta ſunt hæc Romæ hoc anno, menſe Octobri. Ex quibus probe vides præfuiſſe Romanum Epiſcopum Judicem primarium totius Chriſtiani orbis Epiſcopis, fuiſſeque ejuſdem Romani Pontificis muneris, reliquorum in orbe poſitorum Antiſtitum mores noſcere, atque corrigere; ut ex his quæ diximus atque ſæpe dicturi ſumus, intelliges.

(a) Greg. l. 2. ep. 7. Indict. 15.

X. De cauſa Natalis Epiſc. Salonitani.

Ex Dalmatia enim hoc item anno allata eſt in Urbem cauſa Natalis Epiſcopi Salonitani adverſus ſuum Archidiaconum concitari: ad quem iſta Gregorius (b):

(b) Greg. l. 2. ep. 14. Indict. 10.

*Multis ab urbe tua venientibus, frater cariſſime, didici, paſtorali cura derelicta, ſolis te conviviis occupatum. Quæ audita non crederem, niſi hæc actionum tuorum experimentis approbarem. Nam quia nequaquam lectioni ſtudeas, nequaquam exhortationi invigiles, ſed ipſum quoque uſum Eccleſiaſtici ordinis ignores: hoc eſt in teſtimonium, quod eis, ſub quibus es poſitus reverentiam ſervare neſcis. Cum enim ſanctæ memoriæ deceſſoris mei fueris ſcriptis prohibitus, ne contra Honoratum Archidiaconum tuum dolorem tam longæ ingratitudinis in corde retineres: cumque a me ſæpe correctus fueris, & hæc tibi ſummopere fuerint interdicta; & mandata Dei negligens, & ſcripta noſtra contemnens, præfatum Honoratum Archidiaconum tuum quaſi ad fortiorem honorem provehens, conatus es callida arte degradare. Unde actum eſt, ut eo de Archidiaconatus loco ſummoto, alium accerſires, qui tuis moribus obtemperare potuiſſet, cum præfatus vir pro nulla tibi re (ut arbitror) diſplicuit, niſi quod vaſa ſacra & velamina tuis te parentibus dare prohibebat, &c.* Hæc tota cauſa. Decernit vero, ut eumdem Honoratum reſtituat in priſtinum locum: quod niſi obtemperet, uſu pallii privat; & ſi retardet adhuc, excommunicatum denunciat: & de Epiſcopatu, an ipſum retinere debeat, alia ſententia definiendum relinquit. Scribit eadem ad Epiſcopos omnes in Dalmatia conſtitutos (c) & alios.

(c) Greg. l. 2. ep. 15. 16. 17.

XI.

Quod vero idem Natalis Epiſcopus de iis omnibus, quæ dicta ſunt objecta ab ipſo Gregorio Papa, ſe excuſaret; quomodo eaſdem ipſas ejus excuſationes idem Pontifex arguat: quæ extat de his ipſius Gregorii epiſtola (d) ſatis doces: qui vero antea uſus fuerat ad correctionem Gregorius acrimonia vini, leniens ulcera oleo, omnino ſanavit. Sed audi, quam ſe deorſum, ut ſuperbum humiliet, inclinet ipſe Gregorius: *Ecce*, inquit, *fraternitas tua ægre tulit ſe de conviviis a me eſſe reprehenſam: cum ego qui etſi hanc non vita, tamen loco tranſgredior, ab omnibus corripi, ab omnibus emendari paratus ſim; & hunc ſolum mihi amicum æſtimo, per cujus linguam ante apparitionem diſtricti Judicis mea maculas mentis tergo.* Hæc Gregorius, & non fruſtra: etenim correptionis emplaſtrum ex hoc libenter ſuper ulcus ille accepit, quod grato animo ſe eo uti paratum, ipſe Pontifex Gregorius ſit profeſſus; ſicque adhibito tali remedio, curavit ægrotum: nam eum ad meliorem fuiſſe frugem converſum, gaviſus eſt Gregorius ipſe in litteris poſtea ad Joannem Ravennatem Epiſcopum datis, in quibus hæc in fine (e): *De fratre autem & coepiſcopo noſtro Natale valde contriſtabar, quod de illo quædam ſuperba cognoveram; ſed quia mores ſuos ipſe correxit, meam triſtitiam ſimul meipſum vincendo conſolatus eſt.* At de Natali Salonitano Epiſcopo ſatis.

(d) Greg. l. 2. ep. 38.

(e) Greg. l. 2. ep. 32. Indict. 10.

XII. Cauſa Iſidori.

Cum igitur omnes qui ſe aliquid injuſte pati ab Epiſcopo ſuo dolerent, ad Romanum Pontificem libellum ſupplicem afferre conſueverint: inter alios accidit hoc item anno, ut Iſidorus vir illuſtris ſe injuſte excommunicatum a Januario Epiſcopo Calaritano in Sardinia, apud Gregorium conqueſtus ſit. Sed quam ob cauſam, audi ex ipſo ſancto Gregorio ad eumdem Januarium iſta ſcribente (f): *Inter querelas multiplices Iſidorus vir clariſſimus a fraternitate tua fruſtra ſe excommunicatum anathematizatumque conqueſtus eſt. Quod ob quam rem factum fuerit, dum a clerico tuo, qui præſens erat, voluiſſemus addiſcere; pro nulla alia cauſa, niſi pro eo quod te injuriaverat, factum innotuit. Quæ res nos vehementer affligit. Quod ſi ita eſt, nil te oſtendis de cœleſtibus cogitare, ſed terrenam te converſationem habere ſignificas, dum pro vindicta propriæ injuriæ (quod ſacris regulis prohibetur) maledictionem anathematis invexiſti. Unde de cætero omnino eſto circumſpectus atque ſollicitus, & talia cuiquam pro defenſione propriæ injuriæ tuæ inferre denuo ne præſumas. Nam ſi tale aliquid feceris, in te ſcias poſtea vindicandum.* Ita ad Januarium.

(f) Greg. l. 2. epiſt. 34. Indict. 10.

XIII. De Paulo Epiſc. procuratore Eccleſiæ Neapolitanæ.

Contra vero ſicut de acceptis injuriis ulciſcentes ſe Epiſcopos reprehendit, ita eas patienter perferentibus præſto eſſe non deſtitit. Cum enim Paulus, cui adminiſtratio demandata fuerat Eccleſiæ Neapolitanæ, non verba, ſed verbera in

in quadam ſeditione conflata per familiam Clementiæ illuſtris feminæ paſſus eſſet; ad vindicandum ſcelus Gregoeins ipſe inſurgens, miſit qui de perſecutoribus inquireret, ſcripſitque in eos ad ſæcularem quoque Judicem pro vindicta. Extant de his ipſius Gregorii litteræ ad Petrum ſubdiaconum Campaniæ (*a*), necnon ad ipſum Paulum Epiſcopum, qui id paſſus fuerat, & quidem (ut puto) ab hæreticis ſive ſchiſmaticis: etenim veritatis id cauſa ipſum eſſe paſſum, in data ad eum epiſtola docet, ubi ait (*b*): *Ut ergo ad majorem fraternitatis tuæ gloriam applicetur, hæc res conſtantiam tuam nec frangere, nec a via debet veritatis avertere: nam major in ſacerdotibus merces eſt, in veritatis tramite etiam poſt injurias permanere.* Porro Paulum paulo poſt ea hac vita migraſſe, docent ejuſdem S. Gregorii litteræ datæ (*c*) menſe Decembri de Neapolitano Epiſcopo eligendo; eo quod qui electus fuit Florentius ſubdiaconus Apoſtolicæ ſedis, cum fugiens evaſiſſet, hactenus vacans illa erat Eccleſia.

(*a*) Greg. l. 2. ep. 1. Indict. 11.

(*b*) Greg. l. 2. ep. 2. Indict. 11.

(*c*) Greg. l. 2. ep. 13. Indict. 11.

XIV. Accidit quoque eodem anno, ut aliæ hinc inde a diverſis locis ex more deferrentur appellationes ad ipſum Gregorium Romanum Pontificem. Damnato enim non ſecundum canones Florentio Epidauritanæ Eccleſiæ Epiſcopo, voluit (*d*) iterato judicio ejus cauſam tractari. Gregorium vero Agrigenti Epiſcopum accuſatum, Romam mittendum, litteris præcepit (*e*) anno ſuperiori: ſed de ea cauſa inferius pluribus ſuo loco agendum erit. Praxis autem tunc in his ita ſe habebat, ut ſi quando Epiſcopus apud Romanum Pontificem accuſatus, Romamque vocatus damnari minime meruiſſet: tunc ad ſui purgationem jurare compelleretur ſupra corpus S. Petri Apoſtoli, ſecundum ea etiam quæ habet S. Auguſtinus (*f*). Quod hoc anno factum eſt de Leone Epiſcopo Catanenſi, anno ſuperiori Romam vocato.

(*d*) Greg. l. 2. ep. 8. 9. Indict. 11.

(*e*) Greg. l. 1. ep. 70. & lib. 2. ep. 14. Ind. 10.

(*f*) Aug. ep. 137.

XV. Cæterum qui deductas in judicium accuſationes Epiſcoporum, quam diligentiſſimo ſtudio Gregorius expendi voluit, ne damneretur innocens, vel abſolveretur criminis auctor: idem totus in his erat, ut ſi vel latum unguem quempiam Epiſcoporum (quos decet eſſe omnino perfectos) a recto virtutis tramite declinare cognoſceret; ipſe continuo ſtuderet, datis ad eum litteris, revocare. Nam cum ex litteris Bonifacii Epiſcopi Regienſis percepiſſet ipſum de bonis operibus captare aliquam gloriolam; eum ad animi demiſſionem revocans, iſta ſcripſit: (*g*) *Quibuſdam venientibus agnovi fraternitatem tuam miſericordiæ operibus vehementer inſiſtere, atque omnipotenti Deo gratias retuli: quia juxta egregii Prædicatoris vocem, nunc vivimus, ſi vos ſtatis in Domino. Sed illud, fateor, non leviter mentem meam momordit, quod eadem opera multis vos ipſi nunciaſtis: ex qua re collegi, quod mens veſtra non ſtudeat Dei oculis, ſed humano judicio placere. Unde neceſſe eſt, frater cariſſime, ut cum bona opera exterius agis, hæc interius magna cautela cuſtodias, ut appetitus placendi hominibus ſubrepat, & omnis labor boni operis inaniſſum fiat, &c.* Accidebat enim, ut cum ex toto ferme Chriſtiano orbe frequens eſſet acceſſus ad ſacra limina Apoſtolorum, & iidem qui Romam venirent, viſerent pariter Summum Pontificem, benedictionem ab eodem accepturi; ipſe ſingulos de Epiſcopis ſuis, vel aliis, per quos tranſiſſent, interrogaret, ſicque omnium ferme Epiſcoporum mores noſceret.

(*g*) Greg. l. 2. ep. 4. Indict. 11.

Arguit Epiſcopum glorioſum.

XVI. Nam accipe, quæſo, quæ in hanc ſententiam idem Gregorius ſcribat ad Secundinum de Mariniano Epiſcopo Ravennate (*h*): *Venerunt*, inquit, *quidam ad me, in quibus erant ſenes mendicantes: qui a me diſcuſſi ſunt, a quibus quid acceperint: & per ſingula retulerunt quanta eis & a quibus in itinere data ſint. Quos dum ſollicite de prædicto fratre requirerem, quid eis dediſſet: reſponderunt, ſe eum rogaſſe, ſed ab eo ſe omnino nihil accepiſſe, ita ut neque panem in via acceperint, quem dare omnibus illi Eccleſia ſemper familiare fuit. Dixerunt enim: Reſpondit nobis, dicens: Non habeo quod vobis dare poſſim. Et miror, ſi is qui veſtes habet, argentum habet, cellaria habet; quod pauperibus debeat dare, non habet. Dic ergo ei, ut cum loco mutet & mentem. Non ſibi credat ſolam lectionem & orationem ſufficere, ut remotus ſtudeat ſedere, & de manu minime fructificare: ſed largam manum habeat, neceſſitatem patientibus concurrat, alienam inopiam ſuam credat: quia ſi hæc non habet, vacuum Epiſcopi nomen tenet.* Hæc Gregorius, quibus ſolertem ejus curam in inveſtigandis Epiſcoporum moribus & iis corrigendis intelligas. Præter hæc etiam ſuper mores Epiſcoporum voluit invigilare Eccleſiæ Romanæ miniſtros in diverſis provinciis ad Eccleſiaſtica curanda negotia degere ſolitos. Nam audi, quid de his ad Caſtorium diaconum ſcribat (*i*): *Non ſolum*, inquit, *de eo*, Epiſcopo Piſaurenſi videlicet, *ſed & de aliorum quoque ſacerdotum te vita convenit eſſe ſollicitum. Et ſi de quolibet ſiniſtrum quippiam ſentire potueris, nobis renunciare feſtina, ut actuum pravitas ſalubriter cum Dei ſolatio debeat emendari.* Quod enim diaconi ſint oculi Epiſcoporum: per hos Gregorius, quicquid in Eccleſia ubique ageretur, ſollicite curabat inſpicere.

(*h*) Greg. l. 5. epiſt. 29.

Diligens inveſtigator morum Epiſcoporum Gregorius.

(*i*) Greg. l. 4. epiſt. 24. Indict. 13. 26.

Va-

XVII. Vacantium præterea Ecclesiarum, quousque deligerentur Episcopi, ex more, impensam curam egit: ut Nepesinæ (*a*), Liparitanæ (*b*), Cumanæ (*c*), cui & Misenatem (*d*) Ecclesiam conjunxit, Lisitanæ (*e*), Tauritanæ (*f*), Crotonensis (*g*), Velinæ (*h*), Uxentinæ, Blunderanæ, Trium tabernarum (*i*), ubi vetus editio legit mendose Treverensium, itemque Albanensis (*k*), & Tarracinensis. (*l*) Sed & quod hodie fit ut Summus Pontifex in alia diœcesi conferat sacerdotia etiam curam animarum habentia annexam, tunc pariter consuetum fuit, ut docet ejus epistola (*m*) hoc anno data ad Importunum Episcopum. Hæc de Episcopis & Ecclesiis.

(*a*) Greg. l. 2. epist. 8. 30. Indict. 10.
(*b*) Greg. l. 2. epist. 13. & 26.
(*c*) Greg. l. 2. epist. 29.
(*d*) Greg. l. 2. ep. 32.
(*e*) Greg. l. 2. ep. 25.
(*f*) Greg. l. 2. ep. 23.
(*g*) Greg. l. 2. epist. 27.
(*h*) Greg. l. 2. epist. 19.
(*i*) Greg. l. 2. epist. 35.
(*k*) Greg. l. 2. ep. 22. Indict. 11.
(*l*) Greg. l. 2. epist. 13. 14. Ind. 11.
(*m*) Greg. l. 2. epist. 20. Indict. 10.

XVIII. Quod vero ad monachorum censum pertinet, ob eorum vitæ eminentiam atque sanctitudinis exactum professionem aliquid amplius ab eis Gregorius exigendum putavit, quam quod communibus condonari possit hominibus. Nam audi, quid ad Eusebium Abbatem scripserit, cum questus ille esset se aliquid ab Episcopo passum (*n*): *Et quidem*, inquit, *ab illo hoc quod factum est, minime fieri debuit: a te tamen omnino debuit humiliter suscipi; & rursum tam gratiam reddebat, ad eum cum gratiarum actione debuit occurri. Quod quia ita a te factum non est: adhuc cognosco quia nobis omnino lacrymarum opus est. Non enim grande est, iis nos esse humiles, a quibus honoramur: quia & hoc sæculares quilibet faciunt. Sed illis maxime humiles esse debemus, a quibus aliqua patimur. Nam Psalmista ait* (*o*): *Vide humilitatem meam de inimicis meis. Nos cujus vitæ sumus, qui humiles esse etiam patribus nolumus?* Sed quo Gregorii progreditur immensa charitas? Hunc ipsum quem urguit, dono misso demulcet: nam in fine epistolæ: *Centum*, inquit, *solidos per Petrum subdiaconum dilectioni tuæ dari fecimus, quos petis ut absque injuria sui suscipiat.* Cæterum qui de quolibet privato monacho propensiorem adeo curam gessit, certe quidem magis invigilavit, ut monachorum præfecti quam sanctissime viverent. Qualiter enim Abbas gerere se debeat in suo munere, idem scribens ad Joannem Abbatem hæc habet (*p*): *Non frequenter foras egrediaris. In causis istis procuratorem instiue, & tu ad lectionem vaca. De hospitalitate esto sollicitus. Quantum potes pauperibus largire, ita tamen, ut serves quod Floriano restitui debeat.* Hæc de monachis.

Quid de monachis Gregorius.

(*n*) Greg. l. 2. epist. 34. Indict. 10.
(*o*) Psal. 9.
(*p*) Greg. l. 2. ep. 3. Ind. 10.

XIX. Quod vero ad laicos pertinet: idem Gregorius non solum peccantes arguebat, sed retardantes bonum aliquod agere, quod absque reprehensione abire sinebat. Etenim Rusticianam Patriciam ex nobilibus civibus illis Romanis, qui Constantinopolim migraverant, progenitam (de quibus plura superius dicta sunt) remorantem nimis profectionem ad terram sanctam, Hierosolymam scilicet, datis ad ipsam litteris, ita compellat (*q*): *Valde autem miratus sum, cur deliberatam viam eundi ad loca sancta intentionem & votum boni operis deflexisti, dum si quando bonum aliquod dono Conditoris in corde concipitur, celeri necesse est devotione compleri: ne, dum callidus insidiator animum irretire nititur, subinde impedimenta suggerat, quibus ad effectum minime desideria sua mens occupationibus debilitata perducat. Unde necesse est excellentiam vestram omnibus impedimentis quis causis obviantibus auferre*, &c. Vidisti quanti Gregorius faciat ad loca sancta peregrinationem: unde magis damnentur impii Novatores. Porro Rusticianam hanc eamdem esse cum illa, ad quam inferius extant duæ aliæ (*r*) ejusdem Gregorii epistolæ, ex personis in iisdem nominatis, quas salutari mandat, intelligi potest. Cæterum sicut ad bene agendam laicis se exhibuit impulsorem, ita refractariis refragatus est: nam eorum impetum frangi jubet, cum adversus miserabiles personas insurgunt. Ad Petrum enim subdiaconum Campaniæ ita scribit (*s*): *Sicut in judiciis laicorum privilegia turbare non cupimus, ita eis præjudicantibus moderata te volumus auctoritate resistere. Violentos namque laicos coercere, non contra leges est agere, sed legi ferre subsidium*, &c. Subdit de violentia illata bonis viduæ a laico homine; pro qua ministrum suum Gregorius adversus eum insurgere jubet.

(*q*) Greg. l. 2. ep. 21. Indict. 10.
De peregrinatione ad loca sancta.
(*r*) Greg. l. 7. epist. 23. l. 9. ep. 38.
(*s*) Greg. l. 2. ep. 5. Ind. 10.

XX. Hoc eodem anno inter tot Gregorii ærumnas felix illud ac faustum accidit, ut reperta tunica S. Joannis Evangelistæ Romam deferretur. Cum enim innotuisset ipsi Gregorio tunicam sancti Joannis apud quemdam Episcopum asservari, Episcopum illum cum ea Romam venire præcepit, ita de his scribens ad Joannem Abbatem (*t*): *De tunica vero sancti Joannis omnino grate suscepi, quia sollicitus fuisti mihi indicare. Sed, studeat dilectio tua, mihi ipsam tunicam, aut (quod melius est) eumdem Episcopum, qui eam habet, cum clericis suis & cum ipsa ad me transmittere: quatenus & benedictione tunicæ perfruamur, & de eodem Episcopo vel clericis mercedem habere valeamus.* Hæc Gregorius. Perlatam quidem eam fuisse Romam, & collocatam sub altare S. Joannis in basilica Constantiniana, testatur Joannes diaconus (*u*) qui eamdem consuevisse coruscare miraculis tradit; ait enim: *Quæ quidem vestis usque hactenus tantis miraculis coruscare probatur, ut siccita-*

De tunica S. Joannis.

(*t*) Greg. l. 2. ep. 3. Indict. 10.
(*u*) Joan. diacon. in vita S. Gregorii.

*tis*

*tis tempore foras excussæ pluviam conferant, inundationis vero serenitatem reducant.* Recenset & alia, quæ tu consulas. Quid mirum, si in tunica sancti Joannis ederentur divinitus signa, cum & in sudariis ac semicinctiis Pauli (quod sciunt omnes) miracula fierent? Sed de his alias locupletius dictum est.

XXI. Ne quid vero prætereamus Gregorii anni hujus rerum gestarum: inter alias quas ad populum habere consuevit homilias, ea quæ in Evangelia trigesima octava numeratur, dicta in basilica sancti Clementis, hoc ipso anno habita esse noscitur, dum a tempore illo ingruentis in Urbe pestilentiæ biennium ibi numerat, cum res tunc gestas recenset, quas nos superius suo loco narravimus. Porro homiliarum illarum quadraginta in sacra Evangelia ab ipso editarum non alia est habenda ratio, quam quæ ab ipso inita intelligitur: eo enim quo ordine collocatæ, pariter dictæ sunt, vel per Notarium recitatæ, ita dispositæ, prout ipse in præfatione illarum fecisse testatut his verbis: *Inter sacra Missarum solemnia, ex his quæ diebus certis in hac Ecclesia legi ex more solent, sancti Evangelii quadraginta lectiones exposui. Et quarumdam quidem dictata expositio, assistenti plebi est per Notarium recitata: quarumdam vero explanationem coram populo ipse locutus sum; atque ita ut loquebar, ita excepta est.* Et paulo post: *Easdem quoque homilias, eo quo dictæ sunt ordine, in duobus codicibus ponere curavi: ut & priores viginti quæ dictatæ sunt, & posteriores totidem quæ sub oculis dictæ, in singulis essent distinctæ corporibus. Quod vero quædam antepositæ sunt, quæ in Evangelio post leguntur; quædam vero postpositæ, quæ ante per Evangelistam scripta sunt, inveniuntur: nequaquam movere tuam fraternitatem debet: quia sicut a me diversis temporibus dictatæ sunt, ita quoque sunt ab exceptoribus in codicibus affixæ.* Hæc & alia ad Secundinum Episcopum, ad quem eas Gregorius misit. Qua quidem ratione dicendum est, hoc anno absolvisse conciones ipsas omnes super selecta Evangelia illa quadraginta per annum in Ecclesia recitari solita: si enim trigesimamoctavam hoc anno esse habitam certum est; utique duæ quæ supersunt ad quadragenarium numerum, hoc pariter anno dictas oportuit, finemque posuisse concionandi ad populum super dictas quadraginta recitari in Ecclesia per annum solitas sacri Evangelii lectiones. Post hæc autem haud otiosus Gregorius degit & mutus: immo sequenti anno (ut dicemus) aggressus est concionari super Ezechielem prophetam.

De homiliis S. Gregorii habitis in Evangelia.

XXII. Sed historica illa, quæ idem ipse Gregorius in iisdem homiliis hoc anno memoria digna coram populo recitavit, nos sub hoc eodem anno reddere non pigeat, omissis iis quæ tempore ingruentis pestilentiæ accidisse dicta homilia trigesimaoctava tradit, quæ suo loco ac tempore superius collocavimus. In ea autem quæ sequitur ordine homilia trigesimanona ejusmodi historiam ad populum narrat (a):

(a) Greg. homil. 39. in fin.

*Epiphanius diaconus, Isauria provincia exortus, in vicina factum terra Lycaonia solet narrare miraculum. Ait enim, quod in ea quidam, Martyrius nomine, vitæ valde venerabilis monachus fuit, qui ex suo monasterio visitationis gratia ad aliud monasterium tendebat, cui spiritalis pater præerat. Pergens itaque leprosum quemdam quem densis vulneribus elephantinus morbus per membra fœdaverat, invenit in via volentem ad suum hospitium redire, sed præ lassitudine non valentem. In ipso vero itinere se habere perhibebat hospitium, quo idem Martyrius monachus ire festinabat. Vir autem Dei, ejusdem leprosi lassitudinis misertus pallium quo vestiebatur, in terram protinus projecit & expandit, ac desuper leprosum posuit, eumque suo pallio undique constrictum super humerum levavit, secumque revertens detulit. Cumque jam monasterii foribus propinquaret, spiritalis pater ejusdem monasterii magnis vocibus clamare cœpit: Currite, januas monasterii citius aperite; quia frater Martyrius venit, Dominum portans.*

De Martyrio monacho.

*Statim vero ut Martyrius ad monasterii aditum pervenit: is qui leprosus esse putabatur de collo ejus exiliens, & in ea specie apparens, qua recognosci ab hominibus solet Redemptor humani generis Deus & homo Christus Jesus, ad cœlum, Martyrio aspiciente, rediit; eique ascendens, dixit Martyri, tu me non erubuisti super terram; ego te non erubescam super cælos. Qui sanctus vir, mox ut est monasterium ingressus, ei pater monasterii dixit: Frater Martyri, ubi est quem portabas? Cui ille respondens, dixit: Ego si scivissem quis esset, pedes illius tenuissem. Tunc idem Martyrius narrabat, quia cum eum portasset, pondus ejus minime sensisset. Nec mirum. Quomodo enim pondus sentire poterat, qui portantem portabat? Qua in re pensandum est nobis, quantum fraterna compassio valeat, quantum nos omnipotentis Dei misericordiæ viscera conjungunt, &c.* Hæc de his Gregorius, hoc anno ad populum, quo (ut diximus) & dicendi finem super lectiones Evangelii fecit.

Christus in Leprosi specie visus.

De quibus ne ambigas, vel levis aliqua apud te remaneat dubitatio; præter illa quæ dicta sunt, ex hoc certo id acci-

*Quando absolutæ homiliæ in Evangelia.*

cipias argumento: cum enim quæ ab ipso Gregorio narrata habentur in ultimis homiliis vigesimaoctava ac quadragesima (a) de Theodoro monacho primum, ac demum de Romula atque Redempta; eadem intexens quarto Dialogorum libro, ipse testetur, ea a se esse narrata in dictis homiliis in Evangelia: cumque constet eosdem Dialogorum libros exceptos esse a Gregorio anno sequenti, cum quartum ageret in Pontificatu annum: (b) utique oportuit hoc anno esse ab ipso absolutas omnes in Evangelia homilias. Hæc dilucidius, ne res gestæ sanctissimi viri mixtim confusæ narrentur, sed divisim singulæ singulis suis reddantur temporibus.

*(a) Greg. dial. l. 4. c. 37. & sup. c. 15.*

*(b) Greg. l. 4. c. 16. 36. 47. & 53.*

XXIV. Sed age jam & perelegantem hic intexamus historiam, hoc eodem anno ab eo dicta & ultimo loco posita homilia relatam de rebus antea gestis, cum ipse monasterium petiit, ex quibus magis gavisus sit sæculo penitus nuncium remisisse. Ait ergo (c): *Rem, fratres, refero, quam bene is qui præsto est, frater & compresbyter meus, Speciosus novit. Eodem tempore, quo monasterium petii, anus quædam Redempta nomine, in sanctimoniali habitu constituta, in Urbe hac juxta B. Mariæ Virginis Ecclesiam manebat. Hæc illius Herundinis discipula fuerat, quæ magnis virtutibus pollens, super Prænestinos montes vitam eremiticam duxisse ferebatur. Huic duæ in eodem habitu discipulæ adhærebant, una nomine Romula, & altera quæ nunc adhuc superest, quam quidem facie scio, sed nomine nescio. Tres itaque hæ in uno habitaculo commanentes, morum quidem divitiis plenam, sed tamen rebus pauperem vitam ducebant. Hæc autem, quam præfatus sum, Romula aliam quam prædixi condiscipulam magnis vitæ meritis anteibat: erat quippe miræ patientiæ, summæ obedientiæ, custos oris sui ad silentium, studiosa valde ad continuæ orationis usum. Sed quia plerumque hi quos jam perfectos, homines æstimant, adhuc in oculis summi opificis aliquid imperfectionis habent: sicut sæpe imperiti homines necdum, perfecte sculpta sigilla conspicimus, & jam quasi perfecta laudamus quæ adhuc artifex considerat & limat; laudari jam audit, & tamen ea tundere meliorando non desinit: hæc quam prædiximus Romula, eam quam Græco vocabulo Græci paralysin vocant, molestia corporali percussa est, multisque annis in lectulo decubans, pene omnium jacebat membrorum officio destituta; nec tamen hæc eadem ejus mentem ad impatientiam flagella perduxerant: nam ipsa ei detrimenta membrorum facta fuerant incrementa virtutum; quia tanto sollicitius ad usum orationis succreverat, quanto & aliud quodlibet agere nequaquam valebat.*

*(c) Greg. hom. 40. & dial. l. 4. c. 15. De S. Redempta & S. Romula.*

*Nocte ergo quadam eamdem Redemptam, quam præfatus sum, quæ utrasque discipulas suas filiarum loco nutriebat, vocavit, dicens: Mater veni, Mater veni. Quæ mox cum alia ejus condiscipula surrexit; sicut utrisque referentibus, & multis eadem res claruit, & ego quoque eodem tempore agnovi. Cumque noctis medio, lectulo jacentis assisterent: subito cælitus lux emissa omne illius cellulæ spatium implevit, & splendor tantæ claritatis emicuit, ut corda assistentium inæstimabili pavore perstringeret, atque (ut post ipsæ referebant) omne in eis corpus obrigesceret, & in subito stupore remanerent. Cœpit namque quasi cujusdam magnæ multitudinis ingredientis sonitus audiri, ostium cellulæ concuti, ac si ingredientium turba premeretur. Atque (ut dicebant) intrantium multitudinem sentiebant, sed nimietate timoris, & luminis videre nihil poterant: quia earum oculos & pavor depresserat, & ipsa tanti luminis claritas reverberabat. Quam lucem protinus miri odoris est fragrantia subsecuta; ita ut earum animum, quia lux emissa terruerat, odoris suavitas refoveret. Sed cum vim claritatis illius ferre non possent, cœpit eadem Romula assistentem sibi & trementem Redemptam suorum morum magistram blanda voce consolari, dicens: Noli timere, mater, non morior modo. Cumque hoc illa crebro diceret, paulatim lux, quæ fuerat immissa, subtracta est, sed is qui subsecutus est odor remansit. Sicque dies secundus & tertius transiit, ut aspersa fragrantia odoris remaneret.*

*Morienti occursus cœlesti[um] spirituum.*

*Nocte ergo quarta eamdem magistram suam iterum vocavit. Qua veniente, viaticum petiit & accepit. Necdum vero eadem Redempta & alia ejus discipula a lectulo jacentis abscesserant, & ecce subito in platea ante ejusdem cellulæ ostium duo chori psallentium astiterunt, & (sicut ipsæ se dicebant sexus ex vocibus discrevisse) psalmodiæ cantus dicebant viri, & feminæ respondebant. Cumque ante fores cellulæ exhiberentur cælestes exequiæ, sancta illa anima carne soluta est. Qua ad cælum ducta, quanto chori psallentium altius ascendebant, tanto cœpit psalmodia lenius audiri, quousque & ejusdem psalmodiæ sonitus & odoris suavitas elongata finiretur.* Hactenus Gregorius ad populum eo sermone, quem de Lazaro & divite immisericorde habuit: in quibus cælestis connubii nuptiis ipse conviva, tantæ suavitatis dulcedine captus, eorum quæ sunt in mundo jacturam fecisse magis magisque gavisus est. Perseverant in tabulis Ecclesiasticis (d) nomina Romulæ atque Redemptæ virginum & Herundinis, memoria annua insignita: corpora vero earumdem in ea-

*(d) Mart. Roman. die 23. Julii.*

dem

dem basilica S. Mariæ ad præsepe in Confessione collocata coluntur.

XXV. Concilium Cæsaraugustanum secundum.

Hoc eodem anno celebratum est in Hispania Concilium Cæsaraugustanum secundum, Era scilicet sexcentesima trigesima, septimoque anno (ut ubi ponitur) Reccaredi Regis. Ubi inter alia illud notatu dignum sancitum reperitur, ut sacrosanctæ reliquiæ quæ inventæ essent in Ecclesiis Arianorum, eædem præsentatæ Episcopis igne probarentur: ut tunc legitimæ censerentur, si ab incendio illæsæ remanerent. Quibus vides, quantam diligentiam majores adhibuerint, ne quid in sacris admitterent adulterinum, sed omnia pura & sancta, tamquam aurum quod per ignem probatur, purgatum septuplum. Subscripserunt Concilio Episcopi quatuordecim. At de rebus Occidentalibus hactenus.

XXVI. Infelix exitus Hormisdæ Regis Persarum.

Jam vero Orientales oras perlustremus. Hoc ipso anno (quantum ex Evagrio & aliis colligere fas est) Persarum Rex Hormisda Romano Imperio infestissimus a suis occiditur: de quo ista idem Evagrius: (a) *Dum hæc geruntur, Persæ Hormisdam Regem omnium sceleratissimum injustissimumque propterea trucidant, quod subjectos suos non modo pecunia, sed variis etiam mortis generibus mulctasset.* Hæc ipse. Porro in Miscella (b) ex Theophane ejusmodi causa processisse necis ejus ostenditur, nimirum, quod *cum dux Persarum exercitus Barames male cum Romanis pugnasset, posterioresque tulisset, Rex in eum infensus, ignominiæ causa vestem ad eum muliebrem misit, atque præfectura privans in ordinem redegit. Id autem dux indigne ferens, adversus Regem rebellat, milites fictis litteris in Regem commovens; sed & quem recens ducem creaverat Hormisda Ferrochanem, sibi adversus eumdem Regem conjungit: quibus accessit Bindois nobilis Persa liberatus a carcere per fratrem suum; qui ex improviso cum suis invadens Regiam, Hormisdam ipsum sedentem in solio ex eo deturbat, diademate privat, atque in carcerem conjicit, filiumque ejus Cosrhoem Regem constituit. Postea educto Hormisda de carcere, Persæ nobiles ante oculos ejus uxorem & filium serra dividunt, ipsum vero Hormisdam oculis privant, & detrudunt in ergastulum. Cosrhoes autem Rex ejus filius parentem benigne tractavit in custodia positum, tribuens illi omnem escam. At Hormisda ex adverso ipsum injuriis lacerabat, conculcans ea quæ a Rege mittebantur. Unde Cosrhoes iratus eum fustibus silvestribus jussit per ista casum obire. Quod factum & Persas tristes reddidit, & contra Cosrhoem odium auxit: quod crevit magis, cum occidit quosdam nobiles ea suspicione, quod Barami duci tyrannidem exercenti inhærerent: cujus rei causa factum est, ut a militibus destitueretur, transeuntibus ad Baramen. Relictus vero ita ipse, fugam capessit: dubius autem ad quos confugeret, ad Christianosne, vel Turcas, descendens equo, laxans habenas, quo abire vellet liberum reddens, ejus ipse secutus vestigia, ad Romani Imperii ditionem se contulit.* Hæc Theophanes. His haud admodum dissentientia Evagrius affert, rem gestam ita subsecutus (c):

(a) Evag. l. 6. c. 15.

(b) Misc. l. 17. hoc anno Imp.

Cosrhoes creatur Rex Persarum.

(c) Evag. l. 6. c. 16. 17.

XXVII. Fuga Cosrhois Regis.

*Hormisda extincto, Cosrhoem ejus filium Regem creant: contra quem Barames cum suis copiis arma fert: Cosrhoes igitur cum exiguo exercitu illi obviam it: atque cum suos a se deficere cerneret, capessit fugam, relictaque, cum Deum (ut ipse ajebat) Christianorum invocasset, ut equus ipsum eo deportaret, quo ab illo duceretur, Circesium contendit. Ubi autem cum uxoribus, duobus tenellis liberis, & quibusdam Persis nobilibus, qui eum sua sponte comitabantur, eo venisset; inde legatos mittit ad Mauritium Imperatorem. Ille cum de hac re consilium accuratissime iniisset, & inconstantem volubilemque vitæ humanæ rationem, & repentinas tum ejus, tum aliarum similium rerum mutationes vicissitudinesque ponderasset; supplicem admittit legationem, & Cos-*

PAGIUS III. *Hormisdas Persarum Rex occiditur.*

A num. XXVI. ad XXIX. *Hormisdas* Persarum Rex exeunte anno quingentesimo nonagesimo *Chosroes* Junioris filii a Persis ad Regnum evecti jussu occisus est. Cum enim *Varamus* Persarum Dux infeliciter in Colchide cum Romanis pugnasset, *Hormisdas* ignominiæ causa vestem ad eum muliebrem misit, isque despicatum illum scripta Epistola remetitur, indeque inter ipsos Persas civile bellum emersit. *Varamus* per hyemem varias arces uppugnavit, cumque Hormisdas *Pherorachanem* recens Ducem in locum Varami creasset, hunc sibi adversus Regem conjungit Varamus, ipsum Regem e Solio deturbat atque in carcerem conjicit, filiumque ejus *Chosroem*, Consensus Procerum Regem constituit, *Chosroes* patrem in custodia positum benigne tractavit, *Hormisda* vero ipsum injuriis lacerabat. Quare filii jussu usque ad necem fustibus contusus est. *Chosroes* postea *Varamum* ad tyrannidem abiiciendam invitavit, sed frustra. Ventum est ad velitationes, multaque cæde editæ. Sed cum multi ad Varamum deficerent, etiam ipse Chosroes fugam iniit, & auxilium Mauricii Imperatoris rogavit, ut pluribus narrat Theophylactus lib. 3. cap. 8. & lib. 4. cap. 1. ac seqq. Tum cap. 13. ait: *Vere ineunte, Chosroa Oratores ad Imperatorem adveniunt*, qui Chosroen per Domitianum Melitensem & Georgium Antiochenum Antistites vitæ sanctitate illustres, donis & solatio prosequitur. Ubi Theophylactus vernum tempus anni quingentesimi nonagesimi primi proculdubio indicat. Chosroes *Martyropolim* majoris Armeniæ Urbem ad Nymphium fluvium in Mesopotamiæ confinio positam Romanis reddidit. Sanctus *Domitianus* Melitinensis Episcopus concionem

Suscipitur benigne a Mauritio Cosrhoes.

*& Cosrhoem hospitem pro exule, & pro fugitivo filium efficit, muneribus plane regalibus donat, quibus eum ad se diligendum invitaret. Atque non Mauritius solum tam magnifica dona misit ad Cosrhoem, sed Imperatrix etiam erga Cosrhoe conjugem, & liberi Mauritii erga liberos ejus parta benignitatis officia præstiterunt. Porro Mauritius omnes satellites suos & totum exercitum Romanum cum duce, qui Cosrhoem, quocumque vellet, comitarentur, mittit. Quin etiam, quo plus honoris ei deferret, mittit quoque Domitianum Episcopum Melitenæ suum cognatum, virum prudentia & ingenio præstantem, & tum verbo tam re ipsa ad maximas gerendas maxime idoneum, & ad gravissima obeunda negotia aptissimum. Mittit præterea Gregorium,* qui tunc erat Antiochenus Episcopus superstes adhuc, *qui Cosrhoem cum ob prudentes sermones, quod de aliis rebus omnibus cum eo conferebat, tum ob munerum magnificentiam, & consilia, quæ pro rerum quibus perturbatus erat conditione peropportune ei impertiebat, in maximam traduxit admirationem.* Hucusque Evagrius.

Cosrhois fastus.

☛ Sed locupletior rerum Cosrhois messis inest apud Theophylactum, quem Græce scriptum Latinitate donavit Jacobus Pontanus. Ubi inter alia de fastu ejus, cum regnare cœpit, divinum nomen sibi adsciscentis, hæc habet de litterarum inscriptione, quas ad Varamum Ducem (a) conscripsit: *Cosrhoes Rex Regum, Dominantium dominus, Gentium dominus, Princeps Pacis, hominum salus, inter deos quidem homo bonus & æternus, inter homines autem deus illustrissimus. Victor longe gloriosissimus, cum Sole exoriens, nocti oculos (stellas) largiens, a Majoribus nobilis, Rex belli osor, bene merens de omnibus, Asonae mercede conducens, & regnum Persiæ custodiens, Varamo Persarum Duci amico nostro.* Hæc ejus inscriptio, de qua illud Proverbiorum dici possit (b): *Qui altam facit domum suam, quærit ruinam.* Siquidem qui omnem humiliat (c) arrogantem, eum docuit esse hominem inter homines, & inferiorem hominibus, quorum fugeret summa adductus desperatione potentiam, & coactus confiteri cæleste numen ipsum, quod verum crederent & colerent Christiani: quod & votis nuncupans, ab eodem salutem, fuerit consecutus. Sed hæc Theophylactus pluribus, quem tu consulas. Quod vero pertinet (d) ad legationem Domitiani Episcopi Melitenes, egregiam quippe vir sanctissimus navavit operam, ut Fidem Christianam in Persarum populo propagaret, sed non licuit: multa insuper est operatus proficua Christianis. Ejus quoque opera Martyropolis civitas inexpugnabilis recepta est. Extant ejusdem duæ homiliæ tunc ad populum dictæ, ab eodem auctore in eadem Mauritiana historia recitatæ. ☚

(a) Theophyl. hist. Maur. lib. 4.

(b) Prov. 17.

(c) Job. 40.

(d) Theophyl. l. 4. c. 14. 15. 16. & lib. 5. c. 44.

XXVIII. At quomodo per Mauritium Cosrhoes in regnum fuerit restitutus, dicetur anno sequenti, quo id contigisse probatur. Quæ insuper vota Deo Christianorum, sanctoque martyri Sergio in Oriente celeberrimo idem Cosrhoes in hujusmodi periculis constitutus sedulo studio nuncuparit, sequenti etiam patebit anno. Huic autem bello præfectum fuisse Narsetem ducem, & incruenta potitum victoria, habet Theophanes: additque de Turcis illis, qui in exercitu Persarum militantes capti, & Constantinopolim ducti, inventi sunt stigmate in fronte cruce signati; eos ab Imperatore rogatos, quid sibi id vellet, respondisse, cum peste ipsorum provincia laboraret, illud se a Christianis fuisse edoctos remedium pro salute consequenda. Cæterum mittendi Domitianum Episcopum adeo celebrem, atque Gregorium ad Cosrhoem, illud videtur fuisse Mauritii Imperatoris consilium, ut per eos idem Rex Christianam fidem perciperet: quod ex litteris Gregorii Papæ ad eumdem Domitianum Episcopum redditis (e) anno sequenti satis intelligi posse videtur.

Turcæ peste liberati signo Crucis.

(e) Greg. l. 2. ep. 62.

XXIX. Inter tot tantaque præclare gesta, denigravit tamen Mauritius Imperator hoc anno nomen suum, dum post victorias adversus Persas sub Hormisda Rege Persarum ex insperato obtentas legem tulit, qua

Lex impia a Mauritio lata.



PAGIUS

nem ad populum habuit ob illud Oppidum receptum, qua populum ad lætitiam invitavit & clementiam Imperatoris commendavit. Recitatur ea a Theophilacto cap. 16. qui subdit, Civitatem dies septem cum oblectamento in feriis consumpsisse.

IV. Persæ rebellant adversus Chosroem Hormisdæ filium.

*Chosroes* angore & *Varami* tyranni metu plenus ad Deum Christianorum se se convertit ac Sanctum Sergium Martyrem, *quem colere etiam barbaræ nationes consueverant*, rogat, ne sibi desit, pollicetorque *Crucem ex auro puro confectam, & margaritis, perlucidisque ex India lapillis variatam victoria sua primitias oblaturum.* Non multo post ei affertur caput *Zadesprate*, qui ad Varamum transfugerat. Testatur Chosroes apud Theophylactum lib. 5. cap. 13. *anno primo Regni* sui, mensis Januarii die septimo vovisse, si Caballarii sui *Zadespratem* occidissent, aut vivum cepissent, Crucem auream in Sancti Sergii templum se se missurum; *ac die nono mensis Februarii caput Zadesprata* sibi apportatum esse. Quod votum a *Chosroe* die septima mensis Januarii anni quingentesimi nonagesimi primi emissum; cum verno tempore anni quingentesimi nonagesimi secundi pax in Oriente vigeret, & *Mauricius* Imperator ex Oriente copias in Occidentem reduxerit, ut infra certo argumento ex Eclipsi Solari deducto demonstrabimus. Cum itaque onius ejusdemque anni vere idem Romanus exercitus in Oriente & Occi-

*sed in aperta luce dilaniat: & nos eum grassari in ovium nece cernimus, & nulla ei sollicitudine, nullis verborum jaculis obviamus? Quos ergo fructus Domino multiplicati gregis ostendemus, si & ipsum quem pascendum suscepimus, otiosa mente cernimus a bestia devorari? Studeamus igitur cor nostrum terrenorum pastorum imitatione succendere, qui hyemales noctes, imbribus geluque constricti, ducunt sæpe pervigiles, ne vel una ovis, & non forte utilis pereat. Quam & si insidiator ore voraci momorderit: quo modo satagunt? quibus cordis anhelant æstibus? in quas voces, ut eruant captum pecus, angustia stimulante prosiliunt, ne a gregis domino, quicquid per incuriam perdiderint, exigatur? Vigilemus ergo, ne quid pereat: aut si captum forte quid fuerit, vocibus divinorum eloquiorum ad gregem Dominicum reducamus: ut ille qui pastor pastorum est, vigilasse nos circa gregem suum, suo misericors dignetur judicio comprobare. Hoc quoque vos necesse est solerter attendere, ut si qua contra latores, præsentium ejusdem Episcopi recta fuerit petitio, subtili debeat indagatione perquiri. Et si fortasse ipsi quoque pro sua culpa jure feriendi sunt, nequaquam censemus esse parcendum.* Hactenus Gregorius ad Primatem Numidiæ Columbam mense Augusto. Porro infelix Ecclesia Africana non his tantum spinis Donatistarum hæreticorum oppleta erat, sed insuper (quod magis dolendum fuit) Manichæorum etiam vepribus abundabat, prout idem ipse Gregorius testatur in epistola ad Joannem Episcopum Scyllacenum, cum ait (*a*): *Afros passim, vel incognitos peregrinos ad Ecclesiasticos ordines tendentes, nulla ratione suscipias: quia Afri quidem aliqui Manichæi, aliqui rebaptizati.* Donatistæ hi erant, qui rebaptizabant.

(*a*) *Greg. l. 2. epist. 25. Indict. 10.*

V. De legatione Episcop. Carthag. ad S. Gregorium.

Quo etiam mense, hoc anno, idem Gregorius Papa, suscepta honorifica legatione ab Episcopo Carthaginensi, qua de electione ipsius Pontificatus adgavisus est, epistolam ad eum rescripsisse legitur. Dominicus is erat nomine, qui quatuor ad S. Gregorium misit Romam legatos, Episcopos duos Donatum & Quodvultdeum, Victorem diaconum, & Angelum Notarium; per quos, post gratulationis impertitum officium, petiit ab eodem, ut impertita suæ Ecclesiæ privilegia salva esse vellet. Ad quem Gregorius pastoralem reddens epistolam, hæc de privilegiis habet (*b*): *De Ecclesiasticis vero privilegiis quod vestra fraternitas scribit: hoc postposita dubitatione teneat, quia sicut nostra defendimus, ita singulis quibusque Ecclesiis sua jura servamus: nec cuilibet, favente gratia, ultra quam meretur, impertior; nec ulli hoc quod sui juris est, ambitu stimulante, derogo: sed fratres meos per omnia honorare cupio: sicque studeo honore singulos subvehi, dummodo non sit quod alteri jure ab altero possit opponi.* Hæc de his ipse, equidem Gregorio digna.

(*b*) *Greg. l. 2. ep. 39. Ind. 10.*

VI. Laboravit præterea hoc anno Gregorius in reducendis schismaticis ad Ecclesiam. Eodem enim tempore Episcopi in Hi-

PAGIUS II. *S. Gregorius scribit ad Episcopos Schismaticos Hiberniæ.*

Ad num. VI. Inter Epistolas a Divo Gregorio hoc anno scriptas, notabiles sunt Epistola XXXII. Lib. secundi, data mense Julio Indict. X. & Epist. XXXVI. scripta eadem Indictione mense Augusto. [*a*] In utraque agit de Schismaticis in causa Trium Capitulorum, quos ad Ecclesiæ unitatem reducere satagebat. Prior data est ad Joannem Episcopum Ravennæ, de qua Baronius hoc anno num. II. ubi tamen prætermittit verba, quæ de iisdem Schismaticis anno DXC. num. XI. ex eadem Epistola retulimus. Posterior data est *universis Episcopis per Hiberniam*, ut in pluribus Codicibus MSS & omnibus editis legitur, & habet Gussanvillæus in Notis ad eam Epistulam, addens videri legendum potius esse, per *Histriam*, quam per *Hiberniam*; quod credibile non sit, Hibernos quidquam inaudisse de causa Trium Capitulorum. Verum ea ad Hibernos data, ut recte viderunt Baronius, tam hic, quam anno DLXVI. num. XXI. Usserius in Epistolis Hibernicis qui de illius insulæ rebus optime doctus erat, utpote qui de Antiquitatibus Ecclesiasticis Hiberniæ Historiam composuit, & Bollandus in No-

NOTÆ [a] EPistolam hanc XXXVI. libri secundi ad Episcopos Istriæ a S. Gregorio scriptam fuisse multis argumentis asserit, & demonstrat P. de Rubeis in Dissertatione de Schismate Aquilejensis Ecclesiæ cap. 24. Istriæ enim, non vero Hiberniæ Episcopi schismate illo infecti erant. Neque oppositum convincit Epistola S. Columbani a Pagio hic laudata; non enim in ea Vir sanctus Hibernorum se nomine scribere significat cum ait: *nos Sanctorum Petri & Pauli .... discipuli sumus, toti Hiberi, ultimi habitatores mundi, .. nullus hæreticus ... Sed (a nobis) fides catholica, sicut a vobis primum .... tradita est, inconcussa tenetur.* Sed hæc ait ille ut benevolum sibi redderet Pontificem, & monita sua aure proniori exciperet; quæ se illi dare profitetur, non tanquam a Schismaticis Italiæ seductus, sed tanquam unus aliquis ex Orthodoxis Iberis, qui nisi quæ sunt juxta sanam doctrinam spirant. Cur igitur ex hac Epistula conficiatur Hibernos Schismati trium Capitulorum adhæsisse, nihil est. Locus pariter Joannis Diaconi in Vita S. Gregorii lib. 3. cap. 1. in quo reductos ad unitatem Ecclesiæ ab eodem Viro sancto *Ligures, Venetos, & Iberos* legimus, corruptus est, corrigendusque ex Epistola Pelagii I. ad Narsetem, in qua Schismatici Episcopi sunt *Ligures, Veneti, Istrii*.

Vide Adnotationem nostram ad A. 614. 23. MANSI

Hiberni ad Gregorium scribunt.

Hiberniu positi, etsi ( ut vidimus tomo superiori ) schismatici essent, tamen angustia pressi, ad Romanam Ecclesiam litteris datis clamant. Etenim ad Hibernos quoque occasione Trium capitulorum conflatum haud pridem schisma pertransiit. Quos in tribulatione suspirantes ut colligeret, & Apostolicæ Ecclesiæ uniret, Gregorius anxio studio laboravit, scribens ad eos litteras, & librum ea de causa conscriptum mittens. Epistola autem sic se habet (a):

(a) Greg. l. 2. epist. 36. Indict. 10.

*Scripta vestra summa cum gratulatione suscepi: sed erit in me uberior valde lætitia, si mihi de vestra contigerit reversione gaudere. Prima itaque epistola vestra frontgravem vos pati persecutionem innotuit. Quæ quidem persecutio dum non rationabiliter sustinetur, nequaquam proficit ad salutem. Nam nulli fas est retributionem præmiorum expectare pro culpa. Debetis enim scire ( sicut beatus Cyprianus dixit ) quia martyrem non facit pœna, sed causa. Dum igitur ita sit, incongruum nimis est de ea vos, quam dicitis, persecutione gloriari, per quam vos constat ad æterna præmia minime provehi. Reducat ergo charitatem vestram tandem integritas fidei ad matrem, quæ vos generavit, Ecclesiam. Nulla vos animorum intentio a concordia unitate dissociet; nulla persuasio repedando vos a recto itinere defatiget. Nam in Synodo, in qua de Tribus capitulis actum est, aperte liquet, nihil de fide convulsum esse, vel aliquatenus immutatum; sed sicut scitis, de quibusdam illic solummodo personis est actitatum, quarum una, cujus scripta evidenter a rectitudine Catholicæ fidei deviabant, non injuste damnata est. Quod autem scribitis, quia ex illo tempore inter alias provincias maxime flagellatur Italia; non hoc ad ejus debetis intorquere opprobrium: quoniam scriptum est (b): Quem diligit Dominus castigat: flagellat autem omnem filium, quem recipit. Si igitur ita est, ut dicitis: ex eo tempore magis dilecta est apud Deum & modis omnibus approbata, ex quo Domini sui meruit sustinere flagella.* At non est verum, quod post Quintam Synodum, ubi decreta fuit & recepta damnatio Trium capitulorum gravius Italia vexata

(b) Hebr. 12.

sit. Ante enim quam illa contigerint ab Herulis primum, inde vero a Gotbis Italia diritissima passa, & Roma sæpe ab eisdem fuisse capta reperitur. Sed concesso quod dicerent, pergit ita Gregorius.

Tribulatio non semper reprobationis signum.

*Quia vero non ita sit, quemadmodum vos in ejus insultatione affirmare conamini, rationem attendite. Postquam recordandæ memoriæ Vigilius Papa in urbe regia constitutus, contra Theodoram tunc Augustam & Acephalos damnationis promulgavit sententiam; tunc Romana urbs ab hostibus adita, & captivata est. Ergo bonam causam habuerunt Acephali, & injuste damnati sunt, & post quorum damnationem talia contigerunt? Absit: hoc enim nec nostrum quempiam, nec alios qui Catholicæ fidei mysteriis instituti sunt, vel dicere, vel aliquo modo confiteri convenit. His denique cognitis, ab hac quandoque jam deliberatione recedite. Ut igitur de Tribus capitulis animis vestris ablata dubietate, possit satisfactio abundanter infundi: librum quem ex hac re sanctæ memoriæ decessor meus Pelagius Papa scripserat, vobis utile judicavi transmittere. Quem si, deposito voluntariæ defensionis studio puro vigilantique corde sæpius volueritis relegere: eum vos per omnia secuturos, & ad unitatem nostram reversuros nihilominus esse confido.*

*Porro autem si post hujus libri lectionem in ea qua estis, volueritis deliberatione persistere: sine dubio non rationi operam, sed obstinationi vos dare monstratis. Unde iterum habita locutione, charitatem vestram admoneo, ut quoniam, Deo suffragante, fides nostræ integritas in causa Trium capitulorum inviolata permansit; mentis tumore deposito, tanto citius ad matrem vestram, quæ filios suos expectat & invitat, Ecclesiam redeatis, quanto vos ab ea quotidie expectari cognoscitis.* Hæc ad Hibernos Gregorius. Porro hos ad Catholicam communionem & unitatem, relicto schismate, redisse, inde certum deducitur argumentum, quod post hæc iidem qui erant in Hibernia Episcopi de rebus dubiis, uti cæteri Orthodoxi; eumdem Gregorium consuluisse reperiuntur (c): quod utique non fecissent, si adhuc in schismate permansissent.

Hiberni redierę ad Ecclesiam.

(c) Greg. l. 9. ep. 61. Indict. 4.



PAGIUS Notis ad Vitam S. Gregorii Papæ lib. 3. cap. 6. ad diem XII. Martii, nisi quod in Joanne Diacono, loco *Hiberos*, legendum, Bollandus putat *Hibernos*. Nam Schisma Trium Capitulorum Hiberniam pervaserat, ut liquet ex Epistola S. Columbani, qui Hibernus erat, scripta ad S. Bonifacium Papam hujus nominis IV. quæ legitur in ejus Operibus a Patricio Flamingo, Franciscano, Lovanii ab aliquot annis publicatis, in quibus ea exhibetur, quemadmodum & in Bibliotheca Veterum Patrum editionis Lugdunensis Tomo XII. In ea Epistola, quam Viri Doctissimi laudati non viderant, testatur Sanctus Columbanus Hibernos suos Quintam Synodum non admisisse, queriturque quod ipsemet Bonifacius eam receperit: *Nos* inquit *SS. Petri & Pauli & omnium discipulorum, Divinum Canonem Spiritu Sancto* (deest, dictante) *scribentium, discipuli sumus: toti Hiberi, ultimi habitatores mundi nihil extra Evangelicam & Apostolicam Doctrinam recipientes. Nullus hæreticus, nullus Judæus, nullus Schismaticus, fuit: sed fides Catholica, sicut a Vobis primum, Sanctorum scilicet Apostolorum Successoribus, tradita est.*

VII. *Joannes Episc. Ravennas laborat adversus schismaticos.*

Collaboravit insuper adversus eosdem schismaticos in Italia præsertim agentes Joannes Ecclesiæ Ravennatis Antistes, urgens Episcopos Istriæ provinciæ per auctoritatem Exarchi Ravennæ degentis. Cujus rei gratia ipse Gregorius multum se debere fatetur, gratias agens: nam in dicta superius epistola ad ipsum scripta hæc inter alia (*a*): *De causa vero Episcoporum Istriæ, omnia quæ mihi vestra fraternitas scripsit, ita esse jam ante deprehendi in iis jussionibus quæ ad me a piissimis Principibus venerunt, quatenus me interim ab eorum compulsione suspenderem. Ego quidem pro iis quæ scripsistis, zelo atque ardori vestro congaudeo, debitoremque me vobis multipliciter factum profiteor. Scitote tamen, quia de eadem re serenissimis dominis cum summo zelo Dei & libertate rescribere non cessabo.* Hæc ad Joannem Gregorius. Ex quo vel uno loco redarguas necesse est Paulum diaconum (*b*), qui inter schismaticos collocat Joannem hunc Episcopum Ravennatem: deceptus enim ipse vehementer fuit (quod superiori tomo dictum est) dum defensores Trium capitulorum putavit esse Catholicos, impugnatores vero schismaticos, cum omnino contrarium acciderit. In quam profundam erroris foveam lapsos esse omnes recentiores historicos inexplorate sectantes Pauli vestigia, diximus latius superiori tomo.

(*a*) Greg. l. 2. ep. 32. Indict. 10.

(*b*) Greg. diac. l. 3. c. 12.

VIII. *Gregorius propugnator Concilii Chalc.*

Quod vero ad seducendum Fideles ea schismatici uterentur calumnia, dicentes in Quinta Synodo aliqua esse decreta contra sacrosanctum Chalcedonense Concilium: Sabinum quemdam subdiaconum his fraudibus ab illis in errorem adductum S. Gregorius studuit in Ecclesiam revocare, perbrevem hanc ad eum scribens epistolam (*c*):

(*c*) Greg. l. 2. ep. 10. Indict. 11.

*Exeuntes maligni homines turbaverunt animos vestros, non intelligentes neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant, astruentes quod aliquid de sancta Chalcedonensi Synodo piæ memoriæ Justiniani temporibus sit imminutum: quam omni fide, omnique devotione veneramur. Et sic quatuor Synodos sanctæ universalis Ecclesiæ, sicut quatuor libros sancti Evangelii recipimus. De personis vero, de quibus post terminum Synodi aliquid actum fuerat ejusdem piæ memoriæ Justiniani temporibus est ventilatum; ita tamen, ut nec fides in aliquo violaretur, nec de iisdem personis aliquid aliud ageretur, quam apud eamdem sanctam Chalcedonensem Synodum fuerat constitutum. Anathematizamus ergo, si quis ex definitione fidei, quæ in eadem Synodo prolata est, aliquid minuere præsumit, vel quasi corrigendo ejus sensum mutare; sed sicut illic prolata est, per omnia custodimus. Te ergo, fili carissime, decet ad unitatem sanctæ Ecclesiæ remeare, ut finem tuum valeas cum pace concludere; ne malignus spiritus, qui contra te per alia opera prævalere non potest, ex hac causa inveniat unde tibi in die exitus tui in aditu regni cælestis obsistat.* Hucusque ad eum Gregorius: ex quibus intelligas magnam hanc fuisse in Ecclesia tentationem, in quam eo facilius Fideles impellerentur, quo se tenaciores esse Catholicæ fidei profiterentur. In his igitur (ut hactenus vidimus) fuit ipsi Gregorio plurimum insudandum.

IX. *Thebanum Episcopum Gregorius restituit.*

Hoc enim anno Thebanæ civitatis in Boetia Episcopus, nomine Hadrianus, damnatus a coepiscopis suæ provinciæ confugit Romam, Apostolicam sedem appellans. Ita quidem ut ad asylum ex toto orbe Christiano confugiebant, qui injuste persecutionem aliquam paterentur, quibus Romanæ Ecclesiæ Pontifex jus dicebat. Sic igitur percognitis iis quæ contra eumdem Hadrianum allata essent, eum sanctus Gregorius ut innocentem absolvit: Archiepiscopum vero Primæ Justinianæ, qui eum damnaverat, ad certum tempus communione privavit, ejusmodi in hac causa in eum sententiam pronuncians (*d*):

(*d*) Greg. l. 2. ep. 6. Indict. 11. *Sententia Gregorii.*

*Quod vero ad præsens attinet, cassatis prius atque ad nihilum redactis prædictæ sententiæ tuæ decretis: ex beati Petri principis Apostolorum auctoritate decernimus, triginta dierum spatio te sacra communione privatum, ab omnipotente Deo nostro tanti excessus veniam cum summa pœnitentia ac lacrymis exorare. Quod si hanc sententiam nostram te cognoverimus implesse remissius: non jam tantum injustitiam, sed & contumaciam fraternitatis tuæ cognoscas, adjuvante Domino, severius puniendam. Præfatum vero Hadrianum fratrem & coepiscopum nostrum ex tua sententia (ut diximus nequaquam canonibus, neque legibus exi-* stentem)

PAGIUS

*est, inconcussa tenetur.* Ubi *Heberetum* nomine Flamingus in Notis ad eam Epistolam observat, Columbanum de suis Hibernis loqui, ut ipsemet indicat in sua Epistola secunda sub finem, ubi ait: *Unius enim sumus corporis commembra, sive Galli, sive Britanni, sive Iberi, sive quæque Gentes.* Addit Flamingus, Hibernos sic dictos ab Ibero fluvio Hispaniæ, unde primum processisse dicuntur, & Hibernos referre originem suam ad Iberiam seu Hesperiam antiquam, hoc est, Hispaniam. Epistolam Columbani ad Bonifacium IV. suo loco adducemus, ex qua certo constabit, Hibernos Trium Capitulorum causam propugnasse. Divus itaque Gregorius ad Hibernos, non vero ad Istros Epistolam illam XXXVI. direxit, neque post Epistolam *Columbani* ad Bonifacium quartum in lucem emissam hoc in controversiam venire potest.

*stente damnatum, in suum locum atque ordinem reverti, Christo comitante disponimus: ut nec illi fraternitatis tuæ noceat contra justitiæ tramitem prolata sententia, nec charitas tua pro placanda futuri indignatione Judicis incorrecta remaneat.* Hucusque sententia, atque finis epistolæ. Eodem quoque argumento scripsit (*a*) ad Joannem Episcopum Larissæ, quem consentientem in Hadriani damnatione eidem Joanni Justinianæ Episcopo aliis pœnis affecit. Facta sunt hæc Romæ hoc anno, mense Octobri. Ex quibus probe vides præfuisse Romanum Episcopum Judicem primarium totius Christiani orbis Episcopis, fuisseque ejusdem Romani Pontificis muneris, reliquorum in orbe positorum Antistitum mores noscere, atque corrigere; ut ea his quæ diximus atque sæpe dicturi sumus, intelliges.

(*a*) Greg. l. 2. ep. 7. Indict. 11.

X. De causa Natalis Episc. Salonitani.

Ea Dalmatia enim hoc item anno allata est in Urbem causa Natalis Episcopi Salonitani adversus suum Archidiaconum concitati: ad quem ista Gregorius (*b*):

(*b*) Greg. l. 2. ep. 14. Indict. 10.

*Multis ab urbe tua venientibus, frater carissime, didici, pastorali cura derelicta, solis te conviviis occupatum. Quæ auditu non crederem, nisi hæc actionum tuarum experimentis approbarem. Nam quia nequaquam lectioni studeas, nequaquam exhortationi invigiles, sed ipsum quoque usum Ecclesiastici ordinis ignores: hoc est in testimonium, quod eis, sub quibus es positus reverentiam servare nescis. Cum enim sanctæ memoriæ decessoris mei fueris scriptis prohibitus, ne contra Honoratum Archidiaconum tuum dolorem tam longæ ingratitudinis in corde retineres: cumque a me sæpe correctus fueris, & hæc tibi summopere fuerint interdicta; & mandata Dei negligens, & scripta nostra contemnens, præfatum Honoratum Archidiaconum tuum quasi ad fortiorem honorem provehens, conatus es callida arte degradare. Unde actum est, ut eo de Archidiaconatus loco summoto, alium accerseres, qui tuis moribus obtemperare potuisset, cum præfatus vir pro nulla tibi re (ut arbitror) displicuit, nisi quod vasa sacra & velamina tuis te parentibus dare prohibebat, &c.* Hæc tota causa. Decernit vero, ut eumdem Honoratum restituat in pristinum locum: quod nisi obtemperet, usu pallii privat; & si retardet adhuc, excommunicatum denunciat: & de Episcopatu, an ipsum retinere debeat, alia sententia definiendum relinquit. Scribit eadem ad Episcopos omnes in Dalmatia constitutos (*c*) & alios.

(*c*) Greg. l. 2. ep. 15. 16. 17.

XI. Quod vero idem Natalis Episcopus de iis omnibus, quæ dicta sunt objecta ab ipso Gregorio Papa, se excusaret; quomodo easdem ipsas ejus excusationes idem Pontifex arguat: quæ extat de his ipsius Gregorii epistola (*d*) satis docet: qui vero antea usus fuerat ad correctionem Gregorius acrimonia vini, leniens ulcera oleo, omnino sanavit. Sed audi, quam se deorsum, ut superbum humiliet, inclinet ipse Gregorius: *Ecce*, inquit, *fraternitas tua ægre tulit se de conviviis a me esse reprehensam: cum ego qui etsi hanc non vita, tamen loco transgredior, ab omnibus corripi, ab omnibus emendari paratus sim; & hunc solum mihi amicum æstimo, per cujus linguam ante apparitionem districti Judicis meæ maculas mentis tergo.* Hæc Gregorius, & non frustra: etenim correptionis emplastrum ex hoc libenter super ulcus ille accepit, quod grato animo se eo uti paratum, ipse Pontifex Gregorius sit professus; sicque adhibito tali remedio, curavit ægrotum: nam cum ad meliorem fuisse frugem conversum, gavisus est Gregorius ipse in litteris postea ad Joannem Ravennatem Episcopum datis, in quibus hæc in fine (*e*): *De fratre autem & coepiscopo nostro Natali valde contristabar, quod de illo quædam superba cognoveram; sed quia mores suos ipse correxit, meam tristitiam simul meipsum vincendo consolatus est.* At de Natali Salonitano Episcopo satis.

(*d*) Greg. l. 2. ep. 38.

(*e*) Greg. l. 2. ep. 31. Indict. 10.

XII. Causa Isidori.

Cum igitur omnes qui se aliquid injuste pati ab Episcopo suo dolerent, ad Romanum Pontificem libellum supplicem afferre consueverint: inter alios accidit hoc item anno, ut Isidorus vir illustris se injuste excommunicatum a Januario Episcopo Calaritano in Sardinia, apud Gregorium conquestus sit. Sed quam ob causam, audi ex ipso sancto Gregorio ad eumdem Januarium ista scribente (*f*): *Inter querelas multiplices Isidorus vir clarissimus a fraternitate tua frustra se excommunicatum anathematizatumque conquestus est. Quod ob quam rem factum fuerit, dum a clerico tuo, qui præsens erat, voluissemus addiscere; pro nulla alia causa, nisi pro eo quod te injuriaverat, factum innotuit. Quæ res nos vehementer affligit. Quod si ita est, nil te ostendis de cælestibus cogitare, sed terrenam te conversationem habere significas, dum pro vindicta propriæ injuriæ (quod sacris regulis prohibetur) maledictionem anathematis invexisti. Unde de cætero omnino esto circumspectus atque sollicitus, & talia cuiquam pro defensione propriæ injuriæ tuæ inferre denuo ne præsumas. Nam si tale aliquid feceris, in te scias postea vindicandum.* Ita ad Januarium.

(*f*) Greg. l. 2. epist. 34. Indict. 10.

XIII. De Paulo Episc. procuratore Ecclesiæ Neapolitanæ.

Contra vero sicut de acceptis injuriis ulciscentes se Episcopos reprehendit, ita eas patienter perferentibus præsto esse non destitit. Cum enim Paulus, cui administratio demandata fuerat Ecclesiæ Neapolitanæ, non verba, sed verbera in

in quadam seditione conflata per familiam Clementiæ illustris feminæ passus esset, ad vindicandum scelus Gregorius ipse insurgens, misit qui de persecutoribus inquireret, scripsitque in eos ad sæcularem quoque Judicem pro vindicta. Extant de his ipsius Gregorii litteræ ad Petrum subdiaconum Campaniæ (a), nec non ad ipsum Paulum Episcopum, qui id passus fuerat, & quidem (ut puto) ab hæreticis sive schismaticis: etenim veritatis id causa ipsum esse passum, in data ad eum epistola docet, ubi ait (b): *Ut ergo ad majorem fraternitatis tuæ gloriam applicetur, hæc vos constantiam tuam nec frangere, nec a via debet veritatis avertere: nam major in sacerdotibus merces est, in veritatis tramite etiam post injurias permanere.* Porro Paulum paulo post ex hac vita migrasse, docent ejusdem S. Gregorii litteræ datæ (c) mense Decembri de Neapolitano Episcopo eligendo; eo quod qui electus fuit Florentius subdiaconus Apostolicæ sedis, cum fugiens evasisset, hactenas vacans illa erat Ecclesia.

(a) Greg. l. 2. ep. 1. Indict. 11.

(b) Greg. l. 2. ep. 2. Indict. 11.

(c) Greg. l. 2. ep. 15. Indict. 11.

XIV. Accidit quoque eodem anno, ut aliæ hinc inde e diversis locis ex more deferrentur appellationes ad ipsum Gregorium Romanum Pontificem. Damnato enim non secundum canones Florentio Epidauritanæ Ecclesiæ Episcopo, voluit (d) iterato judicio ejus causam tractari. Gregorium vero Agrigenti Episcopum accusatum, Romam mittendum, litteris præcepit (e) anno superiori: sed de ea causa inferius pluribus suo loco agendum erit. Praxis autem tunc in his ita se habebat, ut si quando Episcopus apud Romanum Pontificem accusatus, Romamque vocatus damnari minime meruisset: tunc ad sui purgationem jurare compelleretur supra corpus S. Petri Apostoli, secundum ea etiam quæ habet S. Augustinus (f). Quod hoc anno factum est de Leone Episcopo Catanensi, anno superiori Romam vocato.

(d) Greg. l. 2. ep. 8. 9. Indict. 11.

(e) Greg. l. 1. ep. 70. & lib. 2. ep. 12. Ind. 11.

(f) Aug. ep. 137.

XV. Cæterum qui deductas in judicium accusationes Episcoporum, quam diligentissimo studio Gregorius expediri voluit, ne damnaretur innocens, vel absolveretur criminis auctor: idem totus in his erat, ut si vel latum unguem quempiam Episcoporum (quos decet esse omnino perfectos) a recto virtutis tramite declinare cognosceret; ipse continuo studeret, datis ad eum litteris, revocare. Nam cum ex litteris Bonifacii Episcopi Regiensis percepisset ipsum de bonis operibus captare aliquam gloriolam; eum ad animi demissionem revocans, ista scripsit: (g) *Quibusdam venientibus agnovi fraternitatem tuam misericordiæ operibus vehementer insistere, atque omnipotenti Deo gratias retuli: quia juxta egregii Prædicatoris vocem, nunc vivimus, si vos statis in Domino. Sed illud, fateor, non leviter mentem meam momordit, quod eadem opera multis vos ipsi nunciastis: ex qua re collegi, quod mens vestra non studeat Dei oculis, sed humano judicio placere. Unde necesse est, frater carissime, ut cum bona opera exterius agis, hæc interius magna cautela custodias, ne appetitus placendi hominibus subrepat, & omnis labor boni operis incassum fiat, &c.* Accidebat enim, ut cum ex toto ferme Christiano orbe frequens esset accessus ad sacra limina Apostolorum, & iidem qui Romam venirent, inviserent pariter Summum Pontificem, benedictionem ab eodem accepturi; ipse singulos de Episcopis suis, vel aliis, per quos transissent, interrogaret, sicque omnium ferme Episcoporum mores nosceret.

(g) Greg. l. 2. ep. 4. Indict. 11.

Arguit Episcopum gloriosum.

XVI. Nam accipe, quæso, quæ in hanc sententiam idem Gregorius scribat ad Secundinum de Mariniano Episcopo Ravennate (h): *Venerant*, inquit, *quidam ad me, in quibus erant senes mendicantes: qui a me discussi sunt, a quibus quid acceperint: & per singula retulerunt quanta eis & a quibus in itinere data sint. Quos dum solicite de prædicto fratre requirerem, quid eis dedisset: responderunt, se eum rogasse, sed ab eo se omnino nihil accepisse, ita ut neque panem in via acceperint, quem dare omnibus illi Ecclesia semper familiare fuit. Dixerunt enim: Respondit nobis, dicens: Non habeo quod vobis dare possim. Et miror, si is qui vestes habet, argentum habet, cellaria habet; quod pauperibus debeat dare, non habet. Dic ergo ei, ut cum loco mutet & mentem. Non sibi credat solam lectionem & orationem sufficere, ut remotus studeat sedere, & de manu minime fructificare: sed largam manum habeat, necessitatem patientibus concurrat, alienam inopiam suam credat: quia si hæc non habet, vacuum Episcopi nomen tenet.* Hæc Gregorius, quibus solertem ejus curam in investigandis Episcoporum moribus & iis corrigendis intelligas. Præter hæc etiam super mores Episcoporum voluit invigilare Ecclesiæ Romanæ ministros in diversis provinciis ad Ecclesiastica curanda negotia degere solitos. Nam audi, quid de his ad Castorium diaconum scribat (i): *Non solum*, inquit, *de eo*, Episcopo Pisaurensi videlicet, *sed & de aliorum quoque sacerdotum te vita convenit esse solicitum. Et si de quolibet sinistrum quippiam sentire potueris, nobis renunciare festina, ut actuum pravitas salubriter cum Dei solatio debeat emendari.* Quod enim diaconi sint oculi Episcoporum: per hos Gregorius, quicquid in Ecclesia ubique ageretur, solicite curabat inspicere.

(h) Greg. l. 5. epist. 29.

Diligens investigator morum Episcoporum Gregorius.

(i) Greg. l. 4. epist. 24. Indict. 13. 26.

V4

XVII. Vacantium prætera Ecclesiarum, quousque deligerentur Episcopi, ex more, impensam curam egit: ut Nepesinæ (*a*), Liperitanæ (*b*), Cumanæ (*c*), cui & Misenatem (*d*) Ecclesiam conjunxit, Lisitanæ (*e*), Tauritanæ (*f*), Crotonensis (*g*), Velinæ (*h*), Uxentinæ, Blanderanæ, Trium tabernarum (*i*), ubi vetus editio legit mendose Treverensium, itemque Albanensis (*k*), & Tarracinensis. (*l*) Sed & quod hodie fit ut Summus Pontifex in alia diœcesi conferat sacerdotia etiam curam animarum habentia annexam, tunc pariter consuetum fuit, ut docet ejus epistola (*m*) hoc anno data ad Importunum Episcopum. Hæc de Episcopis & Ecclesiis.

(*a*) Greg. l. 2. epist. 8. 30. Indict. 10.
(*b*) Greg. l. 2. epist. 33. & 26.
(*c*) Greg. l. 2. epist. 39.
(*d*) Greg. l. 2. ep. 31.
(*e*) Greg. l. 2. ep. 23.
(*f*) Greg. l. 2. ep. 13.
(*g*) Greg. l. 2. epist. 27.

XVIII. Quod vero ad monachorum causam pertinet, ob eorum vitæ eminentiam atque sanctitudinis exactam professionem aliquid amplius ab eis Gregorius exigendum putavit, quam quod communibus condonari possit hominibus. Nam audi, quid ad Eusebium Abbatem scripserit, cum questus ille esset se aliquid ab Episcopo passum (*n*): *Et quidem*, inquit, *ab illo hoc quod factum est, minime fieri debuit: a te tamen omnino debuit humiliter suscipi; & rursum cum gratiam reddebat, ad eum cum gratiarum actione debuit occurri. Quod quia ita a te factum non est: adhoc cognosco quia vobis omnino lacrymarum opus est. Non enim grande est, iis nos esse humiles, a quibus honoramur: quia & hoc seculares quilibet faciunt. Sed illis maxime humiles esse debemus, a quibus aliqua patimur.* Nam Psalmista ait (*o*): *Vide humilitatem meam de inimicis meis. Nos cujus vitæ sumus, qui humiles esse etiam patribus nolumus?* Sed quo Gregorii progreditur immensa charitas? Hunc ipsum quem arguit, dono misso demulcet: nam in fine epistolæ: *Centum*, inquit, *solidos per Petrum subdiaconum dilectioni tuæ dari fecimus, quos peto ut absque injuria sui suscipiat.* Cæterum qui de quolibet privato monacho propensiorem adeo curam gessit, certe quidem magis invigilavit, at monachorum præfecti quam sanctissime viverent. Qualiter enim Abbas gerere se debeat in suo munere, idem scribens ad Joannem Abbatem hæc habet (*p*): *Non frequenter foras egrediaris. In causis istis procuratorem instítue, & tu ad lectionem vaca. De hospitalitate esto solicitus. Quantum potes pauperibus largire, ita tamen, ut serves quod Floriano restitui debeat.* Hæc de monachis.

(*h*) Greg. l. 2. epist. 29.
(*i*) Greg. l. 2. epist. 35.
(*k*) Greg. l. 2. ep. 11. Indict. 11.
(*l*) Greg. l. 2. epist. 13. 14. Ind. 11.
(*m*) Greg. l. 2. epist. 20. Indict. 10.
Quid de monachis Gregorius.
(*n*) Greg. l. 2. epist. 24. Indict. 10.
(*o*) Psal. 9.
(*p*) Greg. l. 2. ep. 3. Ind. 11.

XIX. Quod vero ad laicos pertinet: idem Gregorius non solum peccantes arguebat, sed retardantes bonum aliquod agere, haud absque reprehensione abire sinebat. Etenim Rusticianam Patriciam ex nobilibus civibus illis Romanis, qui Constantinopolim migraverant, progenitam (de quibus plura superius dicta sunt) remorantem nimis profectionem ad terram sanctam, Hierosolymam scilicet, datis ad ipsam litteris, ita compellat (*q*): *Valde autem miratus sum, cur deliberata via eundi ad loca sancta intentionem & votum boni operis deflexisti, dum si quando bonum aliquod dono Conditoris in corde concipitur, celeri necesse est devotione compleri: ne, dum callidus insidiator animum irretire nititur, subinde impedimenta suggerat, quibus ad effectum minime desideria sua mens occupationibus debilitata perducat. Unde necesse est excellentiam vestram omnibus impedimentis piis causis obviantibus anteire, &c.* Vidisti quanti Gregorius faciat ad loca sancta peregrinationem: unde magis damnentur impii Novatores. Porro Rusticianam hanc eamdem esse cum illa, ad quam inferius extant duæ aliæ (*r*) ejusdem Gregorii epistolæ, ex personis in iisdem nominatis, quas salutari mandat, intelligi potest. Cæterum sicut ad bene agendum laicis se exhibuit impulsorem, ita refractariis refragatus est: nam eorum impetum frangi jubet, cum adversus miserabiles personas insurgunt. Ad Petrum enim subdiaconum Campaniæ ita scribit (*s*): *Sicut in judiciis laicorum privilegia turbare non cupimus, ita eis præjudicantibus moderata te volumus auctoritate resistere. Violentos namque laicos coercere, non contra leges est agere, sed legi ferre subsidium, &c.* Subdit de violentia illata bonis viduæ a laico homine; pro qua ministrum suum Gregorius adversus eum insurgere jubet.

(*q*) Greg. l. 2. ep. 21. Indict. 10.
De peregrinatione ad loca sancta.
(*r*) Greg. l. 7. epist. 23. l. 9. ep. 38.
(*s*) Greg. l. 2. ep. 3. Ind. 11.

XX. Hoc eodem anno inter tot Gregorii ærumnas felix illud ac faustum accidit, ut reperta tunica S. Joannis Evangelistæ Romam deferretur. Cum enim innotuisset ipsi Gregorio tunicam sancti Joannis apud quemdam Episcopum asservari, Episcopum illum cum ea Romam venire præcepit, ita de his scribens ad Joannem Abbatem (*t*): *De tunica vero sancti Joannis omnino grate suscepi, quia solicitus fuisti mihi indicare. Sed, studeat dilectio tua, mihi ipsam tunicam, aut (quod melius est) eumdem Episcopum, qui eam habet, cum clericis suis & cum ipsa ad me transmittere: quatenus & benedictione tunicæ perfruamur, & de eodem Episcopo vel clericis mercedem habere valeamus.* Hæc Gregorius. Perlatam quidem eam fuisse Romam, & collocatam sub altare S. Joannis in basilica Constantiniana, testatur Joannes diaconus (*u*) qui eamdem consuevisse coruscare miraculis tradit; ait enim: *Quæ quidem vestes usque hactenus tantis miraculis coruscare probantur, ut siccita-*

De tunica S. Joannis.
(*t*) Greg. l. 2. ep. 3. Indict. 11.
(*u*) Joan. diacon. in vita S. Gregorii.

tes

*tis tempore foras excussa pluvium conferant, inundationis vero serenitatem reducant*. Recenset & alia, quæ tu consulas. Quid mirum, si in tunica sancti Joannis ederentur divinitus signa, cum & in sudariis ac semicinctiis Pauli (quod sciunt omnes) miracula fierent? Sed de his alias locupletius dictum est.

XXI. Ne quid vero prætereamus Gregorii anni hujus rerum gestarum: inter alias quas ad populum habere consuevit homilias, ea quæ in Evangelia trigesima octava numeratur, dicta in basilica sancti Clementis, hoc ipso anno habita esse noscitur, dum a tempore illo ingruentis in Urbe pestilentiæ biennium ibi numerat, cum res tunc gestas recenset, quas nos superius suo loco narravimus. Porro homiliarum illarum quadraginta in sacra Evangelia ab ipso editarum non alia est habenda ratio, quam quæ ab ipso inita intelligitur: eo enim quo ordine collocatæ, pariter dictæ sunt, vel per Notarium recitatæ, ita dispositæ, prout ipse in præfatione illarum fecisse testatur his verbis: *Inter sacra Missarum solemnia, ex his quæ diebus certis in hac Ecclesia legi ex more solent, sancti Evangelii quadraginta lectiones exposui. Et quarumdam quidem dictata expositio, assistenti plebi est per Notarium recitata: quarumdam vero explanationem coram populo ipse locutus sum; atque ita ut loquebar, ita excepta est*. Et paulo post: *Easdem quoque hobitias, eo quo dictæ sunt ordine, in duobus codicibus ponere curavi: ut & priores viginti quæ dictatæ sunt, & posteriores totidem quæ sub oculis dictæ, in singulis essent distinctæ corporibus. Quod vero quædam antepositæ sunt, quæ in Evangelio post leguntur; quædam vero postpositæ, quæ ante per Evangelistam scriptæ sunt, inveniuntur: nequaquam movere tuam fraternitatem debet: quia sicut a me diversis temporibus dictatæ sunt, ita quoque sunt ab exceptoribus in codicibus affixæ*. Hæc & alia ad Secundinum Episcopum, ad quem eas Gregorius misit. Qua quidem ratione dicendum est, hoc anno absolvisse conciones ipsas omnes super selecta Evangelia illa quadraginta per annum in Ecclesia recitari solita: si enim trigesimamoctavam hoc anno esse habitam certum est; utique duæ quæ supersunt ad quadragenarium numerum, hoc pariter anno dictas oportuit, finemque posuisse concionandi ad populum super dictas quadraginta recitari in Ecclesia per annum solitas sacri Evangelii lectiones. Post hæc autem haud otiosus Gregorius degit & mutus: immo sequenti anno (ut dicemus) aggressus est concionari super Ezechielem prophetam.

De homiliis S. Gregorii habitis in Evangelia.

XXII. Sed historica illa, quæ idem ipse Gregorius in iisdem homiliis hoc anno memoria digna coram populo recitavit, nos sub hoc eodem anno reddere non pigeat, omissis iis quæ tempore ingruentis pestilentiæ accidisse dicta homilia trigesimaoctava tradit, quæ suo loco ac tempore superius collocavimus. In ea autem quæ sequitur ordine homilia trigesimanona ejusmodi historiam ad populum narrat (a):

(a) Greg. homil. 39. in fin.

*Epiphanius diaconus, Isauria provincia exortus, in vicina factum terra Lycaoniæ solet narrare miraculum. Ait enim, quod in ea quidam, Martyrius nomine, vitæ valde venerabilis monachus fuit, qui ex suo monasterio visitationis gratia ad aliud monasterium tendebat, cui spiritalis pater præerat. Pergens itaque leprosum quemdam quem densis vulneribus elephantinus morbus per membra fœdaverat, invenit in via volentem ad suum hospitium redire, sed præ lassitudine non valentem. In ipso vero itinere se habere perhibebat hospitium, quo idem Martyrius monachus ire festinabat. Vir autem Dei, ejusdem leprosi lassitudinis misertus pallium quo vestiebatur, in terram protinus projecit & expandit, ac desuper leprosum posuit, eumque suo pallio undique constrictum super humerum levavit, secumque revertens detulit. Cumque jam monasterii foribus propinquaret, spiritalis pater ejusdem monasterii magnis vocibus clamare cœpit: Currite, januas monasterii citius aperite; quia frater Martyrius venit, Dominum portans.*

De Martyrio monacho.

*Statim vero ut Martyrius ad monasterii aditum pervenit: is qui leprosus esse putabatur de collo ejus exiliens, & in ea specie apparens, qua recognosci ab hominibus solet Redemptor humani generis Deus & homo Christus Jesus, ad cælum, Martyrio aspiciente, rediit; eique ascendens, dixit Martyri, tu me non erubuisti super terram; ego te non erubescam super cælos. Qui sanctus vir, mox ut est monasterium ingressus, ei pater monasterii dixit: Frater Martyri, ubi est quem portabas? Cui ille respondens, dixit: Ego si scivissem quis esset, pedes illius tenuissem. Tunc idem Martyrius narrabat, quia cum eum portasset, pondus ejus minime sensisset. Nec mirum. Quomodo enim pondus sentire poterat, qui portantem portabat? Qua in re pensandum est nobis, quantum fraterna compassio valeat, quantum nos omnipotenti Dei misericordiæ viscera conjungunt, &c.* Hæc de his Gregorius, hoc anno ad populum, quo (ut diximus) & dicendi finem super lectiones Evangelii fecit.

Christus in Leprosi specie visus.

XXIII. De quibus ne ambigas, vel levis aliqua apud te remaneat dubitatio; præter illa quæ dicta sunt, ex hoc certo id neci-

Quando absolutæ homiliæ in Evangelia. eipias argumento: cum enim quæ ab ipso Gregorio narrata habentur in ultimis homiliis trigesimaoctava ac quadragesima (a) de Theodoro monacho primum, ac demum de Romula atque Redempta, eadem intexens quarto Dialogorum libro, ipse testetur, ea a se esse narrata in dictis homiliis in Evangelia: cumque constet eosdem Dialogorum libros exceptos esse a Gregorio anno sequenti, cum quartum ageret in Pontificatu annum: (b) utique oportuit hoc anno esse ab ipso absolutas omnes in Evangelia homilias. Hæc dilucidius, ne res gestæ sanctissimi viri mixtim confusæ narrentur, sed divisim singulæ singulis suis reddantur temporibus.

(a) Greg. dial. l. 4. c. 37. & sup. c. 15.

(b) Greg. l. 4. c. 16. 36. 47. & 15.

XXIV. Sed age jam & perelegantem hic intexamus historiam, hoc eodem anno ab eo dicta & ultimo loco posita homilia relatam de rebus antea gestis, cum ipse monasterium petiit, ex quibus magis gavisus sit sæculo penitus nuncium remisisse. Ait ergo (c): *Rem, fratres, refero, quam bene is qui præsto est, frater & compresbyter meus, Speciosus novit. Eodem tempore, quo monasterium petii, anus quædam Redempta nomine, in sanctimoniali habitu constituta, in Urbe hac juxta B. Mariæ Virginis Ecclesiam manebat. Hæc illius Herundinis discipula fuerat, quæ magnis virtutibus pollens, super Prænestinos montes vitam eremiticam duxisse ferebatur. Huic duæ in eodem habitu discipulæ adhærebant, una nomine Romula, & altera quæ nunc adhuc superest, quam quidem facie scio, sed nomine nescio. Tres itaque hæ in uno habitaculo commanentes, morum quidem divitiis plenam, sed tamen rebus pauperem vitam ducebant. Hæc autem, quam præfatus sum, Romula aliam quam prædixi condiscipulam magnis vitæ meritis anteibat: erat quippe miræ patientiæ, summæ obedientiæ, custos oris sui ad silentium, studiosa valde ad continuæ orationis usum. Sed quia plerumque hi quos jam perfectos, homines æstimant, adhuc in oculis summi opificis aliquid imperfectionis habent: sicut sæpe imperiti homines necdum, perfecte sculpta sigilla conspicimus, & jam quasi perfecta laudamus quæ adhuc artifex considerat & limat; laudes jam audit, & tamen ea tundere meliorando non desinit: hæc quam prædiximus Romula, eam quam Græco vocabulo Græci paralysin vocant, molestia corporali percussa est, multisque annis in lectulo decubans, pene omnium jacebat membrorum officio destituta; nec tamen hæc eadem ejus mentem ad impatientiam flagella perduxerant: nam ipsa ei detrimenta membrorum facta fuerant incrementa virtutum; quia tanto sollicitius ad usum orationis succreverat, quanto & aliud quodlibet agere nequaquam valebat.*

(c) Greg. hom. 40. & dial. l. 4. c. 15. De S. Redempta & S. Romula.

*Nocte ergo quadam eamdem Redemptam, quam præfatus sum, quæ utrasque discipulas suas filiarum loco nutriebat, vocavit, dicens: Mater veni, Mater veni. Quæ mox cum alia ejus condiscipula surrexit; sicut utrisque referentibus, & multis eadem res claruit, & ego quoque eodem tempore agnovi. Cumque noctis medio, lectulo jacentes assisterent: subito cælitus lux emissa omne illius cellulæ spatium implevit, & splendor tantæ claritatis emicuit, ut corda assistentium inæstimabili pavore perstringeret, atque (ut post ipsæ referebant) omne in eis corpus obrigesceret, & in subito stupore remanerent. Cœpit namque quasi cujusdam magnæ multitudinis ingredientis sonitus audiri, ostium cellulæ concuti, ac si ingredientium turba premeretur. Atque (ut dicebant) intrantium multitudinem sentiebant, sed nimietate timoris, & luminis videre nihil poterant: quia earum oculos & pavor depresserat, & ipsa tanti luminis claritas reverberabat. Quam lucem protinus miri odoris est fragrantia subsecuta; ita ut earum animum, quia lux emissa terruerat, odoris suavitas refoveret. Sed cum vim claritatis illius ferre non possent, cœpit eadem Romula assistentem sibi & trementem Redemptam suorum morum magistram blanda voce consolari, dicens: Noli timere, mater, non morior modo. Cumque hoc illa crebro diceret, paulatim lux, quæ fuerat immissa, subtracta est, sed is qui subsecutus est odor remansit. Sicque dies secundus & tertius transiit, ut aspersa fragrantia odoris remaneret.*

Morienti occursus cælestium spirituum.

*Nocte ergo quarta eamdem magistram suam iterum vocavit. Qua veniente, viaticum petiit & accepit. Necdum vero eadem Redempta & alia ejus discipula a lectulo jacentis abscesserant, & ecce subito in platea ante ejusdem cellulæ ostium duo chori psallentium astiterunt, & (sicut ipsæ se dicebant sexus ex vocibus discrevisse) psalmodiæ cantus dicebant viri, & feminæ respondebant. Cumque ante fores cellulæ exhiberentur cælestes exequiæ, sancta illa anima carne soluta est. Qua ad cælum ducta, quanto chori psallentium altius ascendebant, tanto cœpit psalmodia lenius audiri, quousque & ejusdem psalmodiæ sonitus & odoris suavitas elongata finiretur.* Hactenus Gregorius ad populum eo sermone, quem de Lazaro & divite immisericorde habuit: in quibus cælestis connubii nuptiis ipse conviva, tantæ suavitatis dulcedine captus, eorum quæ suorum in mundo jacturam fecisse magis magisque gavisus est. Perseverant in tabulis Ecclesiasticis (d) nomina Romulæ atque Redemptæ virginum & Herundinis, memoria annua insignita: corpora vero earumdem in eadem

(d) Mart. Roman. die 23. Julii.

dem basilica S. Mariæ ad præsepe in Confessione collocata coluntur.

XXV. Concilium Cæsaraugustanum secundum.

Hoc eodem anno celebratum est in Hispania Concilium Cæsaraugustanum secundum, Era scilicet sexcentesima trigesima, septimoque anno (ut ubi ponitur) Reccaredi Regis. Ubi inter alia illud notatu dignum sancitum reperitur, ut sacrosanctæ reliquiæ quæ inventæ essent in Ecclesiis Arianorum, eædem præsentatæ Episcopis igne probarentur: ut tunc legitimæ censerentur, si ab incendio illæsæ remanerent. Quibus vides, quantam diligentiam majores adhibuerint, ne quid in sacris admitterent adulterinum, sed omnia pura & sancta, tamquam aurum quod per ignem probatur, purgatum septuplum. Subscripserunt Concilio Episcopi quatuordecim. At de rebus Occidentalibus hactenus.

XXVI. Infelix exitus Hormisdæ Regis Persarum.

Jam vero Orientales oras perlustremus. Hoc ipso anno (quantum ex Evagrio & aliis colligere fas est) Persarum Rex Hormisda Romano Imperio infestissimus a suis occiditur: de quo ista idem Evagrius: (a) *Dum hæc geruntur, Persæ Hormisdam Regem omnium sceleratissimum injustissimumque propterea trucidant, quod subjectos suos non modo pecunia, sed variis etiam mortis generibus mulctasset.* Hæc ipse. Porro in Miscella (b) ex Theophane ejusmodi causa processisse necis ejus ostenditur, nimirum, quod *cum dux Persarum exercitus Barames male cum Romanis pugnasset, posterioresque tulisset, Rex in eum infensus, ignominiæ causa vestem ad eum muliebrem misit, atque præfectura privans in ordinem redegit. Id autem dux indigne ferens, adversus Regem rebellat, milites fictis litteris in Regem commovens; sed & quem recens ducem creaverat Hormisda Ferrochanem, sibi adversus eumdem Regem conjungit: quibus accessit Biados nobilis Persa liberatus a carcere per fratrem suum; qui ex improviso cum suis invadens Regiam, Hormisdam ipsum sedentem in solio ex eo deturbat, diademate privat, atque in carcerem conjicit, filiumque ejus Cosrhoem Regem constituit. Postea educto Hormisda de carcere, Persæ nobilem ante oculos ejus uxorem & filium serra dividunt, ipsum vero Hormisdam oculis privant, & detrudunt in ergastulum. Cosrhoes autem Rex ejus filius parentem benigne tractavit in custodia positum, tribuens illi omnem escam. At Hormisda ex adverso ipsum injuriis lacerabat, conculcans ea quæ a Rege mittebantur. Unde Cosrhoes iratus cum fustibus silvestribus jussit per illa cæsum obire. Quod factum & Persas tristes reddidit, & contra Cosrhoem odium auxit: quod crevit magis, cum occidit quosdam nobiles ea suspicione, quod Barami duci tyrannidem exercenti inhæsissent: cujus rei causa factum est, ut a militibus destitueretur, transfugatibus ad Baramem. Relictus vero ita ipse, fugam capessit: dubitans autem ad quos confugeret, ad Christianosne, vel Turcas, descendens equo, laxam habenas, quo abire vellet liberum reddens, ejus ipse secutus vestigia, ad Romani Imperii ditionem se contulit.* Hæc Theophanes. Hic haud admodum dissentientia Evagrius affert, rem gestam ita subsecutus (c):

Cosrhoes creatur Rex Persarum.

*Hormisda extincto, Cosrhoem ejus filium Regem creant: contra quem Barames cum suis copiis arma fert: Cosrhoes igitur cum exiguo exercitu illi obviam it: atque cum suos a se deficere cerneret, capessit fugam, relictaque, cum Deum (ut ipse ajebat) Christianorum invocasset, ut equus ipsum eo deportaret, quo ab illo duceretur, Circesium contendit. Ubi autem cum uxoribus, duobus tenellis liberis, & quibusdam Persis nobilibus, qui eum sua sponte comitabantur, eo venisset; inde legatos mittit ad Mauritium Imperatorem. Ille cum de hac re consilium accuratissime iniisset, & inconstantem volubilemque vitæ humanæ rationem, & repentinas tum ejus, tum aliarum similium rerum mutatione vicissitudinesque ponderasset; supplicem admittit legationem, & Cos-*

XXVII. Fuga Cosrhois Regis.

(a) Evag. l. 6. c. 23.

(b) Misc. l. 17. hoc anno Imp.

(c) Evag. l. 6. c. 16. 17.

PAGIUS III. *Hormisdas Persarum Rex occiditur.*

A num. XXVI. ad XXIX. *Hormisdas* Persarum Rex exeunte anno quingentesimo nonagesimo *Chosroes* Junioris filii e Persis ad Regnum evecti jussu occisus est. Cum enim *Varamus* Persarum Dux infeliciter in Colchide cum Romanis pugnasset, *Hormisdas* ignominiæ causa vestem ad eum muliebrem misit, isque despicatum illum scripta Epistola remetitus, indeque inter ipsos Persas civile bellum emersit. *Varamus* per hyemem varias arces oppugnavit, cumque Hormisdas *Pherorachanem* recens Ducem in locum Verami creasset, hunc sibi adversus Regem conjungit Varamus, ipsum Regem e Solio deturbat atque in carcerem conjicit, filiumque ejus *Chosroen*, Conventus Procerum Regem constituit, *Chosroes* patrem in custodia positum benigne tractavit, *Hormisda* vero ipsum injuriis lacerabat. Quare filii jussu usque ad necem fustibus contusus est. *Chosroes* postea *Varamum* ad tyrannidem abjiciendam invitavit, sed frustra. Ventum est ad velitationes, multaque cæde edita. Sed cum multi ad Varamum deficerent, etiam ipse Chosroes fugam iniit, & auxilium Mauricii Imperatoris rogavit, ut pluribus narrat Theophylactus lib. 3. cap. 8. & lib. 4. cap. 2. ac seqq. Tum cap. 15. ait: *Vere ineunte, Chosroæ Oratores ad Imperatorem adveniunt*, qui Chosroen per Domitianum Melitensem & Georgium Antiochenum Antistites vitæ sanctitate illustres, dona & solatio prosequitur. Ubi Theophylactus veenum tempus anni quingentesimi nonagesimi primi procul dubio indicat. Chosroes *Martyropolim* majoris Armeniæ Urbem ad Nymphium fluvium in Mesopotamiæ confinio positam Romanis reddidit. Sanctus *Domitianus* Melitinensis Episcopus concionem

Suscipitur benigne a Mauritio Cosrhoes.

*& Cosrhoen hospitem pro exule, & pro fugitivo filium efficit, muneribus plane regalibus donat, quibus eum ad se diligendum invitaret. Atque non Mauritius solum tam magnifica dona misit ad Cosrhoen, sed Imperatrix etiam erga Cosrhois conjuges, & liberi Mauritii erga liberos ejus paria benignitatis officia præstiterunt. Porro Mauritius omnes satellites suos & totum exercitum Romanum cum duce, qui Cosrhoen, quocumque vellet, comitarentur, mittit. Quin etiam, quo plus honoris ei deferret, mittit quoque Domitianum Episcopum Melitinæ suum cognatum, virum prudentia & ingenio præstantem, & tum verbo tum re ipsa ad maximas gerendas maxime idoneum, & ad gravissima obeunda negotia aptissimum. Mittit præterea Gregorium*, qui tunc erat Antiochenus Episcopus soperstes adhuc, *qui Cosrhoen cum ob prudentes sermones, quod de aliis rebus omnibus cum eo conferebat, tum ob munerum magnificentiam, & consilia, quæ pro rerum quibus perturbatus erat conditione peropportune ei impertiebat, in maximam traduxit admirationem.* Hucusque Evagrius.

Cosrhois fastus.

☞ Sed locoplerior rerum Cosrhois messis inest apud Theophylactum, quem Græce scriptum Latinitate donavit Jacobus Pontanus. Ubi inter alia de fastu ejus, cum regnare cæpit, divinum nomen sibi adsciscentis, hæc habet de litterarum inscriptione, quas ad Varamum Ducem (a) conscripsit: *Cosrhoes Rex Regum, Dominantium dominus, Gentium dominus, Princeps Pacis, hominum salus, inter deos quidem homo bonus & æternus, inter homines autem deus illustrissimus. Victor longe gloriosissimus, cum Sole exoriens, noctis oculos (stellae) largiens, a Majoribus nobilis, Rex bells osor, bene merens de omnibus, Asonas mercede conducens, & regnum Persis custodiens, Varamo Persarum Duci amico nostro.* Hæc ejus inscriptio, de qua illud Proverbiorum dici possit (b): *Qui altam facit domum suam, quærit ruinam.* Siquidem qui omnem humiliat (c) arrogantem, eum docuit esse hominem inter homines, &

(a) Theophyl. hist. Maur. lib. 4.

(b) Prov. 17.

(c) Job. 40.

inferiorem hominibus, quorum fugeret summa adductus desperatione potentiam, & coactus confiteri cæleste numen ipsum, quod verum crederent & colerent Christiani: quod & votis nuncupans, ab eodem salutem, fuerit consecutus. Sed hæc Theophylactus pluribus, quem tu consulas. Quod vero pertinet (d) ad legationem Domitiani Episcopi Melitenes, egregiam quippe vir sanctissimus navavit operam, ut Fidem Christianam in Persarum populo propagaret, sed non licuit: multa insuper est operatus proficua Christianis. Ejus quoque opera Martyropolis civitas inexpugnabilis recepta est. Extant ejusdem duæ homiliæ tunc ad populum dictæ, ab eodem auctore in eadem Mauritiana historia recitatæ. ☜

(d) Theophyl. l. 4. c. 14. 15. 16. & lib. 5. c. 44.

XXVIII. At quomodo per Mauritium Cosrhoes in regnum fuerit restitutus, dicetur anno sequenti, quo id contigisse probatur. Quæ insuper vota Deo Christianorum, sanctoque martyri Sergio in Oriente celeberrimo idem Cosrhoes in hujusmodi periculis constitutus sedulo studio nuncuporit, sequenti etiam patebit anno. Huic autem bello præfectum fuisse Narsetem ducem, & incruenta potitum victoria, habet Theophanes: additque de Turcis illis, qui in exercito Persarum militantes capti, & Constantinopolim ducti, inventi sunt stigmate in fronte cruce signati; eos ab Imperatore rogatos, quid sibi id vellet, respondisse, cum peste ipsorum provincia laboraret, illud se a Christianis fuisse edoctos remedium pro salute consequenda. Cæterum mittendi Domitianum Episcopum adeo celebrem, atque Gregorium ad Cosrhoen, illud videtur fuisse Mauritii Imperatoris consilium, ut per eos idem Rex Christianam fidem perciperet: quod ex litteris Gregorii Papæ ad eumdem Domitianum Episcopum redditis (e) anno sequenti satis intelligi posse videtur.

Turcæ peste liberati signo Crucis.

(e) Greg. l. 2. ep. 61.

XXIX. Inter tot tantaque præclare gesta, denigravit tamen Mauritius Imperator hoc anno nomen suum, dum post victorias adversus Persas sub Hormisda Rege Persarum ex insperato obtentas legem tulit,

Lex impia a Mauritio lata.



PAGIUS nem ad populum habuit ob illud Oppidum receptum, qua populum ad lætitiam invitavit & clementiam Imperatoris commendavit. Recitatur ea a Theophilacto cap. 16. qui subdit, Civitatem dies septem cum oblectamento in feriis consumpsisse.

IV. *Persa rebellans adversus Chosroem Hormisdæ filium.*

*Chosroes* angore & *Varami* tyranni metu plenus ad Deum Christianorum se se convertit ac Sanctum Sergium Martyrem, *quem colere etiam barbaræ nationes consueverant*, rogat, ne sibi desit, pollicetur que *Crucem ex auro puro confectam, & margaritis, pellucidisque ex India lapillis variatam victoria sua primitias oblaturum*. Non multo post ei affertur caput *Zadesprata*, qui ad Varamum transfugerat. Testatur Chosroes apud Theophylactum lib. 5. cap. 13. *anno primo Regni* sui, mensis Januarii die septimo vovisse, si Caballarii sui *Zadespratem* occidissent, aut vivum cepissent, Crucem auream in Sancti Sergii templum se se missurum: *ac die nono mensis Februarii caput Zadesprata* sibi apportatum esse. Quod votum a *Chosroe* die septima mensis Januarii anni quingentesimi nonagesimi primi emissum; cum verno tempore anni quingentesimi nonagesimi secundi pax in Oriente vigeret, & *Mauritius* Imperator ex Oriente copias in Occidentem reduxerit, ut infra certo argumento ex Eclipsi Solari deducto demonstrabimus. Cum itaque unius ejusdemque anni vere idem Romanus exercitus in Oriente & Occi-

qua prohibebat, ne quis miles, nondum expleta militia, monachus effici posset. Hoc quidem anno eb eo latam ejusmodi legem, ipse Gregorius testatur in litteris (a) datis anno sequenti ad Theodorum: agemus de ea tunc temporis, cum sequenti anno adeo Gregorius eamdem impugnavit. Exhaustum enim cum videret Mauritius Romanum exercitum, totque prœliis esse consumptum, omne quod valuit remedium integrendæ militiæ excogitavit, & usque edeo inconcessa tentevit. Misit hanc legem idem Imperator ad Gregorium Papam per Longinum Stratorem, qui successit Romano in Exarchatu, ut testetur ipse Gregorius in litteris ad Mauritium Imperatorem anno sequenti redditis. Quod vero Gregorius hoc tempore (ut ipse testetur *b*) male oppressus valetudine detineretur, adversus ejusmodi legem insurgere distulit.

(a) *Greg. l. 2. ep. 65. Indict. 11.*

(b) *Ead. ep. 65.*

No-

PAGIUS *cidente esse non potuerit*, & in Oriente bellum ac pax vigere, manifestum est, *Theophylactum* loco recitato loqui de verno tempore anni DXCI. ac mensibus Januarii & Februarii illius anni; ideoque jam ab anno DXC. *Chosroen Juniorem* in locum patris suffectum fuisse. De fine rebellionis adversus *Chosroen*, ejusque per Romanos in Regnum restitutionem anno sequenti agemus cum Baronio, quem passim in morte *Hormisdæ* consignata recentes Scriptores secuti sunt. Interim juvabit legere Abulfarajum in VIII. Dynastia, ubi refert Epistolam *Chosrois* ad *Mauricium*, qua ei milites & auxilium adversus *Varanum* postulat, & Epistolam Imperatoris ad Chosroen, qua significat, se ei copias & pecuniam mittere, seque eum filium sibi constituere.

| JESU CHRISTI ANNUS 593. | GREGORII. PAP. ANNUS 4. | MAURITII IMP. ANNUS 8. |
|---|---|---|

I. NOnagesimustertius post quingentesimum Redemptoris annus Indictionis undecimæ incipit: quo restitutus in regnum Cosrhoes Rex Persarum, multa pietatis signa publicis egregie factis edidit, quæ quam exactissime describit Evagrius: primum vero ejus in regnum per Mauritium restitutionem verbis istis enarrat (*a*): *Cosrhoes vero cum Hierapolim, quæ primaria Euphratesiæ civitas est, pervenisset, rursum revertit. Quod cum intellexisset Mauritius, plurer faciens commodis Cosrhoes supplicis, quam suæ ipsius gloriæ consulere, ingenti pecuniæ vi (quod non ante aliquando visum fuit) eum juvat, atque ex Persis conscribit exercitum, & impensis omnibus de suo suppeditatis, Cosrhoen utroque exercitu, Romano scilicet & Persico instructum, extra fines Imperii Romani ad Martyropolim usque producendum curavit. Cui Sittas primum traditus est, deinde a Martyropolitanis lapidibus, obrutus, postea ab eisdem in crucem actus. Traditum est ei quoque Daras oppidum, a quo clam exiverant Persæ. Atque Barame a Romanis solis unico bello superato, & solo cum ignominia in fugam verso, Cosrhoes ad suum ipsius regnum reductus est.* Hæc Evagrius: subdit vero post pauca (*b*):

(*a*) Evagr. l.6. c. 18.

Cosrhoes in Regnum restitutus Deo gratus.

II. *Cosrhoes autem jam ad suum regnum restitutus, mittit ad Gregorium* Episcopum Antiochenum *Crucem multo auro & lapidibus pretiosis exquisite elaboratam, qua honorem Sergii Martyris inclyti illustrari voluit.* Hanc Crucem primum Teodora conjux Justiniani ei dedicaverat, deinde Cosrhoes senior cum aliis monimentis (uti a me supra commemoratum est) inde abripuerat. Mittit quoque aliam Crucem auream, in qua litteris Græcis ista curavit inscribenda:

(*b*) Evag. l.6. c.20.

Inscriptio Crucis a Cosrhoe missæ.

HANC CRVCEM EGO COSRHOES REX REGVM FILIVS HORMISDÆ MISI. CVM ENIM DIABOLICO CONATV ET VETERATORIO INFELICISSIMI BARAMIS ET SVORVM CABALLARIORVM IN ROMANIAM CONFVGERE ERAMVS COMPVLSI, ET PROPTER ADVENTVM SCBLERATI ZADESPRAM CVM EXERCITV AD NISIBIN, QVO CABALLARIOS QVI A PARTIBVS NISIBENSIVM STABANT SVBDVCERET: CABALLARIOS CVM DVCE AD CARCHAS VSQVE QVI ZADESPRAM RESISTERENT EIVSQVE VIRES FRANGERENT MISERAMVS OPE ET PRÆSIDIO COMMVNITI S. SERGII MARTYRIS HONORATISSIMI ET IN PRIMIS MEMORABILIS. QVONIAM ACCEPERAMVS EVM RES AB SE POSTVLATAS SOLERE LARGIRI, PRIMO ANNO REGNI NOSTRI SEPTIMO IDVS IANVARII POSTVLAVIMVS OPEM AB EO, VOTVMQVB FECIMVS, SI CABALLARII NOSTRI ZADESPRAM VEL INTERFICERENT, VEL CAPTIVVM SECVM DVCERENT, NOS AVREAM CRVCEM LAPILLIS DISTINCTAM AD EIVS TEMPLVM MISSVROS, QVA VENERANDVM EIVS



---

PAGIUS SÆC. VI. Olymp. 343. Anno Eræ Hispan. DCXXXI. A.C. 593.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6086.

☉ 14. D. ☽ 5. P. 29. Mart. Indict. 11.

JESU CHRISTI 593.

GREGORII PAPÆ 4.

MAURICII IMP. 11.

I. IS annus hac formula notatus: *XI. post Consulatum Mauricii Tiberii Aug. solius IX.* ut legitur in Chronico Alexandrino.

*Postconsulatus.*

II. A num. I. ad VI. Theophylactus lib. 5. cap. 3. scribit, *Narsem* Mauricii Imp. satellitem ac Ducem exercitus Romani cum Chosroe, *primo vere*, (anni nempe DXCI. juxta ea quæ anno superiori diximus) Persidem ingressum esse sequente *Domitiano* Melitenes Episcopo; ac plures ordinum Ductores *Chosroen* Regem acclamasse. Tum cap. 9. ait, famam esse, *Chosroen cum auxiliariis amplius sexaginta millia duxisse, Varamum quadraginta millia.* Pugnatum ad Canzagum, (Oppidum est Persarmeniæ,) & Narses illustri victoria potitus est, Persarum multis occisis, & ad sex millia captis, quos Chosroes ad se adductos jaculis omnes confecit. Varamus ad varia loca fugit, & *Chosroes, ubi dissensum hostium apertissime intellexit, Romanos, uti domum redeant, blande monet, ipse coacta phalange Persica Babylonem abit, nihil dignum pro auxilio iisdem remensus.* Metuens tamen ne ab indigenis per fraudem occideretur, a Mauricio petiit, uti ad custodiam corporis mille sibi gravis armaturæ mitteret, quos & obtinuit. Eodem tempore *Sancto Sergio* Martyri Crucem ex auro fabrefactam pro munere obtulit, missa Epistola, quam Baronius ex Evagrio lib. 6. cap. 20. integram recitat. Legitur etiam apud Theophylactum lib. 5. cap. 13. qui eam forte ex Evagrio descripserat. Subjungit, *anno dehinc proximo* Chosroen *Siram, genere Romanam & religione Christianam, quam ætate florentem connubio sibi copularat, Reginam publicitus appel-*

*Chosroes Persarum Rex in Regnum restituitur.*

NOMEN ILLVSTRARETVR. ATQVE AD QVINTVM IDVS FEBRVARII CAPVT ZADESPRAM AD NOS PERLATVM FVIT. ITAQVE POSTVLATIONIS NOSTRÆ FACTI COMPOTES, QVO RES GESTA NEMINI DVBIA ESSET, AD VENERANDVM S. SERGII NOMEN ILLVSTRANDVM, HANC CRVCEM A NOBIS FABRICATAM AD TEMPLVM EJVS MISIMVS VNA CVM CRVCE QVAM JVSTINIANVS IMPERATOR ROMANVS AD IDEM TEMPLVM MISIT, QVAMQVE COSRHOES REX REGVM FILIVS CABADI PROAVI NOSTRI TEMPORIBVS QVIBVS ROMANI ET PERSÆ GRAVISSIME INTER SE DISSIDERENT HVC ADVEXIT, QVAM DENIQVE NOS IN NOSTRIS THESAVRIS INVENIMVS ET AD ÆDEM SANCTI ET VENERABILIS SERGII MITTENDAM CVRAVIMVS.

Hactenus Cosrhois inscriptio Crucis a se missæ perpetui monumenti ergo incisa Græcis litteris. Pergit Evagrius:

III. *Has Cruces Gregorius* Episcopus Antiochenus *cum de sententia Mauritii Imperatoris accepisset, cum magna pompa ad sacrum martyris templum defert, inque eo reponit. Haud ita multo post alia dona ad sanctum illud templum misit Cosrhoes, inter quæ erat discus ex auro confectus, in quo inscribenda curavit hæc verba;*

Inscriptio in Disco posita.

EGO COSRHOES REX REGVM FILIVS HORMISDÆ HÆC IN HOC DISCO INSCRIBENDA CVRAVI, NON VT SPECTENTVR AB HOMINIBVS, NEQVE VT AMPLITVDO TVI VENERANDI NOMINIS EX MEIS VERBIS COGNOSCATVR, SED PARTIM PROPTER RERVM IN EO INSCRIPTARVM VERITATEM, PARTIM PROPTER MVLTA BENEFICIA ET LIBERALIA QVÆ ABS TE ACCEPI. NAM MECVM FELICITER ACTVM PVTO, QVOD NOMEN MEVM IN TVIS SACRIS VASIS EXTET. CVM FORTE BERAMAIS ESSEM, PETEBAM ABS TE S. SERGI VT MIHI SVBSIDIO VENIRES, ET SIRA CONJVX CONCIPERET. AC CVM SIRA CHRISTIANA ESSET ET EGO GENTILIS, ET LEX NOSTRA NON PERMITTERET NOBIS POTESTATEM MVLIEREM CHRISTIANAM VXOREM DVCENDI: TAMEN OB MEVM SINGVLAREM ERGA TE AMOREM LEGEM IN HAC MVLIERE NEGLEXI ET EAM DE DIE IN DIEM INTER CÆTERAS VXORES INGENVE DILIGERE NON DESTITI NEQVE DESISTO. QVAMOBREM VISVM ERAT TVAM BONITATEM, SANCTE SERGI, DEPRECARI VT GRAVIDA FIERET.

QVIN ETIAM VOTVM TIBI NVNCVPAVI SVMQUE POLLICITVS SI SIRA CONCIPERET, ME CRVCEM QVAM ILLA GESTAT AD SANCTISSIMUM TEMPLVM TVVM MISSVRVM. QVAPROPTER IPSE EQVIDEM ET SIRA HOC APVD ANIMOS NOSTROS PROPONEBAMVS VT HANC CRVCEM IN MEMORIAM NOMINIS TVI, SANCTE SERGI, IPSI TENEREMVS. ET VISVM ERAT PRO ILLA PRETIVM EJVS QVOD QVATVOR MILLIA ET QVADRINGENTOS STATERES MILIA.

PAGIUS pellasse, & *tertio anno* Sancto Sergio Persidis Martyri pro filio ex Sira suscipiendo supplicasse; nec ita diu post eum donis honorasse, adjuncta Epistola Græce composita, quam ad verbum Theophylactus cap. 14. recitat.

III. Rumor de conversione Persarum Regis spargitur.

*Chosroem* fidem Christianam suscepisse, fama nunciavit. Hinc Abbas Biclariensis, qui ad annum Christi DXC. Mauricii Imp. octavum, Chronicon suum perduxit, quique hoc tempore vivebat, hæc verba eidem Chronico postea insaruit: *Imperator Persarum Christi suscepit fidem, & pacem cum Mauricio Imp. firmavit*. Et Fredegarius in Chronico cap. 9. ad annum XXVIII. Guntramni, qui anno DLXXXIX. definit multa fabulosiora, quam quæ Baronius ex Historia Miscellæ de hac conversione refert, in medium adducit. Idem ex Auctoribus Græcis testatur Theophylactus lib. 4. cap. 10. & lib. 5. cap. 2. scilicet, eum fassum esse Deum, *qui a Romanis coleretur, omnium esse potentissimum atque ore libero veterem superstitionem* condemnasse. Sed de baptismo ejus, Regiæ ac suorum ne verbum quidem habet. Hæc fabula inde nata, quod *Chosroes* pro sua in Regnum restitutione *S. Sergio* Martyri votum fecerit, & ut Mauricium Imperatorem demereretur, se Christianum fieri velle finxerit.

IV. Finis belli Vicennalis Persas inter & Romanos.

Theophylactus lib. 5. cap. 15. postquam dixit Chosroen, quotquot cum Varamo in tyrannide communicaverant, spiritu privasse subdit: *Fœdera inter Romanos & Persas pari æquitate inita capta. Hoc tandem modo acre illud, & Persicum bellum a Romanis non sine gloria finitum atque compositum est*. Duravit annos viginti, ut

LIARESIOS NON EXCEDERET MITTERE, ET SIC IDEM AVGERE, VT EJVS SVMMA QVINQVE MILLIA STATERVM COMPLECTERETVR. ATQVE EX EO TEMPORE QVO ISTAM POSTVLATIONEM ANIMIS NOSTRIS CONCIPERE HÆCQVE COGITARE COEPERAMVS, AD TEMPVS QVO RHOSON CHOSRON VENIMVS, NON AMPLIVS DECEM DIES PRÆTERIERANT. AD QVOD QVIDEM TEMPVS TV, SANCTE SERGI, NON QVOD IPSO DIGNVS ESSEM, SED PROPTER TVAM IPSIVS BONITATEM MIHI NOCTV SECVNDVM QVIETEM VISVS ES, ET JAM TERTIO DIXISTI SIRAM CONCEPTVRAM. ATQVE EGO IN EADEM VISIONE TERTIO APERTE TIBI QVÆ ERANT CONSENTANEA RESPONDI.

AT QVONIAM TV RERVM ABS TE POSTVLATARVM LARGITOR ES, EX EO DIE SIRA MORBVM QVO MVLIERES LABORARE SOLENT NON SENSIT. EGO AVTEM ETSI HAC DE RE ANIMO HÆSITABAM, VTRVM VERBIS TVIS FIDEM HABEREM AN NON, CVM SIS POSTVLATIONVM LARGITOR: POSTEA TAMEN EX EO QVOD MORBVS MVLIEBRIS SIRAM NON ATTIGIT, TVM VIM EXPLORATAM HABVI VISIONIS, TVM TVORVM VERBORVM VERITATEM. QVOCIRCA CRVCEM HANC ILLICO ET EIVS PRETIVM VNA AD TVAM SANCTISSIMAM ÆDEM MISI. DEDIQVE MANDATVM VT EX EIVS PRETIO DISCVS VNVS ET CALIX FIERENT, QVI DIVINIS MYSTERIIS CELEBRANDIS INSERVIRENT. QVIN ETIAM VT CRVX FIERET ET THVRIBVLVM FABRICARETVR VTRVMQVE AVREVM IN VSVM SACRÆ MENSÆ, ET VNICVM VTRINQVE APERTVM CONFICERETVR AVRO COLLVSTRATVM. QVOD AVTEM DE SVMMA PRETII RESTARET, AD NECESSARIOS VSVS TVÆ SACRÆ ÆDIS RESERVARETVR. VT MIHI ET SIRÆ TV, SANCTE SERGI, CVM IN ALIIS REBVS OPITVLARERIS, TVM MAXIME IN HAC PETITIONE SVBSIDIO VENIRES. ET QVOD PER TVAM INTERCESSIONEM NOBIS EVENERIT, IDEM IPSVM PER TVAM CLEMENTIAM ET BONITATEM MIHI ET SIRÆ EX SENTENTIA PENITVS SVCCEDAT. QVO TVM IPSE TVM SIRA TVM ALII OMNES DENIQVE IN TOTO ORBE TERRARVM TVA IN VIRTVTE SPEM PONAMVS ET IN TE DEINCEPS CREDAMVS.

Hactenus incisa in auro inscriptio. Pergit rursum Evagrius: *Hæc donaria a Cosrhoe oblata, ea loqui videatur, quæ cum prophetia Balaam consentiunt: quod plane Dei providentia factum est, ut Gentilium linguæ verba salutaria proferrent.* Digna quidem quæ cubitalibus (ut ajunt) litteris formarentur, quo Novatores magis rubore suffusi taceant, cum etiam ab infidelibus & idololatris redarguantur in veneratione sanctissimæ Crucis & cultu sanctorum martyrum, dum talia loquitur Ethnicus, sua tamen conscientia Christianus, veritus publice profiteri quid sentiret, ne rebellem experiretur populum, quem omnibus demulcere officiis hoc sui regni exordio satagebat.

Sane quidem increbuit hoc tempore per orbem fama, Ipsum Persarum Regem Christianam religionem suscepisse: etenim qui in hunc usque annum res sui temporis gestas scriptis prosecutus est Joannes Abbas Biclarensis, hoc eodem anno octavo Mauritii Imperatoris id accidisse tradit his verbis: *In his ergo temporibus, quibus omnipotens Deus, prostrato veternosæ hæresis veneno, pacem suæ restituit Ecclesiæ, Imperator Persarum Christi suscepit fidem, & pacem cum Mauritio Imperatore firmavit.* Hæc Ipse: verum liquet esse mendacium, sicut quæ de- IV. Rex Persarum creditus Christianus.

con-

PAGIUS ut Theophylactus lib. 3. cap. 8. nos edocet; cœperat enim an. DLXXI. & septimo Justini Junioris Imp. anno, ut eo anno num. V. ostendi. Quare perperam Theophanes in Chronico, ubi hujus belli initium recte consignarat, ejus finem cum anno Mauricii Imp. VII. annoque Incarnat. secundum Alex. DLXXXI. copulavit. Nam *Chosroem* anno DXCI. Regnum recuperasse, præter ea, quæ retulimus, confirmat Auctor Chronici Alexandrini, qui *anno IX. post Consulatum* Mauricii, Christi scilicet DXCI. inquit: *Hoc anno Chosroes Persarum Rex a Varamo contribuli suo Regno pulsus ad Romanos confugit, & inita cum illis societate & amicitia in Regnum est restitutus.* Neque video de hujus restitutionis tempore posse imposterum ambigi.

Ad

conversione Reginæ Regisque Persarum habet Paulus diaconus, quæ hic ipsius verbis describenda putamus: ait enim (a): *Circa hac tempora, Regis Persarum conjux, nomine Cæsara, de Perside exiens cum paucis suis fidelibus, privato habitu propter Christianæ fidei amorem Constantinopolim venit. Quæ ab Imperatore honorifice suscepta, post aliquot dies, ut desiderabat, baptismum consecuta, & ab Augusta de sacro fonte levata est. Quod vir ejus Persarum Rex audiens, legatos Constantinopolim ad Augustum direxit, quatenus eidem suam uxorem redderet. Qui ad Imperatorem venientes, verba Regis Persarum nunciant, qui suam requirebat Reginam. Imperator hac audiens, remque omnino ignorans, eis responsum reddidit, dicens: De Regina, quam quæritis, fatemur nos nihil scire, prater quod ad nos hic aliqua mulier privato habitu advenit. Legati vero responderunt, dicentes: Si placet vestro conspectui, volumus hanc quam dicitis mulierem videre.*

(a) Paul. diac. l. 4. c. 27. vet. edit. & nov. 52.

Regina Persarum Christiana.

V. *Quæ cum jussu Imperatoris advenisset: mox ut eam conspiciunt, ad ejus vestigia provolvuntur, eique venerabiliter, quod eam vir suus requireret, suggerunt. Quibus illa respondit: Ite, nunciate Regi vestro & domino: quia nisi, sicut ego jam credidi, ita & ipse in Christum crediderit, me jam ultra consortem tori habere non poterit. Quid multa? reversi legati ad patriam, universa quæ audierant, Regi nunciant. Qui nihil moratus, cum sexaginta millibus viris Constantinopolim pacifice ad Imperatorem venit, a quo gratanter & satis digne susceptus est. Qui cum universis in Christum Dominum credens, pariter cum omnibus sacri baptismatis unda perfusus, & ab Augusto de fonte levatus, Catholica fide confirmatus est; multisque muneribus ab Augusto honoratus, accepta sua conjuge, lætus & gaudens ad suam patriam repedavit.* Hæc Paulus, sed quæ haud satis integra fide constent, cum multas patiantur difficultates, & incognita habeantur Græcis scriptoribus: potissimum vero, quod ex epistola sancti Gregorii hoc anno scripta, de qua paulo inferius agemus, constet ipsum Regem Persarum remansisse Gentilem.

VI. ☞ Neque de his quidquam in Mauritiana habetur historia, quam Theophylactus tunc scripsit. Ex qua tamen illud addendum, post adeptam beneficio Christi victoriam, in Judæos, qui Varamo fuerant adjumento, Regem Persarum gladium exeruisse; ait (b) enim: *Die sexto multos item Judæos, novarum Varami molitionum magnopere participes, morte pænas reposcens, ferro necat.* Hos autem fuisse, quorum progenitores post excisas Hierosolymas ad Assyrios, unde venerant, esse reversos, & magnopere locupletatos affirmat: additque eam (c) victoriam auspice Dei Genitrice Persas consecutos, cujus & nomine pro symbolo militari in bello usi essent. Hæc & alia auctor observatione digna. Cesserunt namque Cosrhoe prospera cuncta, quousque usus est auxilio Divino intercessionibus sanctorum Martyrum impetrato, quibus digne & nuncupata vota persolvit, datis litteris, quæ adhuc (d) extant, ad sanctum Georgium Martyrem. Sed timore populi a religione & nomine Christiano ad popularem superstitionis cultum rediisse liquet. ☜

(b) Theophyl. hist. Maurit. l. 5. c. 7.

(c) Idem l. 5. c. 10. 14.

(d) Idem ibid. c. 13. & 14.

Sunt vero certiora quæ sequuntur, nempe Sarracenorum principem Naamanem hoc eodem tempore initiatum esse Christiana religione: quod idem qui supra tradit Evagrius, cum subdit (e): *Per id tempores Naamanes gentes Scenitarum Tribunus Gentilis adeo nefarius & sceleratus, ut propria manu homines dæmonis suis mactaret, ad sanctum accessit baptismum, statuamque Veneris auream igne liquefactam pauperibus erogavit: & omnes qui ad eum spectabant, ad veram in Deum fidem traduxit.* His vero hæc subiicit: *Gregorius autem* Antiochenus Episcopus, *postquam Cruces a Cosrhoe donatæ erant, de sententia Imperatoris omnia monasteria in solitudine, Limetarum dicta, & maxime in quibus perversa Severi dogmata regnabant, perlustravit, exposuitque illis vera Ecclesiæ dogmata; & multa castella, pagos, monasteria, & gentes integras ad Dei Ecclesiam adduxit.* Hæc omnia Evagrius, res postremas sui temporis scriptis commendans.

De conversione Principis Sarracenorum.

(e) Evag. l. 6. c. 22.

Gregorius Antioch. visitat monasteria.

VII. Domitianus autem Metropolitanus Armeniæ, Episcopus Melitinæ, cum non fuisset assecutus quod optabat; cujus causa ad Cosrhoem profectus erat, ut ille fieret Christianus; reversus, mœrens epistolam scripsit ad S. Gregorium Romanum

Domitianus Episc. vacuus redit e Perside.

PAGIUS V. Ad num. VII. *Chosroem* Christianam fidem amplecti noluisse scripsit ad S. Gregorium *S. Domitianus* Episcopus Melitinæ, ut liquet ex Epistola, quam ad eum rescripsit S. Gregorius, quæ extat lib. 2. Epist. 63. *Indict. XI.* mense Augusto data, hoc scilicet anno. Verum perturbatus est Epistolarum ordo in Regesto Gregorii, ut multis exemplis constat, ideoque videtur, *Domitianum* anno DXCI. ad Pontificem Romanum de rebus a se in Perside gestis Literas dedisse, & Pontificem anno DXCII. ad eum rescripsisse; res enim hæc majoris momenti erat, quam ut adeo sero eidem nunciata fuerit; præsertim cum de Regis Persarum conversione per totam Europam tam multus sermo dissemi-natus fuisset.

*Regem Persarum non esse conversum docet S. Gregorius,*

num Pontificem, deque his quæ gesta erant, eum reddidit certiorem, intermiscens de divina Scriptura fusiorem tractationem. Has cum ipse Pontifex litteras accepisset, hoc eodem anno ad eum rescripsit, & ad finem epistolæ ista habet:

(a) Greg. l. 2. ep. 43. Ind. 11.

(a) *Imperatorem vero Persarum etsi non fuisse conversum doleo: vos tamen ei Christianam fidem prædicasse, omnimodo exulto: quia etsi illa ad lucem venire non meruit, vestra tamen sanctitas prædicationis suæ præmium habebit. Nam & Æthiops in balneum niger intrat, & niger egreditur, sed tamen balneator nummos accipit. De Mauritio autem bene dicitis, ut in actione ejus ab umbra statuam cognoscam, id est, in minimis majora perpendam: in hoc tamen ei credimus, quia ejus nobis animam sacramenta & obsides ligant.* At quid per ista subobscura legentibus de Mauritio significare velit Gregorius, certa quidem etsi incompertum habeatur, haud bonum fuisse coniicimus ex controversia illa, quæ inter ipsum & Mauritium intercessit: expostulans enim vehementer adversus eum Gregorius de lege lata qua milites ingredi monasteria prohibebat, ad eumdem tamen ejusmodi, ut privatus epistolam scripsit (b):

(b) Greg. l. 2. epist. 62. Indict. 11.

VIII. Epist. Greg. ad Maurit. Imp. de lata lege injusta.

*Omnipotenti Deo reus est, qui serenissimis dominis in omne quod agit & loquitur, purus non est. Ego autem indignus pietatis vestræ famulus in hac suggestione neque ut Episcopus, neque ut servus jure Reipublicæ, sed jure privato loquor: quia serenissime domine, ex illo jam tempore dominus meus fuisti, quando adhuc dominus omnium non eras. Longino viro clarissimo Stratore veniente, dominorum legem suscepi: ad quam, fatigatus tunc ægritudine corporis respondere nil valui. In qua dominorum pietas sanxit, ut quisquis publicis administrationibus fuerit implicatus, ei ad Ecclesiasticum officium venire non liceat. Quod valde laudavi, evidentissime sciens, quia qui sæcularem habitum deserens, ad Ecclesiastica officia venire festinat, mutare vult sæculum, non relinquere. Quod vero in eadem lege dicitur, ut ei in monasterio converti non liceat: omnino miratus sum, dum & rationes ejus possint per monasterium fieri, & agi potest, ut ab eo loco in quo suscipitur, ejus quoque debita solvantur. Nam & si quisquam devota mente converti voluisset, prius res male ablatas redderet, & de sua anima tanto verius, quanto expeditior cogitaret. In qua lege subjunctum est, ut nulli qui in manu signatus est, converti liceat.* Erat istiusmodi militibus apponi solitum signum, quo a cæteris noscerentur; ut etiam ex iis quæ inferius subdit, apparet. Sed pergit:

*Quam constitutionem ego (fateor dominis meis) vehementer expavi: quia per eam cælorum via multis clauditur; & quod nunc usque licuit, ut liceat, prohibetur. Multi enim sunt, qui possunt religiosam vitam etiam cum sæculari habitu ducere. Et plerique sunt, qui nisi omnia reliquerint, salvari apud Deum nullatenus possunt. Ego vero hæc dominis meis loquens, quid sum, nisi pulvis & vermis? Sed tamen quia contra auctorem omnium Deum hanc intendere constitutionem sentio, dominis tacere non possum. Ad hoc enim potestas dominorum meorum pietati cælitus data est super omnes homines, ut qui bona appetunt, adjuventur, ut cælorum via largius pateat, ut terrestre regnum cælesti regno famuletur. Et ecce aperta voce dicitur, ut ei qui semel in terrena militia signatus fuerit, nisi aut expleta militia, aut pro debilitate corporis repulsus, Domino nostro Jesu Christo militare non liceat.*

IX. Humilitatis vincere studet Greg. Imp.

*Ad hæc ecce per me servum ultimum suum & vestrum respondebit Christus, dicens: Ego te de Notario Comitem excubitorum, de Comite excubitorum Cæsarem, & de Cæsare Imperatorem, nec solum hoc, sed etiam patrem Imperatorum feci. Ego sacerdotes meos tuæ manui commisi, & tu a meo servitio milites tuos subtrahis? Responde, rogo, piissime domine, servo tuo. Quid venienti & hæc dicenti responsurus es in judicio Domino tuo? Sed fortasse creditur, quia nullus eorum puro animo convertatur. Ego indignus famulus vester scio, quanti his diebus meis in monasterio milites conversi miracula fecerunt, signa & virtutes operati sunt. Sed per hanc legem jam, ne quisquam talium converti valeat, prohibetur. Requirat, rogo, dominus meus piissimus, quis prior Imperatorum talem legem dederit; & subtilius æstimet, si debuit dari. Et quidem considerandum valde est, quia eo jam tempore prohibentur quique relinquere sæculum, quo appropinquat finis ipse sæculorum. Ecce enim mora non erit, & ardente cælo, ardente terra, coruscantibus elementis, cum Angelis & Archangelis, cum Tronis & dominationibus, cum Principatibus & Potestatibus tremendus Judex apparebit. Si omnia peccata dimiserit, & solam hanc legem contra se dixerit esse prolatam: quæ rogo, erit excusatio?*

X. Facit personam.

*Unde per eumdem tremendum judicem deprecor, ne illæ tantæ lacrymæ, tantæ orationes, tanta jejunia, tantæque eleemosynæ domini mei ex qualibet occasione apud omnipotentis Dei oculos fuscentur; sed aut temperando pietas vestra, aut immutando vigorem ejus legis inflectat: quia tunc magis dominorum exercitus contra hostes crescit, quanto*

XI. Quando contra hostes exercitus prævalet.

Dei

*Dei exercitus ad orationem creverit. Ego quidem jussioni subjectus, eamdem legem per diversas terrarum partes transmitti feci: & quia lex ipsa omnipotenti Deo minime concordat, ecce per suggestionis meæ paginam serenissimis dominis nunciavi. Utrobique ergo quæ debui, exolvi qui & Imperatori obedientiam præbui, & pro eo quod sensi, minime tacui.* Hactenus Gregorius Papa ad Mauritium Imperatorem. Verum has ipse litteras noluit per Apocrisarium suum, quem habebat Constantinopoli, dari Imperatori, sed misit ad Theodorum medicum intimum ejusdem Mauritii, ut ipse daret; cui hæc scripsit (a):

(a) Greg. l. 2. ep. 65.

XII. De lege Imp. injusta.

*Quanta bona omnipotentis Dei & serenissimi domini mei Imperatoris habeam, lingua mea non sufficit explere. Pro quibus bonis quid est meum retribuere, nisi eorum vestigia pure amare? Peccatis autem meis facientibus (ex quorum suggestione vel consilio, nescio, an vestro) transacto anno talem in Republica sua legem protulit, ut quisquis eum pure amat, flere vehementer debeat. Ad quam legem tunc respondere non potui, quia ægrotus fui: modo autem eidem domino aliqua suggessi. Præcepit enim, ut nullus qui actionem publicam egit, nullus qui officio & manu signatus vel inter milites fuit habitus, ei in monasterio converti liceat, nisi forte si militia ejus fuerit expleta. Quam legem primum (sicut ii dicunt, qui leges veteres noverunt) Julianus protulit, de quo scimus omnes quantum Deo adversus fuerit. Quod si ideo serenissimus dominus noster fecit, quia forte multi milites convertebantur, & exercitus decrescebat: numquid per virtutem militum subjugavit ei omnipotens Deus Imperium Persarum? Numquid non solæ lacrymæ illius auditæ sunt, & eo ordine quem ipse nescivit, ejus Imperio Persarum regnum subdidit?*

XIII. *Valde autem mihi durum videtur, ut ab ejus servitio milites suos prohibeat, qui ei & omnia tribuit, & dominari eum non solum militibus, sed etiam sacerdotibus concessit. Numquid si intentio est servandarum rerum: non poterant ea ipsa monasteria, quæ milites suscepissent, alienas res reddere, atque ad conversionem homines tantummodo habere? Hæc quia mihi valde dolent, eidem domino suggessi; sed vestra gloria opportuno tempore secrete suggestionem meam ei offerat. Nolo eam a Responsali meo publice dari, quia vos, qui ei familiarius servitis loqui ei liberius & apertius* * *potestis, quæ pro ejus sunt anima; quoniam in multis est occupatus, & vix animus ejus invenitur a curis maioribus vacuus. Tu quidem, gloriose fili, pro Christo loquere. Si auditus fueris, lucrum operatus es animæ prædicti domini tui & tuæ: si vero auditus non fueris, lucrum solummodo tuæ fecisti.* Hucusque ad Theodorum Gregorius.

* aptius.

Sed, amabo te, hic pie lector, siste gradum: etenim, ni fallor, dum hæc audisti, te admiratum vidi, & subindignatum obduxisse supercilia, eo quod abjecte nimis visus sit tibi locutus S. Gregorius, dum præter alia tum in epistola ad Mauritium, tum in ista ad Theodorum data quodammodo professus appareat sacerdotes a Deo subjectos esse Imperatori, verbis illis in primis, cum ait ex persona Christi: *Sacerdotes meos tuæ manui commisi*. Et de Imperatore ad Theodorum: *Ei & omnia tribuit, & dominari eum non solum militibus, sed etiam sacerdotibus concessit*. At hæc Novatores non ut tu mærentes accipiunt, sed hilari vultu, exultantes, immo & insultantes, quasi irrefragabile nacti sint testimonium viri sanctissimi atque doctissimi, cui nefas sit contradici; qui doctoris cathedram cum ascenderit, tam apertis verbis videatur esse testatus subjectum a Deo Imperatori sacerdotium esse: ut nonnisi contumelia sancti Patris id negari & aliud contrarium videri possit, nempe ipsum hallucinatum, & non vera locutum, vel saltem Imperatori turpiter adulatum. Sed larvis istis absterreant Novatores ipsi infantes, & clamoribus istiusmodi pueris pavorem incutiant, non tibi lector, si bene nosti vim sanctionum Ecclesiasticarum, atque traditionum robur, & fortitudinem doctrinæ Patrum; sed ridebis nobiscum insultantium impudentiam, & imprudentiam. XIV.

Novatores abusi testimonio S. Gregorii.

Dum enim nulla habetur ratio rerum gestarum & temporum, id efficitur, ut frustra isti insultent, vel timeant pavidi. At cum accurate cuncta perspecta habuerint, plane intelligent S. Gregorium acerrimum fuisse vindicem Pontificiæ æstimationis, & assertorem immunitatis Ecclesiasticæ. Hæc ut omnes percipiunt, in primis meminisse oportet, quæ superius dicta sunt, quantum idem Gregorius deplorarit hæc infelicissima tempora, quibus licet sub Imperatore Catholico, ipsa tamen Ecclesia fuerit non secus ac sub Nerone & Diocletiano captiva. Revocanda hic tibi sunt in memoriam (quod rerum sic exigat argumentum) quæ idem S. Gregorius de his habeat jam a nobis anno primo ejus Pontificatus superius recitata, ubi inter alia: (b) *Concitavit enim*, diabolus scilicet, *adversus Ecclesiam Dei non solum innumerabilem populi multitudinem, verum etiam regiam (si fas est dicere) potestatem: nulla enim ratio sinit, ut inter Reges habeatur, qui destruit potius quam regat Imperium*. Et paulo post: *Ecclesiam* XV.

Mauritius ut tyrannus toleratus.

(b) Greg. in Psal. pænit. 4.

*ſiam quippe, quam ſuo ſanguinis pretio redemptam Salvator noſter voluit eſſe liberam, hanc iſte, poteſtatis regia jura transferendens, facere conatur ancillam.* Hæc & alia fuſius a nobis ſuperius recitata.

XVI. Quibus in primis vides S. Gregorium definire, non ſolum non eſſe ſubditam Regibus aliquo modo Ecclesiam, verum etiam firmiter aſſeverare (eum du his agit) non habendum eſſe Mauritium inter Imperatores, dum adverſus Dei ſacerdotes regiam poteſtatem exercet. Rurſum ejuſdem Gregorii ſententia reddi firmum intelligis, Chriſti Ecclesiam ab ipſo liberam factam eſſe, quam Imperator iniquiſſime redigere ſtuduerit in ſervitutem. Adeo ut quod dicit in duabus recitatis epiſtolis, a Deo ſubjectos fuiſſe ſacerdotes Imperatori: ne ipſe ſibi contrarius Gregorius fuiſſe dicatur; neceſſe ſit ut aliud divinæ tribuere voluerit voluntati, permiſſioni vero aliud.

XVII. Quomodo ſubditi ſint Sacerdotes Regibus. Sed quomodo permiſſioni? eum videlicet permiſerit Deus (ut ipſe deplorat) non poſſe exequi munus ſuum ſummum univerſæ Eccleſiæ ſacerdotem, niſi etiam perſoluta pecunia, electioni factæ ipſa conſenſiſſet Imperator. Sic igitur Deum ſubieciſſe tradit ſacerdotes Mauritio Imperatori, ut olim eoſdem ſubiecerat perſecutoribus Neroni atque Diocletiano, quos in eos etiam gladio agere permiſit. Cum iiſdem quidem certe conſtat Gregorium adnumeraſſe Mauritium, ubi ait (*a*): *Quid Nero? quid Diocletianus? quid denique iſte, qui hoc tempore Eccleſiam perſequitur? Numquid non omnes portæ inferi?* Habes ergo ex Gregorio ipſo ſenſum verborum ipſius; qua interpretatione nulla verior nec germanior eſſe poteſt: ut ſic dixiſſe voluerit ſubiectos a Deo ſacerdotes Imperatori, quemadmodum Chriſtus redemptor noſter fatetur (*b*) ſe divina permiſſione ſubditum poteſtati Pilati; & ſicut itidem dixit iis qui ipſum neci tradere ſatagebant (*c*): *Hæc eſt hora veſtra, & poteſtas tenebrarum.* Quamobrem ſi res jure agatur, non violentia, ut ſolent latrones in ſilvis: non ſubjectos eſſe ſacerdotes Imperatoribus, ſed Imperatores ſacerdotibus, ejuſdem Gregorii ſicut & aliorum ſanctorum Doctorum omnium conſtans eſt firmaque ſententia.

(*a*) *Greg. in Pſal. pœnit. 4.*

(*b*) *Joan. 19.*

(*c*) *Luc. 23.*

XVIII. Si quid præterea humile, ſi quid flaccidum & enervatum atque indignum Apoſtolico vigore illa ad Mauritium Gregorii epiſtola habere videatur: meminiſſe, lector, pariter debes, quæ Gregorius ipſius epiſtolæ eſt præfatus exordio & conteſtatus, ſe nimirum non ut Epiſcopum ea ſcribere, ſed jure privato loqui: quod ſatis ad excuſationem Gregorii eſſe poteſt, eum aliam agat perſonam tanquam in ſcena, ubi ejus quam quis perſonam induit, verbis uti debeat.

Quod vero illud ipſum quod non probaret edictum Imperatoris, ut adverſarium Eccleſiaſticæ libertati, ſe tamen ex ejuſdem Imperatoris juſſione dicit miſiſſe per diverſas terrarum partes; non fuit iſta prævaricatio; eo quod ipſe non fuerit edicti illius iniquiſſimi contra Eccleſiaſtica jura ſanciti promulgator, ſed potius corrector, emendator, & cenſor; maximumque in his adiderit ſpecimen ſacerdotalis vigoris, Pontificiæ auctoritatis, & ſuper imperium poteſtatis: dum accedens cenſor & arbiter conſtitutionis Imperatoriæ, & admovens ad ſacram (quam vocabant) tabulam ſtylum edicti illius quædam expunxit, quædam addidit, jungens ac minuens pro arbitrio, ut ad rectam Catholicæ Eccleſiæ normam & diſciplinam aptaret, nihilque penitus in eo, quod Eccleſiaſticæ officeret libertati, & ſacris canonibus contradiceret prætermittens intactum: poſteris egregium relinquens exemplum, quicquid leges ſanciendo delirant Imperatores ac Reges, a Romanæ Eccleſiæ Pontificibus eſſe protinus emendandum & corrigendum; ſicque ab ipſis ſavendum eorum votis, ut eos errantes eum manſuetudine (ut videmus feciſſe Gregorium) corrigant & Pontificia poteſtate, quod perperam factum norunt; Apoſtolica cenſura caſtigent, ſeque exhibeant eorum magiſtros doctores, & correctores, juxta illud divinum oraculum non illi tantum Prophetæ (*d*) pronunciatum, ſed omnibus qui pro Deo ad populum divina legatione funguntur: *Conſtitui te hodie ſuper gentes & ſuper regna, ut evellas, & deſtruas, & diſperdas, & diſſipes, & ædifices, & plantes.*

XIX. Gregor. correxit edictum Imperatoris.

(*d*) *Hier. 1.*

XX. Gratias Deo immenſas agimus, quod illa tunc data a ſancto Gregorio ad Metropolitanos tum Orientis tum Occidentis extat epiſtola, qua corrigens Imperatoris edictum una eum ipſa illud, (ut ipſe teſtatus eſt) in provincias miſit: qua & effecit, ut quod videbatur exitiale eſſe venenum, in antidotum mutaretur, dum qui non recipiendi eſſent in monaſterium, quive non reiiciendi, ſalubri definitione conſtituit. Epiſtola illa ☜ non ſuo loco collocata, ☞ hic ubi ejus Gregorius meminit ☜ recitanda, ☞ ita ſe habet (*e*):

(*e*) *Greg. li. 6 ep. 11. Ind. 1.*

XXI. *Gregorius Euſebio Theſſalonicenſi, Urbicio Dyrachitano, Conſtantino, ſive Conſtantio Mediolanenſi, Andreæ Nicopolitano, Joanni Corinthi, Joanni primæ Juſtinianæ, Joanni Cretenſi Cortiano, * Joanni Lariſſæ, Mariniano Ravennati, Januario Calaritano Sardiniæ, & omnibus Epiſcopis Siciliæ.* Sunt autem omnes ſuperius nominati Epiſcopi ſive Metropolitani, ſive nobilium civitatum Anti-

* Scoritano.

stites, tum in Oriente, tum in Italia, & in Insulis constituti. Sed audi epistolam;

XXII. Gregor. emendata lege Imp. Canones praescribit Episcopis.

*Legem quam piissimus Imperator dedit, ne fortasse hi qui militiæ vel rationibus sunt publicis obligati, dum causarum suarum periculum fugiunt, ad Ecclesiasticum habitum veniant, vel in monasteriis convertantur, vestra studui fraternitati transmittere: hoc maxime exhortans, quod hi qui sæculi actionibus implicati sunt, in clero Ecclesiæ præpropere suscipiendi non sunt: quia dum in Ecclesiastico habitu non dissimiliter quam vixerant vivunt, nequaquam student sæculum fugere sed mutare. Quod si etiam tales quoque monasterium petunt, suscipiendi nullo modo sunt, nisi prius actionibus publicis absoluti fuerint.*

XXIII. * numeris.

*Si qui vero ex militaribus viris * in monasteriis converti festinant, non sunt temere suscipiendi, nisi eorum vita fuerit subtiliter inquisita. Et juxta normam regularem debent in suo habitu per triennium probari, & tunc monachicum habitum, Deo auctore, suscipere. Qui si ita sunt probati atque suscepti, & pro anima sua pœnitentiam de perpetratis culpis agere student; pro eorum vita & lucro cælesti non est eorum conversio renuenda. Qua de re etiam serenissimus & Christianissimus Imperator (mihi credite) omnimodo placatur, & libenter eorum conversionem suscipit, quos in rationibus publicis implicatos non esse cognoscit.* Hactenus Gregorii epistola: In qua videas in duobus esse emendatum Imperatoris edictum,

In quibus emendatum edictum.

nempe in eo primum, quod prohiberet actionibus publicis implicatos nullo pacto recipiendos in monasterium: hos enim recipiendos esse Gregorius statuit, cum iisdem obligationis nexibus fuerint soluti. Deinde quod Imperator statuisset, milites nonnisi absoluto tempore militandi posse ingredi monasterium: vult Gregorius, si probati inventi sint, eosdem recipi & retineri. Sicque vides eumdem sanctum Pontificem optime in omnibus explesse numeros constantissimi sacerdotis. Sed jam quæ sunt anni hujus reliqua prosequamur.

XXIV. De tunica Salvatoris.

Hoc anno tunica Domini nostri Jesu Christi in Zaphat non longe a Hierosolyma invenia confessione Simeonis Judæi, a Gregorio Episcopo Antiocheno Thoma Hierosolymitano, & Joanne Constantinopolitano transfertur Hierosolymam, ubi publicæ venerationi exposita est. Hæc apud Sigebertum: antiquiorem autem quem de his citem auctorem habeo neminem. Sed diverse ab his ante hæc tempora scribit Gregorius Turonensis de tunica inconsutili, verbis istis (a): *De hac vero immaculati agni tunica, quæ a quibusdam audivi, silere nequeo. Ferunt autem, in Civitate Galatæ, in basilica, quæ ad sanctos Archangelos vocitatur, retineri. Est enim hæc civitas ab urbe Constantinopolitana quasi millibus centum quinquaginta. In qua basilica est crypta abditissima, ibique in arca lignea hoc vestimentum habetur inclusum; quæ arca a devotis atque fidelibus cum summa diligentia adoratur.* Hæc Gregorius Turonensis.

(a) Greg. Tur. mirac. l. 1. c. 8.

XXV. Sabinianus diaconus Apocrisar. missus Constantinop.

Misit hoc anno Gregorius Papa Constantinopolim Sabinianum diaconum Apocrisiarium. Fuit hic ille, qui eidem Gregorio in Pontificatu successit. Huic proficiscenti dedit litteras ad Joannem Constantinopolitanum Episcopum, quem auctoritate Apostolica, quæ super omnes eminet, redarguit, quod reprehensionem non eo quod scripta fuerat animo suscepisset. Increpuerat eum litteris iterum, quod monachum quemdam presbyterum fustibus puniri jussisset. Non extant illæ ad eum datæ Gregorii litteræ, neque item illæ quas subinfenso animo ipse ad Gregorium rescripsisset adeo aversas & refractarias, ut dubitare visus sit ipse qui eas accepit Gregorius, num ab ipso Joanne scriptæ fuissent. Sed accipe Gregorii epistolæ verba, quæ sic se habent (b):

(b) Greg. l. 2. ep. 1. Indict. 12.

XXVI. *Quamvis causæ consideratio me moveat ad scribendum, tamen & charitas impellit: quia & semel & bis sanctissimo fratri meo domno Joanni scripsi, sed non ejus epi-*

PAGIUS VI. *Inventio Tunicæ Christi.*

Ad num. XXIV. Fredegarius Sigeberto Chronographo a Baronio citato longe antiquior, in Appendice ad Gregorium Turonensem cap. 11. eadem de *Tunica Christi* refert eam scilicet non longe a Hierosolyma inventam fuisse, & ad eam Urbem translatam; sed inventionem hanc consignat anno Guntramni Regis XXX. quod sub eodem anno Guntramni habet etiam Aimoinus lib. 3. cap. 74. quod ideo secundum Fredegarii supputationem contigit anno Christi DXC. non vero anno DXCIV. ut scribit Sigebertus. Falluntur etiam omnes isti Scriptores, quando asserunt, *Gregorium Antiochenum Thomam* Hierosolymitanum, & Joannem Constantinopolitanum Episcopos illam Tunicam *ordine pedestri* Hierosolymam perduxisse. Nam Gregorius quidem Antiochenus hujus anni initio adhuc in vivis erat, ut infra videbitur, sed anno DXC. non *Thomas*, *sed Joannes* Ecclesiam Hierosolymitanam regebat, & anno Christi DXCIV. *Amos* Episcopus Hierosolymorum erat. Præterea Aimoinus & Fredegarius narrata illa Tunicæ Christi inconsutilis Inventione aiunt; *eo anno Luna obscurata est*; quæ Lunæ Eclipsis facta est in Galliis anno DLXXXIX. die sexta Martii, post mediam noctem, feria sexta ineunte, juxta calculum Calvisii in Opere suo Chronologico. Hujus itaque Inventionis annus ex solo illo Lunari defectu innotescit. Ea Christi *Tunica* nunc religiose Treviris observatur, ut prodit Brovverus in Annal. Treviren. lib. 15. ubi de ea plura.

*epistolas recepi: alter enim mihi sæcularis quidam sub ejus nomine loquebatur. Quæ si epistola ejus fuerint, ego vigilans non fui, qui longe de eo aliter credidi, quam inveni. De causa enim reverendissimi viri Joannis presbyteri scripseram, atque de quæstionibus monachorum Isauriæ, quorum unus & in sacerdotio positus in Ecclesia vestra fustibus cæsus est; & rescripsit mihi (sicut ex nomine epistolæ agnosco) sanctissima fraternitas tua, quia nescierit de qua causa scriberem. Ad quod scriptum vehementer obstupui, mecum tacitus, volvens, si verum dicit, quid esse deterius potest, quam ut agantur talia contra servos Dei, & ipse nesciat qui præsto est? Quæ enim potest esse pastoris excusatio, si lupus oves comedit, & pastor nescit? Si autem scivit sanctitas vestra & de qua causa scripserim, & quid vel contra Joannem presbyterum, vel contra Anastasium Isauriæ monachum atque presbyterum gestum sit, & mihi scripsit contra hoc: ego nesciam quid respondeam; quando per scripturam suam Veritas dicit (a): Os quod mentitur, occidit animam. Requiro, frater sanctissime: illa tanta abstinentia ad hoc pervenit, ut fratri suo ea quæ novit gesta, negando velit abscondere? Numquid non melius fuerat in illud os carnes ad vescendum ingredi, quam de eo falsum sermonem ad illudendum proximum exire? præcipue cum Veritas dicat (b): Non quod intrat in os, coinquinat hominem, &c.* Demum vero de his quæ ad causam spectant, hæc ad finem subiicit:

Greg. redarguit Joannem Epi. Constantinop.

(a) Sap. 1.

(b) Mat. 15.

XXVII. *Sed etiam nunc jam dico, aut easdem personas in suis ordinibus suscipe, eisque quietem præbe: aut si hoc fortasse nolueris, omni mihi altercatione postposita, de eorum causa statuta majorum & canonum terminos custodi. Si vero neutrum feceris, nos quidem rixam inferre nolumus, sed tamen venientem a vobis non devitamus. Quid autem de Episcopis qui verberibus timeri volunt canones dicant, bene vestra fraternitas novit. Pastores etenim facti sumus, non percussores. Et egregius Prædicator dicit (c): Argue, obsecra, increpa, in omni patientia & doctrina. Nova vero atque inaudita est ista prædicatio, quæ verberibus exigit fidem. Sed de his multa in epistolis loqui non debeo: quia dilectissimum filium meum Sabinianum diaconum pro responsis Ecclesiasticis faciendis ad dominorum vestigia transmisi, qui vobiscum cuncta subtilius loquetur, &c.* Ex his intelligis, injuriam passos a suis Patriarchis appellare solitos Romanum Pontificem, & ab ipso adversus eorumdem perperam facta auxilium implorare; ipsumvero Romanum Pontificem officio non defuisse suo, ut quibuscumque injuste oppressis opem ferret.

(c) 2. Tim. 4.

Quod autem ad Ecclesiasticam animadversionem pertinet: vetitum quidem fuisse aliquem fustibus cædi, certum est: virgis vero subiicere reum fuisse concessum, ex pluribus ejusdem Gregorii epistolis patet. Ad hoc ipsum spectat, quod idem Gregorius Tarentinum Episcopum Andream nomine, hoc eodem anno, duobus mensibus a celebratione Missarum voluit (d) abstinere, eo quod mulierem quamdam fustibus subiecisset; privat vero sacerdotio, si (ut ferebatur) concubinæ esset consortio maculatus. Sed ad Sabinianum redeamus. XXVIII.

(d) Greg. l. 2. ep. 44. Ind. 11.

Dedit eidem Sabiniano diacono litteras ad Priscum Patricium (e) virum pium, cum jam in gratiam Imperatoris rediisset, docens ipsum, vitæ præsentis inconstantiam bene cedere Christiano, ne in rebus mundi hujus radices figat: sed qua occasione id afferat, inferius dicturi sumus. Commendat eidem demum eumdem Sabinianum. Cui pariter alias dedit (f) ad Theotimum Imperatoris medicum, amicum intimum ipsum Sabinianum æque commendans. Sed & ad Narsetem Patricium pariter scripsit; ubi in causa Joannis Episcopi Constantinopolitani quo animo esset, declarat his verbis (g): *Charitati tuæ breviter fateor, quia omni virtute & omni pondere eamdem causam, auxiliante omnipotente Deo, exigere paratus sum. In qua si videro sedis Apostolicæ canones non servari, dabit omnipotens Deus quid contra contemptores ejus faciam.* Qui igitur Apostolica auctoritate (ut vidimus) coercuit Constantinopolitanum Patriarcham; eadem quoque res Africanæ Ecclesiæ curans, Concilium generale ab Episcopis Numidiæ provinciæ habitum (h) nullum penitus reddidit atque cassum, eo quod in eo aliqua contra Ecclesiasticos canones accepisset fuisse statuta. Sed rem ab exordio repetamus. De eodem cogendo Concilio hoc eodem anno litteras Gregorius dedit (i) ad provinciæ Numidiæ Adeodatum Episcopum, atque alias ad Columbum (k) in eadem provincia item Episcopum, cui & pro benedictione claves S. Petri transmisit cum ramentis de catena ejusdem S. Petri in eis inclusis. Cum igitur ad Concilium celebrandum Numidiæ provinciæ Episcopi convenissent, & præter jus fasque aliqua statuissent: eadem cum rescisset ipse Gregorius, qui residebat inspector & custos sacrorum canonum, nullius ea voluit esse auctoritatis, ita de his scribens (l) ad eumdem Geonadium Exarchum, de quo summa cum laude supra mentio facta est: XXIX.

(e) Greg. l. 2. ep. 52. Ind. 11.

(f) Greg. l. 2. ep. 66. Ind. 11.

(g) Greg. l. 2. ep. 64. Ind. 11.

(h) Greg. l. 3. ep. 7. Ind. 12.

(i) Greg. l. 2. ep. 48. Ind. 11.

(k) Greg. l. 2. ep. 47. Ind. 11.

(l) Greg. l. 2. ep. 7. Ind. 11.

XXX. *Satis credimus religiosam excellentiæ vestræ mentem adversus ea maxime quæ in Ecclesiis geruntur incongrua, divinè au-*

De invalidandis quæ gesta essent in Concilio Numidiæ.

*auctoris æmulatione succendi. Tanto igitur Ecclesiasticarum correptionem causarum vobis libenter ingerimus, quanto de pia vestra mentis intentione confidimus. Cognoscat siquidem excellentia vestra, quibusdam de Africanis partibus venientibus, ad nos fuisse perlatum, plura in Concilio Numidiæ contra Patrum traditionem atque canonum statuta committi. Quarum rerum frequentes querelas, quia diutius tolerare nullatenus potuimus, Columbo fratri & coepiscopo nostro, de cujus gravitate ipsa ejus quæ percrebuit dubitare jam non permittit opinio, commisimus perquirendas. Quamobrem paterno salutantes affectu, hortamur excellentiam vestram, in cunctis quæ ad Ecclesiasticam correptionem pertinent, vestes robur ei subrogetis auxilii: ne si quod male geritur, quæsitum vel vindicatum non fuerit, longorum usurpatione temporum, cum majori licentia in futuris crescat excessibus. Scito autem, excellentissime fili, si victorias quæritis, si de commissa vobis provincia securitate tractatis, nihil vobis magis aliud ad hoc proficere, quam zelari sacerdotum vitas, & intestina Ecclesiarum, quantum possibile est, bella compescere.* Hæc ad Gennadium: ex quibus perspicue intelligas, Romani solius esse Pontificis, quæ ab aliis sunt facta Episcopis, decretave in ipsorum Conciliis, probare, sive rejicere; ut illa dumtaxat firma sint, quæ ipse impartita sibi divinitus facultate firmaverit.

XXXI. Schismatici seducunt Theodolindam Reginam.

Quod insuper Gregorium Romanum Pontificem non mediocriter hoc anno afflixit, illud fuit, quod laboravit factio schismaticorum, et Theodolindam Longobardorum Reginam religiosissimam feminam in schisma seducerent Episcopi tres schismatici, qui creato Constantio Mediolanensi Episcopo, ab ejus communione secesserant, quod Trium capitulorum damnationi consensisset: eo nimirum colore illi Reginam ex more decipientes, quod per Romanos Pontifices ac per Quintam Synodum dicerent aliquid fuisse detractum sacro Chalcedonensi Concilio. Quod cum Gregorius accepisset, considerans magnum imminere periculum, ut una cum ipsa Regina gens Longobardorum universa in eadem schismatis ruinam præceps abduceretur; continuo ad eam misit Joannem Abbatem, & Hippolytum Notarium, ut quæ sana, sancta, pia veraque essent, ipsam docere curarent.

(a) Greg. l. 3. ep. 4. Ind. 12.

Extat ipsius Gregorii de his ad eam epistola hoc anno scripta verbis istis (a):

XXXII. Greg. ep. ad Theodolindam.

*Quorumdam ad nos relatione pervenit, ab aliquibus Episcopis gloriam vestram usque ad hoc scandalum contra sanctam Ecclesiam fuisse perductam, ut sese a Catholica unanimitatis communione suspenderet. Quod quantum vos pure diligimus, tantum de vobis fortius dolemus, quia vos imperitis stultisque hominibus creditis, qui non solum ea quæ loquuntur nesciunt, sed vix ea percipere, quæ audierint, possunt. Dicunt enim, piæ memoriæ Justiniani temporibus aliqua contra Chalcedonensem Synodum fuisse constituta; qui dum neque legunt, neque legentibus credunt, in ipso errore manent, quem sibi de nobis ipsi finxerunt. Nos enim, teste conscientia, fatemur de fide ejusdem sancti Chalcedonensis Concilii nihil motum, nihil esse violatum. Sed quicquid prædicti Justiniani temporibus actum est, ita actum est, ut fides Chalcedonensis Concilii in nullo vexaretur. Si quis autem contra ejusdem Synodi fidem aliquid loqui præsumit, vel sapere, nos ejus sensum sub anathematis interpositione detestamur.*

*Cum ergo integritatem nostram ex conscientia nostra attestatione cognoscitis, superest ut numquam* vos a Catholica Ecclesia communione separetis: ne tot vestræ lacrymæ, tantaque bona opera pereant, si a fide vera inveniuntur aliena. Decet ergo gloriam vestram, ad reverendissimum fratrem & coepiscopum meum Constantium, cujus & fides & vita bene olim mihi approbata est, sub omni celeritate transmittere, atque directis vestris epistolis indicare ordinationem ejus, quam benigne suscepistis, & quia ab ejus Ecclesiæ communione in nullo separamini. Quamvis in hac re me vobis superflue dicere arbitror: quia etsi quid in vestro animo dubietatis fuit, veniente filio meo Joanne Abbate, atque Hippolyto Notario, ex corde vestro arbitror fuisse sublatum.* Hæc ad Theodolindam Reginam Gregorius. XXXIII.

* nequaquam.

Quod vero spectat ad Constantium, cujus hic Gregorius meminit, rogatque Theodolindam, ne ab ejus se communione separet: de ipso ejusque ordinatione agamus opus est. Fuit hic Mediolanensis nuper (ut dictum est) post Laurentium juniorem creatus Episcopus, ut ex ipsius Gregorii litteris antea datis apparet, & illis in primis (b) quas reddidit ad clerum Mediolanensem de ipso ordinando Constantio ejusdem Ecclesiæ Diacono, qui ipsi Gregorio agenti Apocrisiarium Constantinopoli familiaris inhæserat, atque in omnibus irreprehensibilis probatus fuerat. Quem licet ita probum probatumque ipse Gregorius compertum haberet, pro ejus tamen electione nihil officii impendere voluit: quod scilicet hoc in mentis proposito fixum habuisset, pro nullius Episcopi electione se acturum. Sed audi ejus verba magna quidem consideratione digna: XXXIV.

(b) Greg. l. 2. ep. 29. Ind. 11.

Greg. nemini favere voluit in adipiscendo Episcopatu.

Cum, *inquit*, *in urbe regia responsa sedis Apostolicæ facerem, longo mihi tempo-* XXXV.

*pore adhæsit; sed nihil umquam in illo quod reprobandi passim potuisset, inveni. Verumtamen quia antiqua mea deliberationis intentio est, ad suscipienda pastoralis curæ onera, pro nullius umquam misceri persona; orationibus prosequor electionem vestram.* Hæc ipse, hortans eos, ut quem optimum cernerent, eum eligerent, monens etiam bene componere mores suos, ut dignum ea sede mereri possent obtinere pastorem: simulque ostendit quam esset infelix ejus Ecclesiæ ob tot bella conditio; ait enim: *Sed quia juxta meritum plebium solent superno judicio personæ provideri pastorum: vos spiritalia quærite, cælestia amate, temporalia ut fugitiva despicite: & certissimum tenete quia placentem Deo pastorem habebitis, si vos in vestris actibus Deo placetis. Ecce jam mundi hujus omnia perdita conspicimus, quæ in sacris paginis audiebamus peritura. Eversæ urbes, castra eruta, ecclesiæ destructæ: nullus terram vestram cultor inhabitat: in nobis paucissimis, qui ad modicum derelicti sumus cum superna persecutionis cladibus humanus gladius incessanter sævit.* Quod ait derelictam cultoribus terram Mediolanensium, probe convenit iis quæ superius dicta sunt, nimirum Francos infesto exercitu eam provinciam invasisse, atque homines in Gallias captivos abduxisse.

XXXVI. Ubi autem Gregorius electum novit Constantium quem optabat, de ejus consecratione quæ absque consensu Apostolicæ sedis fieri non valebat, hæc habet scribens ad Joannem subdiaconum (*a*): *Quanto Apostolica sedes, Deo auctore, cunctis prælata constat Ecclesiis: tanto inter multiplices curas & illa nos valde solicitat, ubi ad consecrandum Antistitem, nostrum expectatur arbitrium, &c.* Voluit & absentium Mediolanensium, qui Genuam ob barbaricum metum confugerant, perscrutari voluntates. Porro non aliter assensus de electo impendi solebat ab Apostolica sede, nisi emissa Catholicæ fidei professione, ut ex iis quæ paulo post dicentur apparet. Scripsit de iisdem Gregorius (*b*) ad Romanum Exarchum, commendans eumdem Constantium jam electum. Alias item litteras (*c*) dedit ipsi Constantio, congratulatus electioni ipsius, cum ab eo alias litteras accepisset: quem & monet in cura pastorali quam solicite agere. At tunc accidit quod dictum est, nempe ut cum probandus ab Apostolica sede electus fidem Catholicam professus, assensum quoque præbuisset damnationi Trium capitulorum: tres illi Episcopi ipsi subjecti se ab ejus communione subtraxerint, abducere conantes in schisma una secum Reginam Longobardorum Theodolindam.

(*a*) Greg. l. 2. ep. 30. Ind. 11.

(*b*) Greg. l. 2. ep. 12. Ind. 11.

(*c*) Greg. l. 3. ep. 12. Ind. 12.

Electus Episc. profiteri solitus fidem Cathol.

Quod audiens Gregorius, ad Constantium ipsum has litteras dedit pro reparatione periclitantis Reginæ (*d*):

(*d*) Greg. l. 3. ep. 2. Ind. 12.

XXXVII. De professione a Constantio Episc. Mediol. facta.

*Dilectissimus filius meus Bonifacius diaconus quidam mihi ex scripto fraternitatis tuæ secreto nunciavit, quod exquisita occasione potius, quam inventa, tres se Episcopi a pia fraternitatis vestræ communione separaverint, dicentes, vos in damnationem Trium capitulorum consensisse, atque cautione fecisse. Et quidem si quid de Tribus capitulis in quocumque vel verbo vel scripto nominatum est, bene fraternitas tua reminiscitur: quamvis decessor fraternitatis tuæ Laurentius districtissimam cautionem sedi Apostolicæ emiserit, in qua viri nobilissimi ex legitimo numero subscripserunt, inter quos ego quoque tunc Urbanam præturam gerens pariter subscripsi. Quia postquam talis scissura pro nulla re facta est, justum fuit ut sedes Apostolica curam gereret, quatenus unitatem universalis Ecclesiæ in sacerdotum mentibus per omnia custodiret.*

XXXVIII. De admonenda Theodolinda Regina.

*Quod autem dicitur, filiam nostram Theodolindam Reginam sese a communione tua, hoc audito nuncio, suspendisse: constat per omnia, quia etsi pravorum hominum verbis ad paululum seducta est, venientibus tamen Hippolito Notario, & Joanne Abbate, erit modis omnibus vestræ fraternitatis communionem quæsitura. Cui etiam meas epistolas direxi, quas fraternitas vestra sine dilatione transmittat. De Episcopis vero qui se suspendere visi sunt, aliam epistolam feci, quam cum eis ostendi feceris, eos non ambigo de superstitione sua superbiæ apud fraternitatem tuam pœnitentiam acturos.* Hæc de schismaticis. Desiderantur autem litteræ illæ Gregorii, quas ad eosdem schismaticos se scripsisse testatur. Extant vero aliæ ejusdem argumenti ipsius Gregorii litteræ ad eumdem Constantium (*e*), in quibus hæc ad curandos schismaticos, qui prætextu læsi Concilii Chalcedonensis ab Ecclesia descivissent:

(*e*) Greg. l. 3. ep. 3. Ind. 12.

XXXIX. Gregorii contestatio de fide illibata servata.

*Nos enim* (inquit) *auctore veritate, teste conscientia, fatemur, nos fidem sanctæ Chalcedonensis Synodi per omnia illibatam custodire, nihilque ejus definitioni addere, nihilve subtrahere audere. Sed si quis contra eam, ejusdemque Synodi fidem, sive plus minusve ad sapiendum appetit usurpare, eum, omni dilatione postposita, anathematizamus, atque a sinu matris Ecclesiæ alienum esse decernimus. Quem igitur ista mea confessio non sanat, non jam Chalcedonensem Synodum diligit, sed matris Ecclesiæ sinum odit. Si ergo ea ipsa quæ audere visi sunt, zelo loqui animæ præsumpserunt: superest ut hac satisfactione suscepta, ad fraternitatis tuæ unitatem redeant, seque a*

*cor-*

*corpore Christi (quod est sancta universalis Ecclesia) non dividant.* Hactenus ipsius Gregorii contestatio: atque hic finis da rebus gestis in causa schismaticorum hoc anno. Constat autem aliquandiu ipsam Theodolindam in eadem cum schismaticis sententia perstitisse: ut quæ anno sequenti contigerunt, edocent.

XL. Qui igitur hac prævia admonitione redierunt, ad Ecclesiam, ab ipso Gregorio benigne suscepti sunt. Extat enim hoc anno ab ipso data epistuia ad Maximianum Syracusanum de quodam Felice diacono ex schismatis errore converso,

(a) Greg. l. 3. ep. 14. Ind. 11. Non omnes schismatici sunt hæretici. his verbis conscripta (a): *Præsentium lator Felix diaconus, cum nullatenus in hæreticorum dogmate lapsus sit, nec a Catholica fide discesserit, pravis illectus adversus Constantinopolitanam Synodum suspicionibus, in Histricorum se separatione removerat. Qui cum Romam venisset, recepta a nobis juvante Domino ratione, excessum suum, recepta Dominici corporis & sanguinis communione correxit. Quia ergo (ut dictum est) non in hæresim incidit, sed a sacris generalis Ecclesiæ mysteriis quasi rectæ studio intentionis erravit: imbecillitati ejus atque necessitatibus consulentes, maximeque sustentationi ejus pietatis intuitu providentes, in tua Ecclesia Syracusana eum prævidimus cardinandum: sive ut officium diaconatus expleat, seu certe ut sola ejusdem officii pro sustentanda paupertate sua commoda consequatur, in tuæ fraternitatis volumus hoc pendere judicio. Quod hortamur ut tua fraternitas implere festinet, commendantes etiam personam ejus quatenus nullis eum patiaris molestiis aut necessitatibus subjacere: ne vel nostræ commendationis inveniaris tramitem neglexisse, vel minus exhibuisse, quam tuus exigit ordo pauperibus; quia & nos ei annuum quid de nostra Ecclesia dari fecimus, ut ejusdem operis, quod te hortamur exhibere, participes esse possemus.* Hæc pro schismatico ad Ecclesiam reverso Gregorius: quibus cum commendandam videas erga lapsos ejus charitatem, habes etiam ut intelligas & confirmes quæ eodem Gregorio auctore dicta sunt ante, nimirum cum in Quinta Synodo non actum sit de fide, sed de personis, in eam peccantes nequaquam fuisse dicendos hæreticos, sed tantum schismaticos: si vero aliquando hæretici dicti iidem inveniantur, id de illis tantum accipi, qui obstinati nimis in errore permanere statuerint, tuncque fieri, ut schisma in hæresim transeat, ut alias superius pluribus dictum est.

XLI. Inter hæc autem idem sanctissimus Pater laboribus & angustiis fatigatus, & pressus, ad modicum temporis spatium amicam repetiit solitudinem, ita tamen, ut in otio esset maxime operosus: meditatus quippe scribere libros Dialogorum, eos anno sui Pontificatus, qui ingreditur hoc anno mense Septembri una cum duodecima Indictione, vigilantissimo studio elaboravit. Collegerat enim res præclare gestas sanctissimorum virorum Italiæ, eorum potissimum qui sua ætate vixerunt, quas vel ipse probe sciret, vel a viris fide dignissimis accepisset, diligentissimam in his curam impendens, ut videre est ex ipsius epistola hoc anno data ad Maximianum Syracusanum Episcopum verbis istis (b): Secedit Gregor. ad breve tempus.

(b) Greg. l. 2. ep. 50. Ind. 11. XLII. Quam iniit Greg. rationem in scribendis dialogis. *Fratres mei qui mecum familiariter vivunt, omnimodo me compellunt aliqua de miraculis Patrum, quæ in Italia facta audivimus, sub brevitate scribere. Ad quam rem solatio vestræ charitatis vehementer indigeo, ut ea quæ vobis in memoriam redeunt, quæque cognovisse vos contigit, mihi breviter indicetis: De domno enim Nonnoso Abbate, qui juxta domnum Anastasium de Pentumis fuit, aliqua retulisse te memini, quæ oblivioni mandavi. Et hoc igitur, & si qua sunt talia, tuis peto epistolis imprimi, & mihi sub celeritate transmitti, si tamen ad me ipse non properas.* Hæc ad Maximianum, mirificum illum virum ipsius Gregorii monasterii Sancti Andreæ antea præfectum, quem secum (ut vidimus superiori tomo) Constantinopolim duxit. Porro id genus alias litteras ad diversos scripsisse, cum hujusmodi meditaretur opus, nulli dubium esse potest: siquidem a diversis, quos testes citat, ea quæ scribit, se accepisse cum testetur, eosdem vel accersisse Romam, vel litteris admonuisse, ut quæ scirent scriberent (ut fecit cum Maximiano) necesse est affirmare.

Porro quod absolvisset idem S. Gregorius opus quadraginta homiliarum, in quibus contigerat (ut ex eis apparet) aliquid hujusmodi inter concionandum referre mirabilium rerum: incendit animos fratrum suorum, quos refert, & puto, aliorum, qui & eum sæpe rogarint, ut quæ reliqua essent, una cum illis perpetuitati (ne oblivione delerentur) consecraret scriptis suorum temporum monumentis: quod egregie præstitit, ipsaque cuncta per dialogismum prosecutus est, adhibens secum in ea solitudine Petrum diaconum, virum a pueritia sibi usu amicitiæ intimum. Quæ ipse omnia in exordio operis aperit, cum ita præfatur (c): XLIII.

(c) Greg. dial. l. 1. in præf. XLIV. Secretum petit locum Greg. scripturus dialogos. *Quadam die nimiis quorumdam sæcularium tumultibus depressus, quibus in suis negotiis plerumque cogimur solvere etiam quod nos certum est non debere.* Ista dicens, videtur plane alludere ad controversiam illam, quam exercuit cum Mauritio Imperatore de iniqua lege ab ipso edita, quam ad tempus perferre cogeretur, licet ea minime posset obstrin-

gi. Sed pergit, dicens: *Secretum locum petii amicum mœrori, ubi omne quod de mea mihi occupatione displicebat, se patenter ostenderet, & cuncta quæ infligere dolorem consueverant, congesta ante oculos licenter venirent. Ibi itaque cum afflictus valde & diu tacitus sederem, dilectissimus filius meus Petrus diaconus affuit, qui mihi a primævo juventutis flore in amicitiis familiariter obstrictus est, atque ad sacri verbi indagationem socius. Qui gravi excoqui cordis languore me intuens, ait: Numquidnam novi tibi aliquid accidit, quod plus te solito mœror tenet? Cum inquam: Mœror, Petre, quem quotidie patior & semper mihi per usum vetus est, & semper per augmentum novus, &c.*

XLV. Secessum requirit historiæ scriptio.

Quod S. Gregorium scripturum Dialogos, quibus historia texeretur, captasse recessum lego, non ita vero cum alias scriptiones adorsus est: mihi in mentem veniunt, quæ de bis Cicero, quæ Plinius, sive alii in eamdem sententiam scriptis prodidere. Omnibus namque solutum esse negotiis oportere, qui in ea se exercere vult facultate, Cicero tradidit (*a*). Plinius itidem rogatus scribere historiam, eamdem excusationem affert, nimirum non esse sibi integrum id aggredi, nisi secretum solitariumque locum aliis liber negotiis petat, quod tradit ad Euritium scribens (*b*). Hæc autem volui considetanda proposuisse, quo, si minus forte omnes explesse me numeros in Annalibus conscribendis quis invenerit, excuset, quod numquam mibi licuerit vel diem unam vacuam ab interventoribus, absque alienis curis atque molestiis, felicem albo signandam lapide, transigete solitarium.

(*a*) *Cic. de leg. l. 1.*

(*b*) *Plin. l. 5. ep. 8.*

XLVI.

Porro quod ad sancti Gregorii Dialogos pertinet, non tacemus eosdem a Zacharia Papa fuisse ex Latino in Græcum conversos, ita plane expetentibus Græcis Romanas merces, quas noscerent omni penitus impostura carere. Sed quid accidit? eorum posteri eosdem postea alicubi polluerunt, ut Joannes diaconus observavit: nempe, quod S. Gregorius germane sincereque secundum majorum assertionem habet in fine secundi libri ipsorum Dialogorum, Spiritum sanctum a Patre Filioque procedere, corruperunt illi textum, ut Græce diceret, a Patre tantum procedere, dempto nomine Filii. Sed audi Joannem diaconum (*c*): *Quos libros Zacharias sanctæ Ecclesiæ Romanæ Episcopus Græco Latinoque sermone doctissimus temporibus Constantini Imper. post annos ferme centum septuagintaquinque in Græcam linguam convertens, Orientalibus Ecclesiis divulgavit: quamvis astuta Græcorum perversitas in commemoratione Spiritus sancti a Patre procedentis, nomen Filii suaptim radens abstulerit.* Hæc Joannes. Germani autem Latini codices eo loco ita habent: *Cum enim constet, quia paracletus Spiritus a Patre semper procedat, & Filio: cur se Filius recessurum dicit, ut ille veniat? &c.*

Græci corruptores dialogorum S. Gregor. Papæ.

(*c*) *Jo. dia. Vit. S. Gre. l. 4. c. 75.*

XLVII.

Sed antequam de impostura Græcorum agamus, corrigendus est in primis ipse Joannes, dum annos ferme centum septuagintaquinque intercurrisse ait a scriptione Gregorii usque ad Zachariam Pontificem, cum nonnisi anni fint centum quadragintaocto. Quod vero ad imposturam pertinet, undequaque confutatur & convincitur illorum Græcorum perversitas. Etenim non Latini tantum Patres ejus sententiæ hoc tempore fuerunt assertores, sed & Græci. Qui enim his temporibus luce plurima claruit in Oriente Anastasius Sinaita Antiochenus Episcopus, ad quem plures extant ejusdem S. Gregorii Papæ epistolæ, ista habet in libro primo de rectis fidei Catholicæ dogmatibus: *Rursum ipse Spiritus ab ipso procedis, mittitur non a Patre sole, sed & a Filio, quemadmodum ait ipse Dominus: Paracletus quem mittet vobis Pater. Et rursus: Si abiero, mittam eum ad vos, &c.* Sed & hanc Græci existimant Latinorum imposturam, dum vident hanc sententiam citatam & recitatam ab ipsorum homine, docto viro, Andrea Episcopo Colosensi in Actione septima Concilii Ferrariensis. Ex his lector, cætera cognoscere satis potes, & quomodo ipsorum obstinatæ mentes digne luant pœnas sub Turca tyranno.

Græci veteris assertores rectorum dogmatum.

XLVIII. Tempus scriptionis dialogorum.

Cæterum ne quid de tempore dubites scriptorum a Gregorio Dialogorum: elaboratos eos esse anno quarto ipsius Pontificatus, ejusdem sæpe testificatione certum redditur. Ita quidem colligere licet ex pluribus locis (*d*) quarti & ultimi ipsorum libri, in quibus cum de peste mentionem facit, quæ Urbem depasta est eo anno quo ipse Pontifex creatus fuit, ante triennium accidisse, semper affirmat.

(*d*) *Greg. dial. l. 4. c. 16. 36. 47. & 55.*

XLIX. Redarguitur Episc. Raven. ob usum pallii.

At secessio illa brevis, & otium illud haud omnino Pontificalibus negotiis feriatum extitit, ut datæ hoc anno ab eo epistolæ docent: nam inter alia altercandum ipsi fuit cum Joanne Archiepiscopo Ravennate, quod præter Ecclesiasticam consuetudinem nec tempore nec loco decenti pallio uteretur. Qui & objurgatus cum perindigne id tulisset, hæc ad eum initio ferme epistolæ Gregorius habet (*e*): *Contra morem quippe Ecclesiasticum est, si non patientissime toleratur (quod a nobis absit) etiam injusta correptio &c.* Ex quibus quidem verbis satis percipere potes, quanta ab universis Episcopis reverentia & observantia Summo Pontifici deferretur, cum licet injuste correpti, non resilire, sed patien-

(*e*) *Greg. li. 2. epist. 54. Ind. 11.*

ter

tet ferre solerent. Extat ad hanc Gregorii correptionem responsio Joannis ipsius Episcopi Ravennatis, qua demisso admodum animo se excusat: habetur non suo loco in veteri editione, sine titulo Ecclesiæ Ravennatis, libro decimo, epistola quinquagesimasexta. Ubi inter alia:

L. Joannes se excusat.

*Recolo me*, inquit, *in sinu atque in gremio sacrosanctæ Ecclesiæ vestræ Romanæ & nutritum, & Deo auxiliante provectum. Et quibus ausibus ego sanctissimæ illi sedi, quæ universali Ecclesiæ jura sua transmittit, præsumpserim obviare, propter cujus conservandam auctoritatem (sicut Deo manifestum est) multorum contra me inimicorum invidiam graviter excitavi?* Et in fine: *Quia ergo universa privilegia, quæ sanctæ Ravennati Ecclesiæ a prædecessoribus vestris indulta sunt, pro majori satisfactione subjeci, in scriniis venerabilibus, secundum consecrationum decessorum meorum tempora, fidem nihilominus reperitis: nunc vero in Dei & vestra est potestate, quicquid veritate cognita fieri jusseritis. Quoniam ego jussionibus Apostolatus domini mei parere desiderans (quamvis antiqua consuetudo obtinuit) usque ad sanctam jussionem parere curavi.* Hæc Joannes, ingenue professus veritatem, omnia nimirum privilegia Ravennatis Ecclesiæ esse collata a Romanis Pontificibus. Ex quibus redarguas illos, qui ea præseferunt ab Imperatoribus esse collata, quos alias suo loco redarguimus.

LI. (a) Greg. l. 2. epist. 40.41.42. Ind. 11. Felix Episcopus redarguitur.

Corripuit insuper idem Pontifex Gregorius diversis ex causis diversos (a) alios Episcopos, ut Felicem Sipontinum, quod ejus nepos stuprum perpetrasset: in ipsum Episcopum redundare scelus affirmans, quod ab ejus nepote admissum esset; nam ait: *Expectabamus fraternitatem tuam sua aliquos ad Deum prædicatione convertere, & male agentes ad rectitudinem revocare. Quare nimis contristamur, quia e diverso in nepotis tui Felicis pravitate, tua evidenter, qui talem nutristi, culpa monstrata est.* Insuper quod & hunc dilapidare bona Ecclesiæ audisset, duos ad eum misit Notarios, qui Inventarium, sive Breve (ut dicebatur) sive matriculam conficerent de rebus mobilibus ejus Ecclesiæ. Redarguit rursus eumdem, quod clericum suæ Ecclesiæ ab hostibus captum non redemerit: *Nam valde*, inquit, (b) *durum est, si de Ecclesia, cui militat, remedium nullum inveniat.* Andream præterea Episcopum Tarentinum ob concubinatum & nimiam in corrigendo severitatem adhibitam punit (c). Damnatum item Paulum Episcopum, in monasterio ad pœnitentiam agendam manere voluit (d). Redegit pariter in ordinem Agathonem Episcopum Liparitanum, quem tamen ex illa Ecclesia voluit accipere alimenta (e). Insuper & Bonifacium Regitanum Episcopum redarguit, quod sineret clerum suum solute ubsque Ecclesiastica disciplina vivere; nam ait (f): *Contumelia siquidem sacerdotum est, de divinis cultibus admoneri. Quod enim ipsi debent exigere, exiguntur.*

(b) Greg. l. 3. ep. 17. Ind. 12.
(c) Idem li. 2. epist. 44. 45. Ind. 11.
(d) Greg. li. 2. epist. 49. Ind. 11.
(e) Idem l. 2. epist. 53.
(f) Idem l. 3. ep. 3.

LII. De electione Episc. Salonitani.

Fuerunt etiam a Gregorio corripiendi Episcopi omnes Dalmatiæ provinciæ, eo quod vacante hoc anno sede Salonitana ob Nataiis ejus Episcopi obitum, cum de procuranda successoris electione ipse Gregorius haud mediocriter solicitus esset, electo (g) primum ab ejusdem Ecclesiæ clero Honorato diacono, quem de criminibus objectis Gregorius ipse innocentem absolvit: iidem Dalmatiæ Episcopi Maximum quemdam pravum hominem ejusdem Ecclesiæ deligere studuerunt Metropolitanum Episcopum. Hæc nefanda Gregorius audiens, Apostolica fultus auctoritate, non solum Maximum rejecit, sed & ne inconsulta Apostolica sede alium quemvis eligerent, eisdem præcepit, ita ipsos redarguens (h):

(g) Greg. l. 2. ep. 21. Ind. 11. ep. 32. Greg. l. 2. ep. 46. Indict. 11.
(h) Greg. l. 3. ep. 15. Ind. 12.

LIII. *Oportuerat quidem fraternitatem vestram divini respectu judicii, clausis carnalibus oculis, nihil quod ad Deum pertinet a recta mentis intentione omittere, nec cujuslibet hominis faciem rectitudini justitiæ præponere. Sed postquam mores vestri ita sunt sæcularibus traducti negotiis, ut obliviscentes omnem sacerdotalis in vobis honoris tramitem, cunctumque superni metus intuitum, non quid Deo, sed quid vobis placeat, studeatis explere: necesse habuimus hæc ad vos districtiora specialiter scripta transmittere, quibus ex beati Petri principis Apostolorum auctoritate præcipimus, ut nulli penitus extra consensum permissionemque nostram quantum ad Episcopatus ordinationem pertinet, in Salonitana civitate manus præsumatis imponere, nec quemquam in civitate ipsa aliter quam diximus ordinare. Quod si contra hæc quippiam vel sponte vestra, vel a quolibet coacti præsumpseritis vel tentaveritis agere: decernimus vos a Dominici corporis & sanguinis participatione privatos, &c.*

LIV. Quomodo autem contra prohibitionem iidem ordinantes Maximum excommunicati sunt, & ordinatus inordinatus remansit, dicetur anno sequenti, quo contigit; cum Apostolicæ sedis vigorem, quantus esset, experiri coacti sunt contumaces. Pendebat adhuc & electio Neapolitani Episcopi: quando revocans curatorem Paulum, idem Gregorius (i) litteris urgens, effecit tandem ut Fortunatus eligeretur: quem de munere suo digne explendo datis ad eum litteris monuit (k), deque consecrando monasterio Gratiosæ Abbatissæ mandavit. Misit (l) etiam Gregorius in Achajam, qui

(i) Greg. l. 2. ep. 35. Ind. 11.
(k) Greg. l. 2. ep. 59. 60. Ind. 11.
(l) Greg. l. 2. ep. 38. Ind. 11.

cau-

causam Hadriani Episcopi cognosceret, licet inter ream & accusatorem transactum esset. Hæc de rebus cum Episcopis peractis.

LV. Sed quam curam hoc anno adhibuerit monasteriis, monachorumque disciplinæ, videamus. Discolos enim monachos coercuit, Abbatemque post lapsum creatum digna plecti censura voluit, ac loco deponi: voluit etiam auferri (a) baptisteria ab ecclesiis monachorum, ne quavis occasione conversatione sæculari detinerentur. Præcepit insuper, ut monialium negotia obeunda foris deberet per suos ministros Episcopus, ne illæ egredi monasteriorum septa ea occasione cogerentur (b): lapsas virgines arctiori curavit pœnitentiæ subiiciendas. Addidit item, scribens ad Maximianum Syracusanum Episcopum, ne quis umquam clericorum præficeretur Abbas monasterio (c): quem & monuit, ne juvenculæ Abbatissæ eligerentur, sed tantum sexagenariæ.

(a) Greg. l.4. ep.36.
(b) Idem l.3. ep.9. Indict. 12.
(c) Idem l.3. ep.11. Ind. 12.

LVI. Greg. subvenit oppressis. Qui igitur corripuit (ut vidimus) inquietos, non destitit pusillanimes & in variis afflictionibus positos consolari, consulens singulorum opportunitatibus pro facultate: restitui enim voluit occupatam domum Floræ Abbatissæ (d): insuper pupillis reddi parentis bona, licet Ecclesiæ obligata. Redarguit Ariminenses, quod non compassi essent suo Episcopo. Presbyterum Mediolanensem insontem excommunicatum mandat absolvi. Dedit litteras ad omnes Episcopos Italiæ pro Armenio orphano genere nobili. Egit pro Episcopo Festo a suo populo contempto. Pro Theodosia femina adversus Januarium Calaritanum Episcopum, scripsit ad suos, necnon ad ipsum Episcopum, (e) itemque ad Regitanum Episcopum (f) pro Stephania femina oppressa. Mancipia Christiana (g) a Nasate Judæo empta reddi libertati mandavit, ipsum insuper puniri, quod lucri causa captandi, Eliæ prophetæ nomine exstruxisset altare, invitans Christianos ad cultum Eliæ. Insuper puellam (h) servituti obnoxiam, monasticam vitam amplecti cupientem, redimi Ecclesiæ pecunia voluit, ut voti compos effici posset. Cosmæ debita, quorum causa filios habebat a creditoribus detentos, dissolvi mandavit (i): pariter & auxiliatus est Petronillæ conversæ vim passæ (k). Alias itidem pro oppressis ad Maximianum Syracusanum Episcopum litteras dedit (l), subvenitque presbytero ob ægritudinem ab Episcopo pulso. Vetuit præterea Judæorum ancillas vel servos ad Ecclesiam fugientes eisdem reddi (m). Cum autem audisset, in angulo quodam Siciliæ adhuc reperiri quosdam idololatras & Angelorum cultores, (quæ Judæorum hæresis erat) loci Episcopum Eutychium admonuit (n) pro eorum conversione strenue laborare.

(d) Idem l.2. ep.17. & 11. Ind. 11. & ep. 24. 28. 35.
(e) Greg. l.2. ep.36. Ind. 11. & l.3. ep.8. Ind. 12.
(f) Idem l.2. ep.43. Ind. 11.
(g) Idem l.2. ep.37. Ind. 11.
(h) Greg. l.2. ep.39. Indict. 11.
(i) Idem l.2. ep.35. Ind. 11.
(k) Greg. l.3. ep.6. Ind. 12.
(l) Greg. l.3. ep.12
(m) Greg. l.3. ep.9. Ind. 12.
(n) Greg. l.2. ep.60. Ind. 11.



LVII. Bona præterea Ecclesiæ sic conservari voluit, ut tamen pauperum rationem haberi præcipuam jusserit, ut apparet ex epistola data ad Paschalem (o) & Domitianum & alios. At licet bonorum Ecclesiæ vindex fuerit atque defensor: sobrie tamen in his versatus est, non anxio animo, ut qui præcipue ad animas lucrandas, inde vero ad bona custodienda se sciret esse Pontificem ordinatum, sicque aliqua justa de causa interdum sibi dissimulandum putarit. Nam audi, quid ad Italicam Patriciam scripserit inter alia: (p) *Illud vero quod epistolis prædictis revocare in memoriam nostram excellentia vestra studiose contendit: scriptum vobis sciat, nihil cum scandalo, nihil cum forali strepitu vobiscum velle nos de causis pauperum definire. Hæc nos scripsisse meminimus, & scimus nosmetipsos, juvante Domino, a causarum litigiis Ecclesiastica moderatione compescere, atque secundum Apostolicum illum sensum, rapinam bonorum nostrorum cum gaudio sustinere. Sed illud scire vos volumus, taciturnitatem atque patientiam nostram futuris post me Pontificibus in rebus pauperum præjudicium non facturam, &c.* Fuit Italica femina Patricia potentissima, in Sicilia sub Imperatoris protectione degens. Ad ejusdem nominis religiosas feminas Consulares extant epistolæ scriptæ a sanctis Patribus Ambrosio, Hieronymo, Augustino, atque Chrysostomo.

(o) Idem l.2. ep.22. Ind. 11. Cura rerum temporalium non anxia.
(p) Idem l.2. ep 18. Ind. 11.

LVIII. Tenax exactor Gregorius fuit, ut pauperibus debita ab Episcopis redderentur, nempe quarta pars Ecclesiasticorum proventuum: hinc ad Maximianum Syracusanum Episcopum ista habet (q): *Cognovimus namque de redditibus Ecclesiarum noviter acquisitis canonicam dispositionem quartarum minime provenire, sed Episcopos locorum tantummodo distribuere quartam antiquorum redditaum, nunc vero quæsita suis usibus retinere. Quam rem pravam subintroductamque consuetudinem fraternitas tua vivaciter emendare festinet, &c.* At de quarta sive tertia pauperibus debita superius diffusius actum est quinto Annalium tomo. Quod rursum ad bona Ecclesiæ pertinet; curavit hoc anno, ut furata Ecclesiarum diversarum vasa, & in Siciliam delata, diligenter investigarentur (r).

(q) Greg. l.3. ep.10. Ind. 12.
(r) Greg. l.3. ep.15. Ind.

LIX. Sacra munera ad Dinamium missa. Qui laborantes pro bonis Ecclesiasticis digna mercede munerari voluit: si ea curantes mercenarii minime essent, eos gratis donis sacris dignari consuevit: nam hoc anno Dinamium Patricium curantem patrimonium S. Petri in Galliis aliquo ejusmodi munere honestavit, cui hæc scripsit inter alia (s): *Transmisimus autem beati Petri Apostoli benedictionem, crucem parvulam, cui de catenis ejus beneficia sunt insorta: quæ illius quidem ad*

(s) Greg. l.2. ep.33. Ind. 11.

*tempus ligaverunt, sed vestra colla in perpetuum a peccatis solvant. Per quatuor vero in circuitu partes de beati Laurentii craticula, in qua perustus est, beneficia continentur: ut hoc ubi corpus illius pro veritate crematum est, vestram mentem ad amorem Domini accendat.* Hactenus de sacris muneribus. Porro hunc illum puto esse Dinamium degentem Massiliæ, virum clarissimum, Venantio Fortunato amicitia conjunctissimum, ad quem extant ejusdem Fortunati scripta carmina; (a) quem & rectorem fuisse Massiliæ Civitatis, Gregorius Turonensis affirmat (b).

(a) Fortun. car. l.6. ad finem. (b) Greg. Tur. l.6. c. 11.

LX. Sub hac item undecima Indictione scripta apparet Gregorii epistola ad Petrum subdiaconum curantem Siciliæ patrimonium, quæ quidem non suo loco posita habetur sub Indictione septima collocata: verum cum ab eo rationem proxime præteritarum Indictionum nonæ atque decimæ exigit, utique sub undecima eam datam esse Indictione asseri posse videtur. Multiplicia habet illa negotia quam diligentissime examinata, ut admiratione sit dignum, tam diligenter privata negotia ab eo esse curata, qui publicis pene obrutus mergeretur; & terrena adeo solerter intuitum, qui contemplando cælestia, cælestis propemodum appareret. Habet prætetea lepida quædam; ex quibus aliquid tamen haurias utilitatis, dum post multa observatione dignissima, hæc de missis ab eo jumentis habet (c): *Præterea unum nobis caballum miserum & quinque bonos asinos transmisisti. Caballum illum sedere non possum, quia miser est; illos autem bonos sedere non possum, quia asini sunt. Sed petimus, ut si nos continere disponitis, aliquid nobis condignum deferatis.* Hæc ipse; qui in eleemosynarum largitione effusissimus existens; egentissimus in iis quæ ad sui corporis usum spectarent, esse voluit: nam vel absque equis stabula possidens, vel non bonis, ex Sicilia ad se equum mitti expectavit, Pontifice tamen dignum: ut videas ita paupertatis fuisse cultorem, ut tamen sacerdotalis decoris esset tenacissimus. Hæc autem spectanda proponimus adversus eos qui Pontificium decus totum collocant in regio apparatu, quo si vel minimum careat, imminui penitus putant Pontificiam majestatem. Sed cum & hoc non negligendum putemus, Apostolicum tamen splendorem cælestibus magis intelligant micare radiis, & divinæ præsentiæ, quæ ei assistens invigilat coruscare fulgoribus, illustrari insuper addito nitore virtutum: cum sciamus pauperrimos sæpe Pontifices extorres Regibus imperasse, & imperatores potentissimos infrœnasse, atque ad pœnitentiam humi quoque prostrasse.

Cura exacta rerum temporalium.

(c) Greg. l.12. ep.30. Indict.7.

Tenuis supellex Gregorii.

LXI. Ad postremum autem, ut rebus gestis S. Gregorii anni hujus finem imponamus; quæ de statu suo ipse scribat in Epistola ad Narsetem (d), hæc accipe: *Peto, inquit, ut mihi ignoscas, quod epistolis tuis sub brevitate respondeo: quia tantis tribulationibus premor, ut mihi neque legere, neque per epistolas multa loqui liceat. Hoc solum tibi breviter dico, quia oblitus sum manducare panem meum a voce gemitus mei.* Hæc ad Narsetem Patricium Constantinopoli agentem, quocum, dum Constantinopoli esset, magnam consuetudinem contraxerat, simulque cum ejus domesticis, de quibus in fine: *Omnes qui vobiscum sunt, mea peto vice salutari. Domnæ Dominicæ salutes meas dicite: cui minime respondi, quia cum sit Latina, Græce mihi scripsit.* Ex illis namque ipsa fuisse videtur nobilibus Romanis, qui ob barbarorum infestationem ex Urbe migrarant Constantinopolim.

(d) Greg. l.2. ep.63. Ind. 11.

Greg. angustiæ.

LXII. Sed quid sibi vult Gregorius verbis illis: *Minime respondi: quia cum sit Latina Græce mihi scripsit?* Attende, quæso, quantam sterilitatem bonarum litterarum secum vexerint assidui in Italia bellorum motus, (quod & alias nos attigisse meminimus) ita ut haud in promptu esset facile reperiri, qui utriusque linguæ peritus esset. Certe quidem de se ipso testatur idem Gregorius alibi, Græcas litteras minime calluisse, cum ait (e): *Quamvis in multis occupatus quamvis Græcæ linguæ nescius, in contentione tamen vestra judex resedi, &c.* Hæc ad Anastasium presbyterum de contentione quæ intercedebat inter ipsum atque Hierosolymorum Episcopum. Sed eadem infelicitas Constantinopolitanam quoque urbem vexabat, ut careret illa homine, qui Latine scripta posset perfecte reddere Græcæ linguæ: nam ad eumdem qui supra Narsetem inferius hæc habet (f): *Quod vero scribitis, ut excellentissimæ filiæ meæ domnæ Gordiæ, & sanctissimæ filiæ ejus domnæ Theoctistæ, & magnificis earum hominibus domno Marino & domno Christodoro scribere debeam, eosque aliquid de anima sua admonere: bene scit dulcissima vestra magnitudo, quia hodie in Constantinopolitana civitate, qui de Latino in Græcum dictata bene transferant, non sunt: dum enim verba custodiunt, & sensus minime attendunt, nec verba intelligi faciunt, & sensus frangunt.* Hæc ipse.

Collapsus bonarum literarum cultus.

(e) Greg. l.6. ep.29. Ind. 15.

(f) Greg. l.6. ep.27. Ind. 15.

Hoc

LXIII. *Synodus Pictaviensis.* Hoc eodem anno qui & numeratur Regia Francorum Childeberti decimus quartus, conventus Episcoporum Pictavis in Gallia celebratus est, duarum regiarum monialium universam provinciam illam commoventium causa, cum & aliam antea eadem occasione oportuerit Synodum celebrari: de utrisque his meminit Gregorius Turonensis pluribus (*a*). Duæ namque Francorum Regum filiæ Chrodieldis filia Chariberti Regis, & Basina filia Chilperici, sub sancta Radegunde professæ virginitatem & monastica instituta sub regulis S. Cæsarii Episcopi Arelatensis, post obitum ejusdem sanctæ Reginæ non patientes ab Abbatissa Leubovera regi, eum ipsæ primatum ambirent, facta seditione extra claustra erumpentes, foras egressæ, secum traxerunt quadraginta & amplius virgines, eo prætextu, ut Reges Francorum adirent, & quod male tractarentur ab Abbatissa expostularent. Sed vide furorem femineum nullam locorum & temporum rationem habentem:

(*a*) *Greg. Tur. hist. Franc. l. 9. c. 39. 40. 41. & l. 10. c. 15. 16. 17. 18. 19.*

LXIV. *Venerant* (inquit Gregorius (*b*) *pedestri itinere a Pictavo, nec ullius equi beneficium habuerunt; unde anhelæ & fatis exiguæ, id est consumptæ erant: sed nec victus alimoniam ullam eis in via quisquam præbuerat. Accesserunt enim ad urbem nostram die prima mensis primi: erant enim pluviæ magnæ, sed & viæ dissolutæ erant a nimia immensitate aquarum.* Sed has omnes difficultates cæcus furor minime consideravit, & obstinatio feminea superavit. Expectato autem æstivo tempore, Chrodieldis ad Guntheramnum Regem profecta est, sed nihil agens, nisi quod muneribus donata recessit, rediitque Turonos: cum interim ex seductis virginibus complures lapsæ abierunt retro post satanam, viris matrimonio colligatæ. Regressæ vero *Pictavos* duæ cum armato satellitio, se intra S. Hilarii basilicam continuerunt, indeque armatos nefandissimos homines ad invadendum monasterium miserunt, atque Abbatissam vinculis alligandam; quod & factum est.

(*b*) *Greg. Tur. ib. l. 9. c. 39.*

LXV. *Cum vero hæc agerentur* (subdit Gregorius *c*) *Gundegisilus Episcopus Burdegalensis, adjunctis secum Nicasio Engolismensi, & Saffario Petragoricensi, ac ipso Moroveo Pectaviensi Episcopis, eo quod hujus urbis metropolis esset, ad basilicam sancti Hilarii advenit, arguens has puellas, & in monasterium reducere cupiens: Sed cum illæ obstinatius reluctarentur, & hic cum reliquis (juxta epistolam superius nominatam) eis excommunicationem indiceret; exurgens turba muconum præfatorum tanta eos in ipsa sancti Hilarii basilica cæde mactavit, ut corruentibus in pavimento Episcopis, vix consurgere possent. Sed & diaconi & reliqui clerici sanguine perfusi, cum effractis capitibus basilicam sunt egressi. Tam immensus enim eos (&, ut credo, diabolo cooperante) pavor obsederat, ut egredientes a loco sancto, nec sibi Vale dicentes, unusquisque per viam, quam arripere potuit, repedaret.* Hæc in Episcopos. Subdit vero de factiosa femina Chrodielde. *Ex hoc*, inquit, *Chrodieldis ordinatores elegit, villas monasterii pervadit; & quoscumque de monasterio arripere potuisset, plagis ac cædibus affectos, suo servitio subjugavit; minans, ut si monasterium posset ingredi, Abbatissam de muro projectam terræ dejiceret.*

(*c*) *Greg. Tur. ib. c. 41.*

Episcopi cæduntur in ecclesia.

LXVI. Cum autem Episcopi illi, qui convenerant, easdem contumaces & factiosas feminas a sacra communione suspendissent, de his litteras dederunt ad alium conventum Episcoporum, qui apud Guntheramnum Regem collecti erant: qui & ad eos has litteras reddidere, probantes quæ ab ipsis facta essent (*d*):

(*d*) *Greg. Tur. ibid.*

*Dominis semper suis atque Apostolica sede dignissimis Gundegesilo, Nicasio, Saffario, Moroveo, Æthirius, Syagrius, Aunacharius* *, *Hesychius, Agricola, Urbicius, Felix, Veranus, item Felix, & Berthchramnus Episcopi.*

* Antcharius.

LXVII. *Epistola Synodalis ad Episc.* *Litteras vestræ beatitudinis, quantum referante nuncio de vestra sospitate gavisi, excepimus; tantum de injuria, quam vos pertulisse signastis, non modico moe-*

Aaaa 2 ro-

*Ann. Eccl. Tom. X.*

PAGIUS VII. *Moniales duæ Regum filiæ tumultus in Gallia excitant.* A num. LXIII. ad LXXXV. Gregorius Turonensis lib. 9. capp. 39. 40. & seqq. & lib. 10. cap. 10. fuse agit de orto scandalo in Monasterio Pictaviensi post *Sanctæ Radegundis* Reginæ ejus fundatricis mortem, occasione *Chrodieldis* filiæ Chariberti Regis, ac *Basina* filiæ Chilperici pariter Francorum Regis, quæ nolebant morem gerere *Leubovera* Abbatissæ, injectis in eam criminibus, ut loco ejus substitui possent. Utraque pedibus Turones venit *Kalendis Martiis* ad Sanctum Gregorium Turonensem, qui totum illud negotium prolixo stylo descripsit. Eo tandem proruplt *Chrodieldis* audacia, ut occupato nocte per emissarios suos Monasterio, vi Abbatissam inde abduxerit; ex quo dira mox secuta seditio cædibus, ac stragibus Urbem fœdavit. Re ad & *Childebertum* & *Guntramnum* Reges delata convenit inter eos, ut Episcopi ex utroque Regno conjuncti hæc quæ gerebantur, Canonica sanctione emendarent. Cogitur *Concilium Pictaviense*, ubi constituto judicio Abbatissa de levibus rebus confessa, gravioribus non probatis absolvitur, & Monasterio restituitur. *Chrodieldis*, ejusque consortes flagitiis & sceleribus comprobatis communione privatæ donec condignam pœnitentiam agerent. Hac discordia universa Gallia non parum fatigata. Verum cum Turonensis narret nec annis Childeberti Regis XIV. & XV. ea pertinent, partim ad annum Christi DLXXXIX. partim ad annum DXC. ut ex iis, quæ de Childeberti Regis initio diximus, indubitatum redditur.

*re astringimur, dum & regula transcenditur, & nulla reverentia religioni servatur. Sed quia indicastis monachas, quæ de monasterio bonæ memoriæ Radegundis, instigante diabolo, fuerunt digressæ, quod nullam a vobis acquieverint correctionem audire, nec intra monasterii sui septa, de quo egressæ fuerant, voluissent reverti, insuper basilicæ domni Hilarii per cædes vestras vestrorumque injuriam intulisse: quapropter ipsas a communionis gratia visi fueritis suspendere, ut per hoc nostram exinde mediocritatem elegistis consulere.*

LXVIII. Probantur quæ ab Episcopis acta sunt. *Igitur quia optime vos novimus statuta canonum percurrisse, ac regulæ plenitudinem continere, ut qui in talibus excessibus videntur deprehendi, non solum excommunicatione, verum etiam pœnitentiæ satisfactione debeant coerceri: ea de re addentes cum venerationis cultu summa aviditatis dilectionis instinctum, indicamus, ea quæ definistis, nos concordanter vestræ sententiæ consentire, quoadusque in Synodali Concilio Kalend. Novembribus pariter positi debeamus consilio tractare, qualiter talium temeritas frenum districtione possit accipere; ut deinceps nulli liceat sub hunc lapsum faciente jactantia similia perpetrare.*

LXIX. *Attamen quia nos sua dictione domnus Paulus Apostolus indesinenter videtur monere, ut opportune inopportuneque debeamus quoscumque excedentes sedula prædicatione corrigere, & pietatem protestatur ad omnia utilem esse; ideo suggerimus, ut adhuc & oratione assidua Domini misericordiam deprecemini, ut ipse spiritus compunctionis ipsas inflammare dignetur, ut id quod per delictum visæ sunt contraxisse, digna satisfactione pœniteant: ut in monasterio suo, vestra prædicatione, animæ quæ quodammodo perierunt, propitio Christo revertantur: ut ille, qui unam humeris inlatam errantem ovem ad ovilem reduxit, & de istarum transgressione quasi acquisito gregi congaudere dignetur: hæc specialius postulantes, ut pro nobis intercessionem vestrarum suffragia indesinenter (ut confidimus) tribuatis.* Hactenus epistola Synodalis, quam sicuti alia hujus temporis scripta barbarismis ac solœcismis scatentem cum legimus ne exhorrescat, qui delicati est gustus, & emunctæ naris; cum ad historiam satis sit, si veritas sincera condiat, quæ sunt ipsa styli rusticitate insipida: memor, quid Orator (a) de vetere illo dicat scriptore: *Attilius licet ferreus, sed quia verus scriptor, libenter est electus.* Porro eidem epistolæ hæ appositæ sunt subscriptiones:

(a) Cicer. de fin. l. 1.

LXX. *Peculiaris vester Ætherius peccator salutare præsumo. Cliens vester Hesychius reverenter audeo salutare. Amator vester Syagrius reverenter saluto. Cultor vester Urbicius * peccator famul inter saluto. Venerator vester Veranus Episcopus reverenter saluto. Famulus vester Felix salutare præsumo. Humilis vester atque amator Felix audeo salutare. Humilis atque obediens vester Bertheramnus Episcopus salutare præsumo.* Quarum autem Ecclesiarum hi fuerint Episcopi licet non exprimatur, reperies tamen his temporibus vixisse Ætherium Episcopum Lixoensem (de quo idem Gregorius agit (b) sive potius ejusdem nominis Episcopum Lugdunensem, ad quem extant sancti Gregorii Papæ litteræ; Hesychium vero fuisse Episcopum Gratianopolitanum, Syagrium Augustodunensem, Urbicium Regiensem in Gallia Narbonensi, Veranum Cabelicensem, Felicem Belicensem, qui subscripti reperiuntur Concilio posteriori Matisconensi haud pridem habito, & Betheramnum fuisse Episcopum Cænomanensem, de quo ipse Gregorius Turonensis (c) meminit.

* Urbicus Subscriptiones Episc.

(b) Greg. Tur. hist. Franc. l. 6. c. 36.

(c) Greg. Tur. l. 9. c. 18.

At quid factionis ductrix Megæra altera Chrodieldis? deteriora prioribus his adiecit: nam audi Gregorium, qui ait: (d) *Cum autem scandalum, quod serente diabolo in monasterio Pictaviensi ortum, in ampliorem quotidie iniquitatem consurgeret, & Chrodieldis aggregatis sibi (ut supra diximus) homicidis, maleficis, adulteris, fugitivis, & reliquorum criminum reis, in seditione parata resideret; jussit eis, ut irruentes nocte in monasterium, Abbatissam foras extraherent. At illa tumultum sentiens, venientium, ad sanctæ Crucis arcam se deportari poposcit: gravabatur enim humore doloris podagrici; scilicet ut vel eius foveretur auxilio. Sed ubi ingressi viri, cereo accenso, cum armis huc illucque vagarentur per monasterium inquirentes eam, introeuntes in oratorium, repererunt jacentem super humum ante arcam sanctæ Crucis. Tunc unus acerbior cæteris, qui ad hoc scelus patrandum aggressus fuerat ut Abbatissam gladio divideret, ab alio (ut credo, divina providentia cooperante) cultro percutitur; profluente vero sanguine, solo decubans, votum, quod levi conceperat animo non explevit. Interea Justina Præposita cum aliis sororibus palla altaris quod erat ante Crucem Dominicam, extincto cereo, Abbatissam operit. Sed venientes cum evaginatis gladiis ac lanceis, scissa veste, & pene sanctimonialium manibus laniatis, apprehensam Præpositam pro Abbatissa, quia tenebræ erant, excussis linteaminibus; a capite soluta cæsarie detrahunt, & usque basilicam sancti Hilarii inter manus deferunt custodiæ mancipandam: appropinquantesque basilicæ cælo modicum albescente, ubi cognoverunt non esse Abbatissam, mox ad mo-*

LXXI.

(d) Greg. Tur. hist. l. 10. c. 15. In Monasterium irruptio facta.

*nasterium redire puellam præcipiunt: revertentesque Abbatissam apprehendunt, intrahunt, & in custodiam juxta sancti Hilarii basilicam in loco ubi Basina metatum habebat, retrudunt, positis ad ostium custodibus, ne quis ullum captivæ præberet auxilium.*

LXXII. Rursum invadunt monasterium. *Exinde nocte subobscura aggressi monasterium, cum nullo fulgore accensi luminis potirentur, extracta promptuario cuppa, quæ olim pice linita sicca remanserat, ignem succendunt, factaque pharo magna, de hujus incendio cunctam monasterii supellectilem rapuerunt, hoc tantum quod ferre non poterant, relinquentes. Hæc autem gesta sunt ante septem dies Paschæ. Cumque Episcopus* Pictaviensis Morovcus *hæc omnia graviter ferret, nec valeret seditionem diabolicam mitigare, misit ad Chrodieldem dicens: Relinque Abbatissam, ut in his diebus in hoc carcere non retineatur: alioqui non celebrabo Pascha Domini, neque baptismum in hac urbe ullus catecumenus obtinebit, nisi Abbatissa a vinculo, quo tenetur, jubeatur absolvi. Quod si nec sic volueritis, collectis civibus auferam eam. Hæc eo dicente, statim Chrodieldis percussores deputat, dicens. Si eam violenter quis auferre tentaverit, statim eam gladio percutite. Adfuit autem diebus illis Flavianus nuper Domesticus ordinatus, cujus ope Abbatissa S. Hilarii ingressa basilicam absolvitur.*

LXXIII. Rursum cædes repetita. *Inter hæc ad sepulcrum sanctæ Radegundis homicidia perpetrantur, & ante ipsam beatæ Crucis arcam quidam per seditionem truncati sunt. Cumque hic furor, superveniente die, per Chrodieldis superbiam augeretur, & assiduæ cædes & reliquæ plagæ, quas supra memoravimus, a seditionariis perpetrarentur, atque ita hæc jactantia tumuisset, ut consobrinam suam Basinam altiori cothurno despiceret; illa pœnitentiam agere cœpit, dicens: Erravi sequendo Chrodieldis jactantiam; & ecce despectui habeor ab eadem, & Abbatissæ meæ contumax existo. Et conversa humiliavit se coram Abbatissa, expetens pacem ejus; fueruntque pariter uno animo, eademque voluntate. Denique orto scandalo, pueri qui cum Abbatissa erant, dum seditioni quam Chrodieldis schola commovit resisterent, puerum Basinæ percutiunt, qui cecidit & mortuus est. At illi post Abbatissam ad basilicam confessoris confugiunt: & ob hoc Basina, relicta Abbatissa, discessit; sed pueri iterum per fugam lapsi, in pace quam prius habuerunt, redierunt. Postea vero multæ inter has scholas inimicitiæ ortæ sunt. Quis igitur tantas plagas, tantasque strages, vel tanta mala verbis poterit explicare, ubi vix præteriit dies sine homicidio, hora sine jurgio, vel momentum aliquod sine fletu?*

Novum plane inventum hoc quod elegit diabolus ad vexandam Ecclesiam, quo jugiter affligit sanctos Episcopos, quibus ad hujuscemodi continendas in regulari observantia discolas nobiles moniales majus opus atque onus incumbit, quam in universo grege custodiendo. Sed habes expressam ex his originem, compertumque fontem, unde soleant tanta defluere mala, exoririque scandala: nimirum dum nobiles potentesque homines filias suas invitas licet detrudunt in monasteria tamquam in carcerem, ubi infelices illæ qua possunt via, cum in libertatem carnis, cujus fecisse jacturam dolent, sese vindicare laborant, hos gravissimos concitant fluctus, quibus universam commovent atque perturbant Ecclesiam. Ita plane (ut vidimus) tunc accidit, quod Francorum Reges quas filias ex concubinis genuissent, ad sanctam Radegundem, ut moniales ibi efficerentur, mittere consuevernt. Sed quæ scirent se ex Regibus ortas, haud passæ inferioris nobilitatis feminæ se esse subiectas, ejusmodi turbas concitavere. Ad hæc forte cavenda spectat, quod divina monent oracula (a), ne texat quis cum lino lanam, vel duplici semine agrum serat. Sicut enim cælum reddit in terra sanctarum virginum choros, quæ divino afflatæ spiritu, Deo se dicant oblatione libera atque spontanea mancipantes ad serviendum ipsi in monasterio: ita contra, quæ invitæ, sive parentum blandimentis vel minis vinciuntur votorum vinculis, & clauduntur veluti carcere monasterii, paradisum ipsum in infernum convertunt, seditionibus cuncta miscentes. Sed tragœdiæ hujus reliqua prosequamur, quomodo scilicet unius feminæ causa universæ Galliæ fatigantur. Pergit enim Gregorius. LXXIV. Unde provenient monasteriorum monialium clades.

(a) Deut. 22.

*Hæc autem Childebertus Rex audiens, legationem ad Guntheramnum Regem direxit, ut scilicet Episcopi conjuncti de utroque regno, hæc quæ gerebantur sanctione canonica emendarent. Ob hanc causam Childebertus Rex mediocritatis nostræ personam cum Ebregisilo Agrippinensi, & ipso urbis Pictavæ Moroveo Episcopo jussit adesse, Guntheramnus vero Rex Gundegisilum Burdegalensem cum provincialibus suis, eo quod ipse Metropolitanus huic urbi esset. Sed nos resultare cœpimus, dicentes, quod non accederemus ad hunc locum, nisi sæva seditio, quæ per Chrodieldem surrexit, Judicis districtione premitur. Pro hac causa Macconi tunc temporis Comiti prolata præceptio est, in qua jubebatur, ut hanc seditionem, si resisterent, vi opprimeret. Hæc audiens Chrodieldis, sicarios istos cum armis ante ostium oratorii astare jubet: ut scilicet repugnantes contra Judicem,* LXXV. Synodus Pictaviensis coacta.

*si vim*

*si vim vellet inferre, pariter resultarent. Unde necessarium fuit huic Comiti illuc cum armis procedere, & quosdam cæsos vectibus, nonnullos telis transfixos, & acrius resultantes gladiorum ictibus affectos opprimere. Quod cum Chrodieldis cerneret, accepta Cruce Dominica, cujus prius virtutem despexerat, in obviam egreditur, dicens: Nolite super me, quæso, vim inferre, quæ sum Regina, filia Regis, Regisque alterius consobrina: nolite facere, ne quando veniat tempus, ut ulciscar ex vobis.*

LXXVI. *Sed vulgus parvipendens quæ ab ea dicebantur, irruens (ut diximus) supra hos resultantes, vinctos monasterio extraxerunt, ac ad stipites extentos, gravissime cæsos, aliis cæsarie, aliis manibus, nonnullis auribus, naribusque decisis, seditio pressa quievit. Tunc residentibus sacerdotibus, &c.* Pergit enim dicere de judicio de Abbatissa habito tunc in Synodo, deque calumniis adversus eam a Chrodielde compositis; quæ omnia iidem Episcopi in Synodali epistola de eodem judicio, & lata sententia scripta intexuerunt, ita scribentes ad ipsos Francorum Reges (a):

(a) Extat apud Greg. Turon. l. 10. c. 16.

*Domnis gloriosissimis Regibus,*
*Episcopi qui adfuerunt.*

LXXVII. Synodalis ep. ad Reges Francorum. *Propitia Divinitate, piis atque Catholicis populo datis Principibus, quibus concessa est regio, rectissime suas causas patefacit religio, intelligens sacrosancto participante Spiritu, coram qui dominantur se sociari & constabiliri decreto. Et quia ex jussione potestatis vestræ cum ad Pictavam civitatem pro conditionibus monasterii sanctæ recordationis Radegundis convenimus, ut altercationes inter Abbatissam ejusdem monasterii, & monachas quæ de ipso grege non salubri deliberatione progressæ sunt, ipsis disceptantibus, agnoscere deberemus; evocatis Patribus, interrogata Chrodieldis & Basina, quare tam audacter contra suam regulam foribus monasterii confractis discesserant, & hac occasione congregatio adunata discessit? Quæ respondentes, professæ sunt, famis, nuditatis, insuper, & cædis se jam non ferre periculum. Adjicientes etiam, eo quod diversi earum in balneo lavarentur incongrue; ad tabulam ipsa luserit, atque sæculares cum Abbatissa refecerent: etiam sponsalia in monasterio facta sint: de palla holoserica vestimenta neptis suæ temerarie fecerit: foliola aurea, quæ fuerant in gyro pallæ, inconsulte sustulerit, & ad collum neptis suæ facinorose suspenderit: vittam de auro exornatam eidem nepti suæ superflue fecerit: barbatorias intus eo quod celebraverit.* Hactenus accusationes, quas diluit Abbatissa: pergunt enim quæ hæc sunt subsecuta Patres:

*Interrogantes Abbatissam, quid ad hæc responderet? dixit: De fame quod conqueruntur, secundum quod temporis penuria permitteret, numquam ipsæ nimiam egestatem pertulerunt. De vestimento vero dixit: Si quis earum arcellulas scrutaretur, amplius eas habere, quam necessitas indigeret. De balneo vero quod opponeretur, retulit hoc factum diebus Quadragesimæ, & pro calcis amaritudine, ne lavantibus noceret novitas ipsius fabricæ jussisse domnam Radegundem ut servientes monasterii publice, hoc visitarent, donec omnis odor nocendi discederet: quod per Quadragesimam usque ad Pentecosten in usu famulis fuerit. Ad hæc Chrodieldis respondit: Et postea similiter multi per tempora laverunt. Retulit Abbatissa, se nec probare quod dicerent, & se nescire an factum sit. Sed adhuc inculpans easdem, quod si ipsæ vidissent, cur Abbatissæ non proderent? De tabula vero respondit: Et si lusisset vivente domna Radegunde, se minus culpa respiceret: tamen nec in regula per scripturam prohiberi, nec in canonibus retulit: sed ad jussionem Episcoporum repromisit, cervice se inflexa, per pœnitentiam quicquid juberetur, implere.* Hic advertas, lector, secundum illud Apostoli (b): *Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt: omnia mihi licent, sed non omnia ædificant.* Etenim Apollonius antiquus Theologus (c) probro obiicit Priscillæ Montani, quod tabulis luderet: ait enim Propheta ne tabulis & tesseris ludit? Sed pergunt de excusatione ejus ad alias accusationes hæc dicere: LXXVIII.

(b) 1. Cor. 10.

(c) Apud Euseb. l. 5. c. 17.

*De conviviis etiam ait, se nullam novam fecisse consuetudinem, nisi sicut actum esset sub domna Radegunde, se Christianis fidelibus eulogias obtulisse; nec sibi comprobari cum illis ullatenus convivasse. De sponsalibus quoque ait: Coram Pontifice, clero, vel senioribus pro nepte sua orphanula arrhas accepisse: & tamen si hæc culpa sit, veniam se coram cunctis petere professa est; tamen nec tunc convivium in monasterio fecerit. De palla quod reputarent, protulit monacham nobilem, quæ ei mafortem holosericum, quem de parentibus detulit, muneris causa concesserit, & inde partem abscidisset, unde quod vellet & faceret: de reliquo vero quantum opportunum fuit, ad ornatum altaris pallam condigne condiderit; & de illa scissura, quæ pallæ superfuit, purpuram nepti suæ in tanica posuerit, quam ibi dedisse dixit, quo monasterio profuit: quæ per omnia donatrix Didimia confirmavit.* LXXIX.

Sed antequam ulterius progrediamur, quod audis donatum mafortem holosericum, tibi puto satisfaciendum, quem de voce ista exotica, mafortes, nonnihil hæ- LXXX. De Maforte.

hærentem videre lector, sum visus: ea quidem diversi generis indumentum pro diversarum personarum conditione reperimus significari. Atque in primis Cassianus (a) declarat, fuisse super humeros apponi solitum habitum monachi, ubi ait: *Post hæc angusto pallio tam amictus humilitatem, quam utilitatem pretii compendiumque sectantes, colla pariter & humeros tegunt: quod maforte, sive mavortes, tam nostro quam ipsorum nuncupatur eloquio*. Cæterum etsi ejusdem nominis haud idem erat hoc indumentum, de quo in hac Synodali epistola: etenim minime erat vile quod holosericum esset; neque breve, ex quo, & facta est altaris palla, & insuper ornata sponsa: unde magis illius generis putamus fuisse mafortem, de quo S. Hieronymus ad Eustochium scribit, cum hæc ait de incessu nimio stultarum virginum (b): *Et per humeros hyacinthina læna mavorte volitans*. Quibus intelligas, non breve fuisse palliolum & angustum, sed latam vestem, quæ præ latitudine expanderetur ad ventum, uti etiam in statuis sculptum videmus: commune tamen fuit utrique sexui, quod ad tegendum collum & humeros veluti pallium compositum erat, ob idque communi æque nomine mafortes diceretur. Sed de maforte satis. Prosequuntur reliqua Patres Concilii Pictaviensis.

(a) Cassia. l. 1. c. 7. de habitu monachi.

(b) Hier. ep. 22.

LXXXI. *De fibulis aureis & vitta auro exornata Macconem famulum vestrum præsentem testem adhibuit, eo quod per manum ejus a sponso puellæ prædictæ neptis suæ viginti solidos accepit, unde hoc publice fecerit, nec de re monasterii quicquam ibi permixtum sit. Interrogata Chrodieldis cum Basina, si forsitan aliquid Abbatissæ (quod absit) adulterii reputarent, sive quid homicidii, vel maleficii fecerit, aut crimen capitale, quo percuteretur, edicerent: respondentes protulerunt, non habere se aliquid nisi per hæc quæ dixerant, eam ista fecisse contra regulam proclamarent.*

*Ad extremum pro peccatis, quia claustra disrupta sunt, & miseras licuit sine disciplina Abbatissa sua, quod vellent committere per tot mensium spatia; quas credebamus innocentes monachas, nobis protulerunt prægnantes: quibus per ordinem discussis, nec invento crimine quod Abbatissam dejiceret, levioribus causis paterna commonitione contestati sumus, ut hæc nullatenus deinceps pro reprehensione repeterent. Tunc nobis percunctantibus causam adversæ partis, quæ majora crimina commiserunt, id est, quæ prædicationem sui sacerdotis intra monasterium, ne foras procederent, despexerunt Pontifice conculcato, & in summo contemptu monasterio relicto, confractis seris & januis irrito facto discesserunt; & ad suum peccatum alia tracta transgressa sunt. Insuper & Gundegisilus Pontifex cum suis provincialibus pro ipsa causa commonitus per præceptionem Regum Pictavos accessisset, & ad audientiam eas ad monasterium convocarent; despecta commonitione, ipsis occurrentibus ad beati Hilarii confessoris basilicam, ubi ipse commorabatur, accedentes, ut condecet pastorum solicitudinem, dum commonerentur, facta seditione fustibus tam Pontifices, quam ministros affecerunt, & intra basilicam fuderunt sanguinem Levitarum.*

*Dehinc ex jussione domnorum Principum cum vir venerabilis Thentarius presbyter in causa directus fuerit, & statutum fuisset quando judicium fieret: non expectato tempore, monasterium seditiosissime accensi in corte cuppie, vectibus ac securibus confractis posticis igne accenso, intra septa cæsis & vulneratis monachabus, in ipsis oratoriis spoliato monasterio, denudata & discissa capillis Abbatissa, graviter ad ridiculum ducta, & tracta per compita, & in locum retrusa, & si non ligata, nec libera: superveniente die Paschæ festa per saeculum, offerente Pontifice pro condemnata pretium ut spectaret vel baptismum, nec ulla suasione hoc impetrasset vox supplicum: atque respondente Chrodielde, eo quod tale facinus nec scissent nec jusserint, adhuc Chrodielde asserente ad intersignum suum, ne a suis interficeretur obtentum sit; unde certum est tractari quid ex hoc datur intelligi, quod additur crudelitati, ad sepulcrum beatæ Radegundis fugientem servum monasterii sui occiderent, & scelere crescente, nihil petendo sanaverint, sed per se post intrantes monasterium ceperint, & ad domnorum jussionem, ut seditiosos illos in publico repræsentarent, nolentes acquiescere, & contra Regum præcepta magis arma tenerent, & se sagittis vel lanceis contra Comitem & plebem indignanter erigerent: hinc demum egressa ad audientiam publicam, extrahunt Crucem sanctam sacratissimamque occulte, & ad injuriam indecenter, & ad culpam, quæ postea restituere coacta sunt in ecclesia.*

LXXXII.

*Quibus tot capitalibus agnitis facinoribus, nec refrenatis, sed jugiter magis auctis criminibus, nobis iisdem dicentibus, ut Abbatissæ pro culpa veniam peterent, aut quod male directum fuerat, emendarent; & nolentes hoc facere, sed magis de ejus interfectione tractarent, quod publice sunt professa: reservatis a nobis & recensitis canonibus, visum est æquissimum, ut eas, usquequo dignam agerent pœnitentiam, a communione privari, & Abbatissam loco suo permansuram restitui.* Hæc

LXXXIII. Excommunicantur discolæ moniales.

*Hæc nos pro vestra jussione, quod ad Ecclesiasticum pertinuit ordinem, circumscriptis canonibus, absque personarum aliqua acceptione suggerimus peregisse. De cætero, quod de rebus monasterii, vel instrumentis chartarum domnorum Regum parentum vestrorum de loco subreptum est, quæ se habere professæ sunt, sed nobis inobedientes nullatenus erunt voluntarie reddituræ: qualiter vestra vel anteriorum, Principum merces æterna permaneat, ad loci instaurationem vestræ pietatis atque potestatis est, auctoritate regia cogere reformari: neque ipsas ad locum quem tam impie & profanissime destruxerunt, ne pejora proveniant, vel redire concedite, vel permittatis iterum aspirare; quatenus his in integrum, præstante Domino, restitutis, sub Catholicis Regibus totum acquiratur Deo, nihil perdat religio: ut status conservatus tam Patrum, quam canonum nobis proficiat ad cultum, vobis propagetur ad fructum. Christus vos Dominus alat, regatque, regnum tribuens prolixius, vitamque conferat beatam.* Hucusque de Synodali judicio epistola ad Reges Francorum: hicque finis Synodi Pictaviensis ea de causa a Francorum Regibus convocatæ. Sed quid de feminis anathemate condemnatis? audi Gregorium (*a*):

(*a*) Greg. Tur. l. 10. c. 17.

LXXXIV. Adeunt Regem excommunicatæ.

*Post hæc*, inquit, *cum emisso judicio a communione fuissent suspensæ, Abbatissa etiam in monasterium restituta; hæ ad Childebertum Regem petierunt, adjicientes malum supra malum, denominantes scilicet Regi personas quasdam, quæ non solum cum ipsa Abbatissa adulteria exercerent, verum etiam ad inimicam ejus Fredegundem quotidie nuntia deportarent. Quod audiens Rex, misit qui eos vinctos adducerent: sed cum discussi, nihil criminis inventum in eis fuisset, abscedere jussi sunt.* Hæc de his Gregorius. Porro hæc cœpta hoc anno, qui numeratur decimusquartus Childeberti Regis ad annum decimumquintum ejusdem propagata esse, ex ejusdem Gregorii scriptis apparet. Quomodo autem eædem anno sequenti, collecto Metensi Concilio, veniam petentes, ab Episcopis sunt absolutæ, suo loco dicemus. Quo pariter anno contigisse convocari Episcopos ad dirimendam causam quamdam contra Tetradiam illustrem feminam idem Gregorius tradit (*b*).

(*b*) Greg. Tur. l. 10. c. 8.

LXXXV. Eodem quoque anno, petentibus Francorum Regibus, datum legitur a S. Gregorio Papa privilegium (*c*) monasterio S. Medardi Suessionensi in Gallia, ita enim ad finem ejus legitur: *Datum septimo Kalend. Junii, anno ab incarnatione Domini quingentesimo nonagesimo tertio* (ita veteres codices habent, & non *nonagesimoquarto*, ut recens habet editio) *mense Junio Indictione undecima*. Sed advertendum est, subscriptionem Episcoporum, & Regis Francorum Theodorici haud congruere his temporibus: siquidem complures Episcopi, qui subscripti reperiuntur, post aliquot abhinc annos creati noscuntur, veluti inter alios (ut de reliquis dicere omittamus) Augustinus Episcopus Cantuariensis, & Mellitus Londoniensis, quos constat neque hoc tempore profectos esse in Angliam, quo etiam neque Theodoricus regnabat in Galliis, sed Childebertus, ac Guntheramnus. Quamobrem in eam inducor sententiam, ut ea subscriptio postea adjecta fuerit. Est autem ejusmodi privilegii hoc exordium: *Pretiosissimis lapidibus in diademate Christi merito renitentibus, omnibusque sanctæ Dei Ecclesiæ membris, quorum universale caput est Christus, Gregorius licet sanctæ Romanæ sedis Pontificio sublimetur, humillimus tamen servorum Dei servus, &c.* Ita quidem ipse (ut profitetur postea in litteris datis ad Joannem Constantinopolitanum Episcopum) refugit nomen Universalis, quo deorsum inclinaret, qui illud indignissime usurparet, cum tamen re ipsa jure Pontificis universalis utatur præcipiens eodem decreto Episcopis omnibus atque Regibus. Sed & quomodo id profiteatur, ex ejus verbis audi, quæ habet inferius: *Caput*, inquit, *monasteriorum totius Galliæ constituimus, nullriusque ditioni patimur subesse. Sed velut hæc sedes Romana speculationem suam toto orbi indicit, & novas constitutiones * omnibus mittit, & omnium personarum servitio caret*, nulli subjecta videlicet: *ita præfatus locus, remota omni consuetudine pessima Regum, Antistitum, &c.*

(*c*) Greg. l. 2. ind. 11. post ep. 38. nov. edit.

De Privilegio concesso monasterio S. Medardi.

* consuetudines

LXXXVI. Pœna privationis comminata Regibus.

Sed quas infligat pœnas, audi quæ habet in fine: *Si quis autem Regum, Antistitum, Judicum, vel quarumcumque sæcularium personarum, hujus Apostolicæ auctoritatis, & nostræ præceptionis decreta violaverit, aut contradixerit, aut no-*

PAGIUS VIII. Privilegium Monasterio S. Medardi concessum.

Ad num. LXXXV. & seq. *Indictione undecima* in Registro Epistolarum Sancti Gregorii recitatur Privilegium quod Suessionensi Monasterio *Sancti Medardi* in Gallia hic Sanctus Pontifex dicitur concessisse, regnante Theodorico in Gallia. Verum, cum Indictio XI. non incidat in annum DXCIV. quo Privilegium datum dicitur, sed in currentem annum; Sanctus Gregorius annos Incarnationis in suis Epistolis non adhibeat; & Theodoricus ante annum DXCVI. non regnaverit, Joannes Launoius in Dissertatione singulari quam de eo Privilegio edidit, & Cointius hoc anno num. XII. & seq. illud suppositium esse contendunt. Adversus Launoium scripsit Robertus Quatremarius Monachus Benedictinus Congregationis S. Mauri, & prædictum

*negligenter duxerit, vel fratres inquietaverit, vel conturbaverit, vel aliter ordinaverit: cujuscumque dignitatis vel sublimitatis sit, honore suo privetur, &c.* Vides, lector, Pontificis Romani esse sancire leges, quibus si ipsi Reges non pareant, regno priventur: quæ etiam comminatio ab eodem apponi solita erat in aliis privilegiis, sive monasteriis, sive hospitalibus concessis, nempe ut priventur regno Reges, si quid ob eis contra ea quæ concessisset, factum fuisset. Consideravit hæc Gregorius Septimus Romanus Pontifex in epistola (*a*) ad Metensem Episcopum, atque recitatis privilegii hujus dictis verbis, hæc addidit: *Quod si beatus Gregorius doctor utique mitissimus, Reges qui statuta sua super unum xenodochium violarent, non modo deponi, sed etiam excommunicari, atque in æterno examine damnari decrevit; quis nos Henricum non solum Apostolicorum judiciorum contemptorem, verum etiam ipsius matris Ecclesiæ improbissimum prædonem & atrocissimum destructorem deposuisse, & excommunicasse reprehendat, nisi similis ejus?* Hæc ipse.

(*a*) *Greg. VII. l.8. ep. 21. & sup. l.4. ep. 2. & 23.*

LXXXVII. Ingoberga Regina defuncta.

Hoc etiam eodem anno, qui est decimusquartus Childeberti Regis Reginæ Francorum Ingobergæ maximæ piæ feminæ obitum Gregorius Turonensis ponit bis verbis (*b*): *Anno quoque quartodecimo Childeberti Regis, Ingoberga Regina, Chariberti quondam relicta, migravit a sæculo, mulier valde cordata, ac vita religiosa prædita, vigiliis, & orationibus atque eleemosynis non ignava: quæ, credo, per providentiam Dei commonita, ad me usque nuncios dirigens, ut in his quæ de voluntate sua, id est, pro animæ remedio cogitabat, adjutor existerem: sic tamen, ut ad ipsam accedens, quæ consilio habito, fieri decernebat, scriptura connecteret. Accessi, fateor, vidi hominem timentem Deum: quæ cum me benigne excepisset, notarium vocat, & habito (ut dixi) mecum consilio, quædam Ecclesiæ Turonicæ & basilicæ sancti Martini, quædam Cænomannicæ Ecclesiæ delegavit: ac post paucos menses subitanea ægritudine fatigata, migravit a sæculo, multos per chartulas liberos derelinquens, septuagesimo (ut arbitror) vitæ anno, relinquens unicam filiam, quam in Cantia Regis cujusdam filius matrimonio copulavit.*

(*b*) *Greg. Tur. hist. Franc. l.9. c.26.*

Quo pariter anno, quarto scilicet Gregorii Papæ, quo (ut dictum est) Dialogos scribebat, Sanctulus vir ille sanctitate celebris, cujus res mirifice gestas tertio Dialogorum libro intexuit, ex hac vita migravit: nam acturus de ipso, hæc præmittit (*c*): *Ante hos dies fere quadraginta vidisti apud me eum cujus superius memoriam feci, venerabilis vitæ presbyterum Sanctulum nomine, qui ad me ex Nursiæ provincia annis singulis venire consuevit. Sed ex eadem provincia quidam mensibus ante triduum venit, qui gravi nuncii mœrore me perculit, quia eumdem virum obiisse nunciavit, &c.* Pergit narrare ejus miracula, a nobis suo loco & tempore, quo sunt facta, relata. Hæc quidem hoc anno in Occidente. Sed belli motus, de quibus præfati sumus, jam nos revocant in Orientem. LXXXVIII.

(*c*) *Greg. dial. l.3. c.37.* Sanctuli presb. obitus.

Hoc namque anno (ut ex Gregorio percepimus) pacatis rebus Persicis, restituto per Mauritium in regnum Cosrhoe, vertenda fuerunt arma adversus Abares sub duce Cajano sive Chagano Thraciam invadentes, de quibus ista Nicephorus: (*d*) *Ineunte vere, translatis ex Oriente copiis, Mauritius Byzantio solvit, & multis impedimentis intervenientibus, Anchialum contendit: eo namque excurrere vel Abares audierat, post auream illam mensam & elephantis spectaculum, multorumque talentorum auri largitionem: quæ illis Imperator, pacem sibi complectendam ratus, petentibus tribuit. Ac primum Perinthum, quam nunc Heracleam vocant, cum quidem in terrores plures & in maximam tempestatis procellam incidisset, venit. In qua urbe Glyceriæ martyri, quæ ibi æde sacra magnifice constructa honoratur, debitam religionem persolvit. Et grave quiddam a barbarorum excursionibus passus exercitus, Duce in Europa Prisco creato, inde in ur-* LXXXIX.

(*d*) *Niceph. l.18. c.28.* Chaganus Dux Abarum irrumpit in Thraciam



PAGIUS

Privilegium omissis subscriptionibus publicavit. Legi possunt quæ in utramque partem hac de re superis annis edita fuere.

IX. *Ingoberga Reginæ obitus.*

Ad ann. LXXXVII. Gregorius Turonensis lib. 9. cap. 26. anno XIV. Childeberti Regis, narrat mortem *Ingobergæ* Reginæ Chariberti Francorum Regis viduæ, mulieris valde piæ, quæ reliquit filiam, a Gregorio Magno *Aldibergam*, a Beda vero lib. 4. cap. 26. *Bertham* appellatam. Nupsit hæc *Edilbertho* Cantii Regi & Christianam religionem invexit in Palatium Regum Anglorum, qui prius Idolis serviebant. Verum mortua *Ingoberga* anno DLXXXIX. qui Childeberti Regis decimus quartus est.

X.

A ann. LXXXIX. ad XCIII. Postquam pax in Oriente Romanos inter & Persas stabilita fuit, Mauricius Imp. copias in Europam transtulit adversus *Chaganum* Abarum seu Turcorum Regem, qui in Thracia tumultuabatur. Imperator ipse e Regia Urbe egressus, loca a Barbaris eversa contemplari voluit, & Ducis officio fungi. Cumque usque in Septimum, ut a Byzantiis nominatur processisset, *eo die Sol pene totus est obscuratus. Annus Imperii ejus nonus tum agebatur*, inquit Theophylactus lib. 5. cap. 16. Ejusdem Eclipsis Solaris diserte meminere Theophanes & Zonaras. Accidit illa, juxta Calvisium in Opere Chronologico, die decima nona Martii, feria quarta, non vero septima, ut ibidem errore Typographi legitur,

*Initium belli a Romanis adversus Abares gesti.*

*bem imperantem est reversus. Abarum vero & Slovinorum gentes, Istro trajecto, sub Chagono Hunno militantes, Thraciamque percurrentes & omnia passim diripientes, usque ad Heracleam pervenerunt. Quin Prisco Duce Turuli se continente, Didymoticum quoque stratagemate ceperunt. Eorum impetum arte & consilio quodam admirando Imperator inhibuit: qui se classe instructa in eorum sedes expeditionem facturum assimulavit. Quæ res metum illis ingentem incussit, & vel invitos ad sua redire coegit. Post quorum discessum Imperator ad transitum Istri, ne rursus barbari facile in Thraciam excurrerent, firma militum præsidia collocavit. Priscus autem Byzantium reversus, de manubiis accusatus est, & militarium copiarum præfecturæ dignitas ei abrogata, Petroque Mauritii fratri data. Verum cum & is nihil præclarum ex sententia Imperatoris gereret, adempto illi magistratu, eodemque Prisco reddito, domi ipse consedit.* Ista utique hoc anno, cum S. Gregorius Papa de restituto Prisco in gradum pristinum congaudens, & salutaria monita impartiens, ista ad ipsum scripsit mense Julio (*a*):

(*a*) Greg. l. 2. ep. 51. Ind. 11. XC. S. Greg. ep. ad Priscum magistrum militum.

*Si vitæ istius cursum veraciter attendamus, nihil in eo firmum, nihil invenimus stabile; sed quemadmodum viator modo per plana, modo per aspera graditur, sic nobis utique in hac vita manentibus nunc prosperitas, nunc occurrit adversitas. Denique alternis sibi succedunt temporibus, & mutua se vice confundunt. Dum igitur omnia in hoc mundo mutabilitatis ordo confundit, nec elevari prosperis, nec frangi debemus adversis. Tota ergo mente ad illum nos convenit anhelare, ubi quicquid est, firmum permanet, ubi non mutatur adversitate prosperitas. In hac ergo vita miro Dei omnipotentis moderamine idcirco agitur, ut vel prosperitatem adversitas, vel adversitatem prosperitas subsequatur: quatenus & humilitate discamos quicquid deliquimus flere, & iterum exaltati adversitatis memoriam quasi humilitatis anchoram in mente teneamus.*

*Non in hoc ergo Creatoris nostri ira est deputanda, sed gratia, per quam discimus, ut ejus dona tanto servemus verius, quanto humilius tenemus. Quia igitur perfectam vos dominorum gratiam auctore omnipotente Deo reparasse cognovimus, magna pro vobis exultatione gaudemus, optantes ut vitam vestram rerum omnium gubernator & bonis semper præsentibus fulciat, & ad gaudia perpetua extendat. Hæc vobis ideo loquor, quia multum vos diligo, atque me a vobis diligi scio. Sed hoc quod me diligitis, in latorem præsentium, Sabinianum diaconum demonstrate, ut ubi usus exegerit, vestra patrocinia consequatur. Vir autem gloriosus Castus præco laudum vestrarum in Romanis partibus exsistit, quem vestræ excellentiæ paterna dilectione commendo.* Hucusque ad Priscum Gregorius.

*Sic*

PAGIUS horis post mediam noctem decem Constantinopoli, idque anno quingentesimo nonagesimo secundo. Ejusdem Eclipsis calculum pleniorem descripsit Petavius lib. 8. de Doct. Temp. pag. 813. adeo ut certum, indubitatumque sit, eo Christi anno deliquium illud Solare Constantinopoli visum esse. Indeque intelligimus, *Chosroem* anno DXCI. post vernum tempus in Regnum restitutum, & vere sequenti anni scilicet DXCII. tranquillis in Oriente Imperii rebus, *Mauricium* Aug. copias exinde in Occidentem transtulisse.

XI. *Francorum legati ab Imperatore repulsam ferunt.* Mauricius post aliquot dies, cum de Legatorum Regis Persarum Adventu Byzantium certior factus esset, illuc rediit. *Die tertio*, inquit Theophylactus lib. 6. cap. 3. *Legati Celtiberorum, qui hodie Franci dicuntur, Boso & Bettus in urbe adsunt. Hujus gentis Princeps Theodoricus tributum pro societate cum Romanis ineunda, & pretium pro bello adversus Chaganum gerendo paciscebatur. Qui Legatos muneratus humaniter & Barbaros a Romanis exigere pecuniam inique petiens, hortatur Francos ut citra stipendium, seu vectigal, quod postulabant, armorum societate secum devinciri vellent. Chaganus item pacta tributa augeri a Cæsare contendebat, cui cum aures non darentur, continuum bellum moliri, & Sclavis bonum numerum parandorum actuariorum ad Istrum transiciendum indicere.* Verum Theophylactus loco Childeberti, *Theodoricum* per errorem scribit. Neque enim *Theodoricus* in Gallia regnavit ante annum DXCVI. ut suo loco ostendetur.

XII. *Iterum bellum Romanos inter & Avares gestum.* *Prisco* hujus belli Europæi administratio ab Imperatore commissa est, ut habet Theophylactus cap. 4. qui cap. 6. tradit, *Priscum instante jam hyeme* exercitum dimisisse, Byzantiumque reversum esse; *vere ineunte* sum auctoritate Imperatoris ad Istrum movisse, ut ab eo *Sclavorum* gens, quæ Chagano parebat, flumen trajicere prohiberetur, vel nolens securitatem & otium Thraciæ præstaret. Ubi Theophilactus de verno currentis Christi anni sine dubio loquitur. *Priscus* post aliqua gesta bellica trans Istrum hyemare jubetur, ut prodit Theophylactus cap. 10. qui capite sequenti subjungit, Imperatorem *Priscum* exauctorasse, & *Petrum*, cujus frater germanus erat, Romanarum copiarum Præfectum instituisse, is cum a Barbaris debellatus fuisset, Priscus Dux iterum renunciatur, & *Petrus* abrogata sibi functione Byzantium rediit, ait Theophylactus cap. 5. libri septimi. Quod cum accepisset S. Gregorius Papa scripsit ad Priscum Patricium Orientis Epistolam quæ est LI. libri secundi Registri sui Indictione XI. mense Julio, quæ est *de humilitate tenenda in prosperis & adversis*, & de ejus in pristinum gradum restitutione gratulatoria: *Quia igitur perfectam vos Dominorum* (nempe Mauricii & Theodosii Impp.) *gratiam auctore omnipotente Deo reparasse cognovimus, magna pro vobis exultatione gaudemus*. Sed cum mense Julio Indictione undecima, anno scilicet Christi currenti, *Priscus* nondum exauctoratus fuisset, annoque sequenti *Petrus* expeditiones militares confecerit, Priscus iterum belli Orientalis Dux de-

XCI. Sic igitur revocatus Priscus ad ordines militares, magna præda peracta, mox barbarum Regem Chaganum adversantem sensit, & amnem traiicere impedientem. Quamobrem legationem pacis mittere, ratio persuasit. *Sicque Theodorum medicum* (inquit Nicephorus (a) *virum cordatum, sagacitateque & prudentia multos excellentem, ad eum misit. Qui cum barbarum frementem maxime & superbientem, ac verborum fastu exultantem (nationum enim omnium dominum se esse minabundus jactabat) vidit, veteri quadam narratione barbaricum legatus lenivit tumorem. Inquit enim: Audi, Chagane, veterem & utilem orationem. Sesostris Ægyptiorum Rex illustris admodum & felix plurimas & maximas sibi subreeit nationes atque ex eo successu in protervam arrogantiam sublatus currum sibi aureum pellucidis pretiosisque lapillis ornatum fieri fecit: in quo consideus quatuor ex devictis Regibus currus, qui eum traherent, jugo illis imposito, junxit. Hoc vero cum sæpius fieret, & celebri quodam festoque die ex quatuor istis Regibus unus oculis conversis continue retrospiceret, & rotæ volubilitatem intueretur; Sesostrisque eum, cujus rei gratia tam frequenter oculos in rotam conjiceret, percontaretur: respondisse id fertur. Cum stupore admiror rotam, cum eam instabili modo ferri, atque alias aliter volvi & nunc quidem sublimia demittentem, rursus autem demissa sublimantem conspicio. Sesostris porro ubi dictum id intellexit, statuit, ne illi posthac currum traherent.*

(a) Niceph. l.18. c.29.

Theodori medici legatio ad Chaganum.

XCII. *Barbarus vero subridens, satis se pacem complecti indicavit, & Persens ei pro transitu bonam spoliorum partem, maxima quæque concedendo dedit, & se Romanorum ditione cedere (Romanum namque id solum esse) significavit. At barbarus Romanos armis & jure belli id amisisse respondit. Et cum Chaganus ad hunc modum familiarius cum Prisco rixaretur: Priscus ei, quod ex Oriente profugisset, conviciis loco objecit.* Hactenus de Chagani & Prisci rebus, liberataque Europa ab incursione Abarum cum armis Prisci, tum vero eloquentia Theodori medici, ad quem extant plures sancti Gregorii epistolæ, & inter alias illa superius recitata, qua persuadet cum Mauritio agere, ut latam impiam legem abroget. Quod vero ad temporis rationem spectat, errorem vides positum a Theophane, quod ista de Prisco contigerint anno Mauritii Imperatoris tertiodecimo, cum ea litteris recitatis sancti Gregorii ipsum hoc anno restitutum constet, dum adhuc tertius perseveraret Gregorii Pontificatus annus, cujus hoc anno quartus incipit mense Septembri. Quomodo vero Priscus una cum Commentiolo rupto fœdere, eumdem Regem vicerit, suo loco dicturi sumus.

Pax cum Chagano Rege facta.

XCIII. Quod autem nuper mentio facta est de Mauritio Imperatore visitante Heracleæ ecclesiam S. Glyceriæ, hic opportune quid his diebus illic acciderit, ea Nicephoro referam, rem sane memoria dignam: ait enim (b): *Minime vero abs re fuerit, si celeberrimæ martyris istius miraculo; nempe* Euphemiæ, de qua dicturi sumus inferius, *admirandæ Glyceriæ, & ipsius martyris miraculum conjunxero. Vir quidam, cui Paulino nomen erat, obscuro loco natus, in bonis autem disciplinis admodum educatus, manifesto in impostorum & maleficorum barathrum demersus esse deprehensus est. Incantatori huic & mago argentea fuit pelvis, in qua detestandum cruorem excipiens, per eum execrandus ipse cum apostatic virtutibus colloquebatur. Vasculum id, necessitate flagitante, argentariis vendidit. Qui pretio numerato, lancem eam receperunt, venalemque & ipsi pro foribus cuivis prætereunti emendi liberam facultatem facientes proposuerunt. Accidit autem, ut Perinthius Antistes*, ipsius scilicet Heracleæ, *Byzantii esset, & pelvim eam, ita ut venumdabatur, compararet.*

De miraculis S. Gliceriæ martyris.

(b) Niceph. l.18. c.32.

XCIV. *Itaque, cum vasculo empto se in suam sedem recepit, & ob reverentiam unguenti martyris Glyceriæ sublato priore vase æneo, argenteum istud reposuit, cultus divinitus manantis unguenti id maxime convenire arbitratus. Atque ille quidem hoc sic fecit: rivus autem unguenti constitit.*

Detestata martyr vas immundum.



PAGIUS electus non est ante finem anni DXCIV. ideoque ea Divi Gregorii Magni Epistola extra proprium locum in ejus Registro collocata. Theophanes in Chronico quæcumque ad hoc bellum pertinentia narravit, ex Theophylacto collegit. Sed illud anno uno tardius inchoavit, & quæ is in pauciores, ipse distribuit in plures; & aliquando in unum eumdemque confert, quæ in plures dispergenda erant. Qua de re legendus Goar in Notis ad illud Chronicon. De pace Romanos inter & Chaganum pacta, de qua Baronius hoc anno suo loco agemus.

XIII. A num. XCIII. ad XCVI. Anno superiori *Mauricium Augustum* ex Urbe exeuntem marina tempestas excepit, qui naufragio elapsus Heracleam Thraciæ Urbem in Propontide venit, *Gliceriaque Martyris templum ingressus, & quam maxime illud veneratus, pecuniam insuper ad partes ejus illato per Abaros incendio vastatas ac prolapsas iterum excitandas, exornandasque erogavit*, inquit Theophylactus lib. 6. cap. 2. Solemnis est S. Glyceriæ Martyris potissimum in Patriarchatu Constantinopolitano, & apud Orientales ad diem XIII. mensis Maii veneratio, ut liquet ex variis Synaxariis & Menæis Græcis ab Henschenio in Actis Sanctorum Bollandianis ad eum diem citatis. Erat in ea Urbe hujus Sanctæ Martyris templum, in eoque corpus ejus sacrum in magna veneratione, propter unguentum quod ex ejus monumen-

*Imperatoris pietas erga S. Glyceriam Martyrem.*

*Martyr enim ipsa tantum piaculum detestata, gratiam & donum id cohibuit: haudquaquam enim fas esse, sicuti etiam dicebat, ut mundum immundo contingeretur. Hoc postquam diebus plurimis fieri cognovit Episcopus, oppido quam graviter tulit, variasque curas in animo ipse suo quod ipsius culpa Ecclesia commoditate tanta privari deberet, volutavit. Proinde ad lacrymas & preces conversus, Deo supplicavit, ut rem tam gravem auferret, & facti ejus causam latentem ostenderet. Deus vero ejus abominationem cum amoliens, & inscitiam misericordia legitime prosequens, Antistiti in somnis lancis piaculum manifestat.*

XCV. *Ille statim argenteam phialam subduxit, & priorem illam aream perinde atque puram & quasi virginem & immaculatum ministram cultui religioso restituit. Et ecce tibi, de repente unguentum rursus scaturit, & miraculorum latex demo exundat. Piaculum autem execrandum manifeste in apertum producitur, & non aliter quam in publicis columnis incisum proponitur, urbique gloria sua redditur. Ea res ubi ad Imperatoris aures per primariæ sedis Episcopum (Joannes is jejunator erat) relata est, Princeps ab eodem Episcopo ad reos capitali supplicio persequendos excitatus est; nam is resipiscentia atque pœnitentia crimen corrigere volebat. Judicium igitur maximum cogitur, & maleficorum multitudo ingens producitur. Qui in gravem carcerem conjecti, ad supplicia, debitas persoluturi pœnas producti sunt. Inter quos Paulinus in palum summa parte biantem actus turpiter vitam finiit, cum prius cædis filii sui spectator fuisset: siquidem & hunc abunde imposturæ & malefici pravitatis imbuerat. Atque hoc ita est gestum.* Hæc Nicephorus. Eamdem historiam (a) exactissime descriptam habes a Theophylacto, dum Mauritiam texit historiam.

Malefici puniti.

(a) Theop. l. 8. c. 14.

XCVI. De miraculis ex S. Euphemiæ corpore.

Eadem quoque gratia pollebat sanctissima martyr Euphemia, de qua alias dictum est: præstabat vero in miraculis ista in eo, quod cum liquore etiam admixtum sanguinem e sacro corpore emittebat, eo tantum die, quo natalis ipsius anniversaria celebritate festivus populo recurrebat. Quid autem tunc acciderit de Mauritio Imperatore ex eodem Nicephoro accipe (b): *Hoc autem loco*, inquit, *quid Mauritio de celeberrima martyre Euphemia acciderit, dicam. Incessit namque cogitatio Imperatoris incesserat, ut anxie nimis de ingentibus ejus miraculis inquireret, & fallaciam hominum prodigia ab ea edita esse putaret. Ex adverso Constantinopolis inclyta Chalcedonensium civitas sita est, ubi sane templum quoque est magnifice constructum. Diximus autem non ita dudum, sacrosanctas ejus reliquias olim in hoc ipso templo in arca marmorea repositas esse, atque in ejusdem memoria miraculum insigne, atque eis qui id non viderunt, prope incredibile fieri solere. Ex quo enim illa in martyrii stadio decurrit, & corpus ejus in monumento conditum est, ipso passionis ejus die, in conspectu omnium, loci ejus Episcopus spongiis quibusdam ex defunctæ corpore sanguinis liquorem haurit. Sanguinem sane veluti ab recens cæso corpore vulnerum tabo mixtum, & unguentis quibusdam ex se ipsis natis temperatum cernas: quem exiguis vitreis vasculis Episcopus exceptum atque divisum turbæ advenienti donat.*

(b) Nicep. l. 18. c. 31.

XCVII. *Hoc igitur auditum (sicut dixi) animi quadam vecordia in dubium revocans Mauritius, cum tempus appeteret, argenteum ornatum ex sepulcro detrahit, & imperiali signo monumentum martyris obsignat: sic enim hoc incredulitatis volebat audacia. Postquam autem tempus ipsum quod debebat, advenit curiose mysterium indagat, accuratiusque experimento solito miraculum explorat. Ecce tibi vero rursus, sicut ante, sanguis unguento conditus instar rivuli e monumento promanat, & spongiæ sanguine suaveolente pinguescunt; & martyr ipsa tam, ut prolixius sanguinis fons proflueret, fecit. Atque illa ad hunc modum Imperatoris incredulitatem erudiens, castigavit. Ipse autem digitis sanguini admotis, eoque humore delibutis, se ipsum sanctificando conspersit; & re ipsa ut id crederet persuasus, deinceps cum admiratione laudes suas clara voce martyri tribuit.* Hucusque Nicephorus: atque de his hactenus. Recitat pariter eam historiam Theophylactus (c) in scripta a se historia Mauritiana.

Mauritius Imp. investigat de miraculis.

(c) Theop. l. 8. c. 14.

Eo-

PAGIUS

mento defluebat, ut docent Nicephorus, Callistus, (cujus verba recitat Baronius) & Theophylactus lib. 8. cap. 14. In Actis Martyrii ejus ex MS. Græco Latine ab Henschenio redditis dicitur, *Antoninum* Imperatorem *anno primo Imperii sui* Edictum promulgasse, quo qui nollent Diis sacrificare jubebantur interfici. Illud cum in Europam perlatum fuisset, *Sabinus* Græciæ Præses *Glyceriam* Virginem, quod nollet Diis sacrificare, vario supplicio affecit, tandemque jussit feris objici, & cum eis pugnare. Martyrium obiit una cum S. *Laodicio* custode carceris, cujus tamen nulla fit mentio in hodierno Martyrologio Romano ad diem XIII. Maii, quo S. *Glyceria* memoratur, licet nomen ejus legatur in Menologio Cardinalis Sirleti, quo usus est Baronius, qui etiam Sanctæ hujus Martyris non meminit, quando loquitur de Martyribus sub Antonino Pio passis.

XIV. A num. XCVI. ad XCVIII. Theophylactus lib. 8. cap. 14. prodit, in Urbe Chalcedonensi ex adverso Byzantii sita, esse templum Sanctæ *Euphemiæ* Martyris, ubi ejusdem sacratissimum corpus asservatur, & die quo ipsa Marty-

*Sudor sanguineus è corpore S. Euphemiæ effluere.*

rium

XCVIII. Eodem quoque anno, die Paschatis Theodosius filius Mauritii, jussu ejus, coronatur Imperator collega patris a Joanne Patriarcha Constantinopolitano. Ita ex Theophane: alii ante biennium, ut dictum est superius ex Biclarensi. Nomen quidem Augusti esse a patre consecutum Theodosium, ex publicis monumentis invenies apud sanctum Gregorium in epistolis (a):

(a) *Greg. l.4. ep.44.* Hoc præterea tempore claruisse in Perside insignem feminam Christianam, eamdemque corona martyrii auctam, cum Evagrius temporis hujus accuratus scriptor, tum alii recentiorum Græcorum tradunt. Evagrius enim in primis de ipsa habet ista (b): *Eodem tempore vixit apud nos Golanduch martyr, quæ multa tormenta perpessa, & a Magis Persis graviter excruciata, martyrii coronam post magna miracula, quæ ediderat, assecuta est. Cujus vita ab antiquiore Stephano Hierapolis Episcopo litteris mandata est.* Hæc Evagrius. Colinduch vocat eam Nicephorus (c), eumdemque Stephanum auctorem citat vitæ ejus, quædam captu difficilia narrans. Quicquid sit, certum est ab Orientalibus, penes quos, passa est, camdem receptam esse ut martyrem, cultuque anniversario celebratam. ☞ Sed & haud mediocrem addit historiæ auctoritatem Theophylactus, qui eam exactissime narrat (d) ☜. No-

(b) *Evag. l.6. c.19.* De Colinduch martyre.

(c) *Nicep. l.18. c.25.*

(d) *Theop. hist. Maur. Imp. l.5. c.12.*

PAGIUS rium obiit, in conspectu omnium, loci Episcopum, spongiis a corpore mortuo plurimum sanguinis colligere, quod per vascula vitrea ab eodem adventantibus distribuitur. Sed Mauricium *duodecimum jam annum agentem* rejecisse tam insigne miraculum, ac asseruisse illud fallacium hominum commentum esse. Cum itaque sepulcrum obsignasset, & ubi statu dies affuit, arcanum explorasset, iterum sanguine instar fontium fluit. Quo pacto *Mauricius* incredulitatem deposuit, & summa imposterum veneratione Martyrem prosecutus est. Colitur *Euphemia* in Martyrologio Romano, aliisque, die XVI. Septembris, in persecutione Diocletianea Martyrio coronata. Cum autem istud miraculum anno duodecimo *Mauricii* Imp. contigerit, pertinet ad præsentem annum, vel saltem ad insequentem.

XV. *Theodosius coronatur Imperator.* Ad num. XCVIII. *Theodosius* Imperator Mauritii filius coronatus est die XXVI. mensis Martii, die sancto Paschatis, ideoque anno DXC. quo Pascha in illum diem incidit. Qua de re legende quæ eo anno num. III. scripsimus. Baronius annum, quo Theodosius dictus Imperator, ab eo quo coronatus est, perperam distinguens, ejus coronationem in præsentem, contra mentem Theophanis distulit.

XVI. *Floret in Perside S. Golinducha.* Theophylactus lib. 5. cap. 12. loquens de iis, quæ anno DXCI. quo *Chosroes* in Regnum restitutus est, contigerunt, refert Sanctam feminam *Golinducham* multa eventura *Chosroa* vaticinatam fuisse, & Romanis de ejus ad ipsos perfugio, antequam fieret prædixisse. Nata erat Babyloniæ e Magorum familia, quæ cum viro nobili responsa esset, Christianam religionem venerata est, eoque in sua infidelitate demortuo Christianorum disciplina initiata est. Quod, ut Magi compererunt, eam tetro carceri incluserunt, ex quo Angelo apparente exiit, & Hierapolim venit ubi tolerantiæ corona cum triumpho sempiterno redimita est. Hæc Theophylactus. Evagrius lib.6. cap. 20. ait: *Iisdem temporibus Golanduch, Martyr vivens ac spirans, apud nos mansit*, ubi Martyr vivens appellatur, quod post Martyrium diu superstes vixit. Eam enim martyrium passam docent Evagrius citatus, & Nicephorus lib. 18. cap. 24. Ejus diem natalem Græci celebrant die undecimo Julii, ut legitur in Menologio, eique celebrem constitutum fuisse cultum Constantinopoli, docent Menæa Græca Basilii Imperatoris, & MS. Synaxarium Græcum Ecclesiæ Constantinopolitanæ quod servatur Parisiis in Bibliothece Collegii Ludovici Magni. Cognata fuit S. *Syra* Virginia, quæ Chosroe Seniori in Perside regnante Martyrium pertulit, ut anno DLIX. ostendi. Titulus enim passionis Sanctæ Siræ Græce scriptæ his verbis concipitur, ut refert Papebrocius ad diem XVIII. mensis Maii in Commentario prævio ad ejus Vitam: *Certamen S. Martyris Syra, Martyrium passa in Perside, cognata S. Golinducha (quæ & ipsa Martyrio coronata fuit) sub Chosroe avo Chosroes, qui hoc tempore regnat in Perside.*

*Evagrius* hoc anno Historiam suam absolvit, ut anno sequenti videbitur. *Guntramni* Francorum Regis mors ad hunc annum revocanda, ut anno DXCVIII. ostendam. Mortui & Sanctus *Simeon Junior Stylita*, & *Gregorius* Episcopus Antiochenus, ac *Anastasius* in Sedem Antiochenam restitutus, ut anno DLXXIV. de *Simeone* monstravi, & de *Gregorio* anno sequenti probabo. XVII. *Res ad hunc annum aliis narrata reducenda.*

I. NOnagesimusquartus supra quingentesimum annus duodecimæ Indictionis agitur, quo Mauritii octavus absolvitur, & Gregorii Papæ quintus inchoatur: cum ipsi Pontifici ex more laborandum fuit adversus schismaticos atque hæreticos, necnon pravos mores Orthodoxorum, præcipue vero clericorum. Quod vero in primis ad schismaticos pertinet: exigebant hi a Constantio Episcopo Mediolanensi recens creato, ut se recipi vellet, damnaret damnantes Tria illa capitula in Quinta Synodo reprobata, zelo quodam absque scientia concitati. Invaluerat enim apud eos (quod sæpe dictum est) sententia illa, qua asfererent per Quintam Synodum in damnandis Tribus capitulis irrogatam esse injuriam Synodo Chalcedonensi, cujus se esse defensores tenacesque custodes profiterentur: qua assertione interdum adeo valuerunt, ut optimos quosque in schisma pellicerent. De his autem cum idem Constantius Gregorium Romanum Pontificem consuluisset hoc anno, ad eum ista ipse respondit (a):

*Schismatici vexant Catholicos ob tria capitula.*

(a) Greg. l.5. ep.37. Ind. 12.

II. *Scriptis sanctitatis vestræ percursis, in gravi vos mærore esse cognovimus, maxime propter Episcopum & cives Brixiæ, qui vobis mandant, ut eis epistolam transmittatis, in qua jurare debeatis, vos Tria capitula minime damnasse. Quod si decessor fraternitatis vestræ Laurentius non fecit, a vobis quæri non debet: si autem fecit, aut cum universali Ecclesia non fuit, aut cautiones sua juramenta transcendit. Sed quia eumdem virum sua credimus sacramenta servasse, atque in unitate Ecclesiæ permansisse; dubium non est, quod nulli Episcoporum suorum juraverit, se Tria capitula minime damnasse. Ex qua re colligat sanctitas vestra, quia cogi non debet ad hoc, quod a decessore vestro factum nullo modo est. Sed ne hi qui vobis ista scripserunt, scandalizari videantur, transmittite eis epistolam, in qua sub anathematis interpositione fateamini, neque vos aliquid de fide Chalcedonensis Synodi imminuere, neque eos qui imminuunt recipere: & quoscumque damnavit, damnare; & quoscumque absolvit, absolvere. Unde credo eis posse celerrime satisfieri.* Hac pariter professione & ipse Gregorius ab iisdem schismaticis impetitus (ut vidimus) satisfecit.

*Urgetur a schismaticis Constan. Epis. Mediolan.*

Quod vero Joannem Ravennatem Episcopum acerrimum Quintæ Synodi defensorem idem Constantius nominare soleret in Missis, inde etiam iisdem schismaticis scandali occasio data est non recipiendi suum ipsorum Episcopum Constantium, nisi ab ejus nominatione desisteret. De quibus hæc rescripsit ad ipsum Gregorius: III.

*Quod autem scripsistis, quia scandalizantur plurimi eorum, quia fratrem & coepiscopum nostrum Joannem Ravennatis Ecclesiæ inter Missarum solemnia nominetis: requirenda vobis consuetudo antiqua est. Et si consuetudo fuit, modo a stultis hominibus reprehendenda non est. Si vero consuetudo non fuit, fieri non debet unde quibusdam scandalum moveri possit. Tamen solicite perquirere stude, si idem Joannes frater & coepiscopus noster vos ad altare nominet, quod minime dicunt fieri. Et si ille vestri nominis memoriam non facit: quæ necessitas cogat, ignoro, ut vos illius faciatis.* Hæc quidem ex more. Verum quod non nominando Joannem tunc jam cœptum nominari, potuisset scandalum suboriri, quod ejus communionem, qui defensor Quintæ Synodi esset, rejecisset; idcirco ad ea quæ dixit, ista mox jungit: *Quod quidem si sine aliquorum scandalo fieri potest; vos tale aliquid facere, valde laudabile est: quia quam charitatem erga fratres vestros habetis, ostenditis.* Porro ad hos curandos eo usque progreditur Gregorius, ut ad tempus de Quinta Synodo commendet silentium, cujus causa schisma esset obortum: quod quidem absque scrupulo læsæ Catholicæ fidei fieri posse demonstrat, cum in ea (quod alias sæpe professus fuit) non de fide, sed de personis sit actum. Subdit his ergo Gregorius.

*De nominando in sacris collega Episcopo.*

*Quod autem scripsistis, quia epistolam meam Reginæ Theodelindæ transmittere minime voluistis, pro eo quod in ea Quinta Synodus nominabatur: Si eam exinde scandalizari posse credidistis, recte factum est, ut minime transmitteretis. Unde nunc ita facimus, sicut vobis placuit, ut quatuor Synodos solummodo laudaremus. De illa tamen Synodo; quæ in Constan-* IV.

*De epistola ad Theodolindam ad tempus suppressa.*

PAGIUS SÆC. VI. Anno Fræ Hispan. DCXXXII. A.C. 594.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6087.

☉ 15. C. ☽ 6. P. 14. April. Indict. 12.

JESU CHRISTI 594.

GREGORII PAPÆ 5.

MAURICII IMP. 13.

I. IS annus hac formula notatus: *XII. post Consulatum Mauricii Tiberii Aug. solius X.* ut habet Chronicon Alexandrinum.

*Postconsulatus.*

*stantinopoli facta postmodum est, quæ a multis Quinta nominatur, scire vos volo, quia nihil contra quatuor Synodos constituerit, vel senserit: quippe quia in ea de personis tantummodo, non autem de fide aliquid gestum est, & de his personis, de quibus in Chalcedonensi Concilio nihil continetur; sed post expressos canones facta contentio & extrema actio de personis ventilata est. Nos autem, sicut voluistis, ita fecimus, ut ejusdem Synodi nullam memoriam faceremus*. Hæc de his Gregorius.

V. Quæ vere essent Concilii Chalcedonensis. Istæc quidem accurata indigent consideratione, ne ipsi Gregorio quoquo modo præter jus fasque prævaricationis inurata nota, quasi inserviens tempori mendaciter dicat, nihil de personis damnatis in Quinta Synodo, contineri in Chalcedonensi Concilio: cum contrarium magis verum appareat, nempe Tria illa capitula de personis damnata in Quinta Synodo, legi omnino in Actis ejusdem Concilii Chalcedonensis. Sed scito, lector, legitima appellatione Concilii Chalcedonensis, ea tantum significari, quæ de eodem Concilio scirentur esse probata, & auctoritate Romani Pontificis confirmata. Sic igitur sanctus Gregorius ejus videtur fuisse sententiæ, ut Chalcedonensis Concilii nomine, nonnisi editam in eo fidei decretum, & sanciti ibidem canones continerentur: extra Synodum autem censenda esse privata illa diversarum causarum judicia, in quibus facile posset contingere, errores inveniri occasione falsarum probationum partium mendaciis sæpe nitentium. Nec putes ex his derogatum aliquid a Gregorio Concilio Chalcedonensi: immo scias amplius esse tributum, quam jure exigi potuisset, dum præter decretum fidei, etiam canones ejus Synodi salvos esse velit: siquidem Leo Magnus, cujus tempore illud Concilium congregatum est, confirmaturus illud, sæpius est contestatus in diversis

(a) Leo ep. 61. epistolis, & in ea potissimam (a) ad ipsum Concilium scripta, sed nonnisi sancitum in ea fidei decretum probare, canones autem secus, cum ex eis in prærogativa Patriarchalium sedium derogatam esse definitioni sacrosancti Niceni magni Concilii: quod quidem non in ea tantum epistola ad Concilium data, sed & in aliis idem profitetur epistolis tamquam validum firmatum a se decretum. Scite igitur sancteque Gregorius non spectare dixit ad Chalcedonense Concilium quæ de personis in Quinta Synodo statuta fuissent. Utinam ad ejusmodi Leonis decretum de confirmata ab eo Synodo Chalcedonensi respexissent schismatici illi, qui querebantur ob Tria damnata capitula irrogatam esse injuriam Concilio Chalcedonensi; hoc idem attendissent & illi qui adversus eos pugnabant pro Quinta Synodo: certe quidem auctoritate Leonis liberassent se & alios a tot tantisque undique per orbem plurimis annis excitatis turbis, rixis, atque schismatibus: cum nullus jure queri potuisset, si quæ in eodem Concilio minime reperirentur esse probata, quoquo modo corrigerentur: neque enim eidem Synodo plus esse tribuendum, quam tribuisset Leo qui confirmavit, quis jure dicere potuisset.

Sed ad Gregorium redeamus, cui non contra schismaticos tantum, sed & contra hæreticos fuit hoc anno certandum, qui depascebantur Africanam Ecclesiam. Erant hi Donatistæ, de quibus supra: de his enim in epistola ad Pantaleonem Episcopum hæc habet (b): VI.

(b) Greg. l. 3. ep. 32. Indict. 12. De Donatistis in Africa invalescentibus. *In illis igitur partibus (quantum didicimus) ita Donatistarum crevit audacia, ut non solum de suis Ecclesiis auctoritate pestifera ejiciant Catholicæ fidei sacerdotes; sed & quos vera confessione aqua salutaris abluerat, rebaptizare non metuunt*. Exclamat valde de his adversus Africanos Orthodoxos Episcopos, at-

(c) Greg. l. 3. ep. 35. Ind. 12. que post objurgationem hæc habet (c): *Comperimus siquidem Donatistarum stimulos sic in illis partibus gregem turbasse Dominicum, ac si nullius pastoris moderamine regeretur; nunciatumque nobis est (quod dicere sine gravi dolore non possumus) quod plurimi eorum venenatis jam sint dentibus laniati, &c.* Hortatur eos pluribus malo resistere, atque coacto Concilio, omnique studio obviare. Hæc quidem in Numidia coercenda mandat ab ejus provinciæ Episcopis.

Cæterum quod pertinet ad Episcopum Carthaginensem, tantum abest ut socors in his fuerit, ut etiam a nimio impetu, quo adversus eos impellebatur, fuerit revocandus. Siquidem insuetas pœnas, habito tunc Concilio, sanxit adversus negligentes Episcopos, nempe ut qui hæreticos non inquirerent & expellerent, dignitate atque bonis privandi essent. Quod quia prævidebat Gregorius majores conciaturum inter Episcopos discordias, quæ magis ad propagandas quam ad destruendas hæreses proficerent; eas ab ipso tunc non promulgandas, prudenter sane persuasit. Hæc enim habet post alia in ejus commendationem præmissa: VII. Dominici Episc. Carthag. coercetur impetus indiscretus.

(d) Greg. l. 4. ep. 3. Indict. 13. (d) *Desideraremus omnes hæreticos a Catholicis sacerdotibus vigore semper rationeque compesci: tamen subtiliter intuentes omnino nos tetigit, ne per ea quæ apud vos gesta sunt, aliorum consiliorum Primatibus (quod avertat Dominus) generetur scandalum. Sententia namque a vobis prolata est in conclusione gestorum: in qua dum pro investigandis illis hæreticis admonetis, subintulistis, eos qui negli-*

*gligunt, substantiarum dignitatumque privatione plectendos. Optimum est igitur, frater carissime, ut in his quæ satis corrigenda sunt, prius charitas interna servetur ut sinus mente subjecti. Quod maxime vestra gravitatis proprium judicamus, etiam personis dignitate minoribus. Tunc enim totis coadunatis viribus, hæreticorum commodius obviates erroribus, cum secundum morem sacerdotii vestri, studueritis Ecclesiasticam interius custodire concordiam.* Hæc ad Episcopum Carthaginensem Gregorius. Laborasse idem Pontifex cognoscitur adversus Manichæos hæreticos in Sicilia degentes, ut ejus hoc unno datæ litteræ iodicant.

VIII. Laborat Gregor. in Judæorum conversione. (a) Greg. l.4. ep. 6. Ind. 13.

De convertendis quoque Judæis fuit hoc anno valde sollicitus; quos non violentia, sed spe præmii allici debere jussit, ita de eis, scribens ud Cyprianum diaconum (a): *Pervenit ergo ad me, esse Hebræos in possessionibus nostris, qui converti ad Deum nullatenus volunt. Sed videtur mihi, ut per omnes possessiones, in quibus ipsi Hebræi esse noscuntur, epistolas transmittere debeas, eis ex me specialiter promittens, quod quicumque ad verum Dominum Deum nostrum Jesum Christum ex eis conversus fuerit, onus pensionis ejus ex aliqua parte minuetur. Quod ita quoque fieri volo, ut si quis ex eis conversus fuerit: si solidi pensionem debet, tremissis ei relaxari debeat: si tres vel quatuor, unus solidus relaxetur: si quid amplius, jam juxta eumdem modum debet relaxatio fieri, vel certe juxta quod dilectio tua prævidet: ut & ei qui convertitur, onus relevetur, & Ecclesiastica utilitas non gravi dispendio prematur.*

Allicit ad conversionem Judæos spe lucri.

*Nec hoc inutiliter facimus, si pro levandis pensionum oneribus eos ad Christi gratiam perducamus: quia etsi ipsi minus fideliter veniunt, hi tamen qui de eis nati fuerint jam fidelibus baptizantur. Aut ipsos ergo, aut eorum filios lucramur: & idea non est grave, quicquid de pensione pro Christo dimittimus.* Hactenus de Judæis, de quibus & hæc eodem hoc ipso anno ad Anthemium subdiaconum (b):

(b) Greg. l.3. ep. 31. Ind. 12.

*His quas de Judaica perditione Redemptor noster ad se dignatur convertere, rationabili nos oportet moderatione concurrere, ut victus (quod absit) inopiam patiantur. Ideoque tibi hujus præcepti auctoritate mandamus, quatenus filiabus Justa ex Hebræis, id est, Juliana, Redempta, & Fortunata, a tertiadecima succedenti Indictione, annis singulis solidos ... dare non differas, quos tuis noveris modis omnibus rationibus imputandos.*

IX. Barbaricini quinam fuerint.

Quantum præterea impenderit operis, ut Gentiles Barbaricioos dictos, populos io Sardinia commoraotes, ad Christianam religionem converteret, scriptæ ad diversos hoc anno ab ipso epistolæ fidem faciunt. Accidit enim, ot cum Wandali Africa potiti essent, barbaros eosdem ad Aurasium montem omnium ultissimum positos, abactos, ne eos paterentur infestos, in Sardiniam insulam relegarint. Id Procopius tradit (c), qui hæc de his addit: *Eos non admodum multos cum uxoribus in Sardiniam mittentes, hic sunt dominati. Præcedente autem tempore montes occupavere qui prope Calarim sunt: ac primo quidem clanculum latrocinia in vicinos exercentes, postea vero non minus quam ad tria milla crevere, & manifesto excursiones facientes, minime latere curaverunt, ac omnem circa oram depopulati sunt; quamobrem Barbaricini a vicinis appellati sunt.* Hæc de his Procopius. Sunt iidem hi de quibus Justinianus de officio Præfecti prætorio Africæ lege secundu ita scribit: *In Sardinia autem jubemus Ducem ordinari, & eum juxta montes ubi barbarica gentes videntur sedere, habentem milites pro custodia locorum, quantas & ibi tua magnitudo providerit, &c.* Perseverantibus vero his in Gentilitio cultu ut olim erant, cum nec locorum Episcopis ullu cura esset ut eos redderent Christianos: mirum in modum sanctus Gregorius doluit, segnesque pastores ad eorum conversionem litteris excitavit: sed & Felicem & Cyriacum Dei ministros in Sardioiam misit ad hos convertendos ad fidem, quos suis litteris Duci Sardiniæ commendavit: etenim de his in data ad Zabardam Ducem Sardiniæ epistola ista habet (d):

(c) Procop. de bello Vvand. l. 2.

(d) Greg. l.3. ep. 25. Ind. 12.

X. Ducem admonet de conversione infidelium.

*Scriptis fratris & coepiscopi mei Felicis, & Cyriaci servi Dei gloriæ vestræ bono cognovimus: magnasque omnipotenti Deo gratias agimus, quod talem Ducem Sardinia suscepit, qui sic sciat quæ terrena sunt Reipublicæ exolvere, ut bene etiam noverit omnipotenti Deo absequia patria cælestis exhibere. Scripserunt etenim mihi, quod eo pacto cum Barbaricinis facere pacem disponitis, ut eosdem Barbaricinos ad Christi servitium adducatis. Hac de re valde lætatus sum, & dona vestra (si omnipotenti Deo placuerit) citius serenissimis Principibus innotesco. Vos ergo quod cœpistis, explete: omnipotenti Deo devotionem vestræ mentis ostendite. Eos quos illuc ad convertendos Barbaricinos transmisimus, quantum valetis, adjuvate, scientes quod talia opera multum vos & ante terrenos Principes & coram cælesti Rege prævaleant adjuvare.* Hæc ad Sardiniæ Ducem Gregorius, qui & ad ipsorum Barbaricinorum Ducem jam Christianum redditum has litteras dedit (e):

(e) Greg. l.3. ep. 27. Ind. 12.

XI. Greg. ep. ad Ducem Barbaricinorum.

*Cum de gente vestra nemo Christianus sit: in hoc scio quia omni gente tua es melior, quia tu in ea Christianus inveniris. Dum enim Barbaricini omnes ut insen*

*sensato animalia vivant, Deum verum nesciant, ligna autem & lapides adorent; in eo ipso quod Deum verum colis, quantum omnes antecedas, ostendis. Sed fidem quam percepisti, etiam bonis actibus & verbis exequi debes, & Christo, cui credis, offerre, quod prævales ut ad eum quoscumque potueris adducas, eosque baptizari facias, & æternam vitam diligere admoneas. Quod si fortasse ipse agere non potes, quia ad aliud occuparis: salutans, peto ut hominibus nostris, quos illuc transmisimus, fratri scilicet & Coepiscopo meo Felici, filioque meo Cyriaco servo Dei, solatiari in omnibus debeas: ut dum eorum labores adjuvas, devotionem tuam omnipotenti Domino ostendas, & ipse tibi in bonis actibus adjutor sit, cujus tu in bono opere famulis solatiaris. Benedictionem vero sancti Petri Apostoli per eos vobis transmisimus, quam peto ut debeatis digne suscipere.* Hactenus ad Barbaricinorum Ducem Gregorius.

XII. De Barbaricinis convertendis. Profecti itaque Felix Episcopus & Cyriacus Abbas in Sardiniam, reperientes primariam ejus insulæ Ecclesiam Calaritam negligentia pastoris incultam, & colonos agrorum Ecclesiæ Barbaricinos æque ut alios perseverasse infideles, de his omnibus, litteris monuerunt S. Gregorium Papam. Qui ad ipsum Januarium Calaritanum Episcopum, eum segnitiei redarguens, de his scripsit, ubi primum de clericis a laicis oppressis ista præfatur (*a*): *Fratris & coepiscopi nostri Felicis & Cyriaci Abbatis relatione cognovimus, quod in insula Sardinia sacerdotes a laicis judicibus opprimantur, & fraternitatem tuam ministri sui despiciant; dumque solum simplicitati a vobis studetur, quantum videmus, disciplina negligitur. Unde hortor, ut omni excusatione postposita, Ecclesiam quam suscepisti, auctore Deo regas, disciplinam clericos tenere cogas, nullius verba metuere studeas.* Et paulo post de Barbaricinis ista: *Accidit autem aliud valde lugendum, quia ipsos rusticos, quos habet Ecclesia tua, nunc usque in infidelitate remanere, negligentia fraternitatis vestræ permisit. Et quid vos admoneo, ut extraneos ad Deum adducatis, qui vestros ab infidelitate corrigere negligitis? Unde necesse est vos per omnia in eorum conversionem vigilare. Nam si cujuslibet Episcopi in Sardinia insula Paganum rusticum invenire potuero, in eumdem Episcopum fortiter vindicabo. Jam vero si rusticus tantæ fuerit perfidiæ & obstinationis inventus, ut ad Dominum Deum venire minime consentiat; tanto pensionis onere gravandus est, ut ipsa exactionis suæ pœna compellatur ad rectitudinem festinare.* Hæc de his Gregorius, haud dubitans, si munus suum pastores expleant, laborem eorum inanem minime cessurum. Etenim vivus (*b*) & efficax est sermo Dei, penetrabiliorque omni gladio ancipiti: cum de eodem Dei sermone (*c*) sit pariter dictum, quod missum non revertatur inane, sed perficiet opus, cujus causa proditum est.

(*a*) Greg. l. 3. ep. 20. Indict. 12.

(*b*) Hebr. 4.

(*c*) Isa. 55.

XIII. Et quid mirum si Episcopum socordem ita redarguat, qui & nobiles quosque ejus insulæ accolas vehementer (*d*) increpat, quod Barbaricinos in suis villis colonos habentes, paterentur eosdem ligna & lapides adorare? Eadem ergo occasione ordinari præcepit (*e*) Episcopum in Phausiana, ubi diu ante esse defierat; ut qui illic Gentiles essent, ab eo ad fidem converterentur. Quæ autem hæc secuta sint, ex litteris ejusdem Gregorii anno sequenti datis ad Constantiam Augustam intelligi satis potest, nimirum eosdem esse ad fidem conversos, sed baptizatos licet, adhuc pressos remansisse pensitatione illa, quam ante solvere cogebantur si voluissent idola colere. Quod quidem indigno animo Gregorius ferens, eamdem Augustam, ne id fieret, vehementer admonuit (*f*):

(*d*) Greg. l. 3. ep. 23. Ind. 12.

(*e*) Greg. l. 3. ep. 29. Ind. 12.

(*f*) Greg. l. 4. ep. 33. Ind. 13.

XIV. Porro eadem epistola de aliis Januarium Gregorius monuit, ut de privando Archidiacono peccato carnis inquinato, illud firmiter statuens, ut qui post susceptum sacrum ordinem in carnis peccatum lapsus esset, numquam amplius ad altaris ministerium admitteretur. Demum in fine epistolæ ista habet consideratione quidem haud levi digna: *Pervenit quoque ad nos, quosdam scandalizatos fuisse, quod presbyteros chrismate tangere in fronte eos qui baptizati sunt, prohibuimus. Et nos quidem secundum veterem usum Ecclesiæ nostræ fecimus.* Anno enim superiori de his ita scripserat ad eumdem Januarium Gregorius (*g*): *Presbyteri baptizatos infantes signare sacro in frontibus chrismate non præsumant: sed presbyteri baptizatos ungant in pectore, ut Episcopi postea ungere debeant in fronte.* At vero quod graviter ista acceptа audisset Gregorius, indulsit, ut & presbyteri, ubi deessent Episcopi, hoc facerent, cum subdit in data hoc anno epistola: *Si omnino hac de re aliqui contristantur, ubi Episcopi desunt, ut presbyteri etiam in frontibus baptizatos chrismate tangere debeant, concedimus.* Hæc Gregorius, in quem plerique oblatrant (*h*) tamquam errantem, ex his conclusionem illam elicientes prorsus inanem, posse etiam in iis quæ sunt fidei Romanus Pontifices errare: quod tam falsum est, quam quod asserunt, errasse Gregorium minime verum.

(*g*) Greg. l. 3. ep. 9. Ind. 12.

Presbyteris concessum chrismare in fronte.

(*h*) Duran. in 4. d. 7. q. 4. Hadr. in quæstio. de Confir. art. ult.

XV. Cum enim in his quæ sunt de essentia sacramenti Romanum Pontificem muta-

Defenditur S. Gregorius a calumnia.

re aliquid posse, minime concessum dicant; & illud affirment de essentia ejus esse sacramenti, ut ab Episcopo ministretur: sicut primum est absolute verissimum, ita posterius falsum: licet enim id sit proprium ac peculiare munus Episcopi, atque statim ut creatus est Episcopus, illi inhæreat, ut semper ejus ministerio character imprimatur: tamen ex delegatione Summi Pontificis presbyter id efficiet erga illos tantum pro quibus eam potestatem accepit, secus in aliis: sed & in eo præstat Episcopus, quod consignans non sibi subditum, licet peccet, vim tamen suam, characterem imprimendo, collatum sacramentum operatur. Ut autem retundamus eorum sententiam, qui ministerium Episcopale constituunt esse de essentia sacramenti, accipe quid dicat sanctus Hieronymus scribens adversus Luciferianos: *Quod si,* inquit, *hoc loco quæris: Quare in Ecclesia baptizatus nisi per manus Episcopi non accipiat Spiritum sanctum, quem nos asserimus in vero baptismate tribui? Disce hanc observationem ex ea auctoritate descendere, quod post ascensum Domini Spiritus sanctus ad Apostolos descendit; & multis in locis idem factum reperitur ad honorem potius sacerdotii, quam ad legis necessitatem.* Cum igitur dicat sanctus Hieronymus, potius ad honorem quam ad necessitatem eam Episcopi in sacramento Confirmationis functionem pertinere: intelligere potes non adeo esse de sacramenti essentia, ut jubente Pontifice, non possit impleri per presbyterum. In quam sententiam definitum intelligas in sacrosanctis Oecumenicis Conciliis Florentino ac Tridentino, nimirum, Confirmationis ordinarium ministrum esse Episcopum: ex quo possit intelligi, extraordinarie a Papa id posse committi (ut Gregorius fecit) presbytero, necessitate tamen urgente, ne præter consuetum Ecclesiæ morem quid innovetur.

XVI. De Maximo Salonitano intruso.

Quod pertinet ad reliquas S. Gregorii res gestas cum Episcopis: hoc eodem quoque anno, cum in electione Maximi pseudoepiscopi Salonitani, quasi imperatoris jussione prætensa, persisterent, Dalmatiæ Episcopi, eumdemque animo obstinato consecrassent; omnes a communione suspendit (*a*). Extitit & severus censor in redarguendis Episcopis illis, qui non ut decet Episcopos viverent: & inter alios Ravennatem Antistitem Joannem corripuit, quem alias etiam antea corripuisse demonstratum est. Sed accipe, qualem esse velit Episcopum, dum quæ inesse in ipso nolit, ostendit (*b*): *Primum,* inquit, *me hoc contristat, quia mihi fraternitas tua duplici corde scribit, & alia blandimenta in epistolis suis exhibet, alia in lingua sua sæculariter ostendit. Deinde grave mihi est, quia irrisiones illas, quas habere nutriti adhuc pueri solent, usque hodie frater meus Joannes in lingua sua retinet: mordaciter loquitur, & quasi de tali astutia lætatur: amicis præsentibus blanditur, de absentibus obloquitur. Tertio grave mihi & omnino execrabile est, quia servis suis quæ hora furit, turpia crimina imponit, ut effeminati & adhuc graviter hoc apertius vocentur. Post hæc accessit, quod disciplina ad vitam clericorum custodiendam nulla est, sed tantummodo se clericis suis dominum exhibet. Ultimum vero est, quod tamen pondere elationis primum est, scilicet de usu pallii extra ecclesiam.* Et paulo post: *Et quidem omnipotenti Deo gratias ago: quia eo tempore quo ad me hoc pervenit, quod ad aures decessorum meorum numquam pervenerat, Longobardi inter me & Ravennatem civitatem positi fuerunt. Nam ostendere forsitan hominibus habui, quantum scio esse districtus.* Hæc & alia, figens aculeum. Corrigens insuper lapsum Episcopum Saturninum post depositionem sacris se miscentem, vix ut inter laicos communicare possit indulget (*c*). Monuit & Constantium Mediolanensem Episcopum de corrigendis clericis, quos nosset sibi subjectos. Redarguit Felicem Sirmii Episcopum, quod suo Metropolitano obedire despiceret (*d*). Admonuit vero & Joannem Episcopum Primæ Justinianæ, & ad exactam curam pastoralem præstandam epistola (*e*) scripta reddidit vigilantem.

(*a*) Greg. l. 3. ep. 20. Indict. 12.

(*b*) Greg. l. 4. ep. 15. Ind. 13.

(*c*) Greg. l. 4. ep. 5. Ind. 13.

(*d*) Greg. l. 4. ep. 7. Ind. 13.

(*e*) Greg. l. 4. ep. 15. Ind. 13.

XVII. De rebus monachorum bene disponendis.

Monachos etiam sub regulari contineri disciplina laboravit: cujus rei gratia, ne laicorum consuetudine solverentur, vetuit ne commatres facerent, neve mulieres accederent ad monasterium, deque his scripsit ad Valentinum Abbatem. (*f*) Vetuit insuper, ne quis clericus, licet videretur probatæ vitæ, monasteriis præficeretur. De his sunt litteræ ad Joannem Ravennatem Episcopum, ubi inter alia (*g*): *Nemo enim potest & Ecclesiasticis obsequiis deservire, & in monachica regula ordinate persistere; ut ipse monasterii districtionem teneat, qui quotidie in ministerio Ecclesiastico cogitur permanere.* Redarguit hac ex causa Victorem (*h*) Panormitanum Episcopum, quod monialium curam despiciat, quam ipse Gregorius tam longe absens suscipere cogatur: nam inter alia: *Cujus enim* inquit, *jam culpa sit intelligis, ut ego tam longe positus, quæ in civitate tua aguntur agnoscam, & tot curis occupatus, quæ fieri debeant disponam.* Monuit & Episcopum Mediolanensem, ne Abbas ob culpam depositus (*i*) post pœnitentiam recipiat locum suum. Insuper moniales deserentes monasterium, & ad nuptias transeuntes, per Exarchum defen-

sas

(*f*) Greg. l. 3. ep. 40. Ind. 12.

(*g*) Greg. l. 4. ep. 1. Ind. 13.

(*h*) Greg. l. 4. ep. 4. Ind. 13.

(*i*) Greg. l. 4. ep. 17. Ind. 13.

fas, vehementer insectatus est (a).

(a) Greg. l.4. ep.18.

XVIII. Vacantibus Ecclesiis optimos curavit uigi sacerdotes, curam interea illorum mandans haberi. Id præstitit Ecclesiæ Hortonensi (b), itidem Capuanæ (c), defuncto in Urbe Festo Episcopo. Idem præstitit etiam Ecclesiæ Agrigentinæ (d), alteri ea commissa Episcopo, donec Gregorius ejus Episcopus Romæ accusatus, & in Urbem ab ipso Pontifice ad dicendam causam venire jussus (e) subiret Apostolicæ sedis judicium. Vocaverat antea accusatores ejus, scribens ad Maximianum Episcopum Syracusanum (f). Extant Acta Gregorii Agrigentini Græce scripta; sed a Græco auctore dum amplianтur, fide minuuntur, cum multa addantur, quæ sint haud in omnibus tuta, in his præsertim, quæ ad causam spectant, quam accusatus Romæ dixit. Etenim etsi re vera vir sanctus calumniam passus ab accusatoribus est, & Romam venire coactus: haud probantur quæ de Eluusio in ipsius absentia curatore ejus Ecclesiæ ibi dicuntur: repugnant enim his ad Petrum Tracolitanum Episcopum datæ epistolæ, cum ei S. Gregorius commisit illius Ecclesiæ visitationem & curam. Sed & ridicula ibidem & fabulosa esse probantur, quæ habentur de lignis Tiberis ripas hinc inde positas pertingentibus & immobiliter inhærentibus. Illa præterea de eodem Gregorio Agrigentino misso ab eodem Gregorio Papa Constantinopolim ad Patriarcham, absque exemplo antiquo probantur asserta: repugnant enim Ecclesiæ Romanæ consuetudini. Hæc & alia cum minus fide constantia reperiantur apposita ab impostore, in dubium reliqua revocantur, quæ vera certaque esse noscuntur, nempe ipsum Gregorium Agrigentinum vitæ sanctitate claruisse, & in Ecclesiasticis tabulis inter sanctos relatum esse, atque tum a Latinis tum a Græcis ejus memoriam frequentari.

(b) Greg. l.3. ep.39. Ind.12.

De causa Greg. Episcop. Agrigentini.

(c) Greg. l.4. ep.9. Ind.13.

(d) Greg. l.4. ep.11. Ind.14.

(e) Greg. l.1. ep.70. Ind.9.

(f) Greg. l.1. ep.12. Ind.11.

XIX. Locorum sanctorum curam agit. Qui igitur longe positarum Ecclesiarum quam exactissimam curam gessit, haud prætermisit ex more Urbana curare, loca sancta perspicere, propensioremque de illis solicitudinem gerere. Ut plane videas, ipsum in eo potissimum laborasse, ut qualis nomine diceretur, opere in omnibus vigilantissimus inveniretur. Hoc enim anno lustrans in Urbem omnes quæ erant Ecclesias, omnium curam gessit: & inter alias Ecclesiam S. Agathæ in Subura, de qua superius, ad Catholicum cultum jam redditam, bonis locupletare curavit, in integrum restitutam in ea quæ Gothorum temporibus possidebat. Insuper ecclesiam S. Pancratii extra portam Aureliam positam, a clericis derelictam, monachis tradidit, de his scribens ad Maurum Abbatem (g), quem illi præfecit. Sed & locorum venerabilium etiam longe positorum propensiorem curam gessit. Tunc accidit ut redargueret Joannem Calaritanum Episcopum hospitalium curam negligentem, jubens (h) ut xenodochiorum diligentissimam curam gerant Episcopi, qui nonnisi religiosos homines, nempe clericos, qui non subjaceant sæcularium Judicum potestati, illis præficiant. Hæc de his quæ ad sacra loca tum Romæ, tum alibi posita spectant.

(g) Greg. l.3. ep.29. Ind.12.

(h) Greg. l.3. ep.24. Ind.12.

XX. Augustæ consilium. Sed ne Urbis ipsa sacris in ea positis spoliaretur sanctorum reliquiis, solicitior fuit. Accidit namque, ut hoc eodem anno, cum Constantina Augusta in suo palatio Ecclesiam in memoriam sancti Pauli ædificasset, putarit eam cohonestandam ejusdem Apostoli sacris reliquiis: cujus rei gratia scripsit ad ipsum Gregorium Romanum Pontificem, ut Constantinopolim mitteret ejusdem Apostoli caput, sive partem aliquam ejus corporis. Acceptis his ab Augusta litteris sanctus Pontifex, quod rem nimis grandem petiisset, negaturus omnino, redditis litteris, multipliciter sibi id minime licere excusat. Epistolam autem, quod multa scitu digna ad historiam pertinentia habeat, hic integram describendam duximus, quæ sic se habet (i):

(i) Greg. l.3. ep.30. Ind.12.

XXI. Constantina Aug. petit caput S. Pauli Apostoli. *Serenitas vestræ pietatis, religionis studio & sanctitatis amore conspicua, propter eam qua in honorem S. Pauli Apostoli in palatio ædificatur ecclesiam, caput ejusdem S. Pauli, aut aliud quid de corpore ipsius suis ad se jussionibus a me præcipit debere transmitti. Et dum illa mihi desiderarem imperari, de quibus facillimam obedientiam exhibens, vestram erga me amplius potuissem gratiam provocare; major me mœstitia tenuit, quod illa præcipitis, quæ facere nec possum, nec audeo. Nam corpora sanctorum Petri & Pauli Apostolorum tantis in Ecclesiis suis coruscant miraculis atque terroribus, ut neque ad orandum sine magno illuc timore possit accedi. Denique dum beatæ recordationis decessor meus, quia argentum quod supra sacratissimum corpus B. Petri Apostoli erat, longe tamen ab eodem corpore fere quindecim pedum spatio mutare voluit; signum ei non parvi terroris apparuit. Sed & ego aliquid similiter ad sacratissimum corpus S. Pauli Apostoli meliorare volui: & quia necesse erat, ut juxta sepulcrum hujusmodi effodi altius debuisset; Præpositus loci ipsius ossa aliqua non quidem eidem sepulcro conjuncta reperit: quæ quoniam levare præsumpsit, atque in alium locum transponere, apparentibus quibusdam tristibus signis, subita morte defunctus est.*

XXII. *Præter hæc autem sanctæ memoriæ decessor meus itidem ad corpus S. Laurentii martyris quædam meliorare desiderans,*

Refossum damno fossorum corpus S. Laurentii.

*dum nescitur ubi venerabile corpus ipsius esset collocatum, & effoditur exquirendo, subito sepulcrum ipsius ignoranter apertum est; & ii qui præsentes erant atque laborabant monachi & mansionarii, quia corpus ejusdem martyris viderunt, quod quidem minime tangere præsumpserunt, omnes intra decem dies defuncti sunt: ita ut nullus vitæ superesse potuisset, qui sanctum justi corpus illius viderat. Cognoscat autem tranquillissima domina, quia Romanis consuetudo non est, quando sanctorum reliquias dant, ut quicquam tangere præsumant de corpore; sed tantummodo in pyxide brandeum mittitur, atque ad sacratissima corpora sanctorum ponitur: quod levatum, in ecclesia quæ est dicanda, debita cum veneratione reconditur, & tantæ per hoc ibidem virtutes fiunt, ac si illuc specialiter eorum corpora deferuntur. Unde contigit, ut beatæ recordationis Leonis Papæ temporibus (sicut a majoribus traditur) dum quidam Græci de talibus reliquiis dubitarent, prædictus Pontifex hoc ipsum brandeum, allatis forficibus, inciderit, & ex ipsa incisione sanguis effluxerit.*

XXIII. *In Romanis namque vel totius Occidentis partibus omnino intolerabile est atque sacrilegum, si sanctorum corpora tangere quisquam fortasse voluerit: quod si præsumpserit, certum est, quia hæc temeritas impunita nullo modo remanebit. Pro qua re de Græcorum consuetudine, qui ossa levare sanctorum se asserunt, vehementer miramur, & vix credimus. Nam quidam monachi Græci huc ante biennium venientes, nocturno silentio, juxta Ecclesiam S. Pauli corpora mortuorum in campo jacentia effodiebant, atque eorum ossa recondebant, servantes sibi dum recederent. Qui cum deprehensi, & cur hoc facerent, diligenter fuissent discussi, confessi sunt, quod illa ossa ad Græciam essent tamquam sanctorum reliquias portaturi. Ex quorum exemplo (sicut prædictum est) major nobis dubietas nata est, utrum verum sit, quod levare veraciter ossa sanctorum dicuntur.* Vides ex his, lector, quantus esset in Catholica Ecclesia Christianorum ardor, ut reliquias sanctorum habere possent. Pergit vero idem Gregorius, veterem historiam referens:

Græcorum erga sanctorum reliquias studium.

XXIV. *De corporibus vero beatorum Apostolorum quid ego dicturus sum, dum constet, quia eo tempore quo passi sunt, ex Oriente fideles venerunt, qui eorum corpora sicut civium suorum repeterent? quæ ducta usque ad secundum Urbis milliarium, in loco qui dicitur ad Catacumbas collocata sunt: sed dum ea exinde levare omnis eorum multitudo conveniens niteretur, ita eos vis tonitrui atque fulguris nimio metu terruit atque dispersit, ut talia denuo nullatenus attentare præsumerent. Tunc autem exeuntes Romani, eorum corpora, qui hoc ex Domini pietate meruerunt, levaverunt, & in locis, quibus sunt condita posuerunt. Quis ergo nunc, serenissima domina, tam temerarius possit existere, ut hæc sciens, eorum corpora non dico tangere, sed vel aliquatenus præsumat inspicere? Dum igitur talia mihi a vobis præcepta sunt, de quibus parere nullatenus potuissem; quantum invenio, non vestrum est: sed quidam homines contra me pietatem vestram excitare voluerunt, ut mihi (quod absit) voluntatis vestræ gratiam subtraherent, & propterea quæsiverunt capitulum, de quo vobis quasi inobediens invenirer. Sed in omnipotente Domino confido, quia nullo modo benignissimæ voluntati surripetur, & sanctorum Apostolorum virtutem, quos toto corde & mente diligitis, non ex corporali præsentia, sed ex protectione semper habebitis.*

Orientales conati repetere corpora Apostolorum.

XXV. *Sudarium vero, quod similiter transmitti jussistis, cum corpore ejus est; quod ita tangi non potest, sicut nec ad corpus illius accedi. Sed quia serenissimæ dominæ tam religiosum desiderium esse vacuum non debet, de catenis quas ipse S. Paulus Apostolus in collo & in manibus gestavit, ex quibus multa miracula in populo demonstrantur, partem aliquam vobis transmittere festinabo, si tamen hanc tollere limando prævaluero. Quia dum frequenter ex catenis eisdem multi venientes benedictionem petunt, ut parum quid ex limatura accipiant, assistit sacerdos cum lima; & aliquibus petentibus, ita concite aliquid de catenis ipsis excutitur, ut mora nulla sit: quibusdam vero petentibus, diu per catenas ipsas ducitur lima, & tamen, ut aliquid exinde exeat, non obtinetur.* Hucusque Gregorii ad Augustam epistola, ita ejus illiberalem petitionem prudenter eludentis. Fuisse autem hæc omnia tentata molitionibus Joannis Episcopi Constantinopolitani, ostendetur inferius suo loco.

De Sudario & catenis S. Pauli.

XXVI. Eodem quoque anno Constantinopolim itidem ad Rusticianam Patriciam (a) litteras dedit, postquam e peregrinatione ad montem Sina reversa erat. Meminit in fine de nutrice sua Gregorius ibidem commorante, quam suo nomine salutari mandat. Cæterum sunt plura hujus anni monumenta charitatis Gregorii erga pauperes, impertientis illis annuas pensitationes, vel dissolventis eorum æs alienum contractum: quæ tu consulas.

(a) Greg. l. 3. ep. 44. Ind. 12.

De Rusticiana & nutrice S. Gregorii.

Agi-

XXVII. Synodus Metensis. Agitur hoc anno Metis in Galliis Synodus, in qua in ordinem redigitur Ægidius Rhemensis Episcopus, reus majestatis convictus. Rei gestæ seriem habet Gregorius Turonensis anno decimoquinto Childeberti Regis, idemque in fine subdit (a): *In hac Synodo Basina Chilperici Regis filia, quam supra cum Chrodielde a communione remotam diximus, coram Episcopis solo prostrata veniam petiit, promittens se cum charitate Abbatissæ monasterium ingredi, ac de regula nihil transcendere. Chrodieldis autem obtestata est, quod Leubovera Abbatissa in hoc monasterio commorante, ibidem nunquam ingrederetur. Sed utrisque Rex* Childebertus *veniam impertiri deprecatus est: & sic in communionem receptæ, Pictavos regredi jussæ sunt, scilicet ut Basina in monasterium (ut præfati sumus) regrederetur, Chrodieldis vero in villa, quæ quondam Waddonis superius memorati fuerat, sibi a Rege concessa resideret.* Hæc de his Gregorius, subdens (b) & de ultione divina in Childericum Saxonem, qui dux fuerat eorum qui jussu Chrodieldis invaserunt basilicam S. Hilarii: etenim noctu in convivio vino repletus, ab eo suffocatus, mortuus in suo strato inventus est.

(a) Greg. Tur. l. 10. c. 20.

(b) Greg. Tur. l. 10. c. 22.

XXVIII. Quomodo autem hoc eodem anno occasione Cycli Victoris a nonnullis erratum est in Paschatis diei celebratione, ista addit (c): *De bietas Pascha fuit ob hoc, quod in Cyclo Victor Luna decimaquinta Pascha scripsit fieri. Sed ne Christiani ut Judæi sub hac Luna hæc solemnia celebrarent, addidit, Latini autem Luna vigesimasecunda. Ob hoc multi in Galliis decimaquinta Luna celebraverunt, nos autem vigesimasecunda. Inquisivimus tamen studiose: sed fontes Hispaniæ, qui divinitus implentur, in nostrum Pascha repleti sunt.* Hæc Gregorius: sed de perenni miraculo de fontibus Hispaniæ anniversaria die Paschatis impleri consuetis, superius pluribus dictum est.

(c) Ibid. c. 23. Erratum in Paschate.

XXIX. Moritur hoc anno, ☞ seu potius ex correctione superiore, Mauritii Imperatoris

PAGIUS II. Synodus Metensis. Ad num. XXVII. Gregorius Turonensis lib. 10. capp. 19. & 20. refert Episcopos Galliarum *Metis* congregatos fuisse, *medio mense nono* ad discutiendam causam *Ægidii Rhemensis Episcopi*, accusati quod *Chilpericum* filium Brunichildæ, & postea *Charibertum* Reges occidere tentasset. In eo Concilio *Ægidius* ab ordine Sacerdotali remotus est, & in exilium ductus. Præterea *Basina*, quam supra cum *Chrodielde* a communione privatam diximus, promisit se Monasterium Pictaviense ingressuram; *Chrodieldis* vero in villa sibi a Rege concessa residendi facultatem obtinuit. Habita itaque Synodus medio mense Novembri, qui nonus est a Martio, a quo Turonensis annum incipit, idque *anno quinto decimo Childeberti Regis*, ut habet idem Turonensis. Quare ea retrahenda ad annum DXC. qui XV. est Childeberti.

III. Dissidium de Paschate anno DXC. Ad num. XXVIII. Dissidium de *Paschate* a Gregorio Turonensi lib. 10. capp. 20. & 23. ac 24. narratum, quod Baronius hoc anno recitat, contigit, anno DXC. anno Childeberti Regis XV. Guntramni vero Regis anno XXIX. ut scribit Turonensis. Alii enim anno DXC. Dominicam Resurrectionem celebrarunt *septimo Kal. April.* die nempe XXVI. Martii, Luna decima quinta; alii *die secunda mensis Aprilis*, Luna XXII. Priores juxta Cyclos Alexandrinos, posteriores, quorum sententiam amplexus est Gregorius Turonensis cum suis Clericis juxta Cyclos Victorii. Diu agitata fuit hæc quæstio, utrum in Plenilunio, idest, Luna decima quinta Pascha a Christianis rite celebrari posset. Sopita nunc tamen ea est; primum enim ac ultimum Pascha celebratur die XXII. Martii, quotiescumque Luna XIV. cum Æquinoctio in diem Sabbati cadit. Addit Gregorius: *Terræ motus factus est magnus, XVIII. Kal. mensis quinti* (idest mensis Julii, ideoque die XIV. mensis Junii) *die quarto* (idest feria quarta, quæ anno DXC. in diem XIV. Junii convenit) *primo mane, cum lux redire cœpisset. Sol Eclipsim pertulit mense octavo mediante.* Qui characteres annum DXC. certo designant. Mensis enim octavus juxta Gregorium est October, cujus die IV. feria IV. hora circiter decima, Sol defecit. Nam *mediante aliquo mense* ex usu Gregorii & multorum aliorum Scriptorum idem est ac *labente*. Eam Eclipsim Solarem Petavius lib. 8. de Doct. Temp. pag. 832. juxta calculum Astronomicum explicat. Quod si anno DXC. *Childebertus* annum XV. Regni sui, *Guntramnus* vero annum XXIX. egerit, profecto Guntramnus anno DLXI. Childebertus anno DLXXV. regnare cœperat, liquetque utriusque Regis initium male a Baronio collocatum fuisse. De hoc dissidio Paschali legendus Bucherius lib. de Doct. Temp. cap. 50.

IV. Obitus S. Gregorii Episc. Antiocheni. Ad num. XXIX. & seq. *Gregorii Episcopi Antiocheni* obitus ad superiorem Christi annum pertinet. Lambecius enim lib. 7. Bibliothecæ Cæsareæ pag. 168. asserit, inter alia Anastasii Patriarchæ Antiocheni Opera MSS. in ea asservari Orationem, cui titulus est: *Anastasii Patriarchæ Antiocheni Oratio, cum post viginti tres annos ad Thronum Patriarchalem reverteretur, habita die vicesimo quinto Martii, feria quarta Sanctæ hebdomadis, Indictione undecima, imperante piissimo Mauritio;* qui characteres annum DXCIII. quo Pascha die XXIX. Martii celebratum, certo denotant. Legerat eam Orationem Nicephorus Callixtus, qui lib. 18. cap. 44. *sermonem pacificum* eam recte appellat, aitque Anastasium in illa Mauricium Imp. laudibus efferre, quod ipsum exilio liberasset; sed in eo errat Nicephorus, quod utrumque Anastasium Patriarcham Antiochenum confundat, & Anastasio Juniori hunc sermonem perperam attribuat. Cum itaque hæc Oratio recitata fuerit ab Anastasio, scilicet Seniori, cum *ad thronum Patriarchalem reverteretur*, ejus restitutio in Sedem Antiochenam anno superiori contigit, eodemque post diem XXV. mensis Martii Gregorius Patriarcha Antiochenus e vivis abiit; cum ante mortem ejus Episcopatum suum Anastasius occuparit, teste Evagrio libro 6. cap. ultimo ubi de Gregorio scribit: *Mortuus est eo tempore, quo Senioris quidem Romæ Gregorius successor Pelagii, Junioris autem Romæ Joannes*

Epi-

toris anno sequenti ☞ Gregorius Episcopus Antiochenus, de quo ista Evagrius (a): *Non longo tempore post Gregorius podagra correptus, qua maxime torquebatur, cum medicamentum ex Hermodactylo (sic enim vocatur) confectum, quod medicus quidam ei dedisset, ebibisset, exiit e vita. Moritur autem tempore, quo Gregorius, qui successerat Pelagio, Episcopatum antiqua Roma gessit, nova autem Joannes, & Alexandria Eulogius, ut supra dixi, & Anastasius Antiochia, qui post vigintitres annos ad suam sedem restitutus fuisset, & Hierosolymorum Joannes, qui paulo post obiit mortem, & nemo adhuc ad illius Episcopatus gubernacula capessenda designatus est.* Hæc Evagrius, cui consentiunt sancti Gregorii papæ litteræ (b); ex quibus habetur, Anastasium restitutum in sedem Antiochenam sub Indictione decimatertia, quæ hoc anno incipit: dicemus de his anno sequenti suo loco. Sed quod post vigintitres tantum annos restitutum ipsum affirmat Evagrius ☞ id factum intelligas anno sequenti, tot enim anni reperiuntur ab anno quingentesimo septuagesimosecundo usque ad annum quingentesimum nonagesimumquintum, quo & finem imponit historiæ: nam subdit: ☞

(a) Evagr. l. 6. c. 23.

De obitu Gregorii Episc. Antiocheni.

(b) Greg. l. 4. ep. 37.

XXX. Evagrii historiæ finis.

*Hoc loco historia finem imponere, animus est, anno scilicet duodecimo regni Mauritii Tiberii Imperatoris Romani.* Etenim sequenti anno, quo absolvit historiam suam, annus expletur, Mauritii nonus, & decimus inchoatur. Emendatum habes Evagrium apud Photium in Bibliotheca, ubi de Evagrio agens, ait ipsum suam produxisse historiam usque ad annum decimum Mauritii Imperatoris. Sed ipsum Evagrium perorantem audiamus, cum sic ait: *Res, quæ deinceps sequuntur, his quibus libitum fuerit narrandas, monumentisque litterarum prodendas relinquere, animus est. Quod si quicquam a nobis vel omissum negligentia,* vel

PAGIUS

*Episcopatum gerebant; Alexandrina Ecclesia Eulogius, Antiochena vero præsidebat Anastasius, post tres ac viginti demum annos in Sedem suam restitutus. Hierosolymitana autem Ecclesia Joannes Pontificatum administrabat. Quo non multo post mortuo, nemo etiamnum Ecclesia gubernationem suscepit. Atque hic Historia nostra finis esto, anno scilicet duodecimo Principatus Mauritii Tiberii.*

V. *Patriarcharum Antiochia chronotaxis hoc saculo accurata.*

Nicephorus in Chronica annos XXIV. *Gregorio Antiocheno* attribuit, utrimque scilicet, incompletos, & ab anno DLXX. deducendos. Cumque titulus Orationis ab Anastasio Seniori in sua restitutione pronunciatæ antiquus sit, uti notat Lambecius laudatus, ex eo Patriarcharum Antiochenorum chronotaxis ab *Euphrasii* Patriarchæ morte, quam mense Maio anni Christi DXXVI. accidisse constat, valide confirmatur, liquetque ab eo tempore ad hujus sæculi finem eorumdem Patriarcharum initia, & finem suis annis a nobis reddita fuisse. Ad hæc cum ea Anastasii Oratio his verbis auspicetur: *Pacem, & iterum Pacem, & tertium Pacem, in honorem videlicet Sanctissima Trinitatis,* &c. apparet Gregorium Magnum lib. IV. Epist. XXXVII. qua S. Anastasio de reditu ad Ecclesiam Antiochenam congratulatur ad eamdem respicere, cum his verbis eam exordiatur: *Gloria in excelsis Deo, & in terra Pax hominibus bona voluntatis, quia magnus ille fluvius, qui quondam arentia Antiochia saxa reliquerat, tandem ad proprium alveum reversus, subiectas & juxta positas valles rigat, &c.* Et eamdem his verbis claudat: *De vita igitur vestra dicamus pariter, & dicamus omnes: Gloria in excelsis Deo, & in terra Pax hominibus bona voluntatis.* Sed de ea epistola rursus anno sequenti, quo eam Baronius recitat.

VI. *Mortuus postquam Anastasius in Sedem Antiochenam est restitutus.*

Fallitur itaque Auctor Chronici Alexandrini, qui sub Indictione X. anno nempe Christi DXCII. inquit: *Hoc anno Anastasius Antiochia Patriarcha Antiochiam redeit post mortem Gregorii Patriarcha* (μετὰ τελευτὴν Γρηγορίου &c.) *qui vivus etiam Anastasium receperat.* Nam ex Oratione laudata Anastasii constat, hunc nonnisi anno DXCIII. in Sedem restitutum esse. Recte quidem scribit Auctor Chronici Alexandrini *Gregorium*, dum adhuc viveret, *Anastasium* recepisse; cum hac in re Evagrium laudatum consentientem habeat. Sed perperam tradit Anastasium post mortem Gregorii Patriarchæ Antiochiam rediisse. Colitur *Gregorius* in Menæis Græcorum. Combefisius Tomo I. Auctarii Bibliothecæ Patrum pag. 827. notat, cum in Indice librorum Palatii, & ab Andrea Cretensi & aliis vocari *Sanctum*, refertque piam ac eruditam Orationem Antiochiæ extra Urbem, ac in cœmeterio habitam, ubi S. Joannes Chrysostomus adhuc Antiochenus Presbyter, duas & ipse habuit, quæ extant Tomo 5. editionis Ducæi. Depositus fuerat *Anastasius* anno Christi DLXX. a quo ad annum DXCIII. anni sunt tres ac viginti, quot Gregorio assignant Nicephorus & Oratio MSS. de quibus supra: nec dissentit alter Nicephorus in Chronico, uti jam insinuavimus.

VII. *Evagrius Historiam suam non produxit ultra annum DXCIII.*

Baronium ex laudatis Evagrii verbis suspicari, ait Valesius in Notis ad Evagrium, *Gregorium Antiochenum* mortuum esse anno Mauricii XII. Cur enim, inquit Valesius, diceret Evagrius, se anno XII. Imperii Mauricii Historiam suam terminasse, nisi antea aliquid retulisset, quod gestum erat anno ejusdem Mauricii duodecimo? Verum pergit Valesius, non videtur Evagrius his verbis id significare voluisse. Scribit enim, Gregorium Antiochenum fato functum esse, Gregorio quidem Romanam, Eulogio autem Alexandrinam Ecclesiam administrante; Joanne vero Hierosolymis præsidente. Qui cum haud non multo postea e vivis abiisset, neminem adhuc in ejus locum suffectum fuisse dicit. Non igitur Gregorii morte Historiam suam terminavit *Evagrius*, cum post ejus mortem Joannem Hierosolymitanum Episcopum obiisse referat, & post ejus interitum neminem adhuc eo tempore, quo hæc scribebat, substitutum esse. Id ergo tantum his verbis significat Evagrius, se hæc scripsisse anno duodecimo Imperii Mauricii. Ita Valesius. Photius vero in Bibliotheca Cod. 29. ubi Historiam Evagrii, recenset, ait: ἀρχὴν ποιεῖται τὸ τέλος τῆς συνόδου καὶ θεοδωρίτου ἱστορίας, καταντήσας μέχρι τῆς βασιλείας Μαυρικίου, ἔτος δωδέκατον

*vel minus accurata expositum videatur: nemo nobis crimini det, illud secum cogitans, nos historiam dispersam dissipatumque in unum collegisse, quo utilitati hominum, quorum gratia tantos, & tam graves labores suscepimus, inserviremus. Aliud præterea opus a nobis elaboratum est, quod relationes, epistolas, decreta, orationes, disputationes, & alias res nonnullas complectitur. Relationes autem, quæ in eo continentur, sunt maximam ad partem ex persona Gregorii Antiochiæ Episcopi factæ. Pro quibus duos honoris gradus consecuti sumus, Quæsturam a Tiberio Constantino, & munus Tabularum servandarum, in quibus Præfectorum nomina inscribebantur, a Mauritio Tiberio, quo regnante eas relationes composuimus, idque eo ipso tempore, quo Theodosium, qui tum ei, tum Reipublicæ principium felicitatis cujusque generis dabat, in lucem edidit.* Hucusque Evagrius ex Græcis primus eorum qui leguntur Orthodoxus historicus. Quisnam alius res gestas sub Mauritio prosecutus sit, habes ex Actis Nicæni posterioris Concilii (a): nempe S. Leontium Constantiæ in Cypro Episcopum scripsisse tribulationes, quas his temporibus Dei Ecclesia passa est: sed hactenus incompertum nobis opus vel excidit, vel latet incognitum. ☞ Sed his prope diebus e tenebris emersit Theophylactus Græcus historicus, qui Mauritianam scripsit historiam, de qua superius. ☜ Quod autem ad successorem Joannis Hierosolymorum Episcopi spectat, constat post ipsum sedere cœpisse Amos, ad quem extat S. Gregorii Papæ epistola septima sub Indictione prima. Porro ejus successionem ex sententia Evagrii in annum sequentem potius referendam putamus.

(a) Conc. Nicæn. c. 2. act. 4. Leontius Cypri historicus.

XXXI. De obitu Maximiani Epis. Syracusani.

Hoc eodem anno Maximianus ille vir sanctissimus, Abbas olim monasterii S. Gregorii, ejusque pater & educator in monastica disciplina, ac postea ab ipso creatus Episcopus Syracusanus (de quo superius sæpe) hoc inquam anno, mense

PAGIUS

ἀρχόμενοι ἐν τῷ [illegible] [illegible] idest, *inchoans a fine Socratis & Theodoreti Historiarum, pertingensque ad Mauricii annum duodecimum Imperii.* Recte uterque vidit, *Evagrium* non attigisse, quæ anno Mauricii duodecimo die XIV. mensis Augusti anni Christi DXCIII. inchoato, gesta sunt, sed eo saltem currente Historiam suam clausisse. Sed fallitur Valesius, quando ait, suspicatum esse Baronium Gregorii Antiocheni Episcopi mortem anno XII. hujus Imperatoris, contigisse. Diserte enim Baronius scribit, *Gregorium* Episcopum *Antiochenum* anno DXCV. mortalitatem reliquisse, eodemque anno, quem ipse numerat X. non vero XII. Evagrium Historiæ suæ finem imposuisse. Baronius enim Mauricii Imperatoris initium repetit ab anno Christi DLXXXVI. qua in re Cardinalis doctissimus valde hallucinatur, quemadmodum & quando tradit, Photium loco laudato emendare Evagrium, & asserere hunc produxisse Historiam suam usque ad annum X. Mauricii Imp. in nostris enim Bibliothecæ Photii editione annus X. Mauricii legitur, sed *duodecimus*. Denique ipsemet Evagrius lib. 5. cap. 33. ait se, quæ in eo capite narrat, scribere anno Antiocheno *sexcentesimo quadragesimo prima*, qui Kalend. Septemb. anni Christi DXCII. exorditur. Quare anno duodecimo Mauricii tres etiam sequentes libros exaravit. Verum annus quo suam Historiam scripsit, distinguendus est ab anno, quo eidem finem imposuit. Ejus enim Historia non progreditur ultra mensem Augusti anni Christi DXCIII. & in lucem data, vel eo Christi anno exeunte, vel potius anno DXCIV. quo Mauricii annus duodecimus absolvitur. Neque enim tres ultimi Historiæ ejus libri tam prolixi sunt, quin intra duodecimum Mauricii Imper. annum elucubrari potuerint. Quæ anno DLXXIV. de Sancti Simeonis Stylitæ Junioris obitu diximus nostram sententiam etiam confirmant, annoque sequenti Epistolam Sancti Gregorii Papæ, qua Anastasium in Sedem Antiochenam restitutum gratulatur, quave innititur Baronius ad suam opinionem probandam, extra proprium annum in Registro Gregoriano positam esse ostendam.

VIII. De Evagrio ejusque Scriptis.

Porro *Evagrius* Scholasticus fuit Syrus genere, perinde ac *Theodoretus*: ortus ex Urbe Epiphania, quæ Civitas fuit Syriæ secundæ, ut ipse in titulo Operis sui prodit; qui & in lib. 3. cap. 34. diserte testatur, se domo Epiphaniensem fuisse. Is relictis Grammaticorum scholis, Rethoricæ operam dedit. Cumque magnos in hac arte progressus fecisset, *Advocatorum* numero adscriptus est. Unde etiam cognomentum retulit *Scholastici*: quæ vox Causidicum significat, ut docet Macarius in homilia XV. Antiochiæ longo tempore versatus est, & uxorem ibi duxit, filiosque ex ea sustulit, ut ipsemet testatur in libro 4. cap. 29. Quæ cum pestilenti morbo extincta fuisset una cum liberis, ad secundas nuptias transiliit, & aliam in eadem Urbe sibi sociavit, ut refert in lib. 6. cap. 8. Scripsit volumen Epistolarum, orationum, & relationum Principatu Tiberii Constantini, qui ideo eum *Quæstoris* dignitate donavit. Nec multo post cum Orationem composuisset de laudibus Mauricii Augusti ob Natalem Theodosii nobilissimi pueri, codicillos *Præfecturæ* ab eodem Mauricio accepit, ut ipse in Epilogo Historiæ suæ testatur. Verum Scripta illa ad nos non pervenere. Edidit postea sex libros *Historiæ Ecclesiasticæ*, exorsus ab iis temporibus in quibus Theodoretus ac Socrates desierant, in qua summa diligentia quæcumque ad argumentum suum faciebant, ex optimis Scriptoribus collegit, puta ex Prisco Jovone, Zacharia, Eustathio & Procopio Rhetoribus. Sed quod præcipue in Evagrio laudandum est, solus rectæ fidei Doctrinam integram atque illibatam servavit, ut post Photium observavit Baronius. Ejus Historiam Valesius de novo e Græco in Latinum vertit, & egregiis Notis illustravit. Versio enim Christophorsoni, qua usus est Baronius, variis in locis non satis accurata.

IX.

Usque ad hoc circiter tempus vixisse videntur *Dorotheus* Archimandrita, & Sanctus *Joannes Climacus* Auctores Græci, qui de moribus præcla-

se Novembri, ex hac luce migravit, luctum haud exiguum relinquens bonis. De quo ista Gregorius ad Cyprianum diaconum (a): *Amarissimas tuæ dilectionis epistolas de domni Maximiani obitu mense Novembris suscepi. Et quidem ille ad præmia desiderata pervenit: sed infelix populus Syracusanæ civitatis lugendus est, qui pastorem talem diu habere non meruit.* Et de eodem in epistola ad Syracusanos (b): *Hoc tamen sciat magnitudo vestra, quia civitati illi quem dare possimus Maximiano reverendissimo similem, non habemus.* Adeo enim eminens erat viri sanctitas, ut parem illi in Ecclesia, Pontifex non inveniret. Subrogatus est autem in locum Maximiani Joannes, cui & pallium (c) more majorum Gregorius ipse concessit.

(a) Greg. l.4. ep.19. Ind. 13.

(b) Greg. l.4. ep.47. Ind. 13.

(c) Greg. l.5. ep.18. Ind. 14.

Se-

PAGIUS

*Florent Dorotheus & Joannes Climacus.*

clare scripsere. *Dorothei* quidem nomen neque in Mæneis Græcorum, neque in vetustis Latinorum Martyrologiis legitur, sed ejus virtutes gravissimis testimoniis Theodori Studitæ, & Tarasii Constantinopolitani Patriarchæ celebratæ sunt, ut liquet ex Prologo ad ipsius Dorothei Asceticas Institutiones. De eo non semel mentio in Vita S. *Dosithei* Monachi in Palæstina, ejus discipuli, qui circa annum DXXX. ad Deum migravit, juxta Bollandum ad diem XXIII. mensis Februarii, quo *Dositheus* colitur. Annus emortualis *Dorothei* incertus. Citat ipse Abbatem *Zosimam*, qui sub Justino Seniore clarus sanctimonia fuit, & cujus miracula refert Evagrius lib.4. cap.7. dum agit de Viris Illustribus, qui Justino Seniore imperante vixere. Imo *Dorotheus* allegat S. *Joannem Climacum*, qui circa annum DLXXX. scripsisse videtur. Hic *Climacus* vocatus est ob librum triginta capitibus, quibus tanquam gradibus seu scalis ad perfectionis religiosæ culmen ascenditur, a se conscriptum. Vitæ Climaci aliquod compendium ejus libro, cui titulus, *Scala Paradisi*, præfigitur elucubratum a Daniele Monacho Raythuno. Colitur die XXX. Martii ad quem diem Bollandus illud recitat, qui & ad diem XIV. mensis Januarii in Vita de Sanctis XLIII. Martyribus, Monachis *Cœnobii Raythu* in Arabia existimat, Cœnobium illud, cujus Abbas fuit S. *Climacus*, situm fuisse in ora Orientali maris Rubri, haud procul a Phara oppido, licet Baronius in Notis ad Martyrologium Romanum ad eumdem diem putaverit, illud positum cia Sinum Arabicum in ipsa Ægypto.

I. *Longobardi invalescunt in Rom. Imper.*

SEquitur annus quingentesimus nonagesimusquintus Indictionis decimætertiæ, qui extitit universæ Italiæ calamitosus: cum Agilulphus Longobardorum Rex, rupta pace, ipso veris initio, cum exercitu, furore plenus, Romam versus parat adventum. Unde autem acciderit, ut idem Rex talia aggressus sit, Paulus narrat his verbis: (a) *Hac eadem tempestate Romanus Patricius Exarchus Ravenna Romam properavit: qui cum Ravennam reverteretur, recepit civitates qua e Longobardis tenebantur, quarum ista sunt nomina, Polimartium, Harte, Tudertum, Ameria, Perusium, Luceoli, & alias quasdam civitates. Quod factum cum Regi Agilulpho nunciatum esset: statim Ticino egressus cum valido exercitu Perusium petiit, ibique per dies aliquot Mauritionem ducem Longobardorum, qui se Romanorum partibus tradiderat, obsedit, & captum sine mora vita privavit. Hujus Regis adventu in tantum beatus Gregorius Papa exterritus est, ut ab expositione templi, de quo Ezechiel scripserat, desisteret, sicut ipse quoque in ipsis suis homeliis refert. Rex autem Agilulphus, extincto Mauritione, Ticinum repedavit.* Hucusque Paulus, qui multa præteriisse ex sancti Gregorii litteris redarguitur, ex quibus perrexisse quoque in agrum Romanum eumdem Agiluiphum apparet.

(a) *Paul. diac. l. 4. c. 7. in nova edit. & in vet. 3.*

II. Scribebat hoc anno atque dicebat ad populum S. Gregorius homilias super Ezechielem prophetam; jamque decimamtertiam dicturus erat, cum ista præfatur: (b) *Quia multis curis prementibus, Ezechielis propheta librum coram charitate vestra totum per ordinem perscrutari non licuit: bonis vestris desideriis placuit parere *, ut saltem extrema ejus visio, qua ei facta est de ædificio in monte constituto, qua & cunctis est visionibus ejus obscurior, exponi debuisset. Et quidem voluntati vestræ me parere necesse est. Sed duo sunt qua hac cure perturbant animum meum. Unum, quod hac eadem visio tanta obscuritatis nebulis tegitur, ut vix in ea aliquid intellectu interlucente videatur. Aliud, quod jam Agilulphum Longobardorum Regem, ad obsidionem nostram summopere festinantem, Padum transisse * cognovimus. Unde pensate, fratres carissimi, in caliginosis & mysticis sensibus penetrare quid valeat mens misera timoris sui perturbationibus occupate, &c.*

(b) *Greg. præf. in l. 2. super Ezechiel.*
* *petere*
*Gregorius concionatur, & Ezechielem interpretatur.*
* *transmeasse.*

Admiratione hæc profecto digna videntur, quod his hoc tempore vacare potuerit ipse Gregorius obsidionem Urbis expectans, & quod populus in summo discrimine civitatis conciones ab eo tales exigeret, quas in summo otio vix intelligere posse daretur. Etenim non solum (ut dictum est) ista Gregorius ipse scribebat, sed etiam coram universo populo pro concione dicebat, ut idem ipse in ejusdem expositionis præfatione libri primi testatur, cum ait, scribens ad Marinianum Episcopum: *Homilias, qua in beato Ezechiele propheta, ut coram populo loquebar, excepta sunt, multis curis irruentibus, in abolitione, reliqueram.* III.

Admirati sunt hæc omnes qui sapiunt, ut sub oneroso fasce curæ totius orbis, & in tanto discrimine Urbis potuerit Gregorius in his philosophari, & populum edocere: ut plane constiterit ipsum pro arbitrio pennis contemplationis potuisse sursum super astra levari, atque deorsum ad populi descendere opportunitatem; illud Pauli (c) consecutus: *Scio abundare, & scio penuriam pati.* Et secundum illud David (d): cum poneret pro animi voluntate ascensiones in corde suo, rursum vero disponeret descensiones in valle lacrymarum. Admiratur inter alios ista sanctus Bernardus, dum ad Eugenium scribens hæc ait (e): *Non defuere Romani Pontifices, qui sibi otia inter maxima negotia invenirent. Obsidio Urbis & barbaricus ensis civium cervicibus imminebat: Numquid tamen istud terruit beatum Papam Gregorium, quo minus sapientiam scriberet in otio? Eo nempe tempore (quod ex ejus præfatione liquet) obscurissimam & extremam partem Ezechielis tam diligenter quam eleganter exposuit.* Atque etiam homilias illas ad populum dixit. IV.

IV. *Gregorius contemplatione, & actione præcipuus.*

(c) *Philip. 4.*
(d) *Psal. 83.*
(e) *Bernar. de consid. l. 2. ad fin.*

Sed & multo magis mirabitur, qui legerit quæ habet S. Hieronymus in epistola ad Marcellinum & Anapsychiam (f): ubi ait, interpretationem in eumdem Ezechielem aggressum se, impeditum prosequi, quod audisset multas Occidentales provincias & ipsam Urbem vastari a Go- V.

(f) *Hier. ep. 92.*



PAGIUS SÆC. VI. Anno Eræ Hispan DCXXXIII. A.C. 595.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6088.

☉ 16. B. ☽ 7. P. 3. April. Indict. 13.

JESU CHRISTI 595.

GREGORII PAPÆ 6.

MAURICII IMP. 14.

I. *Postconsulatus.*

IS Annus hac formula notatus: *XIII. post consulatum Mauricii Tiberii Aug. solius XI.* ut tradit Chronicon Alexandrinum.

Gothis: ut plane ostenderit, nonnisi tranquillissimi esse animi, & ab omni penitus quamvis e longe ariam emergantis sollicitudinis nebula liberi, in tam profunda mysteria ingredi. Sed audi, quæso, ejus verba: *Ezechielis volumen olim aggredi volui, & sponsionem celeberrimam studiosis lectoribus reddere; sed in ipso dictandi exordio ita animus meus Occidentalium provinciarum, & maxime urbis Romanæ vastatione confusus est, ut juxta vulgare proverbium, propriem ignorarem vocabulum. Diu tacui, sciens tempus esse lacrymarum.* Hæc ipse: ex quibus, inquam, magis admirare Gregorium. Si enim rumor tantam Occidentalium cladium a cœptis Hieronymum revocavit in Oriente degentem, nullo pastorali onere prægravatum, sed solum sacris litteris incumbentem; quantum putas fuisse Gregorium, qui inter ipsos gladios barbarorum, obstrepentibus tubarum clangoribus, pressus & oppressus totius orbis sollicitudine pastorali, haud vegeto, & sano corpore, sed languente morbis assiduis, aggreditur & prosequitur in eum prophetam interpretationem & conciones? Sed quid insuper? Cum idem sanctus Hieronymus (prout ipse eadem testatur epistola) jam iterum majori otio eumdem prophetam esset aggressus interpretari, jamque (ut ait) tres explicasset libros: barbarorum rursus irruptione attingentium limites Palæstinæ, a cœptis desistere iterum coactum se fuisse dicit, illud ad excusationem obtendens: *Quod si,* inquit, *juxta inclytum Oratorem, silent inter arma leges: quanto magis studia Scripturarum, quæ & librorum multitudine, & silentio, ac librariorum sedulitate, quodque proprium est, securitate & otio dictantium indigent?* At vero Gregorius vix tunc a cœptis est violenter abstractus, ubi vallata Urbe obsidione, vulnera civium, vincula, atque cædes est oculis contemplatus: cum enim concionari adhuc pergeret, & ad finem vigesimæ secundæ homiliæ pervenisset, ita ad populum peroravit:

VI. Finem imponit concionandi S. Gregorius.

*Nemo autem me reprehendat, si post hanc locutionem cessavero: quia (sicut omnes cernitis) nostræ tribulationes excreverunt, undique gladiis circumfusi sumus, undique imminens mortis periculum timemus. Alii detruncatis ad nos manibus redeunt, alii capti, alii interempti nunciantur. Jam cogor linguam ab expositione retinere: quia tædet (a) animam meam vita mea. Jam nullus in me sacri eloquii studium requirat; quia versa est (b) in luctum cithara mea, & organum meum in vocem flentium. Jam cordis oculus in mysteriorum discussione non vigilat: quia dormitavit (c) anima mea præ tædio. Jam minus lectio animo dulcis est: quia oblitus sum (d) manducare panem a voce gemitus mei. Cui autem vivere non licet, de Scriptura sacra sensibus loqui mystica qualiter libet? Et qui cogor quotidie amara bibere, quando possum dulcia propinare? Quid igitur restat, nisi ut inter flagella, quæ ex nostris iniquitatibus patimur, cum lacrymis gratias agamus? Ipse etenim qui nos creavit, etiam pater factus est per adoptionem spiritum quem dedit: & aliquando filios pane nutrit, aliquando flagello corrigit, quia per dolores & munera ad hæreditatem perpetuam erudit. Sit itaque gloria omnipotenti Domino, &c.* Vidisti hominem in carne extra carnem positum, scientem quidem dolores, sed non succumbentem illis, Angelum merito appellandum, & forte plusquam Angelum; dum illi absque adversantibus malis (quod ipsorum naturæ est) laudes Deo persolvunt; iste undique vallatus ærumnis, nihil prætera in gemitibus suis, quam Deo gratias agere, eique gloriam occinere didicit.

(a) Job 10.
(b) Job. 30.
(c) Ps. 118.
(d) Ps. 101.

VII. Sed antequam quæ de rebus Longobardorum anni hujus sunt reliqua prosequamur, quæ vel de seipso, vel de Urbis miserando statu diversis in locis dictarum homiliarum in Ezechielem ipse Gregorius tradat, instituto consentientia, hic describamus. Audi primam, quam exactissimus fuerit suorum morum custos: ex eis enim in quibus deplorat incautum, senties ipsum in levibus etiam cavendis sordibus vigilantissimum. Dum itaque verba illa interpretatur: *Fili hominis, speculatorem dedi te domui Israel:* & totus ac perfectionis eminentiam describit eorum qui præsunt aliis, hæc ait: (e) *O quam dura mihi sunt ista quæ loquor: quia memetipsum loquendo ferio, cujus neque lingua (ut dignum est) prædicationem tenet; neque in quantum tenere sufficit, vita sequitur linguam. Qui otiosis verbis sæpe implicor, & ab exhortatione atque ædificatione proximorum torpens, & negligens cesso. Qui in conspectu Dei factus sum mutus & verbosus; mutus in necessariis, verbosus in otiosis. Sed ecce sermo Dei de speculatoris vita compellit ut loquar. Tacere non possum, & tamen loquendo me ferire pertimesco. Dicam, dicam, ut verbi Dei gladius etiam per me ipsum ad configendum cor proximi transeat. Dicam, dicam, ut etiam contra me sermo Dei sonet per me. Ego reum me esse non abnego, torporem meum atque negligentiam video. Erit fortasse apud pium judicem impetratio veniæ ipsa cognitio culpæ.*

(e) Greg. in Ezech. homil. 11.

Deplorat suas miserias S. Gregorius.

VIII. *Et quidem in monasterio positus valebam & ab otiosis linguam restringere, & in intentione orationis pene continue mentem tenere. At postquam cordis humerum*

sar-

*sarcinæ pastorali supposui, colligere se ad semetipsum assidue non potest animus, quia ad multa partitur. Cogor namque modo Ecclesiarum, modo monasteriorum causas discutere: sæpe singulorum vitas actusque pensare: modo quædam civium negotia sustinere: modo de irruentibus barbarorum gladiis gemere, & commisso gregi insidiantes lupos timere: modo rerum curam sumere, ne desint subsidia eis ipsis, quibus disciplinæ regula tenetur: modo raptores quosdam æquanimiter perpeti, modo eis sub studio servatæ charitatis obviare. Cum itaque ad tot & tanta cogitanda scissa, & dilaniata mens ducitur; quando ad semetipsam redeat, ut totam se in prædicatione colligat, & a proferendi verbi ministerio non recedat? Quia autem necessitate loci sæpe viris sæcularibus jungor, nonnumquam mihi linguæ disciplinam relaxo: nam si in assiduo censuræ meæ rigore me teneo, scio quia ab infirmioribus fugior, eosque ad hoc quod appeto, numquam traho. Unde fit ut eorum sæpe & otiosa patienter audiam. Sed quia ipse quoque infirmus sum, in otiosis sermonibus paulisper tractus, libenter ea loqui incipio, quæ audire cœperam invitus: & ubi tædebat cadere, libet jacere. Quis ergo vel qualis speculator sum, qui non in monte operis sto, sed adhuc in valle infirmitatis jaceo? &c.*

VIII. Disce insuper ex iisdem dictis ad populum homiliis, quanta idem polleret animi demissione, quam sancti Patres vocare consueverunt humilitatem. Audi ipsum inferius, quibus acceptum ferat quicquid concionari soleret ad populum: dum quales comparare se debeant interpretes divinæ Scripturæ, docet, sicque ait (a): *Non enim hoc temeritate aggredior, sed humilitate. Scio enim, quia plerumque multa in sacro eloquio, quæ solus intelligere non potui, coram fratribus meis positus intellexi. Ex quo intellectu, & hoc quoque intelligere studui, ut scirem ex quorum mihi merito intellectus daretur: patet enim, quia hoc mihi pro illis datur, quibus mihi præsentibus datur. Ex qua re, largiente Deo, agitur ut sensus crescat, & elatio decrescat; dum propter vos disco quod inter vos doceo. Quia (verum fateor) plerumque vobiscum audio quod dico. Quicquid ergo in hoc propheta minus intellexero, mea cæcitatis est: si quid intelligere apte potuero, ex divino munere vestræ venerationis.* Hæc ipse. Dicam libere, pluris apud me est ejusmodi coram populo facta professio, quam quævis ab eo miracula edita.

(a) Greg. in Ezech. homil. 24. Admiranda S. Gregorii humilitas.

IX. Sed revocemus orationem ad luctum: hic, inquam, reddamus quæ de miseranda Urbis ac totius Italiæ facie iisdem homiliis Gregorius coram audiente populo repræsentat; ait enim (b): *Quid est jam, rogo, quod in hoc mundo libeat? Ubique luctus aspicimus, ubique gemitus audimus. Destructæ urbes, eversa sunt castra, depopulati agri, in solitudinem terra redacta est: nullus in agris incola, pene nullus in urbibus habitator remansit: & tamen ipsæ parvæ generis humani reliquiæ adhuc quotidie & sine cessatione feriuntur; & finem non habent flagella cælestis justitiæ, quia nec inter flagella correctæ sunt actionis culpæ. Alios in captivitatem duci, alios detruncari, alios interfici videmus. Quid est ergo quod in hac vita libeat, fratres mei? Si & talem adhuc mundum diligimus, non jam gaudia, sed vulnera amamus.* Hæc generatim pro concione Gregorius, qui & mox de ipsa Urbe subiicit ista miserrima:

(b) Greg. in Ezech. hom. 18. De miserando Italiæ statu.

X. *Ipsa autem quæ aliquando mundi domina esse videbatur, qualis remanserit Roma, conspicimus. Immensis doloribus multipliciter attrita, desolatione civium, impressione hostium, frequentia ruinarum: ita ut in ea completum esse videamus, quod contra urbem Samariam per hunc eumdem prophetam* Ezechielem *longe superius dicitur (c): Pone ollam, pone inquam, & mitte in ea aquam, & congere frusta ejus in ea:* Et paulo post: *Efferbuit coctio ejus, & decocta sunt ossa illius in medio ejus. Atque iterum: Congere ossa, quæ igne succendam, consumentur carnes, & coquetur universa compositio, & ossa tabescent. Pone quoque eam super prunas vacuam, ut incalescat, & liquefiat æs ejus. Tunc enim nobis olla posita est, cum hæc est civitas constituta. Tunc in eam aqua missa est, & frusta ejus congesta sunt, quando ad eam undique populi confluebant, qui velut aqua calens actionibus mundi fervescerent, & quasi frusta carnium in ipso suo fervore liquarentur. De qua bene dicitur: Efferbuit coctio ejus, & decocta sunt ossa ejus in medio illius. Quia prius quidem in ea vehementer incaluit actio gloriæ sæcularis, sed postmodum ipsa gloria cum suis sequacibus defecit. Per ossa etenim potentes sæculi, per carnes vero populi designantur: quia sicut carnes portantur ossibus, ita per potentes sæculi infirmitas regitur populorum. Sed ecce jam de olla omnes hujus sæculi potentes ablati sunt: ossa ergo excocta sunt. Ecce populi defecerunt: carnes ejus liquefactæ sunt. Dicatur itaque: Congere ossa, quæ igni succendam: consumentur carnes, & coquetur universa compositio ejus, & ossa tabescent. Ubi enim Senatus? ubi jam populus? Contabuerunt ossa, consumptæ sunt carnes: omnis enim sæcularium dignitatum ordo extinctus est. Excocta est universa compositio ejus: & tamen ipsos nos paucos, qui remansimus, adhuc quotidie*

Urbis luctuosus status.

(c) Ezech. 24.

*die gladii, adhuc quotidie innumeræ tribulationes premunt. Dicatur ergo: Pone quoque eam super prunas vacuam. Quia enim Senatus deest, populus interiit: & tamen in paucis, qui sunt, dolores & gemitus quotidie multiplicantur: jam vacua ardet Roma.*

XI. *Quid autem ista de hominibus dicimus, cum ruinis crebrescentibus ipsa quoque destrui ædificia videmus? Unde apte de civitate jam vacua subditur: Incalescat & liquefiat æs ejus. Jam enim & ipsa olla consumitur, in qua prius & carnes & ossa consumebantur: quia postquam defecerunt homines, etiam parietes cadunt. Ubi autem sunt qui in ejus aliquando gloria lætabantur? ubi eorum pompa? ubi superbia? ubi frequens & immoderatum gaudium? Impletum est in ea, quod contra destructam Niniven per prophetam dicitur (a): Ubi est habitaculum leonum & pascua catulorum leonum? An ejus duces ac principes leones non erant, qui per diversas mundi provincias discurrentes prædam sæviendo & interficiendo rapiebant? Hic leonum catuli inveniebant pascua: quia pueri, adolescentes, juvenes sæculares & sæcularium filii huc undique concurrebant, cum proficere in hoc mundo voluissent. Sed jam ecce desolata, ecce contrita, ecce gemitibus oppressa est. Jam nemo ad eam currit, ut in hoc mundo proficiat: jam nullus potens & violentus remansit, qui opprimendo prædam diripiat. Dicamus ergo: Ubi est habitaculum leonum, & pascua catulorum leonum? Contigit ei quod de Judæa novimus per prophetam dictum (b): Dilata calvitium tuum sicut aquila. Calvitium quippe hominis in solo capite fieri solet, calvitium vero aquilæ in toto corpore: quia cum valde senuerit, plumæ ejus ac pennæ ex omnibus membris illius cadunt. Calvitium ergo suum sicut aquila dilatat: quia plumas perdidit, quæ populum amisit. Alarum quoque pennæ ceciderunt, cum quibus volare ad prædam consueverat: quia omnes potentes extincti sunt, per quos aliena rapiebat. Hæc autem quæ de Romanæ urbis contritione dicimus, in cunctis facta mundi civitatibus scimus. Alia etenim loca clade desolata sunt, alia gladio consumpta, alia fame cruciata, alia terræ hiatibus absorpta. Despiciamus ergo ex toto animo hoc præsens sæculum vel extinctum, &c.*

(a) Nahum. 3.

(b) Mich. 1.

XII. Sed quam justo Dei judicio barbari sinerentur in Romanum Imperium prævalere, ubi idem S. Gregorius ad ipsam Constantinam Augustam scribens hoc anno, exemplis ingerit, quæ cum sub Romano Imperatore subditi paterentur, narrat his verbis: (c) *Corsica*, inquit, *insula tanta nimietate exigentium & gravamine premitur exactionum, ut ipsi qui in illa sunt, eadem quæ exiguntur, complere vix filios suos vendendo sufficiant. Unde fit, ut derelicta pia Republica, possessores ejusdem insulæ ad nefandissimam Longobardorum gentem cogantur confugere. Quid enim gravius, quid crudelius a barbaris pati possunt, quam ut constricti atque compressi suos vendere filios compellantur? In Sicilia autem insula Stephanus quidam marinarum partium Chartularius tanta præjudicia, tantasque oppressiones operari dicitur invadendo loca singulorum, atque sine dictione causarum per possessiones ac domos titulos ponendo; ut si velim acta ejus singula, quæ ad nos pervenerunt, dicere, magno volumine hæc explere non possim. Quæ omnia serenissima domina solerter aspiciat, & oppressorum gemitus compescat. Hæc enim ego ad piissimas aures vestras pervenisse non suspicor: nam si pervenire potuissent, nunc usque minime permansissent. Quæ piissimo domino apto sunt tempore suggerenda: ut ab anima sua, ab Imperio, atque a filiis suis tale hoc tantumque facinus, peccatique pondus amoveat.*

(c) Greg. l. 4. ep. 33. Ind. 13.

Dyra tyrannis exercetur a præsidibus Provinciarum.

XIII. *Qui scio quoniam dicturus est, quia nobis in Italia expensis transmittitur, quicquid de prædictis insulis aggregatur. Sed ego suggero ad hoc, ut etsi minus expensæ in Italia tribuantur, a suo tamen Imperio oppressorum lacrymas compescat. Nam & idcirco fortasse tantæ expensæ in hac terra minus ad utilitatem proficiunt, quia cum peccati aliqua admixtione colliguntur. Præcipiant ergo serenissimi domini, nil cum peccato colligi. Nam scio, quia etsi parum Reipublicæ attribuitur utilitatibus, ex eo multum Respublica adjuvatur. Quod etsi fortasse contingat expensis minoribus minus adjuvari; melius est tamen temporaliter nos non vivere, quam vos ad æternam vitam obstaculum aliquod invenire. Quæ enim mentes, qualia viscera parentum esse possunt, perpendite, quando filios suos distrahunt, ne torqueantur? Qualiter autem miserendum sit filiis alienorum, hoc bene sciunt qui habent proprios. Unde mihi hæc breviter suggessisse sufficiat; ne si ea quæ in his partibus aguntur pietas vestra non cognosceret, me apud districtum Judicem silentii mei culpa mulctaret.* Hæc ad Imperatricem Gregorius.

Non gravandi populi aliqua prætexto belli.

XIV. Ex his videas, unde fluxerit divina vindicta post hæc in Mauritium atque ejus filios immissa, de qua suo loco dicendum. Intelliges tunc, quanto damno non audiant Principes sacerdotes: quantoque dispendio regni, filiorum, ac denique animæ, præter jus fasque a populis sibi subjectis quovis prætextu necessitatis gravia tributa extorqueant. Peccabat & in eo summopere Mauritius Imp. quod superbientem in Romanam Ecclesiam Jo-

Ex tyrannide princip. barbari invalescunt.

an-

annem Constantinopolitanum Episcopum confovebat: cujus rei causa Dei iram in Imperium Romanum frequenti barbarorum immissione conversam, idem Gregorius alibi alia occasione scribens ad ipsum Mauritium Imperatorem affirmat. Dum enim agit de superbia Joannis Episcopi Constantinopolitani erigentis se titulo universalitatis adversus fratres & collegas aliarum sedium sacerdotes, ait hæc observatione dignissima (*a*):

(*a*) Greg. l. 4. ep. 32. Ind. 13.

XV. *Quæ enim, serenissime domine, virtus humana, quodque carnei robur brachii, contra vestri Christianissimi culmen Imperii irreligiosas præsumeret manus erigere, si studeret concors sacerdotum mens Redemptorem suum lingua pro vobis, atque ut oportebat, meritis exorare? Aut quis ferocissimæ gentis gladius in necem fidelium tanta crudelitate grassaretur, nisi nostra vita, qui sacerdotes nominamur, & non sumus, a pravissimis gravaretur operibus? Sed dum nos competentia nobis relinquimus, & nobis incompetentia cogitamus, peccata nostra barbaricis viribus sociamus, & culpa nostra hostium gladios exacuit, quæ Reipublicæ vires gravat.* Hæc & alia ipse, ex obliquo feriens Imperatorem, qui non reprimeret Joannis superbiam Ecclesiam perturbantem. Rursum vero in regios ministros malorum ingruentium culpam reiiciens, hæc ad Sebastianum Episcopum de iisdem (*b*): *Quæ enim*, inquit, *frater sanctissime, de amici vestri domini Romani* (Exarchus hic erat) *persona in hac terra patimur, loqui minime valemus. Breviter tamen dico, quia ejus in nos malitia gladios Longobardorum vicit: ita ut benigniores videantur hostes, qui nos interimunt, quam Reipublicæ Judices, qui nos malitia sua, rapinis atque fallaciis in cogitatione consumunt.* Hæc ipse.

(*b*) Greg. l. 4. ep. 35. Ind. 13.

XVI. Greg. Papa quanta pro suis. Contra vero, quod antea & præsenti anno grassantibus Longobardis in omnes Italiæ regiones, Roma fuerit inaccessa: præstitit id vigilantia Romanorum Pontificum, qui præter juges excubias in vigiliis, jejuniis, & orationibus addiderunt ut Ecclesiæ pecuniis redimerent vexationem, prout idem ipse Gregorius hoc item anno scribens ad eamdem quæ supra Constantinam Augustam hæc post alia nonnulla habet: (*c*) *Viginti autem jam & septem annos ducimus, quod in hac Urbe inter Longobardorum gladios vivimus. Quibus quam multa hac ab Ecclesia quotidianis diebus erogantur, ut inter eos vivere possimus, suggerenda non sunt. Sed breviter indico, quia sicut in Ravennæ partibus dominorum pietas apud primum exercitum Italiæ Sacellarium habet, qui causis supervenientibus quotidianas expensas faciat, ita & in hac Urbe ex causis talibus eorum Sacellarius ego sum. Et tamen hæc Ecclesia, quæ uno eodemque tempore clericis, monasteriis, pauperibus, populo, atque insuper Longobardis tam multa indesinenter expendit, ecce adhuc ex omnium Ecclesiarum premitur afflictione, &c.*

(*c*) Greg. l. 4. ep. 34. Ind. 13.

Quod ad ea quæ dicta sunt pertinet, putavi interdum in textu Gregorii, pro, Sacellarium, legi debere, Saccellarium, quasi a saccellis sumptum nomen: quod satis ipse Gregorius docet, dum ostendit Saccellarium fuisse Thesaurarium pecuniæ publicæ, cujus rei gratia oportuit ipsi creditos esse pecuniarum sacculos, ob idque Saccellarium dictum esse. Huic meæ sententiæ suffragatur idem Gregorius in epistola (*d*) ad Honoratum diaconum, ubi agens de solutione consuetæ pecuniæ pro dignitate Consulari adipiscenda, ait: *Magis ex se agat dilectio tua, quatenus oblatis in saccella consuetudinibus, honores mereatur accipere.* Ubi per saccella, certum est intelligi Principis pecuniarum capsam, & proinde per Saccellarium, Thesaurarium. In quam sententiam & Isidorus (*e*): *Fiscus, inquit, saccus est publicus.* Hinc accidit ut sæpe per Saccellarium in causis criminalibus appellatum invenias Fiscalem procuratorem; ut in Actis S. Maximi martyris sæpius invenitur, ut suo loco dicetur. XVII. Sacellarii qui sint.

(*d*) Greg. l. 12. ep. 27. Indict. 7.

(*e*) Isid. Orig. l. 20. c. 9.

Reperiri etiam contingit eamdem vocem Sacellarii in Ecclesiasticis ministeriis apud Græcos (ut auctor est Curopalata) pro iis qui curam gerunt monasteriorum, tam virorum, quam mulierum. Itemque habet Theodorus in Meditatis, idem esse

PAGIUS II. *Ecclesia & Imperium suos Saccellarios habebant.* Ad num. XVI. & seq. Divus Gregorius lib. IV. Epist. XXXIV. scribit Constantinæ Augustæ quanta a Langobardis Roma patiatur, atque inter alia: *Breviter indico, quia sicut in Ravennæ partibus Dominorum Pietas apud primum exercitum Italiæ, Saccellarium habet, qui causis supervenientibus quotidianas expensas faciat, ita & in hac Urbe ex causis talibus eorum Saccellarius ego sum.* Significat saccus, fiscum seu thesaurum, indeque Augustinus in Psalm. 146. & ex eo Isidorus lib. 20. cap. 9. *fiscus, saccus est publicus.* In eadem notione usurpatur sacculus; indeque Gregorius M. lib. 1. Epist. XLII. *quia nos sacculum Ecclesiæ ex lucris turpibus nolumus inquinari.* Denique eodem significatu sumitur *saccellum* & *sacellum*, ut liquet ex Corippo lib. 4.

*Gratior Augustis servans pia gaza sacelli.*

Et Gregorius M. lib. XII. Ep. XXVII. data ad Honoratum Diaconum, agens de solutione consuetæ pecuniæ pro dignitate Consulari adipiscenda, ait: *Magis ex se agat Dilectio tua, quatenus oblatis in saccella consuetudinibus honores mereatur accipere.* Ubi per *Saccella*, certum est, inquit Baronius, intelligi Principis pecuniarum capsam, & proinde per Saccellarium

esse nomen Oeconomi, Custodis, Saccellarii, vel præfecti sacellis. Apud Latinos si Saccellarius scribitur a sacellis Thesaurarius Ecclesiæ intelligitur: si vero per simplicem, c, Sacellarius a sacello, qui scilicet sacello præest, significatur. Sed de his hactenus.

XVIII. Vires Romanorum Pontificum. Revertamur jam ad S. Gregorium, qui (ut dictum est) redimebat pretio salutem Urbis in discrimine positæ, non quod diffideret viribus, sed potius quod ægro animo ferret humanum sanguinem bello fundi: satis namque sibi virium fuisse, ut hostes internecione deleret, si voluisset, ipsemet testatur; nam audi quæ habet, scribens ad Sabinianum diaconum (a): *Unum est*, inquit, *quod breviter suggeras serenissimis dominis nostris: quia si ego servus eorum in morte Longobardorum me miscere voluissem, hodie Longobardorum gens nec Regem, nec Duces, nec Comites haberet, atque in summa confusione esset divisa. Sed quia Deum timeo, in mortem cujuslibet hominis me miscere formido.* Hæc Gregorius: ex quibus æque intelligas, quantæ essent in ipso Romano uno Pontifice vires: ut cognoscas effusam in Longobardos largitionem ex charitate Christiana manasse.

(a) Greg. l. 7. ep. 2. Ind. 1.

Verum quod ad mitigandos concitatos barbaricos animos quæque obsequia videri inutilia potuissent: quod solius Dei sit opus, tumentes sedare marinos in tempestate fluctus: re vera divina potius opitulante gratia contigit, Urbem fuisse Longobardis inaccessam: de eadem enim idem agens, totum id tribuit non largitioni pecuniarum, sed Petro Apostolo vigilanti super custodiam Urbis: cum enim ad Rusticianam Patriciam scribit, hæc ait (b): *Sin vero gladios Italiæ ac bella formidatis: solicite debetis aspicere, quanta beati Petri Apostolorum principis in hac Urbe protectio est, in qua sine magnitudine populi & sine adjutoriis militum tot annis inter gladios illæsi, Deo auctore, servamur.* Hæc ipse.

(b) Greg. l. 7. ep. 23. Ind. 2.

XIX. Sed quantis adhuc præter hæc idem Gregorius hoc anno angustiis premeretur, audi ipsum ita scribentem ad Sebastianum Episcopum (c): *Uno*, inquit, *tempore curam Episcoporum, atque clericorum, monasteriorum quoque & populi gerere, contra hostium insidias solicitum vigilare, contra Ducum fallacias atque malitias suspectum semper existere; cujus laboris, cujus doloris sit, vestra fraternitas tanto verius penset, quanto me, qui hæc patior, purius amat.* Hæc idcirco Gregorius, quod expertus esset, quam infideles barbari in fide servanda existerent, & quam versipelles qui ab Imperatore in Italiam mitterentur Exarchi. Audi insuper ipsum ad Joannem Constantinopolitanum Episcopum ad finem epistolæ, hoc item anno ista scribentem: (d) *Sub tantis tribulationibus circumfusus, barbarorum gladiis premor, ut non dico multa tractare, sed mihi respirare vix liceat.* Inter hæc igitur tot discrimina Gregorius constitutus, nihil sibi tutius suisque rebus putavit securius accidere posse, quam curare si cum Agilulpho Rege Longobardorum componere pacem posset: cujus rei perficiendæ gratia, hæc ad Severum Scholasticum Exarchi scripsit (e):

(c) Greg. l. 4. ep. 35. Ind. 13.

Gregor. quibus premeretur angustiis.

(d) Greg. l. 4. ep. 58. Ind. 13.

(e) Greg. l. 4. ep. 29. Ind. 13.

XX. Greg. de pace agit cum Longobard. *Qui assistunt Judicibus, & sinceris erga eos dilectionibus obstringuntur, illa eis suadere debent atque suggerere, quæ & animam salvent & opinioni non derogent. Proinde quoniam novimus, quanta fidei sinceritate excellentissimum Exarchum diligatis: ideirco magnitudini vestræ, quæ acta sunt, indicare curavimus: ut hæc cognoscentes, ad consentiendum eum rationabiliter provocetis. Scitote autem, quia Agilulphus Longobardorum Rex generalem pacem facere non recusat, si tamen ei dominus Patricius judicium esse voluerit. Nam multa sibi in locis suis intra pacis terminum queritur esse commissa. Et quoniam sibi, si ratio judicantium invenerit, satis fieri postulat, & ipse quoque se satisfacturum modis omnibus pollicetur, si quid a partibus suis constiterit in pace esse commissum.*

*Quia ergo rationi non ambigitur convenire quod petit, oportet esse judicium, ut si qua ab utraque parte malefacta sunt componantur; dummodo generalis pax fiat, atque Deo valeat protegente firmari: nam qualiter sit nobis omnibus necessaria, bene nostis. Sapienter itaque sicut consuevistis, agite, ut excellentissimus Exarchus ad hoc sine mora debeat consentire; ne per eum pax remui, quod non expedit, videatur. Si enim consentire noluerit, nobiscum quidem specialem pacem facere repromittit: sed scimus quia & diversæ insulæ & loca sunt alia proculdubio peritura. Hæc autem consideret, & pacem ha-*

PAGIUS rium, Thesaurarium. Porro non solum Imperatores; sed etiam Ecclesia Romana *Sacellarios* suos habuit, quibus sacelli seu fisci Ecclesiastici cura incumbebat. Quæ dignitas magna fuit in Ecclesia Constantinopol. Hæc omnia variis exemplis a Ducangio in voce *Saccus* confirmata. Baronius explicans laudatam Epistolam XXVII. libri XII. ait: putavi interdum in textu „ Gregorii pro *Sacellarium* legi debere „ *Saccellarium* quasi a *Saccellis* sumptum nomen, quod satis ipse Gregorius docet, dum „ ostendit, Sacellarium fuisse Thesaurarium pecuniæ publicæ, cujus rei gratia oportuit ipsi „ creditos esse pecuniarum sacculos, ob idque „ Sacellarium dictum esse. Ita Baronius. Verum nihil opus ulla mutatione, inquit Gretzerus

*habere festinet: quatenus in hac saltem dilatione & nos quietem possimus habere ad modicum, & Reipublica resistendi vires, adjuvante Domino, melius reparentur.* Hucusque de pace Gregorius, cui ista de Agilulpho promittenti minime ab Imperatore credita sunt. Delata enim cum hæc fuissent ab Exarcho ad ipsam Mauritium Imperatorem, sicut ille, ita & ipse sanctum Gregorium ut simplicem nimis derisit, quod facile adeo crederet Regi Longobardorum; datisque ad eum litteris haud Summo Pontifice dignis, de pluribus conquestus est, nulla summi sacerdotii habita ratione non extant illæ quidem, sed quales fuerint, ex redditis a S. Gregorio ad eum litteris facile potest intelligi: sic enim istæ se habent (a):

(a) Greg. l.4. ep.31. Ind. 13.

XXI. Deridetur Greg. ab Imp. Mauritio.

*In serenissimis jussionibus suis dominorum pietas dum me de quibusdam redarguere studuit, parcendo mihi minime pepercit. Nam in eis urbanæ simplicitatis vocabulo me fatuum appellat. In scriptura etenim sacra cum in bona intelligentia ponitur simplicitas, vigilanti sæpe prudentia atque rectitudini sociatur.* Et post nonnulla in eam sententiam allegata, ad causam descendit, hæc subdens: *Ego igitur, qui in serenissimorum dominorum jussionibus ab Arnulphi astutia deceptus, non adjuncta prudentia simplex denuncior, constat proculdubio, quia fatuus appellor: quod ita esse, ego quoque ipse confiteor. Nam si hoc vestra pietas taceat, causæ clamant. Ego enim si fatuus non fuissem, ad ista toleranda, quæ inter Longobardorum gladios hoc in loco patior, minime venissem. In ea autem re, quam de Arnulpho perhibui, quia toto corde venire ad Rempublicam paratus fuit: dum mihi non creditur, etiam mentitus esse reprehendor. Sed etsi sacerdos non sum: scio gravem esse hanc injuriam sacerdoti, ut veritati serviens, fallax credatur. Et dudum novi quoniam Arnulpho plus est creditum, quam mihi: Leoni amplius est creditum, quam mihi: & nunc eis qui esse, ad medium videntur plus quam meis assertionibus credulitas impenditur.*

XXII. Magno demum Italiæ Gre. Papæ non creditur.

*Et quidem si terræ mea captivitas per quotidiana momenta non excresceret, de despectione mea atque irrisione lætus tacerem. Sed & hoc me vehementer affligit: quia ego unde crimen falsitatis tolero, inde Italia quotidie ducitur sub Longobardorum jugo captiva: dumque meis suggestionibus in nullo creditur, vires hostium immaniter excrescunt. Hoc tamen piissimo domino suggero, ut de me mala omnia qualibet existimet, de utilitate vero Reipublicæ, & causa ereptionis Italiæ non quibuslibet facile piae aures præbeat, sed plus rebus quam verbis credat.* His subjicit de honore cultuque quo debeant omnes ex præscripto legis divinæ venerari sacerdotes, exemplumque ingerit Constantini Magni, & in majus opprobrium Gentiles etiam in medium adducit, quanta illi veneratione prosecuti fuerint sacerdotes. Demum vero: *Hæc ergo*, inquit, *pietati dominorum non pro me, sed pro cunctis sacerdotibus suggero. Ego enim homo peccator sum: & quia omnipotenti Deo incessanter quotidie delinquo, aliquod mihi apud tremendum examen illius esse remedium suspicor, si incessantibus quotidie plagis ferior. Et credo, quia eumdem omnipotentem Dominum tanto vobis amplius placatis, quanto me ei male servientem districtius affligitis.*

*Multas enim jam plagas acceperam, & supervenientibus dominorum jussionibus inveni consolationes, quas non sperabam. Si enim possum, has celeriter plagas enumero. Primum, quod mihi pax subducta est, quam cum Longobardis in Tuscia positis sine ullo Reipublicæ dispendio feceram. Deinde corrupta pace, de Romana civitate milites ablati sunt, & quidem alii ab hostibus occisi, alii vero Narniis, & Perusii positi: & ut Perusium teneretur, Roma relicta est. Post hoc plaga gravior fuit adventus Agilulphi, ita ut oculis meis cernerem Romanos more canum in collis funibus ligatos, qui ad Franciam ducebantur venales. Et quia nos qui intra civitatem fuimus, Deo protegente, manus ejus evasimus: quæsitum est unde culpabiles esse videremur videlicet, cur frumenta defuerint, quæ in hac urbe diu multa servare nullatenus possunt, sicut in alia suggestione plenius indicavi.* XXIII. Quinta passus Gregor.

*Et quidem de memetipso in nullo turbatus sum: quia (teste conscientia fateor) adversa qualibet pati paratus sum, dummodo hæc omnia cum salute dumtaxat mea animæ evadam. Sed de gloriosis viris Gregorio Præfecto & Castorio Magistro militum non mediocriter sum afflictus: qui & omnia quæ potuerunt fieri, nullo modo facere neglexerunt, & labores vigiliarum,* XXIV. De Greg. Urb. Præf. & Castorio Mag. milit.

&

PAGIUS rus in cap. 9. Codini num. 9. eam & Sacellarius est *Sacellarius a sacello*, simplici C, vel a *sacellis* mox ex Corippo descripta, quia Latini Græcos imitati, aliquando alterum C expungunt; ideoque idem est Saccellarius, & Sacellarius, neque admittendum discrimen, quod inter utrumque his verbis statuit Baronius: Apud Latinos, si Saccellarius scribitur a saccellis, Thesaurarius Ecclesiæ intelligitur. „Si vero per simplex C, Sacellarius a sacello, qui scilicet sa„cello (intellige capellam) præest, significatur. Verum secus se res habet, ut ex dictis planum relinquitur. Videatur etiam Ducangius in voce *σακέλλα* & *σακελλάριος*.

*& custodia civitatis in eadem obsessione vehementissimos pertulerunt, & post hæc omnia gravi dominorum indignatione percussi sunt. De quibus patenter intelligo, quia eos non sua acta, sed mea persona gravat: cum qua quia pariter in tribulatione laboraverant, post laborem pariter tribulantur. Quod autem dominorum pietas illud mihi pavendum & terribile omnipotentis Dei judicium intentat, rogo per eumdem omnipotentem Dominum, ne hoc ulterius quidem faciat: nam adhuc nescimus, quis ibi qualis sit.*

XXV. Mauritius suo magno damno Greg. afflixit.

Vidisti, lector, quanta petulantia litteris insultaverit Mauritius Imperator in S. Gregorium? Sed dedit postea pœnam temeritatis satis ampla & conferta mensura: cæteris factus exemplum, quam humiliter, quamque modeste, placide ac reverenter gerere se debeant principes cum sacerdotibus, maxime vero cum supremo Romanæ sedis Antistite. Sed de his suo loco dicendum. Intellexisti pariter, non spiritualibus tantum rebus, sed & publicis Reipublicæ curis incubuisse Gregorium, ipsumque Urbem non sacerdotali tantum, sed & regali administrasse regimine: licet illic Præfecti essent Urbani, necnon milites ab Imperatore ibidem collocati.

XXVI. Greg. cupit dissolvi, & esse cum Christo.

In his positus angustiis sanctus Gregorius, præter instantem sollicitudinem omnium Ecclesiarum (secundum illud Apostoli, tentatus supra modum, ita ut tæderet ipsum vivere) si quos novit Dei intimos servos, eos rogavit, ut precibus a Deo expeterent, ut a vinculis vitæ hujus citius solveretur: scribens enim hoc anno ad Elium Abbatem Isauriæ, hæc ad finem habet (*a*): *Per omnipotentem Dominum rogo, ut assiduas preces pro nobis faciatis: quatenus de peccatis in quibus obligatus teneor, & tribulationibus quibus premor, citius absolvar, & patriæ cælestis gaudiis perfruar.* Et ad Sebastianum Episcopum eadem ferme verba, quibus addit (*b*): *Quamvis enim inæstimabilis sit cælestis patriæ dulcedo, quæ trahat; multi tamen in hac vita dolores sunt, qui ad amorem cælestium quotidie impellant: qui mihi in hoc ipso solum vehementer placent, quia placere in hoc mundo aliquid non permittunt.* Hæc ipse.

(*a*) Greg. l. 4. ep. 29. Ind. 13.

(*b*) Greg. l. 4. ep. 35.

XXVII. Jo. Episc. Constantinop. in Greg. insurgit.

Sed aliæ majores eum presserunt angustiæ. Nam quo magis ipsum despectui habitum sciret ab Imperatore Joannes Constantinopolitanus Episcopus, eo arrogantius in ipsum Gregorium Romanum Pontificem insurrexit, eidemque adversari obstinatius cœpit, cum solita temeritate prosequitur insolentius quod cœperat adversus Apostolicam sedem se Universalem pontificem nominare: alias enim tempore prædecessoris ipsius S. Gregorii (Pelagii inquam) eadem contentio fuerat agitata; sed repressus, numquam tamen videri potuit quievisse: nam nec per Apocrisarios monitus cessavit aliquando: cujus rei causa fuit ipsi S. Gregorio haud segniter laborandum atque insudandum vehementius isto tempore, quo ipse Imperator in odium ipsius videri poterat Patrocinium ejusdem suscepisse Joannis; cum Gregorius contra repugnans hoc ipso anno vehementius conatus est, si ad meliorem frugem reducere posset hominem fastu tumidum, illum imitantem apostatam Angelum, qui se extulit contra Deum. Qui eum ut vinceret, imitatus est Dei Filium, qui cum Satana non in sua majestate, sed in nostra est congressus humilitate: sicque sanctus Gregorius pugnans contra Joannem, non egit ipsa summa qua pollebat Apostolica auctoritate, sed Christiana humilitate, se deprimens ut jacentem erigeret, ac deorsum humilians, ut lapsum in profundum sursum sublevaret, qui se extollendo ceciderat. Extant de his hoc anno datæ complures ad diversos ejusdem Gregorii Papæ eodem argumento litteræ, quibus videas ejusmodi quod diximus suscepisse certandi genus, atque in primis cum ad ipsum Joannem Constantinopolitanum litteras dedit, quibus primo cum ipso egit ex sancti Evangelii præscripto admonitione canonica, juxta illud (*c*): *Si peccaverit in te frater tuus, vade & corripe eum inter te & ipsum solum, &c.* Nam ait ad finem epistolæ (*d*): *Nos quidem, in quos talis tantaque per ausum nefarium culpa committitur, servamus quod Veritas præcepit, dicens: Si peccaverit in te frater tuus, &c.* Ac paulo post: *Ego itaque per Responsales meos semel & bis verbis humilibus hoc quod in tota Ecclesia peccatur, corripere studui: nunc per me ipsum scribo. Quicquid facere humiliter debui, non omisi. Sed si in mea correptione despicior, restat, ut Ecclesiam debeam adhibere. Hæc itaque dicens, omnipotens Deus fraternitati vestræ indicit, quanto circa vos amore constringar, quantumque in hac causa non contra vos, sed pro vobis lugeo.* Hæc Gregorius Christiana exæstuans charitate.

Greg. scriptis agit contra Joan. Episc. Constantinop.

(*c*) Mat. 18.

(*d*) Greg. l. 4. ep. 38. Indict. 13.

XXVIII. Constantinopolitani Præsules suæ conditionis impatientes.

In hac autem controversia ut cuncta quam exactissima explicentur, eadem summatim sunt ab origine deducenda, brevique compendio hic repetenda, quæ superioribus tomis in medium sunt allata. Prurigo quædam humanæ gloriæ diu complures Episcopos ejus sedis exagitavit, ne alicui Orientalium sedium esset Ecclesia Constantinopolitana subjecta. Etenim (ut suo loco est demonstratum) Alexandrinus Episcopus, cum totius sibi vendicaret præfecturam Orientis, electionem quoque Constantinopolitani Episcopi ut jure sibi debitam studuit arrogare

gare

gare a temporibus Theodosii Imp. cum Ecclesiæ illi præesset S. Gregorius Nazianzenus, ac Timotheus regeret Ecclesiam Alexandrinam. Resilientes vero Constantinopolitani Episcopi, illud amplius post hæc sunt conati, ut ipsa Ecclesia Constantinopolitana non solum alicui Orientalium sedium non subiiceretur, sed ipsa præstaret cæteris, primaque post Romanam esset: favoreque adnitentes Imperatorum, id consequi studuerunt; perficereque conatus est id Anatolius Constantinopolitanus Episcopus in Magno Chalcedonensi Concilio, edito ea de re furtive (ut vidimus) canone. Sed reluctatus est S. Leo Papa, abolens cuncta quæ de prærogativa, ejus sedis in dicto Concilio statuta fuissent.

XXIX. Artes fabdolæ quærendi primatus. Acacius vero ejusdem sedis Episcopus, ejus rei causa conflans schisma, favore quoque hæreticorum Imperatorum id sibi sumere conatus est: cum Romani Pontifices adversantes Felix & Gelasius inprimis eidem restiterunt. Ad hæc additum, ut Joannes iste Jejunator non tantum Patriarchæ nomen sibi atrogaret, sed & addiderit nomen Oecumenici, hoc est, Universalis Episcopi. Hæc quidem fastiosi hactenus conati sunt: qui sicut Imperatores Constantinopolitani universo Romano Imperio dominabantur, ita ipsi spirituali præfectura nomine tenus saltem universæ præesse Ecclesiæ, novo adinvento nomine, videri voluerunt.

XXX. De capite S. Pauli consilium Joannis. Quod vero inter alia excellere Romam principum Apostolorum pignoribus probe sciret iste Joannes; per Augustam alterius eorum, nempe Pauli caput sibi studuit vendicare, quo tanto accepto pignore (quoquo modo captato prætextu) Ecclesia Constantinopolitana, æmula gloriæ Romanorum, gloriaretur Apostolo Paulo, sicut Petro Roma. Suadebat hæc innata Græcis de Latinorum gloria æmulatio: sed inane quidem consilium, cum nequaquam cum reliquiis Apostolorum transferatur sedis dignitas & auctoritas. At restitit (ut vidimus) his nihilominus sanctus Gregorius, negans fieri posse, ut vel levequid de Apostoli Pauli corpore amoveretur. Porro Augustam ipsam Constantinam excitatam fuisse ab æmulis Gregorii, palam ipse profitetur illis verbis ad eam scriptis (a): *Quidam homines contra me pietatem vestram excitare voluerunt, ut mihi (quod absit) voluntatis vestræ gratiam subtraherent: & propterea quæsiverunt capitulum, de quo vobis quasi inobediens invenirer.* Tales ergo fuerunt Joannis conatus, nimirum, ut vel obtineret quod optaret; vel si minus, ipsum Gregorium Augustæ redderet perinsensum; quos inanes penitus reddidit ipse Pontifex.

(a) Greg. l. 3. ep. 30. Ind. 12. in fin.

XXXI. Qua nomina præfecturarum in Ecclesia recepta. Gregorius igitur, sicut & ipsius prædecessor Pelagius, execratus est arrogans illud nomen novum: nullus enim hactenus Orientalium Patriarcharum, neque Alexandrinus ipse, licet totius Orientis spiritualem præfecturam sibi vendicaret, eo usus est nomine quod nec cogitasse quidem reperitur. Erant in Ecclesia Dei ejusmodi spiritualium præfecturarum ista usu recepta nomina Episcopus, Archiepiscopus, Metropolitanus, Primas, & Patriarcha. Qui igitur Constantinopolitanæ Ecclesiæ olim tantummodo dicebatur Episcopus, ipseque (ut dictum est superius) sub Heracleæ metropoli constitutus, non acquievit Archiepiscopus dici nec simpliciter Patriarcha, sed addito nomine Oecumenici, Patriarcha Oecumenicus voluit nominari, quam vocem etiam in potentiori acciperet significatione: nam audi Gregorium ad eum ista scribentem (c):

(b) Greg. l. 4. ep. 38. ind. 13.

XXXII. *Quid ergo, frater carissime, in illo terribili examine venientis Judicis dicturus es, qui non solum pater, sed etiam generalis pater in mundo vocari appetis?* Hæc ipse, qui quod ait: *Generalis pater in mundo vocari appetis*; plane ad Græcum nomen allusisse visus est: etenim Græci, *οἰκουμενικόν*, dicunt *ἀπὸ τῆς οἰκουμένης*, quod est orbis terrarum: sicque Pater sive Patriarcha Oecumenicus, idem dici videatur ac Patriarcha orbis terrarum. Unde & patet accepisse Gregorium nomen Universalis pro singulari, & uno solo, præter quem nemo sit: nam ad ipsum Joannem (c): *Nullus umquam*, inquit, *tali vocabulo appellari voluit, nullus sibi hoc temerarium nomen arripuit: ne si sibi in Pontificatus gradu gloriam singularitatis arriperet, hanc omnibus fratribus denegasse videretur.* Habet eadem in epistola ad Mauritium Augustum his verbis (d): *Certe pro beati Petri Apostolorum principis honore per venerandam Chalcedonensem Synodum Romano Pontifici oblatum est: sed nullus eorum umquam hoc singularitatis vocabulum assumpsit, nec uti consensit: ne, dum privatum aliquid datur uni, honore debito sacerdotes privarentur universi.* Qua etiam significatione dicitur Ecclesia universalis una toto orbe diffusa, extra quam nulla esse potest Ecclesia. Sic igitur habes, quod nomen Universalis respuit Romanus Pontifex oblatum a Synodo Chalcedonensi, quia noluerit eo sensu dici Pater totius mundi ipse Romanus Episcopus, cui reliqui omnes subessent ut filii, & non ut fratres & in administratione collegæ: Christumque tantum eo sensu S. Gregorius dicit universale caput Ecclesiæ in epistola (e) ad omnes Episcopos de privilegio collato monasterio S. Medardi.

(c) Idem eadem ep. Quidnam universalis nomen significet.

(d) Greg. lib. 4. ep. 32. Ind. 13.

(e) Greg. lib. 12. epist. 32. vet. ed.

XXXIII. Alia universalitas in Ecclesia. Alia vero est ejusdem nominis significatio qua dicitur Universale, hoc est,

quod ramanentibus partibus intugris, ipsum cæturis supereminur: qua ratione vetuit intar Patriarchas dici aliquem Oecumenicum, du Orieutalibus lutelliguns quod nequaquam alterum aiteri voluit esse subiectum. Quo sensu sæpe reperiri certum ust Romanum Pontificem usse dictum Univursaiem Episcopum absque aliquo fastu, cum eo nomine id qaod ust, uxprimatur, nempe quod ipsi cura pastoralis universi gregis totius orbis supereminuat. Nam ipse Grugorius in uadem upistola de privilagio concusso S. Medardi monasterio: *Hac*, inquit, *sedes Ramana speculationem suam toto arbi inditit, & novas constitutiones omnibus mittit*. Qua utiam significatione eamdem

(a) Greg. in Psal. pæn. 5.

Ecclasiam dominam gantium appellat (*a*). Porro cum ipse testetur in upistoia ad Joannem & alibi, S. Petrum essu primum membrum universaiis Ecclusiæ reliquos vero Apostoios singularium plabium capita, sequu Patei essu successorem æquu profireatur: nonne sa univursaiis Ecclesiæ universalam pastoram assu confirmat? Sicut & Joannes Episcopus Ravunnas agnovit, ubi in upistola ad ipsum reddita ait: *Quibus ausibus ego sanctissima illi sedi, quæ universali Ecclesia jura sua transmittit, præsumpserim obviare?* &c.

XXXIV. Gregorius se universalem exhibet.

Quod rursum ad Gregorium ipsum spectat: As non opere sæpe ostendit su ussa totius orbis Episcopum? Quis anuus ust ejus Pontificarus, quo non appareat ipsum univursalis Ecclusiæ habenas regare, Orientalibus & Occidentalibus Episcopis jura dare, omnus audiru, & omnes itidam judicaru, appellationes ab orbe univarso recipere, Concilia cognoscure, probaru, val ruiicere, daru palila Metropolitanis Episcopis, atque Ecclusiis privilegia impattiri? Et nu recedamus ab hoc anno, idam ipsu dat pallium Episcopo (*b*) Corintbiorum, itamquu Episcopo (*c*) Nicopolitano: prætermittimus du Occidentalibus dicuru. At nonne, & ipsu Joannes Constantinopolitanus subditum se cognovit Romano Pontifici, cum ab eo aduo suvure redargutus ust in causa Joannis presbyturi da qua uxtat upistola Gragorii ad ipsum data, (*d*), cujus causæ Acta Romam discutiunda misit? An non paruit ipsa Joannes? Utiquu paruit, minas Gregorii timeus per Sabinianum

(b) Greg. lib. 4. ep. 55. Ind. 14.
(c) Greg. lib. 4. ep. 7. Ind. 14.
(d) Greg. lib. 2. ep. 52. Ind. 11. & ep. 24. ad Narsetem.

Apocrisarium Constantinopoli deguntem illatas, cum & Acta ipsa judicii Romam misit, quo appellatio antea dulata cucurrisset. Sunt & alia de his exumpla.

XXXV.

Hoc unim anno idum Gragorius Græcorum Ecclesiis ut universalis pastur invigilans, ad Joannem Corintbi Episcopum scribens (*e*), probavit depositionem Episcopi Anastasii. Dedis & alias litteras ad eumdem du naacta uxhibenda cura pastorali, præcipuu admonens, ne pro ordinationibus quid accipiat. Eodum quoque argumento dadir littaras (*f*) ad universos Episcopos per Hulladiam provinciam constitutos. Id ipsum præstitit scribens ad Epiri Episcopos, cum pallium mittit ad ipsorum Metropolitanum Andteam ordinatum Episcopum Nicopolitanum, moneus eos, ut omnino cavaant, ne quid pro ordinationu faciunda accipiant. Sed & quo alio jure aliunos clericos Romæ ordinatos retineret, oisi univarsalitatis? Est du his epistola (*g*) ad Eliam Abbatem Isauriæ. Sic vides Gregorium, cum refugit dici Univursalis, universalis tamun Ecclusiæ curam subiro. Nam quod observandum præcipit in Orianta, in Occidenta etiam ab Ecclesiis Galliarum æquu survari mandat, scribens in primis ad Virgilium Arelatensem Episcopum (*h*), cui & petunti pallium mittit, quam monet de cavunda in ordinationibus simonia, & ne quis ex laico mox creetur Episcopus. Eadem quoque ad univursos Galliarum Episcopos scribuns (*i*) admonuit, utqua paruant Virgilio, du quo hæc ait: *Secundum antiquam consuetudinem fratri nostro Virgilio Arelatensis civitatis Episcopo vices nostras tribuimus*, &c. Ita quidem ua his & aliis pluribus hoc anno a Gregorio datis upistolis, ipsum univursalis Ecclesiæ curam gessissu, ubiquu reperies.

(e) Greg. lib. 4. ep. 51. Ind. 13.
(f) Greg. lib. 4. ep. 56. Ind. 13.
Greg. cura pro universali Eccl.
(g) Greg. lib. 4. ep. 51. Ind. 13.
(h) Greg. lib. 4. ep. 52. Ind. 13.
(i) Greg. lib. 4. ep. 50.

XXXVI.

Sed quid post hæc ipsu Joannes? Utique fecit, quod pater ujus, du quo Dominus (*k*): *Vas estis ex patre diabolo*. Et quod princeps ipsius, du quo scriptum ust (*l*): *Ipse enim est Rex super omnes filios superbiæ*. Nampe quod sicut illu invitus, vulit, nolit, Deo pareat necessu ust imperanti, licet blaspemare soleat, dum obedit; ita & iste uoactus parat Gragorio jubenti: atque Acta illa transmittens, blasphemat, dum sub-

(k) Joan. 8.
(l) Job. 41.

PAGIUS III. Virgilius Episc. Arelatensis fit Vicarius S. Sedis.

Ad aun. XXXV. *S. Gregorius* dignitatem Vicarii in ditionibus *Childeberti* Francorum Regis, a qun rogatur fuerat, *Virgilio* Arelatensi Episcopo, de suorum Prædecessorum more, concessit, data illi potestate convocandi Concilia, in quibus Ecclesiasticæ controversiæ terminarentur. Quod si causa fidei illic ageretur, aut negotia inciderent, quæ dubia essent, aut, ejus momenti, at in Provinciis decidi nequeant, jubet, ut ad Sedem Apostolicam referatur. Præterea illi hoc tribuit, ut personæ Ecclesiasticæ quæ extra Gallias proficisci volent, teneantur ab eo accipere Literas communicatorias, ut videre est in Epistola 50. lib. 4. Attamen licet Episcopi Arelatenses Vicariatum Apostolicæ Sedis accepissent abhinc annis centum & viginti cum auctoritate convocandorum Conciliorum, certum est, inquit Marca lib. 7. de Concordia cap. 19. n. XII. eor nullam Synodum congregasse, si Synodos Provinciæ Arelatensis excipias.

subscribens ipsis, se nominat Universelem. Nam eudi quæ de his hebeat idem
( a ) Greg. l. 4. ep. 39. Indict. 13. Gregorius hoc enno ( a ) scribens ad Sabinianum diaconum ( ita legendum, & non Anianum ) Apocrisarium Constantinopoli egentem, non ejus Ecclesiæ diaconum, ut ex epistolæ ipsius contextu facile assequi licet :

XXXVII. *Ad hoc enim*, inquit, *usque pervenit, ut sub occasione Joannis presbyteri gesta bus transmitteret, in quibus se pene per omnem versum ὁμοψυχόν Patriarcham nominaret. Sed spero in omnipotentem Deum, quia hypocrisim illius superna majestas solvet.* Et quidem haud frustra speravit: cito enim ) ut suo loco dicemus ) ex hac vita sublatus est, quem potius optasset emendatum fuisse in hac
Vetat Sabinianum communicare cum Joane. vita superstitem. Ad postremum eundem Sabinianum diaconum Apocrisarium admonet, ne ullo modo cum illo communicet, ne ejus videretur fevere superbiæ: ut vel hoc modo ille confusione perfusus, corrigeret quod peccasset: nam in dicta epistola ad eumdem Sabinianum data hebet ista in fine. *Sicut tibi jam transactis epistolis scripsi, numquam cum eo procedere præsumas.* Vidisti igitur, quomodo universalis Ecclesiæ Episcopi munus Gregorius impleverit ubique, cum in eum qui se dicebat Universelem, jura dicit. Sed hæc ipsius præfecture in totius orbis Ecclesias passim in ejus epistolis ostenditur. Jam vero ad ea quæ ad historiam pertinent redeamus.

XXXVIII. Joan. qua occasione provocaverit S. Greg. Audisti occasionem, cur Gregorius, qui aberrantem Joannem summa toleraverat patientia, hoc potissimum anno excitatus in ipsum, plures adversus eum litteras scripsit. Porro fraudulentus ille dolos annexuit dolis: etenim egit cum Mauritio Imperatore, ut ad ipsum Gregorium litteras daret, quibus eum rogaret ut pacem cum ipso haberet; id faciens, ut hac via concitaret Imperatorem, cui non pariturum Gregorium sciret. Sed audi hæc ex iisdem Gregorii lit-
( b ) Greg. l. 4. ep. 39. Indict. 13. teris ad Sabinianum ( b ): *Miror*, inquit, *quomodo dilectionem tuam fallere potuit, ut permitteret domno Imperatori persuadere, quatenus ad me sua scripta de hac causa transmitteret, in quibus admoneret, ut cum eo pacem habere debuissem. Qui si justitiam tenere vult, illum debuit admonere, ut se a superbo vocabulo compesceret, & protinus inter nos pax fieret. Tamen qua id calliditate a prædicto fratre nostro Joanne factum sit, minime suspicor, pensasti. Idcirco enim hoc ille fecit, ut aut audiretur domnus Imperator, & ille in sua vanitate confirmatus esse videretur; aut non a me audiretur, & ejus animus contra me irritaretur. Sed nos rectum viam tenemus, nihil in hac causa aliud, nisi omnipotentem Dominum metuentes.* Hæc ipse.

Qui & tanti ponderis hanc esse existimavit controversiam, ut ad fidem spe- XXXIX. Ad fidem spectare, si alius inducatur primatus.
ctare putarit: nam in fine hæc habet: *Postquam enim defendi ab inimicorum gladiis nullo modo possumus: Postquam pro utilitate Reipublicæ argentum, aurum, mancipia, vestes perdidimus; nimis ignominiosum est, ut per eos etiam fidem perdamus. In isto enim scelesto vocabulo consentire, nihil est aliud, quam fidem perdere.* Hæc ipse. Sed quomodo id, inquies, ad fidem pertinet? ea quidem ex parte, quod cum a Christo uni Petro præfecture sit gregis universalis credita: si quis a Christo Domino stabilitam Ecclesiasticam violat hierarchiam, aliter sentire videtur, quam ipse Dominus sentiendum præcepit. Non mireris igitur, si unius voculæ occasione adeo Gregorius laboravit, cum etiam unius interdum syllabæ causa, ipso teste sancto Basilio ad Amphilochium, fuerit adversus hæreticos Eunomianos diu multumque pugnandum. (c) Deut. 20.

Sic igitur provocatus S. Gregorius, (d) Greg. l. 4. ep. 38. Indict. 13.
pacifice, more filiorum Israel ( c ), ad bellum progreditur, pacem primum offerens adversario istis litteris ( d ):

XL. *Eo tempore quo fraternitas vestra in sacerdotalem honorem provecta est, quantum Ecclesiarum pacem atque concordiam invenerit recolit. Sed quo ausu, quove tumore ne-*



PAGIUS pias. Contra, ex Regum jussu convocatæ fuerunt, & judicia in illis lata sunt adversus Episcopos nulla mentione facta Episcopi Arelatensis, ut plurimum a Conciliis absentis. Nihil igitur *Virgilio* supererat præter honorem & amplitudinem Vicarii, & quandam velut generalem Præfecturam in Ecclesia Gallicana, de cujus negotiis referebat ad Summum Pontificem quocum particularem communicationem habebat. Certe ut jam dixerat Marca lib. 6. cap. 19. n. IX. facile est cognoscere integram convocandorum Conciliorum auctoritatem non fuisse penes *Virgilium*, quandoquidem ei S. *Gregorius* duodecim alios Episcopos adjunxit, & a Francorum Regibus postulavit, ut Synodum intra Gallias haberi juberent. Denique S. *Gregorius* vices suas Virgilio per Regnum *Childeberti II.* duntaxat commisit, ut diserte in ejus Epistola exprimitur. Hoc tempore penes *Childebertum II.* erant Austria & Burgundia, Neustria penes *Clotarium II.* ejusdem Childeberti patruelem. Quare *Virgilius* per Austriam & Burgundiam, Sedis Apostolicæ Vicarius fuit. Extincto *Virgilio* extinctus quoque Vicariatus Episcopatus Arelatensis; cum nullus eorum, qui post Virgilium Cathedram illam tenuere, Apostolicæ Sedis Vicarius appellatus reperiatur. Personalia fuere tam *Virgilii*, quam antecessorum, puta Cæsarii, Auxanii, Aureliani, & Sapaudi privilegia, cum constet, eos hanc delegationem a Romanis Pontificibus postulasse.

S. Greg. ad Joan. admonitio.

*nescio, novum sibi conata est nomen arripere, unde omnium fratrum corda potuissent ad scandalum pervenire. Qua in re vehementer admiror, quia ne ad Episcopatum venire potuisses, fugisse velle te memini, quem tamen adeptum ita exercere desideras, ac si ad eum ambitioso desiderio cucurrisses. Qui enim indignum te esse fatebaris, ut Episcopus dici potuisses: ad hoc quandoque* perductus es, ut despectis fratribus, Episcopus appetas solus vocari. Et quidem hac de re sanctæ memoriæ decessoris mei Pelagii gravia ad sanctitatem vestram scripta transmissa sunt, in quibus Synodi, quæ apud vos de fratris quondam & consacerdotis nostri Gregorii causa congregata est, propter nefandum elationis vocabulum Acta dissolvit; & Archidiaconum, quem juxta morem ad vestigia dominorum transmiserat, Missarum vobiscum solemnia celebrare prohibuit. Post ejus vero obitum, cum indignus ego ad Ecclesiæ regimen adductus sum, & ante per alios Responsales meos, & nunc per communem filium meum Sabinianum diaconum alloqui fraternitatem vestram, ut a tali se præsumptione compesceret, non equidem scripto, sed nudo sermone curavi: & si emendari nollet, cum Missarum solemnia cum fraternitate vestra celebrare prohibui, ut sanctitatem vestram prius sub quadam verecundiæ reverentia pulsarem, quatenus si emendari nefandus ac profanus tumor verecunde non posset, tunc ad ea debuisset quæ sunt districta atque canonica pervenire.*

* quoque

XLI. Gregorius in spiritu lenitatis arguit.

*Et quia resecanda vulnera prius levi manu palpanda sunt: rogo, deprecor, & quanta possum dulcedine exposco, ut fraternitas vestra cunctis sibi adulantibus, atque erroris nomen deferentibus contradicat, nec stulto ac superbo vocabulo appellari consentiat. Vere enim flens dico, atque ex intimo viscerum dolore peccatis meis deputo, quod ille meus frater nuncusque ad humilitatem reduci non valuit, qui ad hoc in Episcopatus gradu constitutus est, ut aliorum animas ad humilitatem reducat: quod ille qui veritatem docet alios, semetipsum docere, nec me quoque deprecante, consensit. Perpende, rogo, quia in hac præsumptione temeraria pax totius turbatur Ecclesiæ, & gratia contradicitur communiter omnibus effusæ. In qua nimirum ipse tantum crescere poteris, quantum penes temetipsum decreveris. Tantoque major efficeris, quanta te a superbi & stulti vocabuli usurpatione restringis; atque in tantum proficis, in quantum tibi non studueris derogando fratribus arrogare.*

XLII.

*Humilitatem ergo, frater carissime, totis visceribus dilige, per quam cunctorum fratrum concordia, & sanctæ universalis Ecclesiæ unitas valeat custodiri. Certe Paulus Apostolus cum audiret quosdam dicere (a): Ego sum Pauli, ego Apollo, ego vero Cephæ: hanc dilacerationem corporis Dominici, per quam membra ejus aliis quodammodo se capitibus sociabant, vehementissime perhorrescens, exclamavit, dicens: Numquid Paulus pro vobis crucifixus est, aut in nomine Pauli baptizati estis? Si ergo ille membra Dominici corporis certis extra Christum quasi capitibus & ipsis quidem Apostolis subici particulariter evitavit; tu quid Christo universalis sanctæ Ecclesiæ capiti in extremi judicii es dicturus examine, qui cuncta ejus membra tibimet conaris Universalis appellatione supponere?*

(a) 1. Cor. 1.

XLIII. Detestanda superbia Joannis.

*Quis, rogo, in hoc tam perverso vocabulo, nisi ille ad imitandum proponitur, qui despectis Angelorum legionibus secum socialiter constitutis, ad culmen conatus est singularitatis erumpere, ut & nulli subesse, & solus omnibus præesse videretur? Qui etiam dixit (b): In cælum conscendam, super astra cæli exaltabo solium meum. Sedebo in monte testamenti, in lateribus Aquilonis. Ascendam super altitudinem nubium, similis ero Altissimo. Quid enim fratres tui omnes universalis Ecclesiæ Episcopi, nisi astra cæli sunt? quorum vita simul & lingua inter peccata erroresque hominum quasi inter noctis tenebras lucent. Quibus dum cupis temetipsum vocabulo elationis præponere, eorumque nomen tui comparatione calcare; quid aliud dicis, nisi: In cælum conscendam super astra cæli exaltabo solium meum? An non universi Episcopi nubes sunt, qui & verbis prædicationis pluunt, & bonorum operum luce & miraculis coruscant? Quos dum vestra fraternitas despiciens, sub se premere conatur: quid aliud dicit, nisi hoc quod ab antiquo hoste dicitur: Ascendam super altitudinem nubium?*

(b) Isa. 14.

XLIV. Diabolo similis Joannes Episc. Constant.

*Quæ cuncta ego cum flens conspicio, & occulta Dei judicia pertimesco, augentur lacrymæ, gemitus se in meo corde non capiunt, quod ille vir sanctissimus domnus Joannes tantæ abstinentiæ atque humilitatis, suorum familiarium seductione linguarum ad tantam superbiam erupit, ut in appetitu perversi nominis illi esse conetur similis, qui dum superbe esse similis Deo voluit, etiam donatæ similitudinis gratiam amisit, & veram beatitudinem perdidit, quia falsam gloriam quæsivit. Certe Petrus Apostolus primum membrum sanctæ & universalis Ecclesiæ est: Paulus, Andreas, Joannes, quid aliud, quam singularium sunt plebium capita; & tamen sub uno capite omnes membra sunt Ecclesiæ. Atque ut cuncta brevi cingulo locutionis astringam, sancti ante legem,*

san-

*sancti sub lege, sancti sub gratia, omnes hi perficientes corpus Domini, in membris sunt Ecclesiæ constituti, & nemo se umquam Universalem vocare voluit. Vestra autem sanctitas agnoscat, quantum apud se tumeat, quæ illo nomine vocari appetit, quo vocari nullus præsumpsit, qui veraciter sanctus fuit.*

XLV. *Numquid non (sicut vestra fraternitas novit) per venerandum Chalcedonense Concilium hujus Apostolicæ sedis Antistites, cui Deo disponente deservio, Universales, oblato honore, vocati sunt? sed tamen nullus umquam tali vocabulo appellari voluit, nullus sibi hoc temerarium nomen arripuit: ne si sibi in Pontificatus gradu gloriam singularitatis arriperet, hanc omnibus fratribus denegasse videretur, &c.* Multa post hæc ingerens in detestationem nominis arrogantis, nihil de causa Joannis presbyteri attigit, de qua (ut dictum est) Joannes ipse Constantinopolitanus Episcopus scripserat; nam in fine hæc habet: *Scripta autem sanctitatis vestræ dulcissima atque suavissima de causa presbyterorum Joannis & Athanasii suscepi: de qua vobis in subsequentibus, Domino adjuvante, respondebo; quia sub tantis tribulationibus circumfusus barbarorum gladiis premor, ut non dico multa tractare, sed mihi respirare vix liceat.* Hæc ad Joannem Gregorius.

XLVI. Quo etiam argumento scripsit (*a*) ad Mauritium Imperatorem, plura inculcans in detestationem Joannis sibi vendicantis superbum Oecumenici nomen: ubi post multa de primatu Romanæ Ecclesiæ ista ingerit ex Evangelicis fontibus: *Cunctis* inquit, *Evangelium scientibus liquet, quod voce Dominica sancto & omnium Apostolorum Petro principi Apostolo totius Ecclesiæ cura commissa est. Ipsi quippe dicitur (b): Petre amas me? pasce oves meas. Ipsi dicitur (c): Ecce Satanas expetiit cribrare vos sicut triticum, & ego pro te rogavi Petre, ut non deficiat fides tua: & tu aliquando conversus confirma fratres tuos. Ipsi dicitur (d): Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adversus eam: Et tibi dabo claves regni cælorum: & quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum & in cælis: & quodcumque solveris super terram, erit solutum & in cælis. Ecce claves regni cælestis accipit: potestas ei ligandi ac solvendi tribuitur; cura ei totius Ecclesiæ & principatus committitur, & tamen Universalis Apostolus non vocatur: & vir sanctissimus consacerdos meus Joannes vocari Universalis Episcopus conatur. Exclamare compellor, ac dicere: O tempora, o mores!*

(*a*) Greg. l.4. ep.32. Ind. 13.
Agit cum Imp. Gregorius de primatu Rom. Eccles.
(*b*) Joa. 21.
(*c*) Luc. 22.
(*d*) Matt. 16.

XLVII. *Ecce cuncta in Europa partibus barbarorum juri sunt tradita, destructæ urbes, eversa castra, depopulatæ provinciæ, nullus terram cultor inhabitat: sæviunt & dominantur quotidie in necem Fidelium cultores idolorum; & tamen sacerdotes, qui in pavimento & cinere flentes jacere debuerunt, vanitatis sibi nomina expetunt, & novis ac profanis vocabulis gloriantur. Numquid ego hac in re piissime domine, propriam causam defendo? Numquid specialem injuriam vindico, & non magis causam omnipotentis Dei, & causam universalis Ecclesiæ? Quis est iste, qui contra statuta Evangelica, contra canonum decreta novum sibi usurpare nomen præsumit? &c.* Rogat pluribus ut turgentem inani gloria hominem compescat.

Tempore humiliationis turpior superbia.

XLVIII. Scripsit pariter ad Constantinam Augustam (*e*) de eodem; ubi post plurima: *Etsi* inquit, *peccata Gregorii tanta sunt, ut pati talia debeat, Petri tamen Apostoli peccata nulla sunt, ut vestris temporibus pati ista mereatur.* Petri plane causam esse tradens, ut quis contra ejus primatum Universalis appetat appellari, sicque & subdit: *Unde iterum atque iterum per omnipotentem Dominum rogo, ut sicut parentes priores vestri principes S. Petri Apostoli gratiam quæsierunt, ita vos quoque & hanc vobis quærere & conservare curetis; & propter peccata nostra, qui ei indigne servimus, ejus apud vos honor nullatenus minuatur, &c.* Dedit de his pariter litteras (*f*) ad Eulogium Alexandrinum Episcopum, & ad Anastasium Antiochenum, deque ipsius Joannis conatu tempore Pelagii ista in memoriam revocat: *Ante hos siquidem, annos octo, sanctæ memoriæ decessoris mei Pelagii tempore, frater & coepiscopus noster Joannes in Constantinopolitana urbe ex causa alia occasionem, quærens, Synodum fecit, in qua se Universalem appellare conatus est. Quod mox idem decessor meus, ut agnovit, directis litteris ex auctoritate sancti Petri Apostoli ejusdem Synodi Acta cassavit: quarum videlicet epistolarum sanctitati vestræ exemplaria studui destinare, &c.* Sed hic appello te, qui sancti Petri nomine scribit litteras, & cassat Synodi Constantinopolitanæ Acta, nonne facto ipso ostendit universalem Antistitem?

(*e*) Greg. l.4. ep.34. Ind. 13.
Interpellat Constantinam Aug.
(*f*) Greg. l.4. ep.36. Ind. 13.

XLIX. Sed quod pertinet ad Pelagii prædecessoris Gregorii adversus Joannem scripta, jam suo loco superius egimus, dum virga disciplinæ propulsavimus atque fugavimus petulantem legulejum male interpretantem verba ista in ipsius Pelagii litteris ita posita (*g*): *Nullus enim Patriarcharum hoc tam prophano vocabulo umquam utatur: quia si summus Patriarcha Universalis dicitur, Patriarcharum nomen cæteris derogatur. Sed absit hoc, absit a fidelis cujusquam mente, hoc sibi*

Pelagii Papæ verborum sensus.
(*g*) Pelag. ep.2.

vel

*vel velle quempiam arripere, unde honorem fratrum suorum imminuere ex quantulacumque parte videatur.* De Orientalibus Patriarchis Pelagius intellexit, quos Gregorius ipse quatuor numerat, ubi ait in epistola ad Natalem Episcopum Salonitanum (*a*): *Quod si quilibet ex quatuor Patriarchis fecisset, sine gravissimo scandalo tanta contumacia transire nullo modo potuisset.* At cum veritas conspicua omni ex parte sit verbis & exemplis sanctissimorum Romanorum Pontificum Pelagii atque Gelasii (ut modo taceamus de cæteris) ipsos Romanos Pontifices vere esse universalis Ecclesiæ Episcopos; nomen cur iidem abhorruerint, declarat ipse Gregorius, nempe quod fastuosum esse videretur, atque superbum, & Christianæ humilitati minime congruens. At qui Gregorii loquendi usum minime callet, facile in errorem labatur: unde non adeo mireris, si se negat dici velle Universalem, qui in epistola ante hanc ad Mauritium scripta, se etiam negat sacerdotem esse: nam accipe verba ipsius (*b*):

(*a*) Greg. l. 2. ep. 37. Ind. 10.

(*b*) Greg. l. 4. ep. 32. Ind. 13.

L. *Sed etsi*, inquit, *sacerdos non sum: scio gravem esse hanc injuriam sacerdoti, ut veritati serviens, fallax credatur.* Dixerisne, rogo te, sacerdotem Gregorium non fuisse, qui se non esse sacerdotem testetur? Non puto, sicut neque rerum negaris dominos fuisse eos Imperatores qui se dominos vocari vetuerunt. Si igitur de re convenit, de nomine quid frustra contendimus? Numquid Paulus non erat Apostolus, qui se indignum dicit fuisse (*c*) vocari Apostolum: Immo & ipse de se ipso (*d*): *An non sum Apostolus?* Et: (*e*) *Bonum est mihi magis, mori, quam ut gloriam meam quis evacuet.* At quis tandem finis certaminis? Disrupit anno sequenti Deus inflatum utrem, sustulit (ut prædixisse visus est Gregorius) ex hac vita Joannem, ut suo loco dicturi sumus. Sed quod de reprobis dictum est (*f*): *Superbia eorum ascendit semper*: posteri ipsius eum veluti sanctum coluerunt, & inter beatos recensuerunt, insuper ejusdem superbum nomen retinuerunt. Qua de causa humiliavit illos qui est ante sæcula Deus, posuitque Ecclesiam illam desolatam, ut nonnisi auctione pretii a Turcis emptos habeat sacerdotes: ac secundum inviolabilem illam vulgatam Domini sententiam factum vidimus, qua dicitur (*g*): *Omnis qui se exaltat, humiliabitur.*

(*c*) 1. Cor. 15.
(*d*) 1. Cor. 9.
(*e*) 1. Cor. 9.

(*f*) Ps. 73. Græcorum error punitus in posteris.

(*g*) Mat. 23.

LI. Quod rursum ad S. Gregorium spectat: dum ait sæpe, nullum umquam Romanorum Pontificum illud sibi nomen usurpasse, ut Universalis Episcopus diceretur; idcirco hoc ipse, quod aliquam inesse differentiam existimavit secundum ea quæ dicta sunt, ut quis Universalis Episcopus diceretur, vel Universalis Ecclesiæ. Etenim complura reperiuntur exempla, ut Pontifices, qui ipsum Gregorium præcesserunt, se inscriberent Episcopos Ecclesiæ universalis: nam ut prætermittamus eos de quorum epistolis controversia est, ecce sanctus Leo Magnus sæpius ea voce usus esse reperitur, ut in epistola ad Marcianum Augustum (*h*) inscribitur Leo Episcopus Romanæ & universalis Ecclesiæ: ita etiam in epistola (*i*) ad Eudociam Augustam: sicut & ad Leonem Augustum inscribitur (*k*): *Leo Romæ & universalis Catholicæque Ecclesiæ Episcopus.* Insuper cum æquipollere videatur, immo idem Catholicum sit, quod Universale: habes pariter eosdem Pontifices Romanos inscribi solitos Catholicæ Ecclesiæ Episcopos: ita sæpe idem Leo (*l*), & inter alia ad Maximum Episcopum Antiochenum scribens (*m*): *Leo*, inquit, *Catholicæ Ecclesiæ, &c.*

(*h*) Leo ep. 57.
(*i*) Leo ep. 69.
(*k*) Leo ep. 97.

(*l*) Leo ep. 14. 15.
(*m*) Leo ep. 66.

LII. Quod quidem nomen, ut consuetus titulus in Ecclesia Dei, ab aliis item, iisdem Romanæ Ecclesiæ Pontificibus impertitum sæpius reperitur, & inter alios a viro illustri Pompejo cognato Justiniani Imperatoris qui cum ad Hormisdam Papam scribit (*n*), eum universalis Ecclesiæ Episcopum nominat: ita etiam Anastasia itidem ejusdem Augusti affinis. Sed & alii Episcopi cum ad eos scriberent, quam amplissimis sint usi titulis, pete exemplum a Synodo in Epiro celebrata, ubi in epistola ad Hormisdam Papam ejusmodi præfigunt titulum: *Patri Patrum, comministro, ac principi Episcoporum, &c.* Atque ad eundem Joannes Episcopus Nicopolitanus, & monachi universæ Syriæ ita libello supplici: *Universi orbis terræ Patriarchæ Hormisdæ continenti sedem principis Apostolorum Petri.* Sed hæc dicta exempli causa sufficiant. Jam reliquas prosequamur res gestas Gregorii cum Joanne.

(*n*) Habent. inter ep. Horm. De Episc. Rom. qui universales sunt dicti.

Agebatur etiam in litteris ejusdem Episcopi Constantinopolitani de causa Joannis & Athanasii presbyterorum, quorum prior hæresis damnatus injuste fuerat: quam ob causam Gregorius Romam eum advocaverat. Quid autem de eo eo factum sit, ubi Acta judicialia jussa sunt Romam deferri, ex aliis Gregorii Papæ litteris (*o*) possumus intelligere, cum rescribens ad eumdem Joannem Episcopum Constantinopolitanum, causam ejus in Synodo Romana fuisse cognitam tradit, ipsumque repertum innocentem absolutum, atque Orientale de eo habitum jam abrogatum esse judicium, in quo inique admodum presbyter ille Chalcedonensis Ecclesiæ, licet Catholicus esset, per Joannis Judices, impositis (ut vidimus) verberibus, fuerat uti hæreticus condemnatus. Qua de causa perbeni-

(*o*) Greg. l. 5. ep. 15. 16. 17. Ind. 14. Absolvitur presbyter damnatus Constantinopoli.

nigne hoc modo commonuit eumdem Joannem Gregorius (*a*): *Hoc ergo, frater sanctissime, subtiliter perpendamus, & sub prætextu hæresis affligi quempiam veraciter innocentem non sinamus: ne (quod absit) hæresim fieri sub emendationes magis specie permittamus.* Et in eamdem sententiam de eo scribens ad Mauritium Imperatorem, hæc habet (*b*): *Veraciter confitenti non credere non est hæresim purgare, sed facere.* Marcionistarum enim hæresis crimine fuerat hic vir Catholicus infamatus, & per Joannis Judices judicatus. Quod igitur Romæ judicet Gregorius Chalcedonensem presbyterum Constantinopoli condemnatum, atque etiam contra judicium habitam Constantinopoli ipsum absolvat; quomodo etsi non se dicat universalem, non cognosci necesse sit ipsum esse Ecclesiæ universalis Episcopum?

(a) Greg. l.5. ep.15. Ind. 14.

(b) Greg. l.5. ep.16. Ind. 14.

LIV. Quod vero pertinet ad Athanasium reorum alterum, quid gestum sit, ipse Gregorius docet in epistola ad Narsetem (*c*), nimirum inventum esse (ut ait) aliqua ex parte Manichæum, verumtamen accusatorem ipsius ex ejus accusationibus esse convictum Pelagianum: inventumque codicem editi Ephesini Concilii missum Constantinopoli esse falsatum: Quam autem parum tuti fuerint tunc Græci codices, ista accurate tractans ipse Gregorius, hæc addit: *Existimamus, quia sicut Chalcedonensis Synodus in uno loco ab Ecclesia Constantinopolitana falsata est, sic aliquid in Ephesina Synodo factum est. Charitas ergo vestra vetustos omnino codices ejusdem Synodi requirat, & illic inde videat, si quid tale invenitur: mihique eumdem codicem, quem invenerit, transmittat: quem mox ut legero, re transmitto. Novis enim codicibus passim non credat.* Et paulo post: *Romani autem codices multo veriores sunt, quam Græci: quia nostri sicut non acumina, ita nec imposturas habent.* Hæc Gregorius.

(c) Greg. l.5. ep.14. Ind. 14.

Codices Græcorum sæpe falsati reperti.

LV. Quando autem in Constantinopolitano judicio fuit ipse Athanasius condemnatus, magna tunc accidit vecordia ipsius Joannis adducta in judicium minime perscrutantis, vel nescientis inter verum & falsum ob imperitiam sacrorum canonum accurate distinguere: ut apud ipsum Constantinopolitanum Episcopum aderetur Synodus secunda Ephesina pro prima, Conciliabulum videlicet Nestorianorum sub Joanne Antiocheno pro Oecumenica Synodo: quod culpa gravi non caruit, aut dolo, vel saltem rerum Ecclesiasticarum maxima ignorantia: ex quo tunc est factum, ut Catholici, qui hæreticorum illi Synodo minime assentirentur, dicerentur hæretici; & hæretici assentientes, Catholici putarentur. Porro id non semel in judicio factum, sed iterum in causa quorumdam monachorum, de quibus postea ipse S. Gregorius scripsit ad Eulogium Episcopum Alexandrinum his verbis (*d*):

(d) Greg. l.6. ep.31. Ind. 15.

LVI. *Præterea ante triennium, cogente causa monachorum Isauriæ, qui hæretici accusabantur; satisfaciens mihi quondam frater & consacerdos meus domnus Joannes* Constantinopolitanus Episcopus scilicet, *litteras misit, quibus nitebatur ostendere, eos Ephesinæ Synodi diffinitionibus contradixisse: & velut ex eadem Synodo, certa nobis, quibus ipsi obsisterent, capitula destinavit. Inter alia autem scriptum illic continebatur de Adæ anima, quia in peccato mortua non fuerit, eo quod diabolus, &c.* Erant hæc in Nestorianorum Concilio posteriori Ephesino, canone secundo: quod olim per Joannem Antiochenum seorsum celebratum est, diversum ab illo per Dioscorum postea habito: quod cum pro germano Ephesino Joannes ipse ad Gregorium miserit, quam pius dici potuerit, omnes puto intelligunt. De iisdem quoque & ad Anastasium Antiochenum Episcopum Gregorius hæc dilucidius, ubi ait (*e*): *Ex annotatione hæretici codicis, qui ad me ex regia urbe transmissus est, agnovi per hoc quod quædam capitula Catholica cum hæreticis fuerant reprehensa, quia quidam illam Ephesinam primam Synodum in eadem urbe existimant, quæ quondam ab hæreticis traditur esse composita: omnino necesse est, ut charitas vestra eamdem Synodum apud sanctam Alexandrinam & Antiochenam Ecclesiam requirat, & qualiter in veritate habeatur, inveniat. Vel si placet, hinc dirigimus, quæ ab antiquitate servata in scriniis habemus. Illa enim Synodus* secunda Ephesina, *quæ sub primæ Ephesinæ imagine facta est, quædam in se obluta capitula asserit approbata, quæ sunt Cælestii atque Pelagii prædicamenta, &c.* Audisti totius impostoræ comœdiam? Vidisti, qui vocari voluit Oecumenicus, quas miserit merces in Urbem: dum, nisi Gregorius vigilasset, sub auctoritate Concilii Oecumenici Ephesini, Pelagianam hæresim ante sæpe damnatam rursum introduxisset in Ecclesiam? Sed de his inferius iterum agemus.

(e) Greg. l.7. ep.48. Ind. 2.

LVII. Sed quod ad dictum Concilium in ea causa collectum spectat: habitum illud hoc

Concil. Rom.

PAGIUS IV. A num. LVII. ad LX. Sanctus Gregorius Papa hoc anno indixit *Concilium Romanum II.* in causa Joannis Presbyteri Chalcedonensis Ecclesiæ, qui cum a *Joanne Jejunatore* dicto, Episcopo Constantinopolitano injuste damnatus fuisset, & ad Sedem Apostolicam appellasset, innocens repertus, retractato Constantinopolitano Synodali judicio absolutus est, ut testatur S. Grego-

*Concilium Romanum II. sub S. Gregorio.*

hoc anno Romæ, ex scriptis ejusdem S. Gregorii satis apparet, ubi hæc in ejus
(a) Extat l.4. sub ep.44. præfatione leguntur (a): *Regnante in perpetuum Domino nostro Jesu Christo temporibus piissimi ac serenissimi dominorum Mauritii, Tiberii, & Theodosii Augustorum ejusdem domini, Imperio Mauri-*
* decimo *tii anno tertiodecimo *, Indictione tertiadecima, quinta die mensis Julii, &c.* Sed corrige quod habet de Imperii Mauritii anno decimotertio: nam hoc anno Indictione decimatertia non decimustertius Mauritii currebat, sed decimus, ut ex ejusdem Gregorii scriptis apparet, ubi
(b) Greg. l. 2. in prin. superius numerat (b) annum septimum ipsius Imperatoris decima Indictione.

LVIII. Canones in Conc. Roman. statuti. Quod autem ad canones in eadem Synodo sancitos pertinet, sex numero habentur. Quorum primus est de diaconis, ne quorum munus est altari ministrare, Evangelium prædicare, & eleemosynis inservire, iidem cantores existerent. Secundus ille, ne cubiculo Pontificio servirent pueri laici & sæculares, sed clerici vel monachi id ministerii exhiberent. Tertius quo decretum est, ne rectores patrimoniorum Ecclesiæ alienis possessionibus affigant titulos. Quartus vero ut sine tegmine corpora Pontificum ad sepulcrum deferrentur, ea nimirum occasione, quod cum (ut ait) dalmaticis tegerentur, ipsas postea populus inter se partitas loco sacrarum reliquiarum asservarent: quem monuit, ut e corporibus potius Apostolorum ac martyrum velamina acciperent. Ita Gregorius vivens consuluit sibi post mortem, ne coleretur ut sanctus. Adjecit illud etiam statuere ne in ordinationibus sacris conficiendis, vel pallii exhibitione aliquid penitus acciperetur, neque etiam a Notariis pro charta vel calamo quid sumeretur, nisi post ordinationem exhibitam aliquid ordinatus sponte dare voluerit.

LIX. Postremo vero illud constituit, ut servi Ecclesiæ ad monasticam vitam venire cupientes, in laicali primum habitu probarentur. In quo item Romauo Concilio illud implendum dixit (c), ut nullius (c) Greg. l.4. ep.2. Ind. 14.
essent ponderis, quæ de bonis post Episcopatum adeptis Episcopus testamento disposuisset, secus vero de his quæ ante Episcopatum possedisset. Reperimus in scripto codice Sublacensi, in Concilio Romano eumdem Gregorium Papam probasse & confirmasse regulam S. Benedicti. Subscripserunt Concilio Episcopi vigintiduo, presbyteri vero Cardinales trigintaquatuor.

Hoc pariter anno accidit, ut schismatici Istriæ provinciæ petierint a S. Gregorio ad Urbem veniendi securitatem, ut de vertentibus quæstionibus una conferrent: quam libentissimo animo Gregorius præstitit, datis ad Petrum & Pru- LX.
dentium Istriæ Episcopos litteris (d): (d) Greg. l.4. ep 49. Ind. 13.
sed a proposito ipsi defecere.

At vero secundum illud Apocalypsis: LXI.
(e) *Qui nocet, noceat adhuc; & qui in sordibus est, sordescat adhuc.* Mauritius Im- (e) Apoc. 22.
perator, adversus S. Gregorium Papam Maximum in ecclesiam Salonitanam intrusum, ab ipso autem Gregorio censuris ejectum, per suos ministros in Ecclesia illa Episcopum retinuit. Id quidem hoc anno idem Imperator Mauritius tyrannice gessit, quod animum ipsius Gregorii Papæ vehementer exagitavit. De causa Maximi Episcopi Salonitani. Nam cum idem Pontifex Maximum Salonitanum Simoniacum intrusum Missarum celebratione privasset, & ille eam jussionem sub anathematis pœna mandatam contempsisset, Missasque celebrare minime prætermittens, auxilium quæsivisset Imperatoris; litteras ab eo impetravit, quibus juberetur cum honore suscipi. Hæc accipiens Gregorius, cum Augusta expostulavit his ver- (f) Greg. l.4. ep.34. Ind. 13.
bis (f):

LXII. Facinora Maximi. *Salonitanæ civitatis Episcopus, me ac Responsali meo nesciente, ordinatus est, & facta res est, quæ sub nullis anterioribus Principibus evenit. Quod ego audiens, ad eumdem prævaricatorem, qui inordinate ordinatus est, protinus misi, ut omnino Missarum solemnia celebrare nullo modo præsumeret, nisi prius a serenissimis dominis cognoscerem, si hoc fieri ipsi*

PAGIUS gorius lib. 3. Epist. XV. ad Joannem Episcopum Constantinopolitanum, Epistola XVI. ad Mauricium Imp. & Epist. XVII. ad Theotistum cognatum Imperatoris. Quæ Epistolæ datæ sunt anno sexto ordinationis S. Gregorii, & *Indictione XIV.* a Kal. Septembris hujus Christi anni inchoata. Gesta Synodi refert S. Gregorius lib. IV. Indict. XIII. Epist. XLIV. quæ his verbis incipit: *Regnante in perpetuum Domino nostro Jesu Christo, temporibus piissimi ac serenissimi Dominorum Mauricii Tiberii, & Theodosii Augustorum, ejusdem Domini Imperii Mauricii anno tertio decimo, Indictione tertia decima, quinto die mensis Julii* [1]. Baronius ait, loco, *anno XIII.* legendum esse *annum decimum*, idque apparere ex ejusdem Gregorii Scriptis, qui lib. 2. Registri sui numerat annum VII. ipsius Imperatoris decima Indictione. Verum ex illis temporis characteribus constat, cum tardius, quam par erat, Mauriciani Imperii initium posuisse. Si enim

NOTÆ [1] *Quinto die mensis Julii &c.* Legendum forte quinto die mensis Junii; quæ hoc anno in Dominicam incidit. MANSI.

*psi jussisseat, quod ei sub excommunicationis interpositione mandavi. Et contempta me atque despecto, in audaciam quorumdam sæcularium hominum, quibus denudatu sua Ecclesia, præmia multa præbere dicitur, nuncusque Missas facere præsumit, atque ad me venire secundum jussionem dominorum noluit. Ego autem præceptioni pietatis eorum obediens eidem Maximo, qui me nesciente ordinatus est, hoc quod in ordinatione sua me vel Responsalem meum prætermittere præsumpsit, ita ex corde laxavi, ac si me auctore fuisset ordinatus. Alia vero perversa illius scilicet mala corporalia, quæ cognovi, vel quia cum pecuniis est electus, vel quia excommunicatus Missas facere præsumpsit, propter Deum irrequisita præterire non possum. Sed opto & Dominum deprecor, quatenus nihil in eo de his quæ dicta sunt, valeat inveniri, & sine periculo animæ meæ causa ipsius terminetur. Prius tamen quam hæc cognoscantur, serenissimus dominus discurrente jussione præcepit, ut eum venientem cum honore suscipiam. Et valde grave est, ut vir de quo tanta & talia nunciantur, cum ante requiri & discuti debeat, honoretur.*

LXIII. Justa querela S. Gregorii. *Et si Episcoporum causæ mihi commissorum apud piissimos dominos aliorum patrociniis disponuntur; infelix ego in Ecclesia ista quid facio? Sed ut Episcopi mei me despiciunt, & contra me refugium ad sæculares Judices habeant, omnipotenti Deo gratias ago, peccatis meis deputo. Hoc tamen breviter suggero, quia aliquantulum expecto; & si ad me diu venire distulerit, in eo exercere districtionem canonicam nullo modo cessabo. In omnipotentem autem Dominum confido, quia longam piissimis dominis vitam tribuet, & nobis sub manu vestra, non secundum peccata nostra, sed secundum gratiæ suæ donum disponet. Hæc ergo tranquillissimæ dominæ suggero: quia intelligo, enim serenitatis ejus conscientia quanto moveatur zelo rectitudinis atque justitiæ, non ignoro.* Hactenus ad Imperatricem Gregorius.

LXIV. At non statim ut accepit ista de Maximo, verecundia detentus, favit ei Mauritius, sed postea ab Exarcho Italiæ & aliis magistratibus concitatus? Siquidem dictam de eodem Maximo historiam latius explicatam habes in epistola ejusdem Gregorii ad Sabinianum diaconum verbis istis (u): *Postquam*, inquit, *serenissimus dominus Imperator jussionem transmisit, ut ordinari minime debuisset, tunc ad altiorem superbiam erupit. Nam homines gloriosi viri Patricii Romani (hic Exarchus erat) ab eo præmia acceperunt, eumque ita ordinari fecerunt, ut Antonium subdiaconum & Rectorem patrimonii, nisi fugisset, occiderent. Ego autem epistolas transmisi postquam eum ordinatum contra rationem cognovi, & contra consuetudinem ut Missarum solemnia celebrare non præsumeret, nisi prius a serenissimis dominis cognoscerem quid de ejus persona jussissent. Quæ scripta mea publice relecta vel in civitate posita, publice scindi fecit, atque in contemptum sedis Apostolicæ apertius exiliit. Quod ego qualiter patiar, scis, qui ante paratior sum mori quam beati Petri Apostoli Ecclesiam meis diebus degenerare. Mores etiam meos bene cognitos habes: quia diu porto; sed si semel deliberavero non portare, contra omnia pericula lætus vado. Unde necesse est cum Dei auxilio periculo succurrere, ac cogatur excedendo peccare. Vide quæ dico, & pensa ex quanto dolore sunt.* Hæc & alia ad Sabinianum Apocrisarium degentem Constantinopoli, insinuanda Imperatori, Gregorius scribit.

(u) Greg. l.7. ep.1. Ind.1.

Magna Maximi contumacia.

Gregorii longanimitas.

Quod autem ipse Gregorius eumdem Maximum iterum atque iterum Romam a se (b) vocatum, obtemperare contemnentem excommunicasset: ille ad suam excusationem severitatem nimiam Gregorii prætexebat, rumorem excitans, quod Episcopum quemdam Malcum Romæ in carcere mori coegisset. Ad hæc Gregorius mox ista subinfert: *Pervenit vero ad me quia transmisit nescio quem clericum, qui diceret, quia Malcus Episcopus in custodia pro solidis occisus sit. De qua re unum est quod breviter suggeras serenissimis dominis nostris, quia si ego servus eorum in morte Longobardorum me miscere voluissem; hodie Longobardorum gens nec Regem, nec Duces, nec Comites haberet, atque in summa confusione esset divisa: sed quia Deum timeo, in mortem cujuslibet hominis me miscere formido.* Quasi diceret, tantum abesse ut coegerit mori Episcopum, ut LXV.

(b) Greg. l.5. ep.25. Ind.14. & l.6. ep.29. Ind.15.

De Malco occiso calumnia.



PAGIUS enim illud cum die XV. mensis Augusti anni DLXXXII. ut fieri debet, consignet, invenies mense Julio hujus anni in cursu fuisse annum XIII. ejusdem Imperii, & Indictionem pariter XIII. Præterea ex istis verbis, quæ leguntur in Registro Gregoriano lib. 2. Indict. X. anno ordinationis Gregorii II. mense Septembris *Temporibus Papæ Gregorii Consulatus Mauricii Augusti anno septimo, depositus est Laurentius*, &c. minime sequitur, ut putat Baronius, præsenti Christi anno *Mauricium* decimum tantum Imperii numerasse. Nam Præfatio illa libri secundi Registri Sancti Gregorii post hujus mortem addita est eidem libro; cum in ea agatur de re gesta Indictione X. annoque ejus ordinationis primo quod ipse Mauricii Consulatus extra controversiam ponit. *Mauricium* enim anno DLXXXIV. Consulatum suscepisse certissimum. Quare annus septimus Consulatus Mauricii non est annus VII. ejus Imperii, sed denotat annum Christi DXC. Auctor quippe illius additamenti usurpat modum loquendi Marii Aventicensis,

nec ipsos hostes, cum posset, voluerit occidi. At quomodo de Malco res se habuerit, accipe ex ipso cum subdit: *Malcus autem Episcopus neque in custodia fuit, neque in aliqua afflictione: sed de die qua causam dixit, & adductus est, nesciente me, a Bonifacio Notario in domum ejus ductus est: cui & prandium factum est, ibique prandit & honoratus est ab eo, & nocte subito mortuus est: quod jam dilectionem tuam arbitror cognovisse.* Hæc de calumnia ex morte Malci prætensa. Sed quæ hæc secuta sunt?

LXVI. Causa Maximi commissa Mariniano. Vicit Gregorius in bono malum. Etenim concessit, ut eum Romam venire nollet, saltem Ravennam se conferret, ubi delegatum a sede Apostolica haberet Judicem Marinianum Episcopum, sub quo causam diceret. Præstitit hoc Maximus, Ravennamque se contulit ubi & juramento se purgavit supra corpus sancti Apollinaris, se nimirum a simoniaca labe integrum atque immunem esse: acceptaque pœnitentia de inobedientia & contumacia, qua in Apostolicam sedem peccasset, ad Salonitanam est missus, consentiente Gregorio, Ecclesiam, ut legitimus illic sederet sacerdos: cui & expetenti idem Pontifex pallium dedit. Hæc omnia constant ex epistolis ipsius S. Gregorii datis (a) Indictione secunda: unde appareat causam hanc cœptam Indictione duodecima, perdurasse annos quinque.

(a) Greg. l. 7. ep. 79. 80. 81. In. 2.

LXVII. Eodem anno Anastasius Sinaita, ubi in sedem Antiochenam restitutus est, litteras dedit ad Gregorium Romanum Pontificem; qui cum accepisset post mortem Gregorii Episcopi Antiocheni ipsum Anastasium, a tempore Justiniani Imperatoris a sede expulsum, esse restitutum, illi congratulatus litteras reddidit, quarum est hujusmodi exordium (b): *Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis: quia magnus ille fluvius, qui quondam arentia Antiochiæ saxa reliquerat, tandem ad proprium alveum reversus, & subiectas juxta positas valles rigat, &c.* Dumque cum solatur de tribulationibus quibus afflictatus fuerat, suas, quas tunc ipse Gregorius pateretur, ærumnas ingerit, dicens: *Quantas vero in hac terra tribulationes de Longobardorum gladiis, de iniquitatibus Judicum, de insolentia atque importunitate causarum, de cura subiectorum, de molestia etiam corporis quam patior, explere nec calamo, nec lingua sufficio.* Ad finem vero epistolæ duo ista apponens verba, AMEN, GRATIA; mox subdit: *Quæ videlicet verba de scriptis vestris accepta, idcirco in meis epistolis pono, ut de S. Ignatio vestra beatitudo cognoscat, quia non solum vester est, sed etiam noster.* Utpote quod eadem salutatione, sive epistolæ signo S. Ignatius uteretur. Sed de his primo Annalium tomo diximus.

(b) Greg. l. 4. ep. 37. Ind. 13.

Greg. gratulatur Anastasio Epi. Antioch.

LXVIII. Hoc eodem anno (ut in fine anni superioris est demonstratum) Amos Hierosolymorum Episcopus post Joannem electus est: de cujus ingressu hæc apud Sophronium habes (c): *Cum descendisset Abbas Amos Hierosolymam, & Patriarcha ordinatus esset: venerunt omnes monasteriorum eremi Abbates, ut adorarent eum; inter quos affui & ego cum Abbate meo, Cœpitque Patriarcha dicere Patribus: Orate pro me, fratres: magnum enim onus & intolerabile mihi injunctum est, sacerdotiique dignitas me terret immodice. Petri enim & Pauli & similium est regere rationales animas. Nam invenio scriptum, quia beatissimus & æqualis Angelis Papa Leo, qui Romanorum Ecclesiæ præfuit, per quadraginta dies perseveravit ad sepulcrum Apostoli Petri vigiliis & orationibus insistens, petensque* ab

(c) Prat. Spir. c. 149.

De Amos Epis. Hierosol.

PAGIUS

sis, annumque DLXXXV. annum secundum Consulatus Mauricii appellat. Quæ loquendi formula accurate a nobis suo loco explicata. His adde in Registro divi Gregorii ipsas etiam ejus Epistolas sæpe temporis ordinem non repræsentare, ut ostendimus numero sequenti. Denique eædem notæ temporariæ leguntur in exemplari MS. Bibliothecæ Victorinæ numer. XXII. B. A. ubi istud Concilium Romanum refertur.

V. Epistola S. Gregorii ad Anastasium Epis. Antioch. extra locum suum posita. Ad num. LXVII. In Registro Divi Gregorii lib. IV. Epist. XXXVII. Indict. XIII. recitatur Epistola, quam *Anastasio* Episcopo Antiocheno scripsit *Gregorius* illum de reversione ejus congratulans. Ponitur inter Epistolas mense Junio datas. Ex ea Baronius anno DXCIV. num. XXIX. intulit, *Gregorium Antiochenum* currenti solum anno demortuum, & Evagrium Historiæ suæ finem imposuisse. Verum anno superiori demonstravimus, *Gregorii Antiocheni* abitum accidisse anno DXCIII. *Anastasium* jam mense Martio illius anni Sedem suam recuperasse, & *Evagrium* Historiam suam ultra eumdem annum non produxisse. Quamobrem illa divi Gregorii Papæ ad Anastasium Antiochenum Epistola extra locum suum posita. Neque enim S. *Gregorius* Literas gratulatorias Anastasio, quem summopere amabat, nonnisi post tertium restitutionis suæ annum inchoatum dedisset.

VI. Amos fit Episcopus Hierosolymorum. Ad num. LXVIII. Ex eodem fundamento ex anno scilicet, quo *Evagrius* Historiam suam terminavit, pendet initium *Amos* Patriarchæ Hierosolymitani. Cum enim Evagrius in fine sui Operis diserte asserat, *Joannem Amos* decessorem mortuum esse, quando ipse Historiam suam absolvebat, sed neminem *etiamnum Ecclesiæ illius gubernationem* suscepisse, manifeste indicat, *Amos* anno DXCIV. quo Evagrius illa scribebat, ad Thronum Hierosolymitanum nondum evectum fuisse. Ex duratione autem Sedis *Amos*, de qua in ejus morte, liquet anno superiori eum Episcopum Hierosolymitanum dictum esse. Nicephorus in Chronico annos viginti duos *Joanni* tribuit, qui ideo Sedem Hierosolymitanam circa annum DLXXI. adeptus fuerat.

*ab Apostolo, ut pro se apud Deum intercederet, ut dimitterentur sibi peccata sua. Impletisque diebus quadraginta, apparuit ei Petrus Apostolus, dicens: Oravi pro te & dimissa sunt tibi peccata tua præter impositionis manuum: hoc enim solum abs te requiretur, sive bene, sive fortasse aliter egeris.* Hæc dicta quidem ab Amos, ut inventa sunt scripta reddimus: sed de veritate historiæ superius in Leone dictum est.

LXIX. Hoc pariter anno, cum (ut vidimus) ad Galliarum Episcopos litteras dedisset sanctus Gregorius pro corrigendis iis quæ adversus sacros canones in Galliis agerentur, ut id omnino perfici posset, regias manus in auxilium petiit: cujus rei causa scripsit ad Childebertum (*a*) Francorum Regem de pluribus rebus corrigendis in regno ipsius, quæ deficiente verbi cultura succreverant: potissimum vero illud admonuit, ne laici statim tonso capite raperentur ad Episcopatum; seu potius raperent ipsi Episcopatum, hoc suadens exemplo: *Certum namque est*, inquit, *non vos ante exercitui ducem præponere, nisi vobis labor ejus fidesque probata constiterit, nisi eum anteactæ vitæ virtus & solicitudo aptum esse monstraverit. Si vero non aliis, nisi hujusmodi viris committitur gubernandus exercitus: qualis dux esse debeat animarum ex istius rei comparatione bene colligitur.*

(*a*) *Greg. l. 4. ep. 93. Ind. 13.*

LXX. Scripsit & ad Brunichildem (*b*) Reginam Francorum, matremque Regis, ubi inter alia de ipso Francorum regno atque Rege hæc habet: *Nam immerito contingit, ut cuncta gentium regna præcelleret: quippe earumdem gentium Creatorem & pure colit & veraciter confitetur. Sed ut laudabilius in eo fides cum operibus enitescant, adhortationis vestræ eum verba succendant*, &c. Et rursum postea ad ejus filium Childebertum (*c*): *Quanto cæteros homines regia dignitas antecedit, tanto cæterarum gentium regna regni vestri profecto culmen excellit. Esse autem Regem, quia sunt & alii, non mirum est: sed esse Catholicum, quod alii non merentur, hoc satis est. Sicut enim magnæ lampadis splendor in tetræ noctis obscuritate luminis sui claritate*

(*b*) *Greg. l. 4. ep. 5. Ind. 14.* Regis Francorum laudes ex fide Cathol.

(*c*) *Greg. l. 5. ep. 6. Ind. 14.*

*fulgescit, ita fidei vestræ claritas inter aliarum gentium obscuram perfidiam rutilat, ac coruscat. Quicquid enim Reges se cæteri gloriantur habere, habetis: sed ipsi in hac re vehementius superantur, quoniam hoc principale bonum non habent, quod habetis. Ut ergo sicut fide, ita & actione vincantur, benignam se excellentia vestra suis subjectis semper exhibeat*, &c. Dedit has litteras Gregorius Candido presbytero, quem post Patricium Dinamium ad curandum patrimonium S. Petri misit ad eumdem Regem, atque una cum litteris etiam munus Rege Christianissimo dignum, de quo in fine ejusdem epistolæ istis verbis: *Claves præterea S. Petri, in quibus de vinculis catenarum ejus inclusum est, excellentiæ vestræ direximus: quæ collo vestro suspensæ a malis vos omnibus tueantur.*

Sed de Galliis transeamus in Hispanias. Hoc enim anno idem sanctus Gregorius scripsit (*d*) ad sanctum Leandrum Episcopum Hispalensem, mittens ad eum librum, quem nominat, Regulæ Pastoralis scriptum (ut ait) ipso sui Episcopatus exordio ad Joannem (ut vidimus) Episcopum Ravennatem: misitque ad eumdem libros Moralium, apud ipsum Leandrum (ut præfatio docet) inscriptos; non omnes tamen, sed quos haberet præ manibus: tertiam enim & quartam ejusdem operis partem minime in promptu habere, quæ mitti tunc posset, eadem epistola ipse testatur. Rursus autem cui incumbebat universalis Ecclesiæ cura, invisit litteris Ecclesiam Africanam, hoc pariter anno scribens ad totius Africæ Primatem (*e*) Dominicum Carthaginensem Episcopum, ubi hæc pulchre de communione sanctorum precibus conservanda: *Ut ad hæc pervenire mereamur, & me pro vobis apud sanctissimum beati Petri Apostolorum principis corpus, & vos pro me apud sanctum Cyprianum martyrem orationibus decet incumbere.* LXXI.

(*d*) *Greg. l. 4. ep. 48. Ind. 13.* Gregor. mittit libros ad S. Leandrum.

(*e*) *Greg. l. 5. ep. 19. Ind. 14.* Communicatio precum.

At quod successorem se esse novit illius, cui non munda tantum animalia, sed & immunda, feræque bestiæ ad cibum paratæ ostensæ divinitus fuere in linteo (*f*); parum ipsi fuit tantummodo curare Fideles, sed & adjecit ani- LXXII.

(*f*) *Act. 10.*



PAGIUS VII. *S. Gregorius dolet pueros Anglos venales esse.*

Ad *num.* LXXII. & seq. Beda lib. 2. cap. 1. narrat, cum quadam die *S. Gregorius* nondum Pontifex factus in forum Romanum venisset, & *tres pueros venales*, candidi corporis, ac venusti vultus aspexisset, & Anglos esse accepisset, *bene*, inquit, *nam Angelicam habent faciem*, & a Pontifice Romano petiit, ut genti Anglorum aliquos Dei ministros mitteret, & seipsum in hoc opus paratum exhibuit, sed Cives Romani non permisere, ut tam longe ab Urbe recederet; quod se ab Antiquis accepisse Beda asserit. *Benedicto* Papa Ecclesiam Romanam regente, illud contigisse asferunt Joannes Diaconus in Vita S. Gregorii lib. 1. cap. 21. & Malmesburiensis lib. 1. de Reg. Angl. cap. 3. qui & ait: *Alla Regis tempore, venales erant e Northumbria pueri; familiari fere prope ingenita nationi illa consuetudine; adeo ut, sicut nostra etiam secula viderunt, non dubitarent, arctissimas necessitudines, sub prætexto minimorum commodorum, distrahere.* Alla autem Northumbriæ Rex, postquam annos XXXI. regnasset, anno Christi circiter DLXXXIX. obiit, cujus filius & successor fidem Christianam amplexus est, ut suo loco videbitur. Parkerus in Antiq. Britann. pag. 34. de hac tradi-

Pro Anglorum conversione laborat Greg. mum, ut gentem Anglorum Britanniæ insulæ magna ex parte dominam factam sacro imbueret Evangelio. Sed quod tantæ molis opus aggredi, Longobardorum (ut vidisti) tumultus obstarent; illud saltem quod præ manibus esset, operari minime prætermisit, nempe ut carperet ob famem ex ingenti segete spicas, cui nondum falcem immittere licuit. Quid ergo agit? Novit in Galliis complures detineri jure belli captivos Anglos, eosdemque exponi venales: dat itaque in mandatis Candido presbytero (quem ad curandum patrimonium sancti Petri hoc anno in Gallias missum diximus) ut eosdem coemat Anglos adolescentes, quos ad fidem Christi conversos monasterio bene instruendos committat. Scribit enim de his, deque emendis vestimentis ad pauperes vestiendos, hæc breviter ipse S. Gregorius (a):

(a) Greg. l. 5. ep. 10. Ind. 14.

LXXIII. *Pergens, auxiliante Deo D. N. Jesu Christo, ad patrimonium quod est in Galliis gubernandum; volumus, ut dilectio tua ex solidis, quos acceperit, vestimenta pauperum, & pueros Anglos, qui sunt ab annis decem & septem, vel decem & octo, ut in monasteriis dandi * Deo proficiant, comparet: quatenus solidi Galliarum, qui in terra nostra expendi non possunt, ad locum proprium utiliter expendantur. Si quid vero de pecuniis redituum, quæ dicuntur oblata, recipere potueris: ex his quoque vestimenta pauperum comparare te volumus, vel (sicut præfati sumus) pueros, qui in omnipotentis Dei servitio proficiant. Sed quia Pagani sunt qui illic inveniri possunt; volo ut cum eis presbyter transmittatur, ne quid ægritudinis contingat in via, ut quos morituros conspexerit, debeat baptizare. Ita igitur tua dilectio faciat, ut hæc diligenter implere festinet.* Hactenus ad Candidum Gregorius. Novisse antea Anglos Gregorium Romæ venum expositos, tradit Joannes diaconus, admiratumque in iisdem vultus elegantiam, quo non barbarorum trucem repræsentarent aspectum, sed angelicam, quæ coloribus fingi solet, imaginem, atque ob id eosdem Anglos Angelos nominasse; censuisseque eos emptos non ut alias mancipia tradendos glebis, sed eosdem Anglos inter Angelos collocandos, in monasteriis scilicet, ad vitam angelicam excolendam. Favit Deus votis ejus, ut post has evulsas Apostolica manu spicas, in magnam mox messam falcem immitteret. Sed hæc contigerunt anno sequenti; dicemus nos de his suo loco.

* dati

De Anglis emendis atque collocandis in monasteriis.

LXXIV. De obitu Joannis Ravennatis Episc. Hoc eodem anno moritur Joannes ille Episcopus Ravennas, quem irrisorem & fastu tumentem duplici animo ambulantem Gregorius proxime redarguerat. (b) Demerere hominem omni genere beneficii sanctus Gregorius minime prætermisisse visus est, qui reperitur misisse ad eum reliquias sanctorum Romanorum Pontificum Marci, Marcelli, atque Feliculæ martyris, ut docet inscriptio ejusmodi a Rubeo edita (c):

(b) Greg. l. 4. ep. 14. ind. 13.

(c) Hier. Rub. hist. Rav. l. 4.

*Inclyta præfulgent sanctorum limina templi*
*Marci, Marcelli, Feliculæque simul:*
*Pontifices hos Roma cepit, hæc martyr habetur.*
*Horum Gregorius dat Papa reliquias:*
*Quas petit Antistes meritis, animoque Joannes:*
*Parvula pro summis reddere dona parat.*
*O caelum statuit tanta virtute repletas,*
*Cujus ab auspiciis gratia & extat opus.*
*Qui bis septeno facti diadematis anno,*
*Tractata vigili quo regit Ecclesiam,*
*Hanc quoque regentem verendi culminis arcem*
*Vixit *, & eventum traxit ad arbitrium.*
*Miranda subito suspendens arte cacumen*
*Inflexum reparat parte ab utraque latus.*
*Additur his meritis felix Smaragdus in ævum.*
*Cujus in his titulis participantur opes.*

* struxit

LXXV. De electione Mariniani Ep. Raven. Defuncto igitur Joanne, facta est successoris electio atque in locum ejus substitutus est Marinianus. Extant de his Gre-

PAGIUS ditione loquens scribit: *Pontificii, qui primam in Anglia Evangelii sationem sibi acceptam ferri cupiunt; tradunt de Augustini huc a Gregorio mittendi occasione, suis Annalibus non indignam fabulam.*

VIII. *Pravus ille Anglorum mos diu duravit.* Verum hanc pravam consuetudinem sua ætate inolevisse testator ipsemet *Gregorius* in Epistola ad Candidum, apud Baronium cum fides Christiana radices in Anglia gessit, hunc barbarorum morem conati sunt Reges antiquare, *Inas* Occidentalium Saxonum Rex, ita cavit hujuscemodi commercia, scripta lege: *Si quis popularem suum, sive servum, sive liberum, vel criminis consortium mercatus fuerit, & trans mare amandarit; integra capitis ejus æstimatione mulctato, Deoque faciat cumulate satis.* Et iterum: *Si quis feminam mercatus fuit, & quod conventum est, non confecerit; ipsam dato pecuniam, tantumdem etiam persolvito, & graves nihilominus (atque fide jussionem violasse) pœnas pendito.* His legibus non obstantibus barbarus ille mos vendendi pueros gentis vitio adeo invaluit; ut usque ad *Henrici II.* tempora perduraret. Ecclesiarum Prælati hunc morem exosi, lege lata hujusmodi mercimonia naturæ gratiæque contraria sæpe vetuerunt, ut in Conci-

(a) Greg. l. 4. ep. 21. 23. & 45. Ind. 13.

Gregorii ipsius litteræ (a), quibus primo respuit alium Joannem electum, eo quod nesciret Psalmos: rejecit & Donatum Archidiaconum, cui multa obstarent; consensit vero in Mariniano presbytero, qui secum diu in monasterio fuerat conversatus: de quo ista ad Andream Scholasticum (b): *Tandem venerabilem virum fratrem presbyterumque Marinianum, quem diu mecum didicere in monasterio conversatum, communi concordantique voce atque consensu sæpius petiverunt. Cui refugienti diversis modis vix aliquando potuit suaderi, ut eorum præberet petitioni consensum. Et quia bene nobis ejus vita est cognita, atque in lucrandis animabus illum novimus esse sollicitum, nullam in ordinatione ipsius morum attulimus.* Hæc & alia in ejus laudem Gregorius, cui & pallium (c) concessit statutis diebus utendum. Sed quod mox in eum oblocuti sunt aliqui, quod Concilium Chalcedonense minime sectaretur (consueta hæc erat calumnia, ut sæpius dictum est, schismaticorum adversus Catholicos) de his scribens (d) Gregorius populo & clericis Ravennatis Ecclesiæ in omnibus satisfecit.

(b) Greg. l. 4. ep. 45. Ind. 13.

(c) Greg. l. 4. ep. 54. Ind. 13. & l. 5. ep. 8.

(d) Greg. l. 5. ep. 2. Ind. 14.

LXXVI. Sed quid accidit? Quem præsenti anno adeo laudavit Gregorius, eumdem anno sequenti mense Martio reprehendere opus fuit. Ita humanæ conditionis instabilitas fert, ut mutatione status, mutari interdum homines, atque virtutes in vitia converti facile possint. Ubi enim primum iste nobilissimæ Ecclesiæ moderandas suscepit habenas, in id vires omnes intendit, ut redditus ejusdem augeret; eoque progressus est, ut a monasteriis etiam pecuniam cuperet extorquere: cujus rei gratia fuit, ab ipso Gregorio arguendus. Ad eum enim scribens ipse Pontifex, hæc præfatur (e): *Miramur cur sic in brevi fraternitatis tuæ fuerit immutata discretio, ut ea quæ postulat non advertat. Ex qua re dolemus quia manifestum præbes indicium, plus apud te verba male suadentium valuisse, quam divinæ lectionis studium profuisse. Cum ergo monasteria te oporteat defensare, & religiosos illic summopere congregare, ut lucrum de animarum congregatione possis efficere; in eorum te e diverso gravamina (sicut litteræ tuæ testantur) desideras exercere, & quod est deterius, nos tuæ culpæ studes fieri debere participes.* Et post aliqua: *Quia ergo*, inquit, *te multum diligo, instanter admoneo (quod sic vocto consideres) ut non plus pecunia quam animabus studeat. Illud a latere respiciendum est: ad hoc autem tota mentis intentione laborandum ac vehementius intuendum, &c.* Sed & de his adde quæ anno sequenti, mense Martio, idem S. Gregorius de eodem Mariniano scripsit ad Secundinum Dei Servum Ravennæ degentem, quæ & saperias alia occasione majori ex parte posuimus, his verbis (f):

(e) Greg. l. 5. ep. 28. Ind. 14. Redarguit Marinianum S. Gregorius.

(f) Greg. l. 5. ep. 29. Ind. 14.

LXXVII. Mariniani damnatur avaritia.

*Fratrem nostrum Marinianum Episcopum verbis quibus vales excita: quia obdormisse eum suspicor. Nam venerunt quidam ad me, in quibus erant senes mendicantes; qui a me discussi sunt, a quibus quid acceperint: & per singula retulerunt, quanta eis, & a quibus in itinere data sunt. Quos dum sollicite de prædicto fratre requirerem, quid eis dedisset: responderunt, se eum rogasse, sed ab eo se omnino nihil accepisse, ita ut neque panem in via acceperint, cum dare omnibus illi Ecclesiæ semper familiare fuit. Dixerunt enim: Respondit nobis, dicens:* Non habeo quod vobis dare possim. *Et miror, si is qui vestes habet, argentum habet, cellaria habet, quod pauperibus debeat dare non habet. Dic ergo ei, ut cum loco mutet & mentem. Non sibi credat solum lectionem & orationem sufficere, ut remotus studeat fodere, & de manu minime fructificare; sed largam manum habeat, necessitatem patientibus concurrat, alienam inopiam suam credat: quia si hæc non habet, vacuum Episcopi nomen tenet. Quadam vero eum per epistolam meam de anima sua admonui, sed nihil mihi omnino respondit: unde credo quia eam neque legere dignatus est. Pro qua re jam necessarium non fuit, ut eum per epistolam meam admonere aliquid debuissem; sed tantum illa scripsi, quæ in causis terrenis Consiliarius dictare potuit: nam ego ad hominem non legentem fatigari in dictatu non debui. Tua ergo dilectio secreto ei omnia loquatur, & admoneat qualiter se disponere debeat, ne per præsentem negligentiam, vitam (quod absit) priorem perdat.* Hucusque de Mariniano ad Secundinum Gregorius: quibus innotescit diaboli ars, ut quos decipere non potuit in monasterio, in spirituali constitutos præfectura avaritiæ sibi telis subiiciat. Habes præterea quod ex his intelligas, S. Gregorium scribere consuevisse litteras eas potissimum quæ ad animarum salutem spectarent; reliquas vero quæ ad res (ait) terrenas pertinerent, Consiliarium ipsum dictare.

Quod

PAGIUS cilio Londinensi sub *Anselmo* Cantuariensi anno MCII. & prius in Enhamensi Concilio anno MVIII. indictn, ut videre est apud Spelmannum, & apud Alfordum in Annal. Anglic. anno DLXXXVIII. qui plura hac de re habet. Quare quod Parkerus loco citato in Ecclesiæ Romanæ odium scribit, non fabula, sed constans veritas est, agnita a Seldeno in Analectil. lib. 2. & a Protestantibus aliis Parkero moderatioribus.

LXXVIII Quod insuper ad eumdem Marinianum spectat, extant litteræ (a) ejusdem Gregorii ad ipsum datæ Indictione decimatertia, in quibus hæc ad calcem habentur: *Omnia etiam privilegia, quæ tua pridem concessa esse constat Ecclesiæ, nostra auctoritate firmamus, & illibata decernimus permanere*. Fertur autem alia ejusdem S. Gregorii nomine epistola ex Ursiana (ut ajunt) bibliotheca Ravennate deprompta (b) ad eumdem Marinianum scripta de privilegiis ejusdem Ecclesiæ Ravennatis, sed quæ ex multis commenticia convincatur. Idem enim (ut puto) auctor, qui eodem argumento Valentiniani Imp. rescriptum confixit, quod superius suo loco refellimus, istam quoque est commentus epistolam. Etenim (ut hæc cursim annotasse sat sit) quid in ipsa habet inscriptione: *Mariniano Archiepiscopo Ravennati, & filio?* Quam procul utrumque ab usu S. Gregorii, qui nonnisi Episcopum & nonnisi fratrem Ravennatem Antistitem nominare consuevit? Quam longe illud etiam a nomenclatura Gregorii, ut cum de Gelasio Papa contingit mentionem haberi, gloriosissimum Gelasium appellet? est titulus iste Præfectorum potius, quam Pontificum. Ubi porro mos ille, ut non ipsi tantum, sed & ejus successoribus omnibus pallium in perpetuum tribuat, cum talis privilegii concessio numquam personam, cui conceditur, excedere soleat? Sed & quid, quod Ravennatem Ecclesiam primam filiam Romanæ Ecclesiæ vocat auctor? Quot sunt Ecclesiæ a Petro ante Ravennatem erectæ? Nec puto dicere primam quo ad dignitatem: nam nemo negarit Alexandrinam & Antiochenam peculiares Petri Ecclesias longe Ravennati præstare. Quid præterea, quod secundum Longobardorum Regum constitutiones firmat ejusdem privilegium? Quid commune Ravennati Ecclesiæ cum Regibus Longobardorum, qui ea numquam potiti sunt? Quid ibi nomen illud Marchio temporibus istis incognitum? Omittimus alia plura, quæ longe a Gregorii stylo aberrant. Illud tantum quod extremum in comminatione anathematis ponitur verbis istis: *Sciat se ex parte Dei omnipotentis, & sanctorum trecentorum decem & octo Patrum, &c.* considerandum proponimus. Quando umquam Gregorius ejusmodi usus est modo anathematis interminandi? Vel quando quis Romanorum Pontificum ejusmodi usus est anathematis comminatione per Episcopos scilicet, qui Nicæno Concilio interfuerunt? Sunt alia quidem privilegia ab eodem Gregorio diversis concessa locis, quorum formæ quam procul abhorrent ab ea quæ in eadem commenticia epistola posita legitur, videat lector. Hæc scio stomachum plurium turbatura, qui erga eam Ecclesiam, alioqui nobilissimam atque dignissimam, privato studio affecti sunt. Sed antidotum veritatis si adhibeatur, omnem protinus sanabit, quæ commota ex bile provenit, amaritudinem.

(a) Greg. l. 4. ep. 54.

(b) Extat apud Rub. hist. Rav. l. 4.

Refellitur commentitia epist. de Raven. Eccl.

Quod autem ad reliquas anni hujus res gestas ejusdem S. Gregorii spectat: Idem summa quoque sollicitudine cum vacantibus Ecclesiis providere curaret, plures hoc anno dedit eodem argumento litteras, in quibus & aliis alio tempore eodem argumento conscriptis illud admiratione dignum, quod invitum neminem subire Apostolica jussione coegisse reperitur onus Episcopale; dum licet interdum persuaserit, vim tamen nemini adhibuerit: immo quo aliquem sanctiorem sciret, eo magis suo relinquebat arbitrio ut quod vellet faceret. Est de his notandum exemplum de Sebastiano, de quo ad ipsum hoc anno scribens hæc habet (c): *Indico, quod ad me Bonifacio Defensore referente, pervenerit, quia vir sanctissimus frater noster domnus Anastasius, Patriarcha*, Antiochenus scilicet, Sinaita dictus, *in una suarum civitatum regendam vobis Ecclesiam committere voluit & consentire noluistis. Quem sensum ac sapientiam vestram valde ego libenter amplexus sum: laudavi vehementer, & vos felices, me infelicem esse deputavi, qui hoc tali tempore regimen Ecclesiæ suscipere consensi. Si tamen animus vester fortasse fratribus condescendendo, & misericordiæ operibus intentus, ad hoc umquam consentire decreverit, peto ut amori meo alium minime præponatis. Sunt enim in Sicilia insula Ecclesiæ vacantes Episcopis: & si vobis placet auctore Deo Ecclesiam regere, juxta beati Petri Apostoli limina cum ejus adjutorio melius potestis. Sin vero non placet, feliciter ista ut ista in vobis intentio permaneat, & pro nobis infelicibus exora.* Hæc Gregorius ad Sebastianum Orientalem Episcopum, sed Episcopatu (ut puto) barbarorum infestatione carentem: cum tamen certum sit ab aliis sanctissimis Pontificibus alios ad id esse sæpe coactos. Sed secundum Apostolum (d): *Alius quidem sic, alius vero sic.* LXXIX.

Greg. invitum neminem cogebat ad Episcopatum.

(c) Greg. l. 4. ep. 35. Ind. 13.

(d) 1. Cor. 7.

Quod rursum ad hujus anni impensos labores Gregorii pertinet: monachorum Deo servientium curam, ex more, propensiorem habuit, ut si quem sciret vere cultorem monasticæ vitæ, quicquid peteret illi daret, & plusquam peteret. Poscenti namque Evangelii librum Eliæ Abbati in Isauria, illum misit, & solidos pro ædificio cellæ plusquam petiisset mittere voluit. Sed nudi in altero petendi modestiam, in altero dandi abundantem largitatem: scribens enim ad eum, hæc habet inter alia (e): LXXX.

(e) Greg. l. 4. ep. 30. Ind. 13.

So-

*Solidos autem vobis voluistis pro necessitatibus cellæ quinquaginta transmitti; quos multam esse æstimantes, ex eis nobis decem donastis, ut quadraginta mitteremus. Sed ne forsitan vel hoc grave esset, adhuc alios nobis ex eis estis dignati largiri. Sed quia valde vos in continentia nostra benignos invenimus, eidem benignitati vice simili respondemus. Quinquaginta transmisimus: & ne forsitan minus essent, alios decem superaddidimus: ne vero & hoc adhuc minus esset, alios duodecim jungi fecimus.* Hæc ipse ad Eliam virum sanctum.

LXXXI. Solicite itidem Gregorius prospexit quieti monachorum, & si quando comperit eos ab Episcopis aliquibus infestari, illos ex eorum potestate exemit: ita quidem scribens ad Luminosum (a) Abbatem. Si quæ vero soluta disciplina essent monasteria, eadem reformanda curavit (b). Egentibus insuper monachis duo millia modiorum tritici dari præcepit (c). Quos præterea conditione servos in monasterio profecisse novisset, eosdem libertate donavit: est de his exemplum manumissionis (d) ab eodem Gregorio factæ. Sed & Servos infideles emere consuevisse, ut Christianos factos monasterio traderet (e), superius dictum est. Quod vero ad bona pertinet Ecclesiastica: in his jus antiquum omnino servatum custoditumque voluit, nimirum ut ex Ecclesiarum redditibus partes quatuor fierent, quarum una cederet clero, pauperibus alia, tertia sartis tectis, quarta Episcopo, si præesset: alioqui quarta ista divideretur, ita ut dimidia absentis esset Episcopi ac dimidia Visitatoris ab Apostolica sede missi (f).

(a) Greg. l. 4. ep. 41. 43. Ind. 13.
(b) Greg. l. 4. ep. 48. Ind. 13.
(c) Greg. l. 5. ep. 4. Ind. 14.
(d) Greg. l. 5. ep. 12. Ind. 14.
(e) Greg. l. 5. ep. 10. Ind. 14.
(f) Greg. l. 4. ep. 41. Ind. 13.

LXXXII. Hoc item anno, qui numeratur a Gregorio Turonensi Regum Francorum Childeberti decimus sextus, & Guntheramni tricesimus, per pravum dæmonem pseudopropheta in Galliis, qui deciperet plurimos, excitatur. Rem gestam Gregorius ita narrat (g): *Quidam*, inquit, *ex Bituriceo (ut ipse postmodum est professus) dum saltus silvarum ingressus, ligna cederet ad explicandam operis cujusdam necessitatem, muscarum eum circumsedit examen; qua de causa per biennium amens est habitus: unde intelligi datur diabolicæ emissionis fuisse nequitiam. Post hæc transactis urbibus propinquis, Arelatensem provinciam adiit, ibique indutus pellibus quasi religiosus orabat: ad quem illudendum pars adversa divinandi ei tribuit facultatem. Ex hoc ut in majori proficeret scelere, commotus a loco, provinciam memoratam deserens, Gabalitanæ regionis terminum est ingressus, proferens se magnum, ac profitens se non metuens Christum, assumpta secum muliere quadam pro sorore, quam Mariam vocitari fecit. Confluebat ad eum multitudo populi exhibens infirmos, quos contingens sanitati reddebat. Conferebant enim ei aurum, argentumque & vestimenta ii qui ad eum conveniebant: quod ille quo facilius seduceret, pauperibus erogabat prosternens se solo, effundens orationem cum muliere memorata, & surgens, se iterum a circumstantibus adorari jubebat. Prædicebat enim futura, & quibusdam morbos quibusdam damna provenire denunciabat, paucis salutem futuram. Sed hæc omnia diabolicis artibus & præstigiis nescio quibus agebat.*

(g) Greg. Tur. hist. l. 10. c. 25. De arreptitio impostore.

LXXXIII. *Seducta est autem per eum multitudo immensa populi, & non solum rusticiores verum etiam sacerdotes Ecclesiastici. Sequebantur autem eum amplius quam tria millia populi. Interea cœpit quosdam spoliare ac prædari, quos in itinere repperisset: spolia tamen non habentibus largiebatur. Episcopis ac civibus minas mortis intentabat, eo quod ab iis adorari despiceretur. Ingressus autem Vellava* urbis terminum, ad locum quem Anicium vocitant, accedit: & ad basilicas propinquas cum omni exercitu restitit, instruens aciem, qualiter Aurelio ibidem tunc consistenti Episcopo bellum inferret, mittens etiam ante se nuncios, homines nudo corpore, saltantes atque ludentes, qui adventum ejus annunciarent. Quod stupens Episcopus, direxit ad eos viros strenuos inquirentes quid sibi vellent ista quæ gererent.* * Bellaici

LXXXIV. Impostor occiditur. *Unus autem ex iis qui erat senior, cum se inclinasset, quasi osculaturus genua ejus, ac discussurus viam illius, jussit pseudopropheta eum apprehensum spoliari. Nec mora, ille evaginato gladio, in frusta concidit: ceciditque Christus ille, qui magis Antichristus nominari debet, & mortuus est; dispersique sunt omnes qui cum eo erant. Maria autem illa suppliciis dedita omnia phantasmata eius ac præstigias publicavit. Nam homines illi, quos ad se credendum diabolica circumventione turbaverat, nunquam ad sensum integrum sunt regressi, sed hunc semper quasi Christum, Mariam autem illam partem deitatis habere*

PAGIUS IX. *Pseudo-Propheta in Galliis occisus.*

A num. LXXXII. ad LXXXV. Gregorius Turonensis lib. 10. cap. 25. *anno Childeberti Francorum Regis XVI. & Guntramni Regis XXX.* narrat, Pseudo-prophetam in Galliis apparuisse, qui diabolicis præstigiis sanitatem infirmis reddebat, & futura prædicebat, quique per missos ab Episcopo Aniciensi in media suorum gladio confossus est; quæ pluribus ex Gregorio narrat Baronius; verum non suo loco, *anni enim Childeberti XVI. & Guntramni XXX.* in annum Christi DXCI. ex putatione Gregorii incidunt.

A num.

*re profitebantur. Sed & per totas Gallias emerserunt plerique qui per has præstigias adjungentes sibi mulierculas quasdam, quæ debacchantes sanctos eos confiterentur, magnos se in populis præferebant: ex quibus nos plerosque vidimus, quos objurgantes revocare ab errore nisi sumus.* Hucusque Gregorius Turonensis.

LXXXV. Porro ejusmodi imposturæ architectus diabolus æmulatus est gloriam Dei, quam hoc potissimum anno consecutus est ex sancto suo, qui & femina, nempe matre sancta Pelagia commiulstra usus, ad sublime culmen sanctitatis evectus, hoc eodem anno, devicto diabolo gloriosus, comitantibus sanctis, in cælum ascendit. Fuit iste, qui hoc quidem anno (ut idem auctor testatur) ex hac vita migravit, S.
(a) Greg. Tur. hist. l. 10. c. 29. Aredius Lemovicensis, cujus res gestas brevi compendio idem Gregorius prosecutus est verbis istis (a):

LXXXVI. S. Aredii præclare res gestæ. *Aredius quoque hoc anno terras relinquens, vocante Domino, migravit ad cælum. Lemovicina urbis incola fuit, non mediocribus regionis suæ ortus parentibus, sed valde ingenuus. Hic Theodeberto Regi traditus, aulicis palatinis adjungitur. Erat enim tunc temporis apud urbem Trevericam vir eximiæ sanctitatis Nicetius Episcopus non solum in prædicatione admirabilis facundia, verum etiam in operibus bonis ac mirabilibus celeberrimus habebatur in plebe. Qui intuens puerum in Regis palatio, nescio quid in vultu ejus cernens divinum, præcepit ei se sequi. At ille relicto Regis palatio, secutus est eum. Cumque ingressi in cellulam, de iis quæ ad Deum* * *pertinent confabularentur: expetiit adolescens a beato sacerdote se corrigi, ab eo doceri, ab eo imbui, ac in divinis voluminibus ab eodem exerceri. Cumque in hujus studii flagrantia cum Antistite memorato degeret, tonsurato jam capite, quadam die psallentibus clericis in ecclesia, descendit columba e camera, quæ leniter volitans circa eum, resedit super caput ejus, illud indicans (ut opinor) eum Spiritus sancti gratia jam repletum. Quam ille cum non sine pudore conaretur abigere, hæc paulullum circumvolans, iterum super caput ejus aut super scapulam residebat: quæ non modo ibi, sed etiam cum in cellulam Episcopi ingrederetur, jugiter comitabatur cum eo: quod per dies plurimos factum, non sine admiratione Episcopus intendebat.* Sed quod auspicio columbæ Deus initiasse visus est servum suum, diabolus id æmulatus, muscarum examine pseudoprophetam inauguravit. Pergit vero Gregorius: *Exinde vir Dei, Spiritu (ut diximus) sancto repletus, ad patriam, genitore ac germano defunctis regreditur, consolaturus Pelagiam genitricem, quæ nullum parentem præter hanc sobolem spectabat.*

* eum

*Deinde cum jejuniis atque orationibus vacaret, deprecatur eam, ut omnis cura domus, id est, sive correctio familiæ, sive exercitium agrorum, sive cultus vinearum ad eam aspiceret; ne huic viro aliquod accideret impedimentum, quo ab oratione cessaret: unum sibi tantum privilegium vendicans, ut ad ecclesias ædificandas ipse præesset. Quid plura? Construxit templa Dei in honore sanctorum, expetiitque eorum pignora,* nempe sacras reliquias, *ac ex familia propria tonsuratos instituit monachos: cœnobiumque fundavit, in quo non modo Cassiani, verum etiam Basilii, & reliquarum Abbatum, qui monasterialem vitam instituerunt, celebrantur regulæ, beata muliere victum atque vestitum singulis ministrante. Nec minus hæc tamen impedita hoc onere in* LXXXVII. Monasterium S. Aredii.

Dei

PAGIUS X. Obitus S. Aredii Abbatis Attanensis.

A num. LXXXV. ad XC. Ibidem Gregorius cap. 29. loquens de iis, quæ contigere iisdem *Childeberti & Guntramni* annis, refert mortem *Sancti Aredii*, qui in Diœcesi Lemovicensi Monasterium *Attanense* in suo fundo condiderat, & somma l ude aubernarat, *in quo*, inquit, *non modo Cassiani, verum etiam Basilii & reliquorum Abbatum, qui Monasterialem vitam instituerunt, celebrantur regulæ.* Monasterium illud hodie nomen gerit Sancti Aredii, vulgo *Saint Trier de la Perche*; Mabillonius Tomo 1. Analect. pag. 48. & seqq. ejus & Pelagiæ matris testamentum ex pervetusto Codice Attanensi integrum repræsentat, ac notis illustrat, & in Sæculo primo Benedictino Vitam ejus ex MS. Codice Majoris monasterii, in qua dicitur eum *nono Kalendas Septembris* ad Deum migrasse, qui tamen colitur in Martyrologio Gallicano VIII. Kalend. Septemb. die scilicet, quo sepultus est. *Attanum* situm in finibus pagi Lemovicensis versus Petracorios. Indeque Sanctus *Aredius* Lemovicensis Abbas, ejusque Monasterium *Sancti Aredii Monasterium* aucupatur; quod cum desolatum fuisset, in locum Monachorum Canonici XXXII. substituti sunt. Verum cum annus XVI. Childeberti & XXX. Guntramni conveniant in annum Christi DXCI. *Aredii* mors eidem anno illiganda.

XI. Gregorius Turon. Historiam suam absolvit.

Historia Ecclesiastica Gregorii Turonensis definit cum anno XVI. Childeberti & Guntramni XXX. non vero cum præsenti, ut putavit Baronius, ob initium duorum istorum Franciæ Regum perperam consignatum. Quare Turonensis res postremis vitæ suæ annis gestas in ea Historia prosecutus non est. Certum tamen videtur, eum hoc anno ad Deum migrasse.

XII. S. Gregorius Turonensis moritur.

Clerici Turonenses in Vita ejus a Surio ad diem XVII. mensis Novembris recitata, & longo, ut ex ejus lectione apparet, post hujus Sancti mortem, tempore scripta, diem quidem ejus emortualem diligenter notarunt, quintum nempe decimum Kalendas Decembris; sed perperam tradidere, *vigesimo & primo Episcopatus sui anno, tanquam septenario annorum numero ter in fide Sanctæ Trinitatis completo*, appositum esse ad patres suos; ac præterea male

*Dei laudibus perstrepebat, sed assidue etsi quiddam operis exerceret, semper orationem Domino tamquam odorem incensi acceptabilis offerebat.*

LXXXVIII. *Interea ad sanctum Aredium cœperunt infirmi confluere: quos, manus singulis cum vexillo Crucis imponens, sanitati reddebat: quorum si singillatim nomina scribere velim, nec numerum percurrere valeam, nec vocabula memorare. Unum tamen novi, quod quicumque ad eum æger advenit, sospes abscessit. De majoribus quoque miraculis parva proponimus. Iter quodam tempore cum genitrice dum ageret, & S. Juliani martyris ad basilicam properaret, venerunt vespere in quemdam locum: erat autem locus ille aridus & absque fluentis currentibus infœcundus. Dixitque ad eum mater ejus: Fili, aquam non habemus: & qualiter hic nocte præsenti quiescere possumus? At ille prostratus in orationem, & diutissime preces fundit ad Dominum: & erigens se, defixit virgam in terra quam manu gerebat, eamque cum bis aut tertio in gyrum vertisset, ad se latus extraxit: moxque unda aqua secuta est tam valida, ut non solum ipsis de præsenti, sed etiam pecoribus affatim deinceps pocula ministraret. Nuperrimo autem tempore iter carpens, nimbus ad eum pluvia advenire cœpit: quem ille cernens, paululum super equum in quo sedebat caput inclinans, manus extendit ad Dominum. Consummata vero oratione, divisa est nubes in duas partes, ac in circuitu eorum immanis descendit pluvia; super eos tamen nulla (si dici fas est) gutta descendit. Vuistrimunda quoque cognomento Tattonis, civi Turonico dentes gravem inferebant dolorem, ex quo etiam maxilla intumuerat. Quod cum beato viro questus esset, manum super locum doloris imposuit: statimque dolor fugatus, nusquam deinceps ad injuriam hominis excitatus est. Hæc ipse quæ passus est retulit. De his vero signis quæ per virtutem sancti Juliani martyris, Martinique confessoris beati in ejus manibus Dominus operatus est, pleraque in libris Miraculorum, sicut ipse effatus est, scripsimus.*

*Post hæc vero & multas alias virtutes, quas Christo cooperante complevit, advenit Turonos post festivitatem sancti Martini: ibique paululum commoratus, dixit nobis, se haud longævo tempore adhuc in hoc mundo retineri, ac certe velociter dissolvi: & Vale dicens, abscessit, gratias agens Deo, quod priusquam obiret, sepulcrum beati Antistitis osculari promeruisset. Cumque ad cellulam suam accessisset, testamento condito, ordinatis omnibus, ac S. Martino Hilarioque Antistitibus hæredibus constitutis, ægrotare cœpit, ac dysenteriæ morbo gravari. Sexta quoque ægrotationis ejus die mulier quæ a spiritu immundo sæpius vexata, a sancto emundari non poterat: ligatis per se a tergo manibus, clamare cœpit, ac dicere: Currite cives, exilite populi, exite obviam martyribus confessoribusque qui ad exequium beati Aredii conveniunt. Ecce adest Julianus a Brivate, Privatus ex Mimate, Martinus a Turonis, Martialisque ab urbe propria: adest Saturninus a Tolosa, Dionysius ab urbe Parisiaca,* LXXXIX.



PAGIUS le asseruerunt, cum *sexdecim annos in Episcopatu* exegisse, *cum æquivocus ejus ille Magnus Gregorius in Sede Apostolica subrogatur*: hi enim temporum characteres inter se non cohærent; annus quippe CLXXII. a transitu Sancti Martini ab illis memoratus cum die decima mensis Novembris anni Christi DLXXII. & annus XVI. Gregorii Toronensis desinit anno Christi DLXXXVIII. biennio fere ante ordinationem Sancti Gregorii Magni. Quomodo igitur scribere potuere, Turonensem annos tantum XXI. completos Præsulatum gessisse; cum eum die XVII. mensis Novembris anni Æræ Christianæ DXCIV. adhuc in vivis fuisse certum sit? Ipsemet enim Toronensis lib. 4. de Miraculis S. Martini cap. 5. refert, servum Theodulphi civis Turonensis *anno Childeberti Regis decimo tertio*, qui in annum Christi quingentesimum octogesimum octavum convenit, *tertio Idus Novembres*, quo die Festivitas de felici transitu B. Martini celebratur, visum amisisse, & recuperasse post annos sex in eadem Festivitate. Qui anni sex numerari non possent, nisi a die XI. Novembris anni DLXXXVIII. Divo Martino sacra, ad diem XI. ejusdem mensis anni DXCIV. quo die Gregorius nondum absolverat librum quartum miraculorum Sancti Martini. Mortuus est itaque sanctus Præsul die XVII. mensis Novembris currentis Christi anni, non vero superioris.

Consecratus fuerat anno DLXXII. ante diem XI. mensis Novembris, ut anno DLXXIV. num. XVI. & seq. monstravimus; sedit itaque Gregorius annos XXIII. completos. In fine libri X. Historiæ ejus legitur hæc clausula: *Decem libros Historiarum, Septem libros Miraculorum* (idest, II. de Gloria Martyrum IV. de Miraculis S. Martini, & I. de Gloria Confessorum) *Unum de Vitis Patrum scripsi. In Psalterio tractatum librum unum commentatus sum* (is liber non extat). *De Cursibus etiam Ecclesiasticis unum librum condidi* (is etiam liber periit). *Quos libros licet stilo rusticiori scripserim, tamen conjuro, &c. ut omnes vobiscum integri illibatique permaneant, sicut a nobis relicta sunt. Quod si te Sacerdos Dei, &c. Salvo opere nostro scribere versu non abnuo. Hos autem libros in anno vicesimo primo ordinationis nostræ perscripsimus, &c. non tamen sequitur ac supputatur numerus Chronicalis, quia intervalla ordinationum* (Episcoporum scilicet Toronensium) *integre non potuimus reperire. Est ergo omnis summa annorum mundialium talis, &c. a transitu Sancti Martini usque ad memoratum superius annum, idest ordinationis nostræ primum & vicesimum, qui fuit Gregorii Papæ Romani quintus, Guntchramni Regis XXXI. Childeberti junioris XIX. anni CCXVIII.* XIII. *Epilogus librorum X. Historiæ Gregorii Turonensis.*

Totus hic Epilogus Gregorii est: Interpolator enim non dixisset, *intervalla ordinatio-* XIV.

num

*nonnulli & alii quos cælum retinet, quos vos ut confessores & Dei martyres adoratis. Hæc cum in exordio noctis clamare cœpisset, a domino suo revincta est: sed nequaquam potuit contineri. Qua rumpens vincula, ad monasterium cum his vocibus properare cœpit: moxque beatus vir spiritum tradidit, non sine testimonio veritatis, quod sit susceptus ab Angelis. Mulierem quoque in exequiis fuit cum alia muliere nequiori spiritu vexata, ut est sepulcro tectus, a nequitia infesti dæmonis emundavit. Et credo ob hoc Dei nutu easdem in corpore positus non potuit emundare, ut exequiæ illius hac virtute glorificarentur. Post celebratum vero funus mulier quædam rictu patulo sine vocis officio, ad ejus accessit tumulum: quo osculis delibato, eloquentiam meruit recipere beneficium.* Hactenus de S. Aredio Gregorius Turonensis: a quo contumeliis affectus diabolus frustra in impostore (ut demonstratum est) similem sibi gloriam aucupari conatus fuit. His & paucis aliis rebus præterea additis, appositaque serie Turonensium Episcoporum, ipse Gregorius finem historiæ Francorum imposuit propagatæ in quotum usque annum Gregorii Papæ, cujus sextus hoc item anno incipit mense Septembri: quo pariter tempore finem vivendi idem fecisse putatur. Adjecit & catalogum scriptorum suorum contestatione apposita, ne quis ob rusticitatem sermonis eos aboleret, aut aliqua ex parte mutilaret.

XC. Eodem pariter anno idem sanctus Gregorius (a) recenset, obitum contigisse sancti Sulpitii Episcopi Bituricensis, inquit, ejus (a) Greg. Tur. l. 10. c. 26.

PAGIUS *num integre non potuimus reperire.* Quoad numeros annorum a nobis prætermissos, fatendum, multos ex iis corruptos esse; cum singuli conficiant tantum summam annorum 5814. & summa totalis dicatur esse annorum 5864. Sed errores illi librariis adscribendi. Verum anni Episcopatus Divi Gregorii XXI. semel & iterum ibi memorati, omnino puri sunt, inde que liquet, *Gregorium*, qui anno DLXXII. consecratus fuerat, inchoasse annum XXI. Episcopatus sui anno Christi DXCII. quo annus XXXI. Guntramni Regis in cursu fuit. Quare cum annus II. Sancti Gregorii Papæ eo Christi anno usque ad tertium diem Septembris obtinuerit, loco, *qui fuit Gregorii Papæ Romani quintus*, legendum, *qui fuit Gregorii Papæ Romani secundus*. Hi enim numeri II. & V. facile a librariis inter se commutantur, ut sæpius observavi in isto Opere. Cum itaque certum videatur, *Gregorium Turonensem* anno XXI. Episcopatus sui & secundo Pontificatus Gregorii Magni Historiam suam absolvisse, extremam manum ei apposuit anno Christi quingentesimo nonagesimo secundo, qui fuit *Childeberti* Regis annus XVII. non vero, ut errore librariorum in eo Epilogo legitur, XVIIII. Cointius anno DXCV. num. XXXII. & seqq. contendit postremam partem Epilogi, quæ ab his verbis inchoatur: *Hos autem libros in anno XXI. &c.* adjectam esse a Neotericis, quod absit a Codice MS. Sancti Michaelis, nec bene cohæreat cum Gregoriano calculo. Verum ultima hæc ejus ratio jam confutata, nec prior majoris ponderis; cum Librarii sæpe codices imperfectos reliquerint.

XV. *De Opusculis Gregorii Turonensis.* Hanc suam opinionem probare conatur Cointius ex tempore, quo Gregorius Turonensis sua Opuscula conscripsit. Verum quamvis Turonensis anno DXCII. eorum in laudato Epilogo mentionem faciat, nisi tamen postea aliquid adjecit, ut solent qui res inter se disparatas in unum corpus conjiciunt; quod liquet de Beda qui licet Historiam gentis Anglorum anno DCCXXXI. absolverit, ut ipsemet testatur lib. 5. cap. 24. in eodem tamen capite meminit excidii Saracenorum, quod mense Octobri anni DCCXXXII. contigit. Non sequitur itaque Gregorium, librum verbi gratia quartum *de Virtutibus Sancti Martini* anno DXCIV exarasse, ex eo quod cap. 5. narret miraculum, quod patratum est in Festivitate S. Martini, *mense Novembri, anno Childeberti Regis XIX.* sed illum tantum tunc recognovisse, & aliqua addidisse.

XVI. *Quibus annis scripta.* Annum quo in lucem singula emissa sunt, facile non est definire. Certum tamen videtur, illum duos *de Miraculis* libros primum scripsisse, ac postea ante annum DLXXX. librum primum *de Miraculis S. Martini*. In eo enim loquitur de Sancto *Martino Episcopo Dumiensi* tamquam adhuc vivente: *Martinus*, inquit cap. 11. *de regione longinqua, qui ibidem, scilicet in Gallicia, NUNC Sacerdos habetur, advenit*, & lib. 5. Hist. cap. 37. *anno Childeberti Regis V.* Christi nempe DLXXX. mortem ejus recitat. Eodem anno DLXXX. secundum librum de *Miraculis Sancti Martini*, quem exorditur ab anno DLXXII. in lucem dedit, ejus enim initio testatur, *anno CLXXII. a transitu Divi Martini, & anno XII. Sigiberti Regis*, hujus Sancti beneficio se a febre & dysenteria liberatum esse. & cap. 60. asserit, se illum finire a sanatione doloris oculorum & capitis, quo tunc laborabat: *Spes mihi non erat frustrari a voto, quod in OCTO ANNIS, Domino jubente, complevi, ipsum scilicet librum a virtute super me facta coeptum, in me iterum finire*. Post libros quatuor *de Virtutibus S. Martini* scripsit librum *de Gloria Confessorum*, cum in Præfatione affirmet, prius a se scriptos esse septem libros Miraculorum, in quorum numero collocat quatuor *de Virtutibus S. Martini*.

XVII. *Obitus S. Sulpitii Severi Episc. Bitur.* Ad num. XC. Sanctus Sulpitius Episcopus Bituricensis *virtutibus & eruditione* conspicuus, ut dicitur in Martyrologio Romano ad IV. Kal. Februarias, e vivis excessit juxta Gregorium Turonensem lib. 10. cap. 26. *anno XVI. Childeberti, Guntramni autem XXX.* ideoque anno Christi quingentesimo nonagesimo primo, quo Historia Sancti Gregorii desinit. Qua sollicitudine Episcopatum administrarit, indicat Præfatio Historiæ *Septem Dormientium* ipsi a Gregorio dicatæ. Valde porro hallucinantur, qui librum de *septem Dormientibus* in majori Monasterio prope Turones quiescentibus Gregorio Turonensi adscribunt, quod ipse illum Sulpitio Bituricensi Episcopo dedicarit, & sub ejus nomine editores eum publicarunt. Nam non solum in enumeratione suorum librorum ejus non meminit; sed etiam in Præfatione affirmat; se librum illum in Archivo majoris Monasterii reper-

*S. Sulpitii Bituricensis obitus.* ejus locum suffectum Eustathium tradit. Qui vero sanctissime vitam duxit, & divinis miraculis coruscavit, æque dignus est habitus ut annua die ejus memoria in Ecclesia Catholica coleretur sextodecimo Kalend. Februarii, ut Latinorum omnia Martyrologia indicant. Hunc successisse Austregisilo æque sancto, habent res gestæ ipsius Austregisili; Gregorius autem Remigium ejus prædecessorem ponit (a). Tu de his consule quæ in Notis ad Romanum Martyrologium diximus, ubi ostendimus non duos tantum, sed & tres Sulpitios ejusdem Bituricensis Ecclesiæ ponere oportere, si alium Sulpitium successorem Austregisili affirmare ex aliorum sententia voluerimus. At certum est Austregisilum vixisse tempore Theodorici Regis Francorum, successoremque fuisse Apollinaris: agemus de eo nos suo loco inferius.

(a) *Greg. Tur. l. 6. c. 39.*

*Ann. Eccl. Tom. X.*

Gggg 2 Quin.

PAGIUS pertum juris publici faciendum esse e re duxisse. Baronius, qui mortem Sulpitii in hunc annum perperam distulit, existimavit eum anno DLXXXVII. Episcopum electum esse. Verum anno DLXXXV. jam Ecclesiam Bituricensem regebat; cum Concilio Matisconensi II. eo anno celebrato subscripserit. Tempus ejus electionis nos docet Turonensis lib. 6. cap. 39. ubi agens de gestis *anno IX. Childeberti Regis*, ait, illum *Remigio* successisse, ideoque anno DLXXXIV. qui in annum IX. Childeberti incurrit. Baronius non animadverterat, duos ejusdem nominis Episcopos diversis temporibus Ecclesiæ Bituricensi præfuisse: *Sulpitium* nempe *Severum*, de quo nunc agimus, quique Martyrologio Romano inscriptus est ad diem XXIX. Januarii, *Cathedramque ejus Eustasius Augustodunensis Diaconus est sortitus*, inquit Gregorius loco citato: & *Sulpitium Pium*, de quo idem Martyrologium ad diem XVII. ejusdem mensis. Is successit *Apollinari*, successoremque habuit *Sanctum Austregesilum*, ut sæculo sequenti, quo Sanctus *Severus Pius* Episcopatum gessit, ostendemus. Ex quibus corrigas, quæ de decessore ac successore prioris Sulpitii Baronius hoc anno tradit. Recte autem censet Baronius, *Sulpitium Severum* S. Martini discipulum, qui ab utroque Sulpitio mox memorato diversus est, non videri Episcopum fuisse. Illum enim *Sulpitium* Presbyterum tantum extitisse, nunc inter Eruditos fere convenit, ut sopra de eo agentes, jam diximus. Utriusque sancti Sulpitii Severi Episcoporum Bituricensium Vitas recitat Bollandus ad dies XVII. & XXIX. Januarii, quibus coluntur.

XVIII. *Tassilo fit Dux Bajoariæ.* Paulus Diaconus lib. 4. cap. 7. habet: *His diebus Tassilo a Childeberto Rege Francorum apud Bajoariam Rex ordinatus est. Qui mox cum exercitu in Sclavorum Provinciam introiens, patrata victoria, ad solum proprium cum maxima præda remeavit.* Quod hoc anno contigisse diserte produnt Sigebertus in Chron. & Hermannus Contractus in Chron. ex editione Canisiana. Est hic secundus Bajoariæ dux in antiquis Monumentis memoratus, qui sicuti & Successores, *Rex* appellatus reperitur ex horum temporum usu. Hos enim Principes Francorum Regum fiduciarios fuisse certum. Cumque *Childebertus* Rex anno sequenti obierit, *Tassilonis* initium serius collocari non potest. *Childebertus* itaque qui bellum *Garibaldo* Duci intulerat, quod *Theodelindam* filiam *Authari* Langobardorum Regi uxorem dedisset, illum tandem Principatu pepulit, & eam Ditionem *Tassiloni* asseruit, ut ex Paulo citato eruitur. Hæc vera successio Ducum seu Regum Bajoariæ, quæ in hujus gentis recentibus Historicis confictis Principibus subinde interturbatur.

*S. Gildas* Abbas Ruyensis in Diœcesi Venetensi, cognomento Sapiens *reddidit spiritum* quarto Kalendas *Februarii*, *senex, & plenus dierum*, inquit Auctor Anonymus Ruyensis Monachus, qui sæculo XI. ineunte vixit, in ejus Vita in Actis SS. Bollandianis ad diem XXIX. mensis Januar. recitata, qui postea subdit, navem, in qua Sanctum ejus corpus ad suum Monasterium deferebatur, demersam esse in mari, & *cum dies Rogationum essent*, inventam esse navem cum Sancto corpore, ac diem illam, *quæ est quinto Idus Maii*, *ab illo tempore* celeberrimam esse *apud provinciales Venetenses* in provincia Armorica. Verum hic Auctor, qui quadringentis & amplius annis post Gildæ mortem scriptionem suam edidit, in temporum annotatione parum accuratus. Ait enim *Gildam* relicta Magna Britannia in Armoricam secessisse, cum esset annorum triginta, *& post decem annos* Libellum suum *de Excidio Britanniæ* composuisse; cum tamen ipsemet *Gildas* in eo asserat, natum se fuisse annos XLIV. quando libellum illum elucubravit. Quare cum ex dictis in lucem prodierit anno DXX. quo Saxones ad montem Badonicum a Britannis victi, & hoc anno tertius Rogationum dies in quintum Idus Maii inciderit, de eo die interpretandus Anonymus; cum de primo Rogationum die nullo modo intelligi possit, quia sub hujus sæculi finem dies quintus Iduum Majarum non incidit in primum diem Rogationum nisi annis DLXV. & DLXXVI. ut methodus Cyclica docet, & neutro anno Gildas *senex & plenus dierum* dici potuit. Sed vereor, ne Anonymus ille, ut passim Legendarii diem festum Inventionis, pro die Inventionis, sacri ejus corporis usurparit. Quo pacto annus ejus emortualis incertus.

XIX. *Obitus S. Gildæ Abbatis.*

Sunt qui distinguant eumdem *Gildam* in duos, quorum alter *Badonicus*, alter *Albanius* dictus fuerit, sed eos hallucinatos ostendunt Bollandus citatus & Mabillonius Sæc. I. Benedictino, ubi Sancti Gildæ Vitam etiam refert. Natus erat in Magna Britannia, ubi cum Sanctis *Sampsone*, postea Episcopo Dolensi, & B. *Paulo*, dein Episcopo Leonensi, a Sancto *Hilduto* sacra doctrina imbutus, in Hiberniam se contulit; qua in insula Presbyter ordinatus in Armoricam venit, & Cœnobium Ruyense exstruxit, ac pluribus miraculis fulsit. Monasterium illud hodie nuncupatur, *Saint Gildas de Ruye*. Summopere falsus est Anonymus, dum scripsit eum in Armoricam Provinciam adventasse *Childerico* Merovei filio in Gallia regnante cum *Childericus* sæculo præcedenti vita functus sit.

XX. *E Majori Britannia in Minorem venit.*

Obiit hoc anno *Joannes Jejunator* Patriarcha Constant. ut sequenti videbimus.

| JESU CHRISTI ANNUS 596. | GREGORII PAP. ANNUS 7. | MAURITII IMP. ANNUS 11. |
|---|---|---|

I. De Joannis Conſtantinop. obitu. QUingenteſimo nonageſimoſexto Domini anno, Indictionis decimæquartæ, elatum illum, faſtu plenum, ac ſuperbia tumidum hominem, is qui ſuperbis reſiſtit & humilibus dat gratiam Deus ex hac luce ſubtraxit Joannem Conſtantinopolitanum Epiſcopum, quem ſe efferentem amplius quam par erat, S. Gregorius quot litteris, tot fulminibus, anno ſuperiori percuſſit. Porro qui jejunando, & eleemoſynas dando, magnam vivens ſibi laudem comparaſſet, poſt mortem a ſuis ſanctus falſo eſt habitus. Audi in primis quæ de ipſo Nicephorus referat: (a) *Tum vero*, inquit, *Hierarcha urbis Conſtantinopolitanæ Joannes poſt Epiſcopatus ſui annos tredecim ex hac vita deceſſit* ☞. *Verum non niſi annos decem ſediſſe reperies, nempe ab anno quingenteſimo octogeſimoſexto uſque ad præſcatem annum quingenteſimum nonageſimumſextum tantummodo inchoatum.* Pergit vero Nicephorus ☞. *Qui quod voluptates expugnaverit animique perturbationes coercuerit, & imperium in ventrem exercuerit*, νηστευτής, *hoc eſt; Jejunator a Byzantiis cognominatus eſt, vir ex idiotarum quidem ille & opificii non inhoneſti ordine progreſſus, ſed qui propter præſtantem virtutem ad Epiſcopatus faſtigium ſublatus ſit. De quo cum multa alia memorata digna prædicantur, tum illud maxime celebratur, quod propter ſuam erga pauperes affectionem & miſericordiam, pluribus ab Imperatore talentis mutuo ſumptis, ſyngrapham illi dederit, qua ſubſtantiam ſuam mutuæ pecuniæ tamquam hypothecam oppoſuit atque impignoravit.*

(a) Nicep. l.18. c.34.

II. *At poſtquam is e vita migravit, Mauritius Antiſtitis facultates requirens, paupertatem eam magnopere inaffectatam fuiſſe comperit: cumque de virtute tanta admiratus, ſyngrapham ſtatim diſcerpſit: & lectulum tantum ligneum, qui in bonis ejus repertus eſt, & amiculum laneum tenue admodum, necnon penulam quandam deformem (fuerat namque Joannes male veſtitus frugalitate vitæ conſpicuus) in aulam Imperialem inferri juſſit, eaque rebus omnibus prætulit: & jejuniorum ſolemni tempore deinceps, lectis ex auro & lapillis pretioſis concinnatis, ſericiſque veſtibus, & aliis Imperialibus deliciis vale dicto, ligneo Præſulis ejus toro noctibus totis uſus eſt, gratiam quandam divinam ex eo ſe conſecuturum exiſtimans.* Hæc Nicephorus. His erga Joannem exhibitis poſt obitum ab Imperatore poſtremis officiis, factum eſt, ut populus Regem ſequens, eum uti ſanctum coluerit, eaque opinione propagatum ſit nomen ejus ad poſteros. Sed quid de his ſit ſentiendum, provoco te, lector, ad S. Gregorium Romanum Pontificem eum inſtar Samuelis Saul lugentem.

Hoc ergo ſublato de medio, ſubſtitutus III. eſt in locum ejus Cyriacus Oeconomus optimi nominis vir, nonnihil antea reluctatus. Qui ſimulac regiæ civitatis Epiſcopalem thronum conſcendit, mox ad promerendam Catholicam communicationem a Romano Pontifice, duos legatos Romam miſit Georgium presbyterum, & Theodorum diaconum, quibus & cum fidei profeſſione litteras dedit ad ipſum Gregorium. Conſtant hæc quidem ex redditis ab ipſo Pontifice ad eum litteris (b), quibus & reciprocam miſit Catholicæ fidei regulam: reddidit alias (c) quoque litteras, cum & ipſe Cyriacus alias ad ipſum ſcripſiſſet, commendavitque Joannem Chalcedonenſem & Athanaſium presbyteros abſolutos in Romanæ Eccleſiæ judicio, qui hæreſis fuerant accuſati. Scripſit & ad Mauritium Imperatorem Gregorius litteras (d) de electione Cyriaci; ubi dum ait, ipſum Mauritium eſſe moratum, multumque temporis diſtuliſſe ſucceſſoris Joannis Epiſcopi electionem; facile inducimur ut credamus hu-

(b) Greg. l.6. ep.5. Ind. 15.
(c) Idem eodem l.6. ep.4.
(d) Greg. l.6. ep.6. Indict. 15.

---

PAGIUS SÆC. VI. Anno Eræ Hiſpan. DCXXXIV. A.C. 596.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6089.

☉ 17. AG. ☽ 8. P. 22. April. Indict. 14.

JESU CHRISTI 596.

GREGORII PAPÆ 7.

MAURICII IMP. 15.

I. Poſtconſulatus. IS annus hac formula notatus; *XIV. poſt Conſulatum Mauricii Tiberii Aug. ſolius XII.* ut habet Chronicon Alexandrinum.

II. Ad num. I. & II. Joannes Jejunator Epiſcopus Conſtantinopolitanus anno ſuperiori e vivis abiit, *cum ſacram Eccleſiam, ad annos tredecim menſes quinque, integerrime gubernaſſet*, ut habet Menologium Baſilii Imp. ad diem ſecundam menſis Septembris, cujus pars in Tomo VI. Italiæ Sacræ extat. Eidem Nicephorus in Chronico tot annos, totidemque menſes attribuit. Quare cum anno DLXXXII. die XII. menſis Aprilis Pontificatum ſuſcepeſit, mors ejus ſuperiori Chriſti anno contigit. Baronius ideo eam hoc anno conſignavit, quod in Regiſtro Divi Gregorii lib. V. Epiſt. XV. *Indictione XIV* inter menſem Septembrem & Octobrem refertur Epiſtola ad *Joannem Epiſcopum Conſtantinopolitanum* ſcripta. Inde enim deduxit, *Joannem* uſque ad præſentem annum vitam produxiſſe, cum Indictio XIV. cœpta fuerit Kalendis Septembris anni antecedentis. Verum inde tantum colligendum, *Gregorium* Papam, quando eam Epiſtolam miſit, nuncium mortis

Joannes Jejunator Epiſ. Conſtantinop. moritur.

hujas anni primo exordio, vel fortasse præteriti anni extremo tempore, ipsum Joannem esse defunctum: ut plane intelligas divinam haud retardatam esse vindictam.

IV. (a) Greg. l.6. ep.7. Ind. 15. Laudes Cyriaci Epis. Constant. (b) Ps. 117.

Scripsit item S. Gregorius & de substitutione eadem Cyriaci ad Episcopos, (a) qui eum ordinarant (quibus cum gratularetur de tanti Antistitis electione, placide tamen eos redarguit, quod scripsissent, apparuisse in Ecclesia Cyriacum sicut Solem, ob idque eidem illud propheticum (b) cunctos acclamasse: *Hæc dies quam fecit Dominus: exultemus & lætemur in ea.* Ignoscit tamen, quod sciret ex charitate depromptum, quod de Filii Dei erat prophetatum adventu. Quod vero ad personam Cyriaci sibi bene cognitam cum esset Constantinopoli pertinet, ista habet: *Dudum suæ magnitudinis probationem dedit, quod in tam multis dispensationis Ecclesiasticæ causis occupatus tranquillum cor inter turbulentas frequentias tenuit, seque ipsum semper sub mansuetudine restrinxit: quod videlicet non parva laus magni & inconcussi est animi, inter causarum turbas non fuisse turbatum.* Hæc de Cyriaci virtutibus, de quo inferius suis locis sæpe dicendum. At licet ejusmodi epistolis ultro citroque datis mutua inter Gregorium & Cyriacum intercessisset in Catholica fide consensio atque communicatio; ipse tamen Gregorius litteris in mandatis dedit Sabiniano suo Constantinopoli Apocrisario, ne assisteret Cyriaco sacra Missarum solemnia celebranti, nisi usurpatum a prædecessore suo illicitum nomen Oecumenici Cyriacus penitus dimitteret. Quod cum faceret Sabinianus, Cyriacus anno sequenti per suos conquestus est Responsales, quos Romam misit. Sed de his agendum eodem anno sequenti.

V. Legati admonentur a S. Gregorio. (c) Greg. l.6. ep.15. Ind. 15.

Quod pertinet ad legatos Constantinopoli missos: antequam hiems ingrueret, festinavit Gregorius Papa eos dimittere, ut testatur in dictis litteris ad Mauritium: sed quos optimos noverat, pœnituit tam cito dimisisse. Admonuit tamen eosdem absentes, adhuc in via positos datis ad eos litteris (c), de quadam ipsorum assertione erronea qua dixissent, omnes quotquot in inferis confessi essent Christum Deum, ab eo liberatos esse: quam quidem sententiam diu ante damnatam demonstrat assertione Philastrii, necnon S. Augustini. Quid enim de his sentiat Catholica assertio, paucis ita declarat: *Hæc itaque pertractantes, nihil aliud teneatis, nisi quod vera fides per Catholicam Ecclesiam docet: Quia descendens ad inferos Dominus, illos solummodo ab inferni claustris eripuit, quos viventes in carne per suam gratiam in fide & bona operatione servavit.* Hæc de dogmate Gregorius.

VI. De pace cum Longobardis impedita. (d) Greg. l.5. ep.19. Ind. 14. (e) Greg. l.5. ep.30. Ind. 14.

Quod autem ad res Longobardorum pertinet: frustra hactenus Gregorius Papa pacem, obsistentibus Imperatoris ministris, tentasse visus est, ut docet ipse in epistola ad Secundinum (d): quorum studio Ravennæ hoc anno adversus Castorium Responsalem Ecclesiæ contestationem noctu tradit affixam, ex qua ipse Gregorius perstringeretur. Cujus rei gratia, in eum qui talia ausus fuerat perpetrare, pœnam excommunicationis inflixit in hunc modum (e): *Quidam maligni spiritus consilio repletus, contra Castorium Notarium ac Responsalem nostrum, nocturno silentio, in civitatis loco contestationem posuit in ejus crimine loquentem, mihique etiam de facienda pace callido con-*

PAGIUS tis Joannis nondum accepisse. Non audiendus etiam Auctor Chronici Alexandrini, qui *Cyriaci* Presbyteri Ecclesiæ Constantinopolit. & Oeconomi, qui *Joanni* successit, initium consignat anno DXCIV. nempe sub Indictione XII. Theophylactus lib. 7. cap. 6. pluribus laudat *Joannem Jejunatorem*, a voluptatum contemptu, a domitis animi perturbationibus, a jejuniis, a misericordia in egentes, a studio paupertatis, ostenditque *Mauricium* Imperatorem ejus lecto ligneo, stragulo, & penulæ maximum honorem habuisse. Colitur *Joannes Jejunator* a Græcis die II. Septemb. ut videre est in Menæis, Synaxario Collegii Parisiensis Ludovici Magni, & Menologio Basilii Imperatoris loco citato, ubi laudatur, ut *Vir singularissimi omnium recte factorum exempli*, ac varia miracula, quibus claruit, indicantur. Denique Sophronius Hierosolymitanus Patriarcha apud Photium in Bibliotheca Cod. CCXXXI. citans præcipuos Patres, qui duplicem in Christo Operationem prædicarunt, isto elogio Joannem exornat: *Joannes*, inquit, *Constantinopolitano genere, & cognomine Cappadox, homo virtutis domicilium.* [1] Pa-

NOTÆ [1] Elogium Sophronii, quod hic Pagius Joanni Jejunatori accomodat, pertinet ad alium Joannem, cujus obitum Pagius recte ad annum 520. consignat. Hunc nostri Authoris errorem detegit P. Caperus S. J. in Historia Chronologica Patriarcharum C. P. ante tomum primum Augusti Act. SS. pag. 69. qui ex Græco Sophronii apud Photium male ab Interprete Latino expresso deceptum Pagium notat. Cum genuinus sensus ita reddendus sit. *Joannes (Pedum Episcopus) ex Cappadocia trahens genus, & cognomen.* Vides hic sermonem esse de Joanne illo priori, *Cappadoce* dicto, non de posteriori hoc nostro, quem Constantinopoli natum, docent Menologium Basilii, & Menæa apud eumdem Caperum? MANSI

*contradicentem. Et quia quisquis veraciter loquitur, semetipsam innotescere non debet formidare; oportet ut publice exeat, & quæcumque in contestatione sua loqui præsumpsit ostendat. Quod si non exierit, neque publice confessus fuerit: quisquis ille sit, qui hoc agere præsumpsit, vel consensum in tantæ iniquitatis consilio præbuit; ex Dei & Domini nostri Jesu Christi spiritu definimus, ut sancti ejus corporis ac sanguinis participatione privatus sit. Si vero quia latet, & quoniam nescitur, teneri in disciplina non valet, si tanti mali conscius, etiam prohibitus, corpus & sanguinem Domini percipere præsumpsit; anathematis ultione percussus sit, & ut fallax ac pestifer a sanctæ Ecclesiæ corpore divisus, &c.*

VII. (a) Greg. l.5. ep.60. Ind. 14. De malis per Longobardos illatis.

Quæ vero interim Romanus populus pateretur a sævientibus Longobardis, ex his quæ scribit (a) hoc anno ad Eulogium Alexandrinum Episcopum intelligere possumus, ubi ait: *Quanta autem nos a Longobardorum gladiis in quotidiana nostrorum civium deprædatione, vel detruncatione atque interitu patimur, narrare recusamus: ne, dum dolores nostros loquimur, ex compassione quam nobis impenditis, vestros augeamus.* Hæc ipse. At non Urbem tantum, sed & alias Italiæ civitates, quæ adhuc sub dominio erant Imperatoris, id ipsum esse passas, argumento est ejusdem Gregorii epistola (b) data ad Fortunatum Fanensem Episcopum, qua ei concedit, ut captivorum suorum redemptionis causa vasa sacra distraheret. Sed & Campaniæ partibus plura damna illata hoc anno fuisse, epistola ejusdem sancti Gregorii ad Anthemium (c) subdiaconum docet his verbis: *Quantus dolor, quantaque sit nostro cordi afflictio de his quæ in partibus Campaniæ contigerunt, dicere non possumus, sed ex calamitatis magnitudine potes ipse cognoscere. Ea de re pro remedio captivorum qui tenti sunt, solidos experientiæ tuæ per hunc portitorem Stephanum virum magnificum transmisimus, admonentes ut omnino debeas esse solicitus, ac strenue peragas, & liberos homines quos ad redemptionem suam sufficere non posse cognoscis, ut eos festines redimere. Qui vero servi fuerint, & dominos eorum ita pauperes esse compereris, ut eos redimere non assurgant, & hos quoque comparare non desinas, &c.* In his expensis sancti Gregorii, commiserati absentes, eidem pecuniam direxere: præstitit id Joannes Syracusanus Episcopus, ad quem de his extat ipsius Gregorii epistola (d), in cujus fine monet, ne sua scripta in mensa coram extraneis legi faciat. Porro non a Longobardis tantum detentos redimi voluit, sed & quos emissent Judæi in aliena provincia. Est de his epistola ejusdem Gregorii ad Candidum data (e).

(b) Greg. l.5. ep.13. Ind. 15.

(c) Greg. l.5. ep.34. Ind. 14.

(d) Greg. l.6. ep.9.

(e) Greg. l.6. ep.21.

VIII. Transmissa ad hoc quoque est pecunia a Theotisto atque Andrea Patriciis Constantinopoli, ut ex redditis anno sequenti ad eos litteris docet: ubi & de his quæ fierent per Longobardos, post alia superius relata, hæc addit (f): *Indico quia ex Crotonensi civitate, quæ super Hadriaticum mare in terra Italiæ posita, transacto anno a Longobardis capta est, multi viri ac multæ mulieres nobiles in prædam ductæ sunt & filii a parentibus, parentes a filiis, & conjuges a conjugibus divisi: ex quibus aliqui jam redempti sunt. Sed quia gravia pretia eis indicant, multi apud nefandissimos Longobardos hactenus remanserunt. Mox autem medietatem pecuniæ, quam transmisistis, in eorum redemptionem transmisi. De medietate vero ancillis Dei, quas vos Græca lingua monastrias dicitis, lectisternia emere disposui: quia in lectis suis gravi nuditate in hujus hiemis vehementissimo frigore laborant: quæ in hac urbe multæ sunt; nam juxta notitiam qua dispensantur, tria millia reperiuntur. Et quidem de S. Petri Apostolorum principis rebus octoginta annuas libras accipiunt. Sed ad tantam multitudinem ista quid sunt, maxime in hac urbe, ubi omnia gravi pretio emuntur? Harum vero talis vita est, & tantum lacrymis & abstinentia districta, ut credamus, quia si ipsæ non essent, nullus nostrum jam per tot annos in loco hoc subsistere inter Longobardorum gladios potuisset.* Hæc Gregorius, salutem Urbis ex harum precibus venire professus.

(f) Greg. l.6. ep.23. Ind. 15.

Moniales urbis a Pontifice alebantur

At

PAGIUS III. A Latinis reprehensus.

Paulo quidem durius habitus est a quibusdam Latinis, quos Baronius sequitur, quia scilicet a S. Gregorio ob usurpatum *Universalis* titulum reprehensus est. Verum ipsemet Gregorius lib. V. Ep. LXIV. *Indictione XIV.* currenti scilicet anno ante Septembrem scripta post ipsius Joannis mortem, quando vere laudari possunt homines, dicit se alias scripsisse de re, de qua in ea epistola agitur, *Sanctissimo Joanni quondam fratri & Coepiscopo nostro Constantinopolitanæ Civitatis Antistiti. Et paulo post: de hoc quoque & dilecto fratri nostro Constantinopolitanæ Civitatis Antistiti, qui in supradicti S. Joannis loco ordinatus est, nostra volumus Scripta transmittere.* Doctrina vero celebrem fuisse testatus Liber de Baptismo, quem Sancto Leandro Hispalensi Episcopo inscripsit, ut docet Isidorus Hispalensis in lib. de Script. Ecclesiast. Testes & alii Libri, de quibus videndus Morinus in fine Libri de *Pœnitentia* pag. 77. quos inter præcipuus est *Liber Pœnitentialis*, de quo Græci multa in Scriptis suis testimonia retulerunt: præsertim vero in VII. Synodo Act. IV. habetur ingens fragmentum, in cujus titulo hæc leguntur. *De Vita sanctæ memoriæ Joannis Jejunatoris.* Thomassinus Tom. I. de Vetere & Nova Ecclesiæ Disciplina lib. 2. cap. 12. num. XIX. ostendit, qua ratione possit ex Sanctorum Pa-

trum

IX. *De convertendis ad fidem Anglis S. Gregorii consilium.*

At licet tot tantisque Gregorius ex Longobardorum infestationibus premeretur angustiis absque spe pacis, quam intervertetent Imperatoris Præfecti; nihil tamen remisit sibi creditæ sollicitudinis pastoralis, ut Dominicum gregem toto orbe diffusum summa vigilantia custodiret: immo tanta in his ærumnis celsitudine animi divina gratia erectus est, eoque fiduciæ erevit; ut immitteret manus ad fortia, & opus aggrederetur immensum, humanoque captui perdifficile, immo penitus impossibile, nisi præpotenti auxilio Dominus annuisset, nempe conversionem gentis Anglorum, quibus adhuc sedentibus in tenebris & umbra mortis, perseverantibus in veteri idolorum cultura, nullus penitus radius lucis Evangelicæ refulsisset: Britannis, qui residui erant in insula, tantum hoc illis (ut Beda ait) bonum invidentibus, reliquis vero proximis Christianis eosdem assiduis bellis urgentibus, ut non illis vitam afferre gratiæ, sed quam a natura haberent auferre pro viribus laborarent, vel saltem adempta libertate ducerent sub jugo captivos, ac venumdarent. Unus ergo tantummodo repertus est in orbe pater, qui esset de ipsorum salute sollicitus; quibus longe licet positus, Apostolico munere præsens adesset, eosdemque paternis soveret amplexibus, vocaret ad fidem, invitaret ad gratiam, atque æternitatis aditum aperiens, præponenti verbi Dei virtute ad ingrediendum impelleret.

X. Aggressus est omnia ista perardua sanctus Gregorius, vere ob facta prælata Magnus, & præfectura totius Ecclesiæ Maximus. Qui ubi velut e terra promissionis decerptos fructus anno superiori delatos vidit in Urbem, ubi inquam per Candidum (a) presbyterum Curatorem patrimonii sancti Petri in Gallia pecunia Romanæ Ecclesiæ emptos adolescentulos Anglos recepisset, eosque baptizasset, & libertate donatos in monasterio collocasset, atque summo adniti studio ad perfectissimum Christianæ religionis cultum vidisset, exarsit magis animo ad universam Anglorum gentem Ecclesiæ conjungendam, cujus dulces primitias prægustatas Domino obtulisset. Quorum relatione putamus pariter ipsum accepisse Gregorium, optare gentem illam Christiana imbui religione: nam de ipsorum desiderio hæc ipse habet ad Reges Francorum (b): *Pervenit ad nos, Anglorum gentem ad fidem Christianam, Deo miserante, desideranter velle converti, sed sacerdotes vestros e vicino negligere, & desideria eorum cessare sua adhortatione succendere.* Eadem habet in epistola ad Brunichildem (c). His igitur excitatus Gregorius stimulis, nulla penitus ratione

(a) Greg. l. 5. ep. 10. Ind. 14.

(b) Greg. l. 5. ep. 58. Ind. 14.

(c) Greg. l. 5. ep. 59. Ind. 14.

PAGIUS trum regulis *Joannis Jejunatoris* Sanctitatis famam conciliari cum iis, quæ aculeatissime in eum a D. Gregorio dicta sunt.

IV. *S. Augustinus in Angliam missus.*

A num. IX. ad IV. Hoc anno Divus Gregorius Papa conversionem gentis *Anglorum* aggressus est, Augustino Monasterii S. Andreæ in Urbe a se Præfecto cum sociis in Angliam misso. Goscelinus Bertinianus Monachus, qui vertente sæculo undecimo hujus primi Anglorum Apostoli, postea Cantoariensis Episcopi, Vitam diligenter descripsit, cap. 1. num. 7. refert Epistolam Sancti Gregorii Papæ ad Augustinum & socios datam, quæ his verbis clauditur: *Data die X. Kal. Augustarum imperante Domino nostro Mauricio Tiberio piissimo Augusto, anno XIV. post Consulatum ejusdem anno XIII. indictione XIV.* Tum numero sequenti Goscelinus aliam Epistolam recitat, quam Sanctus Gregorius dedit *Aetherio Arelatensi Archipræsuli* qua ei Sanctum *Augustinum*, sociosque commendat, quæ eadem pariter subscriptione notata est. Eandem subscriptionem refert Baronius ex Beda lib. 1. cap. 23. sed ex codice quodam corrupto, loco enim: *Post Consulatum ejusdem anno XIII.* habet: *Post Consulatum ejusdem anno XIV.* atque mendosam esse supputationem annorum Imperatoris; quia scilicet videbat eam suæ repugnare; annum enim quem tam Beda, quam Sanctus Gregorius Papa *decimum quartum*, Baronius *undecimum* perperam appellat, ob Mauricii initium tardius a se consignatum. Præterea quo pacto, inquit Baronius, Epistola data dicitur *post Consulatum Mauricii anno XIV.* si Acta publica post annos quinque sub eodem Gregorio habita, notata habeantur Consulatu ejus *undecimo*? Verum infra videbimus, ex illis Actis notam temporariam delendam esse. Mabillonius Tom. I. Sanctorum Ordinis S. Benedicti in Notis ad Vitam ejusdem Sancti Augustini, existimat, in citatis Epistolis Mauricii Consulatum anno uno tardius numerari. Sed Gregorius modo loquendi Victoriano a nobis suo loco explicato semper utitur, ideoque annus, qui secundum loquendi modum a Marcellini Continuatore & Auctore Chronici Alexandrini usurpatum, duodecimus est post Consulatum Mauricii, decimus tertius a Sancto Gregorio vocatur. Denique Cointius, qui primum *Mauricii* Imp. annum cum anno Christi DLXXXIII. male conjunxit, arbitratur characteres illos Chronologicos, tam Imperii quam Consulatus, rectæ Chronologiæ repugnare quod, ut probet, valde se torquet, ut videre est in ejus Annalibus, hoc anno num. XIII. cum tamen ex præfatis subscriptionibus intelligere potuisset, Imperii Mauriciani initium cum anno Christi DLXXXII. copulandum fuisse: quo pacto cum *Mauricius* die XIV. Augusti illius anni imperare cœperit, X. Kal. Augusti, seu die XXIII. mensis Julii currentis anni, decimus quartus ejus Imperii numerabatur.

V. *Controversia de titulo Epistolæ in causa conversionis Anglorum a Gregorio data.*

Quod attinet ad titulum laudatæ Epistolæ Divi Gregorii, *Virgilius* Arelatensem Archiepiscopatum hoc tempore regebat, Lugdunensem *Aetherius*, unde natus controversiæ locus, utrum vitium, quod in Bedæ textum irrepsit, in nomine sit *Archiepiscopi*, aut in nomine *Sedis Archiepiscopalis*; alii enim *Aetherium* Lugdunensem Archiepiscopum, alii *Virgilium* Arelatensem Archiepiscopum in Historia Bedæ legendum putant. Henschenius ad diem II. Februarii in Commentario Historico, quo Vitam San-

ne habita temporis importuni, secundum illud Ecclesiastes (*a*): *Qui observat ventum, non seminat*; quos sanctiores in suo monasterio sciret latere sub claustrali custodia monachos Augustinum atque Mellitum, eosdem cum aliis quibusdam ipsis adjunctis sociis mittit in Angliam. Fuisse autem Augustinum Præfectum monasterii S. Gregorii, ipse Gregorius tradit in epistola ad Syagrium Episcopum Augustodunensem (*b*).

(*a*) *Eccl.* 11.

Aug. & Socii in Angliam missi.

(*b*) *Greg. l. 7. ep.* 112. *Indict.* 2.

XI. Sed quid accidit? Cum hos Gregorius misisset lætantes, dum essent in via, humanum quid passi, difficultatem immensæ molis operis cogitatione volventes, despondeant animum, cum jam pervenissent in Gallias. Cujus rei causa illud statuunt, ut Augustinus Romam ad Gregorium rediret qui id Pontifici dissuadeat. At tantum abest ut illorum dissuasione Gregorius a cœptis desisteret, ut vehementiori impetu animi ad opus prosequendum assurgeret, remitteretque Augustinum, & ad illos qui remanserant litteras daret, quibus eos hortatus est inchoatum opus perficere. Extant ipsæ Gregorii litteræ, sed apud Bedam (*c*); meminitque ejusdem rei Joannes diaconus (*d*). Redeunte ad opus Augustino, idem Gregorius plures pro eo litteras dedit, commendans ipsum ejusque socios tum Francorum Regibus, tum etiam Galliarum Episcopis: earum epistolarum, quæ prima ponitur eo argumento conscripta, data (*e*) habetur ad Pelagium Turonensem, & Serenum Massiliensem Episcopos: verum apud Bedam scripta legitur ad Aetherium Episcopum Arelatensem, sed mendose quidem. Etenim Arelatensis Ecclesiæ non Aetherius, sed Virgilius hoc tempore Episcopus erat. Aetherium autem iisdem diebus fuisse Episcopum Lugdunensem, testatur Gregorius Turonensis (*f*).

Aug. revertitur Romam.

(*c*) *Beda de gest. Angl. l.* 1. *c.* 23.

(*d*) *Joann. diac. in vit. S. Gre. l.* 2. *c.* 34.

Ad diversos litteras dat pro Aug. & sociis.

(*e*) *Greg. l.* 5. *ep.* 52. *Ind.* 14.

(*f*) *Greg. Tur. hist. Franc. l.* 10. *c.* 28.

XII. Dedit alias seorsum ad ipsum Virgilium Galliæ (ut habet earum inscriptio) Metropolitanum (*g*): alias item ad Desiderium Viennensem, & Syagrium Augustodunensem, ad Episcopum vero Aquensem Protasium alias, necnon ad Ste-

(*g*) *Greg. l.* 5. *ep.* 53. 54. 55. 56. 57. *Indict.* 14.

PAGIUS

Sancti *Laurentii* Cantuariensis Archiepiscopi delineavit, nomen *Aetherii* retinuit, & *Arelatensis* Archiepiscopi loco, *Arianensem*, seu *Lugdunensem* reponendum dixit. Opinionem suam duabus rationibus confirmare nisus est; unam petiit ab *Araria* nomine, quod olim Lugduno impositum notavit ob Ararium ibi confluentem in Rhodanum, atque ab Araria derivavit Archiepiscopum Arariensem, quem postea in Arelatensem facile detortum asseruit. Alteram sumpsit ab Epistola Gregorii Magni ad *Eulogium* Episcopum Alexandrinum, libri septimi XXX. in qua dicitur Augustinus a *Germaniarum Episcopis Episcopus factus*, & Germaniarum Episcopos interpretatus est Episcopos Provinciæ Lugdunensis, quia Sidonius lib. 5. Epist. 7. ad Thaumastum scripta *Lugdunensem Germaniam* appellat, & Beda lib. 1. cap. 27. tradit, *Augustinum* ab Archiepiscopo Aetherio Archiepiscopum genti Anglorum ordinatum fuisse.

VI. *Data in Epistola ad Archiepiscopum Arelatensem.*

„ Lugdunum, inquit Cointius hoc anno num. XIV. quia situm est ad confluentes Araris in Rhodanum, *Rhodanusia* vocatur a Sidonio lib. 2. Epist. 5. & *Araria* in Vita Sancti Lupi Lugdunensis Archiepiscopi, sed adjectivum a Rhodanusia vel ab Araria deductum nondum legimus. Verum esto, Lugdunenses ab *Araria* nominentur Ararienses, Arelatensem Archiepiscopum in Bedæ textu servandum contendimus, quia Beda cum unicam tantum Gregorii Magni Epistolam ad Episcopos Galliarum pro commendatione *Augustini* nactus esset, huic præcipue præfigendum existimavit Arelatensem Archiepiscopum propter Primatus prærogativam Antistiti Arelatensi sæpe attributam; erravit autem in nomine, nam *Aetherium* pro *Virgilio* perperam scripsit. Nec semel hallucinatus est super ea nuncupatione, siquidem lib. 1. cap. 27. cum de Augustini ordinatione in Archiepiscopum loqueretur, Archiepiscopum Arelatensem rursus Aetherium vocavit: *Interea*, inquit, *Vir Domini Augustinus venit Arelas*, *& ab Archiepiscopo ejusdem Civitatis Aetherio, juxta quod jussa Sancti Patris Gregorii acceperant, Archiepiscopus genti Anglorum ordinatus est*. Augustinum a Virgilio Arelatensi non ab Aetherio Lugdunensi ordinatum probabimus suo loco: neque refragatur Epistola jam citata, qua Gregorius M. eundem Augustinum a Germaniarum Episcopis Episcopum factum testatur; non enim sola *Lugdunensis Provincia* vocata fuit *Germania*, quia Burgundiones origine Germani trajecto Rheno Regnum circa Ararim ac Rhodanum condiderunt; sed & *Franci*, quibus Arelatensis Provincia parebat, cum Augustinus in Angliam perrexit, diu nuncupati sunt, *Germani*, quia genus suum a Transrhenanis Germanis repetebant. Ita Cointius, cujus conjecturam certiorem reddent, quæ anno sequenti dicentur. Hic error Bedæ propagatus est in Gotselinum laudatum, Joannem Diaconum in Vita Gregorii M. lib. 2. cap. 33. aliosque Scriptores Anglicos. Recte porro scribit Beda lib. 1. cap. 23. annum tunc fuisse *adventus Anglorum circiter centesimum quinquagesimum*, quia, ut suo loco ostendi, ab anno CDXLVII. Beda Anglorum in Britanniam adventum repetit.

VII. *Opinio Cointii.*

Cointius anno sequenti num. XII. conjecturam suam magis confirmare conatur, aitque: „ Vocabulum, cui vitium inest apud Bedam, non est Civitatis nomen, sed Episcopi, resque quas ab Aetherio peractas Beda significavit, non Lugduni gestæ sunt, ubi Aetherius erat Episcopus, sed Arelate, ubi Virgilius sedebat. Ipsemet enim Beda lib. 1. cap. 27. se de Arelatensi Præsule locutum esse confirmat, cum *Virgilium* vocat Aetherii successorem. Error igitur omnis, in quem lapsus est, inde profluxit, quod *Licerium Arelatensem* episcopum, quem in *Aetherium* deficit, ad hæc usque tempora vixisse suspicatus est. Tali autem Chronologiæ refragatur Gregorius Turonensis Auctor Synchronus, qui Licerium Sapaudo in Episcopatu Arelatensi successisse tradit (lib. 8. cap. 39.) anno Childeberti Regis XI. sive anno Christi DLXXXVI. & obiisse

Stephanum Abbatem, itemque ad Agritium Patricium: extant ipsæ omnes, in primis vero quæ scriptæ sunt eadem ex causa ad Theodobertum (a) atque Theodoricum Francorum Reges, necnun aliæ ad Reginam Brunichildem. Quæ autem hæc consecuta sint, suo loco dicemus: hic vero dumtaxat agamus de eorum appulsu in Britanniam insulam.

(a) Ibid. ep. 58. 59.

XIII. Sed prius hic reddamus Gregorii epistolam scriptam ad Augustini socios tunc adhuc spectantes in Gallia, cui ista Beda præfatur (b): *Cum jussis Pontificalibus obtemperantes, memoratum opus aggredi cœpissent, jamque aliquantum itineris confecissent, perculsi timore inerti, redire domum potius, quam barbaram, feram, incredulamque gentem, cujus nec linguam quidem nossent, adire cogitabant, & hoc esse tutius communi consilio decernebant. Nec mora Augustinum, quem eis Episcopum ordinandum, si ab Anglis susciperentur, disposuerat, domum remittunt, qui a beato Gregorio humili supplicatione obtineat, ne tam periculosam, tam laboriosam, tam incertam peregrinationem adire deberent. Quibus ille exhortatorias mittens litteras in opus eos verbi divino confisos auxilio proficisci suadet: quarum videlicet litterarum ista est forma:*

(b) Beda l. 1. c. 23.

*Gregorius servus servorum Dei.*

XIV. Greg. ep. ad suos. *Quia melius fuerat bona non incipere, quam ab his quæ cœpta sunt, cogitatione retrorsum redire; summo studio, dilectissimi filii, oportet ut opus bonum, quod auxiliante Deo cœpistis, impleatis. Nec ergo labor vos itineris, nec maledicorum hominum linguæ deterreant, sed omni instantia, omnique fervore, quæ inchoastis, auctore Deo peragite, scientes, quod laborem magnum æterna retributionis gloria sequitur. Remeante autem Augustino Præposito vestro, quem & Abbatem vobis constituimus, in omnibus humiliter obedite: scientes hoc vestris animabus per omnia profuturum quicquid a vobis fuerit in ejus ordinatione completum. Omnipotens Deus sua vos gratia protegat, & vestri laboris fructum in æterna me patria videre concedat: quatenus etsi vobiscum laborare nequeo, simul in gaudio retributionis inveniar, quia laborare scilicet volo. Deus vos incolumes custodiat, dilectissimi filii. Data die decima Kalendarum Augustarum, imperante domino nostro Mauritio Tiberio piissimo Augusto anno decimoquarto, post Consulatum ejusdem anno XIV. Indictione decimaquarta.* Hactenus apud Bedam. Sed mendosa supputatio annorum Imperatoris ex citatis superius locis sancti Gregorii & exacte nu-



PAGIUS

„ obiisse (lib. 9. cap. 25.) anno ejusdem Regis „ XIII, seu Christi DLXXXVIII. Hæc Cointius, cui prælvit Baronius, sicuti Henschenio Sirmondus Tomo I. Concil. Galliæ pag. 420.

VIII. D. Gregorius Augustinum commendat tum Arelatensi quam Lugdunensi Archiepiscopis. Utriusque opinionis fundamenta in medium adduxi, ut huic controversiæ finis tandem imponi possit. Quamobrem observandum, in Registro Gregorii lib. 5. Indictione XIV. mense Julio, extare varias Epistolas hoc anno datas quibus S. Pontifex *Augustinum*, quem propagandi Evangelii causa in Angliam transmittebat, & *Candidum* Presbyterum, Procuratorem patrimonii S. Petri in Gallia, commendat Galliarum Episcopis & Theodorico ac Theodeberto Francorum Regibus. Epistola LII. data est *Palladio Episcopo de Santonibus, Pelagio de Turnis, & Sereno de Massilia Episcopis Galliarum a paribus*. Sed loco *de Turnis*, legendum, *de Turonis*, non vero *de Taurinis*, ut arbitratus est Baronius. Nam præterquamquod nullus *Pelagius* hoc tempore Taurini sedit, S. Gregorius ad solos Galliarum Episcopos pro Augustino scripsit. Indeque intelligimus, *Pelagium* Gregorio Turonensi successisse. Epistola LIII. data est *Virgilio Episcopo Arelatensi Metropolitano Galliæ*. Epist. LIV. *Desiderio Viennensi, & Syagrio Augustodunensi Episcopis Galliæ a paribus*, Epist. LVII. *Arigio Patricio de Galliis*, Epist. LVIII. *Theodorico & Theodeberto fratribus, Regibus Francorum a pari*, & Epist. LIX. *Brunechildæ Reginæ Francorum*. Nullam istarum Literarum legerat Beda, sicut vice versa in Registro Gregorii non extat Epistola, quam Divus Gregorius scripsit ad *Aetherium Episcopum*, ex cujus subscriptione discimus tam istam, quam cæteras laudatas datas esse uno eodemque die, nempe XXIII. mensis Julii Indictione XIV. Collector enim non solum eas; sed omnes alias suis subscriptionibus spoliavit, ut alibi dixi. Ut autem constet Epistolam recitatam a Beda lib. 1. cap. 24. scriptam esse ad *Aetherium* Episcopum Lugdunensem, non vero Episcopum Arelatensem, neque ad Virgilium Arelatensem, ut arbitrati sunt Baronius, Cointius & passim alii, necessarium est, non solum eam Epistolam, sed etiam laudatam Virgilio Metropolitæ Arelatensi missam hic exhibere; eo magis quod utramque Baronius in Annalibus solum indicaverit, & difficultas ista certius dirimi non possit, quam ex utriusque inter se collatione. Ait Beda cap. 24. *Misit etiam tunc isdem venerandus Pontifex* (nempe S. Gregorius) ad *Etherium Arelatensem Episcopum, ut Augustinum Brittanniam pergentem benigne susciperet Literas, quarum ista est textus.*

*Reverentissimo & Sanctissimo Fratri Etherio Coepiscopo Gregorius servus servorum Dei.*

IX. Litera S. Greg. ad Archiep. Lugdun. *Licet apud Sacerdotes habentes Deo placitam caritatem religiosi Viri nullius commendatione indigeant; quia tamen aptum scribendi se tempus ingessit, Fraternitati vestræ nostra mitti Scripta curavimus; insinuantes, latorem præsentium Augustinum servum Dei, de cujus certi sumus studio cum aliis servis Dei, illuc nos pro utilitate animarum auxiliante Domino direxisse: quem necesse est, ut Sacerdotali studio Sanctitas vestra adjuvare, & ei solatia præbere festinet. Cui etiam ut promptiores ad suffragandum possitis existere, causam vobis injunximus subtiliter indicare. Scientes quod ea cognita, tota vos propter Deum devotione ad solatiandum, quia res exigit, commodetis. Candidum præterea Presbyterum, quem ad gubernationem patrimonioli Ecclesiæ nostræ transmisimus, Caritati vestræ in omnibus commendamus. Deus te incolumem custodiat,* Re-

numeratis annis Mauritii est emendanda, qua idem Beda deceptus annos ejusdem Imperatoris aliter quam opus est numerat. Nam (ut id modo attingamus, quo pacto data dicitur post Consulatum Mauritii anno decimoquarto, si Acta publica sub eodem Gregorio habita post annos quinque nempe Indictione quarta, notata habentur (a) Consulatu ejus undecies? Porro tantum opus Gregorius haud inconsiderate atque festine est aggressus, sed diu multumque id ipsum meditatus est, quod & precum assiduitate decoxit: testatur enim id ipse in epistola (b) ad Syagrium Augustodunensem Episcopum. Sed de his quæ hoc anno sunt gesta, modo satis: reliqua inferius pro temporis ratione dicentur. Jam redeamus ad reliquas sancti Gregorii Papæ anni hujus res gestas.

(a) Greg. l.9. ep.22.

(b) Greg. l.7. ep.112. Ind.2.

XV. Curans ipse pastor pastorum excubias, hoc anno inter alia de administratione Episcopatus illud Episcopus magnopere admonuit, ne lites haberent & contentiones cum provinciarum Præsidibus, sed eos benevolentia vincere, atque beneficiis & officiis promereri studerent, eo quod magnopere conduceret si cum sæcularibus ministris Episcopis concordes essent. Est de his elegans ejus epistola ad Joannem Episcopum Syracusanum, (c) quem admonet, ut omni studio in gratiam redire conaretur cum Venantio præfecturam illic gerente, & si opus sit, etiam Missas in ejus domo ipse dici permittat, immo & ipsemet dicat: nam audi: *Adhortamur*, inquit, *quatenus & oblatione antedicti viri omnimodo in dulcedine & Deo placita debeatis sinceritate suscipere, & in domo ipsius Missarum peragi mysteria permittatis, ut (sicut scripsimus) si fortasse voluerit, per vos debeatis accedere, & celebrando apud eum Missas priorem gratiam reformare. Oportet namque filius sacerdotalem vos affectum impendere, & in causis prout ratio suffragatur, jurisdictionem Ecclesiæ vestræ minime præterire. Hoc ergo considerans, necesse est, ut ita se circa vos fraternitas vestra discreta moderatione exhibere studeat, ut & quod negotii qualitas exigit, salubriter peragat, & a paterna charitatis gratia non recedat.* Hæc prudenti moderatione Gregorius, ab omnibus audiendus, dum sic laborat pro Ecclesiastica jurisdictione servanda, ut charitatem nolit in animarum detrimentum pati dispendium: extat etiam & alia de iisdem epistola (d) ad ipsum Venantium: Ex quibus & illud intelligis, in domibus etiam privatis consuevisse dici Missas: sicut nec novum & inusitatum, quod objiciunt Novatores, ut in una ecclesia plura sint altaria: nam idem sanctus Gregorius in epistola ad Palladium Episcopum Santonensem (e) hoc anno, cum petitas mittit ad eum reliquias sanctorum Apostolorum Petri & Pauli, Laurentii atque Pancratii, meminit de ecclesia illa tredecim habente altaria.

(c) Greg. l.5. ep.43. Ind.14.

(d) Greg. eod. l. ep. 42.

(e) Greg. l.5. ep.50. Ind.14.

XVI. Laborans Gregorius in universalis Ecclesiæ cura, corporis corripitur infirmitate, de qua, Deo operante convaluit. Testantur id ab eo hoc anno datæ litteræ

PAGIUS *Reverentissime frater. Data die decima Kalendarum Augustarum, imperante Domino nostro Mauricio Tiberio piissimo Augusto, anno decimo quarto, post Consulatum ejusdem Domini nostri anno decimo tertio, Indictione decima quarta.*

Epistola LIII. Libri V. Registri Gregoriani eadem die scripta sic habet.

*Gregorius Virgilio Episcopo Arelatensi Metropolitano Galliæ.*

X. Litera D. Gregorii ad Archiep. Arelatensem.

*Quamvis fraternitatem vestram bonis esse intentum operibus & sponte se exhibere in causis Deo placitis confidamus; veruntamen utile esse fraterna vos alloqui charitate credimus; ut solatia, quæ vos alteri decet impendere, nostris quoque provocati Epistolis augeatis. Atque ideo indicamus Sanctitati vestræ, Augustinum servum Dei præsentium portitorem, cujus zelus & studium bene est nobis cognitum, cum aliis servis Dei pro animarum nos illuc compendio transmisisse, sicut ipse vobis coram positus poterit indicare. In qua re oratione vos eum & auxiliis adjuvare necesse est, atque ubi opus exegerit, solatiorum vestrorum ei præbere suffragia, & paterna, ac sacerdotali illum consolatione, sicut convenit, refovere: quatenus dum Sanctitatis vestræ fuerit solamina consecutus, si quid Deo nostro lucri facere, sicut optamus, valuerit, & vos possitis pariter mercedem acquirere, qui ad bona opera suffragii vestri devote copiam ministratis. Candidum autem Presbyterum communem filium, & patrimoniolum Ecclesiæ nostræ fraternitas nostra, quippe ut unanimis nobis studeat habere commendatum, ut aliquid inde pauperum alimoniis Sanctitate vestra valeat adjuvante proficere. Quia igitur patrimoniolum ipsum per annos plurimos prædecessor vester tenuit, & collectus apud se pensiones servavit: Fraternitas Vestra cujus sint res, vel quibus erogentur, consideret, atque eas animæ suæ respectu suprascripto filio nostro Candido Presbytero nobis restituat dirigendas. Nam valde est execrabile, ut quod a Regibus gentium servatum est, ab Episcopis dicatur ablatum.*

XI. Beda erravit in nomine Archiepiscopi, sed non in Sede Archiepiscopali.

Si Beda hanc Gregorii ad Virgilium Arelatensem Episcopum Epistolam hoc anno exaratam vidisset, *Aetherium* Arelatensem Episcopum non fuisse intellexisset; & si Viri doctissimi, qui utramque legere, eas inter se contulissent, Epistolam a Gregorio ad *Aetherium* scriptam correctione non indigere agnovissent, sed hallucinatum esse Bedam, qui cum non legisset Registrum Epistolarum Gregorii, nec Historiam Gregorii Turonensis libr. 10. capit. 28. scribentis *Aetherium* Archiepiscopum Lugdunensem anno Guntramni XXX. Christi scilicet DXCI. interfuisse baptismo *Clotarii* II. & lib. 9. cap. 23. *Virgilium Licerio* Arelatensi successisse anno XIII. Childeberti, Christi nempe DLXXXVIII. in errorem lapsus est, perpe-

sam-

ræ mense Augusto ad Gennadium Patricium (*a*), quibus etiam declaratur de Paulo Episcopo in Africa vocato Romam ad dicendam causam: sed eum deesset qui eum Romæ accusaret, dimisit (*b*). Quod autem magis ipsius Gregorii excruciavit animum, illud fuit, quod Africanam Ecclesiam absque remedio audiret corrumpi & labefactari a perfidis Donatistis. Nam audi quid hoc itidem anno ad Columbum Numidiæ Episcopum de his scribat (*c*): *Præterea*, inquit, *res ad nos omnino dura & rectæ fidei inimica pervenit: quia (quod dici nefas est) Catholici homines, & religiosi (quod est deterius) filios, mancipiaque sua, vel alios quos in potestate habent, in Donatistarum hæresi baptizari consentiant. Et ideo, si verum est, fraternitas vestra hoc summopere studeat emendare: quatenus sinceritas fidei vestra sollicitudine intemerata consistat, & innocentes animæ, quæ Catholico baptismate salvari poterant, hæreticorum infectione non pereant*, &c. Sed audi querelas ipsius Gregorii in litteris ad Mauritium Imperatorem, quem dum his consulere in animo habentem summopere laudat, per ejus ministros remedia cuncta inania reddi conqueritur: ait enim (*d*):

(*a*) Greg. l. 5. ep. 61. Ind. 14.
(*b*) Greg. l. 6. ep. 2. Ind. 15.
Donatistæ invalescunt in Africa.
(*c*) Greg. l. 5. ep. 36. Ind. 14.
(*d*) Greg. l. 5. ep. 63. Ind. 14.

XVII. *Inter armorum curas & innumeras sollicitudines, quas indefesso studio pro Christianæ Reipublicæ regimine sustinetis, magna mihi cum universo mundo lætitiæ causa est, quod pietas vestra custodiæ fidei, qua dominorum fulget Imperium, præcipua sollicitudine semper invigilat. Unde omnino confido, quia sicut vos Dei causas religiosæ mentis amore tuemini, ita Deus vestras majestatis suæ gratia tuetur & adjuvat. Qualiter autem pietatis vestræ serenitas contra Donatistarum flagitiosissimam pravitatem considerationem justitiæ & sincerissimæ religionis zelo commota sit, directorum lucidissime tenor insinuat jussionum. Sed venientes viri reverendissimi ex Africana provincia Episcopi asseruerunt ita esse incauta dissimulatione postpositas, ut nec Dei illic judicium haberetur in metu, nec Principales hactenus jussiones sortiretur effectum: hoc etiam subjungentes, quod in præfata provincia, Donatistarum præmiis prævalentibus, fides Catholica publice venumdetur.*

Leges Mauritii adversus Donatistas contemptæ.

XVIII. *At contra gloriosus vir Gennadius de eorum mihi similia questus est, qui talia querebatur. Cui etiam duo alii certi in re eadem testimonium ferebant. Sed quia causa ipsa sæcularis Judicis intererat, eosdem Episcopos ad pietatis vestræ existimavi esse vestigia dirigendos, ut per semetipsos serenissimis auribus suggerant, quæ se fatentur pro fide Catholica pertulisse. Ea propter obsecro, ut dominorum Christianitas pro salute animæ & vita piissimæ sobolis, sua eos, quos tales esse cognoscit, districta alicujus jussione præcipiat, & ruinam pereuntium ereptionis manu suspendat, atque insanis mentibus correptionis medicinam adhibeat, & errorum ab eis morbos expellat: quatenus dum piæ provisionis vestræ remedio pestiferæ pravitatis fuerit caligo depulsa, & vera illic fides radios suæ serenitatis asperserit, cælestis vos ante Redemptoris nostri oculos triumphus expectet: quia quos exterius ab hoste defenditis, etiam interius a diabolicæ fraudis veneno (quod est gloriosius) liberatis.* Hactenus ad Mauritium Gregorius: cujus animi angustias ex eo pensare quis poterit, quod eum divino amore succensus, lucro animarum tantopere inhiaret, ut divisos etiam toto penitus orbe perquireret, ut Christianos faceret Anglos; ingenti molestia affectum oportuit, cum per Donatistas cerneret eos qui erant in Africa Catholici, schismaticos atque hæreticos reddi. At non solum adversus Donatistas, verum etiam adversus Samaritanos (*e*) antiquos hæreticos fuit eidem hoc anno pariter insudandum; quod hi servos emerent, (*e*) Greg. l. 5. ep. 32. Ind. 14.



PAGIUS ramque scripsit Litteras, quas recitat, *ad Aetherium Arelatensem Episcopum* datas fuisse, & cap. 27. *Virgilium Aetherii successorem* extitisse. Error itaque Bedæ situs est, non in nomine *Archiepiscopi*; Epistola enim ab eo producta vere scripta fuit ad *Aetherium*; & hic non Arelatensis, ut ipse credidit, sed Lugdunensis Archiepiscopus fuit. Gregorius itaque uno eodemque die, de una eademque causa, & ad *Aetherium* Lugdunensem, & ad *Virgilium* Arelatensem Episcopos, iisdem fere verbis Literas dedit, & Augustinus, non *Lugduni*, sed *Arelatis* ordinatus est, ut anno sequenti videbimus.

XII. Error Bedæ excusatione dignus. Excusatione tamen Beda dignus; cum in Præfatione suæ Historiæ ad Ceolwlfum Regem scribat: *Ut autem in his quæ scripsi, vel tibi, vel cæteris auditoribus, sive lectoribus hujus Historiæ, occasionem dubitandi subtraham, quibus hæc maxime auctoribus didicerim, breviter intimare curabo. Auctor ante omnes, atque adjutor Opusculi hujus, Albinus Abbas Reverentissimus, Vir per omnia doctissimus extitit, qui in Ecclesia Cantuariorum a beata memoria Theodoro Archiepiscopo, & Hadriano Abbate Viris venerabilibus, atque eruditissimis institutus diligenter, omnia quæ in ipsa Cantuariorum Provincia, vel etiam in contiguis eidem Regionibus, a discipulis Beati Papæ Gregorii gesta fuere, vel monumentis Literarum, vel Seniorum traditione cognoverat: & ea mihi de his, quæ memoria digna videbantur, per religiosum Lundoniensis Ecclesiæ Presbyterum Nothelmum, sive Literis mandata sive ipsius Nothelmi viva voce referenda transmisit. Qui videlicet Nothelmus postea Romam veniens, nonnullas ibi Gregorii Papæ, simul & aliorum Pontificum Epistolas, perscrutato ejusdem Sanctæ Ecclesiæ Romanæ scrinio, permissu ejus, qui nunc ipsi Ecclesiæ præest, Gregorii Pontificis invenit: reversusque, nobis nostræ Historiæ inserendas cum consilio præfati Albini Reverentissimi Patris attulit.*

eosque circumciderent: itemque agendum fuerit adversus Judæos (a), qui prohiberent servos suos ad fidem Christianam venire.

(a) *Greg. l.5. ep.31. Ind.14.*

XIX. Quibus in primis succurri voluit Gregorius.

Erant in Italia multi schismatici (ut sæpe dictum est) Trium capitulorum causa: hos ut ad unitatem Catholicam restitueret, idem sanctus Gregorius plurimum laboravit: quos vero revocasset a schismate, eosdem ab Ecclesia Catholica ali voluit, annuam ex bonis Ecclesiæ eisdem dari pensionem jubens. Extant de his ejusdem Gregorii tres hoc anno epistolæ datæ (b). Sed qui tanta de sancto Gregorio, ab eodem facta hoc anno, retulimus; quod minimum videtur non prætermittamus, ex quo maxima comprehendas: cum enim universalis Ecclesiæ curæ invigilaret, quæ essent minima non minori diligentia pertractavit. Etenim illud accidit, ut cum in Orientalem clericulum incidisset, qui commendaticias litteras ad Ephesi Episcopum ab ipso petiisset: examinavit eum ipse Gregorius, an quæ sui essent muneris sciret; sed cum invenisset esse litterarum penitus expertem, eumdem Ephesino Episcopo sollicito studio commendavit (c), ut ab ipso, quæ essent sibi necessaria, doceretur.

(b) *Greg. l.5. ep.38. 39. 40. Ind.14.*

(c) *Greg. l.6. ep.21.*

XX. Sed jam Gallias invisamus. Hoc enim anno, petentibus Dinamio Patricio & Aureliano, privilegium Gregorius concessit (d) Massiliensi monasterio in honorem S. Cassiani consecrato. Ex ejusdem quoque S. Gregorii epistolis Indictionis decimæquartæ in Gallias hoc anno datis colligitur, eadem Indictione defunctum esse Childebertum Regem Francorum, suique regni reliquisse hæredes Theodoricum atque Theodobertum. Etenim cum sexta epistola ad Childebertum Francorum Regem conscripta sub eadem Indictione data habeatur, rursus item epistola quinquagesimaoctava scripta appareat sub eadem Indictione ad dictos Reges Theodoricum atque Theodobertum ejus hæredes: manifestum est, illo sublato de medio, hos regnare cœpisse. Ex quibus alios redarguas chronographos, qui in annum sexcentesimum horum ponunt ingressum.

(d) *Greg. l.6. ep.52. Ind.15.*

Reges Francor. Theodoricus & Theodobertus.

XXI. De his autem accipe quæ apud Acta S. Columbani (e) celsitudine meritorum conspicui scripta habentur his verbis: *Mortuo deinde Childeberto, infra adolescentiæ annos regnaverunt filii Childeberti duo, Theodobertus, & Theodoricus, cum avia sua Brunechilde. Regno Burgundionum Theodoricus potitur: regnum Au-*

(e) *Vit. S. Columb. c. 18. apud Bed. t.3. & Sur. t. 6. die 29. Novemb.*

PAGIUS

Beda igitur sedente Gregorio Papa hujus nominis II. ideo *Augustinum* Arelatis & ab Arelatensi Archiepiscopo consecratum prodidit, quia vel *Albinus* Abbas, vel *Nothelmus* Presbyter illum ea de re certiorem fecerant, tacito *Archiepiscopi* nomine, quod eos latebat. Cumque inter documenta ad se transmissa, non extaret Epistola data ad Episcopum, cui commissa fuit ordinatio Augustini, sed ea tantum qua Sanctus Gregorius eum *Aetherio* commendabat, in qua etiam hujus Sedis nomen tacetur, eo minus mirum videri debet, *Bedam* credidisse ordinationem illam commissam fuisse *Aetherio*, cum post ejus mortem omnes hactenus easdem Litteras ad *Augustini* ordinationem transtulerint, licet ea tantum commendatitia sit, eoque tempore data, quo de ista ordinatione minime agebatur; ac præterea legerint Epistolam a Gregorio Magno ad *Virgilium Arelatensem* Archiepiscopum scriptam, quam Beda non viderat, qui ideo justiorem excusationem habet. Porro *Augustinum* cum sociis præsenti anno in Britanniam profectum esse, docet Beda in sua Epitome, ubi ait: *Anno DXCVI. Gregorius Papa misit Brittaniam Augustinum cum sociis, qui verbum Dei genti Anglorum evangelizarent.*

XIII. *Moritur Childebertus II. Francorum Rex.*

Ad num. XX. & seqq. *Childebertus* II. Austrasiæ & Burgundiæ Rex vita functus est hoc anno, ut liquet ex Epistola LVIII. libri V. Registri Gregoriani data mense *Julio*, *Indictione decima quarta*, quæ hoc anno secundum supputationem Gregorii exit cum mense Augusto. Ea enim S. Pontifex *Theoderico & Theodeberto fratribus, Regibus Francorum* commendat *Augustinum* ad conversionem gentis Anglorum a se missum. Quare *Childebertus* utriusque Regis pater jam ante mensem Julium e vivis excesserat, & uterque ei successerat; *Theodericus* in Regnum Burgundiæ, & Theodebertus in Regnum Austrasiæ. Regnavit *Childebertus* in Austrasia post Sigeberti patris mortem annos viginti, ut habet Auctor de Gestis Francorum, qui annos tantum completos numerat. Si enim anni incompleti recenseantur, attigit annum XXI. mortuus hujus anni initio; cum D. Gregorius citius ad ejus filios & successores mense Julio scribens, nullam de morte *Childeberti* mentionem faciat, nec *Brunechildem* consoletur in Epistola, quam eodem mense ad eam scribit, ut videre est in Registro ejus lib. 5. Epist. 59. quod utrumque facere debuisset, si hæc filium, illi patrem ante paucos menses amisissent. Hinc tamen perperam deducit Hadrianus Valesius lib. 16. Rer. Franc. *Childebertum* intra quatuor ultimos præcedentis Christi anni menses vita functum esse; cum in Burgundis Rex fuerit, *annos quatuor*, ut habent Fredegarius cap. 16. & Aimoinus lib. 3. cap. 84. qui annos incompletos pro integris numerant. Nam *annos tres* ei Chronicon Moissiacensis Cœnobii assignat ferme integros, deductos scilicet a die vicesima octava mensis Martii anni DXCIII. quo *Guntramnus* Burgundiæ Rex, ut anno DXCVIII. ostendam, obiit. Decessit *Childebertus* anno ætatis XXV. aut, ut alii scribunt, anno ætatis XXVI. natus enim erat die sancto Paschæ anno DLXX. & *jam peracto vix lustro ætatis suo*, ut loquitur Gregorius lib. 5. cap. 1. anno scilicet circiter DLXXV. exeunte, *Sigeberto* patri successerat. Regnum *Theoderici & Theodeberti Brunichildis* utriusque avia, partim per se, partim per Proceres administravit; quo tempore in Neustria regnabat *Clotarius Chilperici* filius annum undecimum egressus, cujus tutelam *Fredegundis* mater singulari prudentia gerebat

Qua-

*Austrasianorum Theodobertus suscepit regendum. Theodoricus ergo quia in terminis regni sui beatum Columbanum haberet, gratulabatur non minime. Ad quem cum sæpissime veniret, cœpit eum vir Dei increpare, cur concubinarum adulteriis misceretur, & non potius legitimi connubii solamine frueretur, ut regalis proles ex honorabili Regina prodiret, & non potius ex lupanaribus videretur emergi. Cumque jam ad viri Dei imperium Regis sermo obtemperaret, & se ab illicitis segregare sponderet; mentem Brunechildis aviæ, secundæ (ut erat) Jezabelis, antiquus hostis adiit, eamque contra virum Dei stimulatam superbo aculeo excitat, quia cerneret viro Dei Theodoricum obedire: verebatur enim, ne si abjectis concubinis, Reginam aulæ præfecisset, & dignitatis & honoris suæ modum amputasset.* Sed quæ hæc secuta sunt, dicemus anno sequenti.

Adest

PAGIUS Quare tunc in Francia dignitas Regia penes parvulos, potestas penes mulieres erat: *Theodebertus* decimum ætatis annum, *Theodericus* nonum agebat; illeque *Metis* Regni Sedem statuit; hic *Aurelianis*, ut docet Fredegarius cap. 16.

XIV. *Childebertus superstes fuerat Guntramno Regi.* Baronius, qui ex Epistolis Divi Gregorii Magni recte collegit, *Childebertum* hoc anno videre desiisse, perperam ejus initium illigavit anno Christi DLXXIX. hoc enim pacto septemdecim duntaxat annos regnasset, contra omnium Antiquorum fidem. Præterea Childebertus *Guntramno* Burgundiæ Regi superstes vixit, & post illum in Burgundia regnavit; nam Gregorius Turonensis lib. 4. de Miraculis S. Martini cap. 37. *Tempore*, inquit, *quo post obitum gloriosissimi Regis Guntchramni Childebertus Rex Aurelianensium Urbem adiit*, &c. Nec a Gregorii sententia Fredegarius in suo Chronico recedit. Et tamen Baronius *Guntramni* mortem differt usque ad annum DXCVIII. licet fateatur *Gregorium Turonensem* anno præcedenti ad Deum migrasse, qui ideo de *Guntramno* mortuo loqui non potuisset, si is usque ad annum DXCVIII. vitam prorogasset.

| JESU CHRISTI ANNUS 597. | GREGORII. PAP. ANNUS 8. | MAURITII IMP. ANNUS 12. |
|---|---|---|

I. *De Legatione Ep. Constant. ad S. Greg. Papam.*

ADest annus Redemptoris quingentesimus nonagesimus septimus Indictionis decimæquintæ, quo, mense Septembri inchoatur Gregorii Papæ annus Pontificatus octavus, absolvitur vero Mauritii Imperatoris undecimus, quo Cyriacus Constantinopolitanus Episcopus Responsales suos misit Romam ad sanctum Gregorium Papam, simulque Synodalem epistolam, qua tum fidei Catholicæ professio contineretur, tum etiam ipse communionem Catholicam expeteret, pacemque servari rogaret. Addidit litteras Mauritius Imperator ad eumdem Gregorium, quibus cum pluribus hortatus est ut missos a Cyriaco Episcopo Constantinopolitano Responsales susciperet, communioneque Catholica eosdem impertiret. Jam enim anno superiori (ut dictum est) reciproca fidei confessione simul communicaverant inter se Cyriacus Episcopus Constantinopolitanus atque Gregorius Papa. Præcedente igitur istiusmodi communicatione, Cyriaco visum est mittere debere ex more suos Romam ad Gregorium Pontificem Responsales, quos & commendatos voluit litteris ejusdem Mauritii Imperatoris.

II. *Qua ratione Responsales ad communionem recepti.*

Cum autem Responsales missi Romam pervenissent, eosdem Gregorius, ne quovis modo ipse auctor schismatis diffamari posset, benigne excepit, quos etiam interesse sacris Missarum solemniis passus est, impertiens eos communione Catholica; ita tamen ut assentiri noluerit Apostolicæ sedis Apocrisarium, qui degebat Constantinopoli, interesse sacris a Cyriaco celebrandis, nisi nomen Oecumenici invidiosum atque riaosum penitus tolleret atque aboleret. Hæc autem omnia breviter habet sanctus Gregorius in epistola quam scripsit ad sanctissimos Patriarchas Alexandrinum & Antiochenum, Eulogium scilicet, atque Anastasium, verbis istis (a):

*(a) Greg. l. 6. ep. 31. Ind. 15.*

III. *Charitas qua vobis valde constrictus sum, tacere me minime permittit: ut sanctitas vestra quæcumque apud nos aguntur, agnoscat, & falsis rumoribus non decepta, sua justitiæ, atque rectitudinis viam, sicut perfecte cœpit, perfectius teneat. Responsales siquidem fratris & coepiscopi nostri Cyriaci venientes, ejus ad me Synodicam detulerunt epistolam. Et quidem inter nos & ipsum (sicut vestra beatitudo novit) propter appellationem profani nominis est gravis discordia. Sed in causa fidei transmissos Responsales ejus existimavi esse suscipiendos; ne culpa elationis, quæ in Constantinopolitana Ecclesia pene contra omnes sacerdotes exorta est, dissensionem fidei & rixam Ecclesiasticæ faceret unitati. Eosdem vero Responsales, quia hoc omnino humiliter precabantur, Missarum solemnia mecum celebrare feci. Quia (sicut & serenissimo domino Imperatori nostro intimare studui) Responsales fratris & consacerdotis nostri Cyriaci mihi communicare debuerunt: quia, auctore Deo, in elationis errorem non ceciài. Meus vero diaconus cum prædicto fratre nostro Cyriaco Missarum solemnia celebrare non debet: quia per profanum vocabulum culpam superbiæ aut committit, aut sequitur: ne si (quod absit) procedit, ei in tali elatione posito vanitatem stulti nominis confirmare videamur. Eumdem vero fratrem admonere studui, ut se a tali elatione corrigat.* Hæc de rebus Romæ gestis cum legatis.

Quod vero spectat ad Synodalem epistolam a Cyriaco ad Gregorium missam anno superiori, in qua fidei Catholicæ professio scripta erat: cum in ea superflue damnationem apposuisset Eudoxii, Ariani hæretici sub Constantio Imperatore Episcopi Constantinopolitani: suspicionem haud levem Gregorio intulit, cum præsertim ipsum lateret, quisnam esset quem damnaret Eudoxium: magis vero, quod qui ejus meminisset Sozomenus, idem laudator esset mirificus Theodori Mopsuesteni haud pridem in Quinta Synodo condemnati. De iisdem certiores reddi voluit eosdem Orientalium sedium Patriarchas Eulogium & Anastasium. Quod autem Gregorius Sozomenum laudatorem fuisse tradit Theodori Mopsuesteni, recens quidam Aristarchus * sanctum Gregorium imperitiæ redarguit, quod scilicet non reperiatur id factum a Sozomeno, sed a Theodoreto. Sed quantum ipse erret, dum Gregorium errasse demonstrat, consule a nobis dicta in Notis ad Romanum Martyrologium. At quidni Gregorius suspectos habere debuisset Orientales, dum Joannes prædecessor Cyriaci pseudosynodum IV.

**Melchiorem Canum jure sugillat auctor.*

PAGIUS SÆC. VI. Olymp. 344. An. J.C. 1350.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 4090.

☉ 18. F. ☽ 9. P. 14. April. Indict. 15.

JESU CHRISTI 597.

GREGORII PAPÆ 8.

MAURICII IMP. 16.

Anno Eræ Hispan. DCXXXV. A.C. 597.

1. *Postconsulatus.*

IS annus hac formula notatus: *XV. post Consulatum Mauricii Tiberii Aug. solius XIII.* ut habet Chronicon Alexandrinum.

Pelagianismus sub titulo Ephesinæ Synodi redditus.

dum Ephesinam pro œcumenica videri poterat recepisse, rejectaque legitima, spuriam pro germana, & Nestorianorum conciliabulum pro Catholicorum conventu, dum Pelagianismi assertor factus est, qui in secundo canone ejusdem pseudo-Synodi a Nestorianis asseritur, sicque ex eo originale peccatum penitus negaretur? Quæ omnia significata voluit idem sanctus Gregorius dictis primarum sedium Patriarchis, ne damnatus Pelagianismi error per Constantinopolitanos Patriarchas iterum restitueretur.

V. Qui etiam ad ipsum Cyriacum Constantinopolitanum Episcopum (*a*) reddidit litteras, quibus admonuit, pacem & charitatem quam præseferret, fore inter se, si superbum nomen aboleretur; aliter minime fieri posse ut concordia mutua intercederet: nam hæc habet inter alia; *Oportet ergo ut mihi atque omnibus fratribus vestris ejusdem charitatis pulchritudinem in hoc primum opere monstretis, ut verbum superbiæ, per quod grave scandalum in Ecclesiis generatur, auferre festinetis: hoc modis omnibus implentes, quod scriptum est* (*b*): *Solliciti servare unitatem spiritus in vinculo pacis*. Et rursus (*c*): *Nullam occasionem dare adversario maledicti gratia. Tunc enim ostensa charitas vera est, si per typum superbiæ inter nos schisma non fuerit. Ego enim Jesum testem invoco in anima mea, quia a summo usque ad ultimum nulli hominum dare scandali occasionem volo*. Et inferius: *Ea ergo quæ novo modo introducta sunt, ipso ordine quo illata sunt, auferantur, & pax nobis illibata in Domino permanebit*. Reliqua vero per Anatolium, quem idem ad Imperatorem hoc anno Apocrisarium misit, ipsi significanda restatut.

(a) Greg. l.6. ep. 28. Ind. 15.

Quid Cyriacum Greg. admoneat.

(b) Eph. 4.

(c) 1. Tim. 5.

VI. Revocatus Sabinianus, missus Anatolius.

Hoc namque anno revocatum in Urbem Sabinianum diaconum, qui Apocrisarii munere Constantinopoli fungeretur, ex pluribus litteris ejusdem Gregorii, hoc anno datis apparet: missumque loco ipsius quem diximus Anatolium, dicta ad Cyriacum scripta epistola docet. Ad ipsum vero Mauritium Imperatorem, qui pro Cyriaco litteras dederat, alias Gregorius reddidit, quibus de Responsalibus Cyriaci benigne susceptis eumdem reddidit certiorem, atque hæc de causa ipsa breviter habet (*d*): *Eumdem fratrem & consacerdotem meum studiose admonere curavi, ut si habere pacem omnium concordiamque desideat, ab stulti vocabuli se appellatione compescat*. Subdit demonstrans magni esse momenti, quod frivolum esse ipsi Imperatori visum fuisset: ostenditque esse præcursorem Antichristi, qui superbum sibi nomen arrogat, & superextollitur super (*e*) omne quod dicitur Deus.

(d) Greg. l.6. ep. 30. Ind. 15.

(e) 2. Thess. 2.

VII. Dedit etiam eodem argumento litteras privatas seorsum hoc eodem anno ad Anastasium Patriarcham Antiochenum (*f*), cum ab eo per Sabinianum diaconum Romam redeuntem litteras accepisset ejusdem ferme argumenti cum iis quas scripserat Imperator, nimirum pro ejusmodi causa levissima schisma non esse conflandum: ad quem rescribens Gregorius post alia hæc habet: *Vos tamen eamdem causam nullam esse, dicere non debetis: quia si hanc æquanimiter portamus, universæ Ecclesiæ fidem corrumpimus. Scitis enim, quanti non solum hæretici, sed etiam hæresiarchæ de Constantinopolitana Ecclesia sunt egressi. Et ut de honoris vestri injuria taceam, si unus Episcopus vocatur Universalis, universa Ecclesia corruit, si unus universus cadit. Sed absit hæc stultitia, absit hæc levitas ab auribus meis, &c.*

(f) Greg. l.6. ep. 24. Indict. 15.

VIII. Graviori pariter perpendens lance tantæ rei momentum S. Eulogius Alexandrinus Episcopus, ad eumdem Gregorium Papam hoc eodem anno de prærogativa sedium gravem epistolam scripsit, quæ licet non extet, ex responsione tamen ab ipso Gregorio reddita, qualis fuerit, satis perspicue potest intelligi. Accipe ergo eam, quo quid in re maximi ponderis vir sanctissimus miraculis clarus ad Gregorium ipsum scripserit, recognoscas. Sic enim se habet (*g*):

(g) Greg. l.6. ep 37. Indict. 15.

IX. *Suavissima mihi sanctitas vestra multa in epistolis suis de sancti Petri Apostolorum Principis cathedra locuta est, dicens, quod ipse in ea nuncusque in suis successoribus sedeat. Et quidem ego indignum me esse non solum in honore præsidentium, sed etiam in numero stantium agnosco. Sed cuncta quæ dicta sunt, in eo libenter accepi, quod ille mihi de Petri cathedra locutus est, qui Petri cathedram tenet. Et cum me specialis honor nullo modo delectet, valde tamen lætatus sum, quia vos sanctissimi, quod mihi impendistis, vobismetipsis dedistis. Quis enim nesciat sanctam Ecclesiam in Apostolorum Principe soliditate firmatam, qui firmitatem mentis traxit in nomine, ut Petrus a petra vocaretur? Cui Veritatis voce dicitur* (*h*): *Tibi dabo claves regni cælorum. Cui rursus dicitur* (*i*): *Et tu aliquando conversus confirma fratres tuos. Iterumque* (*k*): *Simon Joannes amas me? pasce oves meas. Itaque cum multi sint Apostoli, pro ipso tamen principatu sola Apostolorum Principis sedes in auctoritate convaluit, quæ in tribus locis unius est. Ipse enim sublimavit sedem, in qua etiam quiescere & præsentem vitam finire dignatus est. Ipse decoravit sedem in quam Evangelistam discipulum*, Marcum videlicet, *misit. Ipse firmavit sedem*, Antiochenam videlicet, *in qua septem an-*

(h) Matt. 16.

(i) Luc. 22.

(k) Jo. 21.

De trib. sedibus S. Petri iisdemque majoribus

nis

*nit quamvis discessurus, sedit. Cum ergo unius atque una sit sedes, cui ex auctoritate divina tres nunc Episcopi præsident: quicquid ego de vobis boni audio hoc mihi imputo; si quid de me boni creditis, hoc vestris meritis imputate: quia in illo unum sumus, qui ait* (a): *Ut omnes unum sint, sicut & tu Pater in me, & ego in te, ut & ipsi in nobis unum sint.* Hæc de unitate quæ ex dilectione provenit, cum potestas in tribus distincta eadem ad unum caput præcipuum referatur. Habes hæc eadem de tribus sedibus Petri, ex quo collata est prærogativa Patriarchatus, superius ea Gelasio Papa dicta.

(a) Joa. 14.

X. De munusculis missis ab Eulogio. * Colatum.

In fine autem epistolæ de acceptis ab eo muneribus hæc habet Gregorius: *Suscepi*, inquit, *benedictionem sancti Evangelistæ Marci juxta Breve vestris epistolis insertum: Sed quia Collarum* * *ac Juritheum non libenter bibo, præsument Cognidium requiro, quod in hac Urbe, post multa tempora, vestra innotescere transacto anno sanctitas fecit. Nam nos hic a negotiatoribus nomen Cognidii & non substantiam comparamus.* Quid per Collarum, sive Colatum, vel Juritheum, atque Cognidium debeat intelligi (quod medicorum hæc sint potius) de his nobis rogantibus disseruit pluribus doctissimus Mercurialis, cujus variarum quæstionum elucidationes prælo datas propediem (ut putamus) accepturus eris.

XI. At Gregorius eidem Eulogio munuscula & ipse misit, de quibus ait: *Parvulam benedictionem de amatoris vestri S. Petri ecclesia sex minora Aquitanica pallia & duo oraria transmisi: quia enim multo diligo, etiam de parvis præsumo.*

Hæc Gregorius, qui plurimi fecit eumdem S. Eulogium, utpote qui his temporibus sedem illam sanctitate & doctrina mirifice illustraret: magno namque Dei beneficio post tot tenebras illuxerat infelici afflictatæ nimium Alexandrinæ Ecclesiæ tantum sidus matutinum, ipse sanctus Eulogius, qui eandem Ecclesiam, quam ab apro silvestri (de quo est in Psalmis (b)) depastam invenit, ac propemodum desolatam, viriliter in Evangelio laborans restituit: nam hæreticos ibi inventos, qui longævam ætatem duxissent errantes & in errorem mittentes, ad fidem Catholicam restituere conatus est. Cui ob eamdem causam congratulatus Gregorius, ista habet in dicta epistola: *Debitum salutationis alloquium persolvens, indico quia magno gaudio exulto, quod vos contra hæreticorum latratus assidue laborare cognovi: atque omnipotentem Dominum deprecor, ut beatitudinem vestram sua protectione adjuvet, quatenus per linguam vestram de sua sancta Ecclesia omnem radicem amaritudinis evellat, ne rursum germinans impediat multos, & per illam coinquinentur multi, &c.* Quomodo autem Agnoitarum plurimos ad Catholicam fidem converterit, suo loco pluribus.

(b) Psal. 79.

Eulogius Alex. Episc. laborat ad versus hæreticos.

XII. Curiosa & infructuosa petitio.

Rursum vero eidem nuncio Gregorius ad diversos litteras dedit, eo quod Sabinianus Apocrisarius inde Romam rediens, complures ab illis datas attulerat ad ipsum epistolas. Inter alia autem ad Gregoriam Augustæ cubiculariam, feminam æque piam ac nobilem, de certitudine salutis suæ litteris percontantem, ista prudenter ipse respondit (c): *Quod vero dulcedo tua in suis epistolis subjunxit, importunam se mihi existere, quoadusque scribam mihi esse revelatum quia peccata tua dimissa sunt; rem & difficilem etiam & inutilem postulasti: difficilem quidem, quia ego indignus sum, cui revelatio fieri debeat; inutilem vero, quia secura de peccatis tuis fieri non debes, nisi cum jam in die vitæ tuæ ultimo plangere eadem peccata minime valebis. Quæ dies quousque veniat, semper suspecta, semper trepida metuere culpas debes, atque eas quotidianis fletibus lavare, &c.*

(c) Greg. lib. 6. ep. 22. Ind. 15.

XIII. Reddidit pariter litteras ad Theotistem & Andream viros clarissimos, inter aulicos militantes quidem, sed professione cives sanctorum & domesticos Dei, qui tales essent, ut inter causarum turbines scirent Deo corde semper esse conjuncti. Nam ad eos ista S. Gregorius (d): *Quod in tanto tumultu causarum vestra excellentia posita, sacri verbi ubertate plena est, atque ad æterna incessanter gaudia suspirat, magnas omnipotenti Deo gratias ago: quia hoc in vobis esse impletum video, quod de electis patribus scriptum est* (e): *Filii autem Israel ambulaverunt per siccum per medium mare, &c.* Assidebant isti Augustæ, quæ horum consuetudine in dies magis virtutibus augebatur. Curam pariter gerebant Mauritii filiorum, de quibus ista S. Gregorius subdit: *Peto autem, ut parvulos dominos, quos nutritis, præcipue moribus instruere curetis; & gloriosos eunuchos, qui eis deputati sunt, admonete, ut ea illis loqui debeant, quæ eorum mentes in charitate circa se invicem & erga subjectos in mansuetudine compungant: ne si quid odii modo inter se conceperint, in aperto postea erumpat. Verba siquidem nutrientium aut lac dant, si bona sunt; aut venenum, si mala. Talia ergo nunc eis suggerant, quæ postmodum ostendant quam bona fuerint, quæ a nutritorum suorum ore suxerunt.* Reddit demum illis gratias de triginta libris auri pro redemptione captivorum per Sabinianum diaconum missis. Hos vero Gregorius ob egregiam pietatem magno dignos putavit esse munere præter alios, nempe clavi illa S.

(d) Greg. lib. 6. ep. 23.

(e) Exod. 14.

De educatione filiorum Imp.

Pe-

Petri quæ egregio miraculo corufcaverat, quam Autharit impius licet Rex Longobardorum Romam miferat ad Pelagium Papam ut fuo loco diximus: fed hic putamus eadem opportune repetenda, cum eam divino illuftratam miraculo Conftantinopolim Gregorius mittit, tamquam Dei virtutis nobile monumentum ob oculos femper habendum; ait enim: *Præterea benedictionem S. Petri Apoftoli clavem a facratiffimo ejus corpore tranfmifi, de qua videlicet clavi hoc eft geftum quod narro miraculum.*

XIV. Clavis S. Petri illuftrata miraculo.

*Dum eam quidam Longobardorum civitatem ingreffus in Trafpadanis partibus inveniffet, quia S. Petri clavis effet, defpiciens, fed pro eo quod eam auream vidit, facere fibi ex illa aliquid aliud volens, eduxit cultellum ut eam incideret. Qui mox cultellum, cum quo eam per partes mittere voluit, arreptus per fpiritum, fibi in gutture defixit, eademque hora extinctus cecidit. Et dum illic Rex Longobardorum Autharit atque alii multi ejus homines adeffent, & is qui fe percufferat feorfum mortuus, clavis vero hæc feorfum jaceret in terra: factus eft omnibus vehementiffimus timor, ut eamdem clavem de terra levare nullus præfumeret. Tunc quidem Longobardus Catholicus, qui fetbatur orationi & eleemofynis deditus Minulphus nomine vocatus eft, atque ipfe hanc levavit de terra. Autharit vero pro eodem miraculo aliam clavem auream fecit, atque eum eu pariter ad fanctæ memoriæ decefforem meum tranfmifit, indicans quale per eam miraculum contigiffet. Ipfam ergo veftræ excellentiæ tranfmittere ftudui, per quam omnipotens Deus fuperbientem & perfidum hominem peremit: ut per eam vos qui eum timetis & diligitis, & præfentem falutem & æternam habere valeatis.* Hæc Gregorius. Extat ad horum alterum nempe Andream, feorfum alia ejufdem Gregorii confolatoria epiftola hoc item anno data (a) de obitu Conftantiæ puellæ clariffimæ viro defponfatæ, hortaturque eum, ne implicet fe Imperatoriis negotiis, fed tranquillam ac quietam vitam a tumultibus longe pofitam ducere ftudeat. Dedit itidem Conftantinopolim alias litteras ad Theodorum (b) Imperatoris medicum, de quo plura fuperius, gratias illi agens de eleemofynis Romam ad fe miffis, puto pro redemptione captivorum, ut alii qui fupra feciffe nofcuntur. Quæ omnia cum ipfe Gregorius grato animo acciperet, dolebat tamen fe aliorum bonorum difpenfationi præfectum; ait enim: *Et quidem mihi, fateor, trifte eft aliena expendere, & fuper eas quas de fubftantia Ecclefiaftica habeo, adhuc etiam de rebus fanctiffimi filii domni Theodori rationes ponere.*

(a) Greg. lib. 6. ep. 26. Ind. 15.

(b) Greg. lib. 6. ep. 25. Ind. 15.

Mittit vero ad eum itidem clavem S. Petri, quæ intus haberet limaturam de catenis ipfius. Sed & ad Narfetem Patricium, de quo plura fuperius hominem maxime pium, alias dedit litteras (c), quibus eum in tribulationibus pofitum confolatur, xeniaque tranfmittit.

(c) Greg. l. 6. ep. 27. Ind. 15.

XV. Anaftafius Antioch. ab hæreticis gravia patitur.

Ad Anaftafium Abbatem in Palæftina monafterii, Neas appellati, alias (d) item litteras dedit, quibus eum hortatus eft ut cum Hierofolymorum Epifcopo pacem haberet. Puto fuiffe Novam Lauram, ita dictum monafterium famofiffimum in Actis S. Sabæ, necnon Euthymii, occupatum aliquando ab Origeniftis. Ad alium quoque Anaftafium, ad quem fupra, nempe Antiochenum Epifcopum, litteras (e) reddit hoc item anno, inchoata Indictione prima, roborans eum, ut in tribulationibus quas pateretur, ftrenue ageret: hæreticorum enim novis adinventionibus premebatur, maximoque angore animi tenebatur; de quibus hæc poft multa Gregorius: *Hic autem diebus (ficut invenio) nova hæreticorum bella confurgunt, de quibus veftræ beatitudini jam antea fcripfi, ita ut Prophetas, Evangelia, & dicta Patrum omnia evacuare moliantur. Sed permanente vita veftræ fanctitatis, in protectoris noftri gratia fperamus, quod eorum ora citius obmutefcant, quæ contra foliditatem veritatis aperta funt: quia & quamlibet acuti gladii mittantur, cum faxum feriunt, fracti refiliunt. Hoc autem magna Dei omnipotentis eft gratia, quod in ipfis, qui a fanctæ Ecclefiæ doctrina divifi funt, unitas non eft, quoniam (f) omne regnum in fe divifum non ftabit, & fancta Ecclefia fubtilius in fua femper eruditione inftruitur, dum hæreticorum quæftionibus impugnatur: ita ut aperte impleatur: quod per Pfalmiftam contra hæreticos de Deo dictum eft (g): Divifi funt ab ira vultus ejus, & appropinquavit cor illius. Nam dum ipfi in fuo pravo errore dividuntur, cor nobis Dei appropiat, quia eruditi adverfitatibus intellectum ejus fubtilius invenimus.* Hæc fanctus Gregorius tanto quidem Pontifice digna. Quinam autem hi fuerint hæretici, nobis incompertum eft: Subdit his vero, quanta iifdem temporibus a barbaris ipfe pateretur: ex quibus plane dignofcitur, pacem diu quæfitam, fæpe petitam, obice Exarcho, minime fuiffe adhuc cum Longobardis fancitam.

(d) Greg. l. 6. ep. 24. Ind. 15.

(e) Greg. l. 7. ep. 3. Ind. 1.

(f) Luc. 11.

(g) Pf. 54.

XVI. Gallican. Eccl. curat S. Greg.

At qui totius orbis præfectum fe fciebat Ecclefiis, non Orientalium dumtaxat rerum oportere effe folicitum fciens, ad Occidentales etiam deflexit obtutum, & adverfus monachos difciplinæ monafticæ defertores epiftolam fcripfit in Africam ad Dominicum Epifcopum Carthaginenfem (h). Sed & petunt interea pabulum a pa-

(h) Greg. l. 6. ep. 32. Ind. 15.

a pastore nobiles Gallicani: etenim eumdem, quem auribus præsentes audire non possent, ut scriptum codicem transmitteret, rogarunt Dinamius Patricius de quo supra, & Aurelia: quibus idem, factus omnia omnibus annuit (a): Brunichildæ itidem Reginæ istud ipsum a se exposcenti concessit, codicem ad eam pariter mittens, cui & scripsit epistolam (b), qua primum excusat, cur non miserit pallium ad Syagrium Episcopum Augustodunensem, quod scilicet non esset ab eo ante petitum: *Nam*, inquit, *prisca consuetudo obtinuit, ut honor pallii, nisi exigentibus causarum meritis, & fortiter postulanti dari non debeat.* Hæc ipse: sed & quod qui venerat ipsum accepturus, esset schismaticus, eidem dari minime debuisse affirmat. Serpserat idem error de Tribus capitulis in Ecclesiam Gallicanam, non quidem in viros prudentes, sed in eos qui vitæ solutissimi essent: nam accipe quid de his dicat ipse Gregorius, eamdem Reginam admonens.

(a) Greg. l. 6. ep. 33. Ind. 15.

(b) Greg. l. 7. ep. 5. Ind. 2.

XVII. *Præterea hos quos ab unitate Ecclesiæ schismaticorum error dissociat, ad unitatem pro vestra mercede studeat revocare concordia. Nam non ob aliud in ignorantia sua hactenus cæcitate volvuntur, nisi ut Ecclesiasticam fugiant disciplinam, & perverse habeant, ut voluerint, vivendi licentiam: quia nec quid defendant, nec quid sequantur intelligunt. Nos autem Chalcedonensem Synodum, de qua illi sibi pestifere nebulas excusationis assumunt, per omnia veneramur & sequimur; & si quis de fide ejus minuere aut addere aliquid præsumpserit, anathematizamus. Sed ita illos erroris labes imbibit, ut ignorantia suæ credentes, universam Ecclesiam atque omnes quatuor Patriarchas non ratione, sed malitiosa mente tantummodo refugiant: ita ut is qui ad nos a vestra excellentia missus est, cum quæreretur a nobis, cur ab universali Ecclesia separatus existeret, se ignorare professus sit: sed neque quid diceret, neque quid aliud audiret, voluit * scire.* Hæc Gregorius. Ex quibus plane intelligis, cur error sive schismatis, sive hæresis invalescet, nimirum ut per eam quem latiorem vident viam disciplinæ impatientes homines ingredi festinent, secundum Domini dictum: (c) *Lata est via, quæ ducit ad perditionem, & multi gradiuntur per eam.*

* valuit

(c) Mat. 7.

XVIII. Quæ in Galliis essent corrigenda Reginam admonet Gregorius.

Admonuit vero idem Gregorius eamdem Francorum Reginam, ut corrigere studeret pravos mores in Galliis accrescentes, illos vero præsertim, quos in ordinatione sacerdotum irrepsisse abusus demonstrat. Adjecit præterea, ut quæ apud aliquos vigeret in Gallia idololatria, penitus extirparet. Quænam essent hæc monstra iterum emergentia, idem docet his verbis: *Hoc quoque pariter hortamur, ut & cæteros subjectos vestros sub disciplina debeatis moderatione restringere, ut idolis non immolent, cultores arborum non existant, de animalium capitibus sacrificia sacrilega non exhibeant: quia pervenit ad nos, quod multi Christianorum & ad ecclesias occurrant, & (quod dici nefas est) a culturis dæmonum non discedant, &c.* Monet insuper ut coerceat populos diversis modis divinam indignationem desuper provocantes. Porro quod ad idololatriæ illud genus pertinet, immolare caput capræ dæmonibus Longobardorum fuisse superstitionem, alibi idem Gregorius docet (d).

(d) Greg. dial. l. 3. c. 28.

XIX. At non est quod adeo mireris, si idololatriam audis in Gallia alicubi iterum pullulare, cum in Italia prope ipsam Urbem ab aliquibus improbis in nonnullis revocatam esse, idem Gregorius testatur in litteris (e) ad Chrysanthum Episcopum Spoletanum, necnon & ad Agnellum Episcopum (f) Tarracinensem eodem anno datis. Id secum vexit bellorum jugis infestatio, ut cum remissio fieret Ecclesiasticæ culturæ, inter bonum semen ejusmodi zizania miscerentur.

(e) Greg. l. 7. ep. 2. Ind. 1.

(f) Idem l. 7. ep. 20. Ind. 2.

XX. Sed quos secuti sumus Roma in Angliam proficiscentes missos a Gregorio Papa anno superiori Augustinum & socios; quid ibidem in Apostolico ministerio sint operati, videamus: sed audiamus in primis, quid de his habeat gentilis ipso-

PAGIUS 11. S. Ethelbertus Cantii Rex religionem Christianam in Anglia restituit.

A num. XX. ad XXVIII. Anglo-Saxones religionem Christianam a Britannia proscripsere, quando eam invaserunt, sed *Ethelbertus* Cantianorum Rex fidem primo in eo Regno restituit, data suis potestate illius amplectendæ, & missis a S. Gregorio Viris Apostolicis ejusdem annunciandæ. Est porro *Cantium*, (seu Cantia Bedæ) Regio posita contra Galliam Belgicam, ab ea angustiore mari divisa, cujus caput *Durovernum*, vel Durobernium, seu Cantuaria, vulgo *Canterbery*. Annum rei gestæ docet nos Beda in Epitome, ubi ait: *Anno DXCVII. Venere Brittanniam præfati Doctores, qui fuit annus plus minus centesimus quinquagesimus adventus Anglorum in Brittanniam*, qui anno Christi superiori inchoatus est. Augustinus itaque cum sociis e Francia in Angliam hoc anno transfretavit. Plerosque Francos profectionis comites in Angliam fuisse docet Beda lib. 1. cap. 25. ita ut Augustinus in Cantium pervenerit cum sociis ferme quadraginta. Jampridem *Edilbertus*, vel *Ethelbertus* Rex multa audierat de Christiana religione; *Adilbergam* enim seu *Bertham* Chariberti Francorum Regis filiam in conjugem acceperat: *Antea fama*, inquit Beda, *ad eum Christianæ religionis pervenerat, utpote qui & uxorem habebat Christianam de gente Francorum Regia, nomine Bertham, quam ea conditione a parentibus acceperat, ut ritum fidei ac religionis suæ cum Episcopo, quem ei adjutorem fidei dederant, nomine Luidhardo, inviolatam servare licentiam haberet.* Erat Letardus, quem *Luidhardum* Beda vocat, Episcopus Silvanectensis in Gallia, ut tradunt Tho-

mas

(a) Bed. hist. gent. Angl. l. 1. c. 25. Aug. & soc. appulsus in Britanniam. ipsorum venerabilis Beda (a): *Roboratus ergo*, inquit, *confirmatione beati patris Gregorii Augustinus, cum famulis Christi qui erant cum eo rediit ad opus verbi, pervenitque in Britanniam. Erat eo tempore Rex Edilberthus in Cantia potentissimus, qui ad confinium usque Humbri fluminis maximi, quo Meridionales & Septemtrionales Anglorum populi dirimuntur, fines Imperii tetenderat. Est autem ad Orientalem Cantii plagam Tanetos insula non modica, id est, magnitudinis juxta consuetudinem æstimationis Anglorum, milliarium sexcentorum quam a continenti terra secernit fluvius Vantsumu, qui est latitudinis circiter trium stadiorum, & duobus tantum in locis est transmeabilis: utrumque enim caput protendit in mare. In hac ergo applicuit servus Domini Augustinus, & socii ejus viri (ut fertur) ferme quadraginta. Acceperunt autem, præcipiente beato Papa Gregorio, de gente Francorum interpretes. Et mittens ad Edilberthum, mandavit se venisse de Roma, ac nuncium ferre optimum, qui sibi obtemperantibus æterna in cælis gaudia, & regnum sine fine cum Deo vivo & vero futurum, sine ulla dubitatione promitteret.*

XXI. De conversione Anglorum. *Qui hæc audiens, manere illos in ea quam adierant insula, & necessaria ministrari, donec videret quid eis faceret, jussit: nam & antea fama ad eum Christianæ religionis pervenerat, utpote qui & uxorem habebat Christianam de gente Francorum regia, nomine Bertham quam ea conditione a parentibus acceperat, ut ritum fidei ac religionis suæ cum Episcopo, quem ei adjutorem fidei dederant, nomine Luidhardo, inviolatam servare, licentiam haberet. Post dies ergo aliquot venit ad insulam Rex, & residens sub divo jussit Augustinum cum sociis ad suum ibidem advenire colloquium. Caverat autem, ne in aliquam domum ad se introirent, vetere usus augurio, ne superventu suo si quid maleficæ artis habuissent, eum superando deciperent. At illi non dæmoniaca, sed divina virtute præditi veniebant, Crucem pro vexillo ferentes argenteam, & imaginem Domini Salvatoris in tabula depictam, litaniasque canentes, pro sua simul, & eorum propter quos & ad quos venerant, salute æterna, Domino supplicabant.*

*Cumque ad jussionem Regis residentes, verbum ei vitæ una cum iis qui aderant ejus comitibus prædicarent; respondit ille, dicens: Pulchra sunt quidem verba & promissa quæ affertis: sed quia nova sunt & incerta, non his possum assensum tribuere, relictis eis quæ tanto tempore cum omni Anglorum gente servavi. Verum quia de longe huc peregrini venistis, & ut ego mihi videor perspexisse, ea quæ vos vera & optima credebatis, nobis quoque communicare desideratis; nolumus molesti esse vobis, quin potius benigno vos hospitio recipere, & quæ victui vestro sunt necessaria, ministrare curamus: nec prohibemus, quin omnes quos potestis, fidei vestræ religionis prædicando sociatis. Dedit ergo eis mansionem in civitate Doroverneusi, quæ Imperii sui totius erat* XXII.



PAGIUS mas Sprottus Auctor Historiæ fundationis Monasterii S. Augustini Cantuariensis, & ex eo Gulielmus Thornus in suo Chronico cap. 2. licet nulla ejus mentio sit apud San-Marthanos in Episcopis Silvanectensibus. Harpsfeldius sect. 7. cap. 4. existimat, *Bertham & Letardum* Evangelicum negotium apud Ethelbertum post Augustini adventum promovisse. Verum *Letardum* jam hoc tempore demortuum fuisse, recte deducit Cointius anno DXCVI. num. XV. ex responsione Divi Gregorii ad octavam interrogationem Augustini, in qua testatur, nullum in Anglia tunc Episcopum fuisse præter Augustinum, quem sic alloquitur: *Et quidem etiam in Anglorum Ecclesia, in qua adhuc solus tu Episcopus inveniris, ordinare Episcopum non aliter nisi cum Episcopis potes.* Obiit *Letardus* anno incerto, sepultus uno eodemque in templo cum Sancto Ethelberto Rege, ac postea ob sacrum utrique exhibitum cultum eorum corpora fuere uni eidemque altari imposita. De Sancto *Letardo* legendus Henschenius ad diem XXIV. mensis Februarii, ubi de eo agit.

III. S. Augustinus Episc. ordinatur ab Archiepiscopo Arelatensi. Augustinus cum omnia sibi feliciter in Anglia succederent, rediit in Franciam, ut ab Episcopis Francis Episcopus ordinaretur: in Anglia enim, ut mox dixi, deerant Episcopi, quorum ministerio consecrari posset. Sanctus Gregorius M. in Epistola ad Eulogium Episcopum Alexandrinum, quæ tricesima est libri VII. data sequenti anno, *mense Junio Indictione prima,* de conversione Anglorum & Augustini Episcopatu ita loquitur: *Data a me licentia, a Germaniarum Episcopis Episcopus factus, cum eorum quoque solatiis ad prædictam gentem in fine mundi perductus est, & jam nunc de ejus salute & opere ad nos scripta pervenerunt; quia tantis miraculis vel ipse, vel hi qui cum eo transmissi sunt, in gente earum coruscant, ut Apostolorum virtutes in signis, quæ exhibent, imitari videantur. In solemnitate autem Dominicæ Nativitatis, quæ hac prima indictione transacta est, plusquam decem millia Angli ab eodem nunciati sunt fratre & coepiscopo nostro baptizati.* Sed in eo textu per *Germanias* Galliæ sunt intelligendæ, non quia *Galliarum* loco nomen *Germaniarum* perperam irrepsit, ut Baronius opinatur, sed, ut ait Cointius hoc anno num. XII. quia Franci sæpe dicti sunt *Germani* ab antiquis Scriptoribus, vel potius, quia Gregorius ad Episcopum Orientalem scribens, *Germaniarum* nomen Orientalibus notius & usitatius adhibuit. Jam ante Nativitatem Christi Augustinus consecratus fuerat Arelatis, ut scribit Beda lib. 1. cap. 27. ubi postquam capite superiori retulit, multos in Cantia unitati se sanctæ Christi Ecclesiæ credendos sociasse, ait: *Interea Vir domini Augustinus venit Arelas, & ab Archiepiscopo ejusdem civitatis Aetherio, juxta quod jussa sancti patris Gregorii acceperant, Archiepiscopus genti Anglorum ordinatus est, reversusque in Brittanniam,* &c. Quæ jussa cum ad

*metropolis, eisque ut promiserat, cum administratione victus temporalis, licentiamquoque prædicandi non abstulit. Fertur autem, quod appropinquantes civitati more suo, cum Cruce sancta & imagine magni Regis Domini nostri Jesu Christi, hanc litaniam consona voce modularentur: Deprecamur te, Domine, in omni misericordia tua, ut auferatur furor tuus & ira tua a civitate ista, & de domo sancta tua, quoniam peccavimus. Alleluja.*

XXIII. Ista ipse conspiciens, & respiciens ad eos qui hodie extant, Anglos a fide Catholica devios, compello eosdem nomine Romanæ Ecclesiæ verbis illis Apostoli (a): *Ipsi de nobis annunciant, qualem introitum habuerimus ad vos, & quomodo conversi estis ad Deum a simulacris servire Deo vivo & vero, & quomodo Evangelium nostrum non fuit in sermone tantum, sed in virtute in Spiritu sancto, in plenitudine multa.* Ita in memoriam revocans, a quo, per quos, & quomodo acceperint Evangelium, nempe a Romano Pontifice, per monachos, præcedente Crucis vexillo, & imagine Salvatoris: quorum omnium velut immemores, hæresum fascino dementati, Catholicæ Ecclesiæ hostes effecti, adhuc tamen gloriantur nomine Christiano, & jactant se esse Evangelii professores. O densa caligine offusas mentes, obscura nocte, cæco carcere, alta fovea mersas animas, super quas jam operuerit (b) puteus os suum, ut nullus penitus lucis radius licet pertenuis vel a longe iis effulgeat, ut hæc tanta ipsorum mala miseri videant? Quorum causa merito exclamandum cum Hieremia (c): *Obstupescite, cæli super hoc, & portæ ejus desolamini vehementer, dicit Dominus. Duo enim mala fecit populus meus: me dereliquerunt fontem aquæ vivæ, & foderunt sibi cisternas dissipatas, quæ continere non valent aquas.* Unde & factum est quod sequitur: *Super eum rugierunt leones*; egressi illi utique e portis inferi ad ponendam terram illam in solitudinem.

(a) 2.Thess. 1.

In recentiores Anglos hæreticos justa querela.

(b) Psal. 68.

(c) Hier. 2.

XXIV. Sed quid iis dictis Beda subjiciat, videamus: *At ubi*, inquit, (d), *sibi datam mansionem intraverunt, cœperunt Apostolicam primitivæ Ecclesiæ vitam imitari, orationibus videlicet assiduis, vigiliis, ac jejuniis serviendo; verbum vitæ quibus poterant prædicando; cuncta hujus mundi velut aliena spernendo; ea tantum quæ victui necessaria videbantur, ab eis quos docebant, accipiendo, secundum ea quæ docebant ipsi per omnia vivendo; & paratum ad patiendum adversa quæque vel etiam ad moriendum pro ea quam prædicabant veritate animum habendo. Quid? Crediderunt nonnulli, & baptizabantur, mirantes simplicitatem innocentis vitæ, & dulcedinem doctrinæ eorum cælestis.*

(d) Beda hist. Angl. l. 1. c. 26.

XXV. *Erat autem prope ipsam civitatem ad Orientem ecclesia in honorem sancti Martini antiquitus facta, dum adhuc Romani Britanniam incolerent, in qua Regina, quam Christianam fuisse prædiximus, orare consueverat. In hac ergo & ipsi primo convenire, psallere, orare, Missas facere, prædicare, & baptizare cœperunt, donec Rege ad fidem converso, majorem prædicandi per omnia & ecclesias fabricandi vel restaurandi licentiam acci-*

Primitivæ Eccl. vita redditur.

PAGIUS manus Bedæ non pervenissent, sed de his tantum mentio esset in documentis ad se transmissis, in errore de quo anno superiori egimus perstitit, & *Aetherium*, qui Lugdunensis Archiepiscopus erat, Ecclesiam Arelatensem tunc rexisse putavit; cum tamen certum sit, Ecclesiæ Arelatensi tunc *Virgilium* præfuisse.

IV. Augustinus, si Sprotto in Historia fundationis Monasterii S. Augustini Cantuariensis, & Guilielmo Thorno in suo Chronico fides, ordinatus fuit Episcopus *XVI. Kalendas Decembris*, idest, die decimo sexta mensis Novembris. Verum cum hoc anno is dies incidat in Sabbatum, & Episcopi nonnisi diebus Dominicis aut diebus solemnibus ordinarentur, aut ea consecratio die XV. Kalend. Decemb. quæ Dominicalis fuit, peracta, aut hujus temporariæ notæ ratio non habenda. Baronius *Ethelbertum* hoc anno ad fidem Christianam conversum & baptizatum fuisse existimavit, cui consentiunt Henschenius in ejus Vita ad diem XXIV. Februarii paragrapho 2. Commentarii prævii, & Cointius hoc anno num. XII. notantque illius conversioni diem *Pentecostes* adscripsisse Sprottum, & Thornum laudatos, atque Cointius id innuere Gregorium in Epistola ad Eulogium, verbis mox recitatis, & Bedam, si simul conferantur. Hic enim lib. 1. cap. 26. tradit, Rege ad fidem converso, plures ad audiendum verbum Dei confluxisse, ac fidem Christi amplexos esse. Henschenius putavit annum tum adhuc fluxisse DXCVII. præclare confirmare Gregorium Papam lib. 7. Epist. 30. Eulogio Episcopo Alexandrino scripta, in qua refert, *Augustinum Episcopum factum, vel hos qui cum eo transmissi sunt, tantis miraculis in gente Anglorum coruscare, ut Apostolorum virtutes, in signis, quæ exhibent, imitari videantur. In solemnitate autem Dominicæ Nativitatis, quæ hac prima indictione transacta est, plus quam decem millia Anglos baptizatos esse.* Convenit enim ea indictio I. in annum partim currentem, quo tot millibus baptismus collatus fuit; partim in sequentem, quo ea Epistola a S. Gregorio exarata. Sigebertus tamen in Chronico Augustinum hoc anno in Angliam missum tradit, & anno DXCIX. *Ethelbertum Regem cum gente sua baptizatum*, quem annum Regis baptismo adscribit Usserius in Indice Chronologico ad Antiquitates Ecclesiarum Britannicarum. Verum *Ethelberti* Regis baptismus ab hoc anno removeri non potest; cum Beda postquam lib. 1. cap. 26. ejus & plurium Cantianorum conversionem & baptismum narravit, capite sequenti tradat, interea *Augustinum* venisse Arelatem, & ab Aetherio Archiepiscopo ejusdem civitatis, Archiepiscopum genti Anglorum ordinatum esse, reversumque in Britanniam, ubi, ut habet Gregorius loco lau-

*Ethelbertus Cantii Rex hoc anno baptizatus est.*

*ciperent. At ubi ipse etiam inter alios delectatus vita mundissima sanctorum, & promissis eorum suavissimis, quæ vera esse, miraculorum quoque multorum ostensione firmarunt, credens baptizatus est; cœpere plures quotidie ad audiendum verbum confluere, ac relicto Gentilitatis ritu, unitati se sanctæ Christi Ecclesiæ credendo sociare. Quorum fidei & conversioni ita congratulatus esse Rex perhibetur, ut nullum tamen cogeret ad Christianismum, sed tantummodo credentes arctiori dilectione quasi concives sibi regni cœlestis amplecteretur. Didicerat enim & a doctoribus auctoribusque suæ salutis, servitium Christi voluntarium, non coactitium debere esse. Nec distulit, quin etiam ipsis doctoribus suis locum sedis eorum gradui congruum in Doroverniâ metropoli sua donaret, simul & necessarias in diversis speciebus possessiones conferret.* Hucusque Beda.

XXVI. Porro omnes hoc anno audientes verbum Dei, baptizatos esse sequenti Natalis Domini die primæ Indictionis, ipse sanctus Gregorius testatur in litteris sequenti anno mense Junio datis ad S. Eulogium Alexandrinum Episcopum, in quibus hæc de his habet (*a*):

(*a*) Greg. l. 7. ep. 39. Ind. 2.

XXVII. *Sed quoniam vere in bonis quæ agitis accrescit quod & aliis congaudetis, vestra vobis gratiæ vicem reddo, & non dissimilia nuncio. Quia dum gens Anglorum in mundi angulo posita in cultu lignorum ac lapidum perfida nunc usque remaneret, ex vestra mihi orationis adjutorio placuit, ut ad eam monasterii mei monachum in prædicationem transmittere, Deo auctore, debuissem. Qui data a me licentia, a Germaniarum Episcopis Episcopus factus, cum eorum quoque solatiis ad prædictam gentem in finem mundi perductus est; & jam nunc de ejus salute & opere ad nos scripta pervenerunt: quia tantis miraculis vel ipse, vel hi qui cum eo transmissi sunt, in gente eadem coruscant, ut Apostolorum virtutes insignis quæ exhibent, imitari videantur. In solemnitate autem Dominicæ Nativitatis, quæ hac prima Indictione transacta est, plusquam decem millia Angli ab eodem nunciati sunt fratre coepiscopo nostro baptizati:* Hactenus de his Gregorius ad Eulogium [illegible]. At vero quod superius dicitur, Germaniarum, puto corrigendum textum, ut dicat, Galliarum, sicut legisse noscitur Beda: & ratio persuadet, cum noscatur id factum in Galliis, per quas idem Augustinus transiit iturus in Angliam. Sed ex nuper dictis in eo corrigas Bedam, [illegible] dum post conversionem hanc factam Anglorum, subdit missum esse Augustinum ad Ætherium Episcopum Arelatensem in Galliam, ut ab eo Episcopus ordinaretur; id enim antea factum Gregorius docet, nec per Aetherium, qui non erat Episcopus Arelatensis, sed Lugdunensis: Virgilius enim his diebus præerat Arelatensi Ecclesiæ. Sed & ejusdem Gregorii (*b*) testificatione liquet, non Bertham, sed Adilbergam nomine dictam esse conjugem Regis Anglorum.

(*b*) Greg. l. 9. ep. 59. Ind. 14.

XXVIII. Conc. Toletanum. Jam vero res Hispaniarum invisamus. Hoc eodem anno, qui numeratur duodecimus Reccaredi Regis Hispaniarum, & Era sexcentesima trigesimaquinta, celebratum est in Hispania Concilium Toletanum ab Episcopis sexdecim, cujus tantummodo canones duo reperiuntur. De castitate enim a ministrantibus altari servanda vehemens admonitio facta est; nempe, ut si quis eam violaverit, non solum a gradu excideret, sed & duro carceri manciparetur, Patres iidem voluerunt.

XXIX. De obitu Antiochi Anachoretæ. Hoc quoque tempore Antiochus magnus anachoreta functus legatione ad Mauritium Imperatorem, re bene gesta, reversurus ad suos, ex hac vita migravit. Hujus meminit Georgius in Actis S. Theodori Siceotæ, verbis istis (*c*): *Eo tempore hospitio suscepit functus Theodorus divinum & sanctum virum eremitam* An-

(c) Extant apud Sur. to. 2. die 22. April.

PAGIUS laudato, *in solemnitate Dominicæ Nativitatis*, currente prima indictione, quæ hoc anno eo die obtinuit, plusquam decem millia Anglos baptizavit, cum jam Episcopus factus esset. Hinc enim apparet, non solum Regem hoc anno ante diem Christi natalem baptizatum esse; sed etiam *Augustinum* ante eumdem diem Britanniarum Antistitem consecratum.

V. Aliqua in Historia Missionis Anglicanæ corrigenda. Ex dictis etiam apparet, Baronium num. XXVI. & seq. recte quidem observasse, errasse Bedam, quando scripsit, *Augustinum ordinatum esse ab Aetherio Arelatensi Episcopo*; cum is tunc Lugdunensem Ecclesiam regeret, *Virgilius* vero Arelatensem, a quo idem Augustinus ordinationem accepit; sed in eo Baronium Bedam perperam redarguere, quod asseruit, *Augustinum* hoc anno ex Britannia in Galliam missum, ut ordinaretur, *cum noscatur*, inquit, *id factum in Galliis, per quas idem Augustinus transiit iturus in Angliam*. Quod enim ut notum Cardinalis doctissimus in medium adducit Augustinum nempe anno superiori, quo in Galliis fuit, ordinatum esse Episcopum, a nemine litteris proditum est, & omnes Historicos contrarios habet. Secundo, non bene etiam arguit *Bedam*, quod Reginam a Sancto Gregorio *Adilbergam* vocatam, *Bertham* appellaverit; nam neque *Beda*, qui in Magna Britannia vixit, & mortuus est, neque D. *Gregorius*, qui hoc anno tempore floruit, hujus Reginæ nomen ignorare potuere. Quare hinc tantum sequitur eam fuisse binominem. Tertio, Baronius in textu laudato Divi Gregorii, loco *a Germaniarum Episcopis Episcopus factus*, legendum perperam putat, *a Galliarum Episcopis*, &c. Galli enim vocati *Germani*, ab Orientalibus præsertim, ut supra dixi. Porro mirum videri non debet, quod divus *Gregorius* in laudata ad Eulogium Pa-

*Antiochum, qui Constantinopoli in Orientem revertebatur: venerat enim legatus ad Mauritium Imperatorem, ne illi Synophrum oppidum a barbaris direptum commendaret.* Magnæ hic inter omnes Orientales sanctitatis fama vigebat, quem idem auctor ita describit: *Erant huic supercilia densa atque conjuncta, cana barba, & capitis coma lanæ instar candida & ad ilia usque protensa, similiter & barba, ungues perlongi. Ad centesimum annum pervenerat: sexagiata annorum spatia nec vinum, nec oleum, nec aliud hujusmodi gustaverat: triginta jam annis panem non comederat: oleribus crudis cum sale & aceto vescebatur: aquam bibebat. Hujus fama ad Theodorum, & Theodori ad ipsum pariter, Deo patefaciente, pervenerat. Et justus ille quidem dicebat discipulis suis de sancto Theodoro Episcopo, se talem virum sanctum ad eum usque diem non invenisse, sibi enim ipsius vitæ instituta esse a Deo patefacta. Beatus Theodorus vicissim ita de ipso cum fratribus loquebatur, ut in tota Orientis eremo tam dignum Dei servum vidisse, aut audisse se diceret neminem.*

*Qui autem hæc audiebant, e fimbria vestimentorum ejus aliquid religionis gratia capiebant: cumque mansionis fratres ad eum venerandum accederent, eos reprehendebat, & per interpretem recusabat: Cur, inquiens, cum talem stellam & sanctum Dei Apostolum habeatis, ad me agrestem & vilem atque nullius pretii hominem venerandum accedistis? Ad ipsum vere laudabilem & admirandum sanctumque virum colendum vos convertite, qui divinam in mundo vitam agit, & cupiditates in se proterit, & doctrina sua multos ad Deum convertit. Cum autem vespera advenisset, facto divino sacrificio accubuerunt, ut parvo & solito cibo vescerentur. Postea voluit S. Theodorus (ut erat solitus) hospiti pedes lavare, sed ille non permisit: mutuo igitur manus lavarunt. Postridie vero mane festinabat Dei servus exire, & iter suum perficere. Quod cum B. Theodorus animadverteret, & obitum ejus propinquum esse divinitus sciret, idque apud se fieri cuperet: rogabat eum, ut itineris labore fessus quiesceret. Ille contra obsecrabat, ut se dimitteret: Instat, inquiens, mihi e corpore migratio; & idcirco festino, ut in cellula mea mature concedam. Egressus igitur beatus Theodorus, comitatus est eum Anastasiopolim usque, & afflictiones ac sollicitudines, quas in Episcopatu sustineret, patefecit, quibus instituta vitæ ratio & monasteriorum suorum cura interrumperetur: rogans eum, ut quid sibi agendum esset, consuleret, & utrum relicta Episcopatus dignitate, monasticæ tantum ordini deberet incumbere. Ille vero id quam celerrime faciendum censuit, ne apud Deum damnandus esse videretur.*

*Sanctus autem Theodorus suum illi jumentum, fratremque dedit, qui illum, quousque vellet, comitaretur. Mutuo igitur salutantes & complectentes, discesserunt. Et S. Theodorus in Episcopium reversus, dixit eum celerius e vita migraturum, quam ad locum suum posset pervenire.*

PAGIUS

Patriarcham Alexandrinum Epistola *Ædilberti* Regis baptismi non meminerit; sed hinc colligendum, Divum Gregorium aliis literis in Orientem missis Regis conversionem nunciasse; quæ tamen, sicuti & aliæ multæ hujus Sancti Pontificis ad nos non pervenere.

VI. *Primi Reges Christiani Cantiæ & triplicis Saxoniæ.*

Quia vero Magna Britannia, postquam a Saxonibus & Anglis occupata fuit, paulatim in septem Regna distracta est, quorum Reges diversis temporibus post Missionem Gregorianam, fidem Christianam amplexi sunt, & tam de Regibus illis, quam de regnis sæpius nobis mentio facienda erit; ut Annales Ecclesiasticos majori cum fructu illustremus & suppleamus, *Heptarchia* seu septem illorum regnorum divisio hic proponenda, loca hujus Operis, in quibus ea explicantur, nomina primorum Regum Christianorum cujuslibet regni, & tempora quibus singuli fidem suscepere, indicanda. *De Jutarum Origine sunt Cantuarii & Vectuarii hoc est ea gens, quæ Vectam tenet insulam*, inquit Beda, & hi Regnum *Cantii* instituerunt, cujus primaria Urbs Duroverum sive Cantuaria. *Ædilbertus* seu *Æthelbertus* primus ex Cantii Regibus fuit, qui ab idolis ad Christi castra hoc anno transiit, fuitque potentissimus; nam ad confinium usque Humbri fluminis maximi, quo Meridiani & Septentrionales Anglorum populi dirimuntur, fines Imperii tetenderat, ut scribit Beda lib. 3. cap. 25. *Saxones* tria regna instituerunt, Regnum Orientalium Saxonum, Meridianorum Saxonum, & Occiduorum Saxonum. *Sebertus* seu Saberthus primus ex Orientalibus Saxonibus Rex extitit, qui regnum illud baptismo illustravit anno DCIV. ut eo anno ostendam, ubi & de hujus regni limitibus agam. *Edilwachius* Rex Meridianorum seu Australium Saxonum, qui etiam dicti sunt *VVestsaxones*, & eorum provincia Westsaxia, ultimus e Regibus Heptarchiæ fidem amplexus est, idque anno DCLXI. ut anno DCLXXXI. monstrabo. *Cynigilsus* Occidentalium Saxonum seu Gevissarum Rex anno DCXXXV. Christum professus est, ut eo anno dicam.

VII. *Primi Reges Christiani Angliæ Orientalis Merciæ, & Northumbriæ.*

*Angli* tria pariter regna instituerunt, Regnum Orientalium Anglorum, Regnum Merciorum seu Anglorum Mediterraneorum, & Regnum Nordanhymbrorum. *Carpualdus* seu *Erpenvaldus* Orientalium Anglorum Rex baptismo lustratus est anno DCXXVIII. aut insequenti, ut videre est anno DCXXVII. quo de eo agit Baronius. *Merciis* anno DCLIII. ut ibidem narrabo, Christianæ fidei Sol illuxit, *Peada* Principe ad Christum converso. In Northumbriam *Eduinus* Rex fidem Christianam invexit anno DCXXVII. ut eo anno exponam. Dum porro surgebat Anglo-Saxonica Ecclesia, & suæ lucis radios longe lateque proferebat, Britanni in *Cambriam* seu *VValliam* retrusi, & miseriis ac calamitatibus oppressi fidem Christianam conser-

*nire. Quod & factum est: paucis enim diebus post nunciatum est, cum in via mortuum esse.* Hactenus de Antiocho auctor, quem diversum ab illo Antiocho item monacho & Abbate Lauræ in Palæstina fama celebri scias, qui eodem ferme tempore, nempe sub Heraclio Imperatore & Cosrhoe Persarum Rege vixit clarus inter scriptores Ecclesiasticos, cujus sunt sermones de diversis centum triginta & Exomologesis.

Qui

PAGIUS varunt, sed in *ritu de Paschate*, aliisque quibusdam ab universali Ecclesia diffidebant. Quia vero in fide antiquiores, & totius Insulæ vere Domini, nec nisi Saxonum injuria pulsi, regnoque & Provinciis exuti fuerant, ita ab illis abhorrebant, ut non solum manum cum *Augustino* jungere, & docere Anglos recusarint? sed etiam fidem illis, & sacramenta inviderint, ut Beda lib. 2. cap. 22. cæterique Scriptores Angli affirmant. Quæ omnia suis locis, quanta diligentia & brevitate fieri poterit a nobis declarabuntur.

I. QUi sequitur ordine temporis annus Domini quingentesimus nonagesimusoctavus numeratur Indictionis primæ, quo & absolvitur Mauritii Imperatoris annus duodecimus, & Gregorii Papæ inchoatur nonus: cum Eulogius Alexandrinus Episcopus de conversione hæreticorum magnum proventum in Ecclesiam intulit, deque his reddidit certiorem sanctum Gregorium Papam. Perveniens autem nuncius Romam, Gregorium invenit ægrotantem; qui adhuc eodem morbo laborans, ad eumdem ista rescripsit (a):

(a) Greg. lib. 7. ep. 30. Ind. 1.

II. De conversione hæreticorum Alexandriæ facta.

*Communis filius præsentium lator sanctitatis vestræ scripta deferens, ægrum me reperit, ægrum reliquit. Qua ex re contigit, ut ad largum vestræ beatitudinis fontem, brevis epistolæ me vix parva potasset aqua refudare. Superni autem muneris fuit, ut in dolore corporis positus suavissima vestræ sanctitatis scripta susciperem, quæ me de doctrina Alexandrinæ Ecclesiæ, de conversione hæreticorum, de concordia fidelium sublimiter lætificaret: quatenus ipsa mentis lætitia immanitatem mihi molestiæ temperaret. Et quidem de bonis vestris nova semper exultatione gaudemus: sed tamen ita vos perfecte agere, nova esse nullo modo deputamus. Quod enim crescit sanctæ Ecclesiæ populus, quod ad cæleste horreum spiritales segetes multiplicantur, hos de omnipotentis Dei gratia, quæ in beatissimis vobis large influit, numquam habuimus incertum. Gratias itaque omnipotenti Deo solvimus, quia impletum videmus in vobis esse, quod scriptum est (b): Ubi plurimæ segetes, ibi manifesta fortitudo bovum. Si enim bos fortis aratram linguæ in terram cordis audientium non traxisset, tanta fidelium seges minime surrexisset.* Hæc de his Gregorius, qui viceversa de conversis Anglis, iisdemque die Natali Domini baptizatis eumdem Eulogium reddidit certiorem. Sicque secundum illud Davidicum (c): *Dies diei eructat verbum*: vir Apostolicus Apostolico viro de bono thesauro suo profert bona, simulque ambo exultantes proferunt ex lacrymarum semento manipulos suos.

(b) Prov. 14.

(c) Psal. 18.

III. Expostulat autem amice in fine epistolæ ipse Gregorius, quod quasdam apposuisset in suis litteris Eulogius voces, quibus Gregorium ipsum ut dominum fuisset allocutus, & quod in epistolæ inscriptione universalem Pontificem appellasset: ad hæc enim ipse: *Indicare quoque vestra beatitudo studuit, jam se quibusdam non scribere superba vocabula, quæ ex vanitatis radice prodierunt, nimirum cum scriberet ad Cyriacum Episcopum Constantinopolitanum, titulum non apponere Universalis. Et mihi loquitur, dicens: Sicut jussistis. Quod verbum jussionis, peto, a meo auditu removere: quia scio qui sum, & qui estis: loco enim mihi fratres estis, moribus patres. Non ergo jussi, sed quæ utilia visa sunt, indicare curavi.* Hæc ipse.

Noluit Gregorius videri jussisse.

IV. At quibus bonus Christi odor male olet, & fœtor suavitatem exhalat, in malam partem istam animi submissionem Novatores arripiunt, quasi omnium præ cæteris attribuerit sibi Gregorius primatum & jubendi auctoritatem. Verum si compertas habuissent hujusmodi quas ipse sibi servandas & aliis pastoralis regiminis regulas præscripsisset, talia de Gregorio dicere omnino erubuissent. Hæc enim sui Pontificatus initio ad quatuor simul scripserat Patriarchas, cum qualiter se gerere debeat Episcopus, eos docet his verbis (d): *Rursus jam me ad considerandum confero, qualis in humilitate, qualisque esse rector debeat in districtione: perpendo quoniam necesse est, ut & bene agentibus sit per humilitatem socius, & contra delinquentium vitia per zelum justitiæ erectus: quatenus & bonis in nullo se præferat, & cum pravorum culpa exigit, prioratus sui potestatem agnoscat: ut & honore suspenso, æqualem se subditis bene viventibus deputet, & contra perversorum culpas ex zelo justitiæ excrescat.* Quod & factum a Petro docet, cum subdit: *Hinc est namque, quod Petrus auctore Deo sanctæ Ecclesiæ principatum teneat, a bene agente Cornelio, & sese ei humiliter prosternente, immoderatius venerari recusavit, seque illi similem recognovit, dicens: (e) Surge ne feceris, & ego homo sum. Sed cum Ananiæ & Saphiræ (f) culpam reperit, mox quanta potentia super cæteros excrevisset, ostendit.* Et paulo post de Paulo ista: *Hinc est quod Paulus bene agentibus fratri-*

(d) Greg. l. 1. ep. 24. Ind. 9.

Quibus se æqualem, quibus se prælatum ostendat Episcopus

(e) Act. 10.

(f) Act. 5.

---

PAGIUS SÆC. VI. Anno Eræ Hisp. DCXXXVI. A. C. 598.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6091.

☉ 19. L. ☽ 11. P. 30. Mart. Indict. 1.

JESU CHRISTI 598.

GREGORII PAPÆ 9.

MAURICII IMP. 17.

I. Postconsulatus.

IS annus hac formola notatus: *XVI. Post Consulatum Mauricii Tiberii Aug. solius XIV.* ut legitur in Chronico Alexandrino.

*tribus prælatum se esse nesciebat, cum diceret (a): Non quia dominamur fidei vestræ, sed adjutores sumus gaudii vestri. Ad quæ illico adjunxit: Fide enim statis. Ac si id quod prætulerat, aperiret, dicens: Ideo non dominamur fidei vestræ, quia fide statis: æquales enim vobis sumus, in quo vos stare cognoscimus. Quasi prælatum se esse fratribus nesciebat, cum diceret: (b) Facti sumus parvuli in medio vestrum. Et rursum: (c) Nos autem servos vestros per Christum. Sed cum culpam, quæ corrigi debuisset, invenit: illico se magistrum esse recoluit, dicens (d): Quid vultis? in virga veniam ad vos? Summus itaque locus tunc bene regitur, cum is qui præest, vitiis potius quam fratribus dominatur. Bene acceptam potestatem regit, qui & tenere illam novit, & impugnare. Bene hanc regit, qui scit per illam super culpas erigi, scit cum illa cæteris in æqualitate componi. Sic autem servanda est virtus humilitatis, ut non solvantur jura regiminis, &c.* Hæc eadem pluribus in commentario quem de cura Pastorali conscripsit (e). Quæ quidem a se scripta, & aliis servanda proposita, ipse sibi custodienda in primis adhibuit: ut non adeo mireris si ad Eulogium virum sanctissimum de Ecclesia Catholica adeo benemerentem litteras scribens, noluit videri ipsi prælatus.

(a) 2. Cor. 1.
(b) 1. Thes. 5.
(c) 2. Cor. 4.
(d) 1. Cor. 4.
(e) Greg. Pastor. p. 2. c. 6.

V. Sed audi majora nuper dictis congruentia de immensa Gregorii humilitate ita apud Sophronium scripta (f): *Pervenimus*, inquit, *ad Abbatem Joannem Persam. Narravit nobis de Gregorio beatissimo Romanæ urbis Episcopo, dicens: Cum venissem Romam, ut adorarem ad sepulcrum Apostolorum Petri & Pauli, staremque die quadam in medio civitatis, audio Papam Gregorium per illum locum transiturum. Cogitavi itaque adorare illum. Cum autem prope me esset Papa, videretque me progredi ut adorarem illum (loquor teste Deo, fratres) primus ipse prostravit se humi coram me, neque ante surrexit, quam me primo surrexisse cerneret: & cum multa humilitate salutans me manu sua mihi tria numismata tradidit, jubens mihi dari quæcumque erant necessaria. Glorificavi itaque Deum, quod tantam illi contulerat humilitatem & misericordiam & charitatem ad omnes.* Hæc ibi. Dum autem Joannis Abbatis nomen audio, ad memoriam revocatur Joannes ille Montis Sinai monasterii Abbas, num iste sit ille ad quem sanctus Gregorius litteras dedit, eleemosynasque misit, quem pro se orare litteris (g) exoravit.

(f) Prat. Spir. c. 151.
Insigne exemplum Gregorii humilitatis.
(g) Greg. l. 12. ep. 16. Ind. 7.

VI. Habes igitur & factis & scriptis verbis S. Gregorii ab ipso iterum repetitis plus satis expressum ejusdem verborum sensum, ut intelligas, quam procul abhorreant a mente ipsius, & aberrent a veritate, qui Apostolicæ sedis non novisse primatum ipsum Gregorium, sicut impie, ita mendaciter asserunt. In quam etiam sententiam & illa accipe verba ejusdem Gregorii in epistola ad Joannem Episcopum Syracusanum, cum hæc ait: (h) *Quod se dicit sedi Apostolicæ subjici: si qua culpa in Episcopis invenitur, nescio quis ei Episcopus subditus non sit: cum vero culpa non exigit, omnes secundum rationem humilitatis æquales sunt.* Habes igitur multipliciter ex Gregorii verbis sensum Gregorii expressum. Quod vero spectat ad oblatum titulum Universalitatis, quem respuit, de his consulas quæ alia occasione superius dicta sunt.

(h) Greg. l. 7. ep. 64. Ind. 2.

VII. Scripsit quoque hoc anno Gregorius (i) ad eumdem Eulogium alias litteras, cum ille a Gregorio petiisset Roma transmitti sibi Eusebii commentarium de Martyribus, quem non repertum Romæ in archivo, neque in bibliothecis, affirmat. Quæ vero haberentur Romæ de Martyribus scripta, ita significat: *Nos autem pene omnium martyrum distinctis per dies singulos passionibus collecta in uno codice nomina habemus, atque quotidianis diebus in eorum veneratione Missarum solemnia agimus. Non tamen in eodem volumine quis qualiter sit passus indicatur, sed tantummodo nomen, locus, & dies passionis ponitur.* Hæc de his Gregorius, alludens ad Martyrologium, quod Romanum dicimus, de quo non pluribus suo loco in ejusdem Martyrologii Notas præfati sumus.

(i) Greg. l. 7. ep. 29. Ind. 2.
Requiritur liber Eusebii de martyribus a Gregorio.

VIII. Dum in his esset Gregorius, hoc anno pace cum Agilulpho Rege Longobardorum diutius tractata, sæpius impedita, tandem ut ad tempus fœdus iniretur, obtinuit, spem accipiens, ut pax etiam sanciretur, atque ab ipso Rege subscriberetur. Qua de re ne sub velamento pacis aliquid tractaretur infaustum, Gregorius suos in diversis locis positos, ut vigilarent, admonuit: ad Joannem enim Calaritanum in Sardinia Episcopum scribens, hæc ait (k): *Cognoscatis autem Abbatem quem ad Agilulphum ante multum jam tempus transmisimus, pacem cum eo, Deo propitio (quantum nobis ab excellentissimo Exarcho scriptum est) ordinasse. Et ideo quousque pacta de confirmatione pacis ipsius conscribuntur (ne forte hostes nostri in hac dilatione ad partes illas iterum valeant accedere) murorum vigilias & sollicitudinem in locis omnibus facito adhiberi. Et confidimus in Redemptoris nostri potentia, quia adversariorum nobis incursus vel insidiæ denuo non nocebunt.* Eadem ad eumdem alia epistola (l) refricat, ut in locorum custodia invigilare solicitius debeat, ne tempore fœderis consummato, pace nondum

Pax facta, sed nondum subscriptione munita.
(k) Greg. l. 7. ep. 2. Ind. 2.
Gregorius solicitus de custodia civitatum.
(l) Greg. l. 7. ep. 3. Ind. 2.

firmata, aliquid mali patiantur a Longobardis. Sic & ad Agnellum Tarracinæ Episcopum scripsit (a) ut civitatem diligenter custodiendam curaret, nec a custodia murorum voluit excusari homines Ecclesiasticos: ait enim: *Quia vero comperimus, multos se a murorum vigiliis excusare: sit fraternitas vestra solicita, ut nullum neque per nostrum vel Ecclesiæ nomen, aut quolibet alio modo defendi a vigiliis patiatur, sed omnes generaliter compellantur, quatenus cunctis vigilantibus, melius, auxiliante Domino, civitatis valeat custodia procurari.* Hæc ad eum Gregorius.

(a) Greg. l.7. ep.20. Indict. 2.

IX. Quid (compello te) cum in his curandis quæ sunt Præsidum & Præfectorum, Dei sacerdotem occupatum vides, existimas? Num dices in Rom. Ecclesiæ potestate fuisse illa loca, quæ propter Longobardos custodiri mandavit? Non puto, cum probe scias iisdem locis ab Imperatore dari consuevisse Præfectos. At quid hoc est? Illud plane ut sanctissimi viri quietis licet & silentii omnium amantissimi exemplo discas, non ita præfectos Ecclesiis a Deo Præsules, ut spiritualia tantummodo curent, sed & temporalia, si necessitas urgeat, & charitas persuadeat, atque arma etiam capessant, quibus ingruentia mala propulsent, nisi adsit alia via, quam magis sequi debeant, ut Ecclesiasticæ mansuetudini sit æque prospectum; qua deficiente, armis licite rem agere liceat, quibus Respublica ab ingruentibus barbaris sit defensa: ut ab ipso S. Gregorio factum intelligis, qui non solum quæ Urbis essent, solicite a barbaris custodiret, sed & longe posita loca, & in Insulis consistentia, eadem vigilantia, non secus ac magister militum atque Imperator exercitus, Pontificia jussione absque dispendio sacerdotalis modestiæ & mansuetudinis pro facultate defenderet. At num illi tunc ab aliquo exprobatum, ac dictum: Desine, sacerdos, quæ sunt Præsidum curare: tuum est offerre hostias pro peccatis, non tibi curæ esse barbaris armis obsistere, sed precibus eos superare debes esse solicitus: aliena hæc sunt penitus a sacerdote. Sed nemo est inventus qui hæc obiiceret, vel prohiberet, cum posset: & licet Imperator ipse atque Exarchus Italiæ (ut sæpe vidimus infenso in eum essent animo; nemo tamen aliquando de his ausus est negotium ipsi vel leve facessere, quod jure facere certo scirent: adeo ut in regali sacerdotio Christi etiam ejus hostes regiam venerarentur auctoritatem.

Curat Pontifex temporalia etiam.

X. De Probo Abbate. Sed his missis, de Probo Abbate conciliandæ pacis cum Longobardis sequestre pauca agendum. Tantam in homine prudentiam sensit esse Gregorius, ut hunc ipsum prius fecerit Abbatem, quam monachum. Nam audi quid ipse in libello oblato Synodo dicat (b): *Quadam autem die, dum inter alios ad obsequium domini mei fuissem ingressus, subito atque inopinate introire in monasterium, atque ut onera Abbatis debuissem suscipere, præcepistis.* Sed de his ipsum audi Gregorium, qui de eo hæc est locutus in Synodo: *Quadam die dum de ordinando monasterio, cui præesse dignosceris, cum nostris filiis tractaremus, atque diu aptam personam huic officio quæreremus: ex improviso te ingrediente, cordi nostro & eorum qui nobiscum ad tractandum aderant, subito natum est, ut te illic Abbatem, Deo propitio, constituere deberemus.* Hæc de Probo: reliqua vero de pace cum Longobardis dicemus anno sequenti.

(b) Greg. l.9. ep.22. Ind. 4.

Hoc anno perlatum esse nuncium Romam de victoria adversus Sclavinos, sive Sclavos populos, testatur S. Gregorius in epistola (c) ad Basilium. Quomodo autem hæc se habuerint, ex Theophane in Miscella (d) sub anno undecimo, & duodecimo Imperatoris narrantur his verbis: *Undecimo anno Imperii Mauritii idem Imperat. Priscum cum omnibus Romanicis potentatibus ad Istrum fluvium misit, at Sclavinorum nationes transire prohiberet. Quo apud Dorostolon habito Gajanus comperit: qui legatis ad eum directis, calumniam inferebat Romanis exordium dantibus belli. Priscus autem excusabat, quod non venerit adversus barbaros belligeratum, sed quod ad Sclavinorum nationes a Principe fuerit destinatus. Audiens autem Priscus, quod Ardagastus multitudines Sclavinorum ad prædandum disperserit, transiens Istrum media nocte inopinate Ardagastum adortus est. At vero Ardagastus discrimine senso, nondum conscenso equo, vix salvus evasit. Romani multitudine Sclavinorum occisa, & Ardagasti regione eversa, prædam copiosam captam Byzantium per Tamererem direxerunt, &c.* Lætitiam magnam factam Constantinopoli his auditis, & Deo gratias hymnis actas, affirmat. Porro qui hæc de victoria adversus Sclavinos Gregorium litteris certiorem reddidit, idem etiam adjecit, complures schismaticos ad sanctæ Ecclesiæ Romanæ communionem festinare: quamvis promulgasset de his edictum Imp. Mauritius, ne schismatici inviti cogerentur ad Ecclesiæ Catholicæ communionem redire, ut ipse testatur Gregorius sequenti epistola ad Marinianum: quod quidem contra prædecessorum Imperatorum edicta adversus schismaticos Donatistas sæpe prolata, liquet fuisse ab Imperatore decretum.

XI.

(c) Greg. l.7. ep.9. Ind. 2.
(d) Miscell. l.17.

XII. *De hæreticis Thessalonicæ obortis reprimendis.* Quem vero resipiscentium solus exhilarat, statim lapsus affligit. Ex eminenti enim, qua spectat orbem, specula intuens sanctissimus papa, duos in errorem lapsos hæreticæ pravitatis in Oriente conspicit, quos magna solicitudine ad Catholicæ fidei veritatem revocare festinat. Malum hoc in Ecclesia Thessalonicensi obortum dolens, litteras (*a*) dedit ad Eusebium ejus Ecclesiæ Archiepiscopum, ut antequam latius serpat venenum, vel putrida abscindat membra, vel revocet ad salutem. Lucas enim ejus Ecclesiæ presbyter una cum Petro quodam præfricta fronte jactare non erubescebat, se non suscipere sacrosanctum Chalcedonense Concilium: quæ tanta blasphemia grave intulit scandalum reliquis ejusdem Ecclesiæ Orthodoxis, qui de his questi apud Rom. Pontificem fuisse videntur, cum ab Episcopo id negligi cernerent: quem acerrimis litteris adversus scelestos illos idem S. Gregorius excitavit.

(*a*) *Greg. l. 7. ep. 7. Ind. 1.*

XIII. Eodem quoque anno dilectione plenas officiosasque litteras idem Gregorius reddidit ad Dominicum Carthaginensem Episcopum, qui ex more reverentia plenas & honoris obsequiis cumulatas litteras ad ipsum Gregorium scripserat, inter alia enim hæc ad ipsum Gregorius: *Scientes præterea unde in Africanis partibus sumpserit ordinatio sacerdotalis exordium, laudabiliter agitis, quod sedem Apostolicam diligendo, ad officii vestri originem prudenti recordatione recurritis, & probabili in ejus affectu constantia permanetis. Certum quippe est, quia vestro honori additis, quicquid reverentiæ ac devotionis ordini sacerdotali exhibetis.* Quo etiam anno Paulum (*b*) Episcopum Africanum accusatum, & innocentem judicatum, in suam Ecclesiam redire voluit, commendans eum Columbo in Numidia Episcopo, necnon Adeodato atque Maurentio Africanis Episcopis.

(*b*) *Greg. l. 7. ep. 14. & 16. Ind. 1.*

XIV. *De Judæis conversis.* De Judæorum etiam conversione Gregorius propensius hoc anno sollicitus, eis præsto esse, quibus potuit officiis minime defuit. Cum enim audisset in Sicilia in Agrigentino territorio existentes Judæos converti velle, Faustinum (*c*) Defensorem ad eos mox pergere, & insistere operæ jussit, utque cum loci Episcopo cuncta agere deberet, admonuit: & inter alia: *Hujus*, inquit, *auctoritatis tenore præcipimus, ut omni excusatione submota, ad prædictum locum pergere, & desiderium eorum tuis, Deo propitio, adhortationibus adjuvare festines. Quibus tamen si longum vel triste videtur solemnitatem sustinere Paschalem, & eos nunc ad baptismum festinare cognoscis: ne (quod absit) longa dilatio eorum retro possit animos revocare, cum fratre nostro & coepiscopo loci loquere, ut pœnitentia ac abstinentia quadraginta dierum indicta, aut die Dominica, aut si celeberrima festivitas fortassis occurrerit, eos omnipotentis Dei misericordia protegente baptizet. Quia & temporis qualitas propter eam quæ sibi imminet cladem impellit, ut desideria eorum nulla debeant dilatione differri. Quoscumque vero ex eis pauperes, & ad vestem sibi emendam non sufficere posse cognoscis, te eis vestem, quam ad baptisma habeant, comparare volumus, ac præbere, &c.*

(*c*) *Greg. l. 7. ep. 24. Ind. 1.*

XV. *Non vi perducendos Judæos ad fidem.* At vero sicut ad fidem converti volentibus Judæis ipse Gregorius omnibus subvenit officiis, ita eos invitos non esse cogendos, neque eisdem negotium facessendum, hoc eodem anno scribens de iisdem ad Januarium Episcopum Calaritanum (*d*), admonuit. Acciderat enim, ut neophytus quidam, nomine Petrus sequenti sui baptismatis die, cum satellitio comparato in Judæorum synagogam irruperit, illicque eam commutaturus in ecclesiam venerandam imaginem Dei genitricis una cum sanctissima Cruce collocaverit. Quod licet zelo quodam, non tamen secundum scientiam factum Gregorius non laudans, jussit inde ea qua deceret reverentia sacram imaginem & Crucem auferri, & Judæis suam ipsorum relinqui liberam synagogam. De Judæis itidem non vexandis hoc item anno alias dedisse reperitur litteras (*e*) ad Panormitanum Episcopum.

(*d*) *Greg. l. 7. ep. 5. Ind. 2.*

(*e*) *Greg. l. 7. ep. 26. Ind. 1.*

XVI. *De officio, & dignitate Defensorum.* Hoc pariter anno idem Gregorius, quæ Romanæ essent Ecclesiæ ex more curans, Defensorum officium in Urbe auxit honore ac dignitate, ut sicut Notarii, & Subdiaconi, iidem Regionarii essent: qui enim Regionarii dignitate & nomine augebantur, eisdem patebat aditus ut ad sacra simul cum Pontifice convenirent, erantque omnes septenario mystico numero designati, ut sicut diaconi Regionarii septem, Notarii pariter Regionarii dicti totidem, similiter Subdiaconi, atque Defensores totidem essent numero. Hi absente Pontifice sedebant cum clero, præsente vero stabant. Est de his hoc anno data epistola S. Gregorii ad Bonifacium (*f*). Porro Regionariorum munerum hujusmodi tantum erat privilegium, ut assisterent Pontifici in ecclesia: cum alioqui sicut præter septem Diaconos Regionarios, Notarios, Subdiaconos, & Defensores itidem Regionarios, alii complures in Urbe & in omni Ecclesia fuerint Diaconi, Notarii, Subdiaconi, & Defensores. Inserviebant ipsi Defensores potissimum pauperum defensioni & ecclesiarum, mittique solebant ab ipso Romano Pontifice in diversas provincias; quibus, & alia diversi generis delegari consuevisse negotia, docent a-

(*f*) *Greg. l. 7. ep. 19. Ind. 2.*

(a) Greg. l. 7. ep. 17. 18. 19. 20. (b) Greg. l. 4. ep. 15. Ind. 13. jusdem Gregorii plures ad eosdem scriptæ epistolæ (a). Formulam autem Defensoris constituendi habes inter ejusdem Gregorii epistolas his verbis expressam (b):

XVII. *Ecclesiasticæ utilitatis intuitu id in nostro sedit arbitrio, ut si nulli conditioni vel corpori teneris obnoxius, nec fuisti clericus alterius civitatis, aut in nullo tibi canonum obviant statuta, officium Ecclesiæ Defensorum accipias: ut quicquid pro pauperum commodis tibi a nobis injunctum fuerit, incorrupte & vivaciter exequaris; usus hoc privilegio, quod in te habita deliberatione contulimus: ut omnibus, quæ tibi a nobis fuerint injuncta, complendis, operam tuam fidelis exhibeas, redditurus de actibus tuis sub Dei nostri judicio rationem. Hanc autem epistolam Paterio Notario Ecclesiæ nostræ subscribendam dictavimus.* Hæc de ordinatione Defensoris. Ad horum officium spectabat (ut dictum est) oppressis subvenire implorantibus Apostolicæ sedis auxilium in provinciis ad quas curandas mittebantur. Defensores enim ad curanda patrimonia Rom. Ecclesiæ in diversis provinciis constituta solitos mitti, docent ejusdem Gregorii epistolæ (c) hoc anno datæ.

(c) Greg. l. 7. ep. 17. 18. 19. 20.

XVIII. Idem vero Gregorius in caussis Episcoporum, quomodo iidem Defensores se gerere deberent, in epistola data ad Vitalem Defensorem ista habet (d): *Si cujusquam clerici (ut assolet) culpa casus emerserit, in qua sibi petere debeat adjutorem: ad eumdem Episcopum reverenter accede: & sicut causæ meritum cognoveris, apud eum non defensor culpæ, sed potius intercessor existe: ut hac provisione, & poscenti feras auxilium, & jura Præpositi non turbentur. Si qui vero sunt qui justa poposcerint, eis per te auxilium sedis Apostolicæ non est negandum: sed tamen ita servandum est, ut uniuscujusque Episcopi reverentia, & clericorum disciplina per defensionis tuæ experientiam minime solvatur.* Hæc ad Vitalem, cum clerici discoli adversus Episcopum suum interpellassent Defensorem Apostolicæ sedis.

(d) Greg. l. 7. ep. 66. Ind. 2. Quomodo se gerere debeant Defensores.

XIX. Sed & eumdem qui supra, Romanum Defensorem in Siciliam missum, qua discretione judicii oppressis, & opem Ecclesiasticam implorantibus subvenire deberet, ita alia ad eum scripta epistola docet (e): *Patrocinia Ecclesiastica (sive mea suspiciatis scripta, sive etiam minime fuerint directa) sub tanto moderamine debetis impendere, quatenus hi qui in furtis publicis implicati sunt, a nobis non videantur injuste defendi; ne opinionem male agentium ex indiscreta defensionis ausu in nos alio modo transferamus: sed quantum decet Ecclesiam admonendo, & verbum intercessionis adhibendo, quibus valetis succurrite, ut & illis opem feratis, & opinionem sanctæ Ecclesiæ non inquinetis.* Hæc Gregorius. Reprehendit vero alibi Defensorem quemdam, qui clericos, despecto suo Episcopo, faceret ad suum tribunal exhiberi: decernitque ut prima instantia omnino fieri debeat apud Episcopum, elegantemque hanc sententiam prodit (f): *Si sua, inquit, unicuique Episcopo jurisdictio non servatur, quid aliud agitur, nisi ut per nos, per quos Ecclesiasticus custodiri debuit ordo, confundatur?* Admonet autem, ut sive clericus, sive laicus causam contra Episcopum habeat, tunc Defensor vel judicet, vel cogat ipsos deligere Judices.

(e) Greg. l. 7. ep. 24. Ind. 2.

(f) Greg. l. 9. ep. 22. Ind. 4.

XX. Sollicitus præterea de monachorum quiete sanctus Gregorius, hoc anno plura de his scripsit, privilegiaque concessit (g) monasterio Classensi sub diœcesi Ravennate constituto, quod cum ab ejus Ecclesiæ Episcopis durissima pati cogeretur, ab eorum in pluribus potestate exemit. Sic etiam & a prædecessoribus concessa privilegia monasteriis salva voluit. Scribit (h) ista de monasterio Castelliensi, quod diximus fuisse munifice a Cassiodoro Senatore erectum, & optime institutum. Firmum (i) stabileque servari voluit, ut post monasticam professionem nulli liceret condere testamentum. Ceterum occasione nonnullorum monachos opprimentium Episcoporum manavit, ut Summi Pontifices (k) ejusmodi solerent vallare privilegiis monasteria.

(g) Greg. l. 9. ep. 32. Ind. 4. Monachorum quieti Greg. consulit.

(h) Greg. l. 7. ep. 18. Ind. 1.

(i) Greg. l. 7. ep. 33. Ind. 2.

(k) Greg. l. 7. ep. 7. Ind. 2.

XXI. Rursum vero idem sanctus Gregorius in redarguendo perperam facta Episcoporum hoc anno, occasione poscente, haud segnem se præbuit. Testantur id duæ ipsius acerrimæ epistolæ datæ (l) ad Januarium Episcopum Calaritanum, qui furore quodam percitus, die Dominico, priusquam Missarum solemnia celebraret, ad exarandam segetem Donati cujusdam perrexit, eaque exarata reversus Missarum solemnia celebravit, ac postea illuc rediens terminos ejusdem possessionis evulsit. In hæc adeo indigna Christiano homine, nedum Episcopo, Gregorius vehementer commotus, in eumdem censuram tanto facinore dignam exercuisset, nisi ejus decrepitæ senectutis rationem aliquam habuisset: sed a communione suspendit eos, quorum consilio id egisset. Admonuit vero ipsum, qui vano zelo commotus facinus perpetrasset, dum se eo sanctiorem existimaret, quo res Ecclesiæ quovis posset modo studiosius conservaret, his verbis: *Non terrenarum rerum curam, sed animarum te ducatum suscepisse cognoscas. Ibi ergo cor figere, ibi sollicitudinem, ibi totum debes studium adhibere, atque de earum lucro diligentius cogitare, &c.* Hæc quidem non quo res Ecclesiæ ab Episcopis contemni debeant, sed ut sciant, quid in primis

(l) Greg. l. 7. ep. 1. 2. Ind. 2.

ipsis

(a) Greg. l. 7. ep. 8. Ind. 2.

ipsis carandum sit. Redarguit (a) Episcopos, qui a non suo Metropolitano tempus Paschale requirerent, sed aliande.

XXII. Quod autem idem sanctas Gregorius Apostolica auctoritate concessisse reperitur licentiam ecclesias dedicandi petentibus, & ad hoc martyrum sanctuaria tribuisse, sed & quod dederit aliis rogantibus facultatem erigendi monasteria: (b) patet in aliis Episcopis inconcessum, sed solius fuisse supremi Antistitis.

(b) Greg. l. 7. ep. 11. 12. 15. 16. Ind. 2.

XXIII. Accepit hoc anno Gregorius una cum litteris etiam sancta munuscula a Leontio Exconsule, viro maxime pio, nimirum (ut ipse testatur Gregorius in litteris (c) ad eum redditis) oleum sanctæ Crucis, & lignum aloes. Sunt hæc enim ejus verba: *De hoc etiam valde gaudemus, quod munera qua transmisistis, vestris moribus dissimilia non fuerint. Oleum quippe sanctæ Crucis, & aloes lignum suscepimus: unum quod tactum benedicat; alium quod incensum bene redoleat*, &c. Quod ad oleum Crucis pertinet, de eodem apud Cyrillum in Saba tertium mentio habetur, quod sanctus ille adhibere solebat ad fugandos dæmones & edenda miracula. Quodnam autem hoc, & cur ita dictum sit: existimavi aliquando, sicut apud Theodoretum (d) in Jacobo reperitur dictum oleum martyrum illud, quod accipi consuevisset ex lampadibus, quæ ardere solerent in Confessionibus martyrum, ubi scilicet sepulta essent corpora sanctorum martyrum, quo æque pii utebantur ad morbos curandos; ita dictum esse oleum sanctæ Crucis illud, quod arderet ante pretiosum lignum sanctæ Crucis Hierosolymis. Verum quod scribit Beda (e) in epitome de locis sanctis, quid per oleum sanctæ Crucis intelligere debeamus, satis perspicue indicat: ubi agens de sanctæ Crucis ligno Hierosolymis Constantinopolim translato sub Heraclio ingruentibus Sarracenis (ut inferius fusius dicetur) hæc ait: *De nodis enim ligni sancti liquor odorifer oleo similis profluit, cujus si etiam modica particula contingat, omnem ægritudinem sanat.* Hæc Beda ex S. Episcopo, qui ista aspexit. Porro Gregorius eas reddens ad Leontium litteras, misit ad ipsum clavem sepulcri S. Petri una cum ramentis ex catenis ipsius.

(c) Greg. l. 7. ep. 31. Ind. 2. De oleo S. Crucis.

(d) Theod. hist. Sanct. Patr. in Jacob. c. 21.

(e) Bed. de locis sanct. c. 20. in f.

XXIV. Quod rursus pertinet ad res Orientales, hoc ipso anno, qui (ut vidimus) numerari debet decimus quintus Mauritii Imperatoris, ægrotans ipse condidit testamentum, de quo in oratione Phocæ apud Theophylactum ista narrantur:

De testamento Mauritii Imp.

*Cum Imperii sui anno quintodecimo in morbum difficilem esset lapsus, de Imperio constituit, & in litteras constituta redegit. Theodosium filiorum natu maximum Constantinopolis dominum fecit cum administratione Orientis; Tiberio Romam veterem cum Italia & Insulis in mari Tyrrheno decrevit. Cæteras Romanæ ditionis provincias inter reliquos filios distribuit, iisque ætate adhuc immaturis Domitianum cognatum suum, nobilis Ecclesiæ Melitenensis Antistitem, virum rebus agendis dexterum, consilio dexteriorem, tutorem designavit. Quamobrem Imp. majoris momenti negotia ei expedienda ob eximiam prudentiam committebat. Sed de virtute hujus viri nihil nunc quidem attinet agere pluribus.* Hæc ibi. Eodem hoc tempore magnus ille Theodorus cognomento Siceota, ex monacho Episcopus Anastasiopolis in Galatia, cum despectui & odio se haberi videret (nam potatus veneno excessisset ex hac vita, nisi Maria Dei genitrix succurrisset) consulto divino Spiritu, sedi nuncium remisit: contradicente tamen suo Metropolitano Archiepiscopo Ancyrano, litteris datis ea de re ad Cyriacum Constantinopolitanum Episcopum, necnon ad Mauritium Imperatorem; quod in optatis erat, vacationem obtinuit: sicque solutas cu-

PAGIUS II. *Testamentum Mauritii Imp.*

A num. XXIV. ad XXIX. Theophilactus lib. 8, cap. 11. narrat Mauricium Imp. *cum Imperii sui anno quintodecimo in morbum difficilem esset lapsus*, de Imperio constituisse, & in litteras constituta redegisse. *Theodosium filiorum natu maximum Constantinopolis Dominum fecit, cum administratione Orientis. Tiberio Romam veterem cum Italia, & insulis in mari Tyrrheno decrevit. Cæteras Romanæ ditionis provincias inter reliquos filios distribuit, iisque ætate adhuc immaturis Domitianum cognatum suum, nobilis Ecclesiæ Melitenensis Antistitem, virum rebus agendis dexterum, consilio dexteriorem, tutorem designavit*, &c. Verum istud Mauricii testamentum ac morbus pertinent ad annum DXCVI. aut DXCVII. quibus in cursu fuit annus XV. Mauricii Augusti.

III. Quoad *Domitianum* Episcopum Melitenes sive Melitines, quæ Urbs est Armeniæ minoris caput cognominis regionis, colitur is in Græcorum Menæis, & Horologio die decima mensis Januarii, quo eum ad Deum migrasse existimo. Theophanes enim anno Incarnat. secundum Alexandrinos DXCIV. Kalendis Septembris anni Christi DCI. inchoato, ait: *Januario mense Domitianus Melitenes Episcopus, Imperatoris consanguineus diem extremum obiit, & a Cyriaco Patriarcha ad SS. Apostolorum sepultus est, Senatu universo funebribus honoribus memoriam ejus prosequente.* Quare S. Domitianus vitam cum morte commutavit mense Januario anni DCII. non vero anni DCIII. ut suspicatus est Bollandus ad diem X. Januarii, ubi ejus Elogium Historicum ex Menæis Græcorum & Theophylacto describit. Sanctus Gregorius Papa lib. 2. Indict. XI. Epistola LXIII. ad Domitianum scripta ejus eruditionem, prudentiam & zelum egregie commendat.

*Floret S. Domitianus Melitenes Ep.*

IV. Vivebat hoc tempore Sanctus *Theodorus Siceota* Episcopus Anastasiopolitanus, cujus Vitam scri-

cura pastorali, ad pristinæ vitæ statum se contulit. Cum vero quam a Deo acceperat gratiam curationum in edendis miraculis, petentibus sæpe communicasset, ab ipso Cyriaco Episcopo Constantinopolitano, necnon ab eodem Mauritio Imp. accersitus Constantinopolim, ubi dum ad breve tempus moraretur, ingentia per eum Deus miracula edidit. Describit ea singula Eleusius (a) (qui & Georgius) ejus discipulus quam fidelissime, nimirum signo tantum Crucis, addita aliquando aqua benedicta, cæcos illuminare, paralyticos sanare, & aliis morbis affectos curare, obsessosque a dæmonibus liberare consuevisse: quæ ne penitus prætereamus, primum quod præstitit, hic describamus, quod idem auctor ita narrat:

Theodorus miraculis clarus.

(a) Apud Sur. to. 2. die 22. April.

XXV. Cæcum illuminat.

*Mulier, quæ apud illum habitabat, cum filium quadriennem cæcum haberet, in ulnis eum suis ad sanctum virum gestavit, & multis lacrymis ante ipsum prostrata, puerum ad pedes ejus deposuit, supplicans ut lumen oculorum illi largiretur. Vir beatus cum pueri oculos obsignasset, eique benedixisset, aquam benedictam matri dedit, præcipiens ut aqua illa quotidie mane oculos lavaret. Quod cum ter egisset mater, quarta die filium sanum ad sanctum virum adduxit, laudans Deum.* Ita quidem sanctus, vitans propriam gloriam, per benedictam aquam miraculum operatus est, ut divinæ benedictioni potius quam suæ id virtuti adscriberetur. Recenset alia plurima & plane magna idem auctor ibidem, dum Constantinopoli moraretur, ab ipso miracula edita: quæ tu ipse, si cupis, in ejus vitæ Actis fideliter scriptis perlege. Ultimum autem illud de Mauritii Augusti filio a lepræ morbo sanato, cujus causa fuerat accersitus, ita describit: *Contigit ut unus ex filiis Mauritii Imperatoris lepræ morbo laboraret: cui cum medici nullam possent opem afferre, Imperator virum sanctum accersendum curavit. Qui in palatium, ubi puer jacebat, ingressus, & pro illa preces ad Deum fundens, aquam benedixit: cumque illum aspersisset, reliquum aquæ dedit ut rursum conspergeretur: & sancti viri precibus puer sanus effectus est. Imperatoris autem & Augustæ precibus adductus, inter ipsos consistens, Deum pro illis obsecravit: & cum benedixisset eis, discessit in patriam, ad monasteriumque pervenit.*

Filium Imp. sanat.

XXVI. S. Georgii martyris reliquias accipit.

Quomodo autem in S. Georgii Ecclesiam, in memoriam tanti martyris, cujus studiosissimus erat, a se extructam, ejusdem martyris reliquias divinitus acceptas intulerit, ab eodem Eleusio auctore rem gestam narratam sic accipe: *Cupiebat*, inquit, *vir beatus aliquid ex gloriosi martyris Georgii reliquiis habere, & rogabat, eum ut se voti compotem faceret. Pius autem Æmilianus Germiorum Episcopus sancti capitis ejus particulam manusque digitum, & dentem unum, aliamque particulam ejus corporis habebat. Huic martyr apparuit, jussitque ut eas servo suo Theodoro reliquias in templum, quod sibi exædificarat transferendas traderet. Misit igitur Episcopus nuncium ad beatum virum, qui eum nomine suo hortaretur, ut se ad procendum in templum sancti Archangeli conferret: cupere enim se illum salutare, optatasque illi sancti martyris reliquias dare. Hac lætus pollicitatione ex monasterio exiit, & in Germiorum civitatem ingressus, in Archangeli templo precabatur. Amanter suscepit eum S. Episcopus Æmilianus, & in monasterium sanctæ Dei genitricis, quod vocatur Aligetes, perduxit.*

XXVII.

*Eo tempore magna erat in Pessinuntium metropoli siccitas & fruges ac fructus omnes exaruerant. Quamobrem cum incolæ intellexissent Christi servum Theodorum apud Æmilianum Episcopum divertisse, celeriter ad eum omnes cum clericis in sanctæ Dei genitricis templum convenerunt, permittenteque Episcopo Æmiliano, in civitatem suam eum adduxerunt, ut facta supplicatione per ejus preces e cælo pluviam impetrarent. Procul ab hac civitate sex passuum millibus erat hortus, quem magna locustarum occupaverat multitudo, & totum prope devastaverat. Hujus horti dominus cum beatum Theodorum adesse intellexisset, processit illi obviam, & ad pedes ejus prostratus calami-*

Hortum a locustis liberat.

PAGIUS

S. Theodorus Siceota abdicat Episcopatum.

scripsit Eleusios, qui & Georgius dictus, qui testatur se duodecim annorum spatio apud illum vixisse. Baronius initium ejus Episcopatus anno DXC. ejus vero abdicationem currenti consignavit. Narrat enim Eleusius cap. 11. *Theodorum* ob molestias & solicitudines, ac injurias sibi illatas Episcopatum recusasse, eoque relicto ad monasterium suum rediisse, postquam Clero & civibus convocatis hanc habuit orationem: *Vos me, fratres, invitum, ut scitis, & abstractum hoc jugum subire coegistis. Et quamvis me, ut ad illud ferendum minime aptum, excusarem, vos tamen audire me noluistis, sed vestræ cupiditati maluistis indulgere. UNDECIMUS igitur jam ANNUS est, ex quo ego vos affligo, & affligor a vobis. Quamobrem obsecro vos, ut Pastorem vobis paretis, qui & vobis placere, & res vestras curare possit. Ego enim posthac Episcopus vester non ero: sed ut abjectus monachus, ad mansionem revertar meam, ubi in omni mea vita Deo servire consitui.* Paulo post subdit Eleusius: *Porro cum beatus Vir accepisset, Episcopum esse Anastasiopoli, gaudens & laudans Deum, ad Monasterium rediit, & Dei gratia multa fecit miracula in ægrotos, qui accedebant*, ex quibus Eleusius plurima refert. Facta hæc abdicatio Cyriaco Ecclesiam Constantinopolitanam regente, ut ibidem dicitur. Sed annus tam susceptæ, quam

*mitatem in hortum suum a locustis illatam indicavit. Cui vir sanctus: Abi, inquit, fili, & affer aquam in vase. Cucurrit ille, & e proximo flumine aquam attulit. Quam Dei servus cum benedixisset, dedit ei, dicens: Hac aqua quatuor horti tui angulos asperge, & dabit tibi Dominus quod exoptas. Ad hortum reversus homo, studiose fecit, quæ vir sanctus præceperat. Cumque ad locum quem primum asperserat revertisset, ne unam quidem locustam reperit: paula post item invisens, omnes plane locustas deletas invenit. Quamobrem cum manus suas oleribus implesset, currens ad beatum Theodorum miraculi effectarem contendit. Tunc autem obviam illi trium millium passuum a civitate processerat supplicatio. Cum illa igitur ingredientem sanctum virum olitor assecutus, procidit ad pedes ejus, eique olera quæ in manibus ferebat obtulit, nuncians miraculum quod factum fuerat.*

XXVIII. *Beatissimus vero Georgius Metropolita cum lætitia sanctum Theodorum suscepit, qui in diem sequentem supplicationem indicendam mandavit. Postridie igitur mane, cum universa civitas in Catholica Ecclesia sanctæ Sophiæ esset congregata, beatus Theodorus & Metropolita Georgius* Pluviam a Deo impetrat. *cum universo populo supplicantes, ad venerabile sanctorum Angelorum templum extra muros convenerunt, atque inde ad sanctam Sophiam reversi sunt. Ubi cum sanctus Christi servus Metropolita rogatu sacrificasset, omnesque sacra mysteria percepissent; nubibus contractum est cælum, & tanta pluviæ copia in totam illam regionem descendit, ut aquarum fontes & flumina in tertium usque diem exundarint. Omnes igitur lætitia pleni Deum collaudabant, qui servi sui precibus motus misericordiam suam ostendisset. Metropolita autem & populo comitante, sanctus Theodorus illinc discessit, & cum ad Episcopum Æmilianum venisset, ab eoque optatissimas sancti martyris Georgii reliquias accepisset, ad sanctum monasterium suum cum gaudio reversus est.* Hæc & alia plurima de Theodoro habet Eleusius; sed hæc modo satis ad institutum. Sane quidem constat numquam Deum Orientalem deseruisse Ecclesiam, quin aliquo lucis radio illustrarit, mirifico videlicet aliquo sancto viro miraculorum operatore, nisi tantum ubi a Catholica Ecclesia divisi sunt schismate, cum & a Deo esse rejectos, pluribus sæpe demonstratum est experimentis.

Quod ad res Occidentalis Ecclesiæ pertinet, hoc eodem anno celebratum est in Hispania Oscense Concilium, Æra nimirum sexcentesima trigesimasexta; ex quo duo dumtaxat canones reperiuntur, quibus illud de canonica clericorum disciplina sancitum reperitur, ut castitate sincera & haud dubia polleant, ne videlicet quovis modo de eis aliqua inhonesta suspicio suboriri valeat. Frequentia quidem fuisse Concilia in Hispania temporibus Reccaredi, satis apparet. Invigilasse enim ipse in eo visus est, ut Christiana religio magis magisque illustraretur, & Catholica fides, qua præstabat, sanctis operibus æque claresceret. XXIX. Oscense Concilium.

Verum non pro Hispanis tantum subditis sibi populis sollicitus fuit, sed pro Gallis etiam, qui in Narbonensi provincia subjecti sibi essent: nam quarto regni sui anno Narbonæ Concilium celebrandum curavit, Æra sexcentesima vigesimaseptima, qui est annus Domini quingentesimus undenonagesimus, novem scilicet ante annos: quod ad finem superioris tomi fuerant collocandum: sed quoniam non ante hoc tempus nacti ipsum fuerimus, neque hactenus cusum certo sciamus, illud hic tibi verbatim excudendum curamus integrum. Accepimus ipsum ex scripto codice ab Hispania Romam misso ad Gregorium XIII. Pontificem Maximum Idibus Novembr. anno Domini millesimo quingentesimo septuagesimosexto, descriptum ex pervetusto Gothico codice monasterii sancti Æmiliani in regiam bibliothecam translato. Sic enim se habet:

*NARBONENSE CONCILIUM anno quarto Reccaredi, atque Æra sexcentesima vigesimaseptima. In nomine Domini* XXX.

PAGIUS quam depositæ dignitatis incertas. Cum tamen *annos undecim* eam gesserit, si anno DXC. Episcopus factus est, ut putat Baronius, ejus abdicatio in annum circiter sexcentesimum primum rejicienda.

V. Concilium Oscense. A num. XXIX. ad XXXII. Concilium Oscense in quo duo tantum decreta condita, celebratum in *anno tertio decimo Regni Reccaredi Regis*, ut dicitur in Concilio Egarensi regnante *Sisebuto* coacto, ideoque perfecti Christi anno. Erat *Osca* in Tarraconensi Provincia Tarracone Metropoli subdita, vulgo *Huesca* quæ habet nunc Episcopum Cæsaraugustano suffraganeum, ut scribit Garsias Loaisa in Notis ad Concilium Lucense sub Theodomiro Principe congregatum. In titulo hujus Synodi dicitur ea habita, *anno XIII. Regni Reccaredi, Era DCXXXVI, anno Christi DXCVIII.* sed nescio an additas sit a Collectoribus Conciliorum, an vero extet in manuscriptis; quamvis nullo modo dubitem, quia annus Christi addititius sit, ficat forsan totus titulus. Profecto reprehensione digni sunt qui manuscripta e tenebris eruentes non distinguunt ea, quæ in iis leguntur ab iis, quæ ipsemet addenda esse putant.

VI. Concilium Narbonense. Concilium *Narbonense* in præfatione dicitur celebratum, *anno quarto Regni Reccaredi Regis die Kalendarum Novembris*, ideoque anno Christi DLXXXIX. ut notavit Baronius qui in editione Coloniensi illud recitat, quia, ut inquit par-

Narbon. Concilium sub Reccaredo. *ni nostri Jesu Christi, anno feliciter quarto regni domini nostri gloriosissimi Reccaredi Regis Narbonæ.*

*Migetius, Sedatius, Benenatus, Boetius, Pelagius, Tigridius, Agrippinus, & Sergie * Episcopi Galliæ provinciæ.* (* Sergius)

*Concilia sanctorum antiquorum Patrum vel decreta observare cum Dei timore cupientes, nos in urbe Narbona, secundum quod sancta Synodus per ordinationem gloriosissimi domini nostri Reccaredi Regis in urbe Toletana finivit *, die Kalendis Novembris, Deo auspice, in unum convenimus & aliquanta quæ juste & pie sunt edita, & per patrocinationis * potestate non supplebantur ad memoriam, nunc temporibus domini nostri sub præfationibus deducentes recapitulare fecimus: & quæ pro regula & fides Catholicæ disciplina adhuc visa sunt, communi tractatu elegimus conscribenda, & canonibus definivimus adjungenda, quæ tenore capitulorum subsequenter evidenti jure declarantur.* (* definivit. * persecutionis tempestatem)

*Hoc regulariter definitum est, ut nullus clericorum vestimenta purpurea induat, quæ ad jactantiam pertinent mundialem, non ad religiosam * dignitatem: ut sicut est devotio in mente, ita & ostendatur in corpore: quia purpura maxime laicorum potestate præditis debetur non religiosis. Quod si quis non observaverit, velut transgressorem legis corrigendum.* Usus quidem purpuræ fuisse scitur Dei præcepto (a) in ornatu vestium Summi Sacerdotis veteris legis: cessit vero eadem usui Summi Pontificis Christianorum; qua carere non debuit, cum majorem fore gloriam Christi sacerdotii, quam Aaronici, pariter prophetæ prædixerint. Porro quæ peculiaris usus Romanæ Ecclesiæ essent (ut suo loco superius dictum est) aliis uti illis vetitum erat, sicut calceis compaginatis, dalmaticis, mapulis, quibus clerici aliarum Ecclesiarum uti prohibebantur, ut sanctus Gregorius tradit (b). Sed reliquos recenseamus canones, qui ita pergunt: (* religiosorum.)

(a) Exod. 39.

(b) Greg. l. 2. ep. 54. Ind. 11. l. 7. ep. 28. Ind. 2. l. 7. ep. 113. Ind. 2. edi. Rom.

*Hoc itaque definitum est, ut in psallendis ordinibus per quemque psalmum gloria dicatur omnipotenti Deo; per majores vero psalmos, prout fuerint prolixius pausationes fiant; & per quamque pausationem gloria Trinitatis Domino decantetur.*

XXXI. *Nam & hoc secundum priscorum censuram canonum finitum, ut nullus clericus, subdiaconus, diaconus, vel presbyter in plateis resident, certe nec in plateis stare, & fabulis diversis commisci. Quod si quis facere præsumpserit, repellendum omnino ab officio, & execrandum, si non emendaverit: & a communione & ab officio privetur.*

*Ut omnis homo tam ingenuus, quam servus, Gothus, Romanus, Syrus, Græcus vel Judæus, die Dominico nullam operam faciant, nec boves jungantur, excepto si in murando * necessitas incubuerit. Quod si quisquam præsumpserit facere: si ingenuus est, det Comiti civitatis solidos sex: si servus, centum flagella accipiat.* (* (forte) metendo)

*Secundum Concilium Nicæni * sanctissimi, concinnabula * vel conjurationes * non fiant clericorum, quæ sub patrocinio solebant fieri laicorum. Nec unusquisque de inferiore gradu seniorem sibi elatus aut increpet, aut injuriet. Quod si quis prætermisso tam justæ censuræ ordine ausus fuerit facere, districtione sævissima corrigatur, ut sub pœnitentiæ nomine vitia recedente *: idest, anno uno in monasterio sciens abiicere superbiam, unde inflatur, quod est diabolus; & addiscat humiliationem Christi, quia per ipsam mortem gustare dignatus.* (* Nicænum sanctissimum * conciliabula * convivationes * recidantur, vel recedant)

*Secundum Concilia priscorum Orthodoxorum decrevit fraternitas ut quicumque fuerit culpabilis inventus clericus, aut honoratus de civitate, & ad monasterium fuerit deputatus, sic Abba qui est prædictus * cum illo qui dirigitur, agat, sicut ab Episcopo manifesta correctione fuerit ordinatus. Aliter si Abba facere elegerit, pro correctione tempus aliquod suspendatur: quia ab hac * causa dirigitur, ut emendetur, non ut passim ferculis diversis saturetur.* (* præfectus * ob hanc causam)

*Quicumque clericorum a maximo usque ad infra, contra S. Ecclesiæ utilitatem agere, tractare, vel conari fuerit repertus, merito deiiciatur, qui fidem servare minime cognoscitur.*

*Quicumque clericus, subdiaconus, diaconus, presbyter sine conscientia Episcopi aliquid de possessionibus, vel de domo Ecclesiæ tulerint, aut fraudem fecerint, non solum cum omni dedecore constricto restituant quod fecerunt, sed etiam non debere ibi in Ecclesia esse, ubi fraudem vi-*

PAGIUS tardius illud habuit. Usus est autem exemplari MS. in cujus titulo præter laudatos temporis characteres legitur, *Era DCXXVII.* Verum is tamen a Librariis additus, ut liquet ex exemplari ex quo Sirmondus idem Concilium descripsit, quod inchoatur ab his vocibus: *Præfatio. In nomine Domini nostri J. C. &c.* quod observare juvat, ne tituli Conciliorum a Librariis, vel Collectoribus adjecti lectores in fraudem inducant. Porro ejecti e Gallia Gothi a *Clodoveo* Rege, compulsique in Hispaniam Provinciæ Narbonensis oram maritimam, in potestate sua retinuerunt, quod tandem *Caroli Martelli* armis Francorum Regno adscita est. Hinc Concilium Narbonense non sub Regibus Francorum, sed sub Reccaredo Hispaniæ Rege congregatum.

Ad

visus est operasse: duobus jaceat sub pœnitentia annis, & cum defleverit factum, revertatur ad officium.

Hoc ante omnia decretum est, ut Judæis non liceat corpus defuncti deducere psallendo: sed ut eorum habuit mos & consuetudo antiqua, corpus deducant, & deponant. Quod si aliter facere præsumpserint; inferant Comiti civitatis uncias sex.

Hoc maxime definitum est, ut nullus audeat clericorum ordinationem sui Episcopi contemnere: sed ubi ordinatus fuerit, ambulare debeat cum gratia & obedientia, & quæ injuncta fuerint agere. Quod si sub cothurno superbiæ neglexerit implere: non solum a stipendio, sed uno anno a communione privetur.

Amodo nulli liceat Episcoporum ordinare diaconum, aut presbyterum litteras ignorantem. Sed qui ordinati fuerint, cogantur discere. Qui vero diaconus aut presbyter fuerit litteris ineruditus, & desidiose legere vel implere officium distulerit, & in Ecclesia ad omnia utilis non fuerit; ab stipendio reiiciendum & inclinandum, quoadusque curvatus impleat & defendat, quod esse cognoscitur. At quid erit in Ecclesia Dei, si non fuerit ad legendum exercitatus? Et si perseveraverit desidiose, & non vult proficere, mittatur in monasterio *, quia non potest ædificare populum.

* monasterium

Hæc maxime pro Dei timore & modo disciplinæ canonicæ elegimus custodienda, vel tenenda, ut dum Missa celebratur, nullus presbyter aut diaconus absque aliqua infirmitate, dum Missa perficitur, egredi de altario audeat. Nec diaconus, aut subdiaconus certe, vel lector, antequam Missa consummetur, alba se præsumat exuere. Quod si quisquam non impleverit constitutum, presbyteri increpentur, ut redeant; diaconos & execrandos & stipendio privandos, reliquos districtione strictissima condemnandos.

Hoc regulariter secundum priorum statuta canonum finitum est, ut tam subdiaconus, quam ostiarius, & reliqui, servitium sanctæ Ecclesiæ consuetum absque ulla desidia impleant, & senioribus vel * ad osticos sublevent. Qui contempserit facere & adimplere, subdiaconos verbis corripiendos, & si non emendaverint, ab stipendio probandos, reliquos flagris coercendos.

* locus depravatus

Hoc itaque propter ampliandam fidem fidei Catholicæ disciplinam elegimus definiendum, vel tenendum: at si qui viri ac mulieres divinatores, quos dicunt esse caragios atque sorticularios, in cuiuscumque domo Gothi, Romani, Syri, Græci, vel Judæi fuerint inventi, aut quia ausus fuerit amodo in eorum vana carmina interrogare, & non publico hoc voluerit annunciare: pro hoc quod præsumpsit, non solum ab Ecclesia suspendatur, sed etiam sex auri uncias Comiti civitatis inferat. Illi vero qui tali iniquitate repleti sunt, & sortes & divinationes faciunt, & populum prævaricando seducunt, ubi inventi vel inventæ fuerint, seu liberi, seu servi, vel ancillæ sint, gravissime publice fustigentur, & venundentur, & pretia ipsorum pauperibus erogentur.

Ad nos pervenit, quosdam de populis Catholicæ fidei execrabili ritu diem quintam feriam (qui & dicitur Jovis) multos excolere, & operationem non facere. Quam rem pro Dei timore execrantes & blasphemantes, quicumque ab hac die, præter festivitates in eo die venientes, ausus vel ausa fuerit vacare, & operam non facere, si ingenuus est, aut ingenua, de Ecclesia repellendus, & sub pœnitentia mittendus anno uno, & eleemosyna & metu satisfaciat, ut ei Dominus ignoscat: si servus aut ancilla fuerit, contenta flagella correcti domino consignentur, & ultra talia eos observare non permittant.

Migetius in Christi nomine Ecclesiæ Catholicæ Narbonensis Episcopus in has constitutiones secundum quod nobis cum fratribus nostris, Deo inspirante, placuit, relegi & subscripsi.

Sedatius in Christi nomine Ecclesiæ Catholicæ Biterrensis Episcopus in his constitutionibus interfui & subscripsi.

Boetius in Christi nomine Ecclesiæ Magalensis Episcopus in has constitutiones interfui & subscripsi.

Pelagius in Christi nomine Ecclesiæ Nemausensis Episcopus in has constitutiones interfui & subscripsi.

Tigridius in Christi nomine Ecclesiæ Agathensis Episcopus in has constitutiones interfui & subscripsi.

Sergis * in Christi nomine Ecclesiæ Carcasonensis Episcopus in has constitutiones interfui & subscripsi. * Sergius

Agrippinus de civitate Loteba in Christi nomine Episcopus in has constitutiones interfuit. Hactenus Concilium Narbonense a nobis hic, ne periret, excusum.

Hoc eodem anno defunctus est Guntheramnus Francorum Rex religiosissimus. Quod XXVII. Guntheramni Regis obitus.



PAGIUS VII. Moritur S. Guntramnus Rex Burgundiæ.

Ad num. XXXII. & seq. Sanctus Guntramnus Burgundiæ Rex, qui anno DLXI. Clotarium I. patrem exceperat, non vero quadriennio post, ut habet Baronius, supremum diem obiit anno quingentesimo nonagesimo tertio, idque die XXVIII. Martii. Fredegarius enim cap. 13. ait: *Anno XXXII. regni Guntramni ita a mane usque ad medium diem Sol minoratus est, ut tertia pars ex ipso vix appareret.* Tum cap. sequenti: *Anno XXXIII. Re-*

Quod ad temporis rationem pertinet: cum regnasse annos triginta tres tradant qui res Francorum sunt prosecuti (*a*), constetque ipsum ex iis quæ superius dicta sunt, regnare cœpisse anno Redemptionis quingentesimo sexagesimoquinto; plane ad hunc pervenisse annum, dicere oportet. Defunctus sepultus est in Ecclesia sancti Marcelli, quam maximo sumptu ipse ædificaverat: qui & in territorio Segonum (ut idem testatur auctor monasterium quoque construxit, quod & redditibus auxit: Synodumque quadraginta Episcoporum collegit, ut ab eisdem in eodem loco sanctorum martyrum Agaunensium ordo psallendi institutus a S. Avito & reliquis Pontificibus probaretur, & teneretur a monachis monasterii sui. Erat idem Rex eorumdem martyrum studiosissimus, quorum reliquias penes se habere curavit. Quid vero acciderit, cum ex monasterio sanctorum reliquias petiit, Gregorius Turonensis narrat his verbis (*b*): *Cum autem Guntheramnus Rex ita se spiritualibus actionibus mancipasset, ut relictis sæculi pompis, thesauros suos Ecclesiis & pauperibus erogaret: accidit, ut misso presbytero, munera fratribus, qui sanctis Agaunensibus deserviunt, ex voto transmitteret, præcipiens presbytero, ut ad eum rediens, sanctorum sibi reliquias exhiberet. Igitur dum impleta Regis præceptione, cum his regrederetur pignoribus, Lemanni laci, per quem Rhodanus influit, navigium petit. Extenditur autem lacus ille in longitudinem quasi stadiis quadringentis, latitudinem autem stadiis centum quinquaginta. Denique revertens presbyter (ut diximus) cum navigium hoc fuisset aggressus, subito tempestas orta fluctus tollit ad sidera, surgunt undarum montes; & nunc puppis naviculæ, prora dehiscente, fertur in altum, nunc iterum demersa puppi, prora tollitur in sublime. Turbantur nautæ, & nihil aliud nisi solam mortem in hoc periculo præstolantur.*

(*a*) Aimo. de gest. Franc. l. 3. c. 81.

(*b*) Greg. Tur. de glor. mart. c. 76.

XXXIII. Virtute sacrarum reliquiarum liberantur a naufragio. *Tum presbyter, cum videret se his fluctibus obrui, & spumis undarum ipsarum graviter aperiri, extractam a colla capsulam, quæ sanctorum pignora continebat, undis tumentibus objecit, ac sanctorum præsidium clara invocat voce, dicens: Ne peream in his fluctibus, virtutem vestram deprecor, martyres gloriosi: sed protinus qui jugiter pereuntibus præbetis auxi-*

PAGIUS *Regni Guntramni. Eo anno V. Kal. April. ipse Rex moritur. Sepultus est in Ecclesia Sancti Marcelli, in Monasterio, quod ipse construxerat.* Idem habet Aimoinus lib. 3. cap. 80. & seqq. qui de Basilica Sancti Marcelli addit: *Hanc Basilicam ipse in suburbio quidem prædictæ Civitatis, sed in territorio Segonum, saltuque Brexio studiosissime ædificavit*, &c. Vocat Aimoinus, ut notavit Hadrianus Valesius in Notitia Gall. in voce *Brexia*, Brexiam aut Briaiam a saltu Brexia nomen accepisse, & appellat territorium *Segonum* corrupte agrum Sequanorum trans Ararim, ubi in suburbano Cabillonensi & saltu pagoque Brexio Monasterium Sancti Marcelli conditum est; cum *Cabillonum* sit citra Ararim in Æduis. Monasterium illud a pluribus sæculis Prioratus est Ordinis Cluniacensis. Instituit in eo Monasterio Sanctus *Guntramnus* Psalmodiam perpetuam, ut supra ostendi. Cum vero Fredegarius menses residuos post mortem decessoris Regis primum successoris esse censeat & secundum a Martio sequentis anni Juliani incipiat, manifestum est annum Guntramni XXXII. juxta ejus calculum, Christi esse DXCII. annum ejusdem Regis XXXIII. esse Christi DXCIII. quo ideo sancti hujus Regis mortem consignat. Ejus sententiam, quæ nunc inter Eruditos communis est, confirmat Eclipsis Solaris quæ anno DXCII. die XIX. Martii contigit. Hanc Petavius lib. 8. de Doct. Temp. pag. 853. docet Constantinopoli fuisse digitorum decem, & durasse ab hora nona matutina ferme ad medium horæ XII. Lutetiæ vero Parisiorum cœpisse hora sexta a media nocte ejusdem diei quæ in feriam quartam incidebat. Quo Fredegarii & Aimoini charactere certissimo tam præcedentia quam sequentia tempora Regum Francorum confirmantur. Porro *Guntramnum* annos quatuor secundum modum annos supputandi a Fredegario usurpatum, tres vero secundum communem, mortuum esse ante *Childebertum*, in hujus abitu ostendimus. Hermannus Contractus juxta editionem Canisianam *Guntramni* mortem cum anno DXCIII. accurate illigat.

VIII. *Virtutes S. Guntramni.* Incertum quo ætatis anno obierit. Primo *Veneranandam* cujusdam suorum ancillam, pro concubina thoro subjunxit: postea *Marcatrudem*, & hac mortua *Austregildem* habuit uxores, ut habet Turonensis lib. 4. cap. 25. Post *Austregildis* obitum duodecim adhuc annos vixit in continentia & viduitate, licet propria careret filia. Præter quatuor filios ante Austrigildem vita functos, habuit duas filias, *Clodobergam*, & *Clodehildem*, puellas Deo sacratas, laudatasque in Constitutione Synodi Valentinæ anno DLXXXV. celebratæ. *Childebertus*, qui jam in Austria regnabat, patruo successit in Regnum Burgundiæ. Pietatis *Guntramni* testimonia sunt tot Concilia Episcoporum ejus jussu habita, basilica Sancti Marcelli ab eo Cabillone magnifice extructa, & possessiones Monachis ibi collocatis donatæ; ac denique prædia Basilicæ Augustodunensi Beati Symphoriani data, & villa Cœnobio Divionensi Sancti Benigni ad victum Monachorum collata. Sed nihil ego in *Guntramno*, inquit Hadrianus Valesius lib. 15. Rer. Francic. magis laudandum puto, nihil magis bonis Principibus imitandum, quam curam Reipublicæ Ecclesiæque pervigilem, incredibile studium, non domi solum; sed etiam in *Childeberti*, *Clotariique* minoris Regnis pacem custodiendi, jus suum cuique servandi, prava puniendi corrigendive. Non immerito igitur *Guntramnus* ab Ecclesia inter Sanctos relatus est, cujus depositionem ad diem XXVIII. mensis Martii Usuardus Caroli Calvi æqualis Monachus, Ado Viennensis Episcopus, aliique multi Martyrologi celebrant, ut ad eam diem in Actis Sanctorum Bollandianis videre est, ubi ex septem ultimis Gregorii Turonensis, in pluribus oculati testis, Historiæ Francorum Libris, aliisque Monumentis excerpta Vita ejus exhibetur.

Hoc

*auxilium, mihi, quaeso, dexteram salutis porrigere dignemini, fluctus opprimite, nosque ad litus optatum vestri adjutorii ope deducite. Et haec dicens, cessante vento, decedentibus undis, ad littus vecti sunt. Haec ab ipso cognovi presbytero.* Iste Gregorius, a nobis Gunthecramni Regis maxime pii occasione relata. Dum vero ajunt Childeberto Gunthecramnum reliquisse regnum, non video quomodo id fieri potuerit, cum habita ratione annorum Gunthecramni, ipsum Childebertum ante eum ea hac vita migrasse oportuerit anno Domini (ut dictum est) quingentesimo nonagesimosexto, ut ex litteris sancti Gregorii Papae monstravimus datis primo ad Childebertum, inde ad filios Theodobertum & Theodoricum Reges, qui jam successerant patri, eadem Indictione decimaquarta.



PAGIUS IX. *Moritur Fredegundis Regina.*

Hoc anno *Fredegundis* Chilperici Regis Neustriae, vidua, & Clotarii II. mater decessit. Fredegarius enim in Chronico cap. 17. ait: *Anno II. Regni Theuderici Fredegundis moritur.* Venantius Fortunatus lib. 4. Carmine 1. ad Chilpericum Regem, apud Baronium anno DLXXXIII. num. XX. hanc Reginam plurimum laudat: providam, solertem, cautam, utilem Aulae, ingenio pollentem, largam atque munificam, & meritis excellentem appellat. Quae etsi a Poeta adulatore dicta, aut potius ficta videri possunt, tamen pleraque sunt verissima, inquit Hadrianus Valesius citatus; fuit enim *Fredegundis* prudens, callida atque versuta, dominandi non minus capax, quam avida, cui nec ingenium ad consultandum, nec ad proposita exequenda vis & animus deesset. Postquam *Chilpericus* periit, ita tutelam gessit *Clotarii* communis filii, tam prudenter & fortiter Regnum ejus administravit, ut virum Regem non desiderares. Verum facinora ab ipsa patrata, & a Baronio ex Historia Gregorii Turonensis Tomo VII, Annal. passim relata, aeternas memoriae ejus notas inusserunt, adeo ut de ea non aliter, quam de monstro quodam atque portento loqui nunc cuiquam liceat, atque sentire. Hoc de *Fredegunde* Valesii judicium, cui alii Neoterici fere omnes adhaerent, praeter Cointium anno DXCVII. num. I. ubi eam defendere frustra conatur. Hermannus Contractus juxta editionem Canisianam *Fredegundis* mortem hoc anno recte narrat.

Moritur *Anastasius* Senior Episc. Antiochenus, de quo anno sequenti num. II.

I. QUi ordine sequitur quingentesimus nonagesimusnonus Redemptoris annus Indictione secunda inscribitur, quo pax cum Longobardorum Rege transacta est, sed certe ad breve temporis spatium, nempe ad duos tantummodo annos: nam in epistola ad Innocentium anno sequenti data ista habet Gregorius (a): *Sollicitudinem vestram desiderato nuncio relevamus, indicantes cum Longobardorum Rege usque ad mensem Martium futuræ quartæ indictionis de pace, propitiante Domino, convenisse. Quæ si retineatur, ignoramus: quia idem Rex obiisse postea nunciatus est, licet adhuc habeatur incertum.* At licet ad modicum spatium temporis pax diutius procurata sancita fuerit, pro ingenti tamen munere ab ipso Gregorio accepta est, ut saltem liceret respirare: pro quo gratias agens, ad Regem ipsorum has litteras dedit (b):

(a) Greg. l.8. ep.37. Ind.3. De pace facta cum Longobardis.

(b) Greg. l.7. ep.41. Ind.2.

II. Litteræ ad Agilulphum de pace.

*Gratias excellentiæ vestræ referimus: quia petitionem nostram audientes, pacem quæ utrisque esset partibus profutura (sicut de vobis confidentiam habuimus) ordinastis. Ex qua re excellentiæ vestræ prudentiam & bonitatem valde laudavimus, quia pacem diligendo, vos Deum, qui ipsius est auctor, amare monstrastis. Nam si (quod abesse gaudemus) facta non fuisset, quid aliud agi debuit, nisi ut cum peccato & periculo partium, miserorum rusticorum sanguis, quorum labor utrisque proficit, funderetur? Sed ut prodesse nobis eamdem pacem, quemadmodum a nobis facta est, sentiamus: paterna charitate salutantes, petimus, ut quoties se occasio dederit, Ducibus vestris per diversa loca & maxime in his partibus constitutis, vestris præcipiatis epistolis, ut hanc pacem (sicut promissum est) summopere custodiant; & occasiones sibi aliquas non quærant, unde aut contentio quædam aut seditio aliqua, aut ingratitudo nascatur: quatenus voluntati vestræ amplius agere gratias valeamus. Latores vero præsentium, sicut re vera homines vestros, in eo quo decuit affectu suscepimus: quia justum fuit, ut viros sapientes, & qui pacem factam, Deo propitio, nunciarunt, cum charitate & suscipere & dimittere deberemus.* Hæc ad Agilulphum Regem Gregorius: eadem ferme ad ejus conjugem Theodolindam Reginam (c).

(c) Greg. l.7. ep.42. Ind.2.

III. Verum non sicut Agilulphus Rex, juravit Arnulphus Dux Spoleti, sed dolose visus est agere, qui ad pacem præstandam invitus accessit. Veritus est itaque Gregorius dolos Longobardorum, ne sub involucro verborum, loco pacis, bellum lateret: nam accipe quid scribat hoc anno ad Theodorum Curatorem Ravennæ (d): *Indicamus itaque, Arnulphum de servanda pace, non ut Rex ipsius juravit; sed sub conditione, si sibi in quoquam excessum non fuerit, aut si nullas contra Arogis exercitum ambulaverit, sacramenta præstitisse. Quod quia omnino iniquum & dolosum est, nos tamquam si non jurasset habemus: quia in aliquid parum facilem sibi excedendi * occasionem invenict, & plus nos, si de eo suspecti non fuerimus, decipiet. Uvarnilfrida vero, ad cujus consilium idem Arnulphus cuncta agit, omnino jurare despexit. Et id contingit, ut ex pace, quam multum desideravimus, nos in his partibus nullum remedium habere possimus: quia de iisdem hostibus, de quibus suspecti nuncusque fuimus, adhuc & impostetum suspecti sumus.*

(d) Greg. l.7. ep.102. Ind.2. De Arnulpho Duce duplici corde ad pacem veniente.

* excercendi.

*Cognoscat præterea gloria vestra, homines Regis, qui huc transmissi sunt, imminere, ut in pacto debeamus subscribere: sed recordantes eorum quæ Agilulphus a Basilio viro clarissimo convicia super nos in beati Petri dixisse fertur injuriam, quamvis hoc penitus idem Agilulphus negaverit, a subscriptione tamen abstinere prævidimus: ne nos, qui inter eum & excellentissimum filium nostrum dominum Exarchum petitores sumus & medii, si quid forte clam sublatum fuerit, falli in aliquo videamur, & nostra ei promissio in dubium veniat: & si qua de futuro (quod absit) necessitas fuerit, occasionem inveniat, qualiter nostræ petitioni consentire non debeat. Et ideo petimus, ut sicut & a prædicto filio nostro excellentissimo poposcimus, gloria vestra, ea qua nobis charitate uncta est, peragat, quatenus antequam homines ipsi ab Aroge * revertantur, Rex eis sub festinatione scripta transmittat, quæ tamen ad nos deferantur, in quibus eis præcipiat, ut nos subscribere non petant. Sed si tantum est, Gloriosum fratrem nostrum, vel de Episcopis unum, aut certe Archidiaconum subscribere faciemus.* Hæc de pacis causa Gregorius, ex quibus admiraberis viri

* Arogis.

PAGIUS SÆC. VI. Anno Æræ Hisp. DCXXXVII. A.C. 599.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6092.

☉ 20. D. ☽ 19. P. 19. April. Indict. 2.

JESU CHRISTI 599.

GREGORII PAPÆ 10.

MAURICII IMP. 18.

I. Postconsulatus.

IS annus hac formula notatus: *XVII. post Consulatum Mauricii Tiberii Aug. solius XV.* ut habet Chronicon Alexandrinum.

viri in gerendis negotiis induſtriam atque prudentiam dexteritati conjunctam.

Quid actum inter hæc ſit, licet hiſtoriæ nihil prodant: conſtat tamen ea litteris S. Gregorii, menſa Julio datis, ipſum adhuc ingemuiſſe ſub gladio barbarorum; dum ſcribens ad Eulogium Epiſcopum Alexandrinum hæc habet (a): *Peto autem ut pro me enixius veſtra ſanctitas orare debeat: quia & podagræ doloribus, & barbarorum gladiis & curarum afflictionibus inceſſanter premor.* Hactenus Gregorius: atque ſatis de rebus hoc anno cum Longobardis tranſactis.

(a) Greg. l.7. ep.80. Ind.2. edit. Rom.

IV. De cauſa Epiſc. Bizaceni.

Hoc eodem anno accuſato a ſuis Epiſcopis Primate provinciæ Bizacenæ in Africa, de eo ſententiam ferre Gregorium Papam Imperator voluit, utpote ad quem pertinere omnium totius orbis Epiſcoporum judicium non ignoraret. Sed monemus lectorem, deceptum errore librarium, vel quiſquis fuit, qui in titulo poſuit hanc cauſam fuiſſe Epiſcopi Conſtantinopolitani: deceptus nimirum, quod legit Epiſcopum Byzancenum, pro Byzaceno, ſicque putavit hunc fuiſſe Epiſcopum Conſtantinopolitanum, neſciens plurimum differre Byzantium a Bizacio in Africa civitate, a qua denominata eſt provincia Bizacena. Sed quid accidit? Perſoluto auro, per Imperatoris magiſtratus controverſia ſopita eſt. Sunt de his litteræ ipſius Gregorii ad Joannem Epiſcopum Syracuſanum, in quibus hæc de his habet (b): *Cauſam tamen, de qua agitur, necdum ſanctitas veſtra ſubtilius agnovit. In quodam enim crimine Byzacenus Primas fuerat accuſatus, & piiſſimus Imperator eum juxta ſtatuta canonica per nos voluit judicari. Sed acceptis decem auri libris, tunc Theodorus Magiſter militum obſtitit, ut minime fieret. Tamen piiſſimus Imperator admonuit, ut tranſmitteremus & quicquid eſſet canonicum faceremus. Sed videntes contrarietates hominum, eamdem cauſam inire noluimus*. Nunc autem idem Primas aliqua de conſilio ſuo loquitur: & valde dubium eſt utrum pure an certe quia a coepiſcopis ſuis impetitur, nobis modo talia loquatur. Nam quod ſe dicit ſedi Apoſtolicæ ſubiici: ſi qua culpa in Epiſcopis invenitur, neſcio quis ei Epiſcopus ſubjectus non ſit: cum vero culpa non exigit, omnes ſecundum rationem humilitatis æquales ſunt.* Hæc Gregorius ſecundum ea quæ ſuperiori anno jam diximus.

(b) Greg. l.7. ep.64. Ind.2.

* voluimus

V. De Synodo convocata Conſtantinopoli.

Hoc item anno cum idem S. Gregorius ſubodoratus eſſet peragi Synodum Conſtantinopoli, inſcia Apoſtolica ſede, veritus ne quid novi ibi decerneretur de nomine Oecumenici, atque illud ex Synodi decreto ſecundum inventum Joannis anteceſſoris Cyriaci ignominioſe nimis Epiſcopo Conſtantinopolitano ibidem confirmaretur; ſcripſit ad omnes Epiſcopos Orientis, licet dumtaxat Euſebius Theſſalonicenſis Epiſcopus in epiſtolæ inſcriptione nominetur, monens ut Cyriaco talia præſumenti reſiſtant, atque de Concilio iſta ſubdit (c): *Præterea pervenit ad nos, quod fraternitas veſtra ad urbem Conſtantinopolim ſit convocata. Et quamvis piiſſimus noſter Imperator agi illic illicita non permittat, tamen ne perverſi homines conventus veſtri occaſione reperta, aut pro hujus nominis ſuperſtitione locum ſurreptionis requirant, aut ob aliam rem facere Synodum cogitent, quatenus hoc in ea callidis machinationibus inducant: quamvis ſine Apoſtolicæ ſedis auctoritate atque conſenſu nullas quæcumque acta fuerint vires habeant: veruntamen coram omnipotenti Deo conteſtor & admoneo, ut nullus veſtrum illic quibuſlibet ſuaſionibus, quibuſlibet blandimentis, quibuſlibet præmiis, quibuſlibet terroribus trahatur aſſenſus: ſed pro æterni judicis conſideratione adverſus prava deſideria ſalubriter & unanimiter vox exhibetur: & paſtorali conſtantia atque Apoſtolica auctoritate ſuffulti, prædonem irruentemque lupum excludite, & in diſciſſionem Eccleſiæ ſævienti non cedite, ne de hac re quacumque ſurreptione Synodum patiamini, quæ neque legitima quidem, nec Synodus dicenda eſt celebrari.*

(c) Greg. l.7. ep.70. Ind.2. edi. Rom. Oecumen. Synod. ſine conſenſu Rom. Pont. nulla.

VI.

*Hoc quoque pariter admonemus, ut ſi forte nil actum de hujus perverſi nominis mentione fuerit, ſed de alia re Synodus forte colligitur: omnino ſitis cauti, circumſpecti, vigilantes, atque ſolliciti, ne quid illic circa locum aliquem vel perſonam præjudicialiter ſive illicite adverſus canones cenſeatur: ſed ſi quid incidentis utilitatis cauſa tractandum eſt, ſic cauſa, de qua agitur, formam accipiat, ut ſtatuta vetera nulla convellat. Unde iterum coram Deo & ſanctis ipſius admonemus, ut hæc omnia ſummo ſtudio & tota mentis intentione ſervetis. Nam ſi quis (quod non credimus) ſcripta præſentia aliqua in parte neglexerit, a beati Petri Apoſtolorum principis pace ſe noverit ſegregatum.* Hactenus Gregorius ad Epiſcopos Orientis. Vidiſti quanta in uno Romano Pontifice inſit auctoritas atque poteſtas, cujus niſi conſenſus accedat, omnia a quibuſvis Epiſcopis ſtatuta inania penitus reddi conteſtetur? Sed reliqua perſequamur.

VII. De converſione ſchiſmaticorum.

Non modicum Gregorius accepit gaudium hoc anno ex ſchiſmaticis in Iſtriæ partibus degentibus reverſis ad Catholicæ Eccleſiæ unitatem: quo argumento datæ extant pleræque ejuſdem Gregorii litteræ. Fuerunt hi habitatores Capreæ inſulæ in Iſtria poſitæ, qui legationem ad Rom. Pontificem mittentes, rogaverunt

ad

ad Ecclesiæ unitatem admitti. Quos benigne suscipiens S. Gregorius Ecclesiæ Catholicæ communioni conjunxit, eisdemque legaris dimissis litterus ad illos, qui eos miseraot, reddidit; (a) quos & commendavit Callinico (b) Ravennæ Exarcho, necnon Mariniano (c) Episcopo Ravennati, ut eos redeuntes ad propria benigne susciperent atque foverent. Adierant alii ex iisdem Siciliam, ubi suum ipsorum Episcopum degere cognoverunt, ut illum cum iis qui ibi erant schismatici, ad eamdem unitatis gratiam capessendam inducerent; quos Romano Defensori (d) litteris commendavit. Hos autem per eosdem legatos Romam missos cam intellexisset S. Gregorius ad opus hoc diligenti studio collaborasse, ad Imperatoris ministros eidem provinciæ præfectos, iisdum redeuntibus legutis, litteras dedit, pluribus gratias agens, quod pietatis zelo exæstuantes, ad anitatem sanctæ Ecclesiæ eosdem populos reduceré pro viribos laborarent. Fuerunt hi Basilius (e) vir illustris, Mastalonus, Theodosius, necnon Magister militum Gulfarus nominu, ad quem etiam hujusmodi litteras dedit (f):

(a) Greg. l.7.ep.101. Ind.2. edit. Rom.
(b) Idem l.7. ep.99. edit. Rom.
(c) Greg. l.7.ep.100. edit. Rom.
(d) Greg. l.7. ep.98. Ind.2.ead. edit.
(e) Idem l.7. ep.93. 94. edit. Rom.
(f) Idem l.7. ep.97. Ind.2.

VIII. Magistri militum studium in convertendis schismaticis.

*Latores præsentium de Istria ad nos partibus venientes, multa nobis bona gloriæ vestræ retulerunt, ut in reddendum hos vobis gratiarum actionem vehementer accenderent. Cognovimus namque, quod inter curas injunctæ vobis gubernationis illarum partium, præcipuam de animarum lucris solicitudinem habeatis, & ita errantium corda ad unitatem festinare vos Ecclesiæ revocare, ut (quantum ad desiderium vestrum pertinet) nullum illic ab Apostolica segregatum remanere velitis Ecclesia; tantusque vos B. Petri Apostolorum principis amor accenderit, ut ovile ipsius, cui a Domino omnes creaturæ sunt tradita, summo redintegrare cum desiderio cupiatis. Habe, gloriose fili, ex tanto tolique opere præfixam de divina retributione fiduciam, in qua vos non solum nostra adhortatio, sed & Apostolicus quoque sermo confirmat (g): quia is qui converti fecerit peccatorem ab errore viæ suæ, salvabit animam ejus a morte, & operiet multitudinem peccatorum. Quantalibet enim sit temporalis affluentia, vel certe prosperitas habet finem suum, terminum mortis: hoc vero quod de animarum lucris apprehendistis studium, tenet fixum spei suæ certitudinem æternæ scilicet vitæ retributionem. Quapropter præmisso paterno salutationis affectu, hortamur gloriam vestram, ut pro unitate sanctæ fidei zelum, quem vobis ipse unitatis auctor tribuit studiosius peragatis, & quosque potueritis, in sinum matris Ecclesiæ ab schismatis sui revocantes errore, adhortatione continua foveatis. Hoc etiam peragentes, ut & quos per vos Dominus suo ovili redintegrari concesserit, ita defensionis vestræ solatiis protegatis, ut non sit, quo hi qui adhuc in errore sunt positi, revertentes ad salubre consilium valeant applicare. Dum enim vos causas Dei in terra agitis, ipse & hic actus vestros protectionis suæ feliciter ope disponit, & in æterna vobis vita, quam cupitis, pro tanto bono vestra retributio existet.* Hucusque Gregorius ad Magistrum militam velut Apostolum in Evangelio laborantem. Ita Deus, cum silerent Episcopi torpentes ignaviu, & adversantes aliquando, excitavit milites, qui Episcoporam zelo in convertendis ab errore populis prædiri essent.

(g) Jac. 5.

Contigit hoc pariter anno mori Anastasium Episcopum Antiochenum cognomento Sinaitam, celebrem inter Scriptores Ecclesiasticos, cum sedisset annos sex inchoatos, postquam ad suam Ecclesiam post Gregorium restitutas fuit: qui ob sanctitudinem vitæ, cum Orientali, tam Occidentali Ecclesiæ factus conspicuus, ab utraqou commendatus atque illastratus, perpetuir monumentis inter sanctos receptus anniversario commemoratione a Catholicis celebratur undecimo Kalendas Maii. Hic susceptum (h) a Gregorio Papa, quem mirifice coluit, de cura pastorali librum, eumdem Græcam reddidit, tradiditque legendum Orientalibus: habentur ejusdem auctoris sermones complures, perpauci autem Latinitate donati. Scripsit etiam egregium opus de rectis dogmatibus. Huic autem alium ejusdem nominis subrogatum fuisse Anastasium, Nicephorus Constantinopolitanus Episcopus in Chronico tradit. Cæterum Nicephorum cognomento Callistum (i) errasse in duobus his Anastasiis constat, dum quod alterius est, alteri tribuit. Etenim huic

Obitus S. Anastasii Sinaitæ Episc. Antiocheni.

(h) Sigeb. de Script. Eccl. c.42.

(i) Nicep. l.17. c.29.

qui

PAGIUS II. Obitus S. Anastasii Episcopi Antioch.

A num. VIII. ad XI. In Registro Divi Gregorii lib. VII. *Indict. II. mense Januario*, recitatur Epistola XLVIII. *Anastasio Episcopo Antiocheno* scripta, postquam Professionem fidei ab hoc accepisset. Quare *Anastasius Senior* Anastasii Junioris decessor mortuus erat anno præcedenti, quo Kalendis Septembribus Indictio II. inchoata est. In Chronico Nicephori in Historia alterius Nicephori lib. 18. cap. 44. & in Tabulis Theophani insertis *Anastasio Seniori* anni sex post restitutionem in Sedem Antiochenam tribuuntur, qui utrimque incompleti intelligendi sunt; cum ea restitutio die XXV. mensis Martii anni DXCIII. facta fuerit, ut anno DXCIV. ostendi. Porro distinguendi tres *Anastasii* pietatis laude celeberrimi, quos plerique Scriptores inter se confudere, nempe Sanctus *Anastasius* Presbyter Monachus Sinaita in Arabia, Sanctus *Anastasius* Patriarcha Antiochenus hujus nominis primus, & *Anastasius* Junior Martyr nuncupatus, quod a Judæis excarnificatus fuerit, Senioris immediatus successor.

Prior

qui præcessit, nominatum Sinaitam, non qui successit, tradit occisum a Judæis; sed cum sub Phoca id acciderit, juniori Anastasio est tribuendum ex sententia Græcorum historicorum: quod etiam refellimus in Notis ad Romanum Martyrologium pluribus.

IX. (a) Niceph. l. 18. c. 44. Scripta Anastasii Sinaitæ.

Recenset vero ejusdem Anastasii Sinaitæ has lucubrationes Nicephorus (*a*) qui eum primarium præclarumque Ecclesiæ doctorem appellat: *Hujus*, inquit, *liber est, cui nomen ὁδηγός, hoc est, via dux & Ecclesiæ dogmatum fines, aliaque præterea multa, item in sextum Psalmum liber in ingressu jejuniorum editus. Ego vero orationem etiam ejus quamdam legi ad Antiochenos in introitu sua scriptam, & Pacificatoriam alium, quam trigesimo-tertio anno in thronum suum postliminio reversus composuit, Mauritio Imperium obtinente, quem etiam in eo scripto, quod ab exilio revocatus sit, laudibus effert.* Hæc Nicephorus. Porro orationem ejusdem sancti Anastasii de sacra Synaxi Achilles Statius Lusitanus in Latinum a se conversam obtulit Gregorio Decimotertio Pontifici Maximo, anno Redemptoris millesimo quingentesimo septuagesimo-nono, dignam quidem quæ his temporibus ederetur, cum pleraque habeat de sumptione sanctissimæ Eucharistiæ observatione dignissima vetera monumenta: ex quibus hic tibi perpauca hæc saltem (ne jejunum penitus abire sinamus) apponenda ex lauta mensa putavimus.

X. De sumentibus sacram Eucharist. Anast. commonitio.

Dum enim inclamat in eos qui imparati ad sacram mensam accedunt, hæc ait: *Quid gravius iis quibus utimur moribus? Etenim rapinis, sceleribus, peccatorumque multitudine cooperti, tantummodo aqua ablutis manibus, sanctissimum corpus illud, divinumque sanguinem pro salute mundi largiter olim effusum impuri sordidique ori admovemus.* Et post aliqua in detestationem facinoris inculcata, adjicit ista: *Nec enim ingredi in Ecclesiam, ac divinas imaginum sanctorum formas, pretiosasque ac venerabiles Cruces etiam salutasse fuerit satis: non frigida manus abluisse, id vere est esse purum, mundumque; sed peccatorum sordes abluisse ac fugisse, sed confessione, sed lacrymis, sed contrito humiliatoque animo, sed demisso contractoque vultu peccatorum, quibus tenemur, catenas eluisse, ac tum demum ad illa sancta deceat accedere mysteria.* Et post nonnulla: *Anaphora enim dicitur, quod ad Deum sursum feratur. Ades igitur quieto tranquilloque animo; Christo Domino per sacerdotes tua confitere peccata: quicquid egisti mali, tuto damna, nec verecundare. Est enim verecundia quæ adducit peccatum, & est verecundia gloria & gratia, &c.* Ac demum post alia de dimittendis acceptis a proximo injuriis elegantem hujusmodi historiam per brevem exempli causa adducit in medium:

*Vir*, inquit, *unus ex iis, qui monachali insigniti sunt schemate, cum negligentissime per summum otium vitam suam omnem egisset; ea quæ esset ad mortem, infirmitate cœpit infirmari. Cumque jam ultimum spiritum duceret, suam ipsius mortem nequaquam perhorrescens, summa voluntate, magnaque cum gratiarum actione exolutus vinculis excedebat. Ad quem assidentium Patrum unus: Frater, inquit, persuasum tibi habeto, & putasse nos, & vidisse, summa negligentia, animique remissione vixisse te utique ad hoc usque tempus: & unde hæc tibi nunc tanta securitas, id vero omnes nescimus. Cui respondit frater: Est ita omnino, Patres, vitam per summam negligentiam duxi: sed Angeli Dei eadem hac ipsa hora peccatorum meorum ad me chirographon attulerunt, cumque ea quæ fecissem postquam sæculo renunciassem peccata legissent, numquid agnoscerem rogaverunt. Quibus ego; Maxime vero, inquam, agnosco: sed idem ex quo renunciavi sæculo, vitamque institui monasticam, nec judicavi quemquam, nec ab ullo mihi factam injuriam meminisse volui. Igitur Domini verba ad me quoque pertinere opto & oro, qui dixit: Nolite judicare, & non judicabimini: & Dimittite, & dimittetur vobis. Quæ post-*

PAGIUS III. *Anastasius Monachus Sinaita distinguendus ab Anastasio Ep. Antiocheno.*

Prior vixit in monte Sinai, qui Monachorum Asceteriis circumquaque obsitus fuit, ac celebratur a Græcis die XX. mensis Aprilis, & in quibusdam Menologiis die XXI. ejusdem mensis. Quantum pro Ecclesia Dei usque ad senectutem laboraverit, ostendunt varia ejus Scripta, quæ Baronius, aliique Viri doctissimi a Nicephoro lib 8. cap. 44. in errorem abrepti, adscripsere *Anastasio Seniori* Patriarchæ Antiocheno, quem perperam *Sinaitam* vocant, & unum eundemque cum Anastasio Sinaita esse arbitrantur. Nam Allatius in Diatribis *de Simeonum Scriptis*, & ex eo Henschenius ad diem XXI. mensis Aprilis in Vita Sancti Anastasii Sinaitæ & Sancti Anastasii Patriarchæ Antiocheni, aliique Recentiores doctissimi, tam Catholici quam Protestantes, utrumque ob invicem separandum esse docuere. Libri XI. *Anagogicarum contemplationum in Hexaemeron*, de quibus Baronius, foetus sunt *Anastasii Sinaitæ*, non vero Anastasii Antiocheni Episcopi; citantur enim in Annalibus Michaelis Glycæ viginti circiter vicibus, ibique nunquam Episcopus aut Patriarcha Antiochenus appellatur, sed sæpius *Anastasius Sinaites, vir divinus & vir eximius*. Liber cui titulus: *Responsio Anastasii Episcopi ad Orthodoxorum aliquorum Christianorum interrogationes de diversis capitibus Ecclesiasticis*, qui memoratur a Baronio, existimante fœtum esse Anastasii Sinaitæ, neque ab hoc, neque ab Anastasio Episcopo Antiocheno editus est; cum plures errores Græcorum infarti sint his Quæstionibus & Responsionibus, & in iis multa excerpantur ex Constitutionibus Apostolorum, quæ sub nomine Cle-

*postquam Angelis dixi, chirographon peccatorum meorum conseiderunt: & inde nunc summa cum lætitia & securitate proficiscor ad Dominum. Hæc ubi frater ille narravit Patribus, Domino in pace spiritum reddidit, magnæque astantibus ædificationis utilitatisque causa & auctor extitit, &c.* Hæc Anastasius.

Sed sint tibi pro jentaculo ista: lautiorem, si cupis, paratam habes mensam in editis jam ipsis ab eo conscriptis quinque libris de rectis fidei Catholicæ dogmatibus quos se in exilio scripsisse testatur (*a*), necnon locupletiorem thesaurum undecim ejusdem auctoris libros Anagogicarum contemplationum in Hexaemeron, quos vere hujus esse Anastasii Sinaitæ, æque cum scholiaste sentio: dissentio vero a Nicephoro in errorem ducto, dum hunc Sinaitam martyrem appellat; quo titulo junior Anastasius ob martyrium acceptum sub Phoca Imperatore tantummodo dignus est: hunc autem hoc anno sub Mauritio defunctum esse, tam quæ ex Nicephoro Constantinopolitano, quam quæ proxime dicturi sumus ex sancto Gregorio Papa, fidem haud dubiam vendicant. Porro hic ipse Anastasius diversis suorum scriptorum locis hos a se scriptos esse citat commentarios, nempe, De constructione hominis libros duos, Contra Judæos totidem, De Christi passionum contemplatione, De Ægypto encomium; Adversus eos qui in Divinis inducunt tres essentias.

(*a*) *Anast. de rect. fidei dogm. l. 3. in fin. t. 1. Bibl. nov. edit.*

XI. Anastasius Anastasio succedit.

His igitur de Anastasio Sinaita dictis, & gloriæ ejus sanctæ memoriæ commendatis, ad ipsius successorem itidem Anastasium appellatum transeamus: qui ubi est creatus Antiochenus Episcopus, more majorum de sua creatione certiorem reddidit Romanum Pontificem, fideique Orthodoxæ professionem ad eumdem conscripsit. Non extat illa quidem, sed quam ad ipsum Gregorius epistolam reddidit, de ea testimonium profert, ubi hæc ipsius exordio ait (*b*): *Fraternitatis tuæ scripta suscepi, professionem fidei rectæ servantia: magnasque omnipotenti Deo gratias retuli, quod & immutatis gregis sui pastoribus, fidem quam semel sanctis Patribus tradidit, etiam post eos immutabilem custodit.* Intelligis, puto, lector, affirmare Gregorium jam mutatos esse pastores, nempe non amplius seniorem, sed juniorem sedere cœpisse Anastasium, a quo exigebatur nova professio fidei; quod de seniore nullatenus dici potest.

(*b*) *Greg. l. 7. ep. 48. Ind. 2. edit. Rom.*

Porro ad juniorem se scribere Anastasium, idem sanctus Gregorius in fine epistolæ istis fatetur verbis: *Quia vero pervenit ad nos in Orientis Ecclesiis nullum ad sacrum ordinem, nisi ex præmiorum datione pervenire: si ita esse vestra fraternitas agnoscit, hanc primam oblationem omnipotenti Deo afferat, ut a subjectis sibi Ecclesiis errorem Simoniacæ hæreseos compescat, &c.* Quæ quidem ad seniorem Anastasium jam tempore Justiniani creatum Episcopum referri non possunt, ut primam hanc oblationem suæ pastoralis curæ offerret, sed ad juniorem Anastasium hoc anno recens electum. Ad ipsum ergo Gregorius novum pastorem scribens, plura de exacta exhibenda gregi cura pastorali commemorat: commendat etiam, quod nonnisi Catholici ad Ecclesiasticos ordines promoverentur.

XII. Laudata fides Cathol. Mauritii Imp.

Sed & quæ de fide Catholica Imperatoris & Imperatricis iisdem suis interserit litteris, accipe: *Quod*, inquit, *ad sacros ordines rectæ fidei viri perducantur, eidem omnipotenti Deo gratiæ sine cessatione solvendæ sunt, & pro vita piissimi, & Christianissimi domini nostri Imperatoris, & tranquillissima ejus conjuge, & mansuetissima ejus sobole semper orandum est, quorum temporibus hæreticorum ora conticescunt: quia etsi eorum corda in insania perversi sensus ebulliunt, Catholici tamen Imperatoris tempore prava quæ sentiunt, eloqui non præsumunt.* Hæc laude digna de Imperatore Gregorius; qui eadem totidem ferme verbis habet de iisdem Mauritio, conjuge, atque filiis in epistola (*c*) ad Isicium Hierosolymorum Episcopum data. Equidem inter felicissimos Imper. collocandus erat Mauritius, si quemadmodum fuit Catholicæ fidei tenacissimus, fuisset pariter & in reliquis æque sincerus: sed dum minime rectæ fidei æque bona opera conjunxit, & contemptui habuit sanctissimos sacerdotes, Dei vindictam meruit experiri, ut suo loco dicemus.

(*c*) *Greg. l. 9. ep. 40. Ind. 4.*

Misit

PAGIUS

Clementis Romani Apostolis confictæ sunt, citenturque in illis *Olympiodorus*, qui decimo sæculo floruit, & alii juniores Scriptores.

IV. *Liber inscriptus Dux via editus ab Anastasio Sinaita.*

Liber inscriptus *Dux via*, græce ὁδηγός, *adversus Acephalos* eo fine elucubratus, ne Orthodoxi inciderent in laqueos & retia Hæreticorum, præsertimque Severianorum, tribuitur a Nicephoro, & a Baronio Anastasio Sinaitæ Episcopo Antiocheno, sed fœtus est *Anastasii Monachi Sinaitæ*; titulus enim in codice MS. hujusmodi est: *Exordium libri S. Anastasii Monachi Sinaitæ*. Et cap. 4. hic titulus legitur: *Anastasii minimi Presbyteri sancti montis Sina opus de fide, œconomia Christi Dei filii ad sanctam Catholicam Ecclesiam Babylone scriptum, fratribus nostris in ea Christi studiosis & Orthodoxis petentibus.* Albertinus Minister Calvinianus in libro a se contra Sacramentum Eucharistiæ scriptu pag. 893. & pag. 903. Latinæ editionis, ubi nonnulla de Anastasii Sinaitæ libris observat, loquens de libro, cui titulus ὁδηγός, seu *Dux via*, ostendit, *Anastasium Sinaitam* Opus illud conscripsisse inter annum DCXXX. & DCXL. diu scilicet post utriusque Anastasii Episcopi Antiocheni

Misit vero hoc eodem anno Imperator Romam triginta libras auri pauperibus dividendas, necnon rogas, militare scilicet dunativum in milites erogandas. Pro quibus omnibus Gregorius gratias agens, ejusmodi officii plenas ad eum litteras reddidit (a):

(a) Greg. l.8.ep.2. Ind 3. incheunt. mens.Sept.

XIII. Epistola Greg. ad Mauritium Imp. de missa eleemos.

*Dominorum pietas, quæ suos consuevit misericorditer famulos continere, ita benigna hic subventione resplenduit, ut cunctorum debilium inopia largitatis ejus sit consulatione sublevata. Pro qua re lacrymabili prece omnes deposcimus, ut omnipotens Deus, qui clementiæ vestræ ad hoc corda compunxit, incolume in amore sui constantia dominorum servet Imperium, & victorias eorum in cunctis gentibus auxilio suæ majestatis extendat. Triginta itaque libras auri, quas consamulus meus Busa detulit Scribo, sacerdotibus, egenisque & aliis fideliter erogavit. Et quia quædam in hanc Urbem sanctimoniales feminæ ex diversis provinciis venerunt post captivitatem fugientes: ex quibus quantum locorum possibilitas recipit, aliquæ in monasteriis datæ sunt: quæ vero in eis minime capi potuerunt, singulariter degentes inopem vitam ducunt: placuit, ut hoc quod cæcis, truncis, aliisque debilibus superesse posset, eis erogari debuisset; dummodo non solum dominorum misericordiam indigentes indigenæ, sed advenientes etiam peregrini susciperent. Unde actum est, ut simul omnes pro vita dominorum concorditer orarent, quatenus omnipotens Deus longa vobis & quieta tempora tribuat, & pietatis vestræ felicissimam sobolem diu in Romana Republica florere concedat. Rogæ * quoque militum ita per prædictum consamulum meum Scribonem, præsente quoque glorioso Castro *, magnæ factæ sunt, ut dona dominorum cuncti sub disciplina debita gratias agendo susciperent, & hoc quod eis prius donari * consueverat, accipiendo, omne murmur everteret.* Hæc ad Imperatorem Gregorius. Vidisti in Mauritio fidem, vidisti & erga pauperes largitatem, ut etiam Romam usque ejus se effunderet misericordia? Sed quod in multis aliis, appensus in statera divini judicii, inventus sit minus habens, meruit in hoc sæculo severe admodum flagellari.

* Togæ

* Exarco

* dominari

Inter tot autem multiplicium negotiorum molestias, contigit hoc anno ipsum Gregorium podagræ doloribus graviter affligi, cum tamen interea labores ex pastorali cura jugiter ingruentes minime prætermitteret. Fatetur vero ipse, adeo se præ doloribus viribus defecisse, ut intelligeret hebetatum. Sed audi ejus verba in epistola ad Secundinum (b): *Scire te necesse est fili carissime, quia tantis podagræ doloribus, tantisque curarum tumultibus premor, ut quamvis unnquam aliquem fuisse reminiscar, valde tamen me videam non esse, qui fuerim.* Ita ipse suis oculis quotidie minor apparens, qui major in Dei oculis in dies magis proficiens evadebat, uti Moyses, cum ante Deum se viliorem se ipso cognovit: & secundum illud Apostoli (c): *Virtus in infirmitate perficitur*; illud verius de se locutus: *Cum infirmor, tunc fortior sum.* Perseverasse toto hoc anno ejusmodi ægritudinem, quæ in fine ejusdem anni dicturi sumus, ostendent.

XIV. Greg. laborat podagra.

(b) Greg. l.7. ep.54. Indict. 2. edit. Rom.

(c) 2. Cor. 12.

XV.

Doloribus pressus, nihil tamen (ut dictum est) remisit quotidianæ solicitudinis omnium Ecclesiarum; sed cumulate omnibus satisfecisse, litteræ hoc anno ab eo datæ significant: adeo ut non publicis tantum, sed privatis quoque in omnibus inservierit: quod satis conspicitur in dicta epistola (d) ad Secundinum. Erat iste Abbas magni nominis inter Longobardos existens, ut ex aliis ipsius Gregorii litteris ad Theodolindam Reginam datis apparet (e): huncque ipsum apud Paulum diaconum (errore puto librariorum) non Secundinum, sed Secundum invenimus nominatum (f): a quo fuisse baptizatum filium Theodolindæ Reginæ Adovaldum, idem affirmat, non alio titulo ipsum quam servum Dei appellans, & patria Tridentinum, ubi idem auctor agit (g) de ejus obitu. Citat enim ipse frequenter: nam ab eo scriptam esse de Longobardis historiam tradit. Falluntur autem qui hunc putarunt Episcopum. Fuisse quidem apud omnes magnæ ob vitæ sanctitatem atque doctrinam existimationis, eædem datæ ad ipsum litteræ docent. Verum titubasse ipsum quidem non nihil in recipienda Quinta Synodo, ex iisdem datis ad eum litteris apparet, dum adhue consuluisse constat Gregorium de ea-

(d) Greg. l.10. ep.7. Ind. 7. De Secundino Abb.

(e) Paul. diac.l.4.c.8.

(f) Idem l.4.c.14.

(g) Idem l.3.c.13.



PAGIUS

ebeni obitum. Auctor enim illius tractatus nonnulla refert, quæ cum in Alexandria foret, narrata sunt illi a Catholicis Alexandrinis ibidem contigisse, aliquanto antequam hoc Opus elucubraret: *Narrabant*, inquit cap. 30. *nobis Catholici, qui Alexandriæ degunt, post tempora B. Eulogii Papæ ibi fuisse quendam Augustalem Severianum, qui satis diu quatuordecim librarios ejusdem secum sententiæ habuerit, ex ipsius mandato residentes, & depravantes Libros dogmatum Sanctorum Patrum.* Satis longum tempus illud non minus verosimiliter assignari potest, quam viginti annorum: Obiit vero *Eulogius* anno DCVIII. Rursus refert *Auctor* illius Operis, cum ibidem foret, ac quæstio agitaretur de verbis quibusdam Cyrilli sic falsatis & adulteratis, *Isidorum* quendam Bibliothecæ Patriarchæ Præfectum, ac vere orthodoxum, Codicem *Cyrilli* sincerum protulisse; quod indicium fuit, Patriarcham tunc adhuc ibi orthodoxum fuisse. Neque enim verisimile est, Patriarcham Theodosianum & Eutychianum Bibliothecæ suæ Præ-

eadem simol & aliis quæstiouibus, atque primom, num Orientales Ecclesiæ susciperent epistolam S. Leonis Papæ ad Flavianum, atque au omoes pariter io damnationem Trium capitulorum æque coosentirent. Satisfacit his Gregorius eumdem certiorem reddens, omnes Orientales Ecclesias ona cum quatuor Conciliis æque recipere S. Leonis epistolam, atque etiam Quiutam Synodum eum damnatione Trium capitulorum, de quibus nos superius diximus abuudanter. Sed & ea inter alias pulsavit Gregorium de origine auimarum quæstione perdifficili. Verum Gregorios percontauti nihil definiendo respoudit; originale tamen peccatum inhærere oascentibus, firmiter demonstravit. Porro easdem quæstioues si quis atteute consideret, occasione receptæ Quiutæ Synodi ab ipso motas esse cognoscet.

XVI. Mittit cum aliis muneribus sacras imagines. Petierat præterea suis litteris idem Secundinus veuerandas imagines. Quod Gregorius liberaliter æque ac religiose præstitit, deque sacro imaginum cultu apposuit ab Ecclesia receptam doctrinam, dum hæc ait: *Imagines quas tibi dirigendas per Dulcidum diaconum rogasti, misimus. Unde valde nobis tua postulatio placuit: quia illum toto corde, tota intentione quæris, cujus imaginem præ oculis habere desideras, ut te visio corporalis quotidiana reddat exercitatum: ut dum picturam illius vides, ad illum animo inardescas, cujus imaginem videre desideras. Ab re non facimus, si per visibilia invisibilia demonstramus. Sic homo qui alium ardenter videre desiderat, aut sponsam amans videre conatur, si contigerit eam ad balneum, aut ad Ecclesiam ire, statim per viam incedendi se præparat, ut de visione ejus hilaris recedat.*

*Scio quidem, quod imaginem Salvatoris nostri non ideo petis, ut quasi Deum colas sed ut recordatione Filii Dei in ejus amore recalescas, cujus te imaginem videre consideras. Et nos quidem non quasi ante Divinitatem ante illam prosternimur, sed illum adoramus, quem per imaginem aut natum, aut passum, aut in throno sedentem recordamur: & dum nobis ipsa pictura quasi scriptura in memoriam Filium Dei reducit, animum nostrum aut de resurrectione lætificat, aut de passione demulcet. Ideoque direximus tibi surtarias duas, imaginem Dei Salvatoris, & sanctæ Dei genitricis Mariæ, beatorumque Apostolorum Petri & Pauli continentes, per supradictum filium nostrum diaconum, & unam Crucem, clavem etiam pro benedictione a sanctissimo corpore Petri Apostolorum principis, ut per ipsum a maligno defensus permaneas, cujus signo munitum te esse credis.* Et superius eadem epistola: *Aloem vero, thymia, styracem, & balsamum sanctorum martyrum corporibus offerenda, latore præsentium deferente, transmisimus.* Hæc quo ad sanctorum cultum. Dedit ad eumdem & duos homiliarum codices, quas super Evangelia ipse habuerat io Ecclesia: Io duo enim volumina illas partitas fuisse constat. Addidit insuper & vestimentum. Hæc de muneribus ad eum a Gregorio missis, quibus demerere tantum virum conatus est, quem sciret contioere potuisse Longobardos io communione Catholica.

XVII. De sacrarum imaginum cultu. Quod vero ad cultum spectat sacrarum imaginum: non solum ante ipsas Deum precari atque adorare, sed & prosternoi Fideles consuevisse, ex Gregorio intellexisti: verum ne religio in superstitionem declinet, ut manu facta, quasi Gentiles idola, Christianus colat, admonitionem quam audisti, conjungit; sicut & in epistola (a) quam hoc item anno post hæc dedit ad Serenum Massiliensem Episcopum, ubi ait: *Indico dudum ad nos pervenisse, quod fraternitas vestra quosdam imaginum adoratores adspiciens, easdem Ecclesiæ imagines confregit atque projecit. Et quidem zelum vos, ne quid manufactum adorari possit, habuisse laudavimus: sed frangere easdem imagines non debuisse, judicamus. Idcirco enim pictura in Ecclesiis adhibetur, ut hi qui litteras nesciunt, saltem in parietibus videndo legant, quæ legere in codicibus non valent. Tua ergo fraternitas & illa servare, & ab earum adoratu populum prohibere debuit: quatenus & litterarum nescii haberent unde scientiam historiæ colligerent, & populus in pictura adoratione minime peccaret.* Hæc ad Serenum, quod & servat Ecclesia, sæpius jam admonita non picturam ipsam adoran-

(a) Greg. l. 7. ep. 112. Indict. 2. edit. Rom.

PAGIUS Præfectum habere voluisse Catholicum virum, qoi suorum pudenda revelaret, & confunderet. Videntur ergo hæc contigisse paulo ante annum DCXXX. sub *Georgio* ultimo illius sæculi orthodoxo Episcopo Alexandrino. At testatur Auctor se aliquanto post scripsisse. Scribere autem non potuit post annum DCXL. nam ipsemet narrat fuisse adhuc in Alexandria Præfectos Augustales cum scriberet, nec ullam mentionem facit irruptionis Saracenorum in Ægyptum. Scripsit igitur necessario ante annum sexcentesimum tricesimum nonum, quo *Saraceni* Ægyptum oppugnarunt, & vi ceperunt, ipsa quoque Alexandria anno quadragesimo primo ejusdem sæculi oppugnata, & Præfecti Augustales inde in perpetuum expulsi. Quare *Anastasius Sinaita* pervenit ad ultima tempora Heraclii Imp. Liber ille varie interpolatus fuit, ut ostendit Allatius in Syntagmate de Engastrimytho pag. 528.

V. *Anastasius Sinaita in omnibus Orthodoxus.* Contra veritatem Albertinus, aliique Protestantes scribunt, *Anastasium* Sinaitam credidisse Eucharistiam esse meram figuram Corporis Christi, virtutis ejus & efficaciæ plenam. In libro enim, cui titulus, *Via Dux*, aliisque eidem

randam, sed quem eadem pictura reddit, quasi præsentem alloqui & venerari. Quis Christianorum adeo obtusus ingenio & captus mente reperiatur, ut cum ante imaginem sternitur, dicat se adorare colores illos in imaginem super tabulam ductos? cum e contra ratione prototypi eam venerari & adorare debere consentiat. Sic & anno superiori eumdem Gregorium scripsisse (*a*) meminimus de imagine Dei genitricis Mariæ in synagogam Judæorum delata, ut deberet cum veneratione referri: & nuper in epistola ad Secundinum, prosterni pie solere Fideles ad sanctas imagines, tradit. In quam etiam sententiam accipiar necesse est (nisi velis eum scripsisse sibi contraria) quæ idem Gregorius in posteriori epistola eodem argumento conscripta ad Serenum habet: ut cum adorari imagines negat, intelligar de adoratione illa, qua Gentiles colebant idola, cum putarent in manufactis divinam esse virtutem. Sed de his pluribus Hadrianus Papa in epistola ad Carolum Magnum.

(*a*) Greg. l. 7. ep. 5. Ind. 2.

XVIII. Quod demum ad ipsum Secundinum Abbatem pertinet, traxisse nimium visus est contentiosum funem adversus Gregorium: nam alias post annos quinque datis ad Theodolindam Longobardorum Reginam litteris (*b*), fuisse itidem de Tribus capitulis & Quinta Synodo disceptandum, quæ ibidem mox Gregorius subdit, ostendunt, ubi ait: *Eam tamen Synodum, quæ pia memoria Justiniani tempore facta est, per latores præsentium transmisi: ut prædictus filius meus dilectissimus ipsum relegens, cognoscat, quia falsa sunt omnia, quæ contra sedem Apostolicam vel Catholicam Ecclesiam audierat. Absit enim nos cujuslibet sensum hæretici recipere, vel a tomo sanctæ memoriæ Leonis prædecessoris nostri in aliquo deviare. Sed quæcumque a sanctis quatuor Synodis sunt definita, recipimus; & quæcumque reprobata sunt, condemnamus.* Hæc de his Gregorius, sæpe sæpius iisdem (ut superius vidisti) quæstionibus sive a schismaticis, sive schismaticorum occasione vexatus, & (ut ita dixerim) lancinatus.

(*b*) Greg. l. 12. ep. 7. Ind. 7.

Secundinus haud facile Greg. acquievit.

XIX. Fuit hoc item anno æque laborandum Gregorio adversus quosdam, qui in ipsum oblatrarent, quod contra Constantinopolitanam Ecclesiam insurrexisset, a qua (ut ipsi ajebant) Ecclesia Romana in sacris ritibus pleraque mutuata esset. Quænam fuerint ista, hic ex ipsius Gregorii litteris sunt afferenda; qui scribens ad Joannem Syracusanum Episcopum, ista habet (*c*):

(*c*) Greg. l. 7. ep. 64. Ind. 2. edi. Rom.

De ritibus & vocibus a Græcia acceptis.

*Veniens quidam de Sicilia, mihi dixit, quod aliqui amici ejus vel Græci, vel Latini, nescio, quasi sub zelo sanctæ Romanæ Ecclesiæ de meis dispositionibus murmurarent, dicentes: quomodo Ecclesiam Constantinopolitanam disponit comprimere, qui ejus consuetudines per omnia sequitur? Cui cum dicerem: Quas consuetudines sequimur? respondit: Quia Alleluja dici ad Missas extra Pentecostes tempora fecistis: Quia subdiaconos spoliatos procedere: Quia Kyrie eleison dici: Quia orationem Dominicam mox post canonem dici statuistis. Cui ego respondi; Quia in nullo eorum aliam Ecclesiam secuti sumus. Nam ut Alleluja hic diceretur, de Hierosolymorum Ecclesia ex beati Hieronymi traditione, tempore beatæ memoriæ Damasi Papæ traditur tractum. Et ideo magis in hac sede illam consuetudinem amputavimus, quæ hic a Græcis fuerat tradita.*

XX. Quod enim contigeret sæpe Græcos homines Ecclesiam Romanam habere Pontifices, ab eisdem aliqua ex Græcorum ritibus illata in eam fuisse creduntur. Sed pergit: *Subdiaconos autem ut spoliatos procedere facerem, antiqua consuetudo Ecclesiæ fuit. Sed quia placuit cuidam nostro Pontifici, nescio cui, qui eos vestitos procedere præcepit: nam vestræ Ecclesiæ numquid traditionem a Græcis acceperunt? Unde habent ergo hodie, ut subdiaconi lineis in tunicis procedant, nisi quia hoc a matre sua Romana Ecclesia perceperunt? Kyrie eleison autem nos neque diximus, neque dicimus sicut a Græcis dicitur. Quia in Græcis simul omnes dicunt: apud nos autem a clericis dicitur, & a populo respondetur, & totidem vicibus etiam Christe eleison dicitur, quod apud Græcos nullo modo dicitur. In quotidianis autem Missis alia quæ dici solent, tacemus: tantummodo Kyrie eleison, & Christe eleison dicimus, ut in his deprecationis vocibus paulo diutius occupemur.*



PAGIUS dem attributis Corporis Christi in Eucharistia præsentiam credidit cum tota sæculi septimi Ecclesia; quamvis errore sibi proprio, in explicandis hujus mysterii circumstantiis lapsus, opinatus sit, Corpus Christi in Eucharistia esse corruptibile, & affectiones, quæ conveniunt accidentibus, scilicet frangi, dividi, dentibus conteri, stomacho digeri, alterari, corrumpi, Corpori Domini convenire. Verum proprius hic illi error fuit, & privata opinio, circa circumstantiam quandam mysterii, non circa substantiam ipsius. Qua de re legenda Epistola Marcæ Archiepiscopi Parisiensis ad Lucam Dacherium, liber 7. Tom. I. Arnaldi Doctoris Parisiensis De perpetua fide Catholicæ Ecclesiæ circa Eucharistiam cap. 2. & Natalis Alexander in sexto Ecclesiæ sæculo cap. 4. part. 13. ubi Anastasii Sinaitæ mens egregie explicatur.

VI. Oratio *de Sacra Synaxi*, & Expositio in *Psalmum sextum*, quæ a Baronio tribuuntur Anastasio Sinaitæ Episcopo Antiocheno, sunt *Anastasii Sinaitæ* Monachi, & Notis illustrantur a

*Orationem vero Dominicam idcirca mox post precem dicimus, quia mos Apostolorum fuit, ut ad ipsam solummoda orationem oblationis hostiam consecrarent.* At qaæ Gregorius affert ex Apostolorum traditione, quod ad ipsam solummodo orationem Dominicam conficeretur Eucharistia, magnam potuissent dabitationem afferre, & quærentibus nondum in scirpo, obiatrandi occasionem dare, nisi eadem ax iis quæ idem hic Gregorius subdit, elucidarentar. Dum enim ait, dici ipsam oratione Dominicam super Christi corpus & sanguinem, indicat evidenter non oratione Dominica consecratum ab Apostolis corpus & sanguinem Christi, sed super ipsum jam consecratum dici consuetam, ex quorum traditione id ipsum hactenus Romana servaret Ecclesia. Subdit enim; *Et valde mihi inconveniens visum est, ut precem, quam Scholasticus composuerat, super oblatianem diceremus; & ipsam traditianem, quam Redemptor noster camposuit, super ejus corpus & sanguinem non diceremus.*

Verborum S. Gregor. verus sensus.

XXI. Sic igitur quod dixit: *Apostolorum mos fuit, ut ad ipsam solummoda orationem oblatianis hostiam consecrarent:* perspicue intelligair, nihil aliud miscuisse, sed ea consummasse, persecisseque sacrificium ipsam, Missæ scilicet partem illam, quæ Oblatio dicitur, vel Liturgia: aliter enim aa posse intelligi, prohibent qaæ Gregorius subdit, nimirum, dici ipsam Dominicam orationem saper Christi corpus & sanguinem jam consecratum. Potuitne vel cogitasse Gregorius, ut per orationem Dominicam fieret consecratio, qui in suo libro Sacramentorum grandiusculis reliquit expressa litteris verba ipsa Christi, quibus sacramentum conficeretur? neque alia quidem, quam quæ ab Apostolis tradita & a sanctis Patribus sunt recepta, quæ ipsa recitans S. Ambrosius ait (a): *Ante verba Christi calix est vini & aquæ plenus: ubi verba Christi operata fuerint, ibi sanguis efficitur.* Et quæ verba Christi? nempe super panem dicta: *Hoc est corpus meum*: & super calicem: *Hic est sanguis meus, &c.* At si Græcos quæris, habes inter alios Chrysostomum id ipsam profitentem in homilia de proditiona Judæ: si vero recentiores Latinos, est S. Cæsarius Arelatensis Episcopas, qui hujus sæculi exordio in Ecclesia Dei miro splendore claruit: ipse enim in homilia septima de Paschate ista ait: *Recedat ergo omne infidelitatis ambiguum: quandoquidem qui auctar est muneris, ipse etiam testis est veritatis. Nam invisibilis Sacerdos visibiles creaturas in substantiam corporis, & sanguinis sui verbi sui secreta potestate convertit, ita dicens: Accipite & edite: hoc est corpus meum. Et sanctificatione repetita: Accipite, & bibite: hic est sanguis meus, &c.* Hæc ex pluribus, quod obiter de his agendum inciderit ob elucidationem verborum S. Gregorii, qui in eadem epistola ista sablicit: *De Constantinopolitana Eaclesia quod dicunt, quis eam dubitet sedi Apostalicæ esse subjectam? Quod & piissimus domnus Imperator, & frater noster Eusebius * ejusdem civitatis Episcopus assidue profitentur.* At abi legitur, Eusebius, restituendum est, Cyriacus, ex iis quæ superius eadem indictione sunt dicta. Sed accipe qualem ad omnem tollendam invidiam ad suam epistolam idem S. Gregorius apposuit colophonem: *Si quid inquit, boni vel ipsa Constantinopolitana scilicet, vel altera ecclesia habet: ego & minores meos, quos ab illicitis prahibeo, in bona imitari paratus sum. Stultus est enim, qui in ea se primum existimat, ut bona quæ viderit, discedere contemnat.* Id qaidem Gregorius & alii etiam Romani Pontifices sunt professi: quibas plane intelligas eos qaam maxime a fasta fuisse alienos.

(a) Ambr. de Sacram. l. 4. c. 5.

* Cyriacus

Rom. Ecclesia imitari non dedignatur minores Ecclesias.

Scripsit (b) idem hoc anno ad præcipuos Galliarum Episcopos, jubens ab ipsis Synodum congregari, necnon (c) etiam ad Brunichildem Reginam Francorum, solicite admonens, at Simonia & alia nefanda crimina corrigi daberent: de iisdem quoque Theodobertam atqaa Theodoricum Francorum Reges admonuit: Scripsit hæc omnia, deditque ea perferenda Cyriaco Abbati, qaem Synodo ab eisdem celebrandæ interesse præcepit.

(b) Greg. l. 7. ep. 111. Ind. 2. & ep. 112. 113. 114. edit. Rom.
(c) Greg. l. 7. ep. 115. 116. Ind. 2. edit. Rom.

Porro eamdem Cyriacum etiam transire Gregorius voluit in Hispanias, ut abi ipse præsens esse non posset, per suos adesset. Commendavit autem eum (d) Claudio viro illastri. Hic illa Claudius, de quo apud Isidorum honorificentissima habetur mentio: per ipsum enim, Reccaredum magna clade vicisse Francos bellum inferentes Gothis considentibus in Gallia Narbonensi affirmat, de qao actum est saperius. Cujus viri adeo Regi fidelis, & adversus hostes strenui, ac-

(d) Greg. l. 7. ep. 125. Ind. 2. Rom. edit.

PAGIUS

*Alia opuscula Anastasii Sinaitæ & Anastasii Senioris Ep. Antioch.*

Combefisio Tomo 1. Bibliothecæ Græco-Latinæ Sanctorum Patrum. Refert ibidem Combefisius, Orationes tres *Anastasii Archiepiscopi Antiochiæ*. Prior est de *Annunciatione Beatissimæ Virginis*; sicuti & secunda, tertia vero de *Transfiguratione Domini nostri Jesu Christi*. Præterea Colonienses Veterum Patrum Bibliothecæ inseruerunt *Orationes quinque dogmaticas* Anastasii Sinaitæ, quæ fœtus sunt Anastasii Senioris Episcopi Antiocheni; extant enim MSS. in Bibliotheca Cæsarea, ut refert Lambecius Tomo 7. Commentariorum de eadem Bibliotheca pag. 167. sub nomine Ἀναςασίου Ἐπισκόπου Ἀντιοχείας, &c. Ubi Anastasius non dicitur *Sinaita*, sed tantum

atqua( quod excellit hæc omnia) erga Deum maxime pii, hic ex Gregorii litteris ( *a* ) remaneat perpetuo permansura erecta gloriæ columna ; quæ sic se habent :

(a) *Eadem ep. 125. Ind. 2.*

XXII. Claudius vir insignis.

*Quia unguenti more bonorum fragrat opinio, vestra gloria de Occidentalibus partibus huc usque odor tetendit. Cujus profecto aura suavitate respersus, multum, fateor, quem nesciebam dilexi, atque intra sinum cordis amoris manu te rapui: nec jam eum nesciens diligebam, cujus bona cognoveram. Qui enim mihi magna intentione notus, sed corporis visione manet incognitus, de eo proculdubio veraciter dicere possum, quia personam illius scio, sed domum nescio. Magna autem vestræ laudis datur assertio, quod excellenti Gothorum Regi vestra gloria sedulo adhærere perhibetur: quia dum malis boni semper displiceant, bonos vos esse certum est, qui bono placuistis. Propterea debitum salutationis alloquium solvens, opto vos ea hic quæ cœpistis, exercere: ut in vobis compleatur veridica Salomonis illa sententia, quæ ait* ( *b* ): *Justorum semita quasi lux splendens procedit, & crescit usque ad perfectum diem. Nunc enim cum lux nobis veritatis refulget, cum sese regni cælestis suavitas mentibus aperit, jam quidem dies est, sed adhuc perfectus non est. Tunc enim dies perfectus erit, quando jam quicquam de nocte peccati in mente nostra non erit. Vos autem usque ad perfectum diem crescite, ut quousque patria æterna videatur, bonorum hic operum augmento dilatetur: quatenus tanto post in retributione major sit fructus muneris, quanto nunc studium creverit laboris. Præterea dilectissimum filium nostrum Cyriacum, monasterii nostri Patrem, vestra gloria commendamus: ut peractis quæ ei injuncta sunt, nulla illum remeandi mora præpediat. Omnipotens Deus cælestis vos brachii protectione tueatur, & nunc gloriosos inter homines, & post longa annorum curricula inter Angelos esse concedat.* Hucusque, ex Gregorio de Claudio monumentum, quem trecentis militibus superasse Francorum exercitum sexaginta millium, superius certa assertione demonstratum est.

(b) *Prov. 4.*

XXIII. Quod ad Cyriacum Abbatem tum in Gallias tum in Hispanias missum pertinet : idem agere in Hispaniis, quod in Galliis, a S. Gregorio jussus videtur, nempe ut ad extirpandam ubique Simoniacam hæresim cogeret Episcoporum Concilia. Equidem secundum argumentum epistolarum sancti Gregorii ad Episcopos atque Reges Francorum, & admonitiones ejusdem de Synodo in Galliis convocanda, celebratum habetur Barcinone in Hispania Concilium hoc anno Kalend. Novembris, Æra nimirum sexcentesima trigesimaseptima, anno decimoquarto Reccaredi Regis : cujus quatuor cum extent canones, duo adversus Simoniacum scelus sanciti esse noscuntur, tertius vero adversus laicorum ordinationes, ne promoveantur ad ordines Ecclesiasticos prætermisso tempore a canonibus antiquis præscripto : adeo ut neque in his obediretur epistolis regiis id suadentibus, non pareret plebs, nec consentirent Episcopi. Ista eadem omnia Gregorium admonuisse Gallicanos quoque Episcopos, litteris ad eos datis eidem Abbati Cyriaco; qui eas legerit, in ipsis reperiet, sicut & in aliis datis ad Francorum Reges epistolis eidem Cyriaco, quem in Gallias, & Hispanias hoc anno a S. Gregorio Visitatorem, & correctorem morum esse missum intelligis.

Concilium Barcinonense.

Sed, & quod rursum ad Barcinonense Concilium spectat : cum Hispaniarum Episcopi vehementer hoc anno a S. Gregorio objurgatos audissent Primatem Galliarum Virgilium Arelatensem Episcopum, atque Syagrium Augustodunensem, quod immane facinus reliquissent inultum : illud ne in Hispaniis accideret aliquando, novo canone Patres in Concilio congregati studuerunt, statuentes hæc quæ sequuntur ( *c* ), totum id curante Cyriaco :

(c) *Conc. Barcinon. c. 4.*

*Pari etiam consideratione sancientes, ut si qua virgo propria voluntate, abjecta laicali veste, devotarum more induta, castitatem servare promiserit, vel si qui hominum utriusque sexus pœnitentiæ benedictionem expetendo a sacerdote perceperint, & ad terrena connubia sponte transierint, aut violenter abstracta femina a pudicitiæ violatore se sequestrare noluerint: atque ab ecclesiarum liminibus expulsi, ita ab omnium Catholicorum communione sint separati, ut nulla prorsus eis vel colloquii consolatio sit relicta.* Hæc Patres : cujus sanciendæ se-

PAGIUS tum *Episcopus Antiochenus*. Et tamen Lambecius *titulum* illarum Orationum in linguam Latinam vertens, vulgari errore occupatus, in versione sua eum *Sinaitam* appellat, sicuti & quando mentionem facit Opusculorum ejusdem Anastasii Episcopi Antiocheni, quæ ibidem manuscripta habentur, nomen *Sinaita* versioni suæ semper inserit; cum tamen ex illorum Opusculorum titulis, in quibus Anastasius dicitur tantum *Episcopus Antiochenus*, manifeste pateat, *Sinaita* cognomen nonnisi per errorem illi attributum fuisse. Supersunt varia Manuscripta Græca in variis Bibliothecis sub nomine *Anastasii Sinaitæ*, vel Anastasii Episcopi Antiocheni, de quibus hic agendi locus non est.

Ad num. XXIII. & seq. Concilium Barcinoni. VII.

severæ legis ( ut diximns ) scandalum Galliarum visum est occasionem dedisse. Qualenam autem id fuerit, ex epistola

(a) Greg. l. 7. ep. 110. Ind. 2. edit. Rom. data a S. Gregorio ad Virgiliom Arelatensem & Syagrium Augustodunensem Episcopos apparet his verbis (a):

XXIV. *Commissi officii qualitas me, fratres carissimi, in vocem cogit doloris erumpere.* Et infra: *Pervenit autem ad nos,*

* quondam *Syagriam quamdam * vitam religiosam mutatis etiam vestibus assecutam, posteaque marito violenter esse ( quod dici iniquum est ) sociatam, & nullo vos in ejus*

In Syagriam admissum facinus. *defensione dolore permotos. Quod si ita est, vehementius ingemisco, ne apud omnipotentem Dominum ( quod absit ) mercenarii officium, & non pastoris meritum habeatis, quippe qui in ore lupi ovem laniandam sine certamine reliquistis. Quid enim dictari, quamve rationem futuro estis Judici reddituri, quos stupri scortatio non commovit? quos ad defendendum favor nequaquam religiosi habitus excitavit? quos ad tutandam pudicitiæ integritatem sacerdotalis consideratio non erexit? Vel nunc erga neglectus ad memoriam redeat, hujus recordatio culpa solicitet, &c.* Ex aliena ergo culpa redditi cautiores Hispaniarum Episcopi qui interfuerunt Concilio Barcinonensi numero duodecim, ipsum qoem recensuimus canonem sancivere, monente ( ut par est credere ) Cyriaco Abbate misso in Hispanias a sancto Gregorio monitore.

XXV. Reccaredus munera mittit ad S. Petrum. Quo pariter anno Indictionis secundæ reperitur Rex Hispaniæ religiosissimus Reccaredus delegisse viros valde pios Abbates, eosque Romam misisse ad limina Apostolorum: quibus munera dedit S. Petro Apostolo offerenda. Mentio de hac legatione habetur in litteris S. Gregorii ad ipsum Regem hoc anno redditis, in

(b) Greg. l. 7 ep. 126. Ind. 2. quibus inter alia ista habet (b): *Beatus vero Petrus Apostolorum princeps quam libenter munera excellentiæ vestræ susceperit, ipsa cunctis liquido vita vestra*

(c) Prov. 15. *testatur. Scriptum quippe est (c): Vota justorum placabilia. Neque enim in omnipotentis Dei judicio, quod datur, sed a quo datur, aspicitur: Hinc est enim quod*

(d) Genes. 4. *scriptum est: (d) Respexit Deus ad Abel & ad munera ejus, ad Cain autem & ad munera ejus non respexit. Dicturus quippe, quia Dominus respexit ad munera, præmisit solicite, quia respexit ad Abel. Ex qua re patenter ostenditur, quia non offerens a muneribus, sed munera ab offerente placuerant? Vestra itaque oblatio quam sit grata, ostenditis, qui daturi aurum, prius ex conversione gentis subdita animarum munera dedistis. Quod vero transmissos Abbates, qui oblationem vestram beato Petro Apostolo deferebant, vi maris dicitis fatigatos ex ipso itinere ad Hispanias remeasse: non munera vestra repulsa sunt, quæ postmodum pervenerunt, sed eorum qui transmissi fuerant, constantia est probata, an scirent sancta desiderio objecta pericula vincere, & in fatigatione corporis mente minime lassari. Adversitas enim quæ bonis viris objicitur, probatio virtutis est, non judicium reprobationis, &c.*

Quæ autem idem Gregorius ad reli- XXVI. Munera a S. Greg. missa ad Regem Hisp.
giosissimum Regem post præclaras de conversa opere ipsius gente Gothorum laudes, postque saluberrimas de cavendis diaboli fallaciis admonitiones litteris scriptas, se ad eumdem Regem munera mittere dicat accipe: *Clavim*, inquit, *parvulam a sacratissimo B. Petri Apostoli corpore vobis pro ejus benedictione transmisimus, in qua inest ferrum de catenis ejus inclusum, ut quod collum illius ad martyrium ligaverat, vestrum ab omnibus peccatis solvat. Crucem quoque dedi latori præsentium vobis offerendam, in qua lignum Dominicæ Crucis inest, & capilli beati Joannis Baptistæ: ex qua semper solatium nostri Salvatoris per intercessionem præcursoris ejus habeatis.* Et in fine epistolæ: *Præterea transmisimus clavem aliam a sacratissimo B. Petri Apostoli corpore, quæ cum digno honore reposita quæqui apud vos invenerit, benedicendo multiplicet.*

Dedit prætarea eodem tempore eidem nuncio sanctus Gregorius litteras (e) ad (e) Greg. l. 7. ep. 125. Ind. 2. Rom. edit.
sanctum Leandrum Hispalensem Episcopum, a quo prius acceperat, misitque ad eum pallium. Laborabat æque Leander atque Gregorios tunc podagra, ut ipse in eadem testatur epistoia. Certe quidem si numerandos suscipias sanctitate celebres homines, qui podagræ morbo afflictati sont, copiosum conficies catalogum, quo redarguas eos qui voluptuosos ex podagræ doloribos argount homines. Ad finem vero epistolæ idem hæc habet: *Ego autem quanta occupatione deprimor & debilitate, brevis attestatur epistola, in qua ei quem multum diligo, parum loquor.* Circa autumnum hanc videtur scripsisse epistoiam, paulo ante videlicet Indictionem tertiam inchoatam: quo tempore datis ad Italicam Patriciam ( de qua soperius ) litteris, docet gra-

PAGIUS Concilium Barcinonense. nense habitum *die Kalendarum Novembris, anno feliciter XIV. Regni Christianissimi & piissimi Domini Reccaredi Regis*, ut dicitur in Præfatione ejusdem Concilii, ubi nulla Eræ Hispanicæ mentio. Celebratum illud adversus Simoniacos, ut apud Baronium videre est.

Vide gesta hoc anno Romanos inter & Avares initio anni sequentis.

gravem morbum infestasse Urbem, cum & Africam pariter morbo vastari nunciatum est, necnon Orientem atque alios etiam populos malis iisdem perurgeri. Sed de seipso primum accipe ex verbis

(a) Greg. l. 7. ep. 127. Ind. 2. Rom. edit.

ipsius (*a*): *Peccatis*, inquit, *meis exigentibus ecce jam undecim menses sunt, quod valde rarum est, si de lecto surgere aliquando potuero: tantis enim podagræ, tantisque molestiarum doloribus premor, ut vita mea mihi gravissima pœna sit. Quotidie enim in dolore deficio, & mortis remedium expectando suspiro. In clero vero hujus urbis & populo tanti febrium languores irruerunt, ut pene nullus liber, nullus servus remanserit, qui esse idoneus ad aliquod officium vel ministerium possit. De vicinis autem urbibus strages quotidie mortalitatis nobis nunciantur. Africa autem qualiter mortalitate & languoribus vastetur, quanto vicinior estis, tanto credo quod subtilius cognovistis. De Oriente vero qui veniunt, graviores desolationes nunciant.* His consolatur ipse ægrotantem Patriciam Romanam, quam bella Italiam vastantia una cum suis Siciliam incolere insulam suaserunt. Ad finem autem epistolæ hæc Gregorius. *Dulcissimas filias meas domnam Barbaram & domnam Antoniam mea peto vice salutari.* Quod vero moris fuisse scimus Romanis nomina majorum ad posteros propagari; quod de Italicæ ipsius nomine diximus, idem dicendum pariter de Barbara: habes enim apud Ennodium Ticinensem laudatissimam Romanam mulierem æquo dictam nomine Barbaram, ad quam plures ipse dedit epistolas.

XXVII. Magis laborat cum magis ægrotat Gregor.

Audisti Gregorium undecim jam menses ægritudinibus afflictatum atque prope consumptum: & tamen nihil remisisse negotiorum Ecclesiasticorum liquet: quod hoc anno datæ ab eo epistolæ docent; immo (quod magis mireris) nullus est annus, in quo scriptæ ab eo plures reperiantur epistolæ, & negotia majora pertractata: ut quem decumbentem in lecto vidisti, eumdem epistolis suis veluti alitem pennis ferri, orbemque Christianum lustrare, verbis instituere, ac disciplina corrigere sentias. Quem vero hic scribentem hoc anno audis, mensibus undecim se morbo detentum, non putes esse ipso solutum & redditum sanitati: sed perseverare adhuc ægritudinem eamdem biennio, ipse testatur in epistola ad Eulogium Alexandrinum Episcopum anno sequenti, ubi ait (*b*): *Ecce enim jam biennium pene expletur, quo lectulo teneor, tantisque podagræ doloribus affligor, ut vix in diebus festis usque ad horarum trium spatium surgere valeam, Missarumque solemnia celebrare. Mox autem cum gravi compellor dolore decumbere, ut cruciatum meum possim interrumpente gemitu tolerare. Qui dolor interdum mihi lentus est, interdum nimius: sed neque ita lentus, ut recedat, neque, ita nimius, ut interficiat. Unde fit, ut qui quotidie in morte sum, quotidie repellar a morte: nec mirum, quia peccator gravis, talis corruptionis carcere diu teneor inclusus. Unde compellor exclamare* (*c*): *Educ de carcere animam meam ad confitendum nomini tuo.* Hæc ipse. Sed quid amplius? Ita semper ægrotum ad obitum usque ipsum perseverasse, quæ inferius dicentur, ostendent.

(b) Greg. lib. 8. ep. 35. Ind. 3.

(c) Psal. 141.

Quod vero ad Africanam luem spectat, audi quid idem Gregorius de ea scribat ad Dominicum Episcopum Carthaginensem, eum consolans ipse licet ægrotus & afflictus his verbis (*d*):

(d) Greg. lib. 8. ep. 41. Ind. 3.

XXVIII. Pestis depascitur Africam.

*Quanta in Africanis partibus lues irruerit, jampridem cognovimus: & quia nec Italia de hac cladis percussione est libera, geminati in nobis dolorum sunt gemitus, &c.* Subdit enim quod ipse putabat (ut frequenter tum in homiliis, tum litteris inculcare consuevit) mundi finem imminere: tot enim plagis & tam assiduis videbat urgeri mundum, ut jam ejus finem crederet imminere. Ex quibus considerandum est, quot tantisque Pater sanctissimus perstringeretur angustiis; inter quas eo solicitius prospicere omnium saluti curabat, quo omnium finem propinquum adesse putabat. Hinc ipse ad eumdem Carthaginensem Episcopum scribens, qualiter se gerere deberet ejusmodi luis tempore, admonet, non quidem ut saluti suæ consulens derelinquat gregem, sed ut pro eo vitam exponat: *Vestra*, inquit, *vos lingua (sicut & credimus) moges ac magis a pravi operis perpetratione coerceat, bonorum præmia, malorum pœnas edisserat: ut qui bona minus diligunt, saltem mala pertimescant, & ab his se, quæ sunt plectenda, contineant. Nam inter flagella positos flagellis digna committere, contra ferientem est specialiter superbire, & sævientis acrius iracundiam irritare. Atque est primum genus dementiæ, nolle quempiam a malis suis juste quiescere, & Deum injuste a sua velle ultione cessare. Sed quoniam in his divino adjutorio opus est, injunctis, dilecte frater, precibus, omnipotentis Dei clementiam exoremus, ut & nos digne ista tribuat exhibere, & populorum ad hæc operanda misericorditer corda compungat.* Hæc de his, quæ Episcopi agere debeant tempore mortalitatis. Quos vero ob privatorum diversa negotia hoc anno oportuit ipsum Gregorium labores suscipere, ex litteris ab eo hoc eodem anno ad diversos datis quemque commodius pervestigare, quam cuncta cum fastidio hic ingerere, posse putamus.

Mu-

# Mutata vel adjecta a BARONIO hoc Tomo his signis ☛ ☚ notantur : rejecta hic vides.

ANno *Chr.* 546. §. Quinam autem, *ubi nunc legitur*, Pelagio diacono, *legebatur*, Paschali diacono.

*Eodem an.* §. Hoc anno, *pro his verbis*, ferme viginti, *legebatur*, decem & octo.

*Anno Chr.* 548. §. Hoc anno Theudis, *ubi nunc legitur*, annos sexdecim & menses quinque, *legebatur*, annos septemdecim.

*Anno Chr.* 553. §. Sed ut, *ubi legitur*, centum sexaginta quinque, *legebatur*, centum sexaginta.

*Anno Chr.* 559. §. Ad postremum, *ubi nunc legitur*, mensis Junii, *legebatur*, mensis Julii.

*Eodem an.* §. Quod autem, *pro* sexagesimo quinto, *legebatur*, sexagesimo quarto.

*Anno Chr.* 563. §. Erat utraque pars, *pro his verbis*, altera vero Gajanitarum sive Aphthard, *legebatur*, sive Gajanitarum, altera vero.

*Anno Chr.* 573. §. Quod vero, *post ea verba*, Gregorius suo prosecutus est stylo, *legebatur*, verum cognoscitur memoria lapsus; dum ad tempora Theodibaldi Regis id refert; nam longe post Theodibaldi obitum superstitem fuisse Gallum, tum ex Actis Conciliorum quibus Gallus interfuit, tum ex iis, quæ de eodem Gallo ipse Gregorius scripsit, apparet.

*Anno Chr.* 577. *in princip. ubi nunc legitur*, menses duos dies quindecim, *legebatur*, mensem unum dies viginti octo.

*Anno Chr.* 583. §. Hoc item anno, *pro* Childeberti, *legebatur*, Sigeberti.

*Anno Chr.* 587. §. Cum hæc, *post ea verba*, Episcopum Thessalonicensem, *hæc interposita legebantur*, ( ut dictum est ).

*Anno Chr.* 590. §. Quorum verborum, *pro his verbis*, Justino calumniam passum, *legebatur*, Justiniano hæresim promulgare satagenti.

*Anno Chr.* 591. §. Qui igitur, *ubi nunc legitur*, sexto Mauritii anno, *legebatur*, septimo.

*Anno Chr.* 592. *in princip. ubi legitur*, sextus finiens, *legebatur*, septimus finiens.

*Anno Chr.* 593. §. Gratias ago, *ubi legitur*, suo loco collocata, *legebatur tantum*, suo loco. *Et inferius pro* recitanda, *legebatur*, reponenda.

*Anno Chr.* 594. *in princip. ubi nunc legitur*, octavus absolvitur, *legebatur*, nonus absolvitur.

*Eodem an.* §. Moritur, *pro his verbis*, Etenim sequenti anno, *legebatur*, Etenim præsenti anno.

IN.

# INDEX
## IN TOMUM DECIMUM ANNALIUM ECCLESIASTICORUM
# BARONII.

*Nota Numeralis communis* Annum Christi: *Romana vero* Numerum Marginalem *significat*.

## A

Aria-

pia

En-

## C



de Can-

Chal.

Clo-

*CONSULES.*

## D



S. Da-

Do-

# E

ad

## EPISTOLÆ.

# F

# G



Gau-

Gre-

nisi

# I



Ica-

Ib.

ne

# L

# M

Mau-

Mis-

Mor-

# N

# O

# P

Pe-

Pœ-

Pul-

## Q



## R

Ro-

# S

# T



Tem-

Theo-

# V

# X



# Z

# INDEX
## CRITICÆ
### HISTORICO-CRONOLOGICÆ
## P. ANTONII PAGII
### QUÆ IN HOC TOMO CONTINETUR.

## A



Bad.

## B



## C



S. Dal-

# D



# E



# F



# G



cum

## H



## I

# P



# Q



# R



Ro-

## Z

# INDEX
## ANIMADVERSIONUM
### In quo Consules annorum, cætera vero paginarum numero indicantur.

Asteriscus ad Consules indicat novas in Pagium emendationes.

## A



## B



## C



*CONSULES.*



## D



## E



## H



## I



Ma-

## M



## N



## P



## S



*F I N I S.*